Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
F
38
NAPOLI

XXI.
F.
38.

Digitized by Google

MARCI

MANTVAE BENAVIDII

PATAVINI IVRECON. COMITIS, ET EQVITIS vtriuſque Aulæ;

AC IN PRIMA GYMNASII PATRII SEDE, MATVTINIS

Horis hoc tempore, Cęſarei Iuris Interpretis,

AEQVILIBRIVM SCHOLASTICVM,

IN PRIMAM, ET SECVNDAM PARTEM
Digeſtorum, & Codicis, nouiſsimè in ſtudioſorum
Iuuenum gratiam editum.

ADDITIS ANALYSI VARIARVM
Quæſtionum, ſiue Milleloquio, Fodina Iuris, de
quinque virtutibus Legis,

ISMENIA IVRIS, GYMNASIO
Scholaſtico, & aliis ſanè quampluribus, quæ in prima fodinæ pagella breui quodam Catalogo leguntur, quæq; lectori forte ingrata non erunt.



VENETIIS,
M D LXVIII.

NAPOLI

SERENISSIMO, SAPIENTISSIMOQVE VENETIARVM
Principi, Hieronimo Priolo, cum virtutum omnium genere, tum Iuſtitia,Clementia,& Humanitate prçſtantiſs.

M. MANTVA BENAVIDIVS PATAVINVS
Iuriſconſultus, Comes, et Eques vt. Aulæ , ac Iuris Cæſarei interpres ordinarius, S. P. D.

COMMENTARIOS Iuris Pontificij,Sereniſsime atq; ſapientiſsime princeps,iam pridem conſcriptos,atq; editos, labores ſanè multorũ temporum (illud namq; merito dicere poſſum, quod olim Druſus ne puero quidẽ mihi, ne dum annum ſeptuageſimum ſeptimum iam agenti, ferias vnquam vllas contigiſſe) Pio Quarto Pontifici Maximo dicaui. Quod equidem non ab re factũ fuiſſe exiſtimo. Cum enim Canonum, quos Decretales vocant,interpretationem contineant, Pontificum etiam iura pertractẽt,ſibi magis ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ cõuenire videbantur,quàm alij.Nunc vero in lucem exeunt & emittũtur Cæſarei,quibus examinari,excutiq; ſolent ij,qui in ampliſsimo Iuriſconſultorum ordine ſacroſanctæ Iuris prudentię ſtudiis operam nauant,tibi Auguſtiſsime Princeps quàm maxime,& omni ex parte dediti non modo vt audacter prodeant,nec ſecus ac ſub Aiacis Clypeo(vt aiunt) ſecuri, ac tuti & in ſtudioſorum adoleſcentum manus audenter prodire valeant , & obtrectatorum morſus minimè timeant , perq; tot tela , ac per hoſtes deniq;(quod eſt in prouerbio)tranſeant: verum etiam vt ego teſter quantum tibi Magnanime Princeps , fratriq; tuo tametſi vita functo Laurentio felicis memorię ac recordationis Principi,cui in Imperio ſucceſsiſti (quod felix ſemper fauſtumq; ſit)debuerim,atq; debeam.Neq; nõ ex eo tempore ſolum,quo ad principatum euecti fuiſtis,ſed multo etiam ante me innumerabilibus ſanè officiis tam publicis quàm priuatis ornaſtis,decoraſtis,cæteriſq; Iuris Cæſarei profeſſoribus antepoſuiſtis,atq; locupletiorẽ reddidiſtis. Quapropter & ſi huiuſmodi munere externi ẽt Principes venerari ſolent,quod ſoli numini quondam debitum erat,atq; antiquitas admittebat,multo tamen magis partes meas eſſe me non fugit,tibi me Principi Maximo noſtro , florentiſsimęq; atq; optimæ inſtitutæ Reip. quæ ſola Imperium Ro. non imitatur ſolum,ſed etiam æmulatur,Duci vigilias meas,ac labores meos conſecrare debere.Superiorem enim habes neminem. Tuis patriis, ſanctiſsimiſq; legibus viuis.Vrbes tuas omnes, & populos tibi , tuoq; ſanctiſsimo Imperio , & ditioni ſubiectos,ſubiectoſq; terra mariq; piè,ſanctè,religioſè, iuſtè, ac clementer ſolo nutu,& arbitrio(adeo Serenitatem tuam timent amanter,diligunt,obſeruant,colunt, & velut numen venerantur)gubernas,regis & moderas.Sunt namq; in te vel Pyrrhi, vel Alexandri humanitas,Numæ religio, Seleuchi Iuſtitia , Anchi magnificentia, atq; Seruij prouidentia. Præſertim cum nihil ex omnibus humanis rebus aut præclarius,aut præſtantius ſit,quàm de principibus ſuis,deq; Rep.(vt inquit Cicero)bene mereri,quorum ditioni,ac poteſtati nos,noſtraq; omnia ſubiecti,addicti atque

conſecrati proculdubio ſumus. Præterea eos verè beatos, ac felices (ſi qua tamen felicitas in humanis hominum actionibus inuenitur) eſſe exiſtimo, qui ſub vmbra alarum tuarum (vt aiunt) huiuſq; Sapientiſsimi, atq; Illuſtriſsimi, cui Præſides dominij viuunt, ipſius Iuſtitia, & Clementia aluntur. Quandoquidem (vt vera fatear) vrbem hanc almam Venetiarum vnam, Sapientiſsime Princeps, cæterarum Matrem pientiſsimam, libertatiſq;, & Pacis, ac Iuſtitię domicilium eſſe nemo eſt hominum, qui nō videat, bonorum refugium, beneq; viuere cupientium tutiſsimum, atq; gratiſsimum portum, eandemq; auri & argenti diuitem, ditiorem fama, potentem opibus, virtute potentiorem, Nobilium prudentiſsimo, ac ſaluberrimo conſilio, locorumq; ſitu omnium totius orbis tutiſsimo, ac feliciſsimo, reliquarum omnium præſtantiſsimam, atq;, vt paucis dicam, haud ſecus, ac totius Italiæ Theatrum quoddā: imò vero orbis fulgentiſsimum ac ſplendidiſsimum ſidus, cæterarumq; vrbium decus, & ornamentum. Eoſdem igitur commentarios, qualeſcunque ſint, additis ſanè multis præter cætera à me alias edita, tibi magno Heroum Principi dico, & conſecro, atque ea quidem religione, mente, & animo, quibus tanto me decet Principi, cui à Deo Optimo Maximo perpetuam felicitatem, annoſq; Neſtoreos precor, vt me nunc, & aliis huiuſce diſciplinæ noſtræ profeſſoribus Mancipiolis tuis omnibus nobis ſucceſſuris, Sereniſsime Princeps, diutius vti, eiſdemq; pro ſumma tua erga nos humanitate ſtudium tuum, & protectionem tuam præſtare poſsis. Ego vero, & ſi muneris tenuitate, id non aſſequar, quod cupio, præſertim ſcilicet vt me diligas, tua tamen ſingularis humanitas illud ſaltem mihi concedet, vt ratione aliqua intelligam hanc animi propenſionem mei, ac pignus perpetuæ pietatis erga te meæ, tibi gratum eſſe, atque acceptum. Quod quidem mihi maximum erit. Nihil etenim aliud ambio, præter gratiam, & fauorem tuum, quo nihil mihi in vita poteſt eſſe iucundius, vel optatius quicquam accidere, aut honorificentius. Vale Princeps tuæ non modo Reip. ſubiectarumq; vrbium, verum & Italiæ decus atq; ornamentum. Datum Patauij, Idibus Martij M D L X V.

OVID. DE TRISTIB.

Nempè dat, & quodcunque libet fortuna, rapitq;
Irus & eſt ſubito, qui modo Cræſus erat.
Singula quid referam, nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis, ingenii q; bonis.

VINCENTII TAXELLII
CARMEN
AD EXCELLENTISSIMVM
M. Mantuam Benauidium.

Diſertiſsime MARCE, non in Oris
Aut ſæui Boreæ modo; aut Fauoni,
Doctrina, ſed vbique notus alta;
Manant dum ſoliti tua liquores
De vite, & Calices licet referre
Spumantes, hominum viden' Cateruas
Ad te confluere, vt ſitim repellant?
Cernis ne, vt ſaturæ ſuos Penates
Accedant, opera tua, & beatæ?
Audin' quas habeant, agantque grates?
Queis te laudibus, & ferant ad Aſtra?
Audin' te vt patriæ decus perenne,
Et lumen Latij perenne, & Orbis
Terrarum vocitent? & vt ſacrarum
Te Legum (& merito) canant magiſtrum,
Et clarum pietate, iuſti & æqui
Parentem, atque virum integrum vndequaque?
O quantum eſt hominum beatiorum,
Quis fœlicior eſt, beatiorue?

ELENCHVS Titulorum.

A

ACtionib.emp.99. lib. ii.ſecundæ par.
Ad S.Con.Macedon. 86.lib.ii.ii.par.
Adop.1.lib.i.primæ par.
Arbitr.29.lib.i.primę par.

C

Commodati.81.lib.i.ii.par.
Condic.ob cau.60.lib.i.ii.par.
Cōdi.ob tur.cau.62.lib.i.ii.par.
Condic.indeb.63. lib.i.ii.par. & prætermiſ.
Condi.ſine cauſa.72.lib.i.ii.par.
Condic.furtiua.73.lib.i.ii.par.
Condic.tritica.77.lib.i.ii.part.
Conſtitu.pecu.78.lib.i.ii.par.
Cont.emptio.94. lib.ii.ii.par.

D

Depoſiti.86.lib.i.ii.par.
Diuor.110.lib.ii.ii.par.
Dolo malo.26.lib.i.i.par.
Dona.int.vir. & vxo. 109. lib.ii. ſecundæ par.

E

Edendo. 10. lib.i. primæ par. & prætermiſſo.35.
Edil.edic.103.lib.ii.ii. par.
Eo quod cer.loc. 77.lib.i.ii.par.
Euictio.104.lib.ii.ii.par.

F

Feriis. 9. lib.i. i.part. & prætermiſſo.35.
Fundo do.109.lib.ii. ii.dig.par.

H

His qui ſunt ſui vel alie. iur.32. prætermiſſorum.
His qui not.infa.14.lib.i.i.par.& prætermiſſo.36.

I

In diem addictio.97.lib.i.ii.par.
In ius vocan. lib. i. primæ par. & prætermiſſo.32.
In litem iur.58.lib.i.ii.par.
Iudi.30.lib.i.primæ par. & prætermiſſo.37.
Iureiuran.53. lib.i.ii.par.
Iure dotium.108. lib.ii.ii.par.
Iuriſdict.om.iud.3.lib.i.i.par.& prætermiſſ.44.
Inofficio.teſta.31. lib.i.i.par.
In ius voc. vt ean.prętermiſ.33.

L

Lege commiſſoria. 98. lib.i. ſecundæ par.
Locati & conducti. 100. lib. ii. ſecundæ par.

M

Manda.89.lib.ii.ii.par.
Mino.xxv.ann.28.lib.i.i.par.

N

Nautico fœnore. 104. lib.ii. ſecundæ par.
Nego.geſtis.23.lib.i.primę par. & prætermiſſo.37.
Ne quis eum qui. prætermiſſ.33.

O

Officio eius cui manda.eſt iu. 2. lib.i.primæ par.
Officio aſſeſſoris. 2. lib.i. i. par. & prætermiſſ.43.

P

Pactis dotalibus.109. lib.iii. ſecundæ par.
Pactis.11.lib.i.primę par. & prętermiſſo.35.
Pericu.& cōmo.rei vē.98.lib. ii. ſecundę par.
Peti.hęred.31.lib.i.i.par.
Pigno.actio. 84.lib. ii.ii.par.
Pignorib.111. lib.ii. ii.par.
Pręſcrip.ver.102.lib.ii.ii.par.
Probatio.105.lib.ii.ii.par.
Procurato.17.lib.i. primę par. & prętermiſſo. 36.
Pro ſocio.91.lib.ii.ii.par.

Q

Qui ſatiſd.cogan.8. lib.i. i.par.
Quod cuiuſq; vniuer.no.22.lib. i.primę par.
Quod metus cauſa.25.lib.i. primę par.

R

Reſtitutio in integ.25.lib.i.primę par.
Ritu nuptiarum. 108. lib. ii. ſecundę par.

S

Seruis exportan.99.lib.ii.ii.par.
Si cer.pet.49.lib.i.ii.par.
Si ex nox.cau.aga.9.lib.i.primę par.& prętermiſſ.33.
Si quis cau.prętermiſſo.34.
Sponſalibus.107. lib.ii.ii. par.

T

Teſtibus.106.lib.ii.ii.par.
Tranſactionibus.13.lib.i.primæ par.

V

Vſuris. 104. lib. ſecundo ſecundæ par.

A

ACtion.& obligat. 180 par.i.
Actio. hæredita. 182. par.i.
Actio.emp.191.par.i.
Aduo.di.iud.131.par.i.
Aduo.fiſci.133.par.i.
Ad Senat.Conſul.Velleian. 186. par.i.
Admi.tuto.201.par.i.
Ad legem fal. 131.par.ii.
Ad exhiben.174.par.i.
An ſer. pro ſuo fac.186.par.i.
Appella.165.par.ii.
Arbit.tute.203.par.i.

B

Bonis lib.113.par.ii.
Bono.poſſ. cont. tabu. lib. 219. par.ii.
Bo.auto.iud.po.168.par.ii.

C

Communia vtriuſque iudi. 172. par.i.
Cond.ind.178.par.i.
Cond.ob cau.179. par.i.
Cond.ob tur.cau.179.par.i.
Cond.fur.180.par.i.
Com-

Commoda.186.par.i.
Collatio.220.par.ii.
Compenſa.188.par.i.
Codicil.96.par.ij.
Contrahen.emp.190.par.i.
Com.re.alie.193.par.i.
Com.de ſuc.137.par.ii.

D

Depoſiti.188.par.i.
Diuer.reſcrip.119.par.i.
Diuiden.tu.204.par.i.
Dolo.149.par.i.
Dona.ante nup.196.par.i.
Dotis promiſsio.197.par.i.
Donat.inter virum & vxor.198.par.i.

E

Eden.122.par.i.
Ep.& cle.117.par.i.
Erro.aduo.135.par.i.
Exercito.act.186.par.i.
Execu.rei iud.159.par.ii.
Execu.tut.205.par.i.
Ex quib.cau.infam.irrog.136.par.i.

F

Fami.her.170.par.i.
Fide inſt.184.par.i.
Fideicom.112.par.ii.
Fideicom.lib.141.par.ij.
Formul.& imp.vt.160.par.i.
Furt.207.par.ii.

H

Hære.inſtit.239.par.ii.
Hære.decu.138.par.ii.
His quæ ui metus ue cau.fi.148.par.ii.
His qui ven.æta.impet.158.par.prima.
His quib.vt indi.96.par.ii.
His qui à non do.ma.145.par.ſecunda.

I

In ius uo.122.par.i.
In integ.reſti.151.par.i.
Int.mat.197.par.i.
Iuge.ma.147.par.ii.
In quib.cau.ce.lon.tempo.præſcrip.150.par.ii.
In quib.cau.in int.reſt.non eſt ne.157.par.i.
Inoff.teſta.161.par.i.
In litem dan.tu.203.par.i.
Impub.& al.ſubſt.242.par.ii.
Iude.117.par.i.
Iur.& fac.igno.118.par.i.
Iure do.198.par.i.
Iure aureo.anul.216.par.ii.
Iure delib.145.par.ii.
Iudi.161.par.i.

L

Lege Aquil.170.par.i.
Legi.tut.200.par.i.
Lega.101.par.ii.
Legit.hęre.136.par.ii.
Lib.& co.lib.215.par.ii.
Lib.prętę.245.par.ii.
Lib.cau.147.par.ii.
Locat.& cond.195.par.i.

M

Manda.189.par.i.
Modo mulcta.121.par.i.

N

Ne li.pol.143.par.i.
Ne ſiſ.vel reſp.144.par.i.
Nego.geſt.45.par.i.
Neceſſa.ſer.he.inſtit.244.par.ſecunda.
Ne fili.pro pat.181.par.i.
Non nume.pecu.187.par.i.
Nup.197.par.i.

O

Obſeq.pat.pręſtan.213.par.ii.
Offi.præf.pręto.120.par.i.
Op.lib.211.par.ii.

P

Pactis.[illegible]1.par.i.
Pact.int.empt.& vend.193.par.prima.
Per.& commod.rei vendi.191.par.i.
Per.tuto.202.par.i.
Pet.hęre.163.par.i.
Plus vale.quod agi.quàm quod ſi.con.185.par.i.
Poſtul.130.par.i.
Poſthu.hęre.inſti.245.par.ii.
Preci.Imp.offe.119.par.i.
Pręſcript.lon.tempo.149.par.ſecunda.
Procura.140.par.i.
Probatio.182.par.i.
Pro ſocio.189.par.i.

Q

Quan.ſiſ.vel priuat.182.par.i.
Quan.tuto.vel cura.eē deb.204.par.i.
Quan.dec.opus nō eſt.206.par.prima.
Quan.di.lega.ced.132.par.ii.
Quę res ven.non po.190.par.i.
Quemadmo.teſtam.ape.94.par.ſecunda.
Qui pet.tuto.200.par.i.
Qui da.tu.po.200.par.i.
Qui admi.ad bon.poſſ.216.par.ſecunda.
Qui teſta.fa.po.228.par.ii.
Qui ma.non po.146.par.ii
Quib.non ob.lon.tempo.pręſcr.151.par.ii.
Quib.res iud.non no.160.par.ſecunda.
Qui bo.ced.po.167.par.ii.
Quomo.& quan.iud.152.par.ii.

R

Reſti.mil.159.par.i.
Recep.arb.160.par.i.
Reb.cred.176.par.i.
Rei vend.163.par.i.
Reſcind.vend.190.par.i.
Relig.& ſumpt.fun.174.par.i.
Reb.alie.non alie.193.par.i.
Repud.199.par.i.
Repud.hære.93.par.ii.
Re iudica.158.par.ii.
Res int.ali.acta.164.ſecūdæ par.lib.ii.
Reuo.his quę in fraud.al.ſunt.169.par.ii.

S

Sacroſan.eccl.116.par.i.
Seruis fugi.206.par.ii.
Seruo pi.da.ma.144.par.ii.
Sen.& int.om.iud.154.par.ii.
Sen.reſcin.non poſ.157.par.ii.
Seruitut.168.par.i.
Si aduer.del.154.par.i.
Si aduer.uend.153.par.i.
Si con.ius uel uti.pub.119.par.prima.
Si aduer.rem iudi.153.par.i.
Si aduer.lib.154.par.i.
Si mi.ſe maio.di.157.par.i.
Si ma.fac.158.par.i.

Si quis

Si quis alt.vel ſibi.192.par.i.
Si ſer.expor.ue.194.par.i.
Si man.ita fue.alie.194.par.i.
Si mater iud.pro.203.par.i.
Si quis aliq. teſtam. prohib. 95. par.ii.
Si à non comp.iud.156.par. ſecunda.
Si aduer.fiſ.155.par.i.
Si aduer.cred.156..par.i.
Si ſe abſti.ab hæred.157.par.i.
Si vt omi.he.156.par.i.
Si cer.pet.176.par.i.
Si ex fal.inſt.163.par.ii.
Soluto mat.199.par.i.
Statuis & imagi.120.par.i.
Suis & legi.135.par.ii.
Suſp.tuto.202.par.i.
Si tutor uel cur.153.par.i.

T

Tēpo. in int.reſt. pet.160.par.i.
Teſti.184.par.i.
Teſtamen.tute.199.par.i.
Teſta.mil.224.par.ii.
Teſta.231.par.ii.
Teſta.manu.140.par.ii.
Teſta.manu.140.par.ii.
Tranſactio.126.par.i.

V

Vbi & apud quem.158. par.i.
Vectigal. & commiſ. 194. par. prima.
Verbo.ſi.111.par.ii.
Vindic.& apud cōcil. manumiſ. 139.par.ii.
Vnde lib.219.par.ii.
Vnde legiti.219.par.ii.
Vſuf.168.par.i.
Vſur.pupill.204.par.i.
Vſur.& fruc.lega.130. par.ii.
Vſucap.pro hęre.149.par.ii.
Vt ne,li.ſi.iud.auto.143.par.i.
Vt in po.lega.133.par.ii.
Vectigalia no. inſti. non poſſ. 19[illegible] [illegible]i.

Finis.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE,

LIBER PRIMVS.

Primæ Digeſtorum partis.

DE ADOPTIONIBVS.

Paulus lib.xxxv. ad edictum.

CVM NEPOS adoptatur, quaſi ex filio natus, conſenſus filij exigitur; idq́ue etiam Iulianus ſcribit.

Dubitandi ratio, quod filij conſenſus nõ requiratur eſt, meo quidem iudicio, quia contrariorum eadem eſt diſciplina.l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l.fi.ff.de leg. iij. tradunt omnes in rub.ff.de acqui. poſ.uerum conſenſus non requiritur, ſi auus det nepotem ex eo alteri in adoptionem.l.cum adoptio. infra eo. ergo nec cum adoptatur. Et quia ſi adoptet aliquem (vt ibidem adhuc dicitur) in filiũ, nec alterius filij, uel agnatorum conſenſus requiritur, ergo neq; filij in caſu præſenti. Et quia denique, nullus affectus inuenitur, qui vincat paternum.l.fi.C.de cur.fu.l.nec in ea.ff.ad legem Iuliam.de adul.l.iſti quidem.ff. quod met.cau.

Contrarium tamen deciditur hic, requiri omnino, ne ei inuito (hæcq́ue eſt deciſionis ratio) agnaſcatur.§.licet.Inſti.de adop.ne ue hæres efficiatur inuito filio, & ut mortuo auo in poteſtatẽ filij recidat.l.ſi quis.l.ſi is.ff.co.not.in d.l.cũ adoptio.adhuc conſiderantes, cum ſit actus alteri præiudicialis, quod filius de cuius præiudicio tractatur, debet requiri, ut conſentiat. l. de uno quoq;. ff.de re iud.l.nam ita diuus.ff.de adop.Bar.in l.j. C.de ſump.recupe.lib.x.& in l.in cauſa. in §.cauſa cognita.ff.de mino.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quoniam non eſt tamen eadẽ ratio, patet, quia de præiudicio filij dicto caſu non tractatur, cum ſit in poteſtate patris, & aui alteri nepotẽ in adoptionem dantis, hic autem ratione prædicta ſic, ergo, & ſic argumentum non procedit, quod & fuſius declarant Docto.in rub.præallega.& facit ad propoſitum quod ſit in poteſtate aui. tex. vulga. in l.ſic eueniet.ff.ad legem Iuliam.de adulteriis.

Non ob.ſecundum, quia dicto caſu ſunt perſonæ appendices, non autẽ ea cui attribuitur actus. l.j.§.denuntiari.ff.de uen.inſpi. & hic, ut ẽt Bal. ita declarat, nimirum igitur, ſi eo caſu non requiritur conſenſus, hic autem ſic. Non ultimum denique, quia & id uerum eſt regulariter, ſed non propterea tollit quominus filij cõſenſus requiratur, ex quo (vt dixi) de ipſius ꝑiudicio tractatur.

Et præſtat nobis argumentum lex iſta, ad multa & maxime, eos ſemper citari debere de cuius intereſſe agitur, ut in adoptione hic, et alibi in exemplatione inſtrumenti, quæ ſolemniter fieri debeat, prout not.Aegi. & Bo. & Io.And.in cap. cum P.tabellio.de fi.inſtru.Cyn. Gul.de Cu.Pet.

A & alij

& alij in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.

Et in legitimatione quæ hoc caſu ſimilis eſſe uidetur (ut in l. ſecunda, penul. & final. ff. de nat. reſti.) adoptioni. & in l. diuus. ff. de iure aureo. an. not. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.

Et in ſententia, alias lata nõ ualeret, ut ex mu tis probat Corn. conſil. nonageſimotertio. colum na ſecunda uol. iiij.

Et in tenuta ſi ſtatutum dicat, reis non compa rentibus capi de bonis debitoris, ut idem Corne. declarat conſil. cxxxiij. columna ſecunda, eodem libro.

Et in petitione denique relaxationis à iuramento ſecundum tamen declarationem Flo. de S. Pet. in l. in lege. in §. primo. columna tertia. ff. ad legem Aquil. Finis.

Iauolenus lib. vj. ex caſsio.

ADOPTIO ENIM IN HIS perſonis locum habet in quibus etiã natura poteſt habere.

Dubitandi ratio, quod imò adoptet etiam qui generare non poteſt, videtur, quia idem in ſpado ne legimus (græca enim dictio eſt, & idem quod Eunuchus) is enim à Venere remotus eſt, & tamen adoptat. §. in plurimis. Inſtit. de adoptio.

Et quia nulla purpura regum, nulla tinctura artificum, æquari poteſt pulchritudini florum, ut inquit Diony. Cartuſia. ſuper illis verbis Matthæ. cap. vj. Conſiderate lilia agri. Et quia denique natura mutat nigrum in album, capillique nigri, fiunt tempore cani, & tamen tinctor hoc facere non poteſt.

Contrarium tamen deciditur hic, ratio deciſionis eſt, quia ars imitatur naturam inquantum poteſt. Imo inquit Bart. quod ars ſeu artificium tanto eſt melius quanto magis imitatur naturam in tract. de regi. ciui. colum. ſecunda. Et bal. conſil. xl. colum. ſecunda uol. iij. quod naturam omnino ſequi debemus & Imitari, quoniam dirigit nos ad intellectum ſanum & uerum, in nor. caſu de quo ibi. Ad oppoſita reſpõdetur primũ nihil facere, quia non generat Spado ex accidenti, natura autẽ quę hominis eſt in genere inſpici debet potius quam accidens, ut ibi not. & in l. ſi quis poſthumos in princi. ff. de liber. & poſthum. ergo.

Non ob. ſecundum quia imitatur nõ adæquat, ut ibi poſtea declarat Idem Diony. Non denique ultimum quia dicit ad idem Vincẽ. Beluacen. in Specu. lib. iij. c. lxix. de mundo ſenſibili, & eius ſcemate, nimirum id eſſe, quia non in omnibus ars, poteſt naturam imitari, ea de re, dicitur hic, quod imitatur inquantum poteſt.

Et preſtat nobis argumentum lex iſta, ad multa, & ad id maxime, quod inuentiones humanæ procedunt ad ſimilitudinem naturæ, namque ſicut homo ſemel moritur, ſic ius extinguitur aliquando, & nõ reuiuiſcit amplius. l. qui res. §. areã ff. de ſol. l. ſi quis ędes. ff. de ſeruitu. vrb. prædior.

Et huius literæ ratione, dicit alibi Bald. quod omnia iuxta ſemen ſuum producuntur & pereũt quodque tale eſt id quod producitur, quale id à quo immediate producitur, in. l. petens, in ulti. col. C. de pact.

Et quod inter abſentes nõ fit generatio, quod quæ lex non fingit, alias hoc caſu eſſet fatua, illud ſcilicet, quod eſt impoſsibile in regula naturali, ait in l. filium diffinimus colum. ij. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur.

Et quod lex non audet, quod negat natura ipſa in. l. iij. per illum text. ff. de uſufruct. ea. re quæ uſu conſu.

Et in materia facit etiam ultimo loco, fratrem nõ adoptare fratrem, quia nec naturale eſt, quod frater à fratre naſcatur. l. nec apud. C. de heredi. inſtituend. Finis.

Marcellus lib. xxvj. digeſtorum.

ADOPTIO NON IVRE facta; à principe confirmari poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod adoptio non iure facta, confirmari non poſsit, quia non entium non eſt qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. uerum adoptio nõ iure facta eſt, ergo nec poteſt à principe cõfirmari. Et quia iſtud etiã eſt regulare, quod nullum eſt, confirmari non poſſe. l. quæ ab initio. ff. de regul. iur. l. nam et ſi ſub conditione. in prin. ff. de iniuſ. teſta. Bal. in l. ex placito. C. de rerum permuta. Et quia denique videmus in ſimili, Si electio fuerit nulla, quod confirmari pariter non poterit. cap. examinata et ibi not. de iudi.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia in quolibet actu ſemper intelligitur excepta auctoritas ſuperioris, ſeu principis cap. conſtitutus. de reſcript. c. venientes de iureiur. l. fin. & ibi Barto. ff. ad municipal. Et quia ipſe auctoritate ſua, dat robur actui inualido, ut iuramentum. l. omnium. C. de teſta. l. j. §. omnia. C. de uet. iu. enu. not. in l. j. ff. quod quiſque iur. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.

Ad oppoſitum reſpondetur, primum nihil facere, quia antecedens verum eſt, conſequens falſum ratione prædicta ut hic. Ex quo princeps propter plenitudinem poteſtatis quam habet. l. bene a Zenone. C. de quad. præſcri. §. ſed & quod pri ncipi placuit inſti. de iur. nat. cap. cuncta per mundum. cap. per principalem. ix. q. iij. de nullo aliquid facit deque inualido ualidum, ut in iuribus præallegat.

Ex quo tollitur etiam, ſecundum. Non ob. ultimum quia id in electione eſt ſpeciale, ex quo tunc

tunc agitur de maiori præiudicio quàm hic, & fuſius ut no. in d. c. examinata.

Et præſtat nobis argumentum iſta lex, ad multa & maxime, ut idem in priuilegiis dicamus, quia ſi confirmentur à principe inualida pariter, ex certa ſcientia, quomodo hic etiam intelligi debet, ſine dubio valebunt, & ex certa ſcientia dixi, quia ſecus ſi eo ignorante. c. ſecundo, tertio, de confirmatio. uti. uel inuti. Nec releuaret etiam ſi forent ualida, niſi dubitationis tollendæ gratia. l. qui mutuam. ff. manda. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de reg. iur. Bar. in l. priuilegia. nume. 1. C. de ſacroſ. eccle.

Et quo ad id ut confirmatum denominetur à confirmante. §. fin. Inſti. de tute. c. ex parte. c. cum acceſsiſſent. de conſti. Fely. in c. qualiter & quando. col. x. de accuſ.

Quodq́ue dare uidetur hoc caſu, qui confirmat, ut etiam habetur in l. legata inutiliter. ff. de leg. primo. & in l. tribunus. in §. fi. ff. de mili. teſta. Bal. in ſtatut. confirmare. nu. 4.

Et quod confirmatur proprie id quod de ſe non ualet, non id quod de ſui natura ualet, inquit Arc. in rubri. de conſtitu. col. j. & not. in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudic. & in cap. inter dilectos. de fide inſtru.

Et quod denique in ſententia nulla etiam idē dici debet, quod de poteſtate abſoluta poſsit à principe confirmari, ut poſt multa concludit Fel. in c. ea quæ. ad fi. de re iud. Finis.

De offi. eius cui man. eſt iuriſdi.

Iulianus lib. v. Digeſtorum.

ET SI PRAETOR SIT IS qui alienam iuriſdictionem exequitur, nō tamen pro ſuo imperio agit, ſed pro eo cuius mandato ius dicit, quotiens partibus eius fungitur.

Dubitandi rationem faciebat quod imò tanquàm prætor, pro ſuo imperio agere poterit, & tanquàm ordinarius non tanquàm delegatus, ex quo prohiberi uidetur propter perſonæ dignitatem duplex officium gerere. l. uniuerſos. ubi glo. Bart. & alij. C. de decurio. lib. x.

Et quia excitari potius ipſius iuriſdictio uidetur, quàm alterari aliter quod ſit delegatus. c. licet in corrigendis. de offic. ordin. cap. graue. eodem titu. l. prima. C. de precib. Imperat. offeren. Et quia etiam iuriſdictio ordinaria extraordinariam id eſt delegatam ſupprimit, & occultat, argumentum in l. in cauſæ. ff. de mino. & in l. in prouinciali. cum ibi not. ff. de no. ope. nun.

Contrarium tamen deciditur hic. Ratio deciſionis eſt, quia cum poſsit prætor uice plurium perſonarum fungi. l. ſi conſul. ff. de adoptio. l. maiorem. & ſequen. ff. de pac. & alterius iuriſdictionem exequatur, non æquæ conuenit ut pro ſuo imperio agat, ſed partibus fungatur eius, cuius mandato ius dicit. argumentum in l. ſi paterfamilias. in §. qui duos. ſupra de adopt. allega. etiam hic in glo.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore, quando eſſet dedecus dignitati, puta ſi decurio tabellionis officium exerceret, ut in dicta l. uniuerſos. nota. hic haud conſiderabile, quoniam ex perſona delegantis auctoritatem habet.

Non obſtat ſecundum, quia id quoque procedit, & locum habet in ſuperiore, ſcribente ordinario, nec mutante ordinem procedendi. Et in cauſa quidem ſpectante ad eius iuriſdictionem, hic autem ſecus, quia non ad iuriſdictionem prætoris ſpectabat, cum alienam potius exequeretur, (ut text. met dicit) ergo. Ex quo ultimum quoque tollitur, quia non dicetur exercere iuriſdictionem extraordinariam, cum (ut dixi) alienam potius exequatur. l. prima. §. qui mandatam. ſupra eodem.

Et præſtat nobis argumentū ad multa lex iſta, & præcipue quod patriarcha procedens tanquàm delegatus non habet ordinariam iuriſdictionem, ut inquit Bald. in capit. ex literis. nume. quinto. de offic. deleg.

Et quod delegatus principis, repreſentat perſonam ipſius, ſicuti cæteri delegati perſonam delegantis, quodq́ue ob hoc dicitur maior quocunque ordinario. cap. ſanè. de offi. deleg. not. in l. j. ſupra eodem.

Et ad uerbum imperium, quod latiſsimum eſt & generale, etiam iuriſdictionem comprehendens. l. fin. ad finem. infra eodem. l. imperium, & ibi not. de iuriſd. om. iud.

Et quod denique ſi damnum illatum ſit ab homine libero, ipſum inferente, mandato eius qui ius imperandi habebat, excuſatur. l. liber homo. ſecunda. ff. ad legem Aquiliam. not. in dicta l. imperium. Finis.

Paulus lib. xviij. ad plautium.

MANDATAM SIBI IVRISdictionem mādare alteri nō poſſe manifeſtum eſt. Mandata iuriſdictione priuato etiam imperium quod non eſt merū videtur mandari. quia iuriſdictio ſine modica coertione nulla eſt.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum dictum mandatam iuriſdictionem mandari poſſe, quia ſubrogatum ſapit naturā eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. §. fuerat. Inſtitu. de actio. debetq́ue poſ-

ſe delegatus ſubdelegare ut ordinarius. Et uidetur caſus clarus in l.j.ff.quis & à quo.& in l.cũ prætor.ff.de iud.& in l.à iudice.C.eo.& in l.more.infra de iur.om.iud.not.

Contrarium tamen deciditur hic. Ratio deciſionis eſt,quia delegatus ſolum uſum iuriſdictionis habet,proprium autem nihil.l.j. §. qui mandatam.ſupra eo.igitur non ſubdelegat.§.item is.Inſtit.de uſu & hab.plene in d.l.more.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore quo ad facultatem iudicandi non delegandi ratione prædicta,& habetur in l.fin. C. ubi & apud quem.Non obſtat tex.in d.l.j.quia id eſt in delegato ad uniuerſitatem cauſarum præcipuum qui æquiparatur ordinario,ut ibi not.& in l.ſolet.infra de iur.om.iudi. Non in d.l.cum prætor. quia eo caſu quoque ſpeciale eſt in legato proconſulis.l.ſolent.ff.de offi.procon. Et minus in d.l.à iudice,quia loquitur pari modo in delegato principis,late Alex.in l.j.col.xiij.& ſequen.ſupra eo.& cum ſit ſpeciale his caſibus,in contrarium erit iuris communis diſpoſitio. l. ius ſingulare.l. quod uero contra.ff.de legibus. capit.præſenti. §.loca. de præben.in vj.

Quo ad ſecundum,quod imò mandata iuriſdictione,non uideatur mandata modica cohertio, dubium quoque faciebat, quia cohertio modica eſt meri imperij.l.imperium.& ibi Bar. num.11. de iuriſd omn.iudi.argumentum in l.fi.ff.de fun.inſtru.merum imperium delegari non poteſt. l.j. ſupra eo.ergo mandata iuriſdictione, non uidebitur mandata cohertio quanquàm modica.

Contrarium tamen deciditur etiam hic, Et ratio deciſionis eſt in ipſo tex.quia iuriſdictio alias ſine modica cohertione foret nulla, & inutilis penitus.Et quia certum eſt etiam,cui conceditur iuriſdictio,quod eidem quoque concedi uidetur id, ſine quo alias explicari non poſſet.l.ij. de iuriſd. omn.iudi.argumentum in l. oratio. ff.de ſponſa.

Ad oppoſitum reſpõdetur, antecedens uerum eſſe,id de mero imperio minori intelligendo, ut in d.l.j.& in d.l.imperiũ.not.uerius conſequens, ſed concluſio falſa. ratione prædicta.

Et præſtat nobis argumentum lex iſta ad multa,& maxime quod non ſemper ſit uera glo.poſita in cap.j.de regu.iur.in vj.quod dictio negatiua præpoſita uerbo poteſt, priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam, quia hic, & in illis uerbis poſita reperitur,non poſſe manifeſtum eſt, & tamen ſubdelegat ſi fuerit delegatus principis ut ſupra.

Et quod etiam delegatus,licet nihil proprium habeat l.j §.qui mandatam.ſupra eo.nonnihil tamen in alium transfert, quod pro limitatione.l. traditio.ff.de acquir.rer.dom.notandum eſt.niſi dicamus,licet nihil proprium habeat,uti eum tamen iuriſdictione mandantis.d.§.qui mandatam.

Et quod neque mandat adhuc delegatus quanquàm principis, ſi perſonæ induſtria electa ſit.c. fi.§.is autem,de offi.dele.& in regu. Cancel.xlvj. quando iudex datus eſt per ſignaturam, cum clauſula ut per ſe ipſum faciat.

Et quod delegatio habet ſe ad inſtar mandati. d.§.qui mandatam.Bononien. conſi.cliij. nu.53. uol.ij.mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi. l.diligenter.ff.mand.ergo & delegationis, mandataq; iuriſdictione alteri mandari non poterit.

Et quod idem quod hic,eſt etiam in magiſtratibus municipalibus,quibus licet ſuppliciũ à ſeruo ſumere non liceat, eis tamen modica caſtigatio non eſt deneganda.l.magiſtratibus. infra de iuriſ.omn.iud. Finis.

De offi.aſſeſſo.

Martianus lib.j. de iudiciis publicis.

LIBERTI ASSIDERE POSſunt, infames autem licet non prohibeantur legibus aſsidere, attamen arbitror vt aliquo decreto principali refertur conſtitutum nõ poſſe officio aſſeſſoris fungi.

Dubitandi rationem faciebat quo ad libertos, quod aſsidere non poſsint, & maxime quia dignitatẽ habere nequeunt l.prima.C.ad legẽ Iuliã uiſce. toto titul. C. ſi ſeru. aut lib. ad decu. aſpi. libr. x. Conſideratione quoque ſeruitutis præcedentis ut a cõtrario dicitur in l.fina.ff.de decu. Et hinc eſt, quòd conuerſus ad fidem de recenti præſumitur infidelis, ut nota. in rubric. de nou. oper. nunciation. eſtque argumentum in l. j. in uer. cæterum. ff. de his qui deiece. uel effude. Quo ad infames uero,quòd aſſeſſoris officio fungi poſsint, quia talis procurator etiam eſſe poteſt & arbiter, ut in §. fina. inſti. de exceptio. et in l. parui aliàs pedins.ff.de arb.

Contrarium tamen deciditur in utroque dicto, et ratio deciſionis eſt quo ad primum, quia aſſeſſorem eſſe honor dicitur,& reputatur, à quo libertus non reperitur prohibitus, igitur nec mirum ſi aſsidere poteſt.l.necnon.§.quod eis. ff. ex quib.cau.ma. argumentum in l.j.ff. de teſti. & in ſimili facit quod dicitur in l.ſecunda.C.de poſtu. Et paruus honos eſt quoniam ſi magnus aliàs, repelleretur.l.j.§.ait prætor.ff.eo.l. diuus, ubi gloſ. ff.ad municipa. Quo ad ſecundum autem, quia infamia reddit infamatum, uilem & inhabilem ad honores,& dignitates.l. neque. C. de dignita. lib.x.Bal.in l.fratres.C.de inoff.teſta.

Ad oppoſita reſpondetur,ex his tamen ſublata, primum uerum fore, ſed cum aſſeſſoris gradus & qualitas,ſit honor, ab eodẽ officio repelli nõ dẽt.

Non obſ. ſecundum, quia manumiſsione macula ſeruitutis abſterſa eſt, argumentum in l. prima, ſecunda, tertia, ff.de nata.reſtit.& in l.imperialis.

perialis.C.de nup.l.homo liber.ff.de ſtat.homi. & ſic non eadem ratio contrarij in caſu.d.l.final. ff.de decur. Non etiam id de conuerſo ad fidem qui Neophitus appellatur, quia eo quoque caſu eſt ſpeciale ut non promoueatur ad ordines, & dignitates cum ſuſpicioné non careat, & ne elatus in ſuperbiam incidat in diaboli ruinam. c.j. & ij.xlviij.diſt. Et minus ultimum, quia procuratoris officium uile eſt, & onerofum, huiuſmodique illud arbitri, aſſeſſoris autem, & aduocati honorabile, ut hic, & in l.prima. C.eod. & in l.j. in §.aduocatos.ff.de ua. & extraordi. cogni. not. in d.§.fi.

Et hæc præſtant nobis argumentum ad multa, & maxime, quod ſicuti libertus poteſt eſſe aſſeſſor, ita etiam poterit eſſe tabellio.l.fin. C.de ſer. reip.ma.Spe.in §.reſtat.nu.30.de inſt.edi.

Et aduocatus ſi tamen fuerit literis eruditus. l.ij.& ibi not.C.de poſtu.

Et quod dignitatem habere non poterit, quanquàm poſsit eſſe aſſeſſor & aduocatus, ut in d.l.j. C.ad legem Iul.uiſce: vnde Appius Claudius (ut eſt uidere apud Liui.) cenſor, libertinorum filios in ſenatu legit iſque ordó uidebatur inquinatus indignis, igitur conſules anni ſequentis (ait ille) in ſenatu legendo, obſeruauerunt quod à cenſoribus proximis obſeruatum fuerat.

Et cum excommunicatus excommunicatione maiori ſit infamis.§.minor.Inſti.de cap.dimi.gl. in cap.j.in §.j.& ibi Bal.col.ij. quo tempo. mi.in vſib. ipſe quoque repelletur, non modo ab officio aſſeſſoris uerum etiam procuratoris, quod tamen dubium faciebat in hac lege, ut per Abb. in c.in pertractandis.de iur.calum.& ſic non ſolum ab officio honorabili, ſed etiam uili ut reſipiſcat. c.pia.de excep.in vj. Felyn.in c. poſt ceſsionem. col.ij.de proba.

Imò quod infamis vltimo loco, non modo ab officio aſſeſſoris repelletur, uerum etiam procuratoris quanquàm aliàs admittatur.d.§.fin.Inſtit. de excep.l.uniuerſos.C.de decur.lib.x.ſi de crimine publico fuerit condemnatus, ut per Baldum in capitu.Imperatorum. colum. ſecunda. nu.11. de iura.calum. Finis.

Macer lib.j.de offi. præſid.

SI EADEM PROVINCIA poſtea diuiſa ſub duobus præſidibus conſtituta eſt, veluti Germania miſia, ex altera ortus in alia prouincia aſsidebit nec videtur in ſua aſsidere.

Dubitationem faciebat, quod poſsit quis in loco ſuæ originis aſsidere, text.clarus in l.fin. infra eo.ubi hoc ad literam dici uidetur. Et clarius in l.fi.C.de cri.ſac. Et quia ſi poteſt delegatus l.j.C. qui pro ſua in.not.in l.eum qui. infra de iuriſdic. omnium iudi.debet etiam poſſe aſſeſſor.

Contrarium tamen deciditur hic. Ratio autem deciſionis eſt, ſuſpicio, ne quid gratioſe agat. Et quia etiam non timeretur, ex quo nemo propheta acceptus eſt in patria, ut in l.hi qui. ubi glo. ff. ex quib.cau.ma.& Io.iiij.pulchre Bal.in cap. & ſi Chriſtus.nu.3.de iureiur.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare, quia loquitur lex illa, in procuratore fiſci, ſpecialeque eſt eo caſu, quoniam publico non fruitur ſalario. vel quia ciues ſibi inuidere non poſſunt cum ciuium negocia non agat, & fuſius alias ut ibi nota. Non obſtat ſecundum, quia etiam dicto caſu, princeps idem alicui priuato indulſit. Non denique ultimum, quia maius periculum eſt in aſſeſſore, quàm in delegato, qui eſt in una cauſa tantum, ille vero in omnibus prætori conſulit. Vel quia delegatus poterit ſuſpectus allegari, & non aſſeſſor.l.apertiſsimi.C.de judi.

Et præſtat nobis argumentum ad multa, & maxime, quod ſi prouincia fuerit diuiſa, qui in una ratione originis prohibitus eſt aſsidere, poterit tamen in alia ſine contradictione officio aſſeſſoris fungi, ut tex.met hic dicit.

Et quod ſi accidens contradicat, ſeu contrarium ſit naturæ, iſtud potius quàm natura inſpici debet.l.j.§.beſtias.ff.de poſtu.& ut hic etiam per gl. & Doctor.& ut infra.

Et quod prouincialis quis dicitur non modo ratione originis uerum etiam domicilij. l.prouinciales.ff.de uerb.ſigni.

Et quod hac de re ut prouincialis prohibitus eſt aſsidere, ratione originis in loco, ita erit prohibitus ratione domicilij, ut hic no.& eſt caſus ad literam in l.iij.C.de diuer.offi.lib.x.

Eſt uerum ſi conceſſa ſint repreſalia cõtra Florentinos, quod non porrigetur conceſsio ad eos, qui aliò ſe tranſtulerunt, quodque domicilij cauſa ſemper erit ſpectanda ut ſupra.& in l.j.in §.beſtias.ff.de poſtu.prærallega.& ita Bal.hic poſt Cy. teſtatur Paduæ fuiſſe determinatum.& ad lõgum diſputat Dec.non modo hic, ſed etiam cõſ.ccclij. col.ij.uol.ij. Finis.

Paulus lib.j.ſententiarum.

CONSILIARII SI EO TEMpore quo aſsident negocia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt, in alienum autem non prohibentur.

Dubitandi rationem faciebat tex.in l.fi.C.eo. vbi aſſeſſor nec in ſuo nec in alieno auditorio negotia tractare poteſt, & rationem aſsignat Impe. ibi, ne cum in utrunque feſtinat, neutrum bene peragat. Et quod imò etiam in ſuo, poſsit aduocationis officium exercere probari uidetur, in l. ſi conſul. ff. de adopt. ubi quis non eſt prohibitus

fungi vice duarum perſonarum. Et quia deniq; ipſe non iudicat ſed aſsidet, qua ratione prohiberi non debet.l.j.ſupra eod.Bald.in c. decernimus.nu.6.de iud.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia ſibi ipſi ſic conſuleret, & male, uec admittendum.l.prima.C.ne quis in ſua cau. l.pen.ff.de arbit.l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff.ad Treb.l.ſecunda.ff.de ſtipu.ſeruo.c.fina.de inſti. quæ ceſſat ſi negotia tractarit in alieno, ergo.l. adigere,§.quamuis.ff.de iur.patr.e.cum ceſſante. de appel.nimirum igitur ſi primo caſu prohibetur, ſecundo uero permittitur,& eſt argumentū in l.qui iuriſdictioni.infra de iur.om.iud.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore de iure nouo & hodie,non autem olim & de iure ſtrorum,quo tempore lex iſta loqui uidetur, ideo ut inquit alibi gl.in l.j.C.de aceu.& Cy.in l.cum non ſolum.in prin.C.de bonisque lib. diſtingue tempora,& concordabis ſcripturas. Non ob. ſecundum, quia id etiam procedit iu iuriſdictione uoluntaria,non autem in his quæ ſunt contentioſæ,ut ibi per Bar.Fel.& Abb.in c. ex literis. col. iiij.de conſti.Non vltimum deniq;,ex quo poſſet trahere iudicem in ſuam ſententiam, cum aſsideat argumentum in l.ſi in tres.ad fi.ff.de arb.

Et præſtat nobis argumentum hęc lex ad multa, & præcipue ibi, conſiliarijs, quod aſſeſſores, nō modo hoc nomine uocantur.l.prima.et in rubric. ſupra. uerum etiam comites ut in l. diem functo. ſupra. eo. & conſiliarij ut hic & in l.fin. quæ ſequitur infra.eo. Suntque ſynonima, ut Tabellio, Notarius, ſeruus publicus, Patriarcha, Primas, & ſimiles, de quibus in l. generali. C.de tab.lib.decimo. & in capit. primo. nonageſimanona diſtincti. Et ibi, in ſuum quidem auditorium, quòd locus iudicum & aſſeſſorum dicitur auditorium, ab audiendo querelas litigantium, & ita etiam habetur in l. lecta.ff.ſi cer.pe.& in §. ſi uerò,in auc.de iud.& in l.Titius.ff.de act.emp.

Et quod aduocatus, qui præſumitur habere affectionem ad cauſam, non eſt idoneus, ut ſignanter per iſtum textum. & per tex. in l.fina.C. eo. allega. etiam ſupra, inquit Corne.conſ.ccccix. nume. v. uolum. quarto.

Et quòd eadem ratione nec teſtis eſſe poterit, ut ibidem ſubijcit, & de quo etiam in l..fina. ff. de teſti. & in c.Romana.eo.tit.in vj.

Et ultimo loco repræhenſibile non eſſe, ius antiquum referre, quanquam hæc lex hodie non ſeruetur, et ſit correcta per d. l. final. C. eod. ut inſtit. de teſtam. in princi. ibi ut nihil antiquitatis penitus ignoretur. Vnde licet ſtatuta contraria non ſint diſpoſitiue referenda, poſſunt tamen referri narratiue hac ratione, ut inquit Baldus in §. quibus, in principio .C.de no.Cod.fa.utebanturque ſenatores lunatis Calceis, lunæque imagine inſigniti, ad repræſentandam uetuſtatis originem, ab Euandro & Archadibus, qui ſe ante lunam fuiſſe prædicabant. Finis.

De iuriſdictione omn. iudic.

Vlpianus lib. iij. ad edictum.

QVI IVRISDICTIONI præeſt, neque ſibi ius dicere debet, neque vxori vel liberis ſuis, neque libertis vel cæteris, quos ſecum habet.

Dubitandi rationē faciebat, quod poſsit quis eſſe iudex in ſua cauſa uel ſuorum, tex.in l. Senatusconſulto.ff.de offi. præſi. ubi præſes ſi furtum ſibi fiat uel ſuis,ius dicere poteſt.Et ad idem quo que in l. quin etiam. ff.de arbi. ubi filiusfamilias poteſt eſſe iudex & arbiter in re patris. & clarius in l.in priuatis.ff.de iudi. ubi pater filium uel filius patrem iudicem habere poteſt. & quia pater etiam, emancipat filium & manumittit apud ſe ipſum.l.apud.de ma.uindic.& quia Imper. dicit ius in cauſa propria.l.& hoc Tyberius. ff. de hæredib.inſtit.

Contrarium tamen deciditur hic, Ratio deciſionis eſt, quia qui ſibi ius dicit imperat, nemo aūt ſibi ipſi imperare poteſt.l.pe. ff.de arb.ergo. Et quo ad filios, quia interpretatione iuris, eadem perſona cum patre eſſe dicuntur.l.fin. C. de Imper. Quo ad ſuos uero,quia familiares,& domeſtici.l.præſenti.§.ſanè.C.de his qui ad ec.confu.Et non ab re cæteros etiam dicit,quos ſecum habet,quia eiſdem ut ſeruis utitur.§.item is, Inſti.de uſu & habita. Et quia lites denique ſine ſuſpicione procedere debent & tractari. l.apertiſſimi.C.de iudi.c.quod ſuſpecti. quod eſt ſinale. tertia q.v.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere,quia id uerum eſt ſpeciali ratione, ſibiq; permiſſum uſque ad litis cōteſtationem tantum,quoniam actio erat tempore peritura. Non ob. ſecundum & tertium ad idem tendentia, quia poteſt eſſe delegatus non ordinarius,nec ab re quoniam ordinarius recuſari non poteſt, delegatus autem ſic uſque ad litem conteſtatam.l.nemo.C.de iur. om.iu.l.apertiſsimi.C.de iud. Vel & aliter quod poteſt in criminalibus publicæ utilitatis gratia, non in priuatis & ciuilibus cauſis aut ultimo loco quod non poteſt pater agente filio,uel e contra,alias autem ſic,ſi reſpondeat & alius agat. & ut per glo.atque Odof.hic latius. Non ob.quartum, quia id in uoluntaria iuriſdictione procedit,nos autem loquimur in contentioſa, quarum non eſt par,eademque ratio,ut dicebam in l.fin. proxime ſupra.de offic. aſſeſ.ergo. & nouiſsime habetur etiam in l.j.C.de emancip.lib.Non quintum denique & ultimum,quia id etiam eſt ſpeciale in principe, non recognoſcente tamē aliquem in ſuperiorē ut ibi,& in l.proxime. ff.de his quæ

in

in teſta.de.& not.hic,pulchre Corn.conſi.xlviij. ad fi.uol.iiij. ergo in contrarium ius commune. l.quod uero contra.l.ius ſingulare.ff.de legi.cap. præſenti.§.loca.de præben.in vj.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quod eadem ratione uendicabit ſibi quoque locum in teſte,quod hic dicitur in indice,quodq́ue erit ſuſpectus ſine dubio deponens in cauſa propria,uel patris,argumentum in l.omnibus.C.de teſti.& in l.nullus.ff.eo.Corn.conſi. ccxv.nume.5.uol.j.

Quodq́ue male dicant Doct.in l.j.ff.de iuriſd. om.iud. inq́ue diffinitione iuriſdictionis, quod pater,ius dicit filio,& dominus ſeruo,directo cõtra iſtum tex.de quo tamen ibi plene per eos.

Et ad ipſius intellectum atque declarationem, domeſticos dici,qui uiuunt ad unum panem, & unum uinum.§.cogitandum.in auct.de monach. familiares autem qui ſunt ſub alicuius imperio de iure uel de facto ut hic, & in l.j. C.ſi rec. prouin.& in l.j.C.ſi quacunque prædi.po.plene Bal. ubi etiam qui dicantur attinentes. in c.in literis. col.j.de teſti.

Et quod homines noſtri dicuntur, qui nobis etiam ſeruiũt ſine iuriſdictione, ut ſignanter per iſtum text.inquit idem Bal conſi.xxx. in princi. uolum.primo.

Et ultimo loco ſi perſona foret in qua ueriſimiliter ceſſaret ſuſpicio, quod iudex eſſe poſſet, ut monachus Ciſtercien.c. ſtatuimus. §. his omnibus.lxj.diſt.Fely.in c.ſuper his.col.pe.de accuſa. Et idem ſi conſanguineus eſſet uir ſanctæ uitæ, ut per Inno.in c.fina. de dolo,& contu. quia nec tunc poſſet recuſari,ut declarat Fely.in d.c.ſuper his.Et licet Imper.poſsit eſſe iudex in cauſa propria,conſtituit tamen & regulariter duos iudices ſicuti habet duplex patrimonium, & unum quidẽ in quolibet prædictorum,ut no. in l.procurator. C.de edcn. Finis.

Vlpianus lib.xviij.ad edictum.

MAGISTRATIBVS MVNIcipalibus ſupplicium à ſeruo ſumere non licet, modica autem caſtigatio eis non eſt deneganda.

Dubitationem faciebat, quod magiſtratibus municipalibus liceat ultimũ ſupplicium ſumere de ſeruo,quia uidetur caſus clarus in l. cũ ſeruus. ff.de cond.ob cau.ubi ſeruum in facinore deprehenſum,præfectus uigilum, ultimo affecit ſupplicio,& tamen imperium non habet,l.iij.§.cognoſcit autem.ff.de off.præfe.uigi.Et ne etiam ſic delicta,remaneant impunita,ut dicitur in l.ita uulneratus.ff.ad leg.Aqui.& in c.ut famæ. de ſen.ex com. Et quia ſeruus etiam pro nihilo reputatur, imò quod ipſum pecudi comparamus & aſino.l. ſeruitutem.l.quod attinet.ff.de reg. iur.l.ij. ff.ad leg.Aqui. Et quod nec eis adhuc conceſſa ſit modica caſtigatio, dubitationem faciebat rurſum, quia meri imperij eſt ut firmat Bar.in l.j.ſupra de off.eius,& in l.imperium.ff.de iur.om.iud.n.11. merum imperium autem ſibi lex non permittit, ut ibi no.ergo.

Contrarium tamen hic deciditur,in utroq; dicto.Et ratio deciſionis eſt,quoad primũ, quia ea quæ ſunt meri imperij,magiſtratibus municipalibus ſunt denegata.d.l.j.ſupra de of.eius.l.ea quę. ff.ad municip. ergo ultimum ſupplicium à ſeruo ſumere non licebit.Quo ad ſecundum uero,quia alias iuriſdictio foret nulla,& inutilis penè ac uana,nec poſſet aliter explicari.l.ij.ſupra eo.l.fi.de offi.eius.argumentum in l.oratio.ff.de ſpon.

Ad oppoſita reſpondetur, & ad primum breuiter,id de facto eueniſſe factumq; fuiſſe, nõ quod de iure fieri potuerit,ut per Ang. hic, qui ita reſpondet poſt Gul.de Cu.ibi,& bene. Non ob.ſecundum,quia licet à magiſtratibus municipalibus haud puniantur, puniri tamen poterũt ab his qui imperium habent. Non tertiũ,quia & iſtud quoq; uerũ eſt,quo ad ſtatum quem de iure ciuili annihilatum fuiſſe dicimus, ſed nõ quo ad uitam & corpus, quod magiſtratus municipalis poſsit ſe in eo afficiẽdo ultimo ſupplicio intromittere. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniur.pulchre Bal.in rub.C.de in.fi.lib.x.col.iij.Non deniq; & ultimum ac quo ad ſecũdum dictum, quia uerum eſt fore meri imperij,ut firmat Bar. in d.l.imperium,uerius quod magiſtratus municipales non ſint eiuſdem capaces,ſed falſum ratione prædicta quod cohertionem modicam non habeãt.& licet meri imperij ſit,hac ratione tamen, minoris eſſe dicetur,ut per Bar.in d.l.imperium. in gradibus meri.nu.11.quod alias Ang.in d.l.fi. ad fi.de off. eius.imperiolum appellat.

Et præſtat nobis argumentum hæc lex ad multa,& maxime quod magiſtratus municipales non cognoſcunt de delictis grauibus merum imperiũ non habẽtes,quodq́; ſtatuta & cõſuetudines hoc ipſum ſibi concedentia,ſeu concedentes,ſunt cõtra ius commune,ut inquit Corne. conſil. cclxx. col.ij.uol.primo.

Imo quod nec habent mixtum,& hac de re,cũ omnis ſolemnitas ſublata ſit in agnoſcenda bon. poſſeſsione.l.fi. C.qui admi.hodie corã eis agnoſci poterit,ut ibi dicit Alex.in prin.

Et quod modicam cohertionem habent,inferentem uim rebus,ut in l.fi.ſupra de off.eius.& in l. j. ff. ſi quis ius. di. non obtemp. & etiam perſonæ licet non maiorem.l. ſi quid erit. ff. de offic.procon.tradit Bal.in cap.paſtoralis.in prin. de offi.deleg.

Et quod modica delegari non poterit cum ſit meri imperii,ut hic per Bar.& in l.ij. & in l.iubere cauere.ſupra eo.qui tamen dubitat in l. imperium prealleg.ipſis autem ſic,ut patiatur quis aduerſarium eſſe in poſſeſsione ex primo decreto, de quo tamen adhuc hæſitant Scriben.in l. iii. in §.ſi intra.ff.de dam.infec.

Et

Et ultimo loco, quod ceſſabit cohertio hæc, ſi de ipſorum magiſtratuum iuriſdictione dubitetur, ſeu uera iuriſdictio non ſit, ut pulchre declarat Bald. in capitu. ex literis. nume. 2. de offic. deleg. Finis.

Vlpianus lib. xxxix. ad edictum.

EST RECEPTVM EOQVE iure vtimur, vt ſi quis maior vel æqualis, ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius poſsit ei & aduerſus eum ius dici.

Dubitandi rationem faciebat, quod maior nõ poſsit ſe ſuoiicere iuriſdictioni minoris uel æqualis, quia hoc modo pacto poſſet etiam aliquis effici ſeruus, dicta tamen abſurdum, qnia iſtud ipſum fieri nullo modo poteſt. l. cum affirmes. l. poſt certi. C. de liber. cauſ. Et quia par in parem non habet imperium regulariter, intumeſcitq́ue aſinus cũm uidet ſe per comparem ligari. l. nam magiſtratus. ff. de arbitr. l. apud. ff. de manu. uindic. Et eſt ultimo, argumentum in l. minor autem magiſtratus. in princip. ff. de minorib. ubi minor non poteſt reſtituere aduerſus ſententiam maiorũ. Et hinc eſt à ſimili quod nec quis poteſt ſe mittere in manu, & poteſtate inimici & aduerſarij ſui. capitu. contingit. de ſenten, excommuni. imò dicit Bar. quod ſtatutum Piſis, quod poſsit, non ualet, in l. j. in §. uſq; adeo. & in l. ſed ſi unius. in §. prætor ait. ff. de iniur.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia non poteſt quis ſibi ipſi ius dicere. l. prima. C. ne quis in ſua cau. l. penult. ff. de arbitr. l. qui iuriſdictioni. ſupra eodem. ergo neceſſe eſt ut ſe æquali uel minori etiam ſubijciat. l. ille à quo. §. tempeſtiuum, ff. ad Trebellianũ. intelligendo tamen hoc in principe de honeſtate, quia de iure poſſet ſi uellet cognoſcere & eſſe iudex in cauſa propria ſi uellet. l. proxime. ff. de his quæ in teſta. de. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. inſtitu. Et ad propoſitum ita fecit etiam Federi. in pace Conſtantiæ ut Odofre. & Cyn. referunt, & poſt eos Bald. hic & Iaſ. & facit etiam regu. l. ſi quis in conſcribendo. C. de paci.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare primũ, quia in libertate procedit, quæ cum ſui natura fauorabilis ſit, efficit ut id ſpeciali ratione ſtatutum fuiſſe dicamus, nec ſit ad conſequentias trahendum. uulga. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legib. Non ſecundum, quia uerũ eſt id quoque, quando ſe non ſubmiſiſſet, ut in dicta l. nam magiſtratus. Alber. declarat. Non obſtat ultimum, quia loquitur & id in reſtitutione aduerſus ſententiam principis, ſeu eius delegati, quæ raro aut nunquàm concedi ſolet. Simile uero in eo qui ſe ſubmittit alteri ut corpus ſcindatur, & male nec ad propoſitum, ex quo nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. cap. ſi quis abſciderit. l v. d. not. in d. c. contingit.

Et præſtat lex iſta nobis argumentum ad multa, quod papa concedendo ius ciuile, Bononię ſeruari, ſuæ iuriſdictioni, præiudicauit multum, ut inquit Roma. conſi. ij. ad finem. eſt uerum tamen, quod ipſe ſe in iudicio Imperatoris ſubmittere non poſſet de iure. cap. nos ſi incompetenter. ſecunda quæſtio. ſeptima. late Abb. in capi. eccleſia Sanctæ Marię. de conſtitutio. colum. ij. ubi & nos etiam multa.

Et quod obligationes ciuiles, & lex inter principem & priuatum inuenta eſt, quando ipſe vult non lege principis uiuere, ſed priuata, inquit ex multis Socin. in l. frater à fratre. col. ij. ff. de condictio. indebi.

Et quod minorem ſe facit maior ſubmittendo, inquit Bal. cõſi. ccccxxxviij. col. x. uol. iij. & in l. j. in repe. ad fi. C. de iure lib.

Et quod ſi maior ſubiicit ſe, multo fortius poterit minor in ſui præiudicium domicilio, delicto, uel contractu, ſubiicit idem Bal. conſi. præallega. col. vj. & in rep. d. l. j. col. v. & Fed. de Sen. conſil. xiiij. col. iij.

Et quod denique ſi uoluntaria iuriſdictio explicetur, extra territorium, inter non ſubditos, prorogatio neceſſaria non erit, cum dicatur potius ſubmiſsio, nec lis conteſtetur in his quæ ſunt volũtariæ iuriſdictionis, ut per Bal. adhuc in l. ij. col. j. ff. de offi. procon. Finis.

Vlpianus lib. j. opinionum.

PRAETOR SICVT VNIVERſam iuriſdictionem mandare alij poteſt ita & in perſonas certas vel ad vnam ſpeciem poteſt, maxime cum iuſtam cauſam ſuſceptę ante magiſtratum aduocationis alterius partis habuerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod prętor delegare non poſsit, quia ſicuti ſuſpectus eſt in iudicando, ita ſuſpectus uidebitur in delegando. Et videtur caſus in cap. irrefragabili. in §. exceſſus. iuncta glo. & ibi Innocen. de offic. ordin. ubi aduocatus non prohibetur eſſe iudex in cauſa ſui clientuli, & ibi etiam not. Imo. & Abb. Et quia ultimo loco, ordinarius tanquàm ſuſpectus recuſari non poteſt. l. apertiſsimi. C. de iudi. not. in l. nemo. C. de iur. om. iud.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. & ratio deciſionis eſt, quia (ut dicitur in d. l. apertiſſimi. & in cap. quod ſuſpecti. iij quæſt. v.) lites ſine ſuſpicione, procedere debent, vnde cum aduocatus præſumatur habere affectionem ad cauſam. l. fin. in fin. C. de aſſeſ. iuſta eſt recuſationis cauſa,

merito

merito delegatio fieri debet.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum non eſſe, ut not. in d. l. nemo. & ideo exceptio quæ obſtat deleganti, non obſtabit delegato cum ſit perſonalis, poteritque ille recuſari ad finem ut cauſam deleget, non ut ex toto repellatur.

Non obſtat ſecundum, quia eo caſu tolerabile eſt, cum non dum intentionem ſuam propalaſſet, qui pro aduocato requiſitus fuerat. aut (quod mihi magis placet) dicamus non eſſe uerum, neque id probari in dicto loco. ut ibi per Butr. ita audacter tenentem, dic ut per eum.

Non denique & ultimum, quia (ut dixi) recuſari non poteſt ut repellatur ex toto ſed bene ut deleget, declaratque hic etiam Pau. Caſt. & alij & not. in d. l. nemo.

Præſtatque nobis argumentum adhuc præſens lex ad multa, quod dictio ſicut, eſt ſimilitudinaria, nec ab re ſubdit, ſicut prætor poteſt mandare uniuerſam iuriſdictionem, quod ita poteſt in perſonas certas uel ad unam ſpeciem. & regulariter, quia quandoque ſecus. cap. ſicut unire. de exceſſib. prælato. Barto. in l. ſi cum exceptione in §. quatenus. colum. penul. ff. quod met. cauſ. Are. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Griſogonus. nume. 13. ff. de uerbo. obli. Bal. in c. j. in §. uaſalli. col. ij. de pa. Conſtan. in uſib.

Et ibi maxime quod dictio hæc pariter reperta in lege uel ſtatuto, implicat idem eſſe in caſu non expreſſo, quo ad iuris effectum, non tamen quod in eo ſit tanta diſponendi ratio, ut not. Inſtitu. de ſingu. per fideicom. reli. ad finem. & in l. illud. ff. ad legem Aquil. & in c. ad abolendam. de ſi. presbytero.

Et dum rurſus uniuerſæ iuriſdictionis mentionem facit quod prætor mandat, dic de conſcientia legis, ad ſimilitudinem proconſulis, ut not. in l. more maiorum. & ibi Ferrarien. col. iij. ſupra eodem.

Et quod ex cauſa probabili poteſt iudex tanquàm ſuſpectus recuſari, de quo alias in d. l. apertiſsimi. C. de iudi.

Et cum ſit generalis ratio, quod non modo in uno iudice, uerum etiam in pluribus hoc idem ſibi locum uēdicabit, ſecundū Abb. in c. cauſamq; in prin. de offi. deleg. Finis.

Africanus lib. vj. quæſtionum.

SI CONVENERIT VT alius prætor quàm cuius iuriſdictio eſſet ius diceret: & priusquàm adiretur mutata uoluntas fuerit: proculdubio nemo cōpellitur eiuſmodi conuentioni ſtare.

Dubitandi rationem faciebat, regula quod ſemel. de regulis iuris, in ſexto. ubi quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. Et maxime quando acquiſitum ius eſt aduerſæ parti, quod, ab eo & ſibi auferri eo inuito non poteſt. l. fina. ff. de pac. l. id quod noſtrum. de regulis iur. Cum dicat etiam textus in l. ſicut. C. de actio. & obligatio. quod ea quæ à principio uoluntaria ſunt, neceſſaria efficiuntur poſtea & ex aliquo temporis interuallo. Et cum ſola pœnitentia admittatur in contractibus innominatis, hoc caſu locum non habebit. l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſam. Facta præſertim prorogatione huiuſmodi in iudicio. argumentum in l. cum oſtendimus. in fi. ff. de fideiuſ. tu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis adduci poteſt, quia iuriſdictio publici iuris eſt. l. prima. ſupra eodem. & ibi Barto. idem in l. imperium. ſupra eodem. in his quæ publici iuris ſunt priuatorum pactum nihil operatur. l. ius publicum. ff. de pact. l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſdi. omnium iudic. quominus à prorogationis actu recedi poſsit, maxime quando res eſt integra ut hic, nec adhuc iudicium formatum per litis conteſtationem, uel aliter. Aut dicamus cum res ſit integra, quod uariatio permittatur. l. ſi defunctus. ff. de procura. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uendica. l. ubi cœptum. ff. de iudi. Vel quod pœnitentia locum habeat ex quo factum erat inualidum, ut tradit Barto. in l. qui ea mente. colum. ij. ff. de fur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtarę. Nō primum, quia fallit regu. ut ibi not. quando diſplicētia permiſſa eſt. argumentum in c. gratum. de off. dele. & in c. ſi quis libellos. ij. q. vj. & not. in l. edita. C. de eden. & in c. ſignificantibus. & utrobiq; dixi ego de lib. ob. Non ſecundum, quia erat acquiſitum reuocabiliter, ut adhuc not. in d. l. fi. permiſsione (ut diximus) legis & re integra. Non ob. tertium, quia & id quoq; uerum eſt quādo uoluntas ſecum executionem traxit, & quādo ut dixi res nō eſt integra. l. & quia. ſupra eo. l. qui ob rem non defenſam. ff. de condi. ind. Dy. in l. ſi ſeruum. in §. ſequitur. ff. de uerb. obl. Bal. in l. ſi cū dotem. in §. eo autem tempore. ff. ſolu. matr. Non quartum, quia etiam pactum eſt contractus innominatus, iuxta glo. in l. j. ff. de act. & ob. Vel dicamus quod cum factum contineat, nemo ad id pręciſe compelli poteſt. l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. Vel quod imo locum habeat etiā in nominatis, ex cauſa ut ſupra. Non ultimum deniq; ex quo iudicium adhuc formatum non fuerat per litis cōteſtationem vſque adeo ut nec ſimus in caſu d. l. cum oſtendimus, ff. de fideiuſ. tu. not. in l. j. ff. de uerb. ob. Imò quod uerbum conuenerit, denotat etiam conuentionem extraiudicialem, vt no. Fel. in c. ij. in prin. de accuſa.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod quanquàm iudex ordinarius recuſari non poſsit. l. apertiſsimi. C. de iudi. poterit tamen ante litem conteſtatam ſi fuerit iudex ex prorogatione, ut per Bald. in d. l. apertiſsimi. col. j. ad fi. ſignanter per iſtum tex.

Et

Et quod ita demum uerum erit, quod hic dicitur, niſi prorogatio eſſet firmata iuramento, quoniam tunc promiſsio foret ſeruanda, vt hic nota. ubi in lectura prima, ſecunda, & tertia dixi late, & non ab re, quoniam iuramentum quotiens ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, utique ſeruandum eſt. c. quanuis, de pact. in vj. tradit Bald. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. & ita iſtum tex. adhuc limitat & declarat Fely. in cap. ad noſtram. colum. v. de iureiuran. & in capit. j. col. iiij. de iudic.

Et quod res dicitur integra donec lis ſit conteſtata, uel pro conteſtata habeatur inquit Bal. in d. c. gratum. alleg. ſupra de offi. deleg.

Et quod iuriſdictio non poteſt prorogari in perpetuum, ex quo regulariter in ſucceſsiuis actibus ſucceſsiua pœnitentia locum habet, adhuc Bal. declarat in l. j. in §. in initio. col. j. ff. de offic. præfec. urb.

Et quod denique prælatus contra quem literæ ad beneficia impetrantur, executoribus præcedentibus ſi dixerit ſe uelle parere, poſtea ex probabilibus cauſis dixerit nolle, & appellauerit non ideo excommunicari debet, & ſi contrarium factum fuerit excommunicatus non cenſebitur pro manifeſta offenſa quandoquidem voluntas hæc non ſit obligatoria, ſed ambulatoria, nec iuriſdictionem tribuat non habenti, nec poſsit ualidare alias literas nullas, nec eas ampliare ſeu impugnare, cum non ab ipſo ſed à papa emanent, & pendeant vt hic, & in l. priuatorum. C. de iur. om. iu. & in capitu. auditis. de electio. Bellamer. deciſio. cxxiiij. Finis.

De in ius vocan.

Paulus lib. iiij. ad edictum.

QVIA SEMPER CERTA eſt mater etiam ſi vulgo conceperit, pater vero is eſt, quem nuptiæ demonſtrant.

Dubitandi rationem faciebat, quod edictum de quo in l. quique. in §. primo. ſupra eodem. non comprehendat vulgo quæſitos, poſsintque matrem in ius uocare ſine uenia, quia in eodem liberorum mentio facta eſt, quo caſu de liberis proprie intelligi debet, natis ex iuſtis nuptiis. l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. ergo non de vulgo quæſitis.

Et quia verba legis, ad eos qui ſunt liberi ſimpliciter porrigi debent, deque eis intelligi, & non de his qui ſunt liberi ſecundum quid, quia illud non dicitur tale quod non eſt ſimpliciter tale. l. prima. ff. de donatio. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. Sed hij non ſimpliciter liberi dicuntur, ſed vulgo quæſiti, ergo in edicto non comprehendentur.

Et uidetur caſus in dicto §. primo. ad finem. ubi Seruius hoc clare dicebat ad ſolos iuſtos liberos uerba edicti porrigi debere, ergo non ad alios argumentum in l. cum prætor. ff. de iud. & in c. non ne. de præſumpt.

Contrarium tamen hic deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quæ cum dicto §. primo. legis præcedentis ad finem iungitur, quia mater eſt ſemper certa, etiam ſi vulgo conceperit, pater vero quem nuptiæ demonſtrant. Et quia una (ut etiam dicitur in l. ſequen.) omnibus parentibus debita eſt reuerentia, & ſeruanda quidem. & ſi omnibus, etiam matri. l. Iulianus. ff. de legat. tertio. capitu. ſolitæ. de maiorita. & obedien. l. prima. ff. de verbo. ſigni. vbi maſculinum in fauorabilibus inque materia indifferenti, concipit fœmininum quoque.

Ad oppoſita reſpondetur, & primum breuiter nihil facere, imò uerum non eſſe, maxime quia hic lex conſiderat naturalem cauſam, & non in l. contraria, & fuſius ut per Baldum in l. ſequent. præallega. in ſecunda lectu. Non obſtat ſecundum, quia fallit regu. quando eadem eſt ratio liberorum ſimpliciter & ſecundum quid, ut declarat Paul. Caſtren. in l. ſerui electione. in §. Labeo. ff. de legat. primo. Sed hic (ut oſtenſum eſt & dicemus in dicta l. ſequen. vbi etiam verba clara) eadem eſt ratio, ergo. Non vltimum denique, quia & id uerum eſt, ſed opinio illa Seruij, ab Vlpiano ibidem reprobatur, et merito, quia nulla ratione quæ bona eſſet, poterat ſuſtineri.

Præſtatque nobis argumentum lex iſta, ad multa, et maxime, quod filiatio probatur præſumptiue, quodque uere ex parte patris (quanquàm mater ſit certa ut hic) probari non poteſt, et tradit Abb. in c. per tuas. in iij. no. de proba.

Et quanuis antiquo iure mulieri interdictum eſſet onus tutelæ propter ſexus fragilitatem. l. fin. ff. de tute. quod hodie tamen propter pietatem in filios, matri conceditur, et quia eſt magis certa quàm pater, ut per iſtum text. inquit Deci. conſi. xvj. col. j. uol. j.

Et quod appellatione coniunctorum vulgo quæſiti, non ueniunt (quanquàm in edicto comprehendantur hic) ut poſsint impetrare reſcripta ad lites ſine ſpeciali mandato. c. nonnulli. §. ſunt et alij. et ibi Fely. col. xix. de reſcript.

Et quod licet non probetur in contradictorio iudicio à matre, aliquam eſſe filiam ſuam, non propterea defectus probationis, tollit ipſius bonam fidem, quam habet quod ſua ſit, quia certa. quodque illi ſuccedet ſine dubio ex Senatuſconſ. Tertulia. de quo in l. ſecunda. ff. ad Tertul. et Inſtitu. eod. in princip.

Et quod denique non procedit quod hic dicitur in inceſtuoſis, qui ſicut alimenta negare poſſunt patri, ita eos poſſunt in ius uocare ſine uenia. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. et ibi not. omnes. ff. ad Trebel. Iaſ. in §. pœnales. nume. 62. Inſtitu. de actio. Finis.

Paulus lib.j.ſententiarum.

PARENTES NATVRALES in ius vocare nemo poteſt, vna eſt enim omnibus parētibus ſeruanda reuerentia.

Dubitandi rationem faciebat, quod parentes naturales in ius uocari poſsint, uenia non impetrata, quia pater & filius ſunt correlatiua. l. fi. C. de ind. uid. toll. ſed pater poteſt, ergo & filius. Et quia filius eſt ille proprie, qui ex iuſtis nuptijs naſcitur l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Et quia ſi naturalis non honoratur, (patri etenim non ſuccedit regulariter, neque in bonis ipſius legitimam habet. l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de lega. tertio) non debet conſequenter grauari ut patrem in ius uocet uenia impetrata l. ab eo uulga. C. de fideicom. Et uidetur caſus in glo. allega. in l. iij. C. ad legem Iulia. de adul. ubi ſerui mulieris de adulterio accuſatę, & patris eius iuſti, non naturalis (inquit) quęſtioni ſubijciuntur, ad eruendam ueritatem, ergo patris appellatione naturalis tantum non ueniet, neq; cōprehendetur. Et hinc eſt ſi immunitas concedatur alicui pro ſe & eorum parentibus, quod naturales non cōprehendentur, ſed iuſti, ut pulchre hic per Alber.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, ut in litera, quoniam una omnibus parentibus ſeruanda eſt reuerentia.

Ad oppoſita reſpondetur nō obſtare primum, quia non ſunt correlatiua parium, ſed ſuperioris & inferioris, igitur non facit ad propoſitum neque concludit. Non obſt. text. in d. l. filium diffinimus, quia uerum eſt id propter accidens ſed non ut reuerentia non debeatur etiam patri naturali, nec ſit neceſſaria uenię impetratio, quia cauſa naturalis conſideratur hoc caſu, ut infra. Non regu. d. l. ab eo, quia non eſt pater, qui grauat ſed lex, à qua etiam priuatur & ſucceſsione patris & legitima, ea de re, nec dici poteſt quod ſimus in caſu regulæ prealle. Non ob. ultimo tex. in d. l. iij. quia hic eſt fauor ibi uero odium, & ſic non ſine ratione ampliandus uno caſu, altero uero odium reſtringendum. c. odia de regu. iur. in vj. l. cum quidam. ff. de liber. & poſtliu. uel quod hic de reuerentia loquamur, quæ eſt iuris naturalis, ibi autem ſit diſpoſitio iuris ciuilis, in qua rigor potius attendi debet, quàm æquitas. Vel ꝙ illud ideo ſit quia lex proceſcit ita ulterius hoc ipſum exprimendo, ut inquit Alexā. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. colū. xvj. ff. ad Trebel. Vel & ultimo (ut ibi ſubiicitur) quia maior ſuſpitio eſt in patre iuſto, ne ſeruos diſtrahat uel manumittat, quam in naturali. Et ad idem quod de immunitate dicebatur, parum quoque obſtabit, quia id (ut ſupra declarauimus) diſpoſitioni iuris ciuilis tribuendum eſt non naturalis, ut hic et per eundem Alber. latius.

Et pręſtat nobis argumētum ad multa lex iſta, qđ iſtud de quo in ea, præceptum ethicum ſit in genere, quale illud de quo in l. j. ff. de conſti. pec. graue eſt fidem fallere. Vel illud, adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. uel illud, uerecundia & cogitatio eius qui lites execratur, non eſt uituperanda. ad differētiā politici, & œconomici, quorū primum eſt, in l. nam ſalutem. ff. de offi. pręfect. uigi. ibi, nulli magis conuenit quàm Cæſari, ſalutem reipu. tueri. Secundum in l. ut tantum. ff. de ſer. corrup. ibi intereſt noſtra animum liberorū noſtrorum non corrumpi. Et quando nomen naturæ profertur à lege, quod etiam de illegitimis intelligi debet ut per Cy. in l. quiſquis. C. ad legē Iuli. maieſt. ſed non tamen ſi à ſtatuto, quoniam intelligetur tunc ſecundum communem uſum loquendi de legitimis tantum & naturalibus. l. liberorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legat. iij. glo. in cle. unica. de baptiſ. Pau. Caſtr. conſil. clxxviij. col. j. uol. ij. dubito tamen ut infra.

Et quod in prouiſionibus naturæ (quod ferè idem eſt) ſiue ordinatis à natura uel quaſi, ut eſt ius alendi uel honorandi, appellatione parētum, uel filiorum, comprehenduntur etiam naturales, ut hic per Gul. de Cu. & Bal. pleniſsime Iaſ. in. §. pęnales. nu. 57. inſti. de actio. latiſsime Alex. conſi. lx. col. iij. & iiij. uol. ij. dicens etiam in d. §. ex facto. col. xvj. poſt Ro. hic, quod ſtatutum de compromiſsis fiendis, inter patrem & filium, habet locum in filio naturali quoq;. & Bar. in l. hos accuſare in §. omnibus. nu. 7. de accu. quod nomen patris & matris, prout eſt naturę, cadit in ſeruū, non prout eſt cognationis.

Et quod ſi lex cōſiderat cauſam accidentalē nō naturalē, ueniunt tm̄ filij legitimi & naturales, ut inquit Corn. conſi. ix. nu. iij. uol. iiij. ꝑ tex. in d. l. filiū diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu.

Et qđ deniq; iura uolētia perſonas poſſe agere ſine mandato, cōprehēdunt quoq; naturales, ut ꝑ Alex. in d. §. ex facto. co. xx. & ꝑ Fel. in c. nōnulli. in §. ſunt & alij colum. xxj. de reſcri. Finis.

Paulus lib. iiij. ad edictum.

IS QVOQVE QVI EX CAVſa fideicommiſsi manumittit non debet in ius vocari, quáuis vt manumittat in ius uocetur.

Dubitandi rationem faciebat, quod manumittens ex cauſa fideicommiſsi poſsit in ius uocari, ex quo manumiſsio non eſt ſpontanea. l. quiq;. §. j. l. adoptiuum. §. patronum. ſupra eo. & l. mater. C. de ope. li. Et quia uidetur ēt libertus teſtatoris potius, quàm manumiſſoris. arg. in l. cohęredi in §. cum filię. ff. de uulga. & pup. ſub. Et quia alias nō diſtingueret actus ſpōtaneus à coacto, & male. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog.

Contrarium tamen deciditur in l.iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia in edicto prætoris, patroni mentio fit, ne in ius uocetur abſque uenia, is autem qui ex ſeruitute manumiſit, huiuſmodi eſt, ergo uel ſponte, uel ex cauſa fideicommiſſi manumiſerit impune uocari non poterit, præallega. §.patronum. Verum (ſubiicit tex.) eſt, quod in ius uocari poterit, intellige abſque uenia, & impune quidem, ut manumittat, quia non eſt reus, hoc caſu cui reuerentia debeatur. l.cum uero. §.ſubuentum. ff. de fideicom. lib. l.uix certis. ff. de iudi. no. in l.manumiſſionis cauſa. C. de ope. lib. & facit uulgatum illud. ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur, de quo in l.tutori. C. de neg. geſt.

Ad oppoſita reſpondetur, licet manumiſſio ſpontanea non ſit, quod tamen manumiſſor eſt quaſi patronus, & ipſe manumiſſus libertus manumiſſoris, ut in d. §.patronum. qui tam abinteſtato, quàm etiam per bon. poſſeſſionem contra tab. ad bona eius, quaſi patronus rurſum, uenire poterit. l.qui ex cauſa. ff. de bo. li. Et ſic nec uerum eſt quod ſecundo dicebatur, quod ſit libertus teſtatoris. Nec etiam quo ad hoc quod ſit differentia inter actum ſpontaneum, & neceſſarium manumiſſionis, ut ſupra. quo ad aliud uero ſic, quia qui manumittit ex cauſa fideicommiſſi operas non imponit, niſi filius ſit de manumittendo rogatus. d. l.qui ex cauſa, not. in d. l.manumiſſionis. & in d. l.mater, qui ſponte autem ſic, ut in dictis locis. & ſic differunt hoc caſu & in d. §.ſi neceſſaria. vt lex ſuccurrat magis facienti actum ex neceſſitate, q̃ ex uoluntate.

Præſtatque nobis argumentũ hæc lex, ad multa. Quod paria ſunt quem patronum eſſe, uel haberi pro patrono, ut hic, & in d. §.patronum.

Et ad idem, quod priuilegia ſeu beneficia conceſſa ciuibus, competunt etiam illis qui ex forma ſtatuti debent tractari ut ciues, de quo in l.mercis. ff. de uerb. ſig. late Bar. in l.ſi maritus. in §.legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de adult. fuſius hic Angel. & Alber.

Et quod ſi ratione delicti pater poſſit in ius uocari, quod tamen hoc ius in filium non tranſibit, ut in d. §.patronum, ad fi. ubi & iurecon. quoque rationem aſſignat.

Et quod delictum patris hoc caſu, non nocebit filio innocenti, ut in d. §.patronum. & per locum à ſpeciali probatur in l.quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta.

Et quod dictionis quoque natura, eſt denique aduerbialiter copulare, & per ſimilitudinem extenſionem ad præcedentia facere, eiuſque natura, non modo præcedentium uerum etiam accedentium, repetitionem inducere, l.in repetendis. ff. de leg. iij. l.Seiæ. §.Caio. ff. de fun. inſtr. Oldra. conſi. ciij. nu. 7. glo. in regu. Cancella. xxxiiij. ex eoque liquet, quia ſicuti filius patris delinquentis quaſi innocens non uocatur (ut dixi) non uocatur pariter qui ex cauſa fideicommiſſi manumittit ut hic. Finis.

Vlpianus lib. v. ad edictum.

SI LIBERTVS IN IVS vocauerit cõtra prætoris edictum, filium patroni ſui, quẽ ipſe patronus in poteſtate habet, probandum eſt abſente patre, ſubueniendum eſſe filio qui in poteſtate eſt, & ei penalem in factum actionem, id eſt, quinquaginta aureorũ aduerſus libertum competere.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius agere non poſſit pro iniuria ſibi illata, quod à liberto fuerit in ius uocatus quãquàm abſente patre, quia regulariter in poteſtate ipſius conſtitutus, non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. l.filiusfamilias. ff. de actio. & oblig. l. fi. §.neceſſitate. C. de bonis quæ liber. Et quia iniuria illata filio, propter patriam poteſtatem illata videtur patri. l.pater. ff. de iniur. Et quia denique filius patri præiudicare non poteſt. l.filius paciſcẽdo. C. de pact. Id unum quoque haud omittentes quod nemo ſine actione experitur. l.ſi pupilli. §.uideamus. ff. de neg. geſt.

Contrarium tamen deciditur in hac lege. Et ratio deciſionis eſt, ne, ſi ei non daretur actio in futurum (inquit tex.) impune fraudem patiatur. Et ne (dum pater expectatur) impunita maleficia maneant. l.ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. ut famę. de ſen. ex com. & ſic in caſu abſentiæ ſpeciale eſt, ut pro ſua iniuria agat.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quoniam uerum eſt regulariter, & quando pater eſt præſens, non quando abſens ut hic.

Non ſecundum, quia imò illata eſt filio, & maxime propter abſentiam (vt diximus) patris. Ex quo tollitur quoque, quod non poteſt filius præiudicare patri, quodq́ue actionem nõ habet, quia non præiudicat ratione prædicta, actionemq́ue habet, abſque dubio hoc caſu. l.in factum. ff. de actio. & oblig.

Præſtatq́ue rurſum nobis hæc lex, argumẽtum ad multa, & maxime, quod abſente patre filio ſubueniendum eſt. Quodq́; abſentiæ ratione (& fere idem eſt) non nihil filio cõceditur, quod utiq; & eo ſquidem præſente non concederetur. l.ſi longius. §.fi. ff. de iud. & ut etiam per glo. hic.

Et quod de æquitate ſuccurritur filio hoc caſu, licet non dicatur niſi implicite, & uirtualiter, ut indicat verbum illud, ſubueniendum eſt. l.diuus. ff. de reſti. in integ. l.cum filiusfamilias. ff. ſi cert. peta. l.ſi finita. §.ſi forte. ff. de dam. infect. l.ſi quis in grani. §.ſubuenitur. ff. ad Sylla. l. cum quidam. in prin. ff. de acq. hęr. & ſexcenta ſunt huiuſmodi, aliter non referenda.

Et quod pœna quinquaginta aureorum, de qua

hic,

hic,& in l.fi.infra eo.non fiſco,ſed parti quæ iniuriam patitur,patrono,ſeu filio,ut hic,applicari ſolet,& no.in l.uenia.C.eo.bonus tex.eſt in l.diuus in §.fi.ff.de iu.pat.

Et quod deniq; non in omnibus perſonis prohibitis in ius uocari ſine uenia, locum habet, ſed enumeratis duntaxat in edicto prætoris, de quibus in l.ij.iij.& toto titulo iſto, & ut etiam dicit glo.quam ibi not.Iaſ.in §.pœnales.nume.86. inſtitu.de actio. Finis.

Papinianus lib.j. reſponſorum.

LIBERTVS A PATRONO reus conſtitutus qui ſe defendere paratus pro tribunali præſidem prouinciæ frequenter interpellat,patronum accuſatorem in ius non videtur vocare.

Dubitandi rationem faciebat,libertum patronum ſæpe interpellantem, quanquàm reus accuſatus ſit,puniendum eſſe,ut pote ipſum patronum temere in ius uocantem, & maxime quia uidetur caſus ad literam in l.quique.in §.j.allega.ſæpe. ſupra eo. & in l. uenia. C.eo. ubi patronus in ius uocari nō poteſt abſque uenia,alias in pœnā quinquaginta ſolidorum incidit.l.fi.infra eo. Et ſi inopia laborare dignoſcetur (ut ibi ſubiicit Iureconſul.)caſtigabitur. Et quia poſſet libertus rurſum abſolui: uidereturque ſic dominus calumniari & male. Cum ſit mens legis etiam,quod libertus nō ſit ingratus, argumentum in l.ij. iij. & iiij. C. de lib.& eo.libe.Et quia denique excipiens etiā agit l.j.ff.de exceptio.l.in exceptionibus.ff.de proba.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia non uidetur in ius uocare qui ſe defendit.l.j.ſupra eo.Et quia ignoſcendum eſt ei, qui ſe ulciſci voluit prouocatus.l.qui cum maior §.ſi libertus.ff.de bon.lib.argumentum in c. cum inter.de exceptio.vbi excommunicatus non agit, & tamen defenſio ſibi minime eſt neganda, ut etiam Bar.in l.in compenſationem.ff.de compenſatio.ait,& in l.amplius non petitum ad fi. ff.rem ratam habe.

Ad oppoſita reſpondetur, primnm nihil facere,quia id uerum eſt,agendo, non excipiendo.d. l.j.ſupra eo.Non ob.ſecundum, quia primum, & principaliter erat in intentione liberti ſe defendere,ergo non aliud attendi debet, quod calumniari uideretur ſi foret abſolutus,l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi.cert.petat. l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de uerbo.oblig. Ex quibus aliud quoque tollitur, quoniam foret ingratus tunc quando ageret, & uerbis edicti uim faceret,ſed excipit &(ut diximus) ſe defendit, ergo. Non denique & ultimum,quia non agit ſed agere uidetur, ut tex.met dicit in l.prima.præallegat. verbumque eſt quod improprietatem deſignat regulariter. l. prima.§.

deieciſſe autem uidetur. ff.de ui & ui arma. Vel dic quod id in probationibus ſit uerum. d.l.in exceptionibus.Bal.in l.fruſtra.C.de probat.

Et præſtat lex iſta rurſum nobis argumentum ad multa,& præſertim, quod impune ſit id,quod lex permittit,ut etiam dicitur in l. Gracchus. C. ad legem Iuliam.de adulter. & in l. final. ff. quod quiſque iur.

Et quod non ſemper uera ſit regula, neque generaliter in omni caſu, cum quid una uia prohibetur,de reg iu.in vj. quia licet libertus non agat (ut dictum eſt) excipit tamen. & eſt ſimile in l. quæſitum. infra eodem ubi libertus in materia, patronum in ius non uocat abſque uenia, & tamen ſecus eſt,ſi agat alieno nomine,& not.in dicta regula cum quid.

Et quod,ſi teſti contra me examinato,dixerim, quod eſt infamis,nebulo,ſcurra,& fur,non poterit contra me agere iniuriarum,ut ex multis & ſignanter per iſtum tex.dixit Alb.in d.l.fi. ff.quod quiſque iur.

Eſt uerum(inquit ibi Bal.& bene) quod bonū erit hoc caſu proteſtari, id à me dictum fuiſſe nō iniuriandi animo,ſed gratia iuris mei conſeruandi,& facit pro eo tex.in l.ſi debitor. in §.j.ff.quib. mod.pig.uel hypo.ſol.

Et quod ultimo loco,ſi me furem appellaueris, uel homicidam,ego uero dixerim tu mentiris.nō tenebor, ſi uerum tamen ſit quod tu mendacium dicas, & ut fuſius not.in d.l.fin. ff.quod quiſque iur. Finis.

Paulus lib.j. quæſtionum.

LIBERTVS ADVERSVS PAtronum libellum dedit, non diſſimulando ſe libertum eius eſſe, an ſi ad deſiderium eius reſcribatur, etiam remiſſa edicti pœna eſſe videatur. Reſpon.non puto ad hunc caſum edictum prætoris pertinere, neque enim qui libellum principi vel præſidi dat,in ius vocare videtur patronum.

Dubitandi rationem faciebat,quod ſi detur libellus principi, patronus in ius uocari uideatur, quia in ius uocare,eſt iuris experiundi cauſa uocare.l.j.ſupra eo.ſed ſi detur libellus principi, & reſcribatur,hoc idem fieri uidetur. ergo. Et ad idem eſt etiam caſus in l.j.& ij. C. quan. lib.prin. dat.ubi libellus principi datus,uim habet litis conteſtationis,quo tempore iudicium formatum eſt. l. amplius non petitum, & ibi nota. ff.rem ratam habe. Et ultimo loco etiam in l.ſi quis maior. C. de tranſact. ubi quis tranſactioni iuratæ contrauenire pariter uidetur, etiam libello principi porrecto.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis ex ipſo tex. elici poteſt, quia non eſt aliquid actum cum ipſo patrono, neq; ipſe in ius uocatus, ut uerba edicti ſonant in d. l. j. & in l. quiq;. in §. j. ſupra eo. quo caſu dici non poteſt, quod per libelli oblationem, fuerit in ius uocatus, quodq; inciderit in pœnam ipſius edicti.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia ibi emanauerat citatio, hic uero libellus fuerat ſimpliciter oblatus principi. Non obſt. ſecundum, quia id quoque uerum eſt, quoad effectū interrumpendæ præſcriptionis, non quantum ad pœnam huius edicti. Non deniq; & tertium, quia eo quoque caſu ſpeciale eſt in tranſactione iurata, de non contraueniendo aliquo modo, & ut ibi latius per Scriben. ergo non regulare. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi.

Præſtatque rurſum nobis argumentum hęc lex ad multa, Et maxime, quod licet hoc uerbum libellus æquiuocum ſit, ut ex multis oſtendit Bald. in l. ne quicquàm. in §. vbi decretum. ff. de offi. pro con. colum. ij. ſi adiiciatur aliud uerbum, principiſque mentio fiat quod de ſupplicatorio intelligetur.

Et quod qui iudicem impetrat, nec ultra procedit, non dicitur agere, ut etiam inquit Bal. & ſignanter per iſtum tex. quem not. eſſe exclamat in c. nonnulli. in prin. in. 1 7. de reſcrip.

Et quod ſi filius petat bon. poſſ. non requiretur licentia patris, ex quo iſtud eſt potius impetrare, quàm aliter agere, dicit idem Bal. in l. j. col. vj. C. qui admi.

Et quod iudicium incipit à citatione. §. fi. inſtit. de pœ. te. lit. uſque adeo ut citatio, & non libellus, dicatur eſſe de proceſſu, iuxta not. in c. quoniam contra. de proba.

Et ultimo loco, quoad pœnæ commiſsionem, citationem requiri, quia ulterius lex proceſsit ad ipſum exprimendo, & determinando, alias ſi ſimpliciter prohiberet patrono uel patri, moleſtiam inferri, tunc ſola libelli porrectione, libertus ſeu filius incideret in pœnam, ut not. & ibi in ſpecie Alexan. in l. ſi quis maior. præallega. C. de tranſactio. Finis.

Caius lib. j. ad legem xij. tabu.

PLERIQVE PVTAVERVNT nullum de domo ſua in ius vocari licere, quia domus tutiſsimum cuique refugium atque receptaculum ſit, eumq; qui inde in ius vocaret vim inferre videri.

Dubitandi rationem faciebat ſuſpectum de fuga capi poſſe in domo, indeque inuitum quoque extrahi, quia ualet argumentum de tempore ad locum. l. uinum. ff. ſi cer. peta. ſed die feriata ſuſpectus capi poteſt, ergo & in domo, indeq; inuitus extrahi. Et quia latitando quodammodo ius dicentis auctoritatem contemnit, l. j. ff. ſi quis ius di. nō obtemp. Et quia ſi licet in criminalibus ſecundū glo. in l. ſed & ſi. infra eo. & in l. nemo. ff. de reg. iur. utique debet licere etiam in ciuilibus. l. abſentem vulgata. ff. de pœn. Et quia denique uidemus hinc quoque, quod in domibus alienis, ſerui conquiri poſſunt. l. ij. C. de ſer. fugi.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, in tex. poſita, quia domus eſt tutiſsimum uniuſcuiuſque refugium, atque receptaculum, uſque adeo ut uis inferatur ei qui inde aliter in ius uocatus eſt.

Ad oppoſita reſpondetur, primū uerū nō eſſe, ut ex multis oſtenditur in d. l. uinum, & a deſtructione antecedentis ſequitur deſtructio conſequētis, ut in c. cum ex officij. de præſcrip. Bal. in l. cōuenticulam. col. iij. C. de epiſ. & cle. quod imò ſicut die feriata capi non poteſt, nec pariter capi poſsit in domo. Non ob. ſecundum, quia ſi citatus non eſt non poteſt dici iudex contemptus. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Non ob. tertium, quia fallax eſt argumentum inque delictis dicimus, ea ab omni ſecuritate excipi, ne impunita remaneát. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui. l. ſi ſeruus uetitus. ff. de leg. j. c. ut famæ. de ſenten. excommuni. multa Bal. conſi. cccc. col. j. uol. j. idcirco ob id nō ſequitur, quod idem in ciuilibus ſit dicendum. Non ultimum denique, quia id etiam eſt ſpeciale in odium ſeruos alienos occultantium, neve detur occaſio priuandi dominos ſeruis ſuis, ut ibi not. & in l. fi. eo. ti. & lib. & eſt argumentum in l. conuenire. ff. de pac. dota.

Præſtatque rurſum nobis hæc lex argumentum ad multa, & præcipue ibi quia domus quod hoc idem dixerit Caius, ex notiſsima teſtadinis fabula. οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος, ut inquit Alcia. & bene, de uerb. ſign. lib. iiij.

Et quod aliquem capi, duci, & poni in carceribus dicitur uocatio in ius, & appellatur citatio realis, ut etiam tradit Bar. in diſput. Lapus, col. ij. ſubiiciens ibi in prin. quod hoc caſu capto uis infertur, quodque propria libertate ſpoliatur.

Et quod maior eſt iniuria ac grauior quę ſit ad domum, quàm alibi, ut etiam in l. lege Cornelia. in §. domo, ff. de iniur. Bal. in l. prima, in princip. ff. ad Syllanian.

Et quod eſto quod uerbum domus multis modis capiatur, hic tamen capitur pro ſimplici habitatione, licet eam in proprietate quis non habeat, & eſt ſecuritas ipſius domus ad aliam differentiā, ut inquit Pau. Caſt. conſi. xcij. col. ij. uol. j. & Magalot. in tract. ſecurita. par. j. col. ij.

Et quod denique non ab re olim, ueteres domum refugij, appellabant Romuli Aſylum, ex quo omnes, ad illum confugientes, erant tuti, ut memoriæ traditum eſt. Finis.

A D D I T I O.

Quare in ſupraſcriptione huius legis dictum ſit hoc modo.

Caius lib.j.ad legem xij.tab.non uideo cum in his maxime de domo nulla, nulla inquam fiat mẽtio. Niſi reſpondeamus quod ſumpta occaſione fecerit hanc legem, quia inferre uim uidetur qui in de aliquẽ in ius uocat realiter ut tex. hic ſubiicit, & in l.xij.tab.dicebatur.

Si iniuriã alteri faxit xxv.aſſes.æris pœnę ſunto.quam(ut memoriæ proditũ eſt.) Neratius deludebat, ſecum famulum ducens crumenam nummorum plenam afferentem, ut ſi quem uerberaſſet, confeſtim ſolutione xxv. aſsium ſe liberaret. Iuſtinianus poſtea ſucceſsit, qui pecuniam uoluit poſſe pro conditione perſonarum lóco & tempore eſtimari. Et ultimo loco lex Cornelia uolens pariter ſi quis uerberatus fuiſſet, pulſatusue, domuſque eius introitaut is iniuriarum teneretur. §.pœna.cum duobus ſequentibus. inſti. de iniur. l.lex Cornelia.§.primo.l.is qui in domum. ff. eo. Cogita.

Martianus lib.iij. Inſtitutionum.

COMMVNIS LIBERTVS licet plurium ſit, debet à prętore petere vt ei liceat vel quendam ex patronis in ius vocare: ne in pœnam incidat ex edicto prætoris.

Dubitandi rationem faciebat, ſi libertus communis unum ex patronis in ius uocauerit abſque uenia, quod in edicti pœnam non incidat, quia plurium libertus eſt, quo fit ut ſi unum tantum uocet, petitione ueniæ aliter non ſit opus, argumentum in l.fi.C.de aucto.præſtan. Et uidetur caſus in l.ſed ſi hac.in §.qui manumittitur.ſupra eodem.ubi ſi aduerſus omnes uelit experiri, utique etiam petere debet ueniam, ergo non ſi aduerſus unum tantum.l.cum prætor.ff.de iudi. l.Pomponius ſcribit.§.primo.ad finem. ff. de procurat. Et maxime in pœnalibus & odioſis, in quibus debet fieri ſtrictiſsima interpretatio.l.cum quidam. ff.de libe.& poſthum.c.odia.de regul.iuris. in vj. Liberto prædicto in hoc grauato, qui (ut dixi) plurium libertus eſt, uſque adeo ut in alio releuari etiam debeat, ſi unum tantum uocet, ſine uenia uocare poſsit, neque ob id in pœnam edictalem incidat. l.eum qui.ff.de iureiur.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis nulla alia eſſe potuit, niſi iſta, quia ius patronatus eſt indiuiduum quiddam, quod, vnicuique patronorum debetur inſolidum.l.Carnelia pia.ff.de iur.pat.& conſequenter reuerentia, ita ut uenia omnimodo neceſſaria ſit, ad pœnam ipſam deuitandam, etiam ſi unus ſolus conueniatur.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia licet plures ſint domini & patroni, ſunt tamen ut ſinguli non ut uniuerſi, & cuiq; (ut dixi) reuerentia inſolidum eſt debita. Ex quo ſecundum quoq; ſoluitur, quoniam tex.ille in d.§.qui manumittitur, loquitur in eo, qui à corpore aliquo, collegio ſeu ciuitate, manumiſſus eſt, quo caſu ei honor habendus erat, & ſic rurſum pluribus ut uniuerſis, non ut ſingulis, ut hic.l.in tantum, in §.uniuerſitatis.ff.de re.di. Nec eſt uerum nos eſſe in odioſis, quia imo diſpoſitio fauore patronorum introducta eſt, ideo efficit, ut uenia omnimodo opus ſit, etiam hoc caſu & maxime ratione prędicta. Non obſt.ultimum, quia non eſt grauamen legis(quo caſu loquitur regula) ut ex hoc debuerit releuari. Vel dicamus releuari non debere, quia ſequeretur abſurdum, ipſum libertum ex dolo ſuo(dolus enim eſt ſi quis non facit id ad quod tenetur & obligatus eſt.l.dolus.ff.mand.)lucrum conſequi poſſe, & male.l.ne ex dolo.ff.de dolo.

Præſtatque lex iſta nobis argumentum ad multa, & præcipue, ſi bannitus debeat abſolui, ſex forma ſtatuti, habita pace ab hæredibus occiſi, quod erit ſatis habere pacem ab uno tantum, de quo tamen in l.iiij.in §.Cato. ff.de uerb. obli.ubi Bar.& omnes.

Et ſi cognoſcant feudum à pluribus dominis, ſimque infidelis uni tantum quod non ero priuãdus niſi pro parte quæ ad ipſum dominum pertineat, ut etiam clare legitur in c.j.de uaſal.qui contra conſti.Lotha.in uſib.

Et quod commune eſt meum eſſe, de quo late etiam in l.ſerui electione.in §.fi.ff.de leg.j.

Et ſi duo rurſum feudum conceſsiſſent, uaſalluſque alienaſſet de uoluntate unius, quod alter poterit alienatum inſolidum reuocare, ut hic etiã per Docto.

Et quod denique longa eſt differentia an aliquid ſit commune pluribus ut ſingulis, uel pluribus ut uniuerſis, de quo etiam in l.qui fundum.ff. de ſerui.ruſti.prædio.late in c.cum omnes. & ibi dixi de conſti. Finis.

Vlpianus lib.j.ad edictum.

IN EVM, QVI ADVERSVS ea fecerit, quinquaginta aureorum ex hoc edicto prætoris iudicium datur. Quod nec hæredi nec in hæredem nec vltra annum datur.

Dubitandi rationem faciebat text. in l.pœnalia.ff.de reg.iur.& in l.omnes pœnales actiones. ff.de act.& oblig.& in l.prima.C.ex delic.defun. ubi actiones pœnales hæredibus dantur, & in hæredes, hæc actio in factum pœnalis eſt. l.ſi libertus, l.libertus.ſupra eodem.l.fina.infra cod.ergo. Et maxime quia hæres repreſentat perſonam defuncti, eademque cum eo eſſe cenſetur.§.j. in authen.de iureiur.à mo.præſti. Et quod ultra annũ etiam detur, probari commode poteſt, quia actio pœnalis, ex quacunque lege uel edicto deſcendat perpetua eſt.§.j.inſtitu.de perpet. & tempo. ac.l.

querela.C.ad legem.Cornel.de fal.

Cõtrarium nihilominus in hac lege deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quia prætoria ad uindictã producitur,quo caſu regulare eſt,nec dari in hæredem,nec ultra annum.d.§.j,inſti.de perpetu. & tempo.ac.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau. §.pœnales.inſti.de acti.& eſt argumentum in l.ſancimus.C.de pœn.

Ad oppoſita reſpondetur,iura primitus allega. nihil facere quoniam intelligi debẽt & uera ſunt lite conteſtata non ante ut hic.Non ob.ultimum, quia id iuris fictione procedit non uere, quod maxime in pœnalibus conſiderandum eſt, ut in ſimili inquit Anch.conſ.ccxliiij.col.ij. uel & aliter reſpondeo quod procedit regula in his quæ immediate habet hæres à defuncto ut heres,non in aliis ut per Bar.in l.prætorię.in §.ſed & ſi unus. col.ij. ff.de præto.ſtipu. Vltimum leue eſt,ſecum etiam reſponſionẽ habens,id rurſum in pœnalibus,non prætoriis ſed ciuilibus procedere,& fuſius ut declarat Iaſ.in §.pœnales.col.iiij.inſti. de actio.allega.etiam ſupra.

Præſtatque nobis etiam lex iſta argumentum ſanè ad multa,& maxime(quod notandum eſt)iudicium hic poni, & intelligi pro actione in factũ, quanquàm æquiuocum ſit,& multas habeat expoſitiones.l.ſi libertus. ſupra eo. & eſt in ſimili etiã tex.in l.j.in ſi.princi.ff.de dolo.ibi iudiciũ dabo.

Et quod etiam, cũ patrono uocato detur actio in factum prædicta,eidem quoque pœna aureorũ quinquaginta applicabitur, & in ſolatium quidẽ, quoniam ipſi etiam iniuria illata eſt.l.fin.ff.de litigio.d.§.pœnales.inſtit.de actio. tradit hic Pau. de Caſt.& bene.

Et quod ſi iniuria illata fuiſſet Reipu. nõ actio in factum daretur,ſed popularis,de qua alias in l. ſi quis id quod.ff.de iur.om.iud.

Et quod hæc actio in factũ datur ex edicto prętoris,ex quo non datur alia,ut not.in l.in factum. ff.de actio.& obli.

Et quod deniq; annalis eſt, quoniam eſt etiam prætoria.l.pure.ff.de excep.doli. Finis.

Qui ſatiſdare cogantur.

Paulus lib.lv.ad edictum.

QVOTIENS VITIOSE cautum vel ſatiſdatũ eſt, non videtur cautum nec ſatiſdatum.

Dubitãdi rationem faciebat ex integro ſatiſdandum non eſſe,ſi hoc idem uicioſe factum ſit,exemplificando ut per gl.in milite,minore,uel ſeruo dato pro fideiuſſore.quoniã ſubeſt quid quod poteſt imputari ei qui non idoneũ accepit fideiuſſorem.l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.mãd. l.promittendo.§.ſi à debitore.ff.de iur.do.l.ſi is à quo.§.fi.ff.ut in po.lega.Bal.conſ.cclxxxv. col.ij. nol.j. Et quia ille qui præſtat ſatiſdationem functus eſt officio ſuo,argumentum in l.iudex poſtea quàm.ff.de re iud.Et uidetur caſus in l.iij.ff.de fideiuſ.ibi planè ſi non idoneũ fideiuſſorem,& ubi eo ipſo quod creditor recepit fideiuſſorẽ minus idoneũ ipſum uiſus eſt approbaſſe, Et quia ſi agi poteſt,ad intereſſe potius agi debet. l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.fi.ff.de uerb.ob.præalleg.l. ſi is à quo.Et quia deniq; facta pro infectis haberi non debent,l.in bello.§.factæ.ff.de capti.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta,Et ratio deciſionis eſt,quia lex quæ iubet ſatiſdari,intelligi debet ſeu intelligitur cum effectu ut ſatiſdatio ualeat de iure & de facto, quia ſatiſdatio uicioſa non eſt ſatiſdatio.l.iiij. §.condemnatum.ff. de re iud.l.ij.§.j.ff.quemadmo.teſta.apę.l.Paulus. ff.de uer.ſig l.eleganter.§.qui reprobat.ff.de pig. act.l.creditor.ff.de ſol. ibi quaſi ærosa ſublata eſt .i.ære contaminata. Et idem in l.huiuſmodi. in prin.ff.de leg.j.& in l.minor.ff.de no.auc,iud.po. & in l.j.in §.fi.ff.quod cuiuſ.uni.no. Bal.pulchre in ſtatut.Fideiubeo.nu.1. Et quia paria ſunt non præſtare,uel præſtare fideiuſſorem minus idoneũ argumentum in c.inter corporalia de tranſla.prę lato.& ut hic in glo.late.& in l.cum Sillanianum. C.de his quib.ut indig.

Ad oppoſita reſpondetur ut hic per Bal.primũ uerum eſſe quando obligatio ualuit,& tenuit, ſed ipſo iure hic eſt nulla,ergo.Et licet ſcienter acceperit creditor,ſibi tamen non præiudicat. l.ij.§.j. ſupra eo.Et minus ſi ignoranter, quia ignorantia iuris ubi tractatur de damno uitando non nocet. l.j.l.error.ff.de iur.& fac.igno.not.in l.iuris ignorantiam.C.qui admi.uel ut infra.Non ob.ſecundum,quia in iudice delegato uerum eſt, qui nihil proprium habet, l.j.§.qui mandatam.ff.de offic. eius.hic aũt tenetur quia uitioſe ſatiſdatum erat, nullaq; limitatio ſeu reſtrictio in lege ut ibi, poteſtas & iuriſdictio delegati, quæ limitatũ debuit effectum producere.l.in agris.ff.de acquir.re.do. Non ob.tertium,quia ſcienti minus idoneus datus eſt,& facultatibus lapſus, quo caſu non mirũ eſt,ſi ipſum approbaſſe uidetur, hic autem erat uicium ratione perſonæ,puta mulier uel minor .datus data ue,idcirco non mirum,ſi ex integro ſatiſdandum eſt. Non ob.quartum,quia id quoq; procedit etiam in ſatiſdatione præſtanda partiũ conuentione. Non quintum,quia procedit in præſtatione fideiuſsionis legatorum,quæ remitti poterat. Vel illud ideo,quia tempore fideiuſsionis, fideiuſſor ipſe, erat minus idoneus, legatariusque ſciebat.Non ultimum denique, quia imo pro infectis haberi debent,ſi minus idonee facta ſunt,ut hic & in l.non dubium.C.de legi.& in l.ſi ex præcio,ibi ſimulatis pro infectis habitis.C.ſi cer.pet.

Præſtatque nobis argumentum lex iſta,ad multa, & maxime, quod ſic paria ſunt quem ſe non excuſare,uel iura non habere, ſeu iuſtam cauſam ſe excuſandi,ut etiam dicit tex. in l.ſcire oportet,

in §.ſcire.ff.de excu.tu.imò ad propoſitum,quod ſi ſatiſdatio uicio afficiatur poſtea iterum præſtari debet , puta quia fideiuſſor efficiatur non ſoluendo ſi tamen debeatur officio iudicis,non ſi iure obligationis,ut per Bar.ubi not. rationem aſsignat in l.iij.ad finem.ff.de fideiuſſor.& Ang. hic. quod nota.

Et quod paria ſunt non habere manum uel habere debilitatam . ut etiam in cap.j.an mutus uel ali,imperfec.in uſib.Bar,in l,de quibus. in repet. in prin.ff.de legi.

Et quod paria ſunt rationem non reddere, uel reddere & uicioſe inquit Bald. quoque conſi. lxj. colum.j.uol.iiij.

Et Bar.in l.fi.in prin.,ff.ad le.Cor.de fal.quod paria ſunt ſic leges non eſſe , uel eſſe correctas, quodque eas allegans incidit in falſum.

Et denique in actione Fely. quod paria ſunt eã non habere,uel habere & in efficacem quidem in c.ad aures.col.ij.de præſcript. & eſt argumentum ultra eum in l.& eleganter.in §.ſeruus pactionis . ff.de dolo. Finis.

Paulus lib.vj.ad edictum.

QVI IVRATO PROMISIT iudicio ſiſti,nõ videtur periuraſſe ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit.

Dubitandi rationem facit, deſerentem iuramẽtum,licet ex cauſa,in periurium incidere,quia ad idem uidetur caſus in l.ij. in §. ſi quis in iudicio. infra ſi quis cautio.vbi mero iure quis in pœnam pecuniariam incidit,licet fuerit impeditus & legitimo quidem impedimento , ergo pari ratione in periurium hic,licet ex cauſa deferatur. Et quia etiam iuramentum præciſe ſeruandum eſt.cap.ad noſtram de iureiur. l.ſi pecuniam.ubi gloſſ. quia iuraſti.ff.de condi.ob cau. Et maxime,quia quando iuratur,quaſi Deo teſte promittitur,ut inquit Ancha.conſi.ccxxvj.in prin.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia iuramentum habet tacitam conditionẽ,niſi iurans iuſta cauſa impediatur,& textus noſter innuere uidetur,& not. in c. quemadmodum,de iureiuran.& in auc. hoc inter liberos. C.de teſta.& in l.ſi hominem.ff.manda. eſt argumentum.Et quia non uidetur iuramentum deſerere,qui ipſum in melius commutat, argumentũ in c.ex publico.de conuer.coniugar.& in c.licet. de regular.& tranſeun.ad religio.Vel quia hoc ipſum adhuc fit lege permittente uulg.l.Gracchus. C.ad leg.Iul.de adul.l.fi.ff.quod quiſq; iur.

Ad oppoſita reſpondetur , primum nihil facere,quia in pœna pecuniaria poteſt incurri , mero iure , etiam abſque dolo & culpa , licet ſuccurratur per exceptionem , uel reſtitutionem in integrum.l.ad diem.ff.de uer.ob.hic autem non,quia non eſt periurium abſq; dolo , ſicuti nec furtum, aũt falſum.l.qui iuraſſe.infra de iureiurã. vel dici poteſt, quod non noceat ei qui non eſt in culpa quãquàm pœna pecuniaria committatur, ex quo ſecum executionem non trahit,in periurio autem ſic,ſtatimq; animã ligat, ergo omnino diuerſum, exq; diuerſis non infertur,ergo.l.Papinianus exuli.ff.de min.l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acquir.poſ.c.paſtoralis.de appel. Non ob.ſecundum , quia uetum eſt niſi cauſa ſubſit à qua licite poſsit recedi,ut hic,& ita per iſtum tex.limitatur deciſio d.decretalis ad noſtram & ſimilium, & declarat Bar.in l.amplius non petitum.ad fi. ff. rem rat.hab. & Bal.in l.& ſi ſeuerior.col.ij. C.ex qui. cau.infa.irrog. Non tertium & ultimum,quia licet quaſi Deo teſte promittatur,promiſsio tamen conditionalis eſt tacita , quæ non minus operari debet quàm expreſſa.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.Bal. in auc.hiſdem pœnis.col.ij.C.de ſecun.nup.

Et ad multa præſtat nobis argumentũ hęc lex, quod iuramentum interpretatur, exponitur,ampliatur , & reſtringitur ſecundum ius commune, ut etiam dicit Bal.in l.ſi ad fi.C.de non nu.pecu.

Et quod minor iuramento non obſtante,habet beneficium l.ij.C.de reſcin. uend. ut ibi dicit idẽ Bald.colum.vj.

Et quod iuramentum recipit intellectum ſecundum ſubiectam materiam ſuper quã præſtatur,inquit Abb.in c.j.col.ix de iudi.

Et quod poteſtas,quanquàm iurauerit ſtatuta ſeruare,poterit nihilominus contrafacere ex cauſa,ſecundum Nel.in tracta.bannir.inque iij.part. ij.tem.q.lxv.

Et quod iuramentum deniq; non trahitur ad incogitatã,ut ſignanter per iſtum tex. dicit Are. in l.ſciendum.nu.9.ff.de uer.ob. Finis.

Si ex noxa. cau.aga.

Vlpianus lib.vij.ad edictum.

SI CVM VSVFRVCTVArio noxali iudicio agatur, iſque ſeruũ non defenderit, denegatur ei per prętorẽ vſufructus perſecutio.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod uſufructuario ſeruum non defendenti, nec uſufructus denegetur,quia dicitur procurator domini.l.j.in fi.ff. uſuf.quemadmo.ca.l.j.§.fi.ff.de no.ope.nun.ergo ſi ſeruum non defenderit,poterit ex ipſius contumacia,peruenire ad ſecundum decretum in adiudicationem dominij.l.damni.l.ſi finita.§ ſi de uectigalibus.cum ibi not.ff.de dam.infec.& ſic omnino nocebit domino ut eſt regulare . l. iij. C. de procu.ergo non uſufructuario,ut hic dicitur . Et quia uſufructus morte finitur,aliiſque modis.§.finitur. Inſtitut. de uſufruct. inter quos non eſt iſte . Et quia etiam actio noxalis datur regulari-

ter contra dominum.l.is qui uſumfructum. ff.de noxa.vſque adeo ſi uſufructuarius ſeruum nõ defenderit,ut non priuetur uſufructu.Et quia denique,ſi nolit defendere compellendus non eſt, cũ in re ſua ſit quilibet(quod etiam uulgo dici ſolet) moderator & arbiter.l.j, C. ut ne,inuit. age.co.l. in re mandata.C.manda.

Contrarium nihilominus hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt, quia ſi ipſe uſufructuarius fuit negligens,conſequens eſt ut etiam in perſecutione uſufructus puniatur.l.electio.§.fi. ff.de noxal. ibi ne alterius dolus aut deſidia,aliis noceat,argumentumq́ue eſt etiam in reg.non debet. ff.de regul.iur. Et notandum eſt, quod quamuis uſufructuarius,ſeruum defendere teneatur,quod nõ tamen tenetur noxali.d.l.is qui.ff.de noxa. quodq́; hoc caſu uſufructus transfertur in perſonam actoris,non ius ipſius,ſed commoditas,ex quo à perſona ſeparari non poteſt,& morte nõ actoris, ſed uſufructuarij hac ratione finietur, ut hic per Angel,& Paul.

Ad oppoſita reſpondetur, primum uerum eſſe,quod nocet domino,in his tamen quæ modici ſunt preiudicij,ut ad primum perueniatur decretum,ſed non ut poſsit perueniri(quemadmodum dicebatur & male)ad ſecundum,in præiudicium domini,quoniam magni præiudicij eſt, ut in iuribus ad idem alleg.not.& in l.j.in §. ſi procurator. ſupra ſi quis ius di.non obtempe.Non ob.ſecundum,quia imò & iſte comprehenſus eſt,deq́ue illis modis quibus finitur, ſaltim tacite ſi non expreſſe,uel ex idẽtitate rationis. l.filium habeo.ff. ad Maced.glo.in auc.ut hi qui ob.in princ. plene Alexand.in l.j.in §.hoc autem.in fi.ff.ad Trebel. Ad tertium iam reſponſum eſt,quod licet non teneatur noxali , tenetur tamen ratione uſufructus ſeruum defendere. Non ob.igitur ultimum, quia uerum eſt non compelli præciſe, cauſatiue autem ſic,quoniam alias uſufructu priuabitur, & not.in d.l.j.C.ut ne.inui.age.co.

Præſtatq́ue nobis argumentum adhuc lex iſta ad multa,& maxime, quod negligentia culpa eſt. idemq́ue in l.ſi ab hoſtibus.in §.ſi uir.ff.ſol.matr. & in l.ſi ſeruum.& ibi Bal.in prin.ff.de uer.obl.

Imò dolus, quando quis non facit id ad quod ſcit ſe teneri & obligatum eſſe.l.dolus. ff.manda. ut uſufructuarius hic, qui ſeruum defendere tenetur,& ideo ipſum in damnum uocari conuenit,ut dicitur à contrario tamen in c.cognoſcentes. de conſtitut.

Et quod ſicuti ſeruũ defendere tenetur, in quo habet uſumfructum, ita tenetur fundum colere, ut dicitur in l.item ſi fundi.in prin.ff.de uſufr.

Et ad idem quod compellitur etiam manutenere arbores, in re cujus uſufructus relictus eſt ſibi, ut in l.hactenus etiam dicitur.ff.eo.

Et ad illud ultimo loco vulgatum,quod qui nõ laborat,non manducat,de quo etiam in l.quamuis, ff.de dam.infec.& in materia in l, ſi ex duobus, in §.fi.ff.de noxa. Finis.

De feriis.

Paulus lib. j. ad edictum.

PRAESIDES PROVINciarum ex conſuetudine cuiuſque loci ſolent meſſis vindemiarumq́ue cauſa tempus ſtatuere.

Dubitandi rationem faciebat, quod præſides, feriarum tempus non ſtatuant,nec ferias indicẽt, ſed ſolus princeps. l.à nullo. C. de fer. Et quia æque non conuenit,ut iudices inferiores,eam auctoritatem habeant, quam habent ſuperiores. l. nec honore.C.de epiſ.& cler.not.in l.j. in princi. ff.de offi.ejus.Et quia denique ſi jam ſtatutę ſunt & indictæ,non amplius ſunt indicendæ,argumentum in l.j.C.de theſau.lib.x.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt,quia ferię,quæ ob neceſsitatem hominum ſunt inuentę, cum non ſint à lege determinatę,propter diuerſitatem locorum iudicibus relinquuntur;ut eas indicent.

Ad oppoſita reſpondetur,melius quàm gl.hic, & ex mente quidem Docto.namq́ue primum non obſt.ex quo id uerum eſt,& procedit in ferijs repentinis, quas iudex propria auctoritate indicere non poteſt,nec mutare, quando quidem utilitatem publicam reſpiciant. Verius & ſecundum, ſed non quod eandem habeant auctoritatem,cum ſolemnes tantum obſeruari faciant,non etiam repentinas.d.l.à nullo. Veriſsimum & tertiũ in ſolemnibus inq́ue ſanctorum honorem introductis,ergo non in his de quibus hic, ea de re, pulcherrimam diſtinctionem ponit pro intelligẽtia Lamb,de Rampo.hic,dic ut per eum.

Præſtatq́ue nobis argumentum inſuper lex iſta ad multa, & maxime(ut ex ea plane elicitur) quod in feriis indicendis regionum ac prouinciarum conſuetudines ſunt ſemper ſeruãdę, ut etiam apertę dicitur in l.ſi in aliquam, alleg. hic in gl. ff.de off.procon.

Et quod magnifaciunt prouinciales,ſibi ſeruari conſuetudines ſolitas,ut dicit quoq; Iureconſ. in l.iij.in §.j.eo.ti.

Et quod alias niſi indicerentur compelli poſſent,occupati circa rem ruſticam in forum uenire.l.j.ſupra eo.

Et quod non minus operantur ferię, introductæ ob neceſsitatem hominum, quàm in honorẽ Dei, quibus etiam horrida præconum uox ſilet, ut dicitur in l.dies feſtos. C.de fer. ſi tamen indicentur.

Et quod denique præſidis nomen generale eſt, ut etiam prætoris.l.j.ff.de off.præſi. l.vbicunque. ff.de reg.iur. Finis.

Vlpianus lib.lxij.ad edictum.

PRIDIE KALENDAS IAnuarij magiſtratus nec ius dicere, ſed nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod magiſtratus ius dicat etiam pridie Kal. quia dicit & poteſtatem ſui facit poſt.l.meminiſſe. ff.de offic.proconſul.l.ſi forte.ff.de offic. præſid. ergo & multo magis ante, authen.multo magis. C.de ſacroſanc. c.cum in cunctis.de elec. Et maxime quia hoc ipſum ſpectat ad ciuium utilitatem. Et quia dicit glo.ſingula.in capit. & ſi Chriſtus. de iureiurand. quod ſententia lata a magiſtratu ultima die ſui officij ualet.

Contrarium tamen deciditur in hac lege, Et ratio deciſionis eſt, quia tunc claudebatur iuriſdictio ueterum magiſtratuum, & nouorum (ut dicit etiam glo.) incipiebat. Et ſic cum iuriſdictionem liberam non habeant conſequenter ius dicere nō poterunt, neque ſui poteſtatem facere, & probatur, in l.publius.in prin.ff.de condi.& demon.

Ad oppoſita reſpondetur, primum & ſecundum uerum eſſe, ſeu uera; ſi nondum ſucceſſor aduenisset quia iuriſdictionem habet ſaltim habitu ſi non actu, ergo regulariter, & aliás ſecus. Non ob.ultimum, quia illud ideo eſt, communi regula ſtante, multa fieri non debere, neq; de iure etiam poſſe, quæ tamen facta tenent.l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& maxime (ut dixi) cum iuriſdictionem ſaltim habitu, ſi non actu habeat, & hac ratione mouetur glo.in præalleg.c. & ſi Chriſtus.

Et præſtat nobis rurſum lex iſta, argumentum ad multa, & potiſſimum quod ſi magiſtratus iuriſdictionem habeat, habitu tantum, prorogatione poterit ad actum deduci, de quo hic per Doc. & in ſpecie Pau.Caſt.late not.in l.ij. ff.de iudi.& in c.prudentiam.de off.dele.

Et quod Romanorum leges erant ante aduentum Chriſti, ut etiam dicit glo.hic, & in l.Titia.in §.Seia.ff.de aur.& arg.leg.Corne. conſi.clxxx.ad fin.uolum.ij.

Et quod tantum eſt dicere pridie Kal.Ianuarias, quantum eſt dicere, ultima die ſui officij, ſed primo modo elegantius quàm iſto, argumentum in l.more Romano.infra eo.

Et quod Kalendis Ianuariis magiſtratus conferri ſolebant, qui candidati appellabantur, ex quo (ut memoriæ proditū eſt) ueſtibus etiam petebantur albis.

Et quod ultimo loco anni principium erat, ſicuti & apud nos menſe Ianuario, & Kalendis ipſius, primuſque menſis anni Ianuarius, à Iano ſic dictus, apud Hebræos uero decimus, quia ab Aprili incipiebant, vt no.in c.ieiunium. & ibi in ſpecie Archid.col.ij.lxxvj.diſt. Finis.

Vlpianus lib.ij. de offi.procon.

DIVVS TRAIANVS MINVtio naturali reſcripſit, ferias à forenſibus tantum negocus dare vacationem. Ea autem quę ad diſciplinam militarem pertinent, etiā feriatis diebus peragenda, inter quæ cuſtodiarum quoque cognitionem eſſe.

Dubitationem faciebat quo ad primum dictū, ferias à forenſibus negotiis uacationē non dare, quia ſi res ſit tempore peritura cogitur quis feriis non obſtantibus ad iudicium uenire.l.j. in fi. l.ij. ſupra eo. Et quia prætor etiam adiri poteſt ut tutores & curatores dentur, ut officia amoueantur, ut excuſationes allegentur, uel alimenta quoque conſtituantur, & id genus plura fiant de quibus ibi. Et ad idem uidetur adhuc caſus in l. ij. & in l. actus.C.eo.ubi his diebus, cuncti licentiam habēt emancipandi, & manumittendi.

Contrarium tamen deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quia decet eos dies maieſtati altiſſimę dedicatos, nullis uoluptatibus occupari, nec ullis exactionum uexationibus prophanari, & fuſius ut in l.dies feſtos.C.eo.& in c.licet. extra eo.ti. Vel & aliter ſi de feriis ob neceſſitatem hominum inductis intelligamus, quia occupati circa rem ruſticam, nulla ratione in forum uenire compelluntur.l.j.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, ex quo dicto caſu erat ſpeciale, cum ut dicebā res eſſet tempore peritura. Non ſecundum, quia ea reſpiciunt actum fauorabilem & pium. Aliaq; (ex quo tollitur & tertium.) ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, & poſſunt etiam diebus feriatis expediri.& ut per Bar.hic latius.

Dubitationem rurſus faciebat, quo ad ſecundum, peragi non poſſe pertinentia ad diſciplinā militarem diebus feriatis, quia eo tempore actus tam publici, quàm priuati, exceptis quibuſdam caſibus, conquieſcunt.d.l.j.ſupra eo.d.l.actus.C.eo. ergo & quæ ad diſciplinam militarem pertinent. Ne maxime milites tot priuilegiis gaudere uideātur, priuilegiati duntaxat in caſibus à iure expreſſis.l.in fraudem. ff.de mili. teſta. argumentum in l.tutori.C.de nego.geſt.& in l.prima. C. de dot. promi.

Contrarium tamen hic quoq; deciditur, & in caſu iſto. Eſtque ratio etiam deciſionis. quia hæc extraiudicialia ſunt forum non concernentia. Et quia hoc idem etiam, (ut hic per Odofred.) ſuadet neceſſitas, nulli legi ſubiecta (ultra cū) vulga.l.j.ff.de off.conſu.

Ex quo tollitur prima dubitandi ratio, quoniā hic etiam eſt unus de caſibus qui excipiuntur à regula, ſimilis ſaltem, argumentum in l.j.cum ibi nota. C.de condic.indeb. Imò expreſſus à lege, cui

acquie-

acquieſcendum eſt.l.proſpexit.ff.qui & a quib.c. in iſtis.iiij.diſt. Non ob.ſecunda, quia in dubio id uerum eſt, & non in caſu claro, quorum non eſt par eademq; ratio.l.continuus.§.cum ita.ff.de uerbo.oblig.ergo omnino ad diſciplinam militarem pertinentia (ut dixi) peragi poterunt diebus feriatis.

Quo ad tertium quoque dubium faciebat, nec his diebus cuſtodiarum cognitionem fore, ſeu de his cognoſci poſſe, quia nemo inuitus trahi debet ad iudicium tunc.d.l.j.& ij.ſupra eo. imo cautum eſt, ſi hoc tempore iudicatum fuerit, ne iudicatum ſit.l.ſi feriatis.ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur, & in hoc pariter, Deciſioniſque ratio eſt, neceſsitas ut etiam ſupra & pietas.c.conqueſtus.de fer. l. cuſtodias. de pub.iudi.l.unius.§.fi.ff.de quæſt.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia hoc ipſum quod hic dicitur, intelligitur nolente reo. vel quod illud uerum ſit in perſonis haud detentis in carcere, hic autem in carceratis, & ſi (ut dixi) uelit reus, ſpeciale eſt etiam accuſatore inuito, his diebus procedi poſſe quanuis feriatis. Non ob.ſecundũ, quia id intelligitur in feriis inductis non ob neceſsitatem hominum, ut hic ſed in honorem Dei. Sed contra de l. prouinciarum. C.eo.ubi etiam diebus feriatis in honorem Dei, licet in criminalibus permiſſumq; eſt procedere. Sol.id eſt rurſum ſpeciale, in famoſis latronibus.l.ſi quis filio exhæredato.§.hi autẽ. ff.de iniuſ.teſta.in argumentum tamen. & quoniã amicus Dei eſt, qui eius inimicum quocunq; tempore perſequitur, & deſtruit, fuſiuſque Bar. in d. l.cuſtodias.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod figura Iuriſconſul.aliquando utuntur, ut Metonymia hic Vlpianus, pro perſonis cuſtoditis ſcilicet cuſtodias, & ſic continens pro contento erit, idemque in l.ſolent.ff.de offic. procon.& in l.fi.ff.de cuſto.reor. & in ſimili in l. iuriſgentium.in §.quod ferè. ff.de pact. pacta pro inſtrumentis eadem continentibus.& in l.cum in diuerſis.ff.de relig.ſepulturam, pro homine ſepulto. quam etiam grammatici nominis tranſmutationem uocant.

Et quod cauſæ carceratorum ſunt fauorabiles, tractariq́ue poſſunt etiam diebus feriatis. & hinc dicit quoque Bal.in l.fi.C.de cuſt.reo.quod non debent in carcere macerari.dilationeſq́ue abbreuiandas eſſe. & in l.quanuis.ff.ſol.mat. quod carceratũ liberare à carceribus eſt quid pium. & ibi latius Alex.& facit etiam glo.ſing. ad idem in c.ſacrorum canonum.xij.q.ij.

Et plus quod poterit hoc tempore, dari licẽtia de capiendo delinquentem ſuſpectum de fuga ſecundum glo.in l.fi.C.de fer.tradunt Doct.hic, & eſt argumentum in l.ait prætor, in §.ſi debitorem ff.quæ in frau.credito.deq́ue materia late in l.unum.ff.ſi cer.pet.& hoc quia Reipub.intereſt delicta non remanere impunita, & quia mora ecat periculum allatura, argumentum in l.de pupillo. in §.ſi quis riuos.ff.de dam.infec.l.ita uúlneratus ff.ad leg.Aquil.c.ut famæ.de ſen.excom.

Et quod cuſtodum cauſæ, quia male cuſtodierint ſcilicet carceratos, & ſint in culpa, iuxta not. in l.ad commentarienſem.C.de cuſto.reorum.pari modo poterunt dicto tempore tractari, intelligendo tex. ut litera innuit, & non figuraliter ut ſupra.& ut ſenſiſſe & tenuiſſe uidetur glo. hic ultimo loco, & ut not.in l.qui filium. in §. Sabinus. ff. ad Trebellia. & ad propoſitum probatur in l. unius.in §.fi.ff.de quæſtio.ibi non ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, & damnari. Et quia non poteſt reddi diuerſitatis ratio, ut in ſimili dicitur in l.item legato. in §.parui autẽ refert.ff.de leg.iij.

Et quoniam de milite ad ſcholarem ualet argumẽtum.l.aduocati.C.de aduo. di.iud. ut etiam hic dicit glo.& in l.nepos proculo.ff.de uer.ſign. quod his diebus, ſtudere ſeu ſtudiis dare operam, & bonis literis, non prohibentur, & fuſius ut in c.j.ubi Abb.But.& omnes extra de fer. Finis.

De edendo.

Modeſtinus lib.iiij.regularum.

EXEMPLA INSTRVMENtorum etiam ſine ſubſcriptione edentis edi poſſe receptum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod exempla edi debeant cũ ſubſcriptione, quia ſi ſine edantur, imperfecta erit editio argumentum in l.cum Sillánianum.C.de his quibus ut indi.& male.l.ueluti.l ubi exigitur.ſupra eo. Et uidetur tex.in l.ſi quis ex argentariis. in prin.ſupra eo.& in l.contractus. C.de fi. inſtru. ubi utrobiq; ſubſcriptio requiri uidetur. Et ultimo loco in l. fi.C.de iur.delib.ubi inuentarium ab hærede ſubſcribi debet alias non ualebit.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, ut etiam dicitur in glo. quia cũ exemplis probatio non fiat, nec ſubſcriptio conſequẽter erit neceſſaria. Et quia editio fit tãtum ut reus deliberet nunquid uelit cedere uel contendere.l. j.ſupra eo.l.procurator. C.eo. imò quod fit etiam ſine die & conſule, ne detur materia falſum fabricandi, neve quid fraudis excogitetur.d.l.j. §.editiones. Et quia fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora.l.dominus teſtamento.ff.de cõdic.indeb.imò quod fieri non debet, quia factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. ca.

Ad oppoſita reſpondetur, uerum eſſe primum in inſtrumentis ſeu rationibus quo ad effectum probandi, ſi à notario uel ab aduerſario edi debent. Et iſtud eſt quod hic rurſum dicit Bar. quod

instrumen-

inſtrumentum procurationis perfectæ edi debet, cum die & conſule & ſubſcriptione pariter, fuſius etiam deducendo ut per eum. Ex quo tollitur ſecundum & tertium, aliter non probaretur contractus emp. & uend. in caſibus prædictis. Non obſt. ultimum, quia id etiam in inuentario procedit, ut careat ſuſpicione fraudis, ſin caſu noſtro ratione ſupra dicta, haud conſiderabile.

Præſtatque nobis argumentum lex iſta, ad multa, & maxime quod cum in editione exempli ſubſcriptio non requiratur, nec iſte erit unus de caſibus in quibus requiritur, à iure expreſsis, ut dicit cit Inno. in c.j. de his quæ fi. à prælat. & Archi. in c. ſine exceptione. ij. q. ij. & ideo non ab re hic receptum fuiſſe, edi poſſe etiam ſine ſubſcriptione, deciditur.

Et quod æque conuenit, cum exemplū non probet, quod nec etiam ſubſcriptionem deſideret, argumentum in l. eum qui. ff. de iureiur.

Et quod ubi non agitur de aliquo obligando ſubſcriptio non eſt neceſſaria l. emptor. §. Lucius. & ibi Bal. ff. de pac. Bar. & cæteri in l. ita ſtipulatus. in §. Griſogonus. ff. de uer. ob. not. in l. hac cō ſultiſsima. C. de teſta.

Et quod hac de cauſa in alienatione rerum eccleſiaſticarum, conſtitutione ſyndici & ſimilibus, de quibus in c. tua. ubi Io. And. & alij, de his quæ fi. à præla. requiritur omnino.

Et quod denique nec in ſcriptura manu propria facta requiretur. l. cum tabernam. §. idē quæſiit. ff. de pigno. l. cum antiquitas. & ibi Bal. C. de teſta. Firmia. late in tract. de epiſcopo. part. j. q. x. nume. 19 Finis.

Caliſtratus lib. j. edicti monitorij.

FOEMINAE REMOTAE videntur ab officio argentariæ cum ea opera virilis ſit.

Dubitandi rationem faciebat text. in l. j. C. eo. ubi fœmina ad editionem tenetur, ergo argentaria, quoniam certum eſt (ut uerba innuunt) loqui in rationibus ibi, nam quod deſideras ut rationes ſuas aduerſaria tua exhibeat id ad officium iudicis pertinere ſolet. Et quia uideo etiam quod habet dignitatem auc. quod eis. §. ſimiles. C. de nup. Et quod appellat pro filio. l. j. ff. de appel. recip. Et quod denique iudicat. c. dilecti. de arbi. Et nouiſſime etiam, quia aliena negotia gerit. l. iij. §. j. ff. de nego. geſt. Et quia pro alio poſtulat. l. j. §. fin. ff. de poſtu. Cur ergo ab argentariæ officio erit remota?

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt ut tex. met dicit, quia ea opera virilis eſt. & officium argentarij publicam habens cauſam. Et quia non debent mulieres ſe immiſcere cœtibus virorum. l. fœminæ. ff. de reg. iur. l. argentarius. ſupra eo. l. maritus. C. de procur. c. mulieres. de iudi. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia mulier ibi ſucceſſerat argentario, non quod argentarij officium exerceret, nimirum igitur ſi tenetur ibi ut hęres. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. l. quædam. §. nihil. ſupra uel & aliter ac latius ut ibi no. per Bar. & alios. Non ob. ſecundum, tertium, & quartum, quia dictis caſibus eſt ſpeciale, namque à principe dignitas ſibi collata fuerat. in d. §. ſimiles. & pietati operam dabat in caſu. d. l. j.

Et ex conſuetudine iudicat in præalleg. c. dilecti. ergo in contrarium erit iuris communis diſpoſitio, exceptioque in caſibus iſtis, firmabit regulam (ut aiunt) in non exceptuatis. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi. c. præſenti. §. loca. de præben. in vj. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtr. Non ob. quintum, quia uerū eſt ipſum quoque dummodo ſe non immiſceat cętibus uirorū, quod hic eſſe non poteſt. Et quia negotia etiam ſunt priuata, officium autem argentarij publicam habet cauſam. d. l. argentarius. Non ob. ultimum, quia eſt etiam ſpeciale dicto caſu, quandoquidē agat ſeu poſtulet non pro alio, ſed pro ſe, & quidem in propria cauſa, & non ab re, quia plus uidet fatuus in facto ſuo, quàm ſapiens in alieno, ut inquit Pau. Caſtr. in l. ſecunda. colum. ij. C. de de fideiuſ. mi.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa inſuper, præſertim, quod lata ſententia eſt, fœminas argentariam exercere non poſſe, ut etiam not. in d. l. j. C. eo. verbumq; fuit Barb. in c. j. col. xiiij. de proba.

Et quod qua ratione ab officio argentariæ remouetur, eadem quoque remouetur à tutela l. fi. ff. de tute. quanquàm hodie ex diſpenſatione legis, id munus matri & auiæ tantum conceſſum ſit, auct. matri & auiæ. C. quando mul. tu. offi. fun.

Et quod hoc caſu maxime præ cæteris uerificatur regula. l. in multis. ff. de ſta. ho. & ibi iſtud in ſpecie. not. glo.

Et quod fœmina adhuc iſto caſu eſt deterioris conditionis quàm ſeruus, qui non prohibetur dictum officium exercere, l. prętor ait. §. ſed & ſi ſeruus. ſupra eo.

Et ultimo quod licet ipſa per ſe non poſsit poterit tamen per ſeruum. d. §. ſed & ſi ſeruus, not. in d. l. j. C. eo. Finis.

De pactis.

Paulus lib. iiij. ad Plautium.

SED ET SI FIDEIVSSOR in rem ſuām ſpopōdit hoc caſu fideiuſſor pro reo accipiendus eſt, & pactum cum eo factum cum reo factum eſſe videtur.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum

puta

puta de non petendo cum fideiuſſore factum, non proſit reo, quia uidetur caſus in l. proxima, quæ incipit fideiuſſoris, ubi hoc ad literam dicitur, quod conuentio fideiuſſoris, nihil prodeſt reo. Idemq; in l. ſi unus. in §. ante omnia. infra eo. vbi conuentio rurſum facta cum una perſona alteri non nocet, nec prodeſt. & in l. ſæpe. ff. de re iudi. & in l. j. & toto titu. C. de res int. ali. ac. & in l. ſi defunctus. C. de procur. Et quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. ſed conuentio eſt fideiuſſoris, ergo reo non proderit. Et quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. ſibiq; proderit non reo.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia ſpoponderat fideiuſſor in rem ſuam, uſque adeo ut loco principalis debitoris haberetur, exempli gratia pro ſuo procuratore. l. de die. §. j. ff. qui ſatiſd. co. & ſic ſua intererat ut ibi dicitur, & ita etiam ut teſtatur Bald. ſeruat conſuetudo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia uerum eſt in fideiuſſore ſimplici, qui ſine principali ſtare non poteſt, l. ſi ſtipulatus. §. adhiberi. ff. de fideiuſ. quo modo alia quoque ad idem tendentia tolluntur pariter. Non ob. ſecundum, regula ſcilicet d. l. in agris. quia ſi ſua intererat limitata effectualiter eſſe non poterat. Non deniq; & tertium, quia cũ in rem ſuam (ut diximus) ſpoponderit dici non poteſt pactum factum fuiſſe præter intentionem, & ut non modo ſibi uerum etiam reo prodeſſet, imò plus quod cum eo factũ, cum reo factum eſſe uidetur, ut text. met inquit, & bene.

Et præſtat nobis argumentum ad multa, & potiſsimum quod ſicuti hic dicitur fideiuſſor in rẽ ſuam, ita alibi dicitur procurator, quando ſcilicet titulo donationis ceſſæ ſunt actiones alicui, & ipſe procurator conſtitutus ad eas intendendas. l. illam. C. de dona. gl. in c. j. de procu. in vj. Fel. in c. licet. ad fi. de off. dele. & aliis etiam modis exẽplificando ut per Bal. in l. j. C. de inoff. teſt. & in l. cum ad quem. C. de uſufru. multa in l. j. col. iiij. C. de actio. & obl.

Et ſi fideiuſſor ſe obligauit ſicut principalis quod nó habebit beneficiũ excuſsionis, ſeu quod petere non poterit, a creditore prius debitorem principalem excuti debere iuxta not. in auth. præſente. C. de fideiuſ.

Et ſtante ſtatuto quod obligatus ultra libras cẽtum, non poſsit conducere pedagia cómunis ſub certa pœna, poterit tamen fideiuſſor in rem ſuam ultra centum, ut per Albe. hic, & probatur etiam in l. ſi quis tutor. ff. de ritu nupt.

Et quod ſi pactum fideiuſſoris hoc caſu prodeſt reo, multo magis proderit ſententia, de quo etiã in l. fi. in §. fi. ff. de iureiur.

Et quod ultimo loco, ſi eſſet fideiuſſor de iudicato ſoluendo & de iudicio ſiſti, ad ſoluendum cogi poſſet, aſque libello, & (ut dixi in ſimili ſupra) abſq; alia excuſsione principalis, quod eſt maxime notandum, & ut in l. j. ff. iud. ſol. & in cap. j. de iureiur. in vj. Finis.

Modeſtinus lib. v. regularum.

IVS AGNATIONIS NON poſſe pacto repudiari nó magis quàm vt quis dicat nolle ſuum liberum eſſe, Iuliani ſentẽtia eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ius agnationis tolli poſsit, tex. in l. j. ad fi. & ij. ac iij. ff. de libe. agno. ubi ſi iudex, pronuntiarit aliquem filium non eſſe, pater ipſum alere nó tenebitur, & ſic ius per ſententiam agnationis tollitur, ergo. & pacto multo magis. l. pe. C. de pact. Et quia ſic uidemus etiam quod tolli poteſt iuramento. l. iij. §. ſed & ſi. ff. de iureiuran. Et in terminis ita tenuiſſe uidetur Bal. miraculum illud orbis in l. j. in §. ius naturale ad fi. ff. de iuſt. & iur.

Tamen contrarium hic, inque. l. iſta deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quia naturalia immutabilia ſunt firma & ſolida, nec tolli aut mutari poſſunt. §. ſed naturalia quidem. inſtit. de iu. nat. l. ij. §. j. ff. de uſuf. ea. re. quæ uſu conſu. §. conſtituitur. inſtitu. de uſufr. not. in l. iura ſanguinis. ff. de regul. iuris.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia ſpeciale eſt in cauſa ſtatus ex quo ſententia facit ius, quod ad pactum extendi non debet. l. ingenuum. ff. de ſta. ho. & ſic antecedens uerum eſt, conſequens falſum. Non obſt. ſecundum, quia id eſt etiam fauore libertatis inductum. l. cũ qui. §. pe. ff. eo. not. Iaſ. in d. §. ſed & ſi, quem cum principio legit. col. iij. Nec officit dictum Bald. quia bene tolli poteſt ius ab agnatione proueniens, & ita ipſe in d. §. ius naturale loquatur, declarat in d. l. iura ſanguinis. Deci. in princi. & Ro. conſi. lxxxij. ſed non agnatio ipſa, ſeu cognatio ratione ſupra dicta.

Pręſtatque rurſum hęc lex, nobis argumentum ad multa, & maxime quod prouidentia legis vel naturæ eſt firmior & potentior, quàm prouidentia pacti, ut etiam dicitur in l. iij. ff. de int. & rel. Bal. in l. emancipatum. in §. primo. ad finem. ff. de ſenato.

Et quod ius primogenituræ in feudis tranſmittitur, ex quo iura naturalia ſunt inſeparabilia, impoſsibileque non haberi quod natura ipſa infinxit ut adhuc inquit idem Bal. in l. cũ antiquioribus. col. vj. C. de iur. delib.

Et quod quanuis ius agnationis tolli non poſſit, poteſt tamen tolli ius amicitiæ, l. iij. §. fin. ff. de adi. lega. & ſic non ualebit argumentum de coniuncto ad amicum in caſu. l. exigendi. C. de procur. ut ibi per Alex. col. iij.

Et quod ſucceſsio ab inteſtato prouenit a cauſa naturali, quæ per delictũ non abſorbetur, uſq; adeo ut ſi quis occidat nepotem ex ſorore, eidem

tamen ſuccedat,imò etſi etiam ſororem ipſam occideret, quod ſucceſsione non priuaretur in bonis ipſius ab inteſtato,ratione prædicta, ut etiam per iſtum tex.dixit Bal.in l.codicillis.in §.matre. ff.de legat.ij.

Et quod patriæ poteſtati, cum ſit ſacra renunciari non poterit,inquit idem Bal. in c. cum contingat.nu.44.de iureiur. Finis.

Paulus lib.v.quæſtionum.

IN EMPTIONIBVS ſcimus quid præſtare venditor debeat, quidq́ue ex contrario emptor, quod ſi in contrahendo aliquid exceptum fuerit id ſeruari debebit.

Dubitandi rationem faciebat,quod pactum ne contrahentes teneantur ad naturalia contractus non ualeat,quia naturalia(ut dictum eſt inl. proxima ſupra) ſunt immutabilia. §. ſed naturalia quidem. inſtitu. de iur. natu.l.ſecunda. §. primo ff.de uſuf.ea.re. quæ uſu cõ. ergo tolli hic & mutari pacto non poterunt,Et facit etiam text. in l, emptorem.in §.fi.ff.de ac.emp. & in l.cum manu ſata.ff.de cont.emp. Et quia ſi tibi rem precario concedam,& paciſcar ut certo tempore poſsideas non propterea exceptionem habebis, ne à te poſſeſsio eius auferatur.l.cum precario,ff.de preca. ergo nec hic ualebit pactum,ne uenditor de euictione, emptorue præcium reddere teneatur, quæ ſunt naturalia contractus:d.§.fi.l.pacta. conuenta.ubi glo.magiſtra.ff.de cont.emp.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta,Et ratio deciſionis eſt, quia licet vnicuiq; ſui iuris perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere. l.pactum inter hæredem.infra eo.vel & aliter ut habetur in l.iuriſgẽtium. in §.prætor ait.ſupra eo.& in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.& in l.j.in d.§.ſi conueniat.ff.depo. ubi vulga.regulæ tradantur quod ait prætor, pacta ſeruabo,quod iuri ſuo quiſq́ue poteſt renunciare, quodq́ue contractus ex conuentione partium legem accipiunt.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum eſſe, in his quæ ſunt naturalia de iure naturali, non de iure ciuili & et poſitiuo ut hic. vel dicamus,quod procedat in præceptis & prohibitionibus,in aliis uero non, unde uidemus quod poterat de iure naturali & diuino matrimonium contrahi in ſecundo gradu,hodie autem non, c.non debet. de conſangui.& affi.Fed.de Sen.conſi.xxxv. col.pe. Non ob.ſecundum,quia non ualet pactum,ibi ſecundum unum intellectũ,quod uenditor de euictione nõ teneatur, nec ad precij reſtitutionem, quia uidebatur iniquum, ſed obtinuit ſententia eorum qui dixerunt ualere,& ſic concordabit,cũ lege iſta. Non tertium, quia foret abſurdum ſi de manu ſatis perpetuo intelligeretur,igitur uitandum.l.nam abſurdum.ff.de bon. lib. ideo ualet ſi manu ſata excipiantur,quę ſingulis annis fieri ſolent,& ſic nec iſtud obſtabit. Non ob.ultimum, quia pactum adhuc erat ibi contra ſubſtantiam actus,nec patiebatur id uerborum ſignificatio,ut per Bar.in l.ubi ita donatur.in prin. ff.de dona. cau.mor.igitur nec mirum ſi non ualet. Et quia erat contra formam datam à lege inquit idẽ Bar. in l.pactum.ad fi.infra eo.Et Barb.ad idem in c.j. col.vij. de proba. quod nulla poteſtas poteſt contra ſubſtantiam actus diſponere. quodq; infertur ex hoc,principem ſuo contractu obligari.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, & præſertim quod quanquàm naturalia contractus intelligantur hic ut omnes dicunt, pacto ſcilicet tolli poſſe,nihilominus hoc idẽ eſſe etiã in accidentalibus, ut not.in l.pacta conuenta. ff. de contrah.empt.

Et quod accidentalia ſunt præter naturam, naturalia ſecundum naturam,quę tamen poſſunt eſſe & non eſſe ſecundum pactum,ut hic, & declarat etiam Bal.in d. l. pacta conuenta. in §.Papinianus.col.ij.

Et quod à naturalibus & accidentalibus ſubſtantialia ualde differunt,ut not. in d.§. Papinia.

Et quod pactum concernit appendices & acceſſoria contractus, quando factum eſt uel ſuper naturalibus uel ſuper accidentalibus, æque uero principale eſt quãdo formatur ſuper his quę ſunt de ſubſtantia,de quo in d.§.Papinianus.& ibi ſignanter Bald.

Et quod ultimo loco aliqua etiam ſunt materialia quæ ſubſtantialia à iure uocantur, ut in ſtipulatione conſenſus & uerba,in emptione & uenditione res conſenſus & precium,quæ tamen per pactum tolli nequeunt ut ſupra. & nouiſsime Alber.in l.generaliter.col.j.C.de epiſ.& cle. Finis.

Hermogenianus lib.ij.iuris ἐπιτομῶν.

DIVISIONIS PLACITVM niſi traditione, vel ſtipulatione ſumat effectũ, ad actionem tanquàm nudum pactum nulli prodeſſe poterit.

Dubitandi rationem faciebat,quod in diuiſione non ſit opus traditione uel ſtipulatione,quoniam diuiſio elegans nomen habet inductaq; eſt à iuregentium, uſque adeo ut hiſce duabus, ſiue ipſarum altera,egere minime uideatur.l.iuriſgentium.in prin.ſupra eo. Imò quod emptioni & vẽditioni ſimilis eſt,l.j. C. cõmunia ut.iud. Et quia traditio etiam fit ad liberandum,ita ut obligationem inducere nõ poſsit, quoniam ſic pareret effectus contrarios & male.l.qui hominem.§.fin.ff. manda.Et ex neceſsitate,quandoquidem nemo in communione cogatur perſiſtere.l.fi. C.communia

nia

nia ut.ind.l.ſi non ſortem.§ ſi centum. ff.de condic.indeb. ergo pactum traditione non ueſtitur. Et plus quod actio ex conſenſu oriri uidetur, ut inſti.de obli.quæ ex con.in prin. & in l.cum amplius.in §.is natura debet.ff.de reg.iur.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio decitionis aſsignatur, quia conuentio, ſiue pactum nudum eſt, quod actionem regulariter non producit, niſi iure canonum.c.j.de pac.in vj.& in caſibus à lege expreſsis.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ſupra eod. ideo traditione uel ſtipulatione opus eſt.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia non habet nomen ſpecificum ſed generis, & non ſufficit ut actionem producat, ut in permutatione, quæ neſtitur interuentu rei, & ex ſe ueſtita non eſt, quanquàm uideatur nomen elegans habere.l.ex placito. C.de rerum permu.no. in prællega.l.iuriſgentium. in prin. Nec officit quod ſit ſimilis emptioni & uenditioni, quia non omne ſimile eſt idem l.quod Nerua. ff.depoſi.l.j. in prin.& ibi glo.not.ff.quod iuſſu.argumentum in l.non diſtinguemus.in §.cũ quidam.ff.de arbi. Vel dicamus id in actuali diuiſione non in pacto diuiſorio ſimplici.ut infra procedere. Et quia emptio & uenditio eſt contractus nominatus.d. .iuriſgentium, diuiſio uero innominatus. l.naturalis.ff.de præſcrip.uer.ideo ſolo conſenſu actionem non producit. Non ob.ſecundum, quia uerum eſt reſpectu eiuſdem cauſæ, non diuerſæ. quia traditio fieri poteſt ad me liberandum, & ad obligandum alium ut in contractibus innominatis.d.l.ex placito.l.ex rebus. C.de rerum permut. & ut per Docto.hic. Non tertiũ, quia licet quis teneatur diuidere, non tamẽ tenetur plus aſsignare vnam partem quàm aliam. Et ſic non eſt traditio ex hoc capite neceſſaria: erroneumq́ue dicere quod ex conſenſu oriatur actio, cum non ſit (ut diximus) contractus nominatus

Præſtatq́ue lex iſta nobis argumentum ad multa, & maxime quod actus facti eſt fortior quàm uerbi nudi & tacitę uoluntatis, ut ſignanter etiam dicit, & per iſtum text.Bal.in l.penult.colum.ij. C.de teſta.

Et quod munitus traditione conſenſu iuſtam habet exceptionem, licet pactum de ſe ſit nudum inquit adhuc idem Bal.conſi.ccccxxvij ad finem. volumi.primo.

Et quod ueſtitur, ſi iuſta traditionem apponatur, non modo ab eo qui tradit, uerum etiam ſi ab alio, quia lex iſta rurſum generaliter loquitur, ut declarat Deci.Senior in l.legem.colum.ſecunda. C.de pactis.

Et quod quamuis ſimplex pactum diuiſorium non producat actionem, ſecus eſt tamen in actuali diuiſione.d.l.j.C.commu.ut.iud.declarat idem Deci.in l.cum proponas.col.ij.C.de pac.

Et quod denique ad ueritatem alternatiue ſufficit alteram partem eſſe ueram, l. ſi hæredi plures, ff. de condi.inſti. uel traditione uel ſtipulatione igitur ſi diuiſionis placitum effectum ſumpſerit ad actionem prodeſſe poterit. Finis.

Iulianus lib.xxxv. Digeſtorum.

SI DEBITOR SIT fructuarius & paciſcatur ſeruus, in quo vſumfructum habet ne ab eo petatur, paciſcendo, meliorẽ conditionẽ eius facit. Item ſi creditor eſſet fructuarius & pactus eſt, ne peteret, ſeruus autem fructuarius paciſceretur vt peteret, beneficio pacti quod ſeruus interpoſuiſſet vtiliter ad petitionem admittetur.

Dubitãdi rationem faciebat, quod per ſeruum nõ acquiratur exceptio debitori, vel creditori replicatio; quia acquirit fructuario dũtaxat, ex opera ſua uel ex rebus fructuarij, ex aliis cauſis autẽ proprietario, ſed pactum non uidetur conſiſtere in eius opera, neque in rebus fructuarij, quia opera eſt diurnum officium, l.j.ff.de oper.lib.ergo.

Et quia regula trita eſt, quicquid acquirit ſeruus id totum acquirere domino.l.placet. ff. de acqui.he. Et æquæ conuenit, quod uſumfructum habeat debitor, ſiue creditor abſque eo etiã quod ſibi per ſeruum acquiratur, argumentum in l.tutori ibi ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.C.de neg.geſ.Bar.in l.quid ergo. in §. pęna grauior.col.iij. ff. de his qui not.infa.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia quicquid acquirit ſeruus in quo quis uſumfructũ habeat, uel ex opera ſua, uel (ut diximus) etiam ex re ſua ideſt fructuarij, fructuario acquirit.l.acquiritur.§.de his.ff.de acquir.re. do.Et quia idem eſt etiã in eo qui bona fide poſſidetur (ut ibi ſubiicitur) ſiue liber ſit ſiue ſeruus alienus.

Ex quibus patet reſponſio ad oppoſita, quod imò ſi ſit debitor vel creditor, & paciſcatur ſeruus quod ab ipſo debitore non petatur, uel petatur a creditore pacto de non petendo non obſtante ex re ſua, debitoris ſcilicet, uel creditoris, exceptio ſeu replicatio acquiri uidebitur.d.§. de his. Non ob.ſecundum, quia & id uerum eſt, niſi quis in eo uſumfructum habeat, quoniam tunc (ut dixi) ex opera ſua uel ex rebus fructuarij, ſibi acquiretur & non domino. Nec generaliter procedere liquet ex his, quod dicitur in d.l.tutori. in amico coquente, & non in ſeruo, in quo habeat quis uſumfructum ut hic.

Et ſeruit nobis hæc lex ad multa, & maxime, quod pactum nudum proficit ad exceptionẽ, quę fauorabilis eſt, & in æquitate fundata, argumẽtũ in l.tale pactum. in prin. ſupra eo. & in l. Arrianus.ff.de ac.& ob.& in l.fauorabiliores. ff.de regul.

gul.iur.& in l.qui æquitate.ff.de excep.do.

Et quod etiam cum ſit replicatio exceptionis exceptio.l.ij.C.de eacep.proficiet ad replicationem quoq; , & quod ſit exceptionis exceptio tradit etiam Bal.in auth.ſi dicatur. col.j.C.de teſti. & Spe.in §.fi.in prin.de except.

Et quod debitor & creditor ſunt correlatiua. l.fi.C.de indic.uid.tol.diſpoſitumque in vno,locum etiam habet in alio,ut ibi not. & in l. fin. ff. de acceptilatio. maxime quando non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, alias ſecus ut per Bal.in l.ſi pater puellę.C.de collat.

Et quod ſi ſeruus debitoris hic meliorem conditionem facere poteſt , utique reformare nouo pacto obligationem recte cõſtitutam nõ poterit, ut dicitur in l.ſeruus.alleg. & hic in gl.C.de pac.

Et quod ſicuti hic nudo pacto permiſſum eſt fructuarij conditionem ſerui meliorem fieri,ita permiſſum eſt pupillo ſuam fieri a ſeipſo ſine tutoris auctoritate ut inſtitu. de auctor.tu.in § j.& idem in procuratore,l. ignorantis & ſequẽ.ff.de procurato. Finis.

Iulianus lib.vj.ad Minicinm.

SI CONVENERIT NE DOminus à colono quid peteret,& iuſta cauſa conuentionis fuit , nihilominus colonus à domino petere poteſt.

Dubitandi rationem faciebat , quod una pars contractus tolli nõ poſsit,quia eo reſciſo ex una parte,reſcinditur totus.l.cũ emptor.ff.de reſcin. uend.l.fin.ff.de acceptila. Et maxime quia debet ęqualitas ſeruari inter paciſcentes , neq; alias ualet pactum ratione inæqualitatis.l. ſi paſcenda pecora.C.de pact.l.ab emptione in fi. infra eod. argumentum in l.pe.C.communi diu. Et quia hęc eſt etiam correlatiuorum natura.d.l.fi. ff.de acceptil.l.fi.C.de indic.uid.tol.

Contrarium tamen deciditur in l. iſta. Et ratio deciſionis eſt , quia ſtamus certo , cum de intentione contrahentium conſtet . Et quia iuſta cauſa conuentionis fuit , ne quid dominus à colono peteret , econtra uero nulla , uſque adeo ut mirum quoque non ſit ſi colonus rurſum à domino petere poteſt.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia (vt dixi) iuſta cauſa remiſsionis fuit ex una parte , ſterilitas ſcilicet , ea alia nulla , ut hic per Bartolum poſt gloſſam. nimirum igitur ſi dominus à colono petere non poteſt , colonus autem à domino ſic , ut patiatur eum uti & frui re locata. Non obſtat ſecundum , quia uerum foret ipſum quoque quando non fuiſſet iuſta cauſa remittendi penſionem debitam. Et minus tertium ad idem , quia pactum factum fuit, non per modum recedendi à contractu , ſed ex alia cauſa, quo caſu quod de uno dicitur, de reliquo non intelligitur,& ut per Bal.hic latius.

Præſtatque rurſum lex iſta nobis argumentum ad multa,& præſertim quod multa fieri prohibentur à principio,quæ tamen facta poſtea ualent.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iur.namque à principio non ualuiſſet pactum quod alter teneretur,alter uero non,d.l.cum emptor.ff.de reſcin.uend.ualet tamen ex poſtfacto.

Et quod contractus aliquando claudicat ea cauſa,& ſic regulariter ſecus.l.Labeo.§.contractũ ff.de verborum ſignificatio. ſimile in l. Iulianus. in §.ſi quis à pupillo. ff. de action.empti. Abb.in c.j.col.ij.de his quæ fi.à præla.

Et quod adeo eſt odioſa inæqualitas ſi pacto contrahentes ſibi non proſpexerint , ut iniquitas appelletur,ſecundum Bald. in c.j. in §.j.col.ij.de no.for.fid.in uſib. not.in l.fi.C.de fruc.& lit.expen.& in d.l. ſi paſcenda pecora.

Et quod pacta qualiacunque ſint , dummodo non ſint dolo inita,contra leges,& bonos mores, ſeruanda ſunt,l.iuriſgentium. §. prætor ait . ff.de pac.l.legem.l.pacta quæ contra.C.de pac.

Et quod denique colono partiario debet fieri mercedis remiſsio,ratione ſterilitatis.l.ſi uno. §.item cum quidam,& ibi Barto.ff.loca. not.in l. ſi merces.in §.uis maior. ff. eodem. & in cap.potuit.extra eo Finis.

De tranſactionibus.

Vlpianus lib.lxxiiij.ad edictum.

TRANSACTVM ACCIpere quis poteſt non ſolum ſi aquiliana ſtipulatio fuerit ſubiecta ſed & ſi pactum cõuentum fuerit factum.

Dubitandi rationem faciebat,quod tranſactio non fiat per pactum ſimplex,nec etiam per ſtipulationem,nõ hoc modo,quoniam ipſa eſt ſpecies pacti,in pactis factũ uerſatur,in ſtipulatione ius. l.ſi vnus.§.pactus. ſupra de pac. ergo . Non illo, quia exceptionem parit , nemoq; in iudicio ſine actione eaperitur.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff.de nego.geſt.ergo.Et quia res efficitur certa & indubitata interuentu ſtipulationis , uſq; adeo ut ibi trãſactio cadere non poſsit quæ eſt de lite incerta,& de re dubia nec dum finita , inter litigantes compoſitio.l.j.ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur in hac lege,iſtis non obſtantibus,Deciſioniſq; ratio eſt, quia eſto quod per ſtipulationẽ uel pacto fiat,non ideo minus ualet,quia fit(ut dicebam proxime)de re dubia & lite incerta aliquo dato uel retento , exemplificando ut infra d. l. j. l.tranſactio nullo . C. de tranſact. Et quia contractus ex conuentione

C partinm

partium legem accipiunt. l. j. §. ſi cnnueniat. ff. de po. l. legem. C. de pac. l. iuriſgentium. §. prętor ait. ff. eodem.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia eſto quod in pactis verſetur factū, habent tamen effectum inris, & ideo non mirum eſt ſi ſic facta ualet, hoc eſt per Aquilianam ſtipulationē. Minus ob. ſecundum, quoniam exceptio eſt actionis excluſio. l. j. ff. de except. ergo non poſſumus exceptionem ponere quin etiam præſupponamus actionem, exempli gratia. debebas mihi cētū ex cauſa mutui, tranſegimus ut mihi dares quinquaginta pro aliis quinqnaginta feci tibi pactum de non petendo, uirtute tranſactionis ago, tu exceptione pacti de non petendo, poteris me repellere. Vel quo ad ſtipulationem tranſegimus (iterato dixerim) ut mihi dares quinquaginta, & quo ad alia quinquaginta, liberaui te per aquilianam ſtipulationem, ualet tranſactio pariter, & ſi ego egero, repellar, quippe quod iam per acceptilationem, & ſtipulationem aquilianam es liberatus. Non tertium & ultimum, quia eſto (mitto reſpōſiones Iaſ. hic, quia non ſubſiſtunt, neq; meo quidem iudicio, bene difficultatem tollunt) quod per ſtipulationem res efficiatur certa & indubitata, non eſt propterea quod in ea non cadat tranſactio, qnia cum tu debitor negares te mihi quidquàm debere, res erat dubia, & lis incerta, ea de re tranſactioni non officit, quo minus fieri per ſtipulationem ſeu per pactum potuerit, qnanquàm poſtea (nt dicebatur) res certa efficiatur & indubitata, argumentum in l. denique. in §. Seio. ad fin. ibi initio inſpecto. ff. de mino.

Et præſtat nobis argumentum lex iſta ad multa, & præcipue, quod ſicuti adoptio genus eſt, poſteaque diuiditur in adoptionem uti ſpeciem, & arrogationem. l. ij. ff. de adopt. ita eſt tranſactio hic, quæ in tranſactionem quę fit per pactū & per ſtipulationem diuiditur pari modo, ut ſupra.

Et quod à quocunque remouetur genus, ab eodem quoq; remouetur ſpecies, quia ſi animal non eſt, nec erit conſeqnenter homo., & ita arguit gl. in l. j. in §. fi. ad fi. ff. de ſuis & legi. Si igitur tranſactio in genere prohibita ſit, ex hoc nec per ſimplex pactum, nec per ſtipulationem fieri poterit.

Et quod aquiliana ſtipulatio nouat omnes prę cedentes obligationes & perimit, ipſaque perimitur per acceptilationem, ut etiam infra in l. ſeq.

Et quod liberatus per aquilianam ſtipulationem & acceptilationem, intelligitur debitor etiā ſi non ſoluat, & in hoc differt liberatio hæc ab illa quæ fit per apocam creditoris, quia ſolutionē deſiderat & requirit, de quo plene in l. plures apochis. C. de fide inſtrumen. & in l. admonendi. ff de iureiuran.

Et quod denique ſi tranſactio ſit facta ſimplici pacto, nec à debitore ſeruetur, quod priſtina actione agi poterit, & ſi allegetur, repelli exceptione doli, quia eam non ſeruauerit, alias nō ſi per aquilianam ſtipulationem fiat, ſed actione de dolo ad intereſſe, uel condictione ob cauſam ut in priſtinam reponatur obligationem, ut in l. ſiue apud acta. & in l. cum proponas. C. eo. & in l. actione. & in l. ſi quis accepto. ff. de condi. ob cauſ. & ut etiam hic per Iaſ. latius. Finis.

Papinianus lib. j. diffinitionum.

CVM AQVILIANA STIPVlatio interponitur quæ ex cōſenſu redditur lites de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinētur. liberalitatem enim captioſam interpretatio prudentium fregit.

Dubitādi rationem facit, quod nulla lis in ſuo ſtatu remaneat, quia uidetur caſus in l. præcedenti, ubi aquiliana ſtipulatio omnes præcedentes obligationes nouat & perimit. Si debeas igitur mihi decem ex una cauſa, quindecim ex alia, & uiginti ex alia, petamque ego decem ex his, & tranſigamus ut mihi des quinque, eaque per ſtipulationem promittas, & ego te liberem per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem. §. eſt autem. Inſti. quib. mo. tol. oblig. (ſic enim dicta eſt quia à Gallo Aquilio fuit inuenta, l. j. ff. ad legem Aquil.) videbatur dicendum, & ſi ex conſenſu reddatur (ut dicitur in tex.) quia ſtipulari & promittere eſt noluntatis. l. ſicut. C. de act. & obli. quod nulla lis quo ad alia in ſuo ſtatu retineatur.

Nihilominus hic contrarium deciditur, qnia (ut adhuc text. met dicit) acceptilatio generalis eſt captioſa, quam interpretatio prudentum fregit, illicito lucro obuiantiū, ſtatuendo, quod nullo modo ad incogitata porrigatur.

Ad oppoſita reſpondetur uera fore ſi de omnibus cogitatum ſit, alias non ut hic. Et ideo acceptilatio interpoſita etiam per modum liberalitatis, non debet ſupra partium conſenſum extendi. l. qui cum tutoribus. §. fi. infra eo. de ducendo latius etiam ut per Bart. Bal. Ang. & alios, ſubinde declarantes, quod cum ſit de iure ciuili, neq; poſſit tollere obligationes iuriſgentium, proditorio modo ut vulpis ſubintrat quia in Aquilianam ſtipulationem deducuntur, & ipſa poſtea per acceptilationem tollitur. §. item per acceptilationem Inſti. quib. mod. tolli. oblig.

Præſtatque nobis iſta lex argumentum ad multa, & maxime, quod noluntas noſtra non porrigitur ad incogitata, idemque dicitur in l. non eſt ferendus, infra eo. Et vulgo qnod inuiſa cognoſcere poſſumus, incognita nequaquā. Et hinc Bald. quod non intelligitur animo tutoris geri quod geritur ab ignorante in l. final. per illum textum. ff. de eo qui pro tuto. & in l. mater decedens. colum. prima. ff. de inoffic. teſtamen. quod quis non uidetur renuntiare iuri quod ignorat.

Et quod non debet quis decipi ſub inuolucro uerborum. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ubi idem Bal.

Bal.col.ij.ff.ſi quis cau.

Et quod ſucceſſor non tenetur ſtare fraudibus commiſsis per ſuum anteceſſorem, quoniam ut hic etiam ait I C.& in l.pupilli debitor. ff. de ſolut. interpretatio prudentum horum hominum contractus ſic compoſitos, fregit & decidit etiam Bal.met in l licet.col.j.& ij.C.loca.& in ſimili cõſi.cccxxix.col.ij.uol.j.

Et quod donatio non obſtante proteſtatione donantis, & uerbis derogatoriis, ualet, quoniam (inquit Paul.Caſtr.ſignanter per iſtum tex. conſil.cccxxxix.colum.ſecunda.uolum.primo.) liberalitatē captioſam interpretatio prudentū fregit.

Et hac ratione contrarium idem Bal. quod ſi debitor uſuras ſcilicet creditori donauerit, uel iuramento remiſerit, nec donatio ualeat nec remiſſio. in c.ad noſtram nu.3. & io c.cum contingat. nu.36.de iureiur.

Et quod denique debitor ſoluens non poteſt compellere creditorem ut faciat ſibi generalem quietationem de omni & toto eo quod ſibi debet. & ut latius per Doctores hic Pau.Caſtr.Iaſ. & alios. Finis.

Vlpianus lib.j. reſponſorum.

DE RE FILIORVM QVOS in poteſtate non habuit trāſigētem patrem minime eis obeſſe placet.

Dubitandi rationem faciebat, tranſactionem patris pręiudicare filio, quia fictione vnitiua unū & idem corpus eſſe cenſentur. l.fina. C. de Imp. Bal.in l.qui in prouincia.in §.diuus. colum.ij. ff. de ritu nupt. Et eadem perſona per naturam, ad differentiam hæredis & defuncti.§.j.in authen.de iureiur.a mo. præſti. Deci.conſil.cccxx. col.iiij. uol.ij.vnde Ioan.14.Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum:& pſal.cix. Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, id eſt mihi æqualis eſto, vnum & idem. Et quia eſt etiam legitimus adminiſtrator bonorum ipſius filij.l.j.C.de bonis mater.l.præſes. C.de tranſac. Et quia ſi uitæ neciſque poteſtatem habet in eum.l.in ſuis.ff.de liber. & poſth.poteſtq; ipſum neceſsitate famis diſtrahere.l.ſecunda C.de pat. qui fil.diſtrax.multo magis debet poſſe diſponere de rebus ſuis tranſigendo auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccle.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia filium in poteſtate non habet, & cum fuerit emancipatus extraneus eſt, §. emancipati.inſti.de hære.quæ ab inte.def. ſed de re extranei tranſigendo ſibi non præiudicaret, ergo nec filio in caſu præſenti. Et quia res inter alios acta tertio non præiudicat. l.j. & toto titu. C.res int.ali.ac.l.ſæpe.ff.de re iud. Et quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. l.non debet.ff.de reg. iur. l. tranſactione matris. C.de tranſac.

Ad oppoſita reſpondetur, primum uerum eſſe iuris fictione, ut iam diximus in deductione argumenti, & nouiſsime indicat uerbum intelligun tur poſitum in d.l.fi.l.Intelligendus. ff. de uerbo. ſignifi.l.ſi familia.ff.de iur.om.iud. ergo non uere, ergo rationibus ſupra dictis non pręiudicabit. Vel dicamus regulam fallere in emancipato, cum (ut diximus) extraneus ſit, declarat Bal.in l.qui teſtamento.in §. quæcunq;.ff.de teſta. Ex quo tollitur ſecundum, quod in aduentitiis procedit, & uerum eſt pariter, ſi filium in poteſtate habeat, ergo non alias ut in d.l.j.not. Non ob.ultimum, quia id uerum erat antiquiſsimo iure non regulariter & iure huius legis, quoniam patria poteſtas non ita acerbe exercenda eſt ut in d.l.in ſuis.not. uel dicamus id fallere in emancipato & uerius, ex quo à poteſtate patria, ſic erat liberatus. Et quo ad diſtractionem, id eſſe ſpeciale, quoniam neceſſitas (fames enim ibi figurate pro omni neceſsitate ponitur) nulli legi ſubiecta eſt.l.j. ff.de offi.cõſu.imò quod nec Deus unquàm (ut eſt in prouerbio) enim neceſsitate pugnabit.ergo ex eo non licebit arguere, quod tranſactione præiudicet filio, ſed contrarium potius.l.ius ſingulare. l.quod uero contra.ff.de legi.capitu.præſenti. §.loca.de præben.in vj.

Et præſtat nobis inſuper hęc lex argumentum ad multa, quod in patre tranſigēte locuta eſt cum myſterio, quia in matre non cadit emancipatio, cum non habeat filios in poteſtate, ita Bald.in l. cum apud.in fi.C.qui & aduer.quos.

Et quod filio emancipato duæ ſunt familiæ, & duo patresfamilias, inquit idem Bal.conſ.cxxxix. uol.j.l.pronuntiatio.§.familiæ. ff.de uer.ſig.imò quod olim & iure antiquo emancipatus habebatur pro mortuo.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de lib.& poſthu.

Et quod præſumetur emancipatus, habebitq; locum quod hic dicitur, ſi ſeorſum à patre habitauerit decennio.l.j.C.de pat.po.l.iij.ff.ad Maced. Bal.in l.poſt mortem.ad fi.ff.de adop. argumentum in l.ſi filiusfamilias.C.de pet.hære. Bertran. conſi.cxcv.nu.2.vol.j.

Et quod argumentum à contrario ſumi non debet, ſi reſultet abſurdum ſiue legum correctio, l.ij.C.de cond.inſer.not. in l. conuenticulam.C. de epiſ.& ele.namque hic dicitur, tranſigentem patrem de re filiorum quos in poteſtate non habet, eis minime præiudicare & uerum eſt, ſed nõ à contrario ſi habeat ut præiudicet, in caſtrenſibus uel quaſi, quia reſultaret abſurdum & correctio legum, cum in eiſdem ſint quaſi patresfamilias.l.ij.ff.ad Macedo. Et ideo intelligi debet hoc caſu quod poſsit ſi bona fuerint aduentitia, vt gl. hic declarat & bene.

Et quod denique ſi pater alienet ex cauſa bona filij in poteſtate ipſius exiſtentis aduentitia, ut ſupra, decretum non requiritur, ſi emancipati autem uti curator ſic l. cum emancipatis. C. de præd.mino. Azo in ſumma de bonis quæ lib.nu-

me. r r. late Deci.ſen.in l. præſcs.colum.ij. C.de tranſactio. Finis.

Aemilius Macer lib.j.ad legem viceſimam hæreditatum.

NVLLI PROCVRATORVM principis inconſulto principe tranſigere licet.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator principis eo inconſulto poſſet tráſigere, quia legitimam adminiſtrationem habet ut tutor, & curator. l.præſes. C.eodem. Maxime quia tranſactio fauorabilis eſt, imponens finem liti, ut inquit Alexand. in l.fratris. ad finem. C. eodem.

Et promptiora iura ad abſoluendum quam ad condemnandum.l.Arrianus. ff.de actio.& oblig. l.fauorabiliores.ff.de reg.iur. Et quia etiam poſt litem conteſtatam fit dominus litis.l.procuratoribus.C.de procur.

Contrarium tamen deciditur hic, inque lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia tranſactio eſt alienatio, non permiſſa hoc caſu abſque ſpeciali mandato.l.prima.C.ſi aduer.tranſac. l.non ſolum.C. de præd.mino. Alexan. conſil.cxxix. colum.prima.vol.primo.ſicuti nec etiam ſi bona forent minorum, ut dicit gloſſ. & probatur in dicta lege non ſolum. Et quia procurator principis ipſius conditionem meliorem facere debet, & non deteriorem tranſigendo.l.prima.§.primo.ff.de offi. procu.Cæſa.

Ad oppoſita reſpondetur, ſpeciale eſſe in cauſa Cæſaris, nec alienari quidquàm nec tranſigi in præiudicium ipſius poſſe, etiam quod procurator ipſius liberam habeat adminiſtrationem, ſed diligenter quæ ſibi commiſſa ſunt geri debere, ut in dicto §.primo.legitur ubi ſignanter glo.ita reſpondet. Nec officit, quod tranſactio imponat finem liti, quia hoc non debet tollere conſenſum principis. Et minus quod efficiatur dominus litis, quia uerum eſt ut ius ſibi conſeruet, & meliorem (ut dixi) eiuſdem principis conditionem faciat, non quod tranſigendo eidem, eodemque inconſulto, præiudicet.

Præſtatque nobis etiam argumentum lex iſta ad multa, & præcipue quod Collectores decimarum papalium, uel ſubſidij charitatiui, non poſſunt tranſigere inconſulto papa, ut hic dicunt omnes.

Et quod nec etiam poterit in arbitros ſe quanquàm principis nomine, compromittere, quoniã compromiſſum ſeu arbitrium, uim tranſactionis habet authen.ſi uero contigerit & in corpore vnde ſumitur.C.de iudi.

Et quod ſi executio fieri non poſsit, niſi de conſilio quorundam, illud de neceſsitate requiri debebit.l.idemque.§.ſi quis.ff.manda. l. ſed & ſi.§. conditio. ff. de inſtito. l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquiren.hæredit. Barto.in l.prima.in §. ſi plures. ff. de exercito. & in tracta.Minorica. colum.xx vij.

Et quod ubi maius eſt periculum (vt vulgo dici ſolet) ibi cautius eſt prouidendum. cap.vbi periculum. de elect.in l.prima.§.ſed & ſi quis.ff.de carb. edic.

Et quod denique ſi ubi perfecta ratio reddi nõ poteſt, ſufficit dicere ita ſcriptum eſſe, l.proſpexit.ff.qui & à quib.cap.in iſtis.iiij.diſt. ſatis erit longe magis, ubi reddi poteſt ut hic. Fel.late in c. ſi quando.col.viij.de reſcrip. Finis.

De His qui not.infa.

Paulus lib.v.ad edictum.

IN ACTIONIBVS QVAE ex contractu proficiſcuntur, licet famoſæ ſint & damnati notentur, attamen pactus non notatur. Merito quoniam ex his cauſis non tam turpis eſt pactio, quàm ex ſuperioribus.

Dubitandi rationem faciebat, quod in actionibus deſcendentibus ex contractu, famoſis pactus notetur infamia, quia de contractibus ad delicta ualet argumentum.l.omnem. ff.de iudic. Sed in actionibus deſcendentibus ex delicto damnatus pactuſue efficitur infamis ſeu notatur infamia.l. athletas.§.fin. ſupra eod. ergo & in actionibus ex contractu deſcendentibus aliquando famoſis, ut pro ſocio tutelæ, & ſimilibus, de quibus in l. prima.in §.qui pro ſocio.ſupra eodem. Et maxime quia dictum in vno capitulo legis intelligitur repetitum in alio. l. quemadmodum. ff. ad legem Aquil.eſtque argumentum in l.utrum. ff. de petitio.hæredi.plene Sozin. in l.prima.in princi.ff. de reb.dub.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia (ut in tex.met ipſo dicitur) non uerſatur tanta turpitudo in actionibus ex contractu deſcendentibus quanta in deſcendentibus ex delicto.

Ad oppoſita reſpondetur, primum non eſſe verum hoc caſu, quoniam cum in materia differant contractus & delicta, differentia erunt quoq; quo ad diſpoſitionem legalem, ut hic per Bald. Non ob.ſecundum, quia forte id procedit in pertinentibus ad iuris deciſionem, non in pertinentibus ad facti narrationẽ ut hic, fuitque reſponſio Barto.& Paul. Caſtr. ſed melius eſt dicere ut ſubiicit iſte & Bald.ante eum, quod cum ſit diuerſa ratio propter diuerſitatem actionum, quia deſcendentes ex delicto ſunt turpiores, quàm deſcendentes ex contractu, non mirum eſt ſi dictum in uno capitulo, non intelligitur in alio repetitum.

Seruitque nobis etiam lex iſta, & pręſtat argumentum

mentum

mentum ad multa, & maxime quod qui paciſcitur. uel tranſigit in actionibus deſcendentibus ex delicto, crimen confiteri uidetur, lege quoniam. ſupra eodem . non autem in actionibus deſcendentibus ex contractu quanquàm ſint famoſæ, ut hic.

Et quod rurſum qui paciſcitur uel tranſigit in criminalibus, paciſci ſeu tranſigere uidetur metu & conſcientia criminis, in actionibus autem ciuilibus, ut uexationem ſuam redimat, ideo nimirum ſi primo caſu notatur infamia ſecundo uéro non. d. l. quoniam. l. athletas. §. fi. l. furti. in fin. ſupra eo. & hic.

Et quod quemadmodum à delictis contractus diſtinguuntur, ſi maxime poſsit diuerſitatis ratio aſsignari. l. quæ delegato. l. ſeruum filij. §. cum qui chyrographum. ff. de leg. primo. & utrobique not. ita debent diſtingui actiones, quo ad effectum de quo hic, à delictis deſcendentes à deſcendentibus à contractu.

Et quod infamatur quis ex ſententia legis, ut inquit Bald. in l. ſi furti. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. & not. in l. ictus fuſtium. ff. eo. Et licet dicatur quod qui paciſcitur uel tranſigit, crimen confiteri uidetur, quodq́; efficitur infamis, ut ſupra. attamen id eſſe fictas, quia ſic pro iudicato habetur. c. nos in quenquàm. ij. q. j. l. proinde. ff. ad leg. Aqui. l. unica. C. de confe.

Et quod denique ubi non eſt eadem ratio, uel tanta uno caſu quanta eſt in alio, diuerſum ius ſtatui debet. l. à Titio. ff. de uer. obl. quod ſemper eſt notandum ad dictæ l. ampliationem. Finis.

Paulus lib. v. ad edictum.

VXSORES VIRI LVGERE non compelluntur. Sponſi enim nullus luctus eſt.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum dictum quod uiri lugere uxores teneantur, quia certum eſt quod uxor luget uirum per annum, abſtinetque à ſecundis nuptiis, alias notatur infamia. l. j. ſuprà eod. l. liberorum. §. j. ibi ſi qua ergo infra eod. ergo, & econtra uir tenebitur lugere uxorē, quia ſunt correlatiua, & diſpoſitū in vno regulariter, locum habet etiam in alio. l. fi. C. de indic. uid. tol. l. fi. ff. de acceptil. Et quia ſunt ſocij diuinę & humanę domus. l. aduerſus. C. de cri. expi. hę. Societas uero habet ſe ad inſtar fraternitatis. l. uerum. ff. pro ſocio, uſq; adeo ut inter eos cum uiuentes tum mortuos, ad effectum de quo hic ſeruari debeat ęqualitas. l. ut liberis. C. de collatio. l. pen. C. communi di. Bal. in terminis conſ. ccxxxv. ad fi. vol. ij. ergo ut dixi & repeto ſi luget uxor utique uir etiam lugere debet.

Contrarium tamen deciditur in l. iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia in edicto pretoris de quo in l. j. præall. non fit mentio niſi uxoris, uerbis edicti autem ſeruire debemus. l. j. §. in re igitur dubia. ff. de exercito. ergo, Et quia etiam non timetur perturbatio ſanguinis, ut dicitur in d. §. j. Ex quo tolluntur oppoſita, & dubitationem facientia namq; primum uerum eſt, ſi diuerſitatis ratio aſsignari, non poſsit, ut not. in d. l. fi. C. de ind. uid. tol. Verius & ſecundum quod ſint ſocij, quodq́ue ſocietas ſe habeat ad inſtar fraternitatis, & quod inter eos ſeruari debeat æqualitas, quando rurſum eſt uniformis ratio ad utrunque, ſed hic non eſt ut proxime dixi, ergo. Et not. alias in l. admonendi. ff. de iureiur.

Quoad ſecundum dictum pariter faciebat dubitationem, quod ſponſa ſponſum lugere teneatur, nec poſsit intra annum matrimonio copulari, quia appellatione uxoris uenit ſpōſa. l. cui fuerit. ff. de cond. & de. no. in c. ij. de tranſl. prælato. & in c. canonica de ſen. exco. Bar. in l. cum pater, ff. de pac. Fely. late in rub. de ſponſa.

Contrarium tamen adhuc in l. iſta deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia in ſponſa ceſſat cauſa prohibitionis ne intra annum luctus nubat, quæ eſt (ut diximus) ſanguinis perturbatio, ergo & diſpoſitio ipſa prohibitiua ceſſare debet, uſq; adeo ut nec lugere teneatur Sponſum, & quandocunq; matrimonio etiam poſsit copulari. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. c. cum ceſſante de ap.

Ad oppoſita reſpondetur uera eſſe, in iuribus & locis præalleg. ſed non hoc caſu, quoniam uerba, edicti de uxore loquuntur, poſita in l. j. ſupra eo, nec ratio ipſa hoc ipſum patitur, Et ad idē quoq; ſubiecta materia repugnat, & nota. in clement. j. de conſangui. & affini. nonnihil Barto. in l. ij. in §. fi. ff. de priui. cred. idem Fely. in pręalle. rub. de ſponſa. col. iiij.

Pręſtatque nobis argumētum lex iſta ad multa, Et maxime quod qui non facit id ad quod ſcit ſe teneri & obligatum eſſe, dolo carere non uidetur. l. dolus. ff. manda. nimirum igitur ſi mulier ſeu uxor, maritum minime lugens anno, ex inſtituto Numę olim decem menſibus, apud Iudæos, uero diebus triginta, & intra ea tempora nubens efficitur infamis, alias dolus eidem patrocinaretur & male. c. ſedes apoſtolica, de reſcrip. l. ne ex dolo. ff. de dolo.

Et quod luctus ac meror non eſt uirorum, ſed mulierum. hinc facetum illud Bioniſ. ſtultiſsimus rex in luctu ſibi capillum euellit.

Et quod mulier eſt deterioris conditionis quā maſculus, quia (ut hic dicitur) tenetur lugere uirum & in l. j. & ij. C. de ſecun. nupt. non è contra, Deci. in reg. fœminæ. nu. 52. ff. de reg. iur. & ſeruit ad regulam. l. in multis. ff. de ſta. ho.

Et quod aliter ſi maritus ſit uagabūdus, quinquennio lugendus eſt, quo elapſo poterit ad ſecundas nuptias conuolare, quia tunc mors erit probata. l. uxore. C. de rep. Alex. cōſi. iiij. col. iiij. vol. ſecundo.

Et quod deniq; magna eſt dr̄ia inter ſponſam & uxorē, re ipſa & etiam quoad effectum de quo hic, quāquàm in ſacris literis (autor eſt D. Hier.

aduerſus Heluidium ſcribens) ſponſæ appellentur uxores.& ſcitu dignum eſt, licet ſic ſcribatur communiter, & in pandec. Flo. pariter, uxores ſcilicet, ne tamen literæ, x, aliam, ſ, addidiſſe, quoniã ſic ſcribebant ueteres, tibique exemplum quo hoc ipſum elicias antiqui lapidis, ſic inſcripti ſubiicio, in ueſtibulo ædium mearum poſiti.

C. Papirivs C. L. Floniae
L. L. Vxsori V. F.
Hoc eſt.

Cains Papirius Cai libertus, Floniæ Lucij libertæ vxſori uiuens fecit. Finis.

Paulus lib. xxxv. ad edictum.

SOLET A PRINCIPE impetrari vt intra legitimum tẽpus mulieri nubere liceat. quæ virum eluget intra id tempus ſponſam fuiſſe non nocet.

Dubitandi rationem faciebat, quod à principe impetrari non poſsit intra tempus luctus, mulierem nubere poſſe, quia hoc idem eſſe uidetur contra bonos mores leges conſtitutiones. l. j. & ij. C. de ſecun. nup. Ergo reſcripti impetratio nulla. l. reſcripta. C. de preci. Impe. offe. argumentum in l. pacta quæ contra. C. de pac. Et hinc eſt ut dicit Calder. quod ad ius commune quantum poſsibile ſit ſemper reduci debet conſi. ſecundo. in prin. de reſcriptis. & habetur in cap. ab excommunicato. eod. titu.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia ſicuti ſolus princeps legem condit. l. fin. C. de legi. l. j. ff. de conſtitu. prin. §. ſed & quod principi placuit, inſti. de iur. natu. ita etiam tollit. Et ideo ſi hoc idem impetrarit, & ſibi conceſſum fuerit, nec infamia notabitur nubens, nec pœnas incurret de quibus in d. l. j. & iij. C. de ſecun. nup. perindeq; erit ac ſi poſt legitimum anni tempus nupſiſſet. & eſt argumentum amplius in l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adul. & in l. fin. ff. quod quiſque iur.

Ad oppoſita reſpondetur, non eſſe contra bonos mores, nec contra leges aut conſtitutiones, ex quo apparet de uoluntate principis diſpenſantis, ut in d. l. reſcripta. & in c. reſcripta. xxv. q. ij. nec ſine cauſa, quæ in dubio in eo præſumitur, ut no. Cy. & Paul. Caſt. in d. l. reſcripta. & Iaco. But. in l. fi. C. ſi con. ius uel uti. pub. & But. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & Alex. conſi. lx. col. v. uol. ij. Capici. deciſio. clxvj. num. 8. Imò quod quælibet motiua ratio ipſius habetur pro cauſa inquit Bal. in d. l. reſcripta. & But. in d. c. quæ in eccleſiarum. & in c. conſtitutus. de religio. domi. & Areti. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. & Regien. conſil. xxj. nume. 14. uolumi. primo. Et ideo ualet, quia præſumitur etiã ex certa ſcientia emanaſſe, uel cum clauſula derogatoria non obſtante, ne alias uti ſurreptitium reiciatur, &, qua clauſula ſolus princeps utitur, ut not. in d. l. reſcripta. & in l. fi. præallega. Ange. in l. nemo poteſt. ff. de lega. primo. Alexan. conſi. cj. colum. iiij. uolum. j. & probatur in l. formam. C. de offi. præf. præto. & in cap. fin. de offi. archip. Ex quibus omnibus tollitur etiam ſecundum, quia id uerum eſt in dubio non in caſu claro, quorum non eſt par eademque ratio. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ergo.

Dubitationem etiam quo ad ſecundum dictum faciebat, quod uxor intra annum luctus, ſponſalia contrahere non poſsit, quia aliquo prohibito omne & totum id prohibetur, propter quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de ſponſal. ſed matrimonium prohibetur intra dictum tempus, ergo & ſponſalia.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia ceſſat ſuſpicio perturbationis ſanguinis hoc caſu, ideo debet etiam ceſſare legis prohibitio ut dicebam etiam proxime. d. l. adigere. §. quamuis. de iur. pat. præalleg. c. cum ceſſante. de appel. Et quia odia ſemper ſunt reſtringenda, ut dicit hic gl. & habetur in l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu.

Ad oppoſitum reſpondetur non obſtare, quoniam id uerum eſt in matrimonio, quod perpetuo prohibetur, ſed hic prohibetur ad tempus, ideo quanquàm intra annum luctus non nubat uxor ratione ſupra dicta, attamen ſponſa eſſe poterit.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod à ſolitis argui poteſt ut etiam inquit tex. in l. ij. in §. merito. ibi & ita ſolet princeps permittere quotiens, &c. ff. ne quid in loco publi. & in l. uel uniuerſorum ibi ſolebat pecunias ſub uſuris accipere. ff. de pigno. ac. & in l. ut liberis. ad fi. C. de colla. & mille ſunt huiuſmodi aliter non referenda, & de quibus alias Chriſtopho. Alberi. in l. certi condictio. in §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. plene.

Et quod princeps eſt ſupra ius & leges, habens plenitudinem poteſtatis, ſi maxime non recognoſcat aliquem in ſuperiorem. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de Iac. l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. c. propoſuit. de conceſ. præben. l. princeps. ff. de legi. l. digna uox. C. eo.

Et quod ipſe ſuper infamia diſpenſat ut Senatus. l. j. §. pen. ff. de poſtu. Bar. in l. infamem. nume. 13. ff. de publi. iudi. ſubiiciens, quod idem facit etiam Papa in terris eccleſię, & collegium Cardinalium uacante ſede. Et eſt ad propoſitum argumentũ in l. imperialis. C. de nup.

Et quod reſcripta quanquàm ſint contra ius commune, ſemper ualent à principe conceſſa, ſi non ſint reipublicæ præiudicialia, nec materiam præbeant delinquendi, & ut latius etiam nota. in d. l. reſcripta.

Et quod denique ſponſa ad patris ſucceſsionem admittetur, licet ex conſuetudine regionis maritata non ſuccedat, ſed dote ſibi data contenta eſſe

ta eſſe debeat. ut hic tradit Iac. de Ra. & Alber. poſt eum, & bene. Finis.

Paulus lib. v. ad edictum.

QVI IVSSV PATRIS DVXIT quanuis liberatus poteſtate patria, eam retinuit, non notatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius qui iuſſu patris duxit uxorem, eamque retinuit quam ducere non poterat, notetur infamia, quia actus deuenit ad eum caſum à quo incipere non poterat pariter. l. exiſtimo. l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de ver. obl. Et quia filius obedire tenetur patri in licitis & honeſtis, non in delictis. l. ſeruus. ff. de act. & obli. Et quia ſi eam ducere non poterat, iam emancipatus, patri quanquàm iubenti obedire non debebat, eamque ſic ductam retinere. Et propterea cum fuerit in culpa ipſum in damnum uocari cõuenit, ut à contrario dicitur in c. cognoſcentes. de conſti.

Contrarium tamẽ deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia filius qui obtemperauit patri uenia dignus eſt, ut in. §. fi. l. præcedentis dicitur. Et quia uelle nõ creditur qui obſequitur imperio patris. l. uelle. ff. de regu. iu. Et quia dolo nõ careret ſi ei non obtemperaret, l. nó poteſt dolo. ff. eod. not. in d. §. fina. & in l. furti, in. §. qui iuſſu. ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere quia iam actus erat conſumatus, igitur ualet, annullari non poteſt, neque filius notatur infamia. l. index datus. ff. de iud. Non ob. ſecũdum quia imò in his leuioribus debet, & tenetur. l. ad ea. ff. de reg. iur. not. in d. §. qui iuſſu, & in d. §. fi. l. præcedentis. ſupra & hic. Non denique tertium & ultimum, quia eſto quod fuerit emancipatus & liberatus à poteſtate patria, nõ ob id tamẽ tollitur quod non ſit pater argumentum in l. ius agnationis. ſupra de pac. & in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. ergo debuit obedire, & ſic nulla culpa (argumẽtumq; retorquebitur) ſibi imputari poteſt, ut in iuribus ſupra allega. not. imò fuiſſet in culpa ſi non obediſſet. d. l. non poteſt dolo, igitur in damnum uocari non conuenit, ut notetur.

Præſtatque nobis hæc lex quanquàm breuis argumentum ad multa, & potiſsimum quod ignoſcendum eſt ei, qui imperio patris, obtemperauit, ut etiam dicitur in d. l. uelle. & in d. l. ad ea, & nota. in dicto. §. qui iuſſu.

Et quod à contrario non eſſet ignoſcẽdum ei, qui non obtemperaſſet, re etiam proſpere geſta. l. iij. §. in bello. ff. de re milit. hinc T. Manlius Coſ. filium, quod contra edictum pugnaret aduerſum Latinos quamuis proſpere ſecum percuti mandauit, hiſto. nota eſt.

Et quod idem foret ſi quę iubentur atrocitatẽ facinoris haberent, uel ſceleris ut in d. l. ad ea.

Et quod pater iubens (quamquàm filio ignoſcatur) nihilominus infamia notatur, ut in d. §. fi. l. præcedentis. Et non ab re quoniam in edictum inciditur, nec ulla ratio eſt quę ipſum tueatur ut hic obedientia filium

Et quod denique iuſſus patris, & prætoris parificantur, quandoquidem etiam hoc caſu quis, ſi eidem iubenti pariter obtemperauerit, excuſetur. d. §. qui iuſſu. Et ad filij propoſitum, adde quod in lege ueteri inobedienti pęna erat lapidatio, ut blaſfemis & adulteris, & Ioã. octauo legitur plene. Finis.

Vlpianus lib. viij. ad edictum.

PARENTES, ET LIBERI vtriuſq; ſexus nec non & cæteri agnati vel cognati ſecundum pietatis rationem, & animi ſui patientiam, prout quiſque voluerit lugendi ſunt. Qui autem eos non eluxerit, non notatur infamia.

Dubitandi rationem faciebat, quod parẽtes, liberi, agnati uel cognati lugeri debeant, alias non lugentes notentur infamia, quia filius exhæredatus tenetur patrem lugere & matrem, quorum hęreditas ad ipſum non pertinet, l. fi. in princ. infra eo. ergo multo magis ſi exhęredatus non ſit, uel præteritus (exhæredatio enim matris pro præteritione habetur. l. illud. §. ad teſtamẽta fęminarũ. ff. de bon. poſ. contra tab.) & ſi ad ipſorum ſucceſſionem admittatur, & ſucceſsiue liberi (hac ratione) utriuſque ſexus, agnati uel cognati. Et eſt argumentum in l. ab eo. C. de fideicom. Et quia Solomon iubet ut per Alb. hic, ſed ſunt uerba eccleſiaſtici dicentis; Supra mortuum plora. c. xxij.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia hæc non dicitur cauſa qua infames efficiantur, ſi hij non lugeantur, qui nõ eluxerint, neque de caſibus enumeratis in l. j. ſupra eo.

Et quia luctus duntaxat, eſt neceſſarius in uxore, propter ſanguinis perturbationẽ. l. liberorum §. j. ſupra eo. quæ ratio in alijs ceſſat ergo & legis diſpoſitio, ergo non lugentes non notabuntur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. c. cum ceſſante, de ap. & ut etiam in ipſo met tex. hic dicitur.

Ad oppoſita reſpondetur primum nõ obſtare, quia uerum eſt ſecũdum carnem, & pietatis rationem, ac motum animi, ut rurſum dicit tex. hic & nota. ibi, ſed non quod compellantur, quodque efficiantur infames ſi non eluxerint. Et ita intelligatur etiam eccleſiaſtici auctoritas. Et cum alio caſu & in aliis terminis procedat regu. d. l. ab eo, non facit ad propoſitum nec obſtat.

Et ſeruit nobis ad multa lex iſta argumẽtumq; præſtat, Et pręſertim, quod coniunctus & conſanguineus, naturaliter dolet de morte coniuncti, & conſanguinei ſui. imò & amici, iuxt. illud.

Flet

Flet ſi lachrimas conſpexit amici. Et iterum ſi dixerit æſtuo, ſudat.

Et quod id quod uoluntati alicuius committitur, neceſsitati non ſubiicitur, argumētum in l. fideicommiſſa.in §.quanquàm.ff.de leg.iij.

Et quod id quod in aliquibus perſonis uoluntarium eſt, in aliis eſt neceſſarium, et cōtra.l.uxores.l.liberorum.§.j.ſupra eo.

Et quod ſi ſecundum carnem parentes liberi, agnati uel cognati lugendi ſunt, non tamen ſunt lugendi ſecundum ſpiritum, uel bene mortui ſint uel male, ſi bene, quia iam requieſcūt in patria cęleſti, ſi male, quia (ut dicebat Solomon) lux eorum defecit.

Et quod denique nec ſecundum carnē lugendi eſſent hi de quibus hic ſi forent crimine perduellionis damnati aut ſuſpendioſi, uel ſi ſibi male cōſcientia manus intuliſſent non tedio uitę, ut in l. liberorum in § j.ſupra eod. quę.l.iſtam limitat & declarat, ut in.l.non eſt nouum & in l.ſed & poſteriores.ff.de legib.& in c. ſuper quęſtionum in prin de offi.de. Finis.

Vlpianus lib.viij.ad edictum.

IMPERATOR SEVERVS reſcripſit non obfuiſſe mulieris famæ quæſtum eius in ſeruitute factum.

Dubitādi rationē faciebat, quod famæ quęſtus mulieri officiat, quia qui peculiaria mancipia in ſeruitute proſtituta habuit liber factus notatur infamia.l.athletas.§.Pomponius.ſupra eod. Et quia hinc uidemus quod mulier poteſt ſemper de adulterio accuſari, commiſſo etiam in primo matrimonio.l.nuptam.ff.ad legem iul.de adult.

Et dictat regu.etiam, facta pro infectis haberi nō debere.l.in bello.§.factę.ff.de cap.& poſtli.re.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt quia libertate omnis macula abſtergitur.l.homo liber.ff. de ſtat.ho. l.imperialis.C.de nup.l.ſi ſeruus.§.fi.ff.de adi.le.l.inter ſtipulantē.§.ſacram, ff.de uerb.ob.argumentum in auth. ſed nouo iure. C.ad legem Iul.de adult.Bar.in ſimili iu.§.ſi quando.in auth.ut nulli iud.& in §.nullam.in auth.de ſanc.epiſ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum quia id eſt odio lenocinium exercentis diſpoſitum, qui magis delinquit, ex quo ſe & alium corrumpit, hic uero tex.loquitur in ea quæ in corpus ſuum & in ſe tantum deliquit, quo caſu non mirum eſt ſi ei ignoſcitur, caſte & honeſte poſtea uiuenti, & ut fuſius not.in d.§.Pomponius Non ob.ſecundum quia id quoque in adulterio procedit propter criminis grauitatē.l.tranſigere. C.de tranſac.Et in libera quidem non in ſerua. Non denique tertium & ultimū quia imò propter manumiſsionem pro infectis haberi debent, hoc eſt perinde ac ſi quæſtum non feciſſet.d.l.imperialis,l.non dubium. C. de legi.l.ſi ex precio.C.ſi cer.pe.uel dic licet factum non tollatur quod tollitur tamen effectus facti.

Præſtatque nobis iſta lex argumentum ad multa, & maxime, quod meretrices ſunt infames.de quo late in l.iij.in.§.lege Iulia..ff.de teſti.

Et quod uariare conditionem, ſuam in melius bonum eſt, ut etiam not.in.d.§.Pomponius.

Et pro limitatione obſeruādū ad id quod uulgatum eſt, uariationem & inconſtantiam communiter reprobari.l.ſi quis iuſiurandum. C. de reb. cred.not.in l.edita.C.de eden.Bal. in l.ius ciuile in prin.ff.de iuſt.& iur.Et quod bonum ſit in melius conditionē ſuam uariare probatur etiam in l. non nunquam.ff.de coll.bo.& in l.diui de iu.pat.

Et quod ratione ſupra dicta licita eſt uariatio & prodeſt urianti quanquàm de præiudicio tertij agatur, ut hic ſentit Albe.poſt Ray. Et contra Vltramon. ſecus ſentientes & male, hęcque opi. uerior eſt, exempli gratia quia uelit teſtimonium contra aliquem prohibere, ex quo etiam non eſt anguſtanda probationum facultas.l. quoniam ad fi.C.de hęre.

Et quod ex pręterito nō infertur ad pręſens ut quis infamiam incurrat, de quo alias in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.

Si tamen de præſenti manumiſſa caſte (ut dixi) & honeſte uiuat.

Et quod denique ſemel malus, ſemper pręſumitur malus, niſi conſtiterit quod ſit bonus ut not. in reg.ſemel malus de reg.iur.in vj. Finis.

Papinianus lib.ij.quęſtionum.

EXHEREDATVM QVOque filium luctum habere patris memorię placuit. idēque & in matre iuris eſt cuius hæreditas ad filium nō pertinet. Si quis in bello exciderit, & ſi corpus eius non compareat lugebitur.

Dubitandi rationem faciebat quod exhæredatus filius, nec patrem nec matrem lugere teneatur tex.in l.parentes ſupra eod. & in l.liberorum in prin.ubi filij non lugent parentes, ergo multo minus ſi fuerint exhæredati, & cum ad hoc non teneantur, non efficiuntur pari modo infames, ſi non eluxerint. Et quia ſi eſt exhæredatus eſt ipſius patris inimicus, & matris, & ſic odioſus argumentum in l.cum quidam.ff.de lib. & poſthu. & in.§.aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de app.cogno. ergo non æque conuenit ut lugeātur, argumentum in d.l.liberorum in.§.j.ſupra eo. Et quia ſi ſucceſſione priuatus eſt, & grauatus in hoc debeat in alio releuari ne lugere teneatur, argumentum in l.eum qui.ff.de iureiuran.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſic pie agere uidebitur, & memoriam

moriam parentum colere, quod probatur ex illis verbis. Luctum habere patris memoriæ placuit.

Ad oppoſita reſpondetur uera non eſſe, nõ primum, quia imò lugent pietatis rationem habentes, & pro motibus animi ſui, non quod cogantur & ita iura prædicta loquuntur, & ſic concordant, & utrobique ibidem nota. Non ob. ſecundum, quia eſto quod ſit exhæredatus, & ius ſucceſsionis ſibi tollatur (ex quo tertium quoque tolletur) non propterea tollitur ius ſanguinis, l. ius agnationis. ff. de pac. l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. nec pietas paterna ac reuerentia, qua tenetur parentes colere, eorumq; memoriam, ut hic dicitur & in d. l. parentes.

Quo ad ſecundum dictum quoque dubium faciebat, quod uxor non teneatur lugere uirum in bello cadentem, nec ob id debeat à nuptiis abſtinere, ex quo (ut dicit tex.) eius corpus innentum non fuit, nec apparebat ipſum eſſe mortuum, quo fit cum non entium non ſit qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. ut mirum non ſit etiam ſi (nt dixi) ab uxore lugeri non debet.

Contrarium tamen deciditur hic, & in hoc quoque, Et nulla alia quidem ratione, niſi iſta, quia perinde eſt ac ſi fuiſſet mortuus in domo, uerum hoc caſu lugendus eſt. l. decreto. C. ex quib. cauſ. infa. irro. ergo & eo ſic mortuo, abſtinebitq; à nuptiis propter ſanguinis perturbationem. d. l. decreto. l. j. C. de ſecun. nup.

Ad oppoſitum reſpondetur, nihil obſtare, quia licet non appareat, mortuus tamen præſumitur, iuſtaque eſt mortis probatio, quod ad bellum acceſſerit, nec inueniatur, ut hic per Bar.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa, & potiſsimum quod exhæredatio & emancipatio differunt, nomine diſſinitione & effectu. l. ſi idem. C. de codicil. l. j. C. de iur. emphyt. l. actio nego. geſto. ff. de neg. geſt.

Et quod exhæredatio rurſum à patria poteſtate filium non liberat ut emancipatio, quod appa ret quia parens ipſe lugendus eſt, filius uero à patre alendus.

Et quod filius exhæredatus non per omnia, & in omnibus quidẽ caſibus debet haberi pro mortuo. l. j. §. ſi pater. & ibi Bar. ff. de coniungen. cum eman. lib.

Et quod filij mentionem facit cum myſterio, quoniam in extraneo exhæredatio res inepta eſt. l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig. ſi tamen omnino extraneus ſit, quia emancipatus eſt extraneus & nihilominus poteſt exhæredari. l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de bo. po. con. tab. Bar. in d. l. quidam cum filium. col. iiij.

Et quod deniq; tantum eſt dicere, maritum in bello cecidiſſe, quantum eſt dicere, mortuum eſſe. & forte (uerbo arrogantia abſit) melius foret ſi dixiſſet in prælio, quoniam bellum eſt id tempus quo durat pugna, prælium vero) vt inquit Pindar.) ipſa conflictatio. Finis.

De procuratoribus.

Paulus lib. j. Sententiarum.

ACTORIS PROCVRAtor non in rem ſuam datus propter impenſas quas in litem fecit, poteſt deſiderare, vt ſibi ex iudicati actione ſatisfiat, ſi dominus litis ſoluẽdo non ſit.

Quod procurator impenſas in lite factas repetere non poſsit, dubitationem faciebat text. in l. diligenter. ff. manda. ubi ad literam dicitur pecuniam impendentem eam repetere non poſſe, ergo neque hic impenſas procurator. Et quia eidem uoluntarie impendenti ſuccurri non debet, ſicuti ſi coactus feciſſet argumentum in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cogan. Et quia etiam actio iudicati datur domino, l. ſi procurator. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia officium ſuum nemini debet eſſe dannoſum. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quẽadmo. teſta. ape. alias ſe ſuo quis (ut eſt in prouerbio) iugularet gladio. Et quia non debet etiam fieri dominus locuples cum ipſius procuratoris iactura. c. locupletari. de reg. iur. in vj. l. nam hoc natura. de cond. indeb. Et quia procurator adhuc ſubrogatus loco domini uidetur. argumentum in l. j. in §. qui mandatam. ff. de offi. eius. & in l. ſolet. ff. de iur. om. iud.

Ad oppoſita reſpondetur non obſt. primum, quia ibi impenſa erat limitata, quo caſu non repetit ſi fines mandati excedat, hic autem non, igitur & agit & repetit. l. in agris. ff. de acquire. rer. domi. l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudic.

Non ſecundum, quia imò idem ei tacite videbatur mandatum, taciti & expreſsi par eſt uirtus. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ergo non eſt uerum quod impenſa ſit uoluntaria. Non denique & tertium, quia uerum eſt regulariter, ſed in ſubſidium ex æquitate datur etiam procuratori contra reum, ſi dominus ſoluendo non ſit, ut in d. l. ſi procurator, & hic.

Et pręſtat inſuper lex iſta nobis argumentum ad multa. Et maxime quod procurator ſine nouo mandato ad agendum admittitur aliquo caſu, quádo fecit expenſas in lite, & dominus non eſt ſoluendo.

Et quod idem eſſet etiam ſi dominus nollet dictas expenſas reſtituere, uſque adeo ut duo hæc æquiparari uideantur, nolle & non poſſe, cum ſit eadem ęquitas in utroque caſu & eſt argumẽtum in l. cum proponas. C. de hære. inſti.

Et quod procurator in rem ſuam datus, impẽ-

ſas in

ſas in lite factas non repetit.l. j.& ibi Bald. C.de eunctionib.

Et quod ſi dominus eſſet ſoluendo alias, contra eum agere poteſt actione mandati, l. j. & ibi idem Bal.C.manda.Et ſi nolit eas reſtituere,dato quod aliter non agat ut hic, poterit inſtrumenta & ſcripturas cauſæ retinere, donec eas ſibi reſtituat. l.ſumptus.ff.de pac.l.in cauſæ.§.fi. ſupra eo. l.qui proprio.§.fin.infra eo.Bart.in l.quæ omnia in §.j.cod.tit.

Et quod deniq; iuſtum eſt deſiderium eius qui quæ in gratiam alteriús impendit, repetere intẽdit argumentum in l.iuſtum.C.de eden. Finis.

Paulus lib. ix.ad edictum.

FOEMINAS PRO PARENtibus agere interdũ permittitur cauſa cognita, ſi forte parentes morbus aut ætas impediat, nec quenquàm qui agat habeant.

Dubitandi rationem faciebat fœminas etiam pro parentibus agere non poſſe,quia legem generaliter loquentem habemus infra eo.neq;.fœminis interdictum eſſe, ne pro aliis agant, ergo nec pro parentibus.l.j.§.generaliter.ff.de lega. preſt. l.de præcio.ff.de publicia. Et quia uirile officium eſt alienam ſuſcipere defenſionem. l.alienã C.eod.de procu.argumentum in l.fœminæ.ff.de eden.& in l.fi.ff.de tute. Et quia in contumeliam matrimonialis pudoris eſſe uidetur perſequendæ litis obtentu, fœmina irreuerenter irruere & uirorum conuentibus intereſſe.l. maritus. C.de procu.c.mulieres,de iudi.in vj.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt quia(ut dicitur in text.)cum non habeant quenquam qui pro eis agat, iuſta cauſa eſſe uidetur, tunc fœminam admitti. Et quia propriam etiam cauſam agere uidebitur.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum eſſe, ſed tamen generalitas dictę.l.diſtingui debet hoc caſu, ratione ſupradicta argumentum in l.quiq; in.§.j.iuncta.l.q̃uis.ff.de in ius uo.& in l. j.§.& ſi lege.ff.de mu.& ho. Non ob.ſecundum & tertium quia ea omnia procedunt regulariter, & in hoc mulieres ſunt deterioris conditionis, quam mares.l.in multis.ff.de ſta.ho.at limitantur(ut dicunt omnes)in caſu iſto,quando parentes morbo aut ætate impediti neminẽ habẽt, qui ipſos tueatur,& defendat,ſeu pro ipſis agat.

Præſtatque nobis argumentum hæc lex ad multa,& maxime quod exorbitant leges & diſpoſitio iuris communis, parentum gratia, argumentum in l.fi.& in l.parentes ſupra de his qui not.infa.

Et quod diſpenſatione legis permittuntur aliqua quæ tamen de iure minime permitterentur, argumẽtum in auth.matri & auie.C. quãdo mul. tute.offic.funga.

Et quod morbus & ætas eſt potiſsima diſpenſationis cauſa argumẽtum in l. qualitum.ff.de rẽ iud.& in l.j.in §.ignoſcitur.ff.ad sillania.

Et cũ de parentibus hic dicatur,filios non defendunt fœminæ,tum quia regu.eſt in l.cum prætor.ff.de iud.& in c. nõne de præſump. tum quia ut dicit etiam gl.hic tutores habere debent à quibus defendantur, quod tamen uidetur contra gl. in auth.matri & auiæ. C.quando mul.tute.offic. fung. præallega.

Et quod denique, requiritur cauſæ cognitio, ubi diſpenſatio legis fieri debet, de quo etiam in l.bonorum.C.qui admi argumentum in l. pomponius.ſupra eo. Finis.

Iulianus lib.iiij.ad Vrſeium ferocem.

QVI DVOS PROCVRATOres omnium rerum ſuarum reliquit,niſi nominatim præceperit vt alter ab altero pecuniam petat non videtur mandatum vtrilibet eorum dediſſe.

Dubitandi rationem faciebat, quod alter ab altero petere poſsit,caſus eſt hic in glo. allega.in l. proxima ſupra in §. fin. ubi duobus mandata erat negociorum adminiſtratio, quorum alter erat debitor mandatoris, inquit Iuriſconſultus quod alter cum eo recte agere poterit, ergo & hic unus procurator ab altero debitum petere. Et quia rationabile eſſe uidetur cum ſint duo,quod utrilibet eorum quoq; mandatum datũ præſumatur.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia unus ſine altero nihil poterat, quando quidem ſimpliciter fuerint conſtituti, & non quilibet inſolidum. Et quia etiam eſt par potentia inſiſtentis & reſiſtentis.l.nam magiſtratus.ff.de arb.l.ille a quo.§.tempeſtiuũ.ff. ad Trebel. Et quia ad idẽ quoq; requiritur ſpeciale mãdatum ut not.infra in l.ſeq.& in d.l.Pomponius.

Ad oppoſita reſpõdetur,primum nihil facere, ex quo ibi(ut omnes dicunt)habebat ſpeciale mandatum, hic uero nõ,igitur nec mirum ſi non agit. Secundum autem non eſt uerum,nec colore aliquo ſubſiſtit, quoniam quod utrilibet mãdatum ſit.& ſpecialiter, conſiſtit in facto, facta non præſumuntur niſi probentur. l.in bello.§.factę.ff.de capt.& poſtli.re.ergo. Et ideo dicit tex. hic niſi nominatim præceperit ut alter ab altero, pecuniam petat, mandatum utrilibet eorum dediſſe non uidebitur.

Et prẹſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, Et maxime quod quamuis datis pluribus procuratoribus unus non poſsit agere contra alterũ niſi habeat ſpeciale mandatum ut in d.l.Pomponius, & ſeq.infra.ſecus tamen eſt in pluribus tutoribus,& forte potuiſſet etiam iſtud dici pro ratione dubitandi.l.cum plures.ff. de admi. tutor.

quia

quia quilibet inſolidum hoc caſu datns nidetur.

Et quod in tutoribus ſeruatur rigor iuris non etiam in procuratoribus, ex quo primo caſu (ut inquit Paul. Caſtr. & bene. infra in l. ſeq. & hic, quas leges, cum l. mutus. §. fi. legit ſupra eo.) non ſubeſt perſona principalis quæ ſit ad agendū idonea ſiue ad ſibi prouidendum ideo prouidet lex, in pluribns procuratoribus autē ſic., ideo aut ipſa agat, aut det ſpeciale mandatum.

Et quod ſi plures fuerint executores relicti in ultima uoluntate, non inſtituto hærede ſpeciali, ſed pauperibus Chriſti (quotidianumq́ue eſt) eadem ratione (ut in tutoribus diximus) ſeruabitur rigor iuris, & vnus contra alium agere poterit.

Et quod quanquàm mandatum legis datum uideatur cuilibet inſolidum, ſecns tamen eſt in mādato hominis nt etiam dicitur in l. pluribus. ſupra eo. Bald. in l. prima. colum. prima. in fin. ff. de offic. conſu.

Et quod denique ſi papa (ut etiam dicit hic idem Bal.) dimiſerit duos legatos, non diuiſis officiis, unus non poterit alteri præcipere ratione paritatis officij & dignitatis. Et idem in duobus priuilegiatis à communi Florentiæ uelut optime meritis dicit Ancha. non eſſe uerilimile quod uoluerit priuilegiari unum contra aliū. conſ. xxxvij. colum. j. Finis.

Paulus lib. iiij. ad edictum.

IGNORANTIS DOMINI conditio, deterior per procuratorem fieri non debet.

Dubitationem faciebat, procuratorem dominum conditionem facere poſſe deteriorem, in primis quia prælatus eccleſiæ nocere poteſt. l. iubemus nullam. C. de ſacroſanc eccl. ergo multo magis priuatus & ſic procurator domino. Et quia negligere & cōtumaciā cōtrahere eſt domini conditionem deteriorem reddere, Et tamen hoc ipſum procuratori permiſſum eſt ut per Bar. in l. hoc amplius. ff. de dam. infec. & in l. iij. C. de procur. & not. in l. j. in. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. non obtemp. Et quia etiam ſi poteſt facere conditionem domini meliorem, debet utique poſſe facere quoque deteriorem, ut in l. proxima infra & in l. ſecundum naturam. ff. de regu. iu. Et quia quod a procuratore ſit a domino fieri uidetur argumentum in regu. quì per alium de reg. iur. in vj. Et quia electio mala eſt in culpa l. uideamus. in prin. & ibi glo. ff. loca. Et uidetur caſus ad propoſitum in l. ij. infra de nego. geſt. Et quia factum procuratoris nocet domino regulariter. c. cum olim. & ibi not. de cau. po. & prop.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia non ei mandatum uidetur ut noceat ſed ut proſit potius, & rebus ſuis bene conſulat nt infra, & in l. reſcriptum. in §. fin. & & in l. contra. in §. fi. & ſeq. ff. de pac. Et ſimile eſt in tutore, & in ſeruo. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro empto. l. ſi. C. de acqui. poſ.

Ad oppoſita reſpondetur, & ad primum breuiter id fauore eccleſiæ introductum, ad priuatum non extendendum argumentum in l. ius ſingulare, & in l. quod uero contra. ff. de legi. quod etenim uni conceſſum eſt ſpeciali quadam ratione, alteri in quo non militat eadem, uidetur denegatum argumentum in l. cum prætor. ff. de iudic. & in l. iiij. in §. totiens. ff. de dam. infec. & in l. adigere. in §. quamuis. ff. de iur. pat. Non ob. ſecundum, quia id etiam debet intelligi uerumq́ue eſt in his quæ ſunt modici præiudicij, ut hic dicit Pau. Caſtr. & bene, exempli gratia, ſi fiat ex contumacia procuratoris miſsio in po. ex primo decreto modica autem curantur minime iuxta illud uulgatum de modicis non curat prætor. l. ſcio. ff. de reſti. in inte. l. quamuis. ff. de condi. & demon. not. in c. ſi proponente. de reſcrip. ergo. Non ob. tertium, quia non eſt par eademque ratio, ex quo bene mandaſſe uidetur ut ſibi proſit & ut dixi ſupra. ſed non ut ſibi noceat argumentum in l. cum de indebito. ff. de proba. alias factum procuratoris alienantis, dominus ratum habere teneretur, & tamen non tenetur ut inquit Bar. in l. j. col. ij. ff. de offi. procu. Cæſa. Non ob. regu. qui per aliū, quia uera eſt ex his, ſi conditionem faciat meliorem, non ſi deteriorem reddat. Non quod electio mala fuerit, & ſit in culpa, quia procederet iſtud quoque, quando non fuiſſet ei mādatum, niſi quę commodum domini reſpiciunt, quæq́ue ſibi utilia ſint, ſi non expreſſe ſaltim tacite, quod præſumit lex, & uerisimile eſt. Non obſt. text. in d. l. ij. quia procedit in negotiorum geſtore, tum quia id dicit, tum quia ſub illo titu. ſituata eſt l. Imperator. ff. de in di. ad. Non ultimum denique, quoniam eo caſu habebat ſpeciale mandatum, pertinens ad quemcunque actum litis, ut ibi declarat Bal. nu. 2.

Et præſtat nobis hæc lex quanquàm breuis argumentum ad multa, & potiſsimū quod fieri non debet id quod factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus, ff. ut lega. no. caue. namq́ue hic ſi nō poteſt procurator nec debet facere domini conditionem deteriorem, ſequitur neceſſario ſi fecerit, quod non releuabit.

Et quod procurator rurſum domini debitorē liberare non poterit.

Et quod nec etiam poterit tranſigere. l. tranſactionis placitum. C. de tranſac. quæ omnia redderent domini conditionem deteriorem.

Et qnod qui non facit id ad quod ſcit ſe teneri & eſſe obligatum, ſed contrarium potius, dolo carere non uidetur. l. dolus. ff. de dolo.

Et denique quod quanquàm poſsit in aliquibus caſibus ſpecialibus procurator conditionem domini deteriorem reddere, de quibus hic in gl. non poteſt tamen regulariter. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtr. c. quæ à iure. de reg. iur. in vj. Eſt uerum ad propoſitum, ſi procurator, do-

mini

mini conditionẽ reddat deteriorem, isque actũ a procuratore factum ratificet, quod ſibi præiudicabit, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & eſt adhoc argumentum in l. iij. in §. falſus. ff. rem rat. hab. Corne. conſil. cclxiij. col. pen. nol. iiij. Guid. Pap. deciſio. cccxx. ubi atteſtatur amplius hanc eſſe opi. communem. Pulchre Bal. in c. ex parte nu. 13. de reſcript. Finis.

Caius lib. xxiij. ad edictum prouinciale.

QVACVNQVE RATIONE procurator tuus à me liberatus eſt, id tibi prodeſſe debet.

Dubitandi rationem faciebat, quod liberatio procuratoris à creditore facta, non proſit domino, quia dicit text. quacunque ratione, dictioque eſt vniuerſalis. l. prima. ibi ex quacunque cauſa. C. ne Chriſtia. man. l. ſecunda. C. ubi & apud quẽ l. iuſiurandi. C. de teſtib. l. ſecund. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. & in titu. ſi quacunque præd. pot. includens quoq; cauſam iniuſtam, & male. l. quod ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſ. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Et quia pactum tunc demum ualet, ſi principaliter ei proſit cui fit. l. fideiuſſoris ibi neque enim. ſupra de pac. & eſt argumentum in l. ſtipulatio iſta. in §. alteri. ff. de ver. obl.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia procurator perſonam domini repreſentat. l. prima, §. uſus. ſupra eo. quo fit ut non aliter dici poſsit, niſi quod liberatio proſit abſq; ceſsione domino, quæ in actione tantum locum habet, ex quo ipſius conditionem fecit meliorem, ſicuti tenetur & obligatus eſt, ut ſupra. & quia liberatio etiam ſui natura fauorabilis, ad differentiam obligationis quæ eſt odioſa. l. tale pactum. in prin. ff. de pac. argumentum in l. Arrianus. ff. de ac. & oblig.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, namq; eſto quod text. dixerit quacunque ratione, debet tamen intelligi, dummodo iuſta ſit honeſta, ęqua & laudabilis, & ſic debito modo. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mune. & hono. l. prima. C. de ſacroſanc. l. qui autem. §. fina. ff. de conſtitut. pecun. Non obſtat ſecundum, quia procuratoris intererat liberationem acquiri domino, eique prodeſſe, quoniam tenebatur actione mandati non quærendo id quod potuit domino eiuſque conditionem meliorem non reddendo, ubi alias, nihil intererat paciſcentis in iuribus contrariis, & dubitationem primitus facientibus, igitur non mirum eſt ſi pactum ibi alteri non prodeſt, hic autem liberatio ſic.

Et ſeruit nobis, argumentumque præſtat hæc lex ad multa, & maxime quod in generali mandato non continetur dolus, ex quo uerbum quacunque ratione reſtringitur, exponiturque, id eſt quacunque rationabili modo, puta quod ſit liberatus per aquilianam ſtipulationem, uel per exceptionem, quia factum ſit pactum de non petendo, & ut per Odof. hic latius poſt gloſſam. Et ad propoſitum probatur quod in generali mandato non contineatur dolus. in l. creditor. in §. Lucius. allega. etiam ſupra. ff. manda.

Et quod in ſimili ſi ante laudum latum conſtituatur procurator ad ratificandum intelligitur ſalua bona fide, ut per d. §. Lucius. inquit pulchre Bald. in l. fina. in penultima columna. C. de contrahen. emptio.

Et quod quemadmodum bona fide liberatus procurator à creditore, ſequitur liberatio domini, eidemque prodeſt liberatio, ut in tex. ipſo dicitur, ita liberato debitore à procuratore per ſolutionem, à domino erit liberatus, uſque adeo ut nec ratificatio ſit in conſideratione. l. ſi procurator. §. primo. ibi continuo liberatur. ff. de condic. indebiti.

Et quod dolus non debet cuiquam patrocinari. cap. ſedes apoſtolica. de reſcript. l. nec ex dolo. ff. de dolo.

Et quod denique uerba uniuerſalia, non ſemper uniuerſaliter intelligi, ſed reſtringi ſemper ad rationabilia, ut etiam inquit Bal. in l. pactum. col. ij. C. de colla. Finis.

Vlpianus lib. lx. ad edictum.

NON VIDETVR DEFENdere niſi ſatiſdare fuerit paratus.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſatiſdare non tenetur iudicatum ſolui, qui defenſionem ſuſcipit alienam, ſi is locuples fuerit uel conſularis (hæc enim lex cum præcedenti, & §. fin. l. minor. legitur) quia diuitiæ, & dignitas ipſum excuſare uidentur, argumentum in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. ad egregias. ff. de iureiuran. alias ab aliis non diſtinguerentur haud dicẽdum. l. nec honore. ubi glo. ſingu. C. de epiſco. & cleri. l. iij. ibi cur non in milite diuerſum. ff. de milit. teſtamen. Et quia hinc uidemus quoque ſi curator in teſtamento datus fuerit, & idoneam ſubſtantiam ac ſufficientem poſsideat, quod ſine aliqua ſatiſdatione ad fidem gubernationis procedit. l. de creationibus. §. ſin autem. C. de epiſc. audien. & ibi dicit gloſſ. nota quod diuitiæ à ſatiſdatione excuſant. Et idem dicitur etiam in l. fi. in §. defenſionem, ibi, quæ non ſatiſdatione pro euẽtu litis conſtituitur. C. de admi. tut. hic etiam in glo. allega.

Contrarium tamen deciditur adhuc in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia nemo alienæ litis idoneus defenſor dicitur, ſine ſatiſdatione. l. qui proprio. §. qui alium. ſupra eod. Et quia antiqua regula eſt, ut dicitur in §. fin. inſti. de ſatiſda. à qua recedere non oportet. Et quia ſi nec parcitur patri filium defendenti. l. ſi filius. ff. qui ſatiſd.

cog.

cog.non etiam locupleti uel dignitatem conſulatus habenti,parcetur. Et rationabile eſt ut ſatiſfiat legi ita præcipienti.c.in iſtis.iiij.di.l.proſpexit.ff.qui & a quib.

Ad oppoſita reſpondetur, primum non eſſe verum quo ad diuitias,quia tex.in dicta l.ſciendum loquitur in eo qui ſuo nomine conuenitur, nos autem in eo qui alienam ſuſcepit defenſionem, igitur ex diuerſis inferri non debet. l.Papinianus exult.ff.de minori.Sed contra,quia pater ſuſcipit defenſionem filij & tamen (ut dixi proxime) ſatiſdat.Sol.pater in ſe iudicium confert,eſtque fictione unitiua eadem perſona cum filio. l. final. C. de Imper. Bald.in l.qui in prouincia.in §.diuus.colum.prima.ff.de ritu nupt.quo ad dignitatem etiam, quia excuſat in caſibus a iure expreſſis, ut nota. in dicta l. ad egregias. alias nec teſti dignitatem adhuc habenti,iuramentum foret deferendum, & tamen defertur. l.iuſiurandi. C. de teſtib. Non obſtat ſecundum & tertium, quia dicta iura loquuntur, in habentibus officium ex neceſſitate, quo caſu grauati in hoc in alio releuari debent ne ſatiſdare teneantur. l.eum qui. ff. de iureiurando. Et quia officium ſuum etiam ſibi damnoſum eſſe non debet. lege ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad. teſta. aper. & vtrunque utrobique not.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa,& pręcipue,quod actus voluntarij a neceſſariis diſtinguuntur,& not.in l.ſi fideiuſſor. in §.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.

Et quod lex non ita ſuccurrit facienti actum ex uoluntate, ut facienti ex neceſſitate, ut etiam in prællega.§.ſi neceſſaria dicitur, qui communiter ad hoc allegatur. Alex. pulchre in l.tutori. in prin.C.de neg.geſt.

Et quod lex non ſuccurrit ei (quod fere tamen idem eſt) qui ſe in neceſſitatẽ poſuit. l.ij.§. quod diximus.ff.ſi quis cautio.

Et quod uolenti non fit iniuria, (compellere enim hunc qui alienam defenſionem ſuſcepit,ad ſatiſdandum,quodammodo eſt ei iniuriam facere,quia inuenire fideiuſſorem difficile eſt. l.ij.§. ſed ſi dubitetur.& ibi Bal.nota. ff. de iudi.) l.j.§. uſque adeo.ff.de iniur.

Et quod denique dictio niſi, eſt dictio exceptiua,ſignificans oppoſitum antecedentis cui immediate aduerſatur, quaſi dicat hic Iuriſconſ. quod ſi ſatiſdederit qui defenſionem alienam ſuſcepit, uidebitur defendere,alias non, ut not. in l.actione.C.de tranſactio.vel & aliter ut ibi rurſum.no. quod ponit affirmatiuam orationem, quando præcedit negatiua, negans actum non potentiam actus, ut ex nota.in dicta lege actione. & in lege ſi eum.in §.qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. inquit Corne.conſil.lxxx.colum. ſecunda.uolumi.primo. Bald. multa in capitulo cum olim nobis.nume.ſecundo.de election.& Iaſ.inſtitut.de action. in principio. columna prima. Vel ut dicunt Ferrarien. ſi præcedat regula negatiua, & ſequatur exceptio, quod in exceptiuatis fit permiſſiua conſi.tertio.nume.3.uolumi.primo.non nihil Pau.Caſtr.conſi.xcviij.colum. ſecunda.volumi.ſecundo. Finis.

Vlpianus lib.lxv.ad edictum.

PROCVRATORE IN REM ſuam dato præferendus non eſt dominus procuratori in litem mouendam vel pecuniam ſuſcipiendam.Qui enim ſuo nomine vtiles actiones habent rite eas intendunt.

Dubitandi rationem faciebat dominum procuratori in rem ſuam dato præferendum eſſe, quia primum uidetur caſus in lege ſi actor. ſupra eodem. ubi ſi actor malit potius dominum conuenire, quàm cum qui in rem ſuam procurator eſt poteſt eique licet, & ſic ferè in terminis. Et quia longe conuenientius eſt quod dominus agat & præferatur cum habeat actiones directas, quæ ab oſſibus ipſius ſeparari non potuerunt. l.tertia. ff. pro ſocio. quàm procurator in rem ſuam datus. l.qua actione. §.lex. ff.de rerum diuiſ. exemplificando in creditore qui uendidit actionem ſuam quam contra debitorem habebat emptorem procuratorem in rem ſuam dando ut hic etiã per glo.Et quia ad idem uidetur etiam caſus in l. iij.C.de nouatio.

Contrarium tamen deciditur hic,Et ratio deciſionis eſt (ut in text.dicitur) quia qui utiles actiones habent, ſuo nomine & non cedentis, rite eas intentant, & maxime ſi ad ipſos negotium ſpectet.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia loquitur in procuratore rei, nos autem actoris ut hic per gloſſam, quæ ſecundum Bald. hoc ſolo uerbo tradit intellectum ad illum text. Non obſtat ſecundum, quia uerum & illud quoque foret,quando procurator non ageret ſuo nomine neque ad ipſum negotium ſpectaret,uerum (ut diximus) ſuo agit nomine, negotium ad ipſum ſpectat ratione ceſſionis,ergo. Vel dicamus quod debiti partem acceperit, uel quod debitori denuntiauerit ne domino ſolueret. Non obſtat tertium,quia uerum eſſet forte re integra,alias ſecus ut proxime dixi,& ut hic clare legitur. Vel dic ut per Bartolum hic, quod in caſu iſto concurrebant dominus & procurator in rem ſuam, ibi autem non.

Præſtatque nobis argumentum lex iſta ad multa, & maxime, quod uoluiſſe ſemel ſat eſt, neque ad idem poſſe reuocari quod ſemel placuit, de quo etiam in reg. quod ſemel.de reg.iur.in vj.

Et quod variatio, & inconſtantia damnatur à lege, maxime quando ius eſt quæſitum parti, ut

hic ex ceſsione actionis facta alicui conſtituto, ſeu dato procuratori in rem ſuam, & in l.de dic. in §.ſi.& ibi.not.ff.qui ſatiſd.cogan.

Et quod graue ac neceſſarium eſt, fidem ſemel datam fallere, ut etiam dicitur in l. prima. ff. de conſtit.pecu.

Et quod re integra multa conceduntur aliquã do à lege quæ non concederentur alias,ut eſt quoque argumentum in l.ſi pecuniam. ff.de condict. ob cauſ.& in l.filiæ.C.famil.her. Abb.in c.capitulum S.crucis.col.iij.de reſcrip. Milis in §.appellatio.num.43.

Et quod denique actio utilis & directa differunt ſi non ex eo quia idem eſt effectus.l.actio negotiorum geſtorum.ff.de neg.geſt.ex alio ſaltem, quia illa iſti præfertur,ut hic. Finis.

Vlpianus lib.lxvj.ad edictum.

AD REM MOBILEM PEtendam datus procurator,ad exhibendum recte aget.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator datus ad rem mobilem non agat ad exhibendum, quia fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi.l.diligenter.ff.manda.cap.cum dilecta.de reſcrip.neque ualet factum a procuratore,ſi mandati formam tranſgrediatur,ut ibi rurſum not.& in cap.cum olim.de offic.delega.& in c.innotuit. de electio. Eaque ſola ueniunt quæ in procuratorio continentur, ut in dictis locis legitur. Et quia uidemus etiam quod datus ad agendum non tranſigit.l.tranſactionis placitum. ſupra de tranſactionib.

Contrarium tamen hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt,quia cui mandantur ſequentia,eidem quoq; mandari uidentur præcedentia quibus ad ea peruenitur.l.oratio.ff.de ſpon.l.ſecunda. ff.de iuriſdi.omn.iudic.l.ad legatum.infra eodem.verum actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vẽdicationis.l.ordinarij.C.de rei uend.not.in rub. de eden.& de iudi.extra,ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum non obſtare, quia imò mandati proprium eſt etiam comprehendere non ſolum expreſſa,uerum etiam expreſſorum connexa & dependentia. l. ita tamen. §.ſi tutor.l.tres tutores. ff.de adminiſt.tut. l.eum actum.ff.de nego.geſt. ergo & actio ad exhibendum quoque in mandato continebitur,nec propterea agendo dicetur tranſgredi mandati fines. Ex quo tollitur etiam ſecundum, quia hoc ipſum in procuratorio,ſi non expreſſe ſaltim tacite continetur,taciti & expreſsi hinc par eſt uirtus. l.cũ quid. ff.ſi certum petat.ergo. Non obſtat vltimum, quia illud eſt,ex quo tranſactio (ut ibi dicitur) requirebat ſpeciale mandatum, longe diuerſum a caſu noſtro ex diuerſis non infertur. l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſ. l.Papinianus exuli.ff.de mino.ergo.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod de connexis idem eſt iudicium,ut etiam probatur in l. quæ religioſis. ff.de rei uendica.& in capitu.tranſlato.de conſtitutio.

Et quod mandatum extendatur ad connexa tradit Caſſan.conſi.j.pulchre col.xxx.

Et quod procurator conſtitutus pariter ad agẽdum, uidebitur conſtitutus etiam ad defendendum.l.ſeruum quoque.§.ait prætor.ſupra eo.

Et quod præparatoria & præparata, dicuntur connexa,ut præcedentia & ſequentia, & hinc eſt quod unum aliud declarat.l.ſi ſeruus plurium. ad finem.ff.de legat.primo. & quod antecedens trahit ad ſe conſequens,& ècontra, quodque poſterior formatur euentus ab exordio tituli. l.prima. C.de impo.luc.deſcrip.lib.x.Bal.conſ.cccxxxvij. ad ſin.vol.primo.

Et quod digreſsio a tenore mandati non uiciat dummodo ſubſtantialiter, & in effectu ſeruetur intentio mandantis.l.fin.§.fin.ff.manda.Bal.in l. ſi quis mihi bona.in §.ſed quid ſi.ff.de acquiren. hæredit.

Et quod qui pinguius mandatum adimplet denique,formam ſeruat ut inquit etiam Iaſ.in l.puberem.colum.ſecunda C.de iure deliber. & hinc Bal.in rub.de procur.(& ſic in terminis,& in materia)quod non ſolum forma, ſed etiam utilitas attendi debet. Finis.

Paulus lib.iij.reſponſorum.

MANDATO GENERALI non contineri etiam tranſactionem decidendi cauſa interpoſitam. Et ideo ſi poſtea is qui mã dauit tranſactionem ratam non habuerit, non poſſe eum repelli ab exercendis actionibus.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator generalis poſsit tranſigere, quia ſi generalem habet adminiſtrationem, conſequens eſt etiam,ut idem facere poſsit,argumentum in lege Iulianus.vulga.ff.de legatis tertio. & in capit.ſolitæ.de maiori.& obedien.Et maxime quia tranſactio fauorabilis eſt propter receſſum a lite. lege cauſas.C.de tranſactionib.Et patet, quia in contractibus innominatis habet locum pœnitentia. l.ſi pecuniam.ff.de condic.ob cauſam. Et tamen in tranſactione quæ huiuſmodi eſt ſecus. l. dedi. & ibi Barto. ff. eodem. Et ad propoſitum quod poſsit tranſigere adhuc uidetur caſus in l. procurator cui,facilis inductionis. ſupra eod. Et quia datus etiam ad agendum perficit. l. qui procuratorem.ſupra eodem. Et quia per litis conteſtat. vltimo loco efficitur dominus litis.l.procuratoribus inſtitutis.C.eo.

Contra-

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia tranſactio requirit ſpeciale mandatum. l. tranſactionis placitum. C. de tranſact. Et quia procurator regulariter non poteſt facere deteriorem domini conditionem. l. ignorantis ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, non primum, quia non ſufficit, l. illud ad fin. ubi not. text. ff. de mino. Minus ſecundum quia ea ratione fauorabilis eſt, quoniam imponit finem liti, ſed non ut poſſit à procuratore fieri abſq; ſpeciali mandato. Tertium procedit in procuratore generali cum libera, ut clare loquitur, ergo in generali ſimpliciter. Quartum uero quia nihil actum dicitur cum adhuc aliquid agendum ſupereſt. l. cum Syllanianum. C. de his quib. ut indi. Non ultimum denique quia & id uetum eſt ut in eum ſententia feratur, non ut tranſigat.

Et preſtat hæc lex rurſum nobis argumentum ad multa, & potiſsimum quod collector papæ ad exigendum ſubſidium, uel decimam papalem, non poſſet componere niſi ſibi foret ſpecialiter, demandatum, ut tradit Bellen. nota. in tracta. de charitati. ſub. q. xlviij. col. ij.

Et quod procurator generalis quanquàm tranſigere non poſſit ut hic poteſt tamen compromittere. c. per tuas de arbit. quia eſto quod compromiſſum ſit tranſactio, eſt tamen improprie & largo ſumpto uocabulo auth. ſi uero & in corp. unde ſumitur. C. de iud. de tranſactione proprie autem hic loquitur iuriſcon. ergo.

Et quod adhuc crimina uel defectus opponere non poterit, c. procuratorem de elect. in vj.

Et quod nec protogare iuriſdictionem iudicis, ei conceſſum uidebitur. Niſi (intellige in vtroque caſu, & iterato dixerim habuerit ſpeciale mandatum, uel in eo omnia expreſſa ſint, ut dicitur in præallegat. capitu. procuratorem. & hoc vltimum probatur in capi. cum olim abbas. cum ibi not. de offi. deleg.

Et quod deniq; non tantum ualet genus quo ad ſpeciem, quantum ſpecies, de quo etiam in l. item apud Labeonem. in §. hoc edictum. ff. de iniur. & in capit. quanquam. xxiij. diſt. in. & in cap. ſi ſacerdos. de offi. ordin. in vj. & not. in d. c. procuratorem. Finis.

Pomponius lib. ij. ad Plautium.

AD LEGATVM PETENdum procurator datus ſi interdicto vtatur aduerſus hæredem de tabulis exhibendis, procuratoria exceptio quaſi non & hoc eſſet ei mandatum non obſtat.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator datus ad petendum legatum non intentet interdictum de tabulis exhibendis, quia ſic excede-re uideretur fines mandati, alias diligenter cuſtodiendi ut dicebam etiam ſupra in l. ad rem mobilem. l. diligenter. ff. mand. l. iij. §. in bello. ff. de re milit. ubi exemplum traditur à Docto. & a nobis alibi de T. Manlio. Et hoc eſt quod dicebat Bal. quod forma mandati, uim habet legis ſemper, & per omnia ſeruanda, circa perſonas, res, locum & tempus, in l. prima. §. igitur. ff. de exercito. Si igitur ad legatum ſolum petendum actione perſonali, reali, uel hypothecaria. l. prima. C. communia de lega. datus eſt. Et quod amplius capitur de manu hæredis. l. prima. ff. quo. lega. non debet poſſe intentari aliud remedium, ab his penitus diuerſum, & de quo ſupra hoc eſt de tabul. exhib. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Deciſionis autem ratio eſt, quia cui mandantur ſequentia, eidem quoque mandari uidentur præcedentia per quæ ad ea peruenitur ut dicebam etiam in d. l. ad rem mobilem. quæ ſolet ad idem & ſimul allegari, & ut in l. ij. ff. de iur. om. iudi. & in Loratio. ff. de ſponſ. Et quia hæc connexa ſunt deque connexis idem eſt iudicium. l. quæ religioſis. ff. de rei uendi. l. ſi cognati. C. de nego. geſt. c. tranſlato. de conſti.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare primum ex prædictis, quod non excedit fines mandati, ex quo ſunt connexa, & quia præcedentia quadam hæc ſunt ad ſequentia omnimodo neceſſaria, ne agendo inanibus uexetur ſumptibus. d. l. ad rem mobilem. l. prima. ff. de inoffic. teſtamen. Et quia ut etiam hic dicit glo. ſufficit quid fieri iuxta mandatum uel ſimile. l. final. §. final. ff. manda. l. mulier. §. Sccuola. ff. ad Trebel. Ex quo tolluntur alia ad idem tendentia, ex quo dici nõ poteſt quod intentare dictum interdictum ſit quid penitus diuerſum a petitione legati. Et minus quod ſit præter intentionem mandantis. nequaquam uero quod aliud, ſeu alium effectum operetur, intentatum interdictum, quandoquidem omnia ad legati conſequutionem ſint ordinata,

Et præſtat hæc lex quoque nobis argumentum ad multa, et maxime quod a conſequentibus pulchra eſt argumẽtatio, exemplumq; etiam præter iſtud de quo hic poni poteſt, & forte pulchrius, namque ſi dicatur peperit mulier, ſequitur neceſſario quod cum uiro concubuerit. Si finem edicto prætoris, afferunt Kal. Ianuarij, cur non initium ab illis quoque naſcitur.

Et quod ad poſitionem ſequentis (eſtq; idem ferè) ex ſumpta intentione illud agentis, ſequitur poſitio neceſſaria antecedentis, ita Io. Staph. in tract. de prouiden. forma. viij. nu. 2. inquit.

Et quod pecunia relicta a teſtatore pro ædificatione Tineæ eccleſiæ, debet expendi etiam in pilaſtris Tineæ, ratione connexitatis, ut ſupra, & in capitu. quanto. de iudi. Calder. conſi. xxij. de teſta.

Et quod rurſum qui uult conſequens, uidetur uelle omne neceſſarium antecedens, ubi iſtud eſt de ordine formali ad illud, ut hic alias non, & declarat ac exemplificat Saly. in l. fin. colum. prima. C. de hære. inſtit.

Et quod denique ſi uertatur ſuper qualitate rerum expreſſarum in compromiſſo quæſtio, poterit arbiter de iſta qualitate cognoſcere & pronũtiare an in eo ueniat, alias cauſa principalis commode non poſſet decidi, ſecundum Abb. in c. cum dilectus. col. iiij. de arbi. & hæc præter dicta alias in præalleg. l. ad rem mobilem. Finis.

Paulus lib. iij. reſponſorum.

PAVLVS RESPON. ETIAM eum qui ad litem ſuſcipiendam procuratorẽ dedit cauſæ ſuæ adeſſe non prohiberi.

Dubitandi rationem faciebat, quod dominus adeſſe non poſsit, lite à procuratore conteſtata, ex quo mutari ſeu reuocari non poteſt, res non amplius integra eſt. Et quia etiam per litis conteſtationem procurator efficitur dominus litis. l. poſt litem. ſupra eo. l. procuratoribus. l. nulla. C. eo. Et quia ſemel placuiſſe ſat eſt, ut in reg. quod ſemel. de reg. iur. in vj. Et quia demum agit dominus contra ipſum procuratorem actione mandati. l. licet. §. ea obligatio. ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, qua prohiberi non debeat, quia timet forte, ne colludatur, quod quidem ſibi foret præiudiciale & damnoſum, & male. l. ſi ſuſpecta. ff. de inofficio. teſtamen. authen. nunc ſi hæres. C. de litigio. uſque adeo ut, quod procuratori non nocet domino autem prodeſt haud eſt negandum. l. in creditore. ff. de euictio.

Ad oppoſita reſpondetur, licet mutari ſeu reuocari non poſsit, quod tamen poteſt coadiuuari, namque aliud eſt mutare, ſeu reuocare, aliud uero aſsiſtere, primo enim caſu amouetur prorſus & excluditur, ſecundo autem caſu (ut dixi) coadiuuatur & inſtruitur, quod ſemper domino permiſſum eſt, & conceſſum à lege. cap. dilectus. extra eo. Non ob. ſecundum, quia id uerum eſt in contractu, & quando damnum inde etiam contingere poteſt, at hic nullum eſt damnum, ergo. Non ultimum denique, quia eſto quod dominus agat non eſt propterea quod etiam cumulatiue liti adeſſe non poſsit, ex quo (ut dixi) ipſi procuratori nullum fit præiudicium.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime, quod ſacerdos tempore meſsium poterit inuito domino fundi tenere hominem in eo pro decima exigenda, de quo tamen Alber. ſe remittit ad dicta plene per Odof. in l. ij. C. quan. & quib. quar. pars deb. lib. duodecimo. Firmat nihilominus Guid. Pap. deciſi. cclxxxiij. & ita dicit à iudicibus ſeruari.

Et quod quando dominus comparet una cum procuratore intelligitur comparere ſolum ut aſſiſtat cauſæ, quod poteſt facere tanquam quilibet cuius intereſt, quanquam principaliter iudicium non fundetur contra eum, auth. nunc ſi hæres. C. de litigio. l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſta. præalleg. non autem ut procuratorem qui una ſecum præſens eſt reuocet, ita Ro. dicens tex. iſtum eſſe ſingularem conſi. lxxvj. col. ij.

Et quod dominus poteſt ſupplere uices procuratoris abſentis, & aſsiſtere cauſæ, cum negotium ad eum principaliter pertineat, ſecundum Bal. in l. j. col. ij. C. de ſenten.

Et quod uſus procuratoris inuectus eſt, ſeu per quam maxime neceſſarius fuit, ut qui ſupereſſe negotiis ſuis non poſſunt, uel nolunt ſaltim per alios uel agant uel conueniantur, l. prima. §. uſus. ſupra eo. ſed non tamen (ſi uoluerint) ut liti quoque ipſi non poſsint aſsiſtere, quandoquidẽ procuratoris datione in dubio non uideatur dominus hoc iure ſe priuare uoluiſſe, quod habet à lege, argumentum in l. cum de indebito. ff. de probatio.

Et quod denique, quanquam procurator efficiatur dominus per lit. conte. l. procuratoribus. l. nulla. C. eo. non tamen cauſa ſua eſſe dicetur, ut uerba ſonant hic poſita quę ſunt cauſæ ſuæ adeſſe non prohiberi, argumentum in l. quintus. in §. argento. ff. de aur. & argen. legat. not. in rubri. ff. de no. oper. nun. Finis.

Paulus lib. j. ſententiarum.

ABSENS REVS CAVSAS abſentiæ per procuratorem reddere poteſt.

Dubitationem faciebat, quod procurator non admittatur ad allegandas abſentiæ cauſas, quia regulare eſt in cauſis criminalibus paſsim non audiri. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & hinc eſt (ut inquit Alex. in l. ita demum. colum. prima. C. de procurat.) quod exceptio procuratoris quandocunque opponi poteſt. Et quod non admittatur regulariter eſt tex. in cap. quærelam. eo. titu. tradit Imol. in l. de ætate. ff. ad Trebellianum. & Felyn. in cap. cum R. colum. ſecunda. de offi. delega. & Bal. in l. ſeruum quoque. in §. publice. colum. prima. ſupra eodem. alias delicta remanerẽt impunita & male. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquil. capitu. ut famæ. de ſenten. excommunica. Nequiſsimorum hominum enim improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non ſolum utile eſt reipublicæ ſed etiam eſt neceſſarium inquit Ci. in familiar. & not. ad propoſitum in dicto §. ad crimen. Et nouiſsime pondera text. ibi fruſtra interuenit procurator. quaſi dicat nullo iure. l. cum ea. & ibi not. C. de tranſactio.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis

ciſionis eſt, quia nullum hinc ſequitur inconueniens, ſed ſolum imploratur officium iudicis reũ expectari donec veniat, ſi ſit in Gallia uel in Germania, uel aliter impeditus, quia non aufertur quod differtur. l. deſtitiſſe. ff. de iud. l. quamuis. ff. de arbit. §. libertas. inſti. de ſingul. reb. per fideicom. reli. Et quod hac ratione admittatur ad allegandas cauſas abſentiæ probatur in d. §. publicæ. & in d. §. ad crimen. & in l reos. C. de accuſ. & in l. in co. iu §. nemo. ff. de reg. iu. imo quod proceſſus factus contra abſentem hoc caſu abſentia probata foret nullus. l. quæſitum. & ibi nota. ff. de re iudica.

Ad oppoſita reſpondetur facile, namque ad primum dico uerum eſſe quod non auditur neq; admittitur ad allegandas cauſas cauſæ, & in arduis quidem, alias ſic, exemplum ſi uellet accuſatus, probare ſe innocentem per procuratorem, namque hoc caſu non admitteretur, quia per litis conteſtationem efficitur dominus, & oportet ferre ſententiam in eum & non in ipſum reum, & male. l. ſancimus. C. de pœn. l. fin. ff. de iureiuran. not. late in dicto §. ad crimen. & in d. §. publice. & ibi dixi. Non ob. ſecundum, quia non eſt verum ex quo iudex ad vlteriora procedit in cauſa, ſi reus accuſatus, inquiſitus, uel denuntiatus non compareat, ut in præalleg. locis not. eſtque argumentum in authen. qui ſemel. C. quomo. & quando iud. Ex quibus tollitur ponderatio text. d. §. ad crimen, maxime quia ſtatim poſtea ſe declarat, quod tamen ad allegandas abſentiæ cauſas admittatur, id ergo dici non debuit niſi tota lege perſpecta. l. in ciuile. ff. de legi.

Et hæc ſeruit nobis ac præſtat argumentum ad multa, & præſertim, quod in qualibet cauſa emergenti ante litem conteſtatã, & ſic ſeorſum à principali delicto ſemper admittitur procurator, quod etiam probatur in l. præſes. C. ad legem Faui. de plagia. & eſt regula quam tradit Iaco. Butr. & praxis. d. §. ad crimen. & declarat Bal. in d. §. publice. col. iij.

Et quod ubicunque agitur de pœna corporis afflictiua procurator non admittitur, ſecundum Bal. in d. §. publice. col. viij. qui dicit etiam quod ita loquitur tex. in d. §. ad crimen.

Et quod ubi crimen eſt capitale, uel de pœna perſonali agatur, licet non capitali, uel de reo torquendo, ſemper accuſatus detinendus eſt. ita Bal. in l. ſi quis poſt. ff. de teſta.

Et quod ſi in criminali cauſa interuenerit procurator, propter uerbum fruſtra. de quo hic, dictumque eſt ſupra, iudicium erit ipſo iure nullum, ut declarant quidam, & ibi etiam Iacob. à Sancto Georg. in l. cum ea quæ. C. de tranſac. præallegat.

Et quod denique nec pater nec dominus pro filio, ſeu pro ſeruo, admittuntur, niſi pro eorum proprio intereſſe uelint uenire, de quo tamen plene, per Baldum in l. reos. colum. v. & vj. de accuſatio. Finis.

Paulus lib. j. Manualium.

PER PROCVRATOREM non ſemper acquirimus actiones, ſed retinemus, veluti ſi reum conueniat intra legitimum tempus, vel ſi prohibeat opus nouum fieri, vt interdictum nobis vtile ſit quod vi aut clam, nam & hic priſtinum ius nobis conſeruat.

Dubitandi rationem faciebat, ius per procuratorem non conſeruari domino, quia ſi per liberã perſonam nobis actio quæri non poteſt (quod eſt etiã regulare. l. j. C. per quas perſo. nob. acq. l. per procuratorem. ff. de acq. hær.) conuenit etiam ut nec per ipſum quaſitam retineamus, quoniam cõtrariorum eadem eſt diſciplina. l. j ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & ita in ſimili arguit Bart. in l. nemo poteſt. col. iij. de leg. primo. Et quia qua ratione rurſum actio per procuratorem quęri nõ poteſt, eadem prohiberi uidetur ne retineatur. l. à Titio, ff. de uer. obl. Et uidetur caſus ultimo loco in l. ſi ita ſtipulatus. in §. Griſogonus. & ibi nota. ff eodem.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio decisionis eſt, quia retentio facilius concedi ſolet, quàm acquiſitio. l. cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſol. l. j. §. j. ff. de itine. actuque priua. Iaſ. in l. nemo poteſt. in lect. col. pe. ff. de leg. j. nimirum igitur ſi per procuratorem actionem retinemus, quã tamen non ſemper per eum acquirimus.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quia antecedens uerum eſt, conſequens falſum. nec facit contrariorum regula, quia non eadem eſt ratio, ut not. in rub. ff. de acquiren. poſ. & patet ex ſupradictis. Non ob. ſecundum, quia imò diuerſa eſt ratio ex quo actio acquiſita à procuratore euelli non poſſet. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. l. iij. ff. pro ſoc. in retẽtione, ſeu retenta haud conſiderabile, quia iam eſt acquiſita ut in exemplis de quibus hic, igitur nec mirum ſi facilius retinetur, & ius ipſius actionis conſeruatur. Non ob. ultimum, quia probatur in d. §. Griſogonus. cõtrarium, quod in dote ſcilicet regula fallat quo ad acquiſitionem, ut ibi per Albe. ergo longe magis retinebitur.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & præſertim ut etiam dicit idem Alber. hic ad vulgatum illud Hora. dictum, quod nõ minor eſt virtus quàm quęrere parta tueri, quod ſibi ſic mutuatus eſt Demoſthe. Olynthiaca ſecunda, atq; his uerbis. multo enim facilius quę habemus defendi ſolent omnia quàm parari. argumentumq; eſt ab indignitate rei. namq; indignum eſt eas res perdere (inquit Ci. in ora. pro C. Rabirio) negligentia, quas maiores nobis ſua diligentia reliquerũt.

Et quod ſi duo contendant admitti ad aliquid quorum unus de acquirendo tractet, alter de retinendo, iſte præferetur. l. qui captiuus. §. primo. ff. de capti. Guid. Pap. conſi. lxxix. ad fi. Bar. in l. ratis. ff. de incen. rui. nauf.

Et quod mulier quæ prohibetur petere, non prohibetur retinere, in nota. q. inquit Benedic. Cap. conſi. xix.

Et quod etiam cui datur actio multo magis dabitur exceptio ex quo in ea de retentione quę fauorabilis eſt, agitur. & not. etiam iu l. cui damus. ff. de reg. iur. l. per retentionem. C. de uſu. l. ij. & ibi Bal. in not. C. de fideicom.

Et quod denique non poteſt quis uti retentione, quando aliter ſibi actione conſultum eſſe poteſt, ut dicit Bartol. in d. l. ratis. ſeruiuntq́ue hæc etiam ad ea quæ habentur in l. ſi non ſortem. in §. ſi centum. ff. de cond. indeb. Finis.

Vlpianus lib. vj. opinionum.

NEC CIVITATIS ACTOR negotium publicum per procuratorem agere poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod actor ciuitatis negocium publicum poſsit per procuratorem agere, quia uidetur caſus hic in gloſ. allegatus, in l. neque. ad fin. C. eodem. de procurato. ubi tutor & curator per procuratorem agere non prohibentur, ſeu procuratores dare (quod idem eſt) ergo nec ciuitatis actor in pręſenti caſu, quia nec poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, data etiam perſonarum differentia. l. item legato. §. parui refert. ff. de lega. tertio. Et longe magis quia actor ciuitatis maiorem quoque auctoritatem habere uidetur, quandoquidem legitimus adminiſtrator ſit, negotiumq́ue gerat publicum auctoritate rurſum & utilitate. Et quia etiam qui per alium facit per ſeipſum facere uidetur, ut in regu. qui per alium. de reg. iur. in vj.

Cōtrarium nihilominus deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia procurator proprie dicitur qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. l. j. ſupra eo. actor nō eſt domiuus. l. ſi idē, C. de codicil. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum non eſſe uerum, quia ibi nec tutor uel curator dat procuratorem, ſeu per procuratorem agit ut ibi dicitur in princip. Non obſtat quod dicit ille text. in fin. quia illud ideo eſt ex quo iam erat facta litis conteſtatio, argumentum in l. procuratoribus. & in l. nulla. C. de procurato. quod autem hic dicitur ante intelligi debet, igitur non obſtabit. Ex quo tollitur quoq; reg. d. c. qui per alium, quia procedit in procuratore dato à domino. l. certe. ff. de precar. ſed (ut dixi) actor hic non erat dominus, ergo.

Et præſtat hæc lex ad multa nobis argumentum, & maxime, quod qui non habet ius in re nec facit fructus ſuos, ante litem conteſtatam, quanquam ſit legitimus adminiſtrator, procuratorem conſtituere non poteſt, alias ſic, ut pater in aduentitiis & eccleſiarum prælati. l. j. C. de bo. mat. not. in l. neq;. pręalleg. Pau. Caſt. cōſ. xxxiiij. ad fi. uol. ſecundo.

Et quod a ſimili procurator ipſe, non poterit alium conſtituere ante dictum tempus, quanquam ad unum articulum cauſæ tantum, ut per d. l. neque. aiunt Ferrarien. in l. more, col. xij. ff. de iuriſ. om. iudi.

Et quod per litis conteſtationem, bene tutor curator & procurator ac actor efficiuntur domini litis, ſed non delegatus, & ideo non ab re poteſt quandocunque reuocari. l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. nota. in dicta l. more, & ſcitu dignum eſt.

Et quod nec frater agens nomine fratris, ſi ante litem conteſtatam procuratorem conſtituat, conſtitutio ualet, ut in not. caſu dixit Alex. conſ. xlvij. col. prima. uol. vij.

Et quod denique actor ab agendo dicitur, & cum eidem ſic mandatur quod agat, litem conteſtari poterit, per quam ipſius dominium quæritur ut dicit Bellamer. deciſ. xx. & ideo non ab re (ut diximus) ſi poſt iſtud tempus, poteſt procurator conſtitui. Finis.

Paulus lib. viij. ad edictum.

OMNIS QVI DEFENDItur boni viri arbitratu defendendus eſt.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum dictum (coniungi enim debet hæc lex cum ſeq.) quod defenſio ad arbitrium boni uiri, non referatur, quia promiſsio ſimpliciter facta eſt de defendendo. l. ſeruum quoque. §. penult. ſupra eod. quo caſu uidebatur promiſsioni ſatisfactum, quomodocunque defenderetur nec committeretur ſtipulatio iudicatum ſolui ex illa parte qua promiſsio de defendendo facta eſt. l. iudicatum ſolui. ff. iud. ſol.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi promittens defendere efficiat (ut dicitur in l. ſequent.) ne lis ſeu controuerſia ad exitum perducatur, non eſt defenſio, nec nomen defenſionis habebit.

Ad oppoſita reſpondetur, licet promiſsio facta fuerit ſimpliciter quod tamen intelligi debet arbitrio boni uiri ut hic, & ad quod omnia reducenda ſunt. l. continuus. §. cum ita. l. interdū. in prin. ff. de uer. ob. argumentum optimum in l. creditor. in §. Lucius. ff. mand.

Quoad ſecundum rurſus, dubitationem faciebat, quia cum procurator foret ad duas res petendas conſtitutus, & unam petierit tantum, aliter agit quàm ei mandatum fuerit & male. l. diligenter. ff. manda. c. cum olim, de offic. de.

Contra-

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi poteſt quod plus eſt, poteſt utique etiam quod eſt minus.c. cui licet de regu. iur. in vj.l.non debet.ff eo. & ſic mandatum copulatiuum in ſingularitates reſolui poteſt.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, quia non eſt uerum ratione prædicta, quod aliter agat quâm ei mandatum fuerit & eſt argumentum in l.ad rem mobilem & in l.ad legatum ſupra eo. & utrobique diximus.

Et præſtat nobis argumentum hæc lex etiam ad multa, & maxime, quod non ſit proprie defenſio illa, quæ non eſt rationabilis, quod enim ratione caret extirpandum eſt, nec dicitur fieri quod uicioſe fit.c.ſi diligenti.§.fi.de fo.compet. l.fraus.ff.de legi. l.quotiens.ff.qui ſatiſd.cogan. l.maximum uicium.C.de lib.pręt.Bal.cõſi.xxix. ad fi.uol.j.& conſi.cccclxxxvj.col.ij.uol.ij.

Et quod qui opponit exceptionem fruſtratoriam tenetur ob rem non defenſam ut etiam hic per Bald. & probatur in d. l. iudicatum ſolui.ff. iudic.ſolu.

Et quod uir bonus (de boni uiri enim arbitratu hic mentio fit) dicitur, qui æqui innocentisq́ue prætoris officio fungitur.l. domos.ff. de lega.j.l.certe.§.j.ff.fam.her.Bal.in l.j.lect.ij.col. j.ff.de leg.ij.

Et quod fruſtrantes condemnandi ſunt.l. tutor. ff.de uſur. l.negociorum.ff.de re iudi.

Et quod denique ubi aliquid eſt explicandum arbitrio boni uiri debet intelligi ideſt iudicis, quia iudex uir bonus eſt.l.uir bonus.ff.iud.ſolu. l.ſed & ſi minus.§.prętor.ff.de iniu.l.continuus. §.cum ita.ff.de ver.obli.glo.hic,& Alex.pulchre conſil. cxxix.col.j.uol.ii.& conſi.cvi.col.ii.uol. iii.& conſi.liii.col.ii. uol.iiii. Finis.

Quod cuiuſq; vniuerſita.nomine.

Vlpianus lib.viij. ad edictum.

SI MVNICEPS, VEL aliqua vniuerſitas ad agendum det actorem, non erit hic dicendum quaſi à pluribus datum ſit haberi. hic enim pro republica vel vniuerſitate interuenit non pro ſingulis.

Dubitãdi rationem faciebat, quod actor uniuerſitatis dicatur ſingulorum, quia cum uniuerſitas ex pluribus conſiſtat, æque dicendum uideretur etiam à pluribus datum, & cõſequenter pro ſingulis interuenire poſſe, quoniam nomina (ut aiunt) debent eſſe conſona rebus.§. eſt aliud genus, inſti.de dona. Bal. in l.fin.col.vi.C.de dona. l.ius autem ciuile.l. omnes populi.ff. de iuſt.& iur. Et quia hinc uidemus quod etiam ſinguli de uniuerſitate poſſunt pro ea uel contra, teſtimonium ferre.l. in tantum.§. uniuerſitatis & ibi gl.ff.de re. di. & hic. Et quod libertus uniuerſitatis ſine uenia ſingulos in ius uocat.l. ſed ſi hac. §.qui manumittitur.ff.de in ius uocan. ergo & actor poterit econtra pro ſingulis pariter interuenire.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi uniuerſitas ipſum conſtituit æque conuenit etiam ut pro uniuerſitate interueniat & non pro ſingulis, quando quidem loco unius perſonæ tantum habeatur, quæ corpus fictum & repręſentatum eſt à pluribus.l. mortuo. ff.de fideiuſſ.l.rerum mixtura.ff.de uſucapi.& ut per Bal.hic & Pau.caſ.dicitur,& fuſius ultra eos Ro.conſi.cccc.col.ii.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum eſſe quod ex pluribus uniuerſitas conſiſtat, ſed non quod pro ſingulis ob id interueniat, ſeu interuenire poſſit, cum (ut dixi) loco unius habeatur & ut in locis pręallega.plene. Non ſecundum quia non agitur de ſingulorum utilitate tunc ſed ipſius uniuerſitatis, alias teſtes eſſe non poſſent. l. ſicut.§.i.infra eo. exemplificando ut per ante dictos in nemoris uſu, in pratis & paſcuis, in quibus ſingulorum Beſtiæ depaſcantur, & ideo licet ſinguli poſſint eſſe teſtes, ut ſupra.nõ tamen alia ratione actor poteſt pro ſingulis eiuſdem uniuerſitatis interuenire.

Vltimum quoque ſecum rationem habet illud ideo eſſe, quia non eſt libertus ſingulorum ſed collegii & uniuerſitatis, igitur nec mirum ſi in ius uocat, nec ob id inferri poſſit ad caſum noſtrum in quo longe diuerſa eſt ratio, ut ſupra dictum eſt pariter nec repeto.l. Papinianus exuli. ff.de mino.

Præſtatq́ue nobis lex iſta quam not. dicit Ro. conſi.præalleg.argumentum ad multa: Et maxime, quod perſonę appellatione uniuerſitas non comprænenditur.d.§.uniuerſitatis præallegat. §. qui manumittitur.l. metum.§.animaduertẽdum ff. quod met. can. l.ſi quis in tantam.C. unde ui. c.i.§.conuenticulas de pa.iu.fir.in uſib.Ro.cõſi. cccc.pręalleg.pulchre.

Et quod quemadmodum libertus uniuerſitatis & collegij non eſt ſingulorũ ut ſupra.non eſt ſic etiam ſingulorum uaſallus (ut hic per gl. Bal. & doct.) vaſallus uniuerſitatis.

Eſt uerum quamuis perſona & ſinguli, ab uniuerſitate differãt ut ſupradictũ eſt, pariter quod in una tamen perſona, ius ipſius uniuerſitatis remanet.l. ſicut.ad fi.infra eo. idem Ro.in d. cõſi. cccc.Bal.in c.i.nu.20.de elec.

Et quod uniuerſitas non poteſt excommunicari, quia excommunicatio reſpicit animam, & uniuerſitas anima caret. c. Romana.§. uniuerſitatem de ſen.exco.in vj.Bart. in.l.aut facta.in.§. fin.ff.de pęn.Corn.conſi.ccxxiiij.col. v.uol.iiij. Nec agi contra eam denunciatione euangelica inquit idem Corneus. conſil.xxij.nu.34.uol.iij.

Et quod

Et quod quamuis uniuerſitas excommunicari non poſsit, poterunt tamen ſinguli de uniuerſitate reperti culpabiles, ut inquit Bernard. de Biſgne. in deciſi. ſuis. j. ſub ti. de dolo & cont. incip. citatis in prin. Finis.

Iabolenus lib. xv. ex Caſsio.

CIVITATES SI PER EOS qui res earum adminiſtrant, non defenduntur, nec quicquam eſt corporale reipu. quod poſsideatur per actiones debitorum ciuitatis agentibus ſatisfieri oportet.

Dubitandi rationem faciebat, ſi ciuitas non habeat corporalia quæ poſsideartur, quod nec nomina debitorum eius in cauſam iudicati capiãtur à creditoribus, quia eſt perſona ficta & repræſentata (ut dicebam proxime) .l. mortuo. ff. de fideiuſſo. quæ ſicut poſsidere non poteſt. l. i. §. ſceuola. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. Bar. in l. j. in §. fi. nu. 2. ff. de acquir. poſ. uidetur pari modo quod nec debitorum nomina habeat. Et quia hoc idem maxime locum habet in ſingularibus, perſonis & priuatis quidem. l. à diuo Pio. §. in uẽditione. ff. de re iud. l. præſenti. §. plane, C. de his qui ad eccle. confu. ergo non in ciuitate & rep. ſi non defendatur per eos qui res ſuas adminiſtrãt, argumentum in l. iij. ibi ſed cur non in milite di uerſum. ff. de milit. teſta.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt quia cum ſit ordo traditus à lege pro forma, debet in executione ſentẽtiæ ſeruari, alias foret ipſo iure nulla. l. j. C. de præto. pign. not. in d. §. in uenditione.

Ad oppoſita reſpõdetur primum non obſtare, quia ſi repræſentat perſonam uiuentis debet etiã poſſe poſsidere, ut inquit Barto. in d. §. fi. ergo & habere debitorum nomina ſicuti uſumfructum. l. uſufructus. ff. de ſtip. ſeruo. Non ſecundum ad idem quia qua ratione ordo iſte ſeruatur in priuato & perſonis ſingularibus, eadem etiam debet ſeruari in ciuitate, imò & in minore, ut dicit Bart. & alij in d. §. in uenditione. Et eſt argumẽtum (quod nota pro limitatione. d. l. iij. ff. de milita. teſta.) in l. item legato in §. parui refert. ff. de legat. iij.

Et præſtat inſuper hæc lex etiam nobis argumentum ad multa, Et potiſsimum quod cum ciuitas nil aliud ſit niſi ordo quidam, & Ciuium congregatio, Et vrbs ordo rurſum edifficiorum, ęque conuenit etiam ut in executione quæ contra eam fit, non peruertatur.

Et quod ciuitas quanquàm fauorabilis ſit, & æquiparetur minori. l. reſpublica. C. ex quib. can. maio. l. ciuitas & utrobiq; not. ff. ſi cer. pe. Cornmulia conſi. cxlviij. col. ii. uol. i. nõ tamen in caſu huius legis eſt melioris cõditionis, quã priuatus,

Et quod, in executione dictum eſt cum myſterio, quoniam alias foret ſecus, nec ordo prædictus ſeruaretur ut in minore inquit text. in l. magis puto. in §. quærere. ff. de reb. eo. quando ſcilicet ad ipſius petitionem uenditio fieri deberet, & pulchre declarat Bartol. in d. §. in uenditione nume. primo.

Et quod nomina debitorum proprie dici debent, quanquàm tex. hic actiones dixerit, & in d. §. in uenditione. iura ex quo nomina fieri dicimus ideſt debitores ſeu debita inſcriptis nominibus in libris reponere ut in l. periculum, ff. ſi cer. pe. & in l. maritus, ff. ad legem Fal. & in l. tutor ſiue curator nomina. ff. de adminiſt. tu. & vir in famil. Ci. Et quia iura & actiones quaſi poſsidentur. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. dom. nomina autem debitorum non. l. fi. ff quo. bon. quod hic dicere intendit Iabolenus & bene declarat Bal. in c. quęrelam nu. 14. de elect.

Et quod denique, ſemper creditoribus conſulendum eſt, ut etiam dicitur in l. i. ubi not. tex. ff. de eo quod cer. lo. & ſignanter hic inq; illis uerbis, agentibus ſatisfieri oportet. Finis.

Pomponius lib. xii. ad Sabinum.

SI TIBI CVM MVNICIPIbus, hæreditas communis erit familię her. iudiciũ inter uos redditur, idemq; dicendum eſt & in finium regundorum, & aquę pluuiæ arcendæ iudicio.

Dubitandi rationem faciebat, quod iudicium familię herciſcundę, locum non habeat inter priuatum & ciuitatem, ſeu quod non poſsit contra eam agi iudicio diuiſorio, quia reſp. ſiue ciuitas æquiparatur pupillo, pupillus autem ad diuiſionem non prouocat. l. inter omnes. C. de pręd. mi. & quod æquiparetur pupillo probatur in l. rempublicam. C. de iu. reip. lib. x. & in l. reſpub. C. ex quib. cau. ma. ergo. Et minus aquę pluuię arcẽdæ, quia datur propter opus manu factum quod in municipibus & uniuerſitate ſeu ciuitate conſiderari non poteſt, quę non habet animam ut dixi proxime in l. ſi municeps, nec manus. l. mortuo. ff. de fideiuſſo.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia ſi hæreditas communis eſt, deque ea diuidenda agatur, iam non aliud dici poteſt, niſi quod contra eam agi etiam poſsit iudicio fami. hærciſcundę, quod partitionis rationem uocat Ci. in ora. pro A. Cecinna. Et exponitur familię ideſt hæreditatis, namq; inde ſic dicebatur in lege. xii. tab. agnatus proximus familiam habeto. herciſcundæ uero ideſt diuidendæ, ab hæreditate ſcindenda, ideſt rurſum diuidenda, iduare quoque ethruſcorum lingua, idem eſt quod diuidere, unde uidua quaſi ualde diuiſa

appellatur

appellatur,aut à uiro diuiſa,ut in Saturnal. dicebat Macrob. Diribitores autem qui diuidebant pecuniam publicam dicebantur. Et iudicio familiæ herciſcundæ(eò redeundo unde diſceſsimus) contra eam agi poteſt,ſicuti communi diuidundo(ut ſubiicit Iuriſconſul.) pro diuiſione rerum corporalium.l.prima.& toto titu.ff.famil.herciſ. l.per hoc iudicium. ff.communi diuid. Et quia ſi fam.her.iudicio, ac communi diuidundo contra eam agi poteſt,non eſt ratio qua dici poſsit,quare etiã aquæ pluuiæ arcendæ conueniri non poſſit,uulga.l.a Titio.ff.de verb.obli.deque hoc iudicio quod ad prædia ruſtica tantum pertinet ut illud fin.regun.Ci.etiam in ora.pro L.Murc.& in Topic.meminit.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere,quia uerum eſt.ſed non hoc caſu,namque reſp. & ciuitas erit ſemper talis, ſed non pupillus, ut per Albe.hic,& not.in l.j.in §.quibus. ſupra eod.

Non ob. ſecundum, quia imo conſiderari poteſt,ex quo facit per ſuos miniſtros & adminiſtratores.& not.in l.ciuitas.ff.ſi cer.peta.

Præſtatque nobis etiam hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod in ea ſemper exempla ponenda ſunt, & caſus qui maiorem habeant dubitationem,ſeu in quibus maior ſit dubitatio, argumentum in l.quod Labeo.de carbon.edic.melius glo.in l.contra maiores.C.de inoffi. teſta. & in l.domitius Labeo.ff.de teſtamen.& in l.prima ff.ad municipa.quia etiam (ut inquit gl.hic)aliis caſibus locum habet.

Et quod exempla non reſtringunt regulam.l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff.de dam.inſ. §.hactenus.inſti.de gradi.& eſt ſimile in l.traditionibus.C.de pac.& in l.prima.& ibi Odof.declarat col.ij.ff.de publicia.

Et quod familiæ herciſcundæ iudicium ſiue actio, eſt uniuerſalis, quodque uniuerſalia uerba ſufficiunt.l.pro ſocio arbiter.ff.pro ſoc.quædam enim ueniunt diuidenda, quædam aſsignanda ſeu deleganda, quædam deponenda, quædam præcipienda,corrumpenda,& reſarcienda,& fuſius ut declarat Ioan. de Bla.dicens hæc eſſe.d.iudicij ſiue actionis capitula.inſti.de actio.hoc eo. ti.fami.herciſ.

Et quod non ab re de finibus in plurali numero mentio fit, ſeu iudicium finium regundorum dicitur, quia non ſolet unus terminus tantum uicinos agros terminare ſed plures.l.prima, & iij. C.fin.regun.l.ſecunda.§.fi.l.ſed & loci.§.ſi dicantur termini.l.ſi irruptione.l.eos. ff.eo.l.forma,ff. de cenſi.Corne.conſi.xxvij.col.ij. vol.iij. & quia ſic etiam plurali numero dicitur finium regundorum iudicium,alia uero in ſingu. ut ſamil.her. communi diui.& aquæ plu.arcen.ut hic, & in locis ſupra alleg.Adde inſuper quod iudicium hoc, ſeu quod eiuſdem cauſa magna eſt & grauis, magnuſque in rep.uſus.hinc Naſo ad Terminum.

Omnis erit ſine te litigioſus ager.

vſque adeo ut hac de re putauerit Fab. Geometriæ cognitionem oratori quàm maxime neceſſariam fore. Et plus quod fines fama etiam probantur, perque ruſticos ſeniores, item coniecturis indiciis & probationibus minus plenis. l. ij. C.fin.regun.l.in finalibus.ff.eo.l.ſi arbiter. ff.de proba.l.ſi chorus.ff.de leg.iij.Bal.conſi.cclxxxvj. col.prima.uol.ij.Corn.conſ.xlviij.col.ij.vol.iiij.

Et quod finium cauſa grauis ſit liquet ex eo, quod legati Pruſiæ Regis, Romæ olim conqueſti ſunt de Eumene quod fines ſuos popularetur. Miſsique a Senatu fuerunt alias, qui inter Maſſaniſſam,& Carthaginenſes de agro iudicarent.

Et quod denique iudicium aquæ pluuię arcendæ(licet hic non dicatur expreſſe) non dabitur, ſi natura loci opus extructum ſit, uel in loco publico factum reperiatur, l. prima. §. hæc autem actio.l.Trebatius. §.aquæ pluuiæ. ff. de aqua plu.arcen.& arcendam pluuiam dicimus, quia ſi aqua damnum dabit,non hæc actio, ſed ali dabiatur pariter,uel utilis,uel negatoria,aut in factum l.prima,ſecunda.l.ſi pluſquam.§.primo, & ſecundo.§.placuit.ff.eodem.l.quotiens.ff.de præſcrip. uerb. Finis.

Paulus lib.j.Manualium.

CONSTITVI POTEST actor etiam ad operis noui nuntiationem,& ad ſtipulationes interponendas, veluti legatorum,damni infecti iudi.ſol.quanuis ſeruo potius ciuitatis caueri debeat. Sed & ſi actori cautum fuerit utilis actio adminiſtratori rerũ ciuitatis dabitur.

Dubitandi rationem faciebat,quod actor non poſsit nouum opus nunciare uel ſtipulari in caſibus de quibus hic,quia ad agendum & reſpondendum erat conſtitutus, argumentum in l. tranſactionis placitum, ſupra de tranſact. Et quia fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi.l.diligenter ff.man.c.cum dilecta.de reſcrip.Et quia denique ſtipulari debet ſeruus eique caueri non etiam actori,l.Pomponius.§.j.ſupra de procur.l.mutus. §.ſi procurator agat.ff.eo.Maxime quia longe utilius eſt caueri ſeruo quam actori, quoniam primo caſu directa acquiritur actio, ſecundo uero utilis.l.quotiens.ff.de admi.tut.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt,quia nunciare nouum opus, & ſtipulari ſibique caueri,eſt agere & defendere,ergo nimirum ſi ad agendum & defendendum conſtitutus,ad id quod dictum eſt etiam admittitur. Vel dic quod admittatur,quia ad id quoque ſpeciale mandatum habebat.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere,quia imò ad cætera quoque (ut diximus) erat conſtitutus, & quando etiam ad agendum & de-

fendendum

fendēdum fuiſſet, poſſet nihilominus & deberet ad nunciandum admitti & reliqua faciendū, quæ uniuerſitati eſſent utilia, (ut parimodo declaratū eſt) & fructuoſa. l. prima. §. j. ſupra eo. Ex quibus ſecundum quoque tollitur, quia nullo modo ſic fines mandati egredi uidebitur, ſed eos potius diligenter cuſtodire. Non ob. ultimum, quia (ut dicunt, omnes hic, & bene) id procederet quando ſeruus foret pręſens, d. l. Pomponius. §. j. præalleg. l. mutus. §. ſi procurator ſupra de proc. ergo ſi abſens ſecus, ut ibi.

Præſtatq; nobis argumentum lex iſta, ad multa, et maxime, ſicuti actor hic ad agendum admittitur, & defendendū, quod ſic admittitur Abbas ad agendum pro monaſterio & monacho auth. cauſa. C. de ep. & cler.

Et quod ſi literæ apoſtolicæ, ſunt preſentandę capitulo, ſufficit eas præſentare prælatis capituli, & not. in c. capitulum. S. Crucis de reſcr.

Et quod noui operis nunciatio non omnibus perſonis competit, quodque interdictum non eſt populare, ſi maxime in publico aliquid fiat, alias forenſis quoque poſſet nunciare, quia appellatione popularium ueniunt etiam forenſes. ut in auth. de quęſt. in prin. Bal. in rub. C. qui ae. non po. & in c. j. de lege Corra. in uſib. & tamen non poteſt ut not. in lege in prouinciali in §. j. ff. de nou. op. nuncia.

Et quod non habet locum adhuc ſi quis antiquum opus ſiue edifficiū fulciat. l. prima §. ſi quis edifficium. ff. eo. nimirum igitur ſi hic & ubique dicitur noui operis nunciatio.

Et quod denique relicto legato ſub conditione uel in diem, legatario cauendum eſt, eueniente die uel conditione exiſtente, quod reſtituetur ſibi legatum nec dilapidabitur ut in l. j. & toto ti. ff. ut legat. no. cauea. fuſius Iaſo. in l. ſiue apud acta col. iij. C. de tranſac.

Et uicino ſi uicini domus minatur ruinam, de damno infecto ideſt non facto, ſed quod futurū timetur. l. ſecunda. ff. de dam. infec. Et quod præcæteris procurator ſiue defenſor rei tenetur ſatiſdare de iudicato ſoluendo, etiam ſi conſtet habere mandatum, uel ditiſsimus ſit, aut Conſularis. l. unica ad fin. C. de ſatiſdan. l. minor. §. fin. l. qui proprio. §. qui alium, ff. de procu. Finis.

De nego. geſt.

Paulus lib. xxvij. ad edictum.

SI QVIS NEGOTIA aliena gerens pluſquam oportet impenderit, recuperaturum eum, id quod præſtari debuerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod negociorum geſtor ſi plus impendat quam debuerit, repetat, quia regulare eſt ſumptus litis, ſeu in lite factos repeti. l. qui aliena. §. fi. infra eo. Et quia ſi non repeterentur ſeu poſſent repeti, dominus cum iactura gerentis efficeretur locuples, a natura penitus alienum & abhorrēs. l. nam hoc natura. ff. de cōd. ind. c. locupletari de reg. iu. in vj. Eſſetque officium ſuum ſibi ſic damnoſum, & rurſum male. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quēadmo. teſt. ape. l. ſi ſeruus. §. idque euidentius. ff. de fur. Bart. in l. tertia in §. ſi procurator nu. 6. ff. quod quiſque iur.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia plus impendendo quam debuit, eſt in culpa, quæ ſibi lucrum afferre non debet. l. ſiue hæreditaria, ſupra eo. argumentum in l. ſi ab hoſtibus in §. i. ff. ſol. mat. Et quia etiam hoc idē non utiliter factum ſeu geſtum dicitur, ut repetatur. l. quæ utiliter infra eo. argumentum in l. diligenter. ff. mand. pulchre Fab. in §. illud iuſtitu. de ſocietat.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare, quia uerum eſt ſi ſumptus fuerint probabiles ac neceſſarij, at hic plus impendiſſe quam debuerit præſupponimus, ergo. Non ob. ſecundum & tertium quia ſi (ut dixi) impendens fuit in culpa, non poteſt dici quod dominus cum iactura gerentis fiat locuples, uel quod officium ſuum ſibi ſit damnoſum, ex quo damnum quod quis patitur ſua culpa ſibi debet imputari, & alteri aſcribi, ſic enim (ut aiunt) malum uelut turdus cacat, & ſuo ſe iugulat gladio, ut in regula damnum, de de reg. iu. in vj.

Et pręſtat nobis lex iſta argumentū ad multa, pręſertim quod quando quis facit illud quod facere non debuit, eidem obuenit ſæpe quod ipſe non credidit.

Et quod ſtultus in culpa fit in pœna ſapiens. c. niſi & ibi Bal. not. nu. 2. de offi. de.

Et quod negotiorum geſtor plus impendens in lite quam oporteret, cum iura ignorare non debeat. l. leges ſacratiſsimę. C. de legi. illud plus donare velle pręſumetur, quod tamen non eſt regulare. l. cum de indebito. ff. de proba. l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & ibi not.

Et quod priuare quem ſua actione pęna eſt. l. teſtamento centurio. ad fi. ff. de manu. teſta. & nō ab re dixi, cum non repetat, quia donauit, quod ſtultus in culpa efficiebatur ſapiens in pœna.

Et quod denique nunquam fieri debet, quod factum non releuat. l. hęc ſtipulatio. §. diuus ff. vt lega. no. caue. Bar. in. l. ij. in §. quod obſeruari nume. 50. C. de iura. cal. namque ex impenſis factis vltra quam debuit hic negotiorum geſtor non releuatur, quia eas non repetit iam donatas præſumptione legis, ergo imprudens fuit & fatuus (vt ita dicam) eas facere. Finis.

Paulus lib.xxx.ad edictum.

QVI SERVVM MEVM ME ignorante vt abſente in noxali cauſa defẽderit negotiorum geſtorum inſolidum mecum, non de peculio aget.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſeruum defendens in cauſa noxali abſente uel ignorante domino, non actione nego. geſtorum agat, ſed de peculio contra dominum, quia uidetur caſus in l. ſi pupilli in §. ſed ſi ego ſupra eo. ubi ad literam dicitur, ſi ego geſsi negotia ſerui tui, & tui quidem contemplatione quod aduerſus te mihi dabitur actio de peculio. Et quia etiam regulariter datur, ubicunque cum filio uel ſeruo contractũ eſt, l. prima. ff. de pecu. Et quia etiam culpa eſt ſe miſcere rei ad ſe non pertinenti ut in regu. culpa. ff. de reg. iur. & in c. non eſt ſine culpa eo. titu. in vj. & in l. ij. ff. quod quiſque iur.

Contrarium nihilominus deciditur in l. iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi is qui defendebat ſeruum, damnum emendauit & negotium utiliter geſsit, æque conuenit etiam ut contra dominum nõ de peculio (ut dicebatur) agat ſed inſolidum actione negociorum geſtorum. l. qui aliena. §. fi. l. quæ utiliter ſupra & infra eo.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, maxime primum & ſecundum quia negotium non eſt peculiare, ut ibi, inque legibus & iuribus prædictis, quandoquidem nemo ſit in peculio ſui ipſius argumentum in c. fi. de inſti. & in l. ſecunda. ff. de ſtip. ſer. & in materia in l. depoſui in §. ſtichus. ff. de pecul. & in l. ſtichus ad fi. de pœn. lega. & vt hic in gloſſ.

Et quia actio neg. geſtorum ſuccedit loco primę actionis, quæ non dabatur de peculio ſed inſolidum. l. ædium. ff. de pecu. namque negotium foret peculiare, quando contraxiſſet uel quaſi cũ ſeruo, quo caſu datur actio de peculio contra dominum, uerum hic potius contraxit uel quaſi, cũ domino, defendendo rem ſuam, ne alteri adiudicaretur, nimirum igitur ſi inſolidum teneri debet, ſi quę contra eum agi poteſt actione nego. geſtorum. Non ob. ultimum, quia alio caſu procedit, & non hic, atque ubi negotium (ut diximus) eſt utiliter geſtum. d. l. quę utiliter.

Et præſtat inſuper hæc lex nobis argumentum ad multa, Et maxime quod ſi ſocius ſoluiſſet legata de pecunia propria legatario (quod onus ſpectabat filio teſtatoris & ſic hæredi) omne & totũ illud poterit deduci, Ex quo. d. filius tenebatur ſocio prædicto actione negot. geſtorum ut pulchre dicit Pau. Caſt. conſi. cclxix. ad fin. vol. j.

Et quod ſi aliquis expendiſſet, aliquas pecunias ſimoniace pro amico ut obtineat beneficiũ, nõ poterunt repeti, & minus agi actione mãdati contra amicum, ſi illud amico mandaſſet, primo caſu quia iniuſte id fecit, ſecundo uero quia ex turpi mandato non oritur actio ut per glo. in d. l. quæ utiliter. multa Corſe. in ſingu. ſuis, Simonia. primo.

Et quod licet donari uideatur quod impenditur nulla neceſsitate cogente. l. prima. ff. de don. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. fallit tamen quãdo hoc idem ſit animo repetendi, ut inquit Roſ. Beneuentan. in tractat. libel. de Coria actio. neg. geſt. num. 50.

Et quod actionis diuerſitas ex medio concludendi cognoſcitur l. non debet ad fin. ff. de dolo. Bal. in rub. ſi cer. pet. C. col. prima. Alex. & Iaſ. in l. certi condictio in gl. j. ff. eo.

Et quod denique ſatis eſt negotium à principio utiliter gerere, quanquàm effectum non habuerit, nec euentus ſecutus ſit. l. ſed an ultro. §. j. ad fin. ubi not. tex. ſupra eod. Finis.

Vlpianus lib. vj. diſputationum.

IS QVI AMICITIA DVctus paterna pupillis tutorẽ petierit, uel ſuſpectos tutores poſtulauerit, nullam aduerſus eos habet actionem, ſecundum Diui Seueri Conſtitutionem.

Dubitandi rationem faciebat, quod amicus aduerſus pupillos actionem habeat, ad id quod impenſum eſt pro ipſis in petendo tutores uel ſuſpectos remouendo quia uidetur caſus in l. ſi pupilli in §. ſed ſi ego ſupra eo. ubi ſi quis amicitia patris uel domini, filij uel ſerui, negotia peculiaria geſſerit, in patrem uel dominum actio de peculio dabitur, ergo & hic quod erit impenſum in negotiis pupillorum, negotiorum geſtorum. l. quæ utiliter ſupra eo. ne locupletes etiam fiant pupilli cũ gerentis iactura, l. nam hoc natura. ff. de condi. ind. officiumq; ſuum ſic ſit ipſi damnoſum. l. ſed ſi. ff. quemadmo. teſta. ape.

Et quia quod impendit impẽdiſſe uidetur animo repetendi, argumentum in l. cum de indebito ff. de probat. imò quod in dubio donatio nõ pręſumitur. l. ſi cum aurum & ibi not. ff. de ſol. ex quo dilapidatio eſt l. filiusfamilias. ff. de dona. Et eſt argumentum in l. procula per locum à ſpeciali de probationib.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia impendens pietatis officio functus eſt, & affectu quidem paterno ac charitatiuo, impendiſſe uidetur, & conſequenter donare uoluiſſe argumentum in l. prima. ff. de don. l. cuius per errorem. ff. de reg. iu.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare, quia ibi nõ fuit amicitia charitatiua, nec opus pium in conſideratione, ſed geſtio ſimpliciter ne amici negotia deperirent. l. j. ſupra eo. Ex quibus

cætera

ætera con ſequentia ruunt. Item & ad idem tollitur quoq; ſecundum & tertium quia imò & animo non repetendi impendiſſe, & donaſſe in dubio uidebitur, præallegat. l.procula. ff.de probatio. Et quia una coniectura tollit aliam ſecundum Baldum in l. Labeo. in §. primo. colum. ſecunda. ff. de pact. ſignanter per textum in d.l.ſi cum aurum.

Et præſtat lex iſta nobis argumentum ad multa & potiſsimum, quod ſit per amicos fieri quaſi per noſmet ipſos, argumentum in l. cum ſeruus. ff.de uerborum obligatio.& in l.libertos. in §.final.ſupra eodem. Bald.pulchre conſil. cccexxxj. uolmi.iiij.

Et quod iura loquentia in coniunctis ſanguine, uendicant ſibi locum quoque in amicis maxima amicitia copulatis, ut uolunt Cyn. Bal & Pau. Caſt. in l.inuitus.C.de procu.Bar.& alij in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.Fel.pulchre in c. quoniā abbas. col.ij.de offi.deleg.

Et quod qui aluit priuignam affectu paterno, uel aliquid erogauit pro ea magiſtro, erogationis nulla ſibi datur petitio, caſus eſt, quē hic pro concordanti allegat glo.in l ſi paterno.C.eod.de nego.geſt.tradit Paul.Caſtr. conſi. ccciiij. nu.4. uol.ij.& Corne.conſi.cclvij.col.ij.uol.j.& conſi. cclxv.col.ult.eo.lib.

Et quod affectionis habēda ſemper eſt ratio, ut ex multis de quibus in locis proxime allega. colligitur.& in l.ſi in emptionem. ff.de mino.& in l.lex quæ tutores in.§. nec uero.C. de admin. tu tor.

Et quod denique, ei non datur actio qui fecit quod debuit ad repetendum, ut hic, ratione amicitię paternæ, & probatur etiam in l.alimenta.C. eo.& declarat Gui. pap.cōſ.v.in prin.& maxime quando ſumptus ſunt modici, alias ſic ſi præceſſiſſet proteſtatio, uel forte ſi magni fuiſſent, l.Neſennius.ff.eo.l.at ſi quis.§.plerique ubi not. text. ff.de religio.Petr. de Bellaperti. poſt quæſtion.in xiiij.not.ad ſi. Finis.

Papinianus lib. iij. quęſtionum.

IGNORANTE QVOQVE ſorore ſi frater negotium eius gerens, dotem à viro ſtipulatus ſit, iudicio negotiorum geſto. vt virum liberet iure conuenietur.

Dubitandi rationem faciebat, quod non poſsit agi contra fratrem ut uirum liberet a quo, nomine ſororis erat dotem reddi ſtipulatus, primum, quia alteri per alterum actio quæri non potuit, ut dicitur in l.ſtipulatio iſta.in §.alteri. ff. de uerbo.oblig.id eſt ſorori per fratrem. Demum quia uidetur caſus etiam quod actione negotiorum geſtorum conueniri non poſsit, ut maritum liberet in l.cum maritus.in §.fi.ff.de pac.dota. Et in l.vnica.in §.uideamus.C.de rei uxo.ac. ubi non tenetur nec maritum liberare, nec actionem ſorori cedere.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi negotium ſororis utiliter geſſit, & ut ei rem gratam faceret, conuenit etiam ut ipſius nutu & uoluntate faciat quicquid uult, uel quod actionem ſibi cedat, uel quod maritum liberet.

Ad oppoſita reſpondetur facile, primum nihil facere. quoniam ſano modo intelligi debet, quod frater nomine ſororis ſcilicet, ſibi tamen fuerit ſtipulatus, alias militaret obiectum. Vel potuiſſe cum ſua intererit, quia frater argumentum in l. procula.ff.de proba.ſed pri[illegible]o modo melius. Non ob.ſecundum, quia ibi ſtip.ulatus erat dotē ſimpliciter reſtitui, quam ſibi donare uoluit inter uiuos, & in euentum reſtituendæ dotis, uſque adeo ut uoluntas mutari non poſsit nec diſplicere quod ſemel placuit. ut in regu. quod ſemel. de reg.iur. in vj.l.ſicut.C.de ac. & oblig. Non obſt. ultimum, quia frater dicto caſu de pecunia ſua dotem dederat ſorori ſtipulatuſque fuerat ſibi reddi, quo caſu nec mirum eſt, ſi actione negotiorū geſtorum non tenetur, ut maritum liberet, uel ut ei actionem cedat, & latius etiā ut hic per Odof. & de materia quoque in l.ſecunda. ff.ſoluto matrimonio.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime quod actio negotiorum geſtorum datur cuicunque dummodo eiuſdem interſit. l. actio negotiorum geſtorum quæ eſt proxima, ſupra eo. Intereſt autem ſororis hic, ut ei cedatur actio, uel liberetur maritus, ergo.

Et quod frater eſt deterioris conditionis, quā notarius, tametſi frater dicatur fere alter, quia ille ſtipulatur alteri, ut nota.in dicto.§.alteri.per Doctores, frater autem non, ut hic & dictum eſt ſupra.

Et quod dos non ſemper eſt priuilegiata, licet ſecus dici uideatur in l.j.ff.ſolu.matri.patet, quia frater ſtipulatur dotem ſibi reddi & tamen ſorori actionem (ut diximus) non acquirit. Nec officit dictio ſemper, quia reſtringitur & modificatur, ut aliquo caſu priuilegium non habeat, ut ibi not.ubi & ego in collectane.multa.

Et quod non dicitur quid factum quotiens aliquid adhuc ſupereſt agendum. l.cum Syllianinum. C.de his quibus ut indi.nec ſatis quod frater ſtipuletur dotem ſorori ſibi reddi hic, niſi etiam uel actionem cedat, uel debitorem liberet.

Et quod denique ſicuti qui ſtipulatur debitorem ſibi obligat ad ſoluendum, ita ipſe obligatur pariter ad eum liberandum. l.j. & in rubri.ff. quod quiſque iur. Finis.

De reſti-

De reſtitutione in integrum.

Paulus lib. vij. ad edictum.

NEMO VIDETVR RE excluſus, quem prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur.

Dubitandi rationem faciebat, quod re videatur excluſus quis quanquam reſtitui poſsit, quoniam minus eſt habere actionem; quàm rem. l. minus. ff. de reg. iur. Et maxime propter litis anfractus. Et quia dici etiam ſolet, quod dubius eſt eiuſdem litis euentus, quodq́ue ſæpe multi iuſto iudicio perierunt, ut multi in bello ſub iuſto clypeo. l. quod debetur. ff. de pecu. Saly. in l. etiam. col. j. C. mand. Et quia reſtitutio quoq; præſupponit contractum ualuiſſe, argumentum in l. decem. ff. de uer. obli.

Contrarium tamen hic deciditur, Deciſionis ratio eſt, quia qui actionem habet rem habere uidetur. l. qui actionem. ff. de reg. iu. Et ideo minor in contractu deceptus, non uidetur re excluſus. l. index. ff. de mino. uel maior ſi ſibi res per metū auferatur. l. metum. §. uolenti. ff. quod met. cau.

Ad oppoſita reſpondetur, primū uerū eſſe, ſed non tamen quod re excluſus ſit, quoniam quoad iuris intellectū uera eſt regula licet plerunq; aliter contingat quoad executionem facti ratione ſu pradicta: vnde uerbo improprio, ſeu uoce, iſtud idē ſentiens Paulus non ab re uſus eſt dicens. non quod nemo excluſus ſit ſed quod nemo uidetur excluſus. Non ob. ſecundum, quia adhuc uerum eſt, ſed tamen perinde eſt ac ſi nō ualuiſſet, ex quo reſcindi poteſt, argumentum in l. quæſitum. in §. illud fortaſsis. ff. de leg. iij. & melius in l. non uidetur. alleg. hic in glo. ff. de acq. poſſ.

Præſtatq́ue nobis rurſum hæc lex argumētum ad multa, & maxime quod illud quod mihi debetur, meum dici poteſt. l. ſi tibi. l. ſi me & Titium, & utrobiq; gl. ff. ſi cer. pe. Bar. in l. eius qui in prouincia. ff. eo. bonus tex. in argumentum. in l. cum pater. in §. rogo. ibi bona tua. ff. de leg. ij.

Et quod res dr̄ eſſe in bonis noſtris, ſi nobis cōpetat actio ad eam recuperandam. l. rē in bonis. ff. de acq. re. do. l. bonorum appellatione. ff. de uer. ſi.

Et quod ſi dixero dono tibi bona quæ habeo, nomen debitoris, & creditum meū tibi donare uidebor, ut per Bal. in l. j. lec. j. in prin. ff. de ſta. ho.

Et quod bānitus actionē habēs ad faciēdum ſe eximi de banno & cancellari rem habere uidetur inquit Nel. in trac. ban. q. xxxvij. col. j. par. iiij.

Et quod denique impetrans beneficiū tenetur mentionē facere de illo quod habere ſperat, licet nōdum habeat, ut pulcherrime tradit Io. And. in reg. ignorātia. col. iiij. de reg. iu. in vj. in mercu. & fulius ut dixi in d. l. qui actionē. eo. ti. & lib. deq́; hoc ultimo unum uerbū Albe. hic, & bene. Finis.

Quod metus cauſa.

Paulus lib. xj. ad edictum.

EGO PVTO ETIAM SERuitutis timorem ſimiliumq́; eſſe admittendum.

Vlpianus lib. xj. ad edictum.

METVM ACCIPIENDVM Labeo ait non quemlibet timorem ſed maioris mali.

Caius lib. iiij. ad edictum prouinciale.

METVM AVTEM NON VAni hominis, ſed qui merito etiam in homine conſtantiſſimo cadat ad hoc edictum pertinere dicemus.

Dubitationem faciebat in hiſce tribus legibus ad idem tendentibus, ut etiam hic per Barto. quod non modo ſeruitutis timor, uaniq́ue timoris metus, ſeu qui in homine conſtantiſsimo cadat ad edictum pertineant, uerum etiam alia, maxime infamia ſeu metus ipſius, ex quo inducit reſciſsionem contractus. l. fin. §. ſi fœnerator. infra eodem. ſi maxime infamia iuris fuerit non facti. l. nec timorem. infra eo. declarat & exemplificat Odof. in l. continet. nu. 4. ſupra eodem. imo quod uanus metus etiam contractum reſcindit pariter ut generalitas huius tituli indicat, eſtq́ue argumentum in l. ij. in §. j. ff. quemad. teſta. aper.

Contrarium tamen deciditur hic inq́ue legibus iſtis, Et ratio deciſionis ea eſt, quia uerba edicti ſonant ut factum metu uel ui atroci reſcindatur. Et quia metus eſt inſtantis periculi uel futuri mentis trepidatio. l. j. ſupra eodem. quod maxime in ſeruitute quæ morti comparatur. l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. Maioriq́ue malo poteſt uerificari, nimirum igitur ſi hic dicitur, quod ſeruitutis timor (ut ſupra) maioriſq́ue mali amplius, quod in homine conſtantiſsimo cadere poſſit, ad edictum de quo hic pertinet.

Ad oppoſita reſpondetur, minime obſtare nō primum, quia non reſcinditur per actionem quod metus cauſa, ut hic ſed per officiū iudicis ut ibi. Et idem ſi ſit timor reuerentiæ, de quo in l. j. in §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. & hoc eſt quod dicit glo. in l. ſequen. nec timorem, quod factum metu reſcinditur multis modis, & de materia late alias in l. interpoſitas. C. de tranſactio.

Non obſtat ſecundum, quia generalitas edicti ſeu tituli, reſtringitur ad metum qui in homine conſtantiſsimo cadat & non uano, & eſt argumētum in l. ut gradatim. in §. & ſi lege. ff. de munc. & ho. & in l. j. C. de ſacroſanc. cum uulga.

Præſtantque nobis iſtæ leges argumentum ad multa, Et maxime quod uerbis edicti (ut etiam dicitur in l. prima in §. ſi is qui nauem. ff. de exercito.) ſeruire debemus, ita ut nec ſententia uerborum ulterius porrigatur, quàm fuerit, Et eſt ſimile in c. porrò de priuile. ibi quod totum ex inſpectione priuilegiorum plenius aduertere potes, & ſecundum quod inueneris ita obſerues.

Et quod metus de futuro, eſt dolor de præterito, & odium ſimul, unde & bene Virgi. Aeneid. j.

Id metuens, veteriſq; memor Saturnia Belli,
Prima quod ad Troiā pro charis geßerat Argis:
Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores,
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum.
Iudicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ:
Et genus inuiſum: & rapti Ganimedis honores.

Et quod ſtantibus his actio quod metus cauſa non haberet locum in caſu. l. medicus. ff. de uar. & extraordi. cogni. & ibi not. etiam Bar.

Et quod metus non eſt contrarius uoluntati, ſed libertati, alioquin non fuiſſet neceſſarium edictum prætoris quod metus cauſa, ut pulchre per Bal. in c. ſi uero. nu. 2. de iureiu.

Et quod denique in lege poni comparatiuum pro poſitiuo, & pro poſitiuo ſuperlatiuum non inconuenit, quandoquidem hic exponatur, maior metus id eſt magnus, & conſtantiſſimus id eſt conſtans, idemque etiam in l. benignius. ff. de legi. & in l. quotiens. in §. ſicut. ff. de adminiſtra. tuto. & in l. j. in §. licet. ff. de tribu. ac. & in §. fin. inſtitu. loca. & in l. & ſi ſeuerior. & in l. decuriones. (redde ſingula ſingulis) C. ex quib. cau. infa. irro. dixi ego in l. uerius. ff. de proba. & in l. prima. in iij. lectu. ff. de offi. eius. & eſt figuratus modus loquendi. Finis.

Caius lib. iiij. ad edictum prouinciale.

QVOD AVTEM IN HAEREdem eatenus pollicetur actionem proconſul quatenus ad eum peruenerit intelligendum eſt ad perpetuo dandam actionem pertinere.

Dubitandi rationem faciebat, actionem non dari contra hæredem perpetuo, tex. in l. prima. in §. fina. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. ubi datur intra annum, contra eum qui iudici non obtemperauit, & non in hæredem ipſius. Et idem ac. ſecundo dicitur in l. ex pœnalibus. ff. de regu. iur. quod ex pœnalibus cauſis non ſolet actio de peculio dari in patrem, ergo nec in hæredem actio quod metus cauſa. Et quod hæres non teneatur, uidetur caſus clarus in l. uideamus. ſupra eodem.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia dicta actio in hac parte, eſt rei perſecutoria, ſuique natura ſic in hæredem datur. §. ſequens. inſtitu. de actio. Maxime quia ab eo turpia lucra extorquenda ſunt, l. in hæredem. ff. de cal. l. quod diximus. §. fi. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum loqui in pœnalibus, quo caſu non mirum eſt ex quo tunc pœna debet tenere ſuos auctores, uulga. l. ſancimus. C. de pœn. nos autem in actionibus rei (ut diximus) perſecutoriis, ergo. Non obſtat ſecundum, quia fallit ſi pater factus ſit locupleptior (ut ibi no.) ergo & hic pari modo mirum nō eſt, ſi prædicta quoque datur in hæredem. Ad ultimū dico, ibi non dari quoniam res erat perempta.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod quis non debet locuples fieri cum alterius iactura, uulgatumque dictum eſt. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. c. locupletari, de reg. iur. in vj. l. ſi ipſa res. ſupra eo.

Et quod hæres, ſi hæreditariā ſuſcepit obligationem, tenetur ratione rei ad eum peruentæ, ſicuti tenebatur defunctus. l. uideamus. ſupra eo.

Et quod hæres (adhuc uulgatum dictum eſt) repreſentat perſonam defuncti, cenſeturque una & eadem cum eo, ut etiam dicitur in §. j. in auth. de iureiu. a mo. præſti.

Et quod etiam teneretur dareturque in eum actio, tametſi rem ipſam conſumpſiſſet, quoniam ſufficit quod ad eum ſemel peruenerit, prælleg. l. uideamus.

Et quod denique turpiter quæſitum non debet ad hæredis compendium pertinere, quanquā pœna alias ad eum non tranſeat. prælleg. l. quod diximus. §. fi. ſupra eo. Finis.

Paulus lib. j. ſententiarum.

QVI IN CARCEREM quem detruſit vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc cauſam factum eſt nullius momenti eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod promiſſio facta in carcere ualeat, quia ait prætor pacta ſeruabo, l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pac. l. j. ff. eo. Et dici hinc etiam ſolet, quod contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. j. §. ſi cōueniat. ff. depo. Et uidetur caſus in l. metum. in §. ſed licet. ſupra eo. ubi ad literā dicitur quod promiſſio in carcere facta ualet, & tenet, ergo non uti meticuloſa reſcindetur. Maxime etiam quia uoluntas coacta uoluntas eſt. l. ſi mulier. §. pe. ſupra eo. Et ſignanter quod promiſſio & contractus facti in carcere ualeant, not. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. & in l. cum eo. per illum tex. ff. ad legem Iu. pecu.

Contrarium tamē deciditur in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia carcer iuſtum inducit metum, promiſſioq; meticuloſa nullius eſt momenti ut hic rurſum dicitur, inde enim carceratus recedere non poteſt, ea de re eidem omnino ſuccurrendum

rendum

rendum eſt.l.ſuccurritur.l.nec non. ff. ex quibus cauſ.maior.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore niſi pactum & promiſsio fuerit meticuloſa, data inſtautia, argumentum corruit. capitu. ſicut urgeri.j.quæſtio.prima. §. pauonum. inſtiuut.de rerum diui.ergo. Non obſtat ſecundum, quia ibi alteri quàm detinenti promiſsio facta eſt, ut hic per Bartol. & in d. §. ſed licet not. imo quod tex.met ipſum aperit & confirmat. declarat Bal. in d.l.qui a latronibus. Et quanquam de rigore iuris ualeat, quia (ut dictum fuit.) uoluntas coacta uoluntas eſt, de æquitate tamen reſcinditur. d.l.metum.§. ſed quod prætor ait. ſupra eodem.argumentum in capitu.ſacris. extra eodem. l.ex ea. ff.de condic. ob turp. cauſ. Non obſtat tertium, quia not. in præallegat. l.qui a latronibus, procedunt iniuſte carceratis, qui ſecundum Angel. hic, & bene, licite contrahunt, nos autem in eo qui iniuſte, igitur nec mirum ſi promiſsio reſcindi poteſt. Et minus ad idem text. in d.l. cum eo, quia id quoque procedit, locumque habet in debitore publico, & eſt ſpeciale, nos autem in eo qui iniuſte carceratus eſt, & in carcere priuato loquimur, & de quo in titu. de priua. car. igitur nihil ad propoſitum facere uidetur. & ut hic per Albe.latius.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime quod cum promiſsio a carcerato facta non ualeat ad commodum detinentis, hic, ualebit tamen ad commodum ipſius carcerati, exempli gratia ut liberetur. l.nam & ſi ſeruus. in prin. ff.de nego.geſt.l.metum.§.ſed licet. præalleg.ſupra eo.Ro.plene poſt Bar. hic. & in d. l. qui a latronibus, conſ.cccvj.col.j.

Et quod etiam poterit facere teſtamentum dũ modo non fiat ad commodum detinentis, ut diximus, & tradit pulchre ultra glo. hic quam ĩic declarat Bal.conſi.xxvij.col.ij.uol.iij. Bertran.multa conſi.cccxxxvi.col.ii.uol.i.

Et quod licet tex. iſte de promiſsione facta in carcere loquatur, debebit tamen intelligi & debet reſcindi etiam ſi extra facta ſit, quia non habet liberam uoluntatem, cum adhuc a cuſtodibus detineatur, & compulſus dicitur, qui timet ne cõpellatur. l.nouiſsime.ff.quod fal. tu.aucto. c.bonæ.ii.& ibi Inno.de electio.idem Bal.conſi.præallega.col.i.& ii.

Et quod in corporis cruciatu, enumeratur quoque carceris metus, & nota. etiam hic tradunt Ferrarienſ. in lege interpoſitas. columna prima. C.de tranſac.

Et quod denique libere relaxati illi dicuntur, quibus tantum temporis interuallum relictum eſt, ut amplius capi non poſsint, ut etiam hic dicitur per Bartolum, & Paulum Caſtrenſem ultra eum conſil.cccxv. ad finem.uolumi.ſecundo. & uterque poſt Iacobum de Are.in l. qui neque. ff.de uerborum ſignificatio. nonnihil Guid. Pap. ſingu.1002. Finis.

De dolo malo.

Vlpianus lib.xj.ad edictum.

SI PLVRES DOLO FECERINT & vnus reſtituerit omnes liberantur. Quod ſi vnus quanti ea res eſt præſtiterit, puto adhuc cęteros liberari. hæc actio in hæredem, & in cæteros ſucceſſores datur duntaxat de eo quod ad eos peruenit.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum dictum, etiam quod omnes inſolidum teneantur, unius ſolutione tamen cæteros non liberari, text. in l.ſi quis id quod.ad finem.iuncta ſequen. ff.de iuriſdi.omn.iudi. ubi qui corrupit edictum prætoris uel corrumpi mandauit, tenetur & ſi plures fuerint tenentur omnes, uſque adeo ut nec ſufficiat quidem, ſi unus eorum pœnam luat. Et ad idem tex.in l.duo. ff. ſi quis omi. cau. teſtam. ubi duobus hæredibus inſtitutis, ſi ambo omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato hæreditatem poſsideant, ſinguli proportionabiliter proque partibus ſuis, legata præſtare tenentur. Et quia ſi liberarentur cæteri unius ſolutione, utique locupletes efficerentur cum alterius iactura, & male. l.nam hoc natura.ff.de condic.indeb.c.locupletari .de reg.iur.in 6j.

Contrarium nihilominus hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. l.bona fides. ff. de reg.iur. l.ſi quis dolo.ff.de re iud. Et quia ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. ut inſtit. quib. mo.tol.obli.in prin.

Ad oppoſita reſpondetur, primum nihil facere, quoniam id uerum eſt & procedit in actionibus pœnalibus, quo caſu cum ſit quilibet ad pœnam obligatus, uno ſoluente non liberantur cæteri, argumentum in l.ſancimus.C.de pœn.

Non obſt. ſecundum, quia prætorio iure, perinde eſt ac ſi uterque ex teſtamento hæreditatem adiiſſet, ut tex.met dicit, & idem etiam in l.ſi non ſolus.in prin.& in §.ſi duo. ff.eod. nimirum igitur ſi dicto caſu ſinguli legata præſtare tenẽtur.

Non ob.ultimum, quia pro rata agere poterit ſoluens contra liberatos, iuxta not. in l.iiij. in §. Cato.ff.de uer.obl.

Quo ad ſecundum dictum quoque dubium faciebat, aduerſus hæredem agi poſſe, cæteroſque ſucceſſores, etiam ſi ad eos nihil perueniſſet, quia pro hoc uidetur caſus in l.ex depoſiti. ff.de ac.& obl.& in l.ſi hominem.in §.datur.ff.mand. ubi ex depoſiti actione, & commodati, & mandati, tutelæ & negotiorum geſtorum, & ob dolum malum defuncti, hæredes inſolidum tenentur.

 Contra-

Contrarium tamen hic, inque hac parte deciditur pariter, Et ratio deciſionis eſt, quia hæres conuenitur potius ratione calculi quàm maleficij, eoque fit ut non ſit ob hoc famoſus, & perpetuo, id eſt uſque ad annos triginta teneatur ad id quod ad eum peruenit ex dolo defuncti, ſeu quatenus ad eum locupletior hæreditas peruenerit, l.Sabinus. l.in hæredem. infra eodem.l. hæredibus.in princip.& ibi nota. ſupra eodem.

Et quia etiam turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquenda, l. in hæredem. ff. de cal. ne alieno ſcelere ditari uideantur, l.prima. C. ex del.defer. l. itaque, §. fina, infra eodem.alias autem ſi nihil ad eos perueniſſet non tenerentur, quia dolus eſt delictum, delicta tenent ſuos auctores. l. ſancimus.C.de pœn. & anima quæ peccauit morietur. ut dicitur Ezechi. capitu. xviij. nec pœna tranſit ad hæredes. l.ſi qua pœna. ff. de uerborum ſignifica.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniam eo caſu agitur de dolo commiſſo in contractu, hic autem extra contractum, & ideo non mirum ſi dicto caſu tenetur hæres etiam ſi nihil ad eum peruenerit, quanquàm ſecus dicat glo.in §. aliquando.inſtitu.de perpetu.& temp.ac. & male, eamque reprobant Docto. & fuſius ut not. in d.l.hæredibus.

Præſtatque nobis argumentum hæc lex ad multa, ut infra ſtatim.

Caius lib.iiij.ad edictum prouinciale.

IN HAEREDEM EATENVS daturum ſe eam actionem proconſul pollicetur quatenus ad eum peruenerit id eſt quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenerit.

Dubitãdi rationem faciebat, quod detur actio in hęredem etiam ſi nihil ad eum perueniſſet, tex. (ut dicebam etiam proxime, quia idem continet hæc lex, cumque ea concordat) in l. ex depoſiti. ff.de actio.& obligatio. ubi ex depoſiti ratione, commodati, mandati, tutelæ, negotiorum geſtorum, & ob dolum malum defuncti, hæredes inſolidum tenentur. Et nouiſsime etiam conuenit propter perſonarum unitatem.§.j. in authen. de iureiur. a mo. præſti. Et quia ſi hæres eſt bonorum, conuenit etiam ut ſit hæres aliorum accidentium, ab extrauenientium, argumentum in l. eum qui.ff.de iureiur.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, ut in lege Sabinus dicitur, infra eod. & ut identidem adhuc ſupra dicebamus, quia calculi ratione potius & bonorum quàm maleficij conuenitur, quo caſu non mirum eſt ſi in eum non datur niſi quatenus etiam aliquid ad eum peruenerit.

Ad oppoſita reſpondetur ut ſupra, nihil facere primum, quia ibi agitur de dolo commiſſo in cõtractu, hic autem extra, uſque adeo ut cum hæc duo diuerſa ſint, diuerſo iure etiam debeant decidi & determinari, argumentum in l. Papinianus exuli, uulga. ff. de mino.& in l.à Titio, per locum a contrario.ff.de uerbo.oblig. Non ob. ſecundum, quia uerum eſt quo ad ea quæ perſonam ſequuntur non in aliis.l.non in eo.§.fin.ff.ad exhiben.l.quæſitum, ff.de precar. Bald. in l.ij.in §.fin.ad finem.ff.de præto.ſtipula. Et quanquam hæres eadem perſona reputetur cum defuncto, tamen in ueritate diuerſa eſt, in concernentibus dolum, argumentum in l. generaliter. C.de non nume.pecu.declarat Pau. Caſtr. conſi.cclviij.col. iij. uol. ij. ergo non tenebitur niſi (ut dicebam) quatenus aliquid ad eum perueniſſet. Non ob. ultimum, quia uegatur, ſatiſque eſt quod ad onera hæreditaria teneatur, & hoc caſu uerificabitur regula. d. l. cum qui. ſolum igitur dabitur in eum actio quatenus ad eum pariter aliquid perueniſſet, alias non.

Præſtatque nobis hæc lex & præcedens argumentum ſanè ad multa, & maxime quod actio de dolo datur ad intereſſe decepto, & ſi unus ſoluat cæteri liberantur, ut dicitur in l. præcedenti, & not.ibi Albe. & Corne. quod detur ad intereſſe, per illum tex.& per tex.in l.arbitrio. infra eo.cõſil.viij.ad fi.uol.iiij.

Et quod non ſemper de criminalibus ad ciuilia procedit argumentum ex quo in illis non ſufficit quod unus pœnam luat, ut ſupra in l.proxima diximus.d.l.ſi quis id quod.§.fin. iuncta l.ſequen.in iſtis autem ſolutio unius ſic, quia cæteri liberantur, eſtque limitatio ad uulga.l.abſentem. ff.de pœn.

Et quod quanuis hæres teneatur quatenus aliquid ad eum peruenerit, ut hic, & in l.proxima, in ſecundo dicto, tenebitur tamen inſolidum, ſi dolus defuncti purgatus ſit per actionem deſcendentem ex contractu.l.ſi hominem. §. datur. & ibi Barto.ff.depoſi. declarat Alber. in l. hæredibus.in princip. ſupra eodem. Paul. Caſtren.conſil.lxiij.nume.4.uolumi.ij. & Alexan. in l. curatoris.ad finem.C.de nego.geſt.& diximus in ratione decidendi ſupra.quoniam tantum eſt iſtud dicere, quantum eſt quod de dolo commiſſo extra contractum tenetur hæres, inquantum res ad eum peruenerit, in contractu autem inſolidum.

Et quod actio de dolo datur contra hærédem, in factum uero ſi ſit patronus uel pater, ob perſonæ reuerentiam, ut hic, & in l. non debet.& in d.l.hæredibus.in prin.ſupra eo.

Et quod denique eſto quod de dolo contra hęredem agatur, agitur tamen ex dolo defuncti, non quod ipſe hæres dolum commiſerit, ea de re nec infamat.l.furti. §.ſi quis alieno. ff.de his qui not. infam. Finis.

Paulus

Paulus lib. xj. ad edictum.

SABINVS PVTAT CALCVli ratione, potius quàm maleficij hæredem conueniri. Denique famoſum non fieri, ideòque in perpetuum teneri oportere.

Dubitandi rationem faciebat, quod actio de dolo detur in hæredem, quia repreſentat defunctum, & una eademque perſona eſſe cenſentur. §. primo. in authent. de iureiuran. a mo. præſti.

Et eſt argumentum in l. ſi pactum. ff. de probationibus. & in lege tale pactum. in §. finali. ff. de pactis.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia delicta non egrediuntur perſonam delinquentis. l. ſancimus. C. de pœn. ergo ſi datur, potius datur ratione calculi, & quatenus aliquid ad eum peruenit, quàm maleficij.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, non primum, quia (vt dicebam proxime) id uerum eſt, ſed non in concernentibus maleficium. dict. l. ſancimus. Paul. Caſtren. conſil. cclviij. colum. tertia. uolumi. ſecundo. Ex quo tollitur etiam ſecundum, quia uerum eſt in contractibus, non in delictis, quo caſu ratione ſupra dicta. argumentum claudicat, & de quo alias in l. omnem. ff. de iudiciis.

Sed dubitandi rationem faciebat quoque quo ad ſecundum dictum, hæredem adhuc eo caſu quo agitur contra eum famoſum fieri, nec in cum dari actionem perpetuo, quia regulariter infamat. l. non debet. ſupra eodem. l. prima. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Et quia olim intra annum utilem dabatur hodie intra biennium continuum. l. fi. C. eo. de dolo.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia de calculo (ut textus met dicit, & declarat gloſſ. & bene) potius agitur, quàm de perfidia. Et quoniam ex alieno damno lucrari non debet, conueniens eſt etiam ut detur perpetuo inquit text. in l. proxima. itaque in §. fina. ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare pariter, quia id uerum eſt; in actione ipſa de dolo intentata contra doloſum, nos autem loquimur quando agitur contra hæredem, & ad id quidem quod ad eum peruenit ex dolo defuncti, igitur non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe, nec infertur ex diuerſis. l. non hoc. C. vnde legiti. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Ex quo etiam ſecundum tollitur. Et quanquàm mirum uideatur, quod hæres perpetuo teneatur, doloſus uero ad tempus, mirum non eſt tamen ex ſupra dictis, quia uno caſu ſcilicet, calculi & bonorum ratione potius quàm perfidiæ & maleficij conuentio fit, alio autem caſu econtra, & quia non debet ex alieno damno lucrari. d. l. itaque. §. fin. ſupra eo.

Præſtatque nobis hæc nota. lex argumentum ad multa, & præcipue quod licet una eademque res haud debeat diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de uſucapio. cenſebitur tamen diuerſis reſpectibus ac rationibus, ut inquit Abbas in capitulo cum in tua. ad finem. de decim. & Iaſ. in lege prima, columna tertia. ff. de rerum permutatio. namque hic eadem eſt actio de dolo, & tamen quo ad doloſum datur intra biennium hodie, contra hæredem uero inquantum ad eum peruenit perpetuo.

Et quod non inconuenit quandoque quod doloſus ſit melioris conditionis, quàm non doloſus. quod pro limitatione. l. non ſolum. cum ſimilibus notandum eſt. ff. de noxal.

Et quod quamuis dici ſoleat quod figura regulam corrumpat, ut dicit Baldus in l. eam quam. columna ſecunda. C. de fideicommiſ. figurate tamen ſæpe Iuriſconſult. loquuntur, ut in lege metum ſupra quod metus cauſa. & ibi diximus, & ex illis uerbis hic elicitur calculi ratione potius quàm maleficij conuenitur hæres, quoniam ſic calculum pro patrimonio ſiue re pecuniaria ponitur, que eſt figura, quandoquidem calculo computatio huiuſmodi fiat communiter, ex quo uerbum hoc plerasque etiam alias ſignificationes habet. de quibus per gloſſam in rubric C. de erro. calcu. & Azo. in Summa eo. titu. & etiam glo. hic.

Et quod grauatus in uno, in alio ſaltim eſt releuandus. l. cum qui. ff. de iureiurand. namque ſi hæres grauatur in hoc quod ex defuncti dolo conuenitur, in eo ſaltim releuatur, quod famoſus non fit.

Et quod denique ſingularis opinio, quando ratione fulcita eſt, non debet ſperni. l. prima. §. cumque hoc. C. de ueter. iur. enucle. tametſi alias à communibus ueluti firmiſsimo quodam uallo munitis, recedere haud debeamus. l. prima. ff. de offic. quæſto. Alexan. multa conſi. lxvj. ad finem. uolumi. primo. Finis.

Vlpianus lib. iiij. opinionum.

REM QVANDAM VENAlem poſſeſſor habebat, litem proprietatis mouere cœpit aduerſarius, & poſtea quàm opportunitatem emptoris cui venundari potuit, peremit, deſtitit. placuit poſſeſſori hoc nomine actionem in factum cum ſua indemnitate competere.

Dubitandi rationem faciebat, perimentem opportunitatem uendendi, non teneri niſi ad expenſas

penſas litis, & non quod alia damna reſarcire teneatur, quia iſtud ipſum eſt regulare. l. ſancimus. l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iudi. l. cum quem temere. ff. eo.

Et dato quod teneatur uideretur dicendum perimentem non actione in factum (ut dicitur) teneri, ſed de dolo, ſi doloſe quæſtio mota eſt, argumentum in §. eſt aliud. inſti. de dona.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi doloſe damnum datum eſt, & ſublata opportunitas uendendi poſſeſſori, mota quæſtione proprietatis æque conuenit etiam, ut actione de dolo conſeruetur indemnis, & omne damnum perimens ſibi reſarciat, edictique uerba ſunt hæc, quæ dolo malo facta eſſe dicentur, iudicium dabo. lege prima. ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare primum, quia uerum eſt in expenſis ratione contumaciæ, hic autem debentur ratione peremptionis, & dãni dati, ut declarat Baldus, & de materia alias in l. prima. ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fac. ergo. Vel dic quod imo teneatur ad omne damnum quod paſſus eſt facto perimentis, & concordabunt iura præallegata. probatque ex multis Iaſ. in dicta lege ſancimus. columna tertia, & quarta.

Non obſtat ſecundum, quia actione in factum tenebitur, ſi eſt parens uel patronus, alias actione de dolo, lege non debet. lege cum quis. ſupra eodem.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod delicta non debent remanere impunita, uulgatumque dictum eſt, quod etiam probatur in l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & in capitu. ut famæ. de ſententia excommunicatio.

Et quod fraus ac dolus non debet cuiquam patrocinari, idemque dicitur etiam in capitu. ſedes apoſtolica. de reſcriptis. & in l. ne ex dolo. ff. de dolo. & in capitu. ad noſtram. de emptio. & uenditio. Abb. in capitulo in præſentia. colum. xiiij. de probatio.

Et quod actio in factum ſi actori placeat, poteſt intentari & non de dolo, non modo quia pater uel patronus peremerit ut ſupra, uerum etiam quia nolit amicum infamare, ut dicit Iacobus de Ra. hic.

Et quod res litigioſa emi non poteſt. l. fi. C. de litigio. & ut hic quoque per glo. tradit in no. caſu Ro. conſ. cccccix. col. ij. eſt uerum tamen quod acquiſitio in perſonam alterius litigantium eſt permiſſa, ut dicit Bellamer. deciſio. dccxlix. colum. prima.

Et quod denique dictio poſtea non ſemper denotat interuallum, & limitatio eſt ad textum iuncta gloſſ. in l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione. Finis.

Vlpianus lib. xliij. ad Sabinum.

SI CVM MIHI PERMISISſes ſaxum ex fundo tuo eijcere, vel cretam, vel arenam fodere, & ſumptum in hanc rem fecerim, & nõ patiaris me tollere, nulla alia quam de dolo actio locum habet.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſi nõ permittas me ſaxum de fundo tuo eiicere, uel cretã, aut arenam fodere, mihi ſit alia actione, quàm de dolo prouiſum, bonus text. in l. qui ſaxum. ff. de donat. ubi ad literam dicitur, ſi mihi hoc ipſum non permittas, quod non propterea effitis ut meus eſſe deſinat, quo caſu uideretur dicendum ad propoſitum, quod potius actio realis ſeu rei uendicatio dari debeat. l. officium. ff. de rei uendica. §. omnium. inſti. de action. imo plus ſi permittatur donationis cauſa, ut in l. qui ſaxum. præallega. quod dabitur condictio ex lege ſi quis argentum. C. de donat. Vel ſi ex alia cauſa conuentum ſit, quod ex eo contractu agetur ſeu dabitur actio. l. j. in prin. l. ex contractibus. ff. de at. & ob. & ut infra per gl. & Bar. fuſius.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia ex permiſſione non oritur obligatio, nec reſultat contractus aliquis ex quo agatur. l. Labeo. §. contractum. ff. de uerbo. ſignific. igitur actione de dolo neceſſario tenebitur, qui non patitur ut cœptum opus perficiatur. l. j. in prin. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum uerum eſſe, quia iam lapis erat exemptus hic uero eximendus, igitur non mirum ſi dicto caſu rei uendicatio locum habet, & datur eximenti, hic uero de dolo eximere uolenti. Non ob. ſecundum, quia (ut glo. Barto. & cæteri dicunt) forte id procedit cum ex pacto nudo agatur non olim & tempore Digeſtorum, ſed hodie, igitur diſtingue tempora & concordabis ſcripturas inquit glo. in l. prima. C. de accu. l. apud antiquos. C. de fur. c. cum tu. de teſtib. Bald. conſi. ccv. in princip. volumi. primo.

Non ob. ultimum, quia ſimplex permiſſio fuit, & non alia conuentio cum cauſa, quia tunc militaret obiectum, & ut per Bal. latius.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod graue eſt fidem fallere, ut etiã dicitur in l. j. ff. de conſti. pec.

Et quod dolus eſt non ſeruare fidem, quæ conſiſtit in ſimplici permiſſione eiciẽdi ſaxa, uel cretam ſiue arenam fodiendi in fundo permittentis, argumentum in l. dolus. ff. manda.

Et quod priuilegium conceſſum, ſi non ex ſola auctoritate pendeat concedentis, ſed ex iure alteri quæſito, propter illius factum, reuocari non poterit, & eſt argumentum in l. fin. quoque. ff. de pac.

Et quod

Et quod ſtante ſtatuto ſi quis uenerit ad habitandum in certo loco, certoque tempore ibi ſteterit, ſit a collectis immunis, aliudq́ue fiat contrarium, poterit qui habitatum uenerit iuuari exceptione uel actione de dolo, ut hic per Baldum, ſignanter per iſtum tex. quo ſuperius dictum etiã decidit & bene.

Et quod denique pacto nudo agi poteſt actione de dolo ad intereſſe, ut etiam per iſtum textũ adhuc inquit Abb. in cap. primo. col. viij. de iudi.

Et quod hoc caſu committatur dolus aliudq́; ſit promittere, & aliud permittere fuſius declarat etiam Bal. met in l. qui ſe patris. in viij. colũ. C. unde liber. Finis.

Vlpianus lib. v. opinionum.

QVIDAM DEBITOR EPIſtolam quaſi à Titio mitti, creditori, ſuo efficit ut ipſe liberaretur. Hac epiſtola deceptus creditor aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione debitorem liberauit, poſtea epiſtola falſa uel inanis reperta eſt, creditor maior quidem an. xxv. de dolo habebit actionem, minor autem in integrum reſtituctur.

Dubitandi rationem faciebat, quod debitor qui prętextu falſarum uel inanium literarum fuit liberatus alia actione quam de dolo teneatur, quia ſi falſum commiſit, æque conuenit etiam ut potius lege cornelia de falſis teneatur; & crimine ſtellionatus, quæ actio obiicitur his qui dolo aliquid fecerint. l. prima. §. qui in rationibus. l. qui nomine. ff. ad leg. cor. de fal. l. iij. in prin. ff. de trimin. ſtellio. Et cum medium concludendi ſit falſitas non aliter dici poteſt. l. non debet ad fin. ſupra eo. not. Bal. in rub. ſi cert. pet. C. col. j. ad fi. & Iaſ. in l. certi condictio in iiij. col. ff. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia dolus committitur calliditate quadam extra contractum uel quaſi, nec cadit in proprium nomen delicti, uſque adeo ut non ab re ſit, ſi creditori decepto hic doloſe datur etiã actio de dolo, ſi maior fuerit, & reſtituatur in integrũ ſi fuerit minor. l. prima in prin. & in. §. ait prætor & in l. non debet ſupra eo. l. diuus ad fi. ff. de reſt. in int. Et hoc ultimum quidem, quia actio de dolo eſt ſubſidiaria & famoſa & non datur regulariter ſi alio modo res ſalua eſſe poteſt, ut in d. locis legitur & not. & in ſpecie in d. l. prima in §. idẽ Pomponius. ff. de dolo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primum, quia id uerum eſſet quando criminaliter ageretur, ſed hic agitur ciuiliter, & quando falſitas in ſcriptura commiſſa eſt, ea ratione ut decipertur creditor, igitur non obſtabit, & ut fuſius not. in iuribus præallega. præſertim in d. §. qui in rationibus, & ut hic quoque per Alber. plene.

Non ob. ſecundum, quia non eſt uerũ, ex quo medium concludendi potius eſt, calliditas & dolus in ſcribendo ut creditor liberaretur, Et ideo de dolo actiò dabitur (ut dixi) & non alia.

pręſtatq́ue nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod qui fecit ſeu conſtituit aliquẽ procuratorem, cumq́ue ſtatim mutata opinione reuocauit, tenetur actione de dolo eidem læſo ut hic per Bart. & eſt ultra eum argumentum in l. ſi cum mihi ſupra eo. de quo tamen dubito ex not. in l. ſi procuratorem. ſupra de procu.

Et quod calliditas doloſo lucroſa eſſe non debet, nec ſimplicitas decepto damnoſa. l. prima. in prin. ſupra eo.

Et quod ſi procurator utatur mandato reuocato ſcienter aduerſario ignorante, tenetur actione de dolo ciuiliter, & criminaliter actione ſtellionatus, de quo etiam in d. l. ſi procuratorem. & in l. prima. ubi Rayn. C. de ſatiſdan. nonnihil Alber. hic.

Et quod de falſo ciuiliter & criminaliter agi poteſt, ciuiliter ut hic, criminaliter uero ſi uel lege Cornel. de falſis, uel actione ſtellionatus, quis experiatur. l. j ff. ad legem Cor. de falſ. præallega. l. iij. ff. de cri. ſtel.

Et quod denique deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt, idemq́ue in l. ſecunda. in §. uerba. ff. ad Velleia. & in c. cum uniuerſorum. de rerum permuta. Finis.

Furius Anthinus lib. j. ad edictum.

IS QVI DECEPIT ALIquem, vt hæreditatem non idoneam adiret de dolo tenebitur, niſi ipſe forte creditor erat, tunc enim ſufficit contra eum doli mali exceptio.

Dubitandi rationem facit, quod non teneatur actione de dolo qui perſuaſit aliquem ut adiret hæreditatem minus idoneam, quia ſi affirmauero hæredi pariter hæreditatem minimam eſſe, poſtea emam eam, non propterea tenebor hæredi; quanquam damnum ſentiat, quia locuples ſit. l. ſi quis affirmauerit ſupra eo. Et maxime quia ille, quem perſuaſit credere non tenebatur, imo quod imputatur, quia nimis credulus fuit. l. j. §. dolum. ff. de eo per quem fac. erit. Barto. in l. doli. nu. 7. ff. de noua.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia contractus uel quaſi non interceſſit, quo caſu non mirum eſt ſi ex iſta deceptione datur actio adeunti de dolo. l. j. in princi. & in §. ait prætor. ſupra eo. Verum eſt ſubdit Iuriſcon. ſi fuiſſet creditor qui perſuaſiſſet & ſolus quidem

quod

quod tunc doli mali exceptione repellrretur, & actio de dolo ceſſaret. Ex quo nihil ex eo quod perfide geſtum eſt, conſrqui debet. l. apud Celſum.§.Marcellus.ff.de except.dol.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare primū quia ibi ſufficiebat ex uendito actio nimirum igi tur ſi non datur de dolo, ut tex.met dicit & eſt argumētum in l.prima.in.§.ſi reus. ff.de eo per quē fac.erit. Non ob. ſecundum quia id ad iudicem referri debet, c.ſi quid.lxxxvj.di.uel etiam ne ma la proximorum facile credamus, quoniam quilibet præſumitur bonus.l.merito.ff.pro ſocio. c.j. de ſeruti.c.deus.ſecunda q.prima. c. indicas.tertia.q.nona.c.in cunctis.ij.q.iij.cum ſimilibus.ergo hic ſecus, quandoquidem credere homini cui ſit uerisimiliter credendum non eſt culpa uel negligentia.ut inquit glo.in l. Titio fundus.ff.de cō dit.& demonſtr.

Pręſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, Et maxime quod ratione mēdacij dolus in parte præſumitur, ut etiam dicitur in d.l.ſi quis affirmauerit ſupra eo. & eſt argumentum in l. hæreditatum in.§.ſi. ff.ad legem fal.

Et quod replicario doli excludit actionem de dolo, ut etiam dicunt Ferrarien. in l. ſi ſub prætextu col.ſecunda.C.de tranſact.poſt Bart.hic & in l.j.in §.fin.ſupra eo.& in l.ij.C.eo.

Et quod(ut proxime etiam dicebam)deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt. d. c. cum uniuerſorum de rerum permu. nouiſsime Hoſti. in c.is qui.col.iij.de ſol.

Et quod actio de dolo non concurrit cum exceptione doli, de quo etiam in l. prima. in §.ait prętor.ſupra eo.

Et quod deniq; quamuis hærrs inuentarium non conficiens teneatur ultra uires hæreditarias §.ſancimus.in authen.de hære. & fal.non tenebitur tamen creditori eum inuitanti ad adeundam hæreditatem, in mendacij pœnam, intellige minus idoneam, argumentum in l.teſtamento centurio.ff.de manu.teſta. Finis.

De minoribus xxv. annis.

Vlpianus lib.xj.ad edictum.

MINORIBVS XXV.ANN. ſubuenitur, per in integrū reſtitutionem non ſolum cum de bonis eorum aliquid minuitur, ſed etiam cum interſit ipſorum litibus & ſumptibus non uexari.

Dubitandi rationem faciebat, Minori ſuccurrendum non eſſe, uexato litibus, quia non paſsim reſtituendus eſt etiam, eique ſubueniendum, ſed cauſa cognita, & ſi quidem captus eſſe probetur, l.uerum.§.ſciendum infra eo.& ſic dolo aduerſarij & ſui facilitate, ut ibi atque in illis uerbis, nec enim euentus damni reſtitutionem indulget ſed inconſulta facilitas oſtenditur, & in l.nam poſteaquàm in §.ſi minor.ff.de iureiu.

Contrarium tamen drciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia lites ſunt odioſę & execrabiles, nec ex eo minus ledi uidetur quàm in pecuniario commodo.l.cum lege.§.i.ff.de arb.l.quia poterat ff.ad Treb.l.item ſi.§.poteſt autem.ff.de alie.iud. mut. cau.fac.l.illud.§.qui tamē.ff.de tributo.exē plificando ut hic in gloſſ.igitur non mirum eſt ſi hoc quoque caſu eidem ſubuenitur per reſtitutionem in integrum.

Ad oppoſita reſpōdetur eo ipſo probari ſi hæreditatrm adiuerit locupletem, & utliter eam repudiare, quia litibus & ſumptibus, implicita ſit quā maxime, uel ſi(ut dicitur ī d.l.cū lege in §.i.temere auditoriū receperit, & ut per Odof. hic latius.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, Et præſertim ad illud, quod Minor poteſt facere pacem de morte patris ſi habet aduerſarium potentem, vt etiam hic not. Bal.& bene, ne vexetur litibus laboribus & expenſis vt poſt multa inquit etiam Specu. in titu. de homici. in ver. illud autem quæritur.nume.6.

Et quod quanquam in minoribus tex. iſte loquatur, idem tamen eſt etiam in maioribus. l. j.ff. de inoffi.teſta.& in eccleſia vt per Archidia. in.c. Epiſcopus.xij.q.ij. ipſorum interrſſe ſcilicet non vexari litibus laboribus & expenſis. Idem Bal.& Albe. hic, & facit in argumentum quod dicitur ultra eos in.l.ſi.C.vbi & apud quem, & in l.reſpublica.C.ex quib.cau.maio.

Et quod punitur qui alium ſic fatigat. l. eum quem temere.ff.de iudi. l.ſancimus.C.eo.l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.eo.toto.ti.inſti. de pœ.te.litigan.

Et quod pupillus licet poſsit ſine tutoris auctoritate facere conditionem ſuam meliorē, non tamen poteſt hęrrditatem quanquam lucroſam adire, quia habet commoda & incōmoda poſſetque rurſum vexari litibus laboribus & expenſis, & male, & declarat Por.inſti.de auct.tut.in prin. col.ij. per illum tex.

Et quod denique in caſibus prohibitis tranſigens proteſtari poteſt ſe id facere ne uexetur litibus laboribus & expenſis, ita Iaſ.in l.tranſigere ad ſi.C.de tranſac.quod iura abhorrent, ut hic & in l.ſingulis de except.rei iud. & in c.finem litibus de dolo & contu.Ferrarien.in l.ſecunda.col. vj.C.de eden. Finis.

Hermogenianus lib.j.ἐπιτομῶν iuris.

PRAEFECTI ETIAM PRAEtorio ex ſua ſententia in integrū poſſunt reſtituere, quā uis appellari ab his non poſsit, hæc idcirco

circo tam uariè, quia appellatio quidẽ iniquitatis ſententię quærelam, in integrum reſtitutio uero erroris proprij, uenię petitionem, uel aduerſarij, circũuentionis allegationem continet.

Dubitandi rationem faciebat, quod à ſententia pręfecti pretorio poſsit appellari, quia appellatio & reſtitutin æquiparãtur.l.præſes.infra eo. tradit Bal.in l.j.in §.eum qui, cnl.j.ad fi.ff.de poſtulan. uerum præfectus prætorin aduerſus ſuam ſententiam reſtituit ut hic dicitur ergo & ab eius ſententia pariter debet poſſe appellari, alias ęquiperatio bona nnn eſſet.l.ſi quis ſeruo.ubi glo. C. de fur. Et maxime quia appellatin eſt ſubſidiũ oppreſſnrum.l.prima.ff.de ap. Bal.in c.cauſamq; nu.5.de teſti.ſemper permiſſa, inquit Ro.in authen.ſimiliter.cnl.xij.C.ad legem Falcidiam.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratin deciſinnis eſt, quia appellatin iniquitatis ſententiæ quærelam continet (ut text.met dicit) reſtitutio, uero erroris proprij uenię petitin eſt, uel circunuentinnis aduerſarij allegatio, unde ſtant iſta ſimul quod reſtituat (ut dixi) & tamen non appelletur, quia ſic de iniquitate ſuæ ſeutentiæ cognoſceret & male, nec uerisimile quod pronunciet male iudicaſſe, in reſtitutione haud conſiderabile ratione prædicta pariter & pulchre declarat, Bellame.deciſin.xxiiij.ad fin.

Ad nppoſita reſpondetur nihil obſtare, quniam primo uerum eſt ęquiparari in hoc (ut text. met dicit in d. l. præſes) quia quod appellatio, maioribus præſtat, beneficin ętatis aliqua de quibus ibi conſequuntur minores, ſed nõ quo ad terminos iſtius legis. Nnn nb.ſecundum quia uerum eſt regulariter & in caſibus in quibus appellatin permittitur, hic autem reſiſtit lex ergo.

Non ultimum, quia non eſt uerum, ubi ſpecialiter prohibita reperitur, ut hic, & ita ſignanter dicit Rn.in lncn pręalleg.

Et pręſtat nobis hęc lex argumentum ad multa, Et maxime quod appellare nihil aliud eſt niſi iudicis ſententiam aduerſus ſe latam iniquam dicere, & de ea quærimoniam proponere, ut ſignanter per iſtum tex.inquit Bar.in l.j.nu.1. ff.de ap. & glo.in c.cum ſit Romana.de appel.

Et quod accedens ad curiam cauſa petendi reſtitutionem in integrum contra ſeutentiam aduerſus ſe latam nnn gaudet priuilegin reuocandi domum, ex quo appellatio (ut dixi) continet quærelam iniquæ ſententiæ, quæ appellanti imputari non poteſt petitin uero reſtitutionis in integrum petitionem ueniæ proprij erroris, qui merito poteſt imputari erranti, ideo reſtitutinne qua alium impugnat non habet hoc priuilegium, quod habet quando ſe defendit, & ut latius declarat Abb.in c.ſi.col.xx.de fn.compe.

Et quod petitin reſtitutinnis in integrum ſuſpendit, non autem extinguit ut appellatio. l. illud.ij. & ibi Bar.ff.de appel.forte, quia appellatin eſt de iure communi, reſtitutio uero ſpeciali, illud eſt iſto potentius.l.eius militis. §. ſi militia miſſus.ff.de mili.teſta.declarat Alex.& poſt eum Deci.ſeni.in l.ſi cauſa cognita.in principin.C.de tranſactin.

Et quod in illis caſibus in quibus appellari nõ poteſt, cautela eſt ut petatur in integrum reſtitutio, docet Ioan.And.in c.i.col.i. de reſti.in inte. in nouella.& Veronen.caute.clxxix.

Et quod deniq; hæc fuit dubitandi ratio, quod ſcilicet appellatin, continet quęrelam iniquitatis iudicis a quo appellatur, l. per hanc, ut ibi per Bal.col.ii.C.de appel. Finis.

Celſus lib.xj.Digeſtorum.

CVM MINOR QVINQVE & viginti annis aduerſus eũ cum quo tutelæ egit reſtituitur, non ideo tutori contrarium tutelæ iudicium reſtituendum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod reſtituta actione tutelæ reſtituitur cnntraria, quia alibi ſi pupilla aduerſus unum capitulum reſtitutinnẽ deſideret ex cauſa curationis cõdemnata, actorq; poſtulet a tota ſententia recedi audiendus erit. l.etiam.§.i.infra eo. Et ad idem eſt caſus in l.i.& ii.C.ſi aduer.tranſac.ubi pupilla reſtituta, reſtituitur etiá qui cum ea agebat, & ueteribus actionibus uti poterit. Et maxime quia connexorum idem iudicium eſſe debet. l. quæ religioſis. ff. de rei uendi.l.ſi cognati. C.de nego.geſt. c.tranſlato.de conſtitu. Et quia ſic quoque dicitur in l. ſi. C.de fruc.& lit.expen.quod priuilegium conceſſum actori cnmpetit etiam reo. Et quia una eademque res non debet diuerſo iure cenſeri.uulg. l.eum qui ædes.ff.de uſucap.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio deciſinnis eſt, quia cauſæ ſunt diuerſæ, ſeq; nnn contingentes, (pupillus enim liberauit tutnrem, credens ſibi ſatisfeciſſe, tutor uero pupillum gratuitn) ideo non cnnuenit licet reſtituatur ille, quod reſtituatur iſte pariter, argumentum in l. Papinianus exuli.ff.de minor. & in l.naturaliter. in §.nihil commune.ff.de acquir.poſſ.Et quia priuilegium eſt perſonale, quod nnn egreditur perſnnam.§.planè.inſti.de iur.natura. l.quia tale.ff. ſola.matrimn.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia concnrdat potius, cum a tota ſeutentia recedatur dicto caſu ſi ſpecies in qua pupilla reſtitutinnem deſiderabat, cæteris ſpeciebus cohereat, alias nnn. Et hoc modo ad ſecundum reſponderi poteſt ut hic per gln.uel & aliter, quod id in tranſactione uerum ſit nnn in ſententia, à qua potuit appellari, quod ſi tutor non fecerit utique imputandus erit.

Non

Non ob. tertium quia regula connexorum uera eſt, falſa tamē in lege iſta, Ex quo (ut diximus) cauſæ capitulaq́; erant diuerſa & ſe non contingentia, nimirum igitur ſi reſtituto minore non reſtituitur tutor. Non quartum quia illud eſt ut æqualitas in iudiciis ſeruetur, Areti. in c. cum oporteat nu. 10. de accu. Fely. in c. ij in princi. de mutu. peti. ſignanter per tex. in d. l. fi.

Non ob. ultimum quia non eſt uerum quod ſit eadem res ut ſupra. Et dato quod eſſet, diuerſis reſpectibus tolerabile eſt, quo modo ſolet limitari regu. d. l. cum qui ædes ut per Abb. in c. cum in tua, ad fi. de decim. & Iaſ. in l. j. col. iij. ff. de re. permu. Cy. in l. j. col. ij. ubi Medeæ exēplum pulcherrimum. C. de legi. ego plene in d. l. enim qui. in Collectan.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa, Et maxime ad limitationem regulę quæ habet quod actor & reus non debent ad imparia iudicari. l. non debet actori. ff. de reg. iu. d. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. Barba. in c. j. in prin. de probat. Specu. in ti. de contuma. §. nunc dicamus. nu. 10. Soci. conſi. clxxxiiij. colū. ij. vol. ii. quia uidemus quod hic iudicantur, ex quo minor reſtituitur, tutor autem non, Et nimirum ratione ſupra dicta.

Et quod quando correlatiuorum non eſt eadē ratio, diſpoſitum in uno non intelligitur diſpoſitum in alio, de quo etiam in l. fin. ff. de acceptilatio. & in l. fi. C. de indic. uid. tol.

Et quod multa ætatis ratione minoribus conceſſa ſunt à lege, quæ maioribus denegantur, argumentum in l. auxilium in §. ſi delictis, ibi niſi quatenus miſeratio ætatis infra eo. præterea quæ hic dicuntur.

Et quod qui culpa ſua damnum patitur, id debet ſibi imputari, ut tutor hic qui non appellauit cum potuerit, & facit quod habetur in regul. damnum de re. iu. in vi. pulchre Ang. & in terminis conſi. cccx. ad fin.

Et quod denique ubi non eſt fauorabilis paritas, ibi non ſeruatur ęqualitas, ut etiam dicit Bal. in d. c. i. col. iii. de proba. Finis.

De arbitris.

Papinianus lib. i. quæſtionum.

ARBITER ITA SVMPTVS ex compromiſſo ut & diē proferre poſsit, hoc quidē facere poteſt. Proferre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat., quod arbiter, partibus inuitis, poſsit diem proferre, quia ſi ab initio ita conuentum eſt quod ſcilicet, poſsit diē proferre, non eſt ratio cur non poſsit etiam hoc idem facere inuitis partibus, argumentum in regul. quod ſemel. de regul. iur. in vj. & in l. ſicut. cum ſimilibus. C. de actio. & obligat. Et maxime quia compromiſſum quodammodo, tranſactio quædam dicitur. auth. ſi uero contigerit & in corpore unde ſumitur. C. de iud.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia omnis poteſtas eiuſdem arbitri pēdet à compromiſſo, l. non diſtinguemus. §. de officio. ſupra eo. Paul. Caſt. conſi. cxxxix. col. j. uol. j. ſique conſenſu partium hæc ſibi data eſt, æque conuenit ſi diſsentiant, diem proferri non poſſe, præſertim quia uerba compromiſsi regulariter ſunt ſtricte interpretanda. ut in prællegat. §. de officio.

Ad oppoſita reſpondetur, primi antecedēs uerū eſſe, conſequens falſum, ex his, cum dici prolatio partibus nolētibus, fieri debeat, ergo non eiſdem inuitis. Nec officit ſecundum, quia improprie tranſactio eſt ut not. Bart. In l. furti in §. qui iuſſu. ff. de his qui not. infa. Pau. Caſt. conſi. xlix. col. ult. uol. j.

Præſtatq́; nobis rurſum hæc lex argumentum ad multa, Et potiſsimum quod negatiua dictio præpoſita uerbo poteſt priuat potentiā, & inducit neceſsitatem præciſam. de quo etiam per glo. in c. j. de regul. iur. in vj. & in l. nemo poteſt. ff. de lega. j. ita ut hic ſenſus ſit, arbitrum poſſe diem proferre, ſi ita ſumptus ſit ex compromiſſo, ſed partibus inuitis nullo modo.

Et quod pręcęteris in hoc differt iudex ab arbitro, argumentum in l. inter ſtipulantem in. §. ſi ſtichum, ff. de uerb. ob. & in l. neque fœmina. & in l. ſi reus. ff. de procu.

Et quod formam datam in compromiſsis potius debemus ſequi quàm in iudiciis, ut per. d. §. de officio, ſignanter dicit Bald. conſi. cccl. col. ij. uol. quinto.

Et quod partes in compromiſsis pendent ab una radice conſenſus, & fuit uerbum eiuſdē Bal. in loco pręallega.

Et quod denique ſicuti poteſtas delegati pendet à reſcripto, ita pendet à compromiſſo poteſtas arbitri, ut etiam dicebam ſupra nouiſsimi ſic Soci. ipſum æquiparando delegato. in auth. ſi quis in aliquo col. ij. C. de eden. Finis.

Papinianus lib. ij. reſponſorum.

ARBITER INTRA CERtum diem ſeruos reſtitui iuſſit, quibus non reſtitutis pœnę cauſa fiſco ſecundum formam compromiſsi condemnauit ob eam ſentētiam fiſco nihil acquiritur, ſed nihilominus ſtipulationis pœna committitur quod arbitrio, ſtatuto non ſit obtemperatum.

Dubitationem faciebat, fiſco pœnam deberi hic ſi arbitro non ſit obtemperatum, quia uidemus quod ex contractu priuati eidem acquiritur l.j.in prin.ff.de iure fiſ. Et conſequenter ſententiam hic ualere ſi ſerui reſtituti non fuiſſent ut arbiter iuſſerat. Et maxime quia fiſcus ipſe priuilegiatus eſt.l.ne quiſquam.ff.de eden.Bald.pulchre in l.ſi tutores.C.de compenſ.

Contrarium tamē deciditur in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia priuatus actionem quęrere fiſco non poteſt, niſi ipſius interſit.l.ſtipulatio iſta.§.alteri & ibi nor.ff.de uerb.obl. Et quia hoc ipſum actum non erat in compromiſſo, ut hic per gl.& in l.non diſtinguemus in §.de officio & in.§.fin.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur primū non obſtare, quia nō erat priuatus ibi, ſed tabellio, qui nomine fiſci fuerat ſtipulatus, quo caſu non mirum eſt ſi acquirit.l. j. §. exigere.ff.de mag. conue.l.non quaſi.ff.rem pup. ſal.fo.l.non aliter.ff.de adopt. Bar.in d.l.ſtipulatio iſta ī §.ſi ſtipuler nu.3.ergo non ſi priuatus. Non etiam ſecundum, quia eſt priuilegiatus duntaxat in caſibus à iure expreſſis.l.non puto, ff.de iu. fi.l.item ueniunt.§.in priuatorum.ff.de pet.hæ.

Et præſtat nobis hęc lex argumentum ad multa, Et præſertim quod pœna arbitralis poteſt naſci ex tenore compromiſſi non ex mera auctoritate arbitri, quod declarat etiam Bal.in l.cum allegas col.ult.C.de uſu.

Et quod ſi data ſit poteſtas arbitro cōdemnādi in aliquam pœnam fiſco, non tamen debebitur parti, niſi illa pars quę ſibi ueniebat applicanda, ut hic dicit Bald.& bene & idem etiam in ſtatut.in §.accreſcere nu.2.

Et quod in pœnis non eſt locus iuri accreſcēdi, ut utrobique inquit idē Bal.& de materia alias in l.re coniuncti.ff. de legat. iij. & in l. vnica. C. quando non pet.par.

Et quod ſi delinquens ex forma ſtatuti ſit puniendus in centum una autem pars debeatur parti, altera eccleſiæ, partem uero ſuam eccleſia remittat, non propterea ipſi parti applicabitur, de quo etiam in d.l.1.ff.de iure fi.& in l.ii.C.ſi ſeru.expor.ue.& per eundem Bal.hic, quod ferè idem eſt (ut ſupra) quod portioni non accreſcat hoc caſu.

Et quod denique utile, non debet per inutile uitiari, eſtque uulgata regul. utile per inutile de reg. iur.in vj.nanque hic pro fiſco ſententia non ualet, & nihilominus ſtipulationis pœna committitur. Finis.

Alfenus lib.vj.digeſtorum.

ARBITER EX COMPROmiſſo ſumptus cum ante eū diem qui compromiſſo cōſtitutus erat ſententiā dicerę non poſſet, diem compromiſſi proferri iuſſerat. Alter ex litigatoribus dicto audiēs, non fuerat. conſulebatur, poſſet ne ab eo pecunia ex cōpromiſſo peti. reſpōdi non poſſe, ideo quod non eſt arbitro permiſſum vt id iuberet.

Dubitandi rationem faciebat, ſi arbiter diem protulerit, ſeu diem proferri iuſſerit, nec alter ex litigatoribus ſententię paruerit, quod pecunia id eſt pœna ex compromiſſo peti poſſit, quia uidetur tex.in l.non diſtinguemus, in §.dies & in §.fi. ſupra eod.ubi arbiter poteſt diem compromiſſi proferre, ergo ſi hic ab arbitro factum fuerit pariter, nec alter ex litigatoribus eidem obtemperauerit in pœnam incidet. Et ad idem etiam facit quod dicitur in.l. diem proferre in §.ſtari ſupra eo. ubi ſententię arbitri etiam iniquę parendum eſt metu pœnę.

Contrarium tamen deciditur in l.iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia arbitro, non erat permiſſum diem proferre, quo caſu cum nihil poſſit ultra id quod permiſſum eſt ſibi, ſi diem proferri iuſſerit, nec alter ex litigatoribus obedierit in pœnam nō incidit, ſiue non committetur.l.non diſtinguemus.§.de officio ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur, nimirum eſſe quoad primum quia ibi erat in compromiſſo (ut hic etiam inquit gloſſ.) de die proferenda adiectum, quo fit ut id iure merito etiam facere potuerit arbiter, ſique litigator non obtemperauerit, incidat in pœnam. Ex quo tollitur quoque ſecundum adhuc uerum, dummodo id facere potuerit, nec à forma compromiſſi receſſerit.d. l.non diſtinguemus.§.quęſitum.

Præſtatque lex iſta nobis argumētum ad multa, Et maxime, quod ſicuti procurator non poteſt egredi fines mandati.l.diligenter.ff.manda. c.cū dilecta de reſcrip. pari modo nec arbiter poteſt recedere à compromiſſi forma.

Et quod ſi arbiter receſſerit à forma cōpromiſſi nihil agit ut inquit Corne. ex ſupra dictis & ſic in terminis conſi.ix.nu.13.uol.j.& conſil. cxliiij. nu.10.eo.lib.

Et quod clauſula in compromiſſo appoſita, quod arbiter poſſit auferre uni & darę alteri, in parua et magna quantitate, debet intelligi, dummodo non excedat fines compromiſſi ut ſupra & tradit idem Corne.conſi.clxviij.nu.10.eo.lib.

Et quod arbiter cui non liquet de cauſa, ſentētiam dicere non poteſt, quod etiam & clarius legitur ſupra in l.ſi de meis in §. fi.eo.ti.& in l.hæc autem in §.j.ff.quib.ex cau.in po.ea.pulchre Bal. conſ.cccccij.col.ij.uol.j.& conſ.cij.col.iii.uol.iii. Bar.in l.ii nu.5.C.de eden.& in l. properandum in §.& ſi quidem, nu.vi.C.de indi.

Et quod deniq; audire idem eſt quod obedire, ut etiam dixit Ci.in familiar.viii.ibi.Nam diſpu-

tando

tando coniecit illã uocem Gn. Pompeius omnes oportere ſenatus dicto audiẽtes eſſe.ideſt obedientes,ut hic.ſic Home.iliad.iiij.Cuius dicto Talthybius audiens,abiit.ſcituq; dignum eſt. Finis.

Martianus lib.iiij.regularum.

SI QVIS IVSSVS AB ARBItro ex compromiſſo ſoluere pecuniam moram fecerit, pœnam ex cõpromiſſo debet. Sed poſtea ſoluendo pœna liberabitur.

Dubitandi rationem faciebat,quod iuſſus ſoluere ſi moram fecerit, poſtea ſoluerit, non liberabitur à pœna quia mora purgari non poteſt.l. celſus ſupra eo. Et quia fur ac moroſus ęquiparantur.l.inter ſtipulantem.§.pe.ff.de verb. oblig. fur moram non purgat ut ibi, ergo nec moroſus. l.ſi quis ſeruo ubi glo.uulga.C.de fur.

Contrariunı tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt quia cum lege mitius agitur quàm cũ miniſtro legis. l.ſi cum dies.§.fin.ſupra eod.not. in d.l.celſus. Bar.ın l.amplius non petitum nu.2. ff.rem rat.habe.

Ad oppoſita reſpõdetur primum nihil facere, quia erat adiecta dies ab arbitro, hic autem à lege, nimirum igitur ſi purgari ibi non poteſt, hic autem ſic ratione ſupra dicta. Non ob. ſecundum quia uerum eſt id quoque,æquiperari regulariter, in caſibus à iure expreſsis ſed non hic, in purgatione more, quoniam in arbitriis admitti ſolet communiter,& ut latius not.in d.§.fin.vel & aliter ut infra.

Et ad multa inſuper nobis præſtat argnmẽtum lex iſta, Et præſertim quod quamuis nihil ſit ex ſolemnibus mutandum facile ubi tamen æquitas euidens ſuadet ſubueniendum eſt, ut etiam dicitur in l.diuus.ff.de reſt.in integ.& in l.& ſi nihil. ff.de reg.iur. quod ſolutione ſcilicet condemnatus pœnam deuitet.

Et quod more purgatio admittitur ſi creditoris non interſit,alias non niſi intereſſe refuſo præ allega.l.ſi cum dies.§.fin.&.l.ſeq.ſupra eo.nouiſſime Bertrand conſil.cccxx.num.6.volum. j. non nihil hic gloſſ.

Et quod cum more purgatio procedat ex ęquitate,exceptionem pollicetur, quæ etiam æquitate nitatur. l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de uerb. obl. l.qui æquitate.ff.de except.do.Bald.in l.& ſi poſt tres in rep.col.j.ff.ſi quis cau. ut hic ſolutionis ſi non admitteretur.

Et quod rurſum,cum ſit mora fruſtratio quędã l. in fideicommiſſi.§.ſi auro.ff.de uſu.l.hominem ff.mand.l.liberto.§.litem.ff.de neg. geſt.fruſtrari non dicetur neq; moram facere debitor, qui ſoluit,ex quo paria ſunt etiam non feciſſe vel factam purgaſſe,

Et quod denique mora purgari poteſt intra modicum tempus & ante quàm ſit lis conteſtata ſuper pœna ut etiam hic per glo. & no.in l. ſi inſulam.ff.de verb.obl.& in l.ſi ita quis in §.ſeia.ff. eo.Alex.pulchre conſil.clviij.col.iij.uol.ij. & ita intelligitur quod hic dicitur. Finis.

De iudiciis.

Vlpianus lib.iiij. ad edictum.

NON VIDETVR FRVſtrandę dilationis cauſa latitare, qui pręſens iudiciũ ſuſcipere, non compellitur.

Dubitandi rationem faciebat,ſi uocatus ad iudicium non ueniat quod ad ulteriora procedi poterit,quia uidetur caſus in l.ij.ff.ſi quis in ius uo. nõ ie. ubi ad literam dicitur quod actor in poſſeſsionem mittendus erit, quotiens reus citatus non uenerit ad iudicium reſponſurus. Idemq; & clarius in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.vbi tenetur uenire etiam ſi ſit de aliena iuriſdictione, & ita dicit etiam Bar.in Tracta.de ordi.iudicio.col.ij. multa Pau.Caſt.conſi.lvj.col.ij.vol.ij.

Contrarium tamen deciditnr in l.iſta, ratio deciſionis eſt, quia ſi iudex incompetens ſit, habeatq; citatus exceptionem declinatoriam utiq; uenire non compelletur, ſi maxime certum ſit, imò quod impune ei non paretur.l.fin.allega.hic etiam in gloſ.ff.de iu.om.iud.

Ad oppoſita reſpondetur, neutrum obſtare, quoniam procedunt & uera ſunt quando non cõſtat, & dubium eſt an citatus ſit de iuriſdictione citantis, nos autem e contra loquimur quando conſtat,& in caſu claro,quorum duorum non eſt par eademque ratio.l.continuus.§. cum ita.ff. de uerb.ob.ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ſanè ad multa, Et maxime quod ubicunque notorium eſt citatum non teneri ad comparendum, non poteſt iudex procedere cõtra eum tanquam contra cõtumacẽ,ut etiam legitur in cle. paſtoralis in §. piſana de re iud. & in c.ueniens de accu. & in c. ſi epiſcopus. iij.q.ij. Abb.in c.cum ordinem col. ij.de reſcrip.

Et ferè ad idem ut ibidem dicit & bene quod ſi epiſcopus citauerit fratres mendicantes qui notorie exempti ſunt,& iam diu tolerati in priuilegio exemptionis, non tenebuntur comparere, etiam ad allegandum priuilegium eorum. Et ſubiicit quod multi ſimplices iudices in hoc decipiuntur.

Et quod quanquàm in dubio pro iudice præſumatur,ceſſat tamen pręſumptio hęc in caſu certo, & erit not.limitatio ad tex.in l. herennius in §.caia.ff.de euic.& in c.in præſentia de renun.

Et tradit etiam Bal.in l.generaliter col.j.C.de

ep.&

ep.& cle.poſt Inno.in c.præterea.de dila.

Et quod ſi clericus cõpareat coram iudice ſeculari non dicetur declinare forum, ſed forus potius declinare eum,eſtq; declinatio paſsiua,ut in quid Abb.in c.eccleſ.S.Mariæ.col.xxvii. de cõſt.

Et quod deniq; clericus ſi ab officialibus tẽporalibus capiatur, eidẽ auferri poteſt,quia illicitũ cõmittunt,ſi conſtat eũ eſſe talẽ,ut ſignanter per tex.in d.l.ſi quis ex aliena.dicit Guid.Pap.deciſi. lxxiii.ad fi.& ex aliis multis,ut ibi per eũ. Finis.

De inofficioſo teſtamento.

Vlpianus lib.xix.ad Sabinum.

CIRCA INOFFICIOSI quærelã euenire plerunq; aſſolet, vt in vna atq; eadem cauſa diuerſæ ſententiæ proferantur,quid.n.ſi fratre agente hæredes ſcripti diuerſi iuris fuerint? quod ſi fuerit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſsiſſe videbitur.

Dubitandi rationẽ faciebat,quod nemo poſsit mori pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus; quia de hoc vr̃ caſes ad literam in l.ius noſtrũ.ff. de reg.iur.ubi earũ rerum naturaliter inter ſe pugna eſt(inquit I.C.)quod ſcilicet teſtatus & inteſtatus quis ſit. Et maxime quia teſtamentum eſt actus indiuiduus.l.furioſum.C.qui teſt.fa.poſ.Et quia queadmodũ contractus non claudicat.l.Labeo.§.contractũ. ff. de uer.ſi.nõ debet parimodo claudicare teſtm̃,ſeu uolũtas teſtãtoris,quia de vno ad aliud argumentũ ualet. l.ſeruũ filij.§.cum qui chyrographum.l.quæ de legato.ff.de legat.i. Et quia etiam una eademq; res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes.ff.de uſucap.

Contrariũ nihilominus hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt,quia cum teſtm̃ nõ ſit inofficioſum niſi pro parte,cõuenit etiam ut hac ratione detur quærela quoq; pro parte, & quis pro parte teſtatus pro parte uero inteſtatus ſit,& diuerſæ quidẽ ſententiæ(ut tex.met dicit hic)proferantur.

Ad oppoſita reſpondetur facile, nãq; primum uerum eſt a principio, non ex poſtfacto propter exhęredationẽ,diſtingue ergo tẽpora(ut in ſimili & in argumen.dicit gl.in l.i.C.de accu.)& cõcordabis iura,& ſcripturas. Non ob.ſecundũ,quia eodem modo tollitur, & dicimus uerum fore quátum ad formã quæ a principio ſeruãda eſt,ſed nõ ex poſtfacto,& quantum ad alia.Non tertiũ,quia imo claudicat hac ratione, ſicut & cõtractus aliquo caſu.l.Iulianus.§.ſi quis a pupillo. ff. de act. emp. & ſic argumentũ nõ cõcludit imo retorquetur. Non ultimum deniq;, quia imo diuerſo iure cenſeri debet, diuerſa conſideratione, quia in uno eodemq; prato(dici ſolet) Bos herbam quærit,Canis leporem,& Ciconia lacertam.Et in vno eodemque choro rurſum euenit, ut diuerſas, ſeu quãm diſſonas audiamus uoces.declarat Bal.in l. j.in iii.oppo.C.de ſer.fugi.

Et præſtat nobis lex iſta argumentum ad multa,& maxime,quod accidentia & qualitates ſubiectum alterant argumentũ in l. Aquilius Regulus. ff de dona.& in l.ius autem ciuile.ff.de iuſt.& iu. nãq; a principio quis nõ poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & tamen poteſt ex poſtfacto, ut hic ratione exhæredationis. & in l.mater decedens.ſupra eo.

Et quod multa conceduntur a lege ex poſtfacto,quæ non concederentur alias a principio, & eſt etiam argumẽtum in l.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.

Et quod idem erit in ſententia quod ſcilicet poſsit pro parte ualere,& pro parte non, ex poſtfacto, id eſt reſcindi & euaneſcere, inquit Bal.in l.i.in prin.C.ſi aduer.rem iu.Bar.conſ.cl.in prin.

Et quod licet a principio locatio ex cauſa donationis fieri non poſsit.l.ſicut.ff.loca.poteſt tamen fieri pẽſionis remiſsio ex poſtfacto,& ex dicta cauſa.l.ſi tibi.ff.eo.Iaſ.in addi. Por.in rub.in ſti.de loca.& conduc.ad fi.

Et quod deniq; idẽ erit in tutela, hoc eſt quod ex poſtfacto pupillus habeat tutorẽ teſtamentarium & legitimũ,ut per Bar. in l. ſi quis ſub conditione.col.ii.ff.de teſta.tute. Finis.

De petitione hæreditatis.

Paulus lib.xx.ad edictum.

SI HAEREDITATEM PEtam ab eo, qui vnam rem poſsidebat,de qua ſola cõtrouerſia erat:etiã id quod poſtea poſsidere cęperit, reſtituet.

Dubitandi rationem faciebat, quod in petitione hæreditatis non ueniant ea quæ quis poſt litẽ conteſtatam cœpit poſsidere, quia dicit tex.ad literã quod nõ poteſt uideri in iudiciũ deductum, quod euenit poſt,in l.nõ poteſt.ff.de iũd.Et quia ſententia debet eſſe cõformis libello.l.ut fundus. ff.cõi diui.l.fi.C.de fideic.lib.c.licet hely. de ſimo.hoc modo aũt non eſſet,ſi ueniret utique res poſt litem cõteſtatã,ergo. Et quia ſic reperiretur lata ſuper eo ſuper quo non eſſet facta litis conteſtatio & male,ut not.in l.edita.C.de eden. argumentum in l.de qua re.infra eo.

Contrarium tamen deciditur hic,Et ratio deciſionis eſt,quia petitio hæreditatis ius uniuerſale dicitur,quod omnes res hæreditarias complectitur, quas reus cœperit poſsidere etiã poſt litẽ conteſtatam: & hr̃ etiam in l.i.in §.i.infra ſi pars

hæ.peta.& in l.regulariter.& in l.licet.& in l.itẽ uidendum.in §.j.& in l.quod ſi in diem.& in l.ſi quo tempore.infra eo.& in d.l.edita.

Ad oppoſita reſpondetur, primum fore verum in iudicus ſingularibus nos autẽ loquimur in uniuerſalibus, igitur non ob. & ut hic etiam declarat gl.& oẽs in d.l.edita. Ex quo tollitur ſecundum, & tertium, quoniã ſic ſnĩa erit libello conformis, faciaq; uidebitur litis conteſtatio ẽt ſuper rebus poſtea poſſeſsis a reo, ut in iuribus & locis ſupra allega.vel & aliter ut infra.

Præſtatq; nobis argumentũ hæc lex ad multa, & maxime quod contingentia lite conteſtata ad principium iudicij reducũtur, reduciq; debẽt, & ideo non ab re dixi ſupra fore perinde, ac ſi fuiſſet facta litis conteſtatio in hoc uniuerſali ſuper rebus poſtea a reo poſſeſsis.

Et quod uniuerſale includit ſua particularia, eaq; ad ſe trahit ut genus ſuas ſpecies, quod etiam dicit Gui.Pap.deciſ.ccccxxviij.& not.in l.j.C.de euic.& in l.ſi ſine.in §.fi.& ibi Bal.ff.rem ra.hab.

Et quod uniuerſale triplex eſt integrale, ut ſun di.congregationis ut familiæ, & iuris ut hæreditatis, de quo hic, & pulchre per eundem Bal. in l.j.col.j.ad fin.ff.de euic.

Et quod petitio hæreditatis eſt actio realis præſtationes perſonales tamen habens. l.ſed & ſi lege §.petitio.infra eo.& eſt opi.communis ut not. in rub.ff.ſi cer.pe.

Et quod deniq; in hoc iudicio debet peti a reo quicquid poſsidet, poſsidebitúe tempore ſententiæ, & ſic quicqnid dictum ſit in rationibus dubitandi, ſententia & condemnatio erit conformis libello, & ſuper re poſtea poſſeſſa uidebitur facta cõdemnatio, nt pulchre docet Io.de Blanaſco in ſti.de actio.de peti.hær.locutus.col.iij. Finis.

Vlpianus lib.lxvij.ad edictum.

SI DEBITOR HAEREDItarius non ideo nolit ſoluere quod ſe dicat hæredem, ſed ideo quod neget aut dubitet an hæreditas pertineat ad eum qui petit hæreditatem, non tenetur hæreditatis petitione.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod debitor hæreditarius hac actione teneatur, quia uidetur caſus clarus in l.etiam.in §.fin.ſupra eo.ubi petitio hæreditatis competit etiam contra debitores hæreditarios.& maxime cũ ſit(vt proxime diximus) uniuerſalis omnia particularia comprehẽdens, & nouiſsime eſt argumentum in l. Iulianus. ff.de lega.iij.& in c.ſolitæ.de maio.& obed.

Contrarinm nihilominus deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia regulariter ille hæreditatis petitione tenetur, qui rem pro hærede uel pro poſſeſſore tenet, & poſsidet, ſeu rem hæreditariã, quod non eſt in debitore hæreditario, niſi ſe hæredem eſſe contendat, ut tex.hic formaliter dicit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum, quia uerum eſt in poſſeſſore rerum corporalium, hic autem Iuriſcon.loquitur in debitore, qui improprie imo impropriiſsime dicitur actionem poſsidere, argumentum in l.ſeruitutes. ff.de ſerui.& inſti.de reb.corpo.& incorpo. in princi. ergo non obſtabit. Non etiam ſecundum, quia uerum eſt iſtud quoque, qnod ſit actio uniuerſalis particularia omnia comprehendens, hæreditaria, & (ut dixi) corporalia quidem, at debitor quanquam hæreditarius ſit, attamen in numero earum rerum non eſt, quæ poſsidentur, quæque hac actione petuntur, & ideo niſi contendat (ut ſupra ſe hæredem eſſe) hæreditatis petitione non tenebitur.

Præſtatque nobis hæc lex argumentnm ad multa, & maxime quod paria ſunt negare an hæreditas pertineat ad eum qui petit, uel dubitare, quantum ad effectum, de qno hic, ut debitor non teneatur petitione hæreditatis.

Et hinc dici etiam ſolet quod per negationem res efficitur dubia.l.iij.C.quib.ad lib.procla.non li.Specu.in §.j.nu.10.de ceſsio.ac.Bal.in l.non ſolum, in §.qui alieno.ff.de procu. nonnihil gl.hic.

Et quod admittitur eius reſponſio qni dicit dubito, ut etiam hic per gl.& in l.ij.in §.ſed quia uererur.in uer.exiſtimat.C.de iur.cal.quæ inuehitur contra indices imperitos non admittentes reſponſionem talem, & aduertit etiam Bald.hic, & bene, nec tex.hic poteſt cauillari, & de quo etiam in l.ſi quidem.hic, & ibi alleg.C.de excep.

Et quod debitor hæreditarius dicitur qnaſi iuris poſſeſſor.l.etiam.§.fin.ſupra eo.non tamen ne teneatur petitione hæreditatis, niſi ſe hæredẽ (ut dixi ſupra pariter) eſſe contendat, & fuſius ut no. in d.§.fin.

Et quod licet ex contractu non teneatur, niſi dicto caſu, cum ſe (iterato dixerim) hæredem eſſe contendit, tenetur tamen ſi debitor fuerit ex delicto, ut in l.ſed utrum.ſupra eo.

Et quod deniq; de contractibus ad delicta non ſemper bonum eſt argumentum, de quo etiam in l.omnem.ff.de iudi. Finis.

Aequilibrij Scholaſtici Mantuæ liber primus explicit.

Malo in hiſce commentariolis, eſſe Diogenes potius, quàm ex Academia, vel Critolaus, vel Carneades, hi enim ſcita, tereti, uiolenta, & rapida fuerunt (ut aiunt) facundia, ille uero modeſta & ſobria.

APPEN-

APPENDIX SEV PRAETERMISSORVM LIBER VNVS.

De his qui ſunt ſui vel alie.iuris.

Vlpianus lib.xxv. ad Sabinum virum conſularem.

SI QVA POENA paterfamil. fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel ſeruus pœnæ efficiatur, ſine dubio nepos filij loco ſuccedit.

Dubitandi rationem faciebat, quod nepos nõ ſuccedat loco filii, quia pater ipſum filium in gradu præcedebat, quo fit ut non ęque conueniat nepotem admitti. §. ſui. inſti. de hære. qual. & differ. Et maxime quia oportet quod ſit mortuus ut ibidem dicitur, ſed hic uiuebat licet pœna affectus, ergo. Et quia etiam (ut dicitur in l. quisquis. C. ad legem Iul. maie.) filius portat iniquitatem patris, haberurque fiſcus loco hæredis. Et uidetur caſus ultimo loco in l. ſi quis poſthumos. in §. ſi filium. ff. de libe. & poſthu.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia deportatus habetur pro mortuo l. i. §. fi. ff. de bo. poſ. cont. tab. quo caſu nepos auo incipit eſſe filius, primumq; gradũ ſuitatis occupat. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de li. & poſth.

Ad oppoſita reſpondetur, primum uerum fore, ſi non ſit deportatus ut hic uel alia affectus pœna, puta damnationis in metallũ, primo enim caſu ciuitatem amittit, ſecundo libertatem, & ſeruus pœnæ efficitur. quod tamen olim procedebat hodie non. §. quod autem. in authen. de nupt. l. res uxoris. C. de dona. inter uirum & uxorem.

Non ob. ſecundũ, quia dicit tex. ibidem, morte aut qualibet alia ratione liberatus a patria poteſtate. & ſic non facit ad propoſitum nec adduci meruit. Non tertium, quia non eſt regulare, ſed in crimine læſæ maieſtatis præcipuum ipſius deteſtatione, ut ibi no. & indicat titu. ſub quo lex illa ſituata eſt. l. Imperator. ff. de in diem adie. & cum ſit ſpeciale dicto caſu in contrarium erit iuris communis diſpoſitio. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi. e. præſenti. §. loca. de præben. in vj. Non quartum, quia & id quoque uerum eſt in bonis ad alium non ſpectantibus. l. ſi uacantia. C. de bonis uacan. lib. x. Non quintum deniq; & ultimum, quia hic pœna fuerat affectus auo uiuente ibi mortuo, & ut per Albe. hic latius. Vel & aliter ſic caſum. Figura.

Pater habebat filium, qui damnatus fuerat in metallum, ſeu deportatus in inſulam, quo caſu nepos eius locum occupabat, is fuit ab auo præteritus, quæritur an admittatur bo. poſ. contra tabu. ad teſtamentum rumpendum.

Prima facie dicendum uidebatur quod non. Dubitandi rationem faciebat, quia ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. §. fuerat. & ibi not. inſti. de act. Et quia pater & filius cenſentur una eademq; perſona. l. fi. C. de imp. & al. ſub.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia cum iſte nepos ſuccedat loco patris, inſtitui debebat utique uel exhæredari ſicuti & pater ſi pœna affectus non fuiſſet. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. & inſti. de exhære. lib. in prin. ergo præteritus teſtamentũ rumpit per bo. poſ. contra tab. d. l. inter cętera.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia ſapere non poteſt hoc caſu, cum pater fuerit de medio ſublatus, & quia etiam pœna affectus non poterat inſtitui uel exhæredari. Non ſecundum, quia uerum eſt id quoque in fauorabilibus non in odioſis, ut ibi not. uel ad utrũque ut utrobique tradunt Scribentes.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod non confiſcatur legitima ſi filius delinquat uiuente patre, ut per iſtum text. etiam dicit Bal. in l. i. col. ii. C. de bon. lib.

Et quod ſtatutum iniquum eſt quod pater teneatur ſoluere cõdemnationem pro delicto filii, inquit idẽ Bal. in l. ſeruũ quoq;. in §. publice. co. j. ff. de procu. & utrunq; dictum hic latius.

Et quod lex loquẽs in deportatis habet locum etiam in bãnitis, quia deportatis ęquiparantur. & ideo dicit idẽ Bal. quod nõ habent hęredẽ quodq; fiſcus eiſdẽ ſuccedens improprie dicitur hæres, conſ. cclxxxiiii. ad fi. uol. i. Et maxime quia iſtud adhuc tex. hic, innuere uidetur, ibi uel ciuitatem amittat. an tamen hodie & in bannitis noſtri temporis, ęquiparatio procedat, de quo per gl. in §. relegati. inſti. qui. mo. ius pa. pot. ſol. dubitatio maxima eſt, & ut rurſum inquit Bal. in ſtatu. in §. filius. nu. x. adhuc ſub iudice lis eſt. Bar. nanq; in q. Lucanæ ciuitatis. col. i. tenet partem affirmatiuã, ut per glo. in d. §. relegati. & Bal. in l. i. col. ii. C. de hære. inſti. & col. vii. poſtea cõtrarium, quod etiã ſentit Anch. & ſubiicit dictam gl. cõiter nõ teneri conſ. cclxxv. col. ii. quã idem Bal. dicit uulgarã, &

remiſsiue loquitur in l.ſeruum quoque . in §.publice.col. iij.ff.de procu.& dubitatiue in l.fin.ad fin.C.de ſen.pa.

Et quod pœna deportationis ſucceſſerat in locum pœnæ interdictionis aquæ & ignis. l. iij. ff. ad legem Iul.pecu.l.ii.§.i.ff.de pœn. §. deportatio.in authen.de nup.

Et quod denique tantum eſt dicere quod deportatus,ſeu relegatus pro mortuo habeatur , vt hic & in l.j. in §. fi. ibi deportatos enim mortuorum loco habendos.ff.de bo.poſ.cont.tab.quantum eſt dicere , quod mortuus ſit ciuiliter , ut in d.§.fi.& in d.l.ij.in prin.ff.de pœn.argumentum in l.ſeruitutem.ff.de reg.iur. & ſic quod appellatione mortis cum de ciuili tum de naturali intelligatur,quod tamen non eſt uerum niſi in caſibus a iure expreſsis,ut hic & not. in c.ſuſceptũ. de reſcript.in vj.& in c.placuit.xvj.q.j.Anch.cõſi.cccxcvj.& conſi.cccccxxxviij.col.ij. in terminis,& in materia Bal.in l.j.lec.ij.col.ix. C. de ſacroſanc.eccl,Alex.conſi.cxxxix.col.ij. Iaſ. in addi.Por.inſtit.quib.mod.ius pat.pot.ſol. in prin. col.ij.Fel.in c.licet vndique.col.j.de offi.dele.& Cald.conſi.ij.de reb.eccl.non alie. Finis.

De in ius vocan.

Paulus lib. ij. reſponſorum .

QVAESITVM EST AN tutor pupilli nomine patronam ſuam ſine permiſſu prætoris in ius vocare poſsit. Reſpon. eum de quo quæritur pupilli nomine etiam in ius vocare patronam ſuam potuiſſe ſine permiſſu prætoris.

Dubitandi rationem faciebat, quod libertus etiam tutor in ius non uocet patronam abſque uenia,quia hoc idem dicit tex. ad literam in l. ſed ſi hac.in prin.ſupra eo.Et clarius in l.i.C.ſi tut.non geſſe. Et quia uerba in d.l. ſed ſi hac.in §. prætor ait.ſunt generalia.& conſequenter generaliter intelligenda.l.j.§.generaliter.ff.de lega. præſtan.l. de precio.ff.de publicia. Et quia qui non poteſt aliquid facere nomine ſuo , non poteſt id facere etiam nomine alieno.l.ſi quis id quod.ad finem. ff.de iur.om.iud.c.quod alicui.de regu.iur.in vj. Et quod dominus ſeu domina uidetur magis iniuriatus ſeu iniuriata, ſi uocetur nomine alieno , quàm proprio.argumentum in l.præſes . C.de ſerui.ſuo uocare non poteſt ergo minus alieno . Et uidetur etiam caſus in prælleg.l.ſed ſi hac.in §.fi. ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt , quia pupillus non tenetur patrono tutoris reuerentiam exhibere.d.l.ſed ſi hac ergo nec tutor , qui ipſius pupilli nomine in ius uocat.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. argumentum in l.ſi pater.ff.de adop.& in l.tutorem. ff.de his quibus ut indi. ergo tanquam tutor pupilli,non tanquam libertus uocabit.Et quia teneretur pupillo ſi non uocaret ſicque officium ſuum ſibi foret damnoſum,& male.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmo.teſt.aper.declarat gl. in d.l.ſed ſi hac.

Ad oppoſita reſpondetur facile , namque dico quo ad primum uerum eſſe quod libertus non uocat , quodque tutor eſt libertus , ſed falſum quod non uocet ſine uenia , ex quo pupilli nomine uocat. Non ob.ſecundum,quia ſuo nomine famoſam actionem inſtituebat,& hoc idem facere non poteſt, alias autem ſic ſi nomine alieno,ut in d. l. j.not.& in d.§. prætor ait. Non ob.tertium,quia licet generaliter loquatur, ratione tamen diſtingui debet,& per alias leges. l. ut gradatim. §. & ſi lege.ff.de mu.& ho.c.ſuper quæſtionum.in prin. de offi.dele. Non ob.quartum,quia in delictis id procedit,ut declarat glo.in d.cap.quod alicui. ergo non hic , maxime quia tutoris officium neceſſarium eſt & nomine pupilli uocat. Non ob. quintum,quia antecedens falſum eſt, ergo & conſequens.c.cum ex officij.de præſcri. Bal.in l.conuenticulam.col.iiij.C.de epiſ.& cler. Non ob. ultimum , quia dicto caſu ut procurator agebat , cuius officium uoluntarium eſt,hic autem ut tutor cuius officium econtra eſt neceſſarium , l.j.§. uſus.ff.de procur.l.i.ff.de tute. ut hic per doctor. latius.

Et nobis præſtat hæc lex argumentum ſane ad multa, & maxime ad hoc quod excommunicatus qui reſcriptum impetrare non poteſt . c.i. de reſcript.in vi. poteſt tamen nomine alterius , & ita tenet etiam Archid.& Lap.ibidem,& But.in cap. poſt ceſsionem. de proba. & ad idem uidetur caſus in l.iii.in §.ſed ſi proponas. ff.de leg.præſtan. ubi in acquiſitione quæ fit hominis facto non attenditur cui honor fiat,ſed cui commodum quæratur,& ita illum tex.inducit Crot.in d.§.primo. colum.iij.

Et quod ſtante ſtatuto,minores nõ poſſe obligari ſine conſenſu propinquorum ſuorum , quod poterunt nihilominus abſque dicta ſolemnitate procuratores conſtitui ad negotia alterius,ut decidit Ang.in l.quã.uis.ff.de ac.poſ.& no.in d.c.j.

Et quod ſi pater iure patriæ poteſtatis adminiſtrauerit bona filii,non tenebitur rationem reddere ipſi filio,alias autem ſic ſi tutorio nomine.l. ſi ſuperſtite.C.de dolo.l.Aurelius.§.Titius.ff.lib. lega.l.licet.C.ad leg.Fal.l.fi.C.de ſen. pa. Bal.in l.is qui.in prin.ff.de tuto.& cu.dat.ab his.

Et quod ſi filius faciat pactum cũ interfectore patris,non propterea adire uidebitur , ex quo id facit non tanquã hæres,ſed tanquàm filius ad quẽ ſpectabat uindicare necem defuncti , & ſanguinẽ ſuum.l.pro hærede.§.ſi ſepulchri.ff.de acqui.hæ. Bal.in l.ſi quis non quaſi.ff.eo.

Et

Et quod denique exiſtentia ſuitatis impedit uſucapionem pro hærede, niſi filius dicat ſe poſſidere non tanquam filius, ſed tanquam agnatus, quia tunc erit ſecus, ut per Alexan. in l. ſi filius. in vlt. col. ff. de uulg. & pup. ſubſti. Et ad idem dicit etiam Ang. quod ſacerdos ut ſacerdos in ſpectantibus ad ſuum officium alteri ſtipulatur in aliis autem, & ut alius non in l. i. in §. i. col. ii. ff. de iuſti. & iur. Finis.

In ius vo. vt eant.

Vlpianus lib. v. ad edictum.

QVI DVOS HOMINES in iudicio ſiſti promiſerit, ſi alterum exhibeat, alterum non, ex promiſſione non videtur eos ſtetiſſe, cum alter eorũ non ſit exhibitus.

1 Dubitandi rationem faciebat, quod ſatis ſit alterum exhibuiſſe, ſi quis duos ſub pœna promiſiſſet ſiſtere in iudicio, quia pœna ipſa delicto cõmenſuranda eſt. l. ſancimus. C. de pœn. ſed quo ad unum tantum promittens deliquiſſe uidetur eum non exhibendo, argumentum in l. ſi ſeruus. in §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. & ut etiam hic per glo. ergo. Et quia pœnæ quoque ſunt potius molliendæ, quàm exaſperandæ. l. interpretatione. l. ſi præſes. ff. de pœn. Et quia in ſimili uidemus etiam in duobus reis quod uno ſoluente alter liberatur. §. fi. inſti. de duo. reis. Et quod hinc ſi teſtator legauerit Stichum, & Pamphilum, & alterum tantum habeat hæres, ille ſolus ab eo poterit uendicari. l. falſa demonſtratio. §. fina. ff. de condi. & demun.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia plures promiſit ſiſtere uſq; adeo ut promiſsioni ſatisfactũ minime uideatur, exhibendo unum tantum, nanque contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. j. §. ſi conueniat. ff. depo. l. legem. C. de pac. l. contractus. ff. de reg. iur. Et quia nihil actum dicitur quotiens aliquid agendum ſupereſt. l. cum Sylianianum. ad fi. C. de his quib. ut indign. & ut etiam per glo. hic.

Et quia duobus copulatis requiritur concurſus utriuſque. c. quia propter. de elec. Et quia cum oratio ſumitur ex uniuerſo, ſi aliquid deeſt tota redditur falſa. l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de de reb. dub. & ut hic etiam per Albe.

Ad oppoſita reſpondetur facile, nihil obſtare non primum, quia antecedens uerum eſt, conſequens falſum, quandoquidem duos ſiſtere promiſerit. Non ſecundum, quia eadem ratione dici poteſt, quod non exaſperentur, imputandusq; ſit promittens & non alius, argumentum in l. ſi fideiuſſor. in §. i. ff. qui ſatiſd. cog. & in ſimili glo. in l. ii. in §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cau. Non obſtat tium, quia id eſt regulare in duobus reis promittendi, non hic, quoniam conuentum erat ut duo ſiſterent. Non ultimum denique, ex quo ibi dixerat teſtator, qui mei erunt cum moriar, & alterum uiuens alienauerat. Vel dic id eſſe in ultimis uoluntatibus uerũ, nos aũt loquimur in cõtractibus. vel quod relictũ dicto caſu diuiduũ erat hic autem promiſsio indiuidua, ſed primo modo melius, ut ibi dicitur, Nec ultima ſol. ſpernenda eſt.

Præſtatque nubis iſta lex argumentum ad multa, & præcipue, quod perfectuum id dicitur, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. l. i. ff. de ori. iu. Bal. in not. q. arbitrium in ſtatu. num. 18. & ideo hic pœna committitur, licet pro parte ſatisfactũ ſit, argumẽtũ in l. Lucius. iuncta gl. ff. de ac. emp.

Et quod promiſsio quæ ex toto non impletur, dicitur informis, ut in gratia, quæ ſimili modo nõ expeditis literis per ſolam ſupplicationem huiuſmodi appellatur, ita Rota deciſ. xix. de conceſſio. præb. in nouis.

Et quod intrans poſſeſsionem beneficii, literis non expeditis (quod ferè idem eſt) omne ius perdit, ut hic pœnam incurrit promittens ſi unum tantum exhibeat ut ſupra. & ad propoſitum tradit Fely. in c. ueniens. col. ii. de accu. & utrunque dictum refert Gomes olim Collega in regu. can. de non iudic. iuxta formam ſupplicatio. q. i. n. 2. ... ſit quod res incepta non habetur pro completa, de quo tamen Por. plene in §. cum ex aliena. col. ii. inſti. de re. di.

Et quod denique hac ratione. (nil actum dici ſcilicet, dum aliquid agendum ſupereſt) doct. & maxime idem Por. in §. alio quoque. col. j. inſtit. quibus mod. teſta. infir. aiunt, ſiue ait quod teſtamentum primum tollitur per ſecundum. Si id iure factum atque perfectum fuerit, alias non. Finis.

Ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.

Vlpianus lib. xxv. ad edictum.

IS QVI DEBITOREM VI exemit ſi ſoluerit reum nõ liberat quia pœnam ſuam ſoluit.

Dubitãdi rationẽ faciebat, quod qui debitorẽ exemit, ſoluẽdo ipſum liberat, quia de hoc uidetur caſus in l. ſi quis dolo. in §. i. ff. de re iud. ubi debitor ſi impediuerit quo minus creditor in poſſeſsionẽ mitteretur, ſoluens liberatur, ergo & hic pariter debitorẽ eximendo, ſi ſoluerit (ut dixi) ipſum liberabit. Et ad idẽ uidetur tex. in l. etiam. in §. pe. ff. de peti. hære. ubi qui rem dolo deſiit poſsidere, liberatur, ſi alius poſſeſsionem nactus ſoluat. Et clarius quàm alibi in l. ſi plures. ff. de dolo. ubi ſi egi cum illo qui dolum commiſit, liberatur alius.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio deciſioniseſt,debitorem hic non liberari ſolutione eximenetis,quia (ut in ipſomet lex. dicitur)pœnam ſuam ſoluit,ſoluiſſeq; uidetur potius ut ſe liberaret quàm debitorẽ, & ſic nomine ſuo non autem alieno, argumentum in l. & magis.ff. de ſol. Et quia etiam obligationes diuerſæ ſunt, uſque adeo ut ſolutione unius,& ſecuta liberatione in perſonam ipſius,non ſequatur liberatio alterius.

Ad oppoſita reſpondetur,primum nihil facere,quia ibi debitor met impediuit ne creditor in poſ.mitteretur,cõuentus ad intereſſe,in quo erat debiti eſtimatio, ex edicto ne uis fiat ei ſoluit, quis dubitabit ipſum non liberari? improbum nanque eſt(inquit Iuriſcon.ibi) creditorem uelle conſequi iterum quod accepit. l. bona fides.ff. de reg.iur.quæ ratio non eſt conſiderabilis hic,& quando alius impedit,& debitorem exemit,ergo non idem ius ſtatuendum, uulga. l.à Titio. ff. de uerb.obl. Non ob.ſecundum,quia ibi non erat mera pœna ad agendum ut hic. Vel dicamus(ut dicit Bal.) quod ibi uterque tenebatur ex eadem cauſa,ratione poſſeſsionis ſcilicet, unus uera alter autem ficta, hic uero ex diuerſa. Non ultimum denique ex quo id uerum eſt quoque & procedit in actionibus mere perſonalibus,nos autem in eo qui tenetur ex hoc edicto, igitur non probat hoc eſſe &c.l.non hoc.C.unde legi.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod pœna præſupponit delictum dicta enim eſt eo nomine ſicque appellata eſt, quia punit.c.pœnitentia.de pœni.diſt.iij.ibi,pœna enim proprie dicitur læſio quæ punit, uindicans quod quiſque commiſit.

Et quod (ſicuti etiam uulgo dici ſolet) debet ſuos auctores tenere.l.ſancimus.C.de pœn.nanque ſi exemit hic quis debitorem,conuenit etiam ut cum in edictum iſtud inciderit,pœnam ſoluat & non debitor exemptus.

Et quod ſoluens propter ſuum delictum, (ut etiam hic not.glo.)alteri non prodeſt, & concordantes allegat,indubitatumque eſt ex ſupradictis niſi etiam ſoluiſſet debitoris nomine, quia tunc liberaretur,ut inſti.quib.mod.tol.obl. l.ſolutionem.l.ſi pro me.ff.de ſolu.ſoluentique ipſe teneretur actione nego.geſtorum.l.quæ utiliter.ff.de nego.geſt.

Et quod in eximente requiritur dolus, quia nõ dixiſſet adhuc tex.iſte ui exemit.& not. etiam in l.iij.in §.fi.ſupra eo.

Et quod denique eximere diceretur,etiam qui mãdaſſet debitorem de quo hic,eximi, ut in l.proxima.ſupra in prin.argumentum in regu.qui per alium.de reg.iur.in vj.& in l.ita autem, in §.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.l.certe.§.j.ff.de preca.c.mulieres.de ſent.excomm.& hoc abundanter dictum ſit,quoniam dubitatio principalis eſt hic, an ſolutione pœnæ debitor liberetur. Finis.

Si ex noxa.cauſa agatur.

Caius lib.vj. ad edictum prouinciale.

SI CVM VNO EX DOminis noxali iudicio agatur, an pro parte ſocij ſatiſdare debet. Sabinus ait nõ debere, quia quodammodo totum ſuum hominem defendere debet, cui inſolidum defendendi neceſsitas eſſet,nec auditur ſi pro parte paratus ſit defendere.

Dubitandi rationem faciebat, quod unus dominus eiuſdem ſerui, teneatur conuentus noxali iudicio,pro alio ſatiſdare de iudicio ſiſti, ſeu de iudicato ſoluendo,quia regulare eſt qui alium defendit,ut is ſatiſdare teneatur.l.qui proprio.§.qui alium.ff.de proc.ſed hic dominus conuentus nomine aliorum agere uidetur,ergo tenebitur. Et maxime quia noxa caput ſequitur.l.j.C.de noxa. l.quod ab alio.ff.de cond.fur.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta.Et ratio deciſionis eſt,(ut etiã dicitur in ea)quia quodammodo totum ſuum hominem defendit eique inſolidum defendendi neceſsitas eſt.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare, nõ primum,quia non eſt uerũ ratione prædicta in actione noxali.Non etiam ſecundum, quia eſto quod noxa caput ſequatur, poſsitque ſeruus dari pro noxa. hoc idemque reſpiciat condemnationem, ſeu condemnationis executionem,ex quo dominus uel damnum emendat, uel det ſeruum pro noxa.l.miles.§.decem.ff.de re iud. non tamen tenebitur dominus conuentus pro alio domino ſiue ſocio ſatiſdare,ex quo hæc reſpiciunt defenſionem ſerui,quẽ totũ & non pro parte defendere debet.

Et præſtat adhuc lex iſta nobis argumẽtum ad multa, Et maxime ad hoc primum, ſi ratio legis eſt,inq; ea expreſſa(quod etiam ex l.proxima elicitur)quod ab ea argui poteſt.l.his ſolis. C.de reuo.dona.l.milites agrum. ff.de re mil. Cy.in l.nõ dubium.C.de legi.

Et quod meum eſt, id quod mihi cum alio eſt commune, ut etiam hic dicit glo. & ut in l. ſerui electione.in §.j.& ij. ff.de leg.j. latius.quod tamẽ eſt uerum pro parte mea, & not. in d. l. ſerui electione.Et ob id forte Iuriſcon.hic dixit,quodammodo totum ſuum hominem, quæ dictio eſt improprietatis nota.l.in ſuis.ff.de li.& poſth. §.igitur.inſti.de pup.ſub.

Et quod indiuidua ſectionem non recipiunt. c.j.§.præterea.de prohi.feu.alie. per Fed.in vſib.

Et quod denique non eſt audiendus, qui petit quod non ratione petitur ſeu peti poteſt, argu.

in l.

in l.per omnes.C.de defen.ciui.& in c.in nomine domini.xxiij.di.Iaſ.in l.i.in §.ſed & ſi is.ff.de nou.oper.nun. Finis.

Vlpianus lib.xlvij.ad Sabinum.

SED SI STATVLIBERVM, Siſti promiſſum ſit in eadem cauſa ſiſti uidetur quamuis liber ſiſtatur, quod implicitus ei caſus libertatis fuerit.

Dubitandi rationem faciebat, ſi liber ſiſtatur, qui ſtatuliber promiſſus erat, de iudicio ſiſtendo quod in eadem cauſa ſiſtere non uideatur, quia iudicio meo eſt caſus in l.ſi ſeruum.ſupra eo.ubi qui ſeruum ſiſtere promiſerat ſi liber ſiſtatur, non uidetur in eadem cauſa ſiſtere, ergo nec hic deducendo ut ſupra. Et quia ſi promiſsio eſt de ſtatulibero, non æque conuenire uidetur, neq; promiſsioni ſatisfieri ſi liber ſiſtat.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia caſus iſte erat cum libertate implicatus (ut tex.inet air & bene fuſiusque glo.)& cum ea connexus, de connexis autem idem eſt iudicium.l.quæ religioſis.ff.de rei uend. c.tranſlato.de conſtitu.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum non obſtare, quia ſeruus non uidetur dicto caſu in eadem cauſa ſiſtere, ex quo aliter ſupplicium de ſeruo ſumitur aliter de libero, hic autem ſic ratione ſupradicta, nimirum igitur ſi ſiſtere uidetur, & eſt argumentum in l.ſi mihi. ff.de ſolutio. Non ſecundum, quia imo ex hoc promiſsioni ſatisfeciſſe uī maxime (ut diximus) propter connexitaté.

Præſtatque uobis hæc lex argumentum ad multa, & præſertim, quod liberatur quis faciẽdo plus quam ipſe debeat, náque a principio libertas hic erat in potentia, & ſpe, poſtea in actu & in re, ut in ſimili inquit Bal.in l.in ſuis. in repe.colum.ij. ff.de lib.& poſth.quod ſic filius uiuente patre dominus eſt potentia, & ſpe, eo uero mortuo, actu & re ipſa, nonnihil ad propoſitum etiam glo.hic.

Et quod ex his uerificatur etiam regu. poſita in l.cum furti.ff. de in lit.iu.ibi, quia quo res pluris eſt, utique tanti eſt.

Et quod abundans cautela non nocet, ut in l.teſtamentum.C.de teſta.

Et quod dictio ſed, ſui natura aduerſatur præcedentibus.l.ſed & ſi lege.in prin. ff. de peti.hære.l.hoc amplius.§.de his autem.& ibi not. ff. de dam.infe.l.ii.ubi gl.ff.ne quis eum qui.Alex.cõſ. xxix.nu.3.uol.vij. nimirũ igitur ſi lex iſta præcedẽti aduerſatur, ut ſupra. ſicq; incipit I.C. hic ab hac aduerſatiua, dicens. ſed ſi ſtatuliberum ſiſti.

Et quod denique in eadem cauſa ad propoſitum quis ſiſtere uidetur, ſi ad experiendum nõ facit ius actoris deterius, ut etiam dicitur in l.j.in prin.ſupra eo. Finis.

Si quis cautionibus.

Caius lib.j.ad legem xij.tab.

SI IS QVI FIDEIVSSOrem dederit ideo non ſteterit quod reipu.cauſa abfuerit iniquum eſt fideiuſſoré ob alium ſiſtendi neceſſitate obligatum eſſe cum ipſi liberum non eſſet ſiſtere.

Dubitandi rationem faciebat, quod exceptio ſuperueniens reo non proſit fideiuſſori, quia exceptio rurſum competit marito, ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt .l. maritum .ff. ſol. matr.& tamen non competit fideiuſſori. l. exceptiones.ff.de exception. Et ad idem uidetur caſus in l.& ſi fideiuſſor.ff.de re iudic. Et clarius quàm alibi in l.j.C.de fideiuſſor.ubi liberato reo exceptio fideiuſſori non datur. Et in l.ſi reus paratus. ff.iud.ſol.ubi reus, poſt ſatiſdationem iudicatum ſolui ab eo datam, in magiſtratu inuitus in ius uocari non poteſt & tamen fideiuſſores tenẽtur. Et quia ſi fideiuſſor obligatus eſt, nec in iudicio ſteterit, hoc caſu uidetur commiſſa ſtipulatio. Vltimo facit etiam tex.in l.ij.ff.de excep.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia iniquum uidetur quod ſiſtat fideiuſſor, ſi ex cauſa publicę utilitatis non poteſt reus, proſitque exceptio fideiuſſori ſuperueniẽs reo.

Ad oppoſita reſpondetur, primum, ſecundum, quartum, & ſextum non obſtare, quoniam loquũtur in priuilegio perſonali, quod perſonæ cohæret, & ad alium non extenditur, nos uero in reali, igitur nec mirum ſi exceptio ſuperueniens reo, prodeſt etiam fideiuſſori. Non ob.tertium, quia (ut ibi inquit Bar.)nec tex.ille loquitur in exceptionibus rei cohærentibus, ut hic. Non quintum denique, quia licet ſtipulatio commiſſa ſit, non tamen poteſt fideiuſſor cõueniri, exceptione tutus qua tueri etiam poterat reus.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa, Et maxime quod ſi debitor impetrauerit exceptionem contra creditorem, talem impetrationẽ ſeu conceſsionem proficere fideiuſſoribus ſuis de quo tamen per Cy.dicentem amplius hoc idẽ eſſe de apicibus iuris in l.quotiens in vj.q.C.de prę cib.Imp.offe.

Et quod pactum factum perſonæ porrigitur ad pignora, de quo etiam ibi & in l.cum ſoluendę ff.de diſtractio.piguo.

Et quod ſublata obligatione principali tollitur fideiuſſoria.l.cum principalis.ff.de regul.iur. l.omnes.ff.de except.l.& poſt rem.§.j.ff.de tranſ.

Et quod ſi principalis rurſum liberatur, Idcq; fetè

ferè eſt)liberatur & fideiuſſor.inquit Bartol.in l. huiuſmodi.in prin.ff.de leg.j.

Et quod denique priuilegium quod habet fori clericus,habet etiam fideiuſſor laicus , nec intelligitur obligatus in duriorem cauſam quàm ſit principalis l.græcæ.§.ſi quis pro pecuniaria,ff.de fideiuſſo.tradit Specu.in terminis in titu.de cõp. iud.adi.in §.generaliter nu.26. Finis.

Iulianus lib.lv.digeſtorum.

QVOTIENS, SERVVS IVdicio ſiſtendi cauſa ut ipſe litigaturus ſit, uel ab alio ſtipulatur,uel ipſe promittit, nec cõmittitur ſtipulatio,nec fideiuſſores tenentur, quia ſeruus conueniri uel conuenire non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod tenetur quis etiam ſi promiſerit eum ſiſtere, qui in iudicio eſſe non poterat, quia uidetur caſus clarus in l.ſeruos.ff.de ali.& ciba.lega.Et in l. fi.C.qui legit. perſo.hab.ſtandi in iudi.& in l.fi. C.ubi cau. fiſca.in quibus iuribus clare liquet ſeruum agere & in iudicio eſſe poſſe , ergo tenebitur qui promiſit eum ſiſtere ſi non ſteterit. Et etiam in l. ſi quis ſeruum ſupra eo.ubi exceptiones competũt illi qui fideiuſſit pro ſeruo, quæ etiã competiiſſent ſi fideiuſſiſſet pro libero, ergo ſeruus, in iudicio eſſe poteſt, & ſic pari modo hic committetur ſtipulatio,& fideiuſſores quoque tenebuntur. Et quia uidemus etiam quod tranſigit , ut in l. j. ſupra ſi ex noxa.cau.aga.& in l.fin. C.de tranſac. Et quod denique etiam bo.poſſ. petit.l.ſi ſeruus. ff.de bo.poſſ.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta, Et ratio deciſionis eſt, in ipſo text. quia ſeruus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ea de re nec conuenit nec conuenitur, quandoquidem iudicia ſint iuris ciuilis, eoque tunc ſtatus eorum anniehilatus.l.quod attinet.l. ſeruitutẽ.ff. de reg.iur.l.ſeruus.C.de iudi.

Ad oppoſita reſpondetur,primum,ſecundum, & tertium nihil facere , quoniam in ſpecialibus caſibus loquuntur ut hic per gl. in legato ſcilicet alimentorum,in poſſeſsione momentanea , & in cauſa fideicommiſsi , ergo in contrarium eſt ius commune.l.ius ſingulare, l. quod uero contra.ff. de legi.c.præſenti.§.loca de præbẽ.in vi.ad quartum , & quintum etiam quod procedunt eo caſu quo habilitatus eſt,ut in criminalibus & ſuſius liquet ex not.ibidem.Non obſt.ſextum quia dicto caſu etiam dubius erat de ſtatu ſuo , multaq; permittuntur tunc quæ non permitterentur alias argumentum in l.continuus in §.cum ita.ff.de uer. obli.not.in l.iubemus. C.de tranſac.Bal. in c.nihil nu.1.de elec. Non deniq; & ultimũ,quia nõ agnoſcitur in figura iudicij,ut no.in l.j. C.qui ad mi. & quia etiam agnoſcit ex perſona domini,ut ibi & in l. ſi mihi & tibi in §.regula. ff.de legat.j.

Præſtatque nobis iſta lex argumentum ad multa, Et potiſsimum quod pro regula ſemper præſumatur, quia eſto quod ſeruus in aliquibus caſibus habeat legitimam perſonam ſtãdi in iudicio , regulariter tamen nec conuenire nec conueniri poteſt. & idem dicitur etiam in l. omnis diffinitio ubi glo.ff.de reg.iur. Et quod res dicitur certa pro eo qui innititur regulæ, ut hic per Bartol. & facit etiam dictum Inno.in c.præterea de dila. Et quod ſententia diffinitiua uel interlocutoria , lata contra regulam,eſt ipſo iure nulla, l. ij.& ibi glo.ff.de ap.reci.Mathe.in ſingula.xix.Deci.cõſ. cxlij.col.ij.uol.ii

Et quod pro regula præſumatur tradit Corn. conſi.lxxxix.nu.6.& conſi. cxxi.nu.10. & conſil. cxxxii.nu.12.& conſi.clxxiiii.nu.10.uol.i.

Et quod hac ratione qui allegat fallentiam, ſine exceptionẽ illam probare debet , ut inquit idẽ Corn.in præalleg.conſi.clxxiiii.& Soci.in l. prima in princ. C.de eden.& Ferrarien.in l.quamuis C.de tranſac.& probatur in l.in exceptionibus.ff. de proba.& in ele.ſi.ubi glo.& doct. de reſcript. Idem Corn.conſi.clxxxii.nu.7.uol.ii.

Et quod iuſta cauſa excuſat promittentem, ne ſtipulatio committatur,neúe teneatur . Et in ſimili not. in l. ſed eximendi in §. prætor ait.ſupra ne quis eum qui.& ibi Bar.Ange.& Fulgo.& poſt eos Iaſ.multa.

Et quod ſi principalis non tenetur,multo minus tenebitur fideiuſſor, ex quo acceſſoriũ ſequitur naturam ſui principalis.c.acceſſorium de reg. iur.in vi.l.cum principalis.ff.eo.l. ſi ſeruus ſupra eo.Et ſi non committitur cõtra illum ſtipulatio , non etiam committetur contra iſtum,ut text.hic ad literam dicit, & in d.l.ſi ſeruus.

Et quod denique uerum eſt, quod ſeruus nec conuenire nec conueniri poteſt quodq; legitimã perſonam non habet ſtandi in iudicio actiue aut paſsiue, ſed tamen quod poterit ſe defendere Ex quo defenſio eſt de iure natura.cle.paſtoralis, de re iud.l.ſeruus.ff.de accu. Et maxime ſi neceſſaria fuerit quia alias ſi uoluntaria ſecus , ut per Bartol.in l.ſi fideiuſſor in §.ſi neceſſaria. ff.qui ſatiſd.cog. Finis.

ADDITIO.

Dubitandi rationem quoque faciebat , in hac lege,fideiuſſorem teneri & conueniri poſſe, quia ſeruus obligatur naturaliter .l. naturaliter.ff. de condict. indebi. obligationi naturali accedit fideiuſſor.l.fideiuſſor.§.fideiuſſor.ff.de fideiuſſor. ergo . Pro ſol.dicas uerum eſſe,ſed quod hic nec naturaliter nec ciuiliter erat obligatus ergo nec ſi deiuſſor poterit conueniri .

Nec facit ad idẽ tex.in l.cum fideiubet.ff.eod. ubi fideiubens pro ſeruo tenetur inſolidum , etiã ſi ſeruus nihil habeat in peculio , quia uerum eſt id ex quo poterat etiam obligari actione de peculio.hic autem nullo modo ut ſupra.

De

De feriis.

Vlpianus lib.lxxvij.ad edictum.

SI FERIATIS DIEBVS fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicatum ſit, niſi ex voluntate partium, & quod aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum facere neve ſoluere debeat, neve quis ad quem de ea re in ius aditum erit iudicatum facere cogat.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia lata diebus feriatis etiam de partium nolnntate non ualeat, quia regulariter nemo poteſt facere quo minus leges ſeruentur, & locum habeant, l. ius pnblicum. ff. de pact. argumentum in l. nemo poteſt. & ibi plene per doc. ff. de leg. j. Et quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, cle. ne Romani. de elec. cum inferior. de maior. & obed. Et quia forma data rurſum a lege, ſeruanda eſt, alias actus eſt nullus. l. qui Romæ. §. Flauius. & ibi not. ff. de uer. obl. l. ſcio ad fi. ibi quaſi quadam forma obſtrictus. ff. de app.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege, §. conſuluit. ff. de peti. hære. Nec ab re hinc prouerbium fluxit (ut Philelph. in familia. ait) *Figulus ollis anſas ponis*. poteſtque renunriare fauori ſuo, & iuri ſibi amplius competenti. l. ſi quis in conſcribēdo. C. de pac. l. ſi iudex. ff. de mino. Et cum etiam contractus ex conuentione partium legem accipiant. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. legem. C. de pac. l. contractus. ff. de reg. iur. non aliter dici poteſt, niſi quod ſententia ualeat.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, quoniā primum uerum eſt quoad leges de feriis ſolemnibus loquentes. l. dies feſtos. C. de fer. nor. in l. j. in §. nunciatio. ff. de no. oper. nun. deque his quæ in honorem Dei introducuntur, nos autem de his quæ introductæ ſunt in honorem hominum quæ conſenſu partium remitti poſſunt, ergo. Non ob. ſecundum, quia non tollit, ſed eidem derogat lege permittente, & qui peccat lege permittente pęnam non meretur. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adult. argumentum in l. iuſte. ff. de acq. poſſeſ.

Non tertium & ultimum quoque, quia forma ſi fauorem partium reſpiciat omitti poteſt, nec ob id actus erit nullus, ſi maxime (ut diximus) omittatur de conſenſu partium, ut per Bal. in l. j. col. ij. ff. de legi. & Bar. in l. uniuerſis. C. de preci. Impe. offer. & in l. obſeruare. C. de decur. lib. x. & Fely. in c. quoniam frequenter. ut lite non conte. nonnihil Gozad. Bononien. conſi. xl. nu. 6.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod feriæ ſolemnes & introductę in honorem Dei, diſtinguuntur a non ſolemnibus uindemiarum & meſſis introductis in honorem hominum, quia primo caſu ſententia lata, eſt ipſo iure nulla, nec executionem meretur, ut hic, & in d. l. dies feſtos. imo quod nec papa cōtra hoc ſtatuere poteſt, ut inquit Fely. in c. fin. col. iij. de maio. & obe. Et tamen ſecundo, conſenſu partium ferri poteſt, & dictis feriis nou ſolemnibus derogari, ut hic rurſum dicitur.

Et quod ſi actus factus diebus feriatis in honorem hominum, eſt nullus, ſine conſenſu partium, multo magis erit factus die dominico, quem periphraſtice diem appellat Impe. in d. l. dies feſtos.

Et quod quanquam conſenſu partium poſsit non ſolemnibus feriis derogari non tamen poteſt ſolemnibus, quia nec papa (ut diximus) poteſt. Et ſi de quo magis uidetur ineſſe, & non ineſt, ergo nec de quo minus. c. ſi Paulus. xxxij. q. v. l. relegatorum. §. conſtitutum. & ibi Bar. ff. de int. & rel & eſt argumentum in capitu. ſi diligenti. de foro compet.

Et cum de ſententia loquatur hic rurſum tex. quod ſecus eſſet in actibus uoluntariæ iuriſdictionis, qui poſſunt fieri diebus feriatis etiam in honorem Dei, ut docet Azo in ſumma C. eo. & Bal. in l. qui habet. in §. quolibet. ff. de tute. & Bar. in l. actus. C. de fer. & Areti. conſi. xciiij. col. ij.

Et quod dictio ex, denique, cauſam immediatam, & proximam denotat, l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. hoc eſt quod ex ipſo partium conſenſu præcedente, ſententia feratur, alias autem non ſi poſtea fuiſſet ratificata ut hic per Bal. in j. lec. col. j. & bene; quoniam ratihabitio nūquàm trahitur retro, ubi reperitur iuris impedimentum, uel quia defecerit ſolemnitas à principio. l. talis ſcriptura. ff. de legat. j. l. obligari. §. fi. ff. de auc. tut. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hære; Finis.

De edendo.

Paulus lib. iij. ad edictum.

SI LEGATVM PETATVR non iubet pretor verba teſtamenti edere, ideo fortaſſe quia hæredes ſolēt habere exēplum teſtamenti.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatarius teneatur teſtamentum exhibere, ſi legatum petat quia agens hoc idem facere debet regulariter, & ante litem conteſtatam quidem, ut reus ſeu hęres poſsit deliberare nunquid uelit cedere uel contendere quaſi ſit libelli pars. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. l. prima.

ſupra

ſupra eo.Bar. in l.edita col.pen.C.de eden.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia hæres ſolet (ut in text. dicitur) habere teſtamẽti exemplum. Et quia præſumptio eſt etiã quod ſit apud ipſum hæredem argumẽtũ in §.i.in auth.de iureiu.à mo.præſti.& in l. fi. C. de edic.di.Ad.tol. Et quia debet hęres ipſe adhuc ipſum exhibere legatario, & non petere e contra ut ſibi exhibeatur, quia poſſet ſibi reſponderi, amice, petis quod intus habes, l.j.§.ſi debitori.ff. ut in poſſ.legato. Bar.in l.ſi unus in §. pactus eo-lum.v.ff.de pac. & in l. ſiue manifeſtus in princi. ff.de condic. fur.& in c.ex parte.S.nu.3.de reſcr.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, quoniã procedunt regulariter, & iſto in caſu limitantur, ratione prædicta & ut hic per doc. latius.

Præſtatque nobis argumẽtum iſta lex ad multa,& maxime ad illud uulgatum quod legatum petitur & capitur de manu hæredis.l.prima.ff.quorum legato.

Et quod etiam legatarius ipſe, hæres eſt, ſed improprijſsime.l.id tempus, ibi quodãmodo quaſi. ff.de uſucap. quas duas improprietates perpendit ad propoſitum Bal.pulchre iu l.ſi abducta col.ii. C.de furt. alias a ſe ipſo peteret dictu abſurdiſsimum.c.fi.de inſti.Bar.in l.ii.ff.de ſtip.ſeruo.

Et quod ſi ratione dominii petatur editio originale peti poteſt.l.procurator. C.de eden.ſi uero alia ratione exemplum edi debet, ut per iſtum tex.ſignanter dicit ibidem, Soci.in ii.not.

Et quod ubicũque quis à ſe ipſo inſtructus eſſe poteſt, eidẽ editio fieri non debet ut hæres hic qui teſtamentũ habere præſumitur,& ut per Bar. etiam in l.edita præallega.col.x.in princ. C.eod.

Et quod denique argumentum a ſolitis ualet, frequens eſt & probabile, ut etiam probatur in l. ſolemus.ff.de iudic.& in l.certi condictio in §. ſi nummos.ff.ſi cert. pet. & in l. quod ſi nolit in §. quia aſsidua.ff.de edil.edic. Finis.

De pactis.

Vlpianus lib.xxxvj.ad Sabinum.

SI QVIS CREDIDERIT pecuniam, & pactus ſit ut quatenus facere poſsit debitor eatenus agat. an pactum ualeat. Et magis eſt ualere. Nec enim improbum eſt ſi quis hactenus deſiderat cõueniri quatenus facultates eius patiuntur.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum ne quis conueniatur ultra quam facere poſsit, non ualeat, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l.fi.ff.de leg. iii. l.i.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iu. verum ſi maritus paciſcatur, quod inſolidum teneatur pactum non ualet. l.alia.§. eleganter, ff. ſol.mat.ergo nec hic, qui tenetur hic, paciſci poterit ne teneatur niſi inquantum facere poteſt. Et quia non æquę conuenit ut debitor locuples fiat cum iactura creditoris.l. nam hoc natura .ff. de condic.ind.c.locupletari de re,iur.in vi.l.iure naturæ.ff.eod.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia iniquitatem non continet, uſq; adeo ut hac ratione ualere debeat.l. j.l. iuriſgentium.§.prætor ait ſupra eo.Et quia contractus ex conuentione partium legem accipiũt.l.j.§. ſi cõueniat.ff.depo.l.legem.C.de pac. l.contractus.ff. de reg.iur. Et quia etiam in re ſua quiſq; eſt moderator & arbiter & ut dicebam alibi ſupra. *Figulus ollis anſas ponit*.l.in re mandata.C.man.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff. de peti.hær. Et iudex nouiſsime per modum ordinationis non iuriſdictionis, alias obſtaret quod dicitur in l.j.C.ne quis in ſua cauſa, ubi Cy.qui ita declarat ibidem col.j.

Ad oppoſita reſpondetur facile, nanque dicimus quoad primum id uerum eſſe & priuilegio perſonæ inductum, quod ad eius lęſionem retorqueri non debet.l.quod fauore.C.de legi. c.quod ob gratiam de reg.iur.in vj. & ideo non ualet pactum contra bonos mores factum.l.pacta quę cõtra.C.de pac.alias ſecus ut hic per gl.& cum iſtud ſit.d.caſu neque hic conſiderabile, ruit argumentum à contrario iuxta not.plene in rub. ff.de acq. poſſeſſ.

Non ob.ſecundum quia nec creditoris iactura conſideranda eſt pariter ex quo iuri & fauori ſuo paciſcendo potuit renunciare.l.pe. C.de pact.l.ſi iudex.ff.de mino.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, Et maxime quod pacto acquiri poteſt beneficium, quod alias non competeret ex natura contractus, quandoquidem teneatur quis regulariter inſolidum.

Et quod ſimili modo ualere pactũ licere creditori, capere debitorem, de quo etiam in l. j.& ij.& utrobique not.ff.de lib.ho.exhiben. non nihil Bal.hic & bene.

Et quod hoc pacto non indiget maritus, cum ipſius priuilegium ſit communiter.l.maritum.ff. ſolu.mat.nec donans.l.inter eos ad fi ff.de re iud. & eſt argumentum in l.i.C.de theſau.lib.x.

Et quod eſt exceptio quæ non elidit pactum uel actionem, ſed condemnationem moderatur, quouſque paciſcens ueniat ad pinguiorem fortunam ut nota. in l. quod nomine.ff. de condictio. indebi.

Et quod denique debitoris (ut etiam dicitur in gl.) habẽda eſt ratio ne egeat.l.in cõdemnatione. ff.de reg. iur. Et donatoris ſi à donatario conueniatur, ut ad idem dicit etiã tex.in l. inter eos. ad fi.ff.de re iud. Finis.

Paulus lib. vj. regularum.

PER QVOS ACQVIRI NObis ſtipulatiõe poteſt per eoſdem etiam pactis conuentis, meliorem conditionem noſtram fieri poſſe placet.

Dubitandi rationem faciebat, per eos nobis pacto acquiri non poſſe, per quos nobis rurſum acquiritur ſtipulatione, quia omnis ſtipulatio eſt firmior & potentior quàm pactũ, vnde quanquàm nobis ſtipulatione quęratur per alium, non tamen ſic deberet poſſe quęri per pactum. l. j. ff. de uerb. obl. & inſt. eo. in prin. Alias duo ſpecialia ſimul concurrerent, per alium quęri, & etiam pacto ſimplici & male, l. j. C. de dot. promi. l. cũ poſt §. gener. ff. de iu. do. Neq; ſic uideretur pactum, à ſtipulatione differre, & tamen differunt, quia ſtipulatio actionem producit. §. de pecunia autem conſtituta inſtit. de action. pactum autem non de iure ciuili, l. iuriſgẽtiũ. §. ſed cum nulla ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſicuti lex perſonas habilitauit, ut nobis ſtipulatione poſſet quæri, ita habilitaſſe uidetur, pacto etiam quęri poſſe, & conditionem noſtram quoque inde poſſe meliorem fieri.

Qua ſtante, oppoſita & dubitationem faciẽtia ſtatim tolluntur, quia nec dubium eſt, ſtipulationem firmiorem potentioremq́, eſſe pacto, Et minus quod duo ſpecialia concurrere non poſſunt nec ſimul ſtare pro certo habentes rurſum quod ſtipulatio & pactum differunt. l. ſi idem. C. de codicil. ſed hoc non quærimus neque de his dubitamus, uerum perſonarum habilitatem (ut hic dicunt docto. Iacob. Butr. Alber. Fulgoſ. & omnes) ergo ubi conuentio de ſe habilis eſt, quæ perſona poteſt nobis per ſtipulationem quęrere, poteſt eadem quoque nobis quęrere pacto.

Et præſtat rurſum nobis, hæc lex argumentum ad multa, Et maxime quod in aliis prohibetur, (uulgatumq́ue dictum eſt) id quod in uno permittitur. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procurat. l. quod labeo. ff. de compen. nanque hi per quos nobis quęritur, ſi poſſunt conditionem noſtram meliorem facere & ſtipulatione & pacto, non debent poſſe eam facere deteriorem, præſertim in iam quæſitis. l. ſeruus. C. de pac.

Et quod plus & minus maxime quoad eundem effectum (puta acquiſitionis in caſu pręſenti) non faciũt rem differre ſpecie, ut etiam dicitur in l. fi. ff. de fun. inſt.

Et quod in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uend. nimirum igitur ſi pacto quæri nobis poteſt per eos per quos nobis quęri poteſt ſtipulatione, quoniam ſtipulatio pactum eſt, uerbis ueſtitum, ut no. in l. iuriſgentium in §. quinimmo. ſupra eo.

Et quod quamuis ſimile non ſit idem. l. quod nerua. ff. depo. l. j. iuncta glo. ff. quod iuſſu. effectu tamen non differunt, qui maxime conſideratur hic. l. quod ſi dubitet. ff. de acqu. hæ. l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth. Bal. in c. j. nu. 8. de alienat. iud. mut. cau. fac.

Et quod deniq; ubi agitur de conceſſo & prohibito maxime effectum attendimus, ut etiam dicitur in l. mulier. ff. de dona. inter ui. & vxo. Bald. pulchre in l. prima in rep. col. ij. C. de emancip. libe. Finis.

De his qui notantur infamia.

Vlpianus lib. viii. ad edictum.

NOTATVR QVAE PER calumniam uentris nomine in poſſeſsionẽ miſſa eſt, dũ ſe aſſeuerat prægnantem.

Dubitandi rationem faciebat, inſamia haud notari mulierem quæ ſe prægnantem eſſe dixit, quæq; uęntris nomine in poſſeſsionem eſt miſſa, quia falſa exiſtimatione decipi potuit. l. ea quæ infra eod. Et quia regulariter ita agendum eſt, ſi dicat ſe prægnantem, iudexq́ue imputandus eſt ſi non inquirat, l. prima. ff. ſi mulier uent. no. Et quia ſic alias duplici afficeretur pœna, reſtitutionis ſcilicet bonorum ac fructuum & infamię, & male. l. teſtamento centurio, ff. de ma. teſt. l. diuus. ff. de offi. præſid. Et quia etiam fragilitate ſexus debet excuſari, l. regula. ff. de iur. & fac. igno. l. ii. §. uerba. ff. ad Vell. Et quia fama ac uita ęquiparantur. l. iuſta. ff. de ma. uind. at uita pro ſimplici mendatio adimi non debet, ergo nec fama.

Contrarium tamen deciditur, hic. Et ratio deciſionis eſt quia pręrorem decepit, & doloſe quidem, actio autem de dolo infamat. l. prima. ff. de dolo. l. debuit infra eo. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, non primum quia in inductione ſecum reſponſionem attulit, eo in caſu muliere falſa exiſtimatiõe fuiſſe deceptam hic autem mendacio & ſic doloſe dixiſſe ſe eſſe prægnantem, nimirum igitur ſi efficitur infamis ut ſupra. Non ſecundum, quia imo iudex imputandus non eſt, ex quo mulieri iſtud ipſum aſſerenti erat credendum. d. l. ea quę.

Non tertium, quia reſtitutio ſolutio eſt, ergo non pœna. d. l. teſtamento centurio. Non ob. quartum, quia pręponderat mendacium & dolus, qui non excuſat. l. ex cauſa. §. nunc uidendum. ff. de mino. & ut hic & in l. j. in §. per calumniam. ff. ſi mul. uen. no. Non ultimum denique, quia nõ eſt uerum, in perſonis uilibus, & mendacibus, atq; doloſis, ut in ſimili dicit Bar. in l. j. ad fi. ff. de pœ. dando intellectum ad tex. in l. in ſeruorum. ff. eo.

Præſtatq; nobis iſta lex argumentum ſanè ad

multa

multa, Et maxime quod mēdacium & dolus non debet mendaci & doloſo prodeſſe. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. pe. ibi mendax præcator careat peni tus impetratis. C. ſi contra ius uel uti. publ. c. ſe des apoſtolica. de reſcrip.

Et quod malitiis hominum obuiandum eſt, ſi ue prouidendum, l. in fundo. ff. de rei uend.

Et quod qui mendacium dicit ſine mentitur, facit ſe indignum, auth. contra qui propriam. C. de non nu. pec. Fel. in c. ad audientiam. ij. in uer. literæ beneficiales. col. ij. de reſcrip.

Et quod mendax furi ſimilis eſt. l. hæreditatū. §. fi. ff. ad leg. Fal. nimirum igitur ſi illi non parci tur ſicuti nec iſti, ut inquit Bertran. conſi. cxix. ad finem. uol. j.

Et quod denique idem quod hic locum habe bit etiam in patre ſi calumniæ cauſa pariter paſ ſus fuerit, filium quē habebat in poteſtate in poſ. mit. uentris nomine, ut clare dicitur in l. nō alia. infra eo. Finis.

De procuratoribus.

Paulus lib. viij. ad edictum.

SI POST DATVM PRO curatorem capitales ini micitiæ interceſſerint nō cogendum accipere iudi cium, nec ſtipulationem ob rem non defenſam committi, quo niam noua cauſa ſit.

Dubitandi rationem faciebat, quod poſt datū id eſt conſtitutum procuratorem, non poſſit pa trocinium & defenſio reuocari, quia uariatio, & inconſtantia reprobatur a lege. l. in cauſæ. infra eo. c. cum in multis. de reſcript. in vj. Et quia di ſplicere non poteſt amplius, quod ſemel placuit, ut in regula quod ſemel placuit. de reg. iur. in vj. & in l. ſicut. C. de act. & ob. Et quia dicitur etiam in l. filiusfamilias. in §. fi. ſupra eo. ſic formaliter, ait prætor, procuratorem datum id eſt conſtitu tum accipere cogam, alias committetur ſtipulatio ob rem non defenſam. l. ſi defunctus. in prin. in fra eo. Et quia mandatum plene executum non poteſt reuocari. l. ſi uero non remunerandi. §. ſi mandauero. ff. mand. Et quia denique actus per fecti & iam conſūmati ex ſuperueniente cauſa nō retractantur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. furioſum. C. qui teſt. face. poſ.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deci ſionis eſt, quia quæ de nouo emergunt nouo in digent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. de int. ac. c. cæterum. de iura. cal. cum igitur inimicitiæ capi tales interceſſerint hic, iudicium accipere non co getur procurator.

Ad oppoſita reſpondetur primum, & ſecūdum non obſtare, quoniam uera ſunt cum ex cauſa nō licet, quæ in quacunq; diſpoſitione ſemper exce pta intelligitur. l. ſi hominem. ff. mand. l. qui iura to. ff. qui ſatiſd. cog. & ut in d. iuribus allegatis ſu pra, quæ per iſtam legem hoc modo limitantur.

Non ob. tertium, quia hic mandatum non erat executum nimirum igitur ſi poteſt reuocari. quo modo tollitur quoque ultimum, quia non eſt ue rum quod actus eſſet perfectus.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad mul ta, & maxime ad id, quod ubi eſt noua cauſa ibi etiam nouus eſt effectus, ut etiam ſentit Bal. adde tu nimirum, quia ſemper ſuæ cauſæ commenſurā dus eſt. l. ita autem. in princ. ff. de admi. tu. l. can cellauerat. ff. de his quæ in teſt. de Pau. Caſt. con ſil. lxxxiij. col. iij. uol. ij. ſed cauſa eſt noua, ergo & effectus.

Et quod nūquam ſe quis ad aliquid aſtrinxiſſe uidetur (ut idem Bal. inquit) quo minus ſe defen dat ex ſuperuenienti cauſa, & bene, licet & ad iſtud nihil alleget, quia (ut dicebam ſupra) ſemper ex cepta uidetur, & nouiſſime probatur etiā in l. fi liusfamilias. in §. fi. ubi idem caſus ut hic ſupra eo.

Et quod inimicitiæ niſi fuerint capitales non urgent, ut hic & in l. procuratoribus. C. eo. & in l. iij. in §. fi. ff. de adi. leg. Et hinc uidemus etiam quod tutor amicus, factus tamen inimicus capita lis, non confirmatur. l. inter. §. j. ff. de teſta. tute. & eſt argumentum in c. cū R. canonicus. de of. dele.

Et quod non eſt cogendus quis aliquid facere quod iure aut ratione fieri non debet. l. non co gendum. in prin. & in §. fi. infra eo.

Et quod denique a ſimili ſi inter arbitrum, & partem inimicitia exoriatur, poterit pars prote ſtari, ne arbitretur, & ſi pronunciauerit obſtabit exceptio etiā non probata iniquitate laudi; quia ius ſemper præſumit quod ſit iniquum, ut eſt ca ſus, & ibi Bal. not. & exclamat memoriæ tenendū eſſe in l. non diſtinguemus. in §. cum quidam. ff. de arbitr. Finis.

Paulus lib. lxxx. ad edictum.

PROCVRATOR CVI GE neraliter libera adminiſtra tio rerum commiſſa eſt po teſt exigere, nouare, aliud pro alio permutare.

Dubitandi rationem faciebat, quod procura tor cum libera non poſſit omnia, quæ poſſet do minus facere, quia procurator Cæſaris præſumi tur habere mandatum cum libera & tamen nō alie nat. l. j. ff. de offi. procu. Cæſa. ergo nec hic. Et quia tutor & procurator cum libera æquiparantur. l. j. ff. de tute. & tamen tutor non alienat. l. j. ff. de bo eo. l. magis puto. §. ne paſſim. ff. eo. Et quia uide tur caſus facilimę inductionis in l. mandato gen rali. & in l. procurator totorum. infra eo.

Contrarium tamen deciditur in l.iſta, Et ratio deciſionis eſt, quia cum habeat mandatum cum libera debet poſſe exigere nouare aliud pro alio permutare, & alienare, ac alia omnia agere ex quo perinde eſt ac ſi dominus ea faceret. Et iſto caſu qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur.l.ita autem.§.geſsiſſe.ff.de admi.tuto.l.certe ff.de preca. & in reg.qui per aliũ.de re.iu.in vi.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quia ſpeciale eſt in procuratore Cæſaris, & ſi ſic eſt in contrarium erit iuris communis diſpoſitio, ut hic.l.ius ſingulare.l.quod uere contra.ff. de legi.c.præſenti.§.loca.de pręben.in vi.vel dic quod imo mandatum cum libera habere non uideatur, ut ibi not. ergo nec mirum ſi non alienat, hic autem ſic. Non ob.ſecundum, quia eſto quod poſsit facere conditionem pupilli meliorem, nõ tamen præſumetur ſeu uidebitur, (ut dicebatur) habere mandatum cum libera, ea de re æquiparatio non eſt bona, & procurator cum libera alienabit abſque dubio, tutor uero non. Nõ deniq; & ultimo allegata iura ad idem, quia nimirum eſt dictis caſibus, ex quo mandatum cum libera non habebat.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime quod uerbum libera prærogatiuã quandam abſolutam denotare uidetur, ut in pulchro caſu etiam ſepulturæ, & ſignanter præceteris per iſtum tex. inquit Anch.conſi.lvi.col.i.

Et quod procurator cum libera poterit literas impetrare, de quo tamen Abb.in c.ex parte decani.col.ult.de reſcrip.

Et quod generale mandatum cum libera intelligitur indefinite, ſine ulla cohartatione, ad differentiam generalis nõ ſimpliciter ſed cum quadam limitatione, ut exemplificat Bald. conſi. ccclxxxiii.col.i.& ii.uol.iii.

Et quod prælatus cum habeat generalem adminiſtrationem ſed non liberam nõ poteſt neq; tranſigere neque alienare res eccleſiæ, de quo tamen per Hoſti. in ſum. de tranſac. in §.quis poteſt.col.ii.& Fel.in c.edoceri.col.iiii.de reſcrip.

Et quod deniq; habere mandatum cum libera & ſpeciale ſunt paria. ut per Bal.in l.illud.in §.i. per iſtum tex.ff.de mino. Finis.

De negotiis geſtis.

Vlpianus lib.x.ad edictum.

SI FILIVSFAMILIAS negocia geſsiſſe proponatur æquiſsimum erit in patrẽ quoq; actionẽ dari, ſiue peculium habeat, ſiue in rem patris ſui verterit. & ſi ancilla ſit ſimili modo.

Dubitandi rationem faciebat, ſi filius negotia geſsit quod in patrem actio non detur, quia dicit alibi tex.in l.filiusfamilias.ff.de ac.& ob.quod ex omnibus cauſis tãquam paterfamilias obligatur. Et quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri ut in regula non debet.ff.de re.iur. & in l.ſi unus.in §.ante omnia.ff.de pac. Et quia actio negotiorum geſtorum eſt perſonalis, neq; dari debet in patrem alias eſſet realis & male.l.negotiis.C.eo.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſi peculium habet, conſequens eſt, ut pater teneatur.vel ſi in rem ipſius negotiũ quod geſtum fuit, uerſum ſit (ut tex.met ſubiicit) dicens hac ratione iſtud quoq; æquiſsimum eſſe, alias fieret locuples pater cum iactura alterius quod a natura eſt alienum penitus.l.nam hoc natura.ff.de condic.ind.l.iure naturæ.ff.de reg.iu. c.locupletari.de reg.iur.in vj. Et idem (ſubiicit tex.) dici debet in ancilla ſi negotia geſsiſſet aliena, ut dñs de peculio & de in rẽ uerſo teneatur.

Ad oppoſita reſpondetur facile, nãq; primum non ob.quia uerum eſt quod obligatur, ſed non quod in patrem non detur actio.ſi peculium habeat filij, uel ſi in rem ipſius uerſum ſit (ut diximus) negotium. Non ſecundum, quia ex his idẽ dici nõ poteſt, & quia foret tũc iniquitas, ſi nihil haberet in peculio, neq; in rem patris negotium uerſum fuiſſet. Non deniq; & tertium, quia ſtant iſta ſimul quod ſit perſonalis, & tamen detur in patrẽ actio, quatenus eſt in peculio, uel ſi in patrem negotium uerſum ſit.

Et præſtat nobis inſuper iſta lex argumentum ad multa, & potiſsimum quod dictio quoq; implicatiua eſt.l.ſeruũ quoq;.ſupra eo.l.manumiſsiones quoq;.ff.de iuſti.& iur.& ſenſus hic non modo filium teneri inſolidum ſed pater quoque de peculio uel de in rem uerſo.

Et quod argumentum de ſeruo ad filium ſiue è contra de filio ad ſeruũ procedit (licet enim hic de ancilla loquatur Iuriſconſ. attamen in ſeruo etiã intelligi debet, exempla non reſtringunt regulam.§.hactenus.inſti.de gradi.)§.idẽ iuris.inſti.de ſtip.ſer.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.l.intãtum.§.j.ff.de ſer.corrup.l.ſeruus.l.filius paciſcendo.C.de pac.

Et quod id quod æquitate nititur, facile trãſit, de una perſona ad aliam, ut hic de filiofam.ad ancillã, quod dominus teneatur de peculio, uel de in rem uerſo ut pater, & ita in ſimili arguit etiã Ro.conſi.xxiiii.col.j.

Et quod de ſimilibus idem eſt iudicium, ut in uino & in aceto dicit Bal.in ſtatu.uinum, nu.1. quemadmodum hic in filio & in ancilla Iuriſcõ.

Et quod deniq; pater ratione peculij obligatus eſt de iure prętorio qua ratione forte dixit etiam hic Iuriſcon.actionẽ dari in patrẽ æquiſsimum eſſe.l.æquiſsimũ.ff.bo.poſ.ſec.tab. Ro.conſ.præalleg.& quod.d.iure teneatur & obligatus ſit, probatur in l.j.in §.uerba.ff.de pecu.& ſi de in rem

uerſo agatur, quod tunc de peculio agi non poterit.l.j.in prin.ff.de in rem uerſo. Finis.

ADDITIO.

Dubitandi rationem faciebat, non idem dici debere in ancilla, quia uerba edicti talia ſunt. quod cum eo qui in aliena poteſtate negotium geſtum erit, actionem in patrem uel dominum dabo.l.j.ff.de pecu.in prin.& ſic de eo, non de ea dicit, ergo nõ idem rurſus in ancilla, quod in filio familias hic dicitur, locum habebit. Sol.licet de eo loquatur edictum ob eam tamen quæ eſt fœmini ſexus etiam dabitur ex eo edicto actio ibi Iuriſcon.in fine principij,& in l.j.in §.j. ff.de conſti.pec.& eſt extenſio ipſius declaratiua, quia omnino regula etiam eſt quod maſculinum fœmininum concipiat l.j.ff.de uer.ſig.plene not.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.

De iudiciis.

Vlpianus lib.ix.ad edictum.

INSVLAE ITALIAE pars Italiæ ſunt,& cuiusq; prouinciæ.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui ſunt in inſulis non teneãtur in Italia reſpondere, quia certum eſt quod eidem præſidebant correctores, ut in prouinciis præſides. l.ex omnibus.l.ij.iij.iiij.v.vij.viij.ix.xij.xiiij.xv.xvj.& ulti. ff. de offi. præſi.ergo conuenit æquumq; eſt, eos ſub ſuis iudicibus conueniri, alias extra territorium ius dicenti impune nõ paretur inquit Iuriſcon. in l.fi. ff.de iu.om.iud.l.fi.C.ſi a non compe.iud.c.ij.ad fi.de conſt.in vi c.ſtatutum.ad fi.de præb.eo.lib.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia inſulæ Italiæ, ſunt ipſius pars,& cuiuſque prouinciæ.ergo qui iudex eſt totius diceturetiam iudex reſpectu partis, quãdoquidem id totum eſſe dicatur, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. l.i. ff. de origine iuris. argumentum in l.quæ de tota.ff.de rei uend. l.ſi quis cum totum ibi ná pars in toto eſt. ff.de excep.rei iud.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quia eſto quod præſit Italiæ præeſſe tamen dicetur etiam inſulis ratione prædicta.

Et præſtat nobis argumentum hæc lex ad multa,& maxime quod inſulæ ab Italia non diſtantes ultra centum miliaria, ipſius eſſe dicuntur, & ſic intra duas dietas ut hic dicunt Doc. poſt Bar. in trac.Tyberiad.Xoſi.nullius de inſu. col.ii.

Et quod Italia, Gallia, atque Sicilia, Venetorumq́ue mari, ac Leonis, terminatur.l.notionem. §.j.ubi glo.ff.de off.præfec.urb.

Et quod licet ſic hodie appelletur, olim tamẽ (vt inquit Beroſus Babiloni. antiquita. lib.iii.) Cytim eam priſci uocabant, aliiſque nominibus ut alibi dixi ſatis.

Et quod non eſt prouincia, ſed prouinciarum domina, ut inquit etiã gl.in auth, quia in prouincia.C.ubi de cr.agi.op.licet nũc ſerua ut hic per Bal.qui ita dicebat anno.1408.& ipſius ſtatum, ac infelitates deplorat, & licet ex hoc tex. iſtud elici poſſe uideatur, & ut in l.hæres abſens. in §.fi. infra eo. attamen ſcias quod aliquando etiam prouincia appellatur, ut in l.fi.C.de temp. in inte.reſti.pet.& in l.fi.C.ſi.cen.uel reliq. & in authen.caſſa.C.de ſacroſ.eccle. Bar.in extrauagan. ad reprim.in uer.Italiæ. Veronen.in d.§.j. nu.1. Quod tamen domina eſſet, & regina prouinciarum, Antonini Pii Nummiſma a tergo declarat. Palliata enim orbi inſidet coronata, manu dextra ſceptrum̃ geſtans Imperii ſignum, quia toto dominabatur orbi, ſiniſtra uero cornucopia, ut inde etiam fertilitatis agri index eſſet. Dominata poſtea annis 60 a Gottis ſcilicet, Vnnis, Vandalis, Oſtrogottis & Herulis, ſæpe etiam Roma capta, & dirupta, poſtea annis 204. identiatem ſubiugata a Longobardis, tandem ab Adriano Põtifice uocatus Carolus magnus ipſius ope & auxilio liberata eſt, imperiumq́ue tunc tranſlatum in Gallos, deinde in Germanos.

Et quod denique territorium naturali ratione accedit ciuitati, quodq́ue membra debent a capite regi ut inquit Bal.(ubi multa) conſi.ccclvij. col.j.uol.v. Et quod (ut idem Bal.hic etiam dicit) præſumitur eſſe de comitatu, quicquid eſt intra fines ipſius. Et quod Roma Italiæ pars eſt, imo caput, ut in l.cum furioſus.in §.fi.not.infra eod.vberrimus Canoniſtarum fons, mater aliarũ urbium & magiſtra pulchre ait etiam Fely.in c. quoniam frequenter. in §. porro. col.iiii.ut lite non conte.& not.in prohe.vi.& in c. fin. de foro compe.& in l.i.in §.& ſi quis.C.de uete.iu.enuclean. Finis.

Vlpianus lib.xii.ad edictum.

SI A ME FVERIT ARROgatus qui mecum erat litem conteſtatus vel cũ quo ego ſolui iudicium Marcel.lib.iij.dig. ſcribit. quoniam nec ab initio inter nos potuit iudicium conſiſtere.

Dubitandi rationem faciebat, quod iudicium inter patrem arrogantem, & filium arrogatum, cum quo erat facta lit.conteſtatio, non ſoluatur, quia iam erat cœptum, imo formatum ab ipſa litis conteſtatione, priuſquàm fuiſſet arrogatus,& ſic non amplius res integra, quo caſu multa fieri prohibentur, quæ alias a lege forent permiſſa.

Et hinc eſt, quod procurator dicto tempore reuocari non poteſt niſi ex cauſa. l.ante litem.l. poſt litem.ff.de procur.quodque fit dominus litis.l.procuratoribus.C.eo. Et maxime quia litis

conteſtatione

conteſtatione adhuc quaſi contrahitur, ut dicit Bar.in l.i.nu.18.C.de lit.conte. & Bal.in l.ii.in §.i.col.ii.ff.de præto.ſtipu.contractus a principio ſunt uoluntatis ex poſtfacto neceſsitatis.l.ſi cut.C.de ac.& oblig.ergo. Eſtque argumentum etiam in l.circa.ff.de inoff.teſta.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia res deuenit ad eum caſum a quo incipere non poteſt.l.huic ſcripturæ.ad fi. & ſequen.ff.ad legem Aqui.l.pluribus.§.& ſi placeat.l.exiſtimo.ff.de uer. obli. & ut etiam hic dicitur ad finem.

Ad oppoſita reſpondetur vera omnia eſſe, & quod iudicium iam ſit cęptum, imo formatum, quodq; litis conteſtatione quaſi contrahi dicatur, & quod deniq; cõtractus ſint a principio uoluntatis, ex poſtfacto uero neceſsitatis, ſed quod non ſoluatur falſum, ex quo ante & ab initio iudicium inter eos conſiſtere non potuiſſet; ergo nec ratione ſupra dicta, poſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod natura rei impedimento eſt, quod non magis cum his quos in poteſtate habemus, quam nobiſcum ipſi agere poſſumus, ut etiã dicitur in l.ne cum filiofamilias.ff.de fur.

Et quod ſi litigans cum monaſterio pendente lite efficiatur monachus inſtãtia perit, ut hic per, Bal.poſt Iaco.de Are.in l.ſi mulier. ff.ſol.mat.& in l.fi.ff.rer.amo.& Pau.Caſt.hic.

Et quod ſi poſt inſtrumentum confectum notarius condẽnatus eſt de falſo, quia res nõ deuenit ad eũ caſum a quo incipere non poterat, nec inſtrumentum ob id uitiabitur argumẽtum in l. qui in poteſtate.in §.fin.ff.de teſta. Bal. in l.j.C. eo.not.in c.ut officiũ.de hære.in vj.multa Paul. Caſt.conſi.ciij.nu.2.uol.ij.

Et quod ſi quis puta Titius donaſſet mulieri, ualeret donatio, ſed non ſi inter eos matrimoniũ ſequatur poſtea, quia res deduci ad eam cauſam uidetur, a qua incipere non potuit ut hic, & per, Odof.in l.ſi gaudentius.C.de contrah.emp.

Et quod deniq; ſi tempore legitimationis ſpurii non extent filii legitimi & naturales, & poſtea ſuperueniant, infringitur legitimatio, quia (ut dictum eſt) actus uitiatur, quando res deuenit ad eum caſum a quo incipere non poteſt, & nouiſsime probatur etiam in l.Vranius.uer.cum duo.ff.de fideiuſſo.Alexan.conſi. clxxxvij.col.j. uol.v. Finis.

Vlpianus lib.xxii.ad edictum.

IVLIANVS AIT SI ALTER ex litigatoribus iudicem ſolum hæredem vel ex parte fecerit, alius iudex neceſſario ſumendus eſt, quia iniquum eſt aliquem ſuæ rei iudicem fieri.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod ſi iudex ſucceſſerit litigatori non deſinat eſſe iudex, quia iudicium iam erat cœptum, & ipſi iudici etiam ius acquiſitum, quod non debet poſſe ſibi auferri argumentum in l.ubi cœptum.infra eo.& in l.fin. ff.de pac. Et maxime quia ſic ut ſuſpectus recuſari uideretur ſine cauſa, nefarium & graue uiro probatæ uitæ, ut not.in l.apertiſsimi. C.de iudi. & in c.ſuſpicionis.de offi.dele.& eſt argumentũ in l.ii.in §.circa.de except.do. Et quia iudex uir bonus dicitur, neque præſumitur ueriſimiliter quod iniuſte iudicet.l.uir bonus. ff.iudic. ſol. l. Herennius. §. Caia.ff.de euic. vel ſaltim dici poteſt quod alteri cauſam deleget, argumentum in cap.ab arbitris.& in cap. iudex. de officio delegat.in vi.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt (ut in ipſo tex.dicitur) quoniam iniquum eſt aliquem ſuæ rei iudicem fieri, & in l.i. C.ne quis in ſua cau.& in l.qui iuriſdictioni. ff. de iur.om.iud.& in l.pe.ff.de arb. Et quia etiam (ut dicebam in l.proxima) res deuenit ad eum caſum a quo incipere non potuit.l.pluribus. §.et ſi placeat.l.exiſtimo.ff.de uer.obl.ſed ab initio iudex in re ſua eſſe non potuiſſet, ergo nec ex poſt facto.

Ad oppoſita reſpondetur uera non eſſe, non primum, quia eſto quod cęptum ſit iudicium iudiciq; ius etiam acquiſitum non propterea ſequitur quod ſibi auferri non poſsit rationibus ſupra dictis.& ſic ex cauſa, quæ in quacunque diſpoſitione ſemper excepta uidetur. l. ſi hominem.ff. manda. Ex quo tollitur ſecundum quoque, quia imo cum cauſa recuſatur, cum ſucceſſerit litigatori. Non obſtat tertium, quia pręſumptio quæ pro iudice eſt in dubio, per aliam præſumptionem tollitur, ne in ſui fauorem iudicet, ſibique malit proſpicere potius ut ueriſimile etiam eſt, quàm alteri.l.diuus. ff. de reſtitut.in integrum. argumentum in capitu. ſicut. de ſenten.excommunica.& ita declarat Deci.in cap.prudentiam. colum.viij.de offic.delega. Non denique & ultimum, quoniam delegatus nihil proprium habet, & fungitur uice delegantis.l.i.§.1. ff. de off. eius.l.ſolet.ff.de iuriſdi.omniũ iudic. ſi delegans igitur cognoſcere non poteſt, minime poterit delegatus.

Et præſtat amplius nobis iſta lex argumentum ad multa, & præcipue, quod legiſlator eſt fautor æquitatis.l.quod ſi epheſi. ff. de eo quod certo loco.l.diuus. ff. de reſtitutio. in integrum. ideo dicit hic iniquum eſſe aliquem ſuæ rei iudicem fieri, multa Bald.conſil. cccclxxiii. col.i. uolmi.v.

Et quod rurſum ita dixit, quoniam iniquitas omnia præcipitat, opuſque iniquitatis eſt peccatum, imo quod angelorum uirtus combuſta fuit (ut aiunt) iniquitatis fumo. nerbaque ſunt Adaman. in capitu. inter hæc. de pœn. diſtin.iii.

Et quod ſicnti hic iniquum eſt quem eſſe iudicem in re ſua, ita iniquum eſt, non ſolui in loco deſtinatæ ſolutionis. l.j.ff, de eo quod cer.lo.

Et quod iudex & ſuperior debet occurrere manifeſtæ iniquitati, etiam quod eſſet uia præcluſa pacto uel ſtatuto parti, ut no, etiam Bar. in l.j. ff, quod ui aut clam. & Anchar, conſ, clxvij. col.j. & conſ, ccvij, col, iij,

Et quod denique nemo habet auctoritatem in ſe ipſo, ut per Bal. etiam in pulchro caſu, inq; ſtatut. epiſcopus. nu.1. latiſsime in l.cum ipſe. col.i, C, de contr.emp. Finis,

Paulus lib, lviij. ad edictum,

OMNEM OBLIGATIONEM pro cõtractu habendam exiſtimandum eſt, vt vbicunq; aliquis obligetur & contrahi videatur quãuis non ex crediti cauſa debeatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod alibi conueniri poſsit etiam is, qui in uno loco obligatus eſt, vel ratione contractus uel delicti, quia uidemus ſi adiuiſſet hæreditatem hic Patauij, quod Patauij reſpondere non teneretur. l.de eo. infra eo. Et ſi ruſum in prouincia fuerit obligatus, quod poterit conueniri etiam in domicilii ſni loco, ut ſupra in l.proxima. in §.fi.

Contrarium tamen deciditur hic, inq; l.iſta. Et ratio eſt deciſionis, quia obligatione efficitur de foro in quo obligatio contracta eſt, uel rõne cõtractus, vel ratione delicti, imo (vt inquit tex.) quod & contrahere uidetur nbicunq; obligatnr.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ſpeciale eſt ibi in quaſi contractu qui inducitur per aditionem hæreditatis. l.apud Iulianum. §.fi. ff. quib, ex cau. in poſ.ea. vſque adeo vt nec locus aditionis cõſideretur, quandoquidẽ quaſi contractus huiuſmodi, ex alieno pendeat iure, delatæ ſcilicet hæreditatis, nec habeat cauſam per ſe ſubſiſtendi. Vel dicamus quod contractus. & quaſi, quantum ad ius fori exequentur, nt hic, non quantum ad ius reuocandi domum, nt ibi. & ut hic per docto. latius. Non ob. ſecundum, quia & id quoque uerum eſt, ſed non tollit tamen, quod non teneatur reſpondere in loco in quo ſe obligauit ſi connentus fuerit ut hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod contractus ratione cuius quis ſortitur forum, largiſsime accipitnr ſiue uerus ſit uel quaſi cõtractus, uel aliud vnde obligatio oriatur, ut etiam & ſiguãter per iſtum tex. dicit Abb. in c.fi. col.xj. de fo.comp.

Et quod ſtante ſtatuto, mulierẽ cõtrahere non poſſe ſine conſenſu conſanguineorũ, non poterit quoq; hæreditatem adire, ex quo pro contractu accipitnr omnis obligatio ut hic, ita Bar. in l.morẽ. ff. de acquiren. hæredi.

Et quod id quod uenit ex accidenti propter moram non dicetur uenire iure actionis uel contractus, neq; iure delicti ſumpto argumento de contractibus ad delicta, ut hic, & per Bal. in c. ex literis. nu.26. de conſti.

Et quod ſicuti pater in feudo poteſt filio præiudicare contrahendo, poterit quoq; delinquendo, ratione ſupra dicta, & de qua hic, ut plene tamen tradit Cur. Iuni. olim collega. in feud. inq; par.v. conclu.v. trac.vj. principali ad fi.

Et quod ſicuti contractus nominati ſnnt, & innominati, ita etiam ſunt delicta, arguẽdo de uno ad aliud, ut hic, & declarat ac exemplificat etiam Iaſ. in l.ſi familia. col.i. ad fi. ff. de iuriſ. omnium iudicum. Finis.

ADDITIO.

Eſt uerum quod argumentum nõ ſemper procedit, quia quis in ſe ipſum delinquere poteſt, ut Cato Vticenſis, Luchretia, Dido, & ſimiles. ſecũ autem contrahere nõ, l.i. ff. de bo.eo. qui ſibi ip. mor. conſciue. l.Labeo. §. contractum. ff. de uerb. ſig. l.ii. ff. de ſtip.ſer. Bal. in l.i. co.i. C. de ſer.fug.

Et quod procedit uerumq; eſt, quod æquiparẽtur quo ad forũ, ſed nõ quo ad pœnã, ut inqnit idẽ Bal. in l.in actionibns. ff. de his qui not.infa.

Et quod ſtante ſtatuto, mulierem non poſſe obligari abſq; certa ſolemnitate, non comprehẽdetur obligatio delicti uel quaſi, ſecnndum Iaſ. in l.ſi unus. in §.pactus. col.ix. de pac.

Et quod inanis eſt actio in contractibus quã inopia debitoris excludit. l.nam his. ff. de dolo. l, itaq; fullo. ff. de fur. c.olim. de reſti. ſpol. in delictis non, ex quo fit pœnæ commutatio, pecuniariæ in corporalem, iuxta illud qui non habet in ære luat in corpus de quo in l.quicũq;. C. de ſer. fugi. & in l.ſi quis iniuriam. ff. de iniur. & in l.qui ædes. de incen.rui.nauf.

Et quod delictum prælati nocet ſubditis, non contractus, nt per doc. in l.iubemus nullam. C. de ſac.ſan.ece, Pau. Caſt. conſi.xx. col.iii. uol.j.

Paulus lib.iii. ad Plautium.

QVI NON COGITVR IN aliquo loco iudicium pati, ſi ipſe ibi agat, ibi cogitur excipere actiones, & ad eundem iudicem mitti.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod qui agit nõ cogatur ſe defendere, quia ius reuocandi domum habet, priuilegiumq; eſt quod ſibi auferri nõ debet. c.indultum. de reg. iur. in vi. & probatur in l. ii. in §.legatis. ſupra eo. Et clarius in §. ſed ſi agãt ea. l. ubi habens ius reuocandi domum agebat, & tamen non cogebatur ſe defendere reconuentus ibidem. Et quia non debet quis eſſe in poteſtate ſui aduerſarii, ut per d.§. ſed ſi agant. inquit Bal. conſ. clxxiiii. col.ii. uol.ii.

Contrarium tamen hic deciditur. Eſtq́ue deciſionis ratio, quia continentia cauſæ diuidi non debet.l.nulli.C.de iudi. Et quia quod æquum eſſe pro ſe putat, non iniquum etiam contra ſe putare debet.l.cum Papinianus. & auth. ibi poſita. C.de ſenten. Abb.in c.j.col.xiij.de mut.pet.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, nõ primum, quia ius reuocandi domum habet ſi non agat, uerum agẽdo illud perdit facile ratione ſupra dicta, & eſt argumentum in l.eius militis. in §.ſi militia miſſus.ff.de mili. teſta. Non ſecundum, quia ſpeciale eſt dicto caſu ſi iniuriam ſuá proſequatur aut furtum uel damnum paſſus ſit, alioquin (ut ibi dicitur) aut impune contumeliis & damnis afficietur, aut erit in poteſtate cuiuſq; pulſando, eum, ſubiicere dum ſe maxime uindicat, iuriſdictioni alterius. late Abb.in d.c.j.co.x.

Non ob. ultimum, quia uerum eſt id in actore neceſſario, hic autem loquitur tex. in uoluntario, ergo. & ut ibi per Bal. latius.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod non ſemper argumentũ procedit de cauſis ciuilibus ad criminalia, quia ſi agat criminaliter quis coram iudice non ſuo, ibi criminaliter reconueniri non poterit, ſi ciuiliter autem ſic, poteritq́ue ſic ciuiliter reconueniri, tenebiturq́ue reconuentus reſpondere, ut hic, & fuſius not. Abb.in d.c.j.col.x.præalleg. de mutu.peti. & limitabitur quod habetur in l. abſentem.ff. de pœn.

Et quod lex ſuccurrit magis facienti actum ex neceſſitate quàm ex uoluntate, quia (ut dictum eſt) ſi agat neceſſatio quis, reconueniri non poterit, neque reſpondere cogetur coram iudice non ſuo, ſi uoluntarie autem ſic, & probatur etiam regu.in l.ſi fideiuſſor.in §.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cogan.

Et quod ſi reus petat pœnam, de qua in l.in criminali.C.de iu.om.iud. poterit iudicis officium incidenter implorare, quanquàm iudex incompetens ſit, quia eſto quod ſit incompetens reſpectu iudicij principalis non eſt tamen incompetens reſpectu pœnæ infligẽdæ, ex quo ille qui elegit eum pro ſe non debet dedignari in hoc habere iudicem contra ſe, ita Bal. in d.l.in criminali. colum.ij.

Et quod reconuentio ampliat iuriſdictionem ſi detur defectus in ea, reſpectu perſonæ, ut etiá declarat Abb.in c.at ſi clerici.col.vij.de iudi.

Et quod denique in cauſa reconuentionis habetur reſpectus ad dioceſim rei originarij, quia (ut hic dicitur, & in d.l.cum Papinianus) quis tenetur reſpondere in eo loco, in quo conuenit aduerſarium, inquit idem Abb. in cap.nonnulli. in prin.col.iiij.de reſcrip. Finis.

ADDITIO.

Præſtat adhuc etiam argumentum nobis hæc lex ad aliud, quod licet factũ a iudice, quo ad eius iuriſdictionẽ non pertineat, uel ad eius officium non ſpectet, ratum habendũ non ſit, habebitur tamen, in reconuentione cauſæ ciuilis, ut in d.l.cũ Papinianus. & in d.c.at ſi clerici. & tradit Bar.in tract.de iuriſd.col.ij.

Modeſtinus lib.iij.regularum.

NON VIDETVR IN IVDIcem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus apud eũdem iudicem deſiderat actionis.

Dubitandi rationem faciebat, quod uideatur in iudicẽ conſentire, qui petit ſibi actionem edi, quia exceptio declinatoria fori primitus opponi debebat.l.ſi.C.de excep.l.exceptionem. C. de prob. Inno.in c.inter monaſterium. col.ij. de re iud. Et uidetur caſus in l.ſed & ſi ſuſceperit. infra eod. ubi qui eam omiſit ſibi pręiudicat, & ad eam amplius reuerti non poteſt. & idem in c.fin. in fin.iij.q.iij.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia hic petitur editio actionis ſiue libelli (ponitur enim cõtentũ pro continenti Methonymiaq; eſt figura, ut ẽt in l.edita.C.de edẽ.) ut reus poſsit deliberare nũquid uelit cedere vel contendere.l.i. ff.eo.de eden. authen. offeratur. C.de lit.conte.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerũ eſt quod prius opponi debet, ſed nõ quod ob id ſi oppoſita nõ ſit, ſed libelli copia tantũ petita, uideatur petens in iudicẽ cõſentire, ex quo non petit ut ſuper eo cognoſcat, ſed (quẽadmodũ dixi) ut ipſe deliberet, ideo non conſentit in iudicem neq; eius iuriſdictionẽ prorogat.

Non ob. ſecundũ, quia & id quoq; uerum eſt quãdo ad ulteriora proceſsit, nãq; ad eam redire non poteſt, ſed hic ad ulteriora nõ proceſsit, ſed (vt dixi) libelli tantum copiam petit, ratione & ex cauſa ſupra dictis, ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod inducta ad unum effectum alium operari non debent. uulga.l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega.l.quod fauore. C.de legib. namq́ue ſi petitio ſit ut reus deliberet, non ęque iudicis prorogationem operabitur.

Et quod non facile priuilegium fori amitti debet, ex quo noſtra intereſt, a noſtris iudicibus (competentibus ſcilicet) iudicari. l. iuris ordinem.C.de iuriſd.om.iudicum.l.ij.§.legatis.§.ſed ſi agant. ſupra eodem. argumentum in l.minoribus.ff.de mino.

Et quod non præſumitur uelle quis facere in dubio, quod ſibi pæiudicio in aliquo aliquando eſſe poſsit, argumentum in l. cum de indebito.ff.de proba.

Et quod ex diuerſis non infertur, quandoquidem aliud ſit deliberare, an cedendum uel contẽdendum ſit, aliud uero iuriſdictionem prorogare.l.Papinianus exuli. ff. de mino. l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acqui.poſ.

Et quod denique actus neceſſarius non inducit conſenſum in iudicem, ut ſignanter quoque periſtum tex. dixit Bal. in l. fi. ad finem. C. de iudic. Finis.

ADDITIO.

Ad aliud quoque præſtat nobis hæc lex argumentum quod actor non tenetur mittere copiam libelli reo cum citatorio, ſed ſufficit quod citetur ad reſpondendum de iure ſuper contentis in libello, ut not. in rub. de eden. C. & ibi Ferrarien. col. ii. atteſtantur hanc eſſe communem opinio.

Jabolenus lib. xv. ex Caſsio.

SI IS QVI ROMAE IVDIdicium acceperat deceſſerit hæres eius quanuis domicilium tranſmare habeat Romæ tamen defendi debet, quia ſuccedit in eius locum a quo hæres relictus eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod inſtantia in ſucceſſorem non tranſeat, ex quo de hoc uidetur caſus in l. tam ex contractibus. & ibi not. infra eo. & in l. hæres abſens. in prin. & ibi Ang. ſupra eo. Et clarius quàm alibi in l. ſi conſtante. in §. fi. ff. ſol. mat. ubi inſtantia inchoata, morte mulieris extinguitur, nec tranſit in ſucceſſorē eius.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia ſuccedit in eius locum a quo hæres relictus eſt, ut ipſa met litera hic rurſum dicit. & in l. ſi petitor. ſupra eo. & in l. ſi eum hominem, ff. de fideiuſ. & in l. ſeruus, ff. de his qui not. infa. & eſt argumentum in §. j. in authen. de iure iur. à mo. præſti.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nō quidem primum, quia loquitur in ſucceſſore ſingulari, qui non ſuccedit in locum defuncti ut hęres, ut hic per doc. adde Bal. in l. j. ff. de fideiuſſ. & nomina. Non ſecundum, quia dicto caſu re uera inſtantia cum ipſo defuncto non erat inchoata. uel dicamus ſi in loco defuncti inueniatur, quod ſuccedat in eius foro ut dicunt Scribē. & præcipue Ang. & not. in d. l. hæres abſens.

Non ultimum denique, quia loquitur in fiſco & bonis mulieris publicatis, qui priuilegiatus eſt ſuoſque iudices habet, ergo non regulariter uerum, ut ibi pulchre Bald. declarat. & eſt argumentum in l. ne quiſquam, ſecúdum intellectum communem. ff. de eden.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod exempla non reſtringunt regulam. §. hactenus. inſti. de gradi. l. damni infecti ſtipulalio pertinet. ff. de damn. infec. namque eſto quod dicat Romæ hic, ſi quis iudicium acceperit, idem tamen dici debet ſi accepiſſet alibi, quod etism ſenſit glo. & bene.

Et quod non ab re inſtantia defuncti tranſit in ſucceſſorem, ex quo ſic etiam contractus hæredis inquit Butigel. in l. iiij. in §. Cato. nu. 23. ff. de ver. obl. & in iudiciis quaſi contrahitur. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Bar. in l. j. nu. 18. C. de lit. conte. ergo.

Et quod ex eiſdem actis iudicat ſucceſſor ex quibus defunctum iudicare oportebat. l. mortuo infra eodem.

Et quod ubi quis tenebatur ad legatū, eo mortuo hæredem relinquit obligatum. l. legato. ff. de condi. & demon.

Et quod denique hæres tutoris, qui pecuniam pupillarem intercepit, non caret crimine ut tutor, ſecundum Bal. in d. l. j. ff. de fideiuſſo. & nomina. Finis.

ADDITIO.

Quomodo eſt poſsibile quod inſtātia uel alia obligatio quæ inhærebat oſsibus defuncti. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. l. iij. ff. pro ſoc. ab eo potuerit ſeparari, ut tranſeat in hæredem, & maxime cum fuerit etiam per mortē extincta omnis qualitas. §. deinceps. in authen. de nupt.?

Solu. non eſt eadem inſtantia ſeu obligatio uere ſed ficte, eademque inſtantia uel obligatione numero hæres tenetur, ut pulcherrime declarat Cy. in l. pacto ſucceſſorum. C. de pac.

Papinianus lib. xxvij. quæſtionum.

EVM QVI INSVLAM CApuæ fieri certo tempore ſtipulatus eſt, eo finito quocunque loco agere poſſe in id quod intereſt conſtat.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui certo loco facere aliquid promiſit, non poſsit alibi ad intereſſe conueniri poſt moram, quia ſequitur naturam ſui principalis tanquam acceſſorium. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium. eo. ti. in vj. uulgatum enim id eſt quod in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio ff. de re iudi. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. ob. verum peti non poteſt ut promittens alibi faciat, quia factum eſſet diuerſum, ergo nec intereſſe. pulchre Are. cōſi. lxxxiij. colum. ij.

Contrarium tamen deciditur hic expreſſe, Et ratio deciſionis eſt, quia mora & fruſtratio ſibi prodeſſe non debet, ſed obeſſe potius, ut in quocunque loco idoneo tamen, quodammodo in pęnam, quia fur & moroſus æquiparantur, peti poſſit. l. hominem. ff. man. l. non uidetur. ſupra eo. l. inter ſtipulantem. §. pe. ff. de uer. ob. & ita dici debet, non ut hic Iaco. à S. Geor. quia ſua ratio eſt potius reſponſio ad oppoſita.

Quæ ſic tolluntur & formalius quàm ipſe, nāque uerum eſt quod intereſſe eſt facti acceſſorium, ſed non quod in hoc ſequi debeat naturam ſui principalis, ex quo diuerſa eſt ratio inter unū

& aliud

& aliud, ut per Bart. in l. j. ff. de pecu. lega. bonus text. in l. & ſi is ſecundum unum intellectum. C. de præd. mi. Alex. conſi. lix. col. pen. uol. j. vel dicamus quod non ſequatur, quia fundatur per ſe in ſua æquitate, ſeparata a ſuo principali. l. j. ff. de eo quod cer. lo. namq; factum, cohæret loco, ſoluere autem intereſſe non, ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa ſanè, & maxime, quod ubicunq; factum eſt in obligatione ex diſpoſitione hominis, ſuccedit (ut diximus) obligatio ad intereſſe, quoniam alias ſi eſſet ex diſpoſitione legis ſecus ut per Bar. in l. ſi cum exceptione in §. ſed & ſi quis. ff. quod met. cau. tamen dubitat poſtea in d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur col. xv. ff. de uerb. obl.

Et quod in obligationibus facti, non admittitur ſtatim obligatio ad intereſſe, niſi tantum tẽpus tranſierit quo factum potuerit explicari, inquit idem Bar. in l. ſi inſulam col. iij. ff. eo. & ideo dicit tex. hic fieri certo tempore.

Et quod in factis tempus ſiue dies eſt de ſubſtantia, ex quo factum una die aliud eſt & aliud factum alia, ut tradit idem Bar. in l. ita ſtipulatus col. ij. ff. eo.

Et quod in promiſsione facti agitur ad intereſſe, ſi promiſsio à ſimplici uoluntate promittentis pendeat quoniam alias ſecus, ut not. in l. pactum quod dotali. C. de pac.

Et quod denique intereſſe certi condictione petitur, quia dicitur hic certo tempore ſtipulatus l. certi condictio. ff. ſi cer. pet. bonus text. imò in materia precipuus inſt. de ver. ob. in prin. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi de mora purganda ageretur, regulariter purgationem non admitti, certum eſt, niſi refuſo intereſſe. l. ſi cum dies in fin. & ſequ. ff. de arb. Bertran. conſi. cccxx. nu. 6. uol. j.

Et quod inſulam domum ueteres appellabãt, ut etiam habetur in l. iiij. in §. totiens. ff. de dam. infec. Beroal. Rhetor non ignobilis in comment. Apuleian. li. j. tametſi alibi dicatur quod nomen ſoli ſit & non edifficiorum in §. inſula inſtitu. de rer. diui.

Et quod ex hoc elicitur factum merũ eſſe debere, & ſucceſsiuum, quodq; in labore perſonali conſiſtat quoniam alias ſi inſtantaneum ad intereſſe agi non poſſet, ut declarat Saly. in l. ſi traditio. in prin. C. de ac. emp.

Et quod denique ſi poſt tempus fiat domus hic, liberabitur promittens, admittetur, eritque mora purgata, imo dicit Bald. alibi quæſtionem eſſe fatuam ſi dubitetur quærendo, quoniam eſt caſus in d. l. ſi inſulam. in l. aduerſus. col. ij. C. locat. & in l. in emphyteoticarij. colum. quarta. C. de iure emphyteo. & in l. liberti. colum. iiij. C. de oper. libe.

Paulus lib. xiij. ad Sabinum.

IVDICIVM SOLVITVR vetante eo qui iudicare iuſſerat, vel etiam eo qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet, vel etiã ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius eſt qui iudicare iuſsit.

Dubitandi rationem faciebat, quod mãdatum reuocari non poſsit, quo minus delegatus iudicet, & maxime lite conteſtata, quia per litis conteſtationem ius ſibi acquiſitum uidetur, quod ſibi auferri non debet. l. fin. ff. de pac. c. indultum. de reg. iur. in vj. Et quia idem uidemus in procuratore. l. poſt litem. ff. de procu. l. procuratoribus. C. eo. Et ad propoſitum uidetur caſus in l. pe. C de peda. iudi. & ſentit Inno. in c. in cauſis. col. ij. de elec. & in c. licet undique. de offi. deleg.

Contrarium tamen deciditur, hic. Et ratio deciſionis eſt, quia delegatus nihil proprium habet & delegantis uice fungitur. l. j. §. qui mandatam. ff. de off. eius. eſtque ratio quam aſsignat glo. in §. ſed hoc quidem. in auth. ut def. fune. Vel quia ſicuti poteſt a delegante mandari iuriſdictio & non mandari, ita etiam debet poſſe adimi. l. ſolẽt. ff. de offi. procon. Et ſubiicit Iuriſconſ. ad idem non aliter dici debere in eo qui habet maius imperium in eadem iuriſdictione. Vel etiam ſi ipſe iudex, eiuſdem imperij eſſe cœperit cuius eſt qui iudicare iuſsit, exemplificando ut per doct.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare non primum, quia erat ſibi acquiſitum ius reuocabiliter, ratione ſupra dicta, & not. in d. l. fi. Non obſ. ſecundum, quia diuerſa eſt ratio, namque in procuratore pecuniariter intereſſe poteſt ipſius, non reuocari, in delegato autem non, & propterea non ualẽt argumentum de mandato unius ad mandatum alterius, ut not. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. & hic per gl. Non ob. tertium, quia ibi non ipſe delegans cognoſcere uolebat, ſed cauſam alteri delegare, quod quidem facere non poteſt, & conſequenter mandatum non reuocari. vel dic aliter ut per Bar. in l. more. ff. de iur. om. iud. quod id ibi non probetur, & lex iſta loquatur indiſtincte, & per Canoniſt. in c. ſuper quæſtionum, de off. dele. & in c. ab excommunicato. de reſcrip. Non etiam quartum, quia Innoc. loquitur non in delegato, ſed ſimplici conceſsione facultatis, puta eligendi, quæ ad donationem trahitur, nimirum igitur ſi reuocari non poteſt.

Non quintum adhuc, quia delegans fuerat excommunicatus, nec erat conueniens durante excommunicatione delegatum ſeu mandatum iuriſdictionis reuocari, ſeu ut hic dicitur iudicium ſolui. & ut per Scriben. latius.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa, &

ta, &

ta.& maxime quod iudicium proprie dicitur lite conteſtata.§.omnem.§.ſi uero. in authen.de litigio. Bartol. in l. amplius non peti.ff. rem ratam haberi.

Et quod regula de qua hic eſt not.ad declarationem anth.ad hæc.C.de iudi. ut dicit Cur. Iuni.olim collega in l.ſecunda.colum.vj.nume.51. C.de eden.

Et quod licet mandatum iuriſdictionis poſsit quandocunq; reuocari, non tamen anullabitur actus per ignorantiam reuocationis, ut pulchre dicit Calde.conſi.iiij.de offi.lega.geſtus.ex quo erat in quaſi poſſeſsione officii.

Et quod licet rurſum poſsit reuocari delegatio, non tamen debet licere ſine cauſa, ut tradit Abb.in c,cauſam quæ.ii.de iudi. Cogita tamen, quia ſic non differret a mandato procuratoris.l. poſt litem.ff.de procu.& tamen differt ut not.in d.l.& quia,de iur.om.iud.

Et quod idem denìq; quod dicitur hic in delegato, extenditur etiam ad aſſeſſorem cui ſtatutum det iuriſdictionem, & prætori ſpectet deputatio,ita Bal.in l.j.ff.de off.procon.& in ſtatu. iuriſdictio.nu.8. Finis.

ADDITIO.

Quod licet delegatus ordinarij, poſsit quandocunq; reuocari, non poterit tamen ſubdelegatus delegati, ſi cognoſcere cepiſſet.c. quamuis de off.de.in vj.c.uenerabilibus.c.ſuper quæſtionum.§.porrò eo.ti.in antiq. Ferrarien.in rub.de offi.eius col.ij.

Et quod ſtatutum faciens mentionem de iuriſdictione intelligetur de ordinaria, non de delegata, quia poteſt quandocunq; reuocari ut hic, & ſic de actu perpetuo non temporali ut dicit Barto.in l.ſeruus.C.de pœn.& in l.ſi adulterium cum inceſtu in § fi.ff.ad legem Iul.de adul. ijdem Ferrarien.in rub.de iu.om.iud.col.ij.

Et quod eſto quod ius tráſferatur in delegatú, illud tamen exerceri non poteſt inuito domino, ut not.etiam in l.more.ff.de iu.om.iud.

Et quod facilius tollitur iuriſdictio delegata quàm ordinaria & eſt argumentum in l.eius militis in §.ſi militia miſſus.ff.de milit. teſta.not.in d.l.more.

Et quod ſi poteſtas & aſſeſſor habens iuriſdictionem ex forma ſtatuti ferant ſententias contrarias, illa poteſtatis prænalebit,ex quo aſſeſſor poteſt ut delegatus ad libitum amoueri, vt docet Bal.in c.fin.nu.3.de re iud.

Et quod hic tantú eſt dicere iudicium ſoluitur quantum eſt dicere, reuocatur à mandato ſolutionis,ita idem Bal. exponit in c.cum Bertoldua nu.8.eo.ti.de re iud.Alia multa ad materiam hic dicuntur,à doct.& maxime per eundé Bal. Ang. Pau.Alb.& alios dic ut per eos, & nouiſsime adde Boer.pulchre in tracta.de aucto.magni Conſ. num.158.

Vlpianus lib.lj. ad Sabinum.

SI LOCVS IN IVBENDO iudicare non eſt compreheſus, uidetur eo loco iudicare iuſsiſſe quo ſolet iudicari ſine incommodo litigantium.

Dubitandi rationem faciebat,quod non in loco ſolito delegatus cognoſcere debeat & iudicare, ſed ubi partes ſeu litigatores adeſſe iuſſerit.l. ſi cum dies.§.ſi arbiter.ff.de arb. imò quod in cubiculo debet etiam poſſe hoc facere, argumétum in l.à procedéte,C.de dila.tradit Inno. in c. qua fronte de app. Et uidetur etiam caſus in c.cum epiſcopus de offi.or.in vj. ubi epiſcopus in quolibet loco ſuę diœceſis, poteſt ſedere & cognoſcere,ergo & delegatus in caſu noſtro, quoniam in delegatione locus non eſt comprehenſus.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt,Quia præſumit lex quod hoc idem iudex delegans, in delegatione certum locum non exprimendo, uoluerit,ex quo locus ſolitus eſt.l. quod ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de edi.edi.l.ſi quis donaturus.ff.de uſuf.Bal.in l.fideicommiſſa in §. ſi ſeruo.ff.de le.iij.in ſimili Bar. pulchre in l.non erit in §.j.ad fi. ff.de iureiur. alias ſententia foret nulla,quandoquidem hoc idem ſit de ſubſtantia. l.pe.& ibi Albe.col.j.ff.de iuſti.& iu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nó primum, quia uerum eſt id ſi locus ſolitus nó ſit,uel in compromiſſo non expreſſus,ut declarat Pet.& Cy.in l.ſi qui ex conſenſu.C.de ep.aud. Et Albe. in d.l.pe.col.j.prealle.multa Aliaſ ſic in paribus curię in c.j.in §.prętetea, col.iiij.de prohib.feu.ali.per Fed.in uſib. Non ob.ſecundum,quia nó eſt uerum,& de directo contra text.ibi. Vel dic forte id(ex quo tertium quoq; tolletur)de conſuetudine procedere, ut per eundem Albe. in d. l.pe.ad fi.ubi tradit etiam formam, & quibus verbis uti debeant iudices quando alia loca quàm ſolita,& maiorum,eligunt.

Pręſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa,Et præcipue quod à præſumptione legis ualet d.§.quia aſsidua cum ſimilibus.

Et quod a ſimili ſi qui conducantur ad aliquid faciendú,debet intelligi ſecundum ſolitum & conſuetum ut dicit Bald. in l. liberti colú. iiii.C.de oper.liber.

Et quod ſolita & conſueta præſumuntur ineſſe contractui in dubio, l. licet.l. excepto, C. loc. idem Bal.in l.diuortio col.iiii.ff.ſol. mat. deque ſolitis etiam infra in l.fi.eo.tit.

Et quod conceſſo officio tacite ſequitur ſalarium ſolitum & cóſuetum.d.l.licet. d.l.excepto. C.loca.idem Bal.in l.item quia col.ii.ff.de pac.

Et quod denique litigantium commodis iudex ſtudere debet.ut hic & in d. l. ſi cú dies.in §.

ſi arbiter

ſi arbiter.ff.de arb, eſtque argumentum in c.ſtatutum de reſcrip.in vi.& in cap.diſpendia eo.ti. & libr.& in c.ex tenore de fo.compe. & in l.i.C. quando Imp.int.pup.& uid. Finis.

Paulus lib.xxiii.ad Sabinum.

MORTVO IVDICE QVOD eum iudicare oportuerat, idem eum qui ſubditus eſt ſequi oportet.

Dubitandi rationē faciebat quod ſucceſſor nō iudicet ex actis ſui prædeceſſoris, in primia quia dici ſolet & re ipſa uerisſimum eſt quod mors, omnia ſoluit.§.deinceps.in auth.de nup.Bart.in l.eius qui in prouincia in prin.ff.ſi cer. pet.Alb. in l.ex his nu.3.ff.de leg.Et hoc eſt quod dicebat Bellamer. quod mortuo actore moritur petitio cum eo quæ eſt perſonalis, & quod reus conſequitur ſuam intentionem de iure ex quo abſoluitur, deciſio.cl vi. Et docto.præcipue Dec.in l.diem functo nu.1.ff.de off. aſſeſſ.quod comites mortuo pręſide hac ratione ſeruire nō uidentur.

Dubium faciebat etiam, quia morte iudicis pereunt acta.l.cum lite mortua.ff. iud. ſol. ergo ex eiſdem actis ſubditus(ut hic dicitur)ideſt ſubrogatus & ſucceſſor non iudicabit. Et quia ſicuti acta facta in uno iudicio fidem non faciunt in alio, iuxta not.in l.ij.C.de edē. pari modo nec ſubrogatus ex eiſdem corā prædeceſſore factis, iudicabit.

Contrarium tamen deciditur in.l.iſta, Et ratio deciſionis eſt quia cum ſubrogatus fuerit in locū primi, ipſius perſonam repreſentauit.l.ſi eum.§. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.l.proponebatur infra eo.not.in §.fuerat inſti.de action.Et ita ſignanter dicit Abb.in c.cauſamq; col.j.de teſtib. Et Bal.alibi ob id quod ſicuti iudex errans errorē corrigit, ita ſucceſſor errorem ipſius corrigere poterit in l. ſi accuſatoribus col.ij.C. de accuſa. Facit etiam quia ex perſona ſuccedentis in actu non nariatur qualitas ut idem Bal. dicit in c.publicato col.pe.de elec.

Ad oppoſita reſpondetur, nō obſtare, nō primum, quia non eſt generaliter uerum maxime in his quę ſubſiſtentiam habent ut inquit Pau.Caſt; hic, vſq; adeo ut non perierint acta licet mortuus fuerit iudex, alias, extructo edifficio, & mortuo magiſtro, etiā edifficium periret, quod tamen eſt falſum, ergo non ab re ſi ex eiſdem actis etiam iudicat, nt not.quoq; in l.ſi ut proponis C.quomodo & quando iud. Non ob.ſecundum, quia nec id uerum eſt niſi inſtantia etiam eſſet perempta, quia tunc bene pereunt acta, alias non & ita intelligitur text.in d.l.cum lite mortna.declarat Bartol.in l.ii. col.pe.C.de eden.& in l.properādum in ſi.prin.C.de iudi. imò quod coram ſucceſſore renouantur, ſicuti renouarētur coram prędeceſſore ratione ſupra dicta, & ſic omnino ſupplet quod primus ſeu mortuus implere non potuit, ex eiſdem actis(ut diximus)iudicando, & ut Bal. etiam ait in c.j.col. ult. de plus peti.& ut infra ēt dicam. Non ob. ultimum, quia termini non ſunt pares, ex quo hic eſt idem iudex, prælleg.l.proponebatur.

Et ad multa præſtat nobis hæc lex argumētum Et maxime, quod mortuo delegato cui cauſa fuerat cōmiſſa ſub nomine dignitatis, ſucceſſor debet eam aſſumere in terminis ſuis, neq; eſt neceſſariū eidem reſcriptū de nouo præſentari, ex quo per omnia cenſetur eodē iure cū defuncto, neq; uariatur dignitas uarietate perſonę, c.ſi gratioſæ dereſcri.in vj.tradit Abb.(ubi & nos multa)in c. quoniam Abbas in ij.not.de offi.de.

Et quod ſi cauſa fuiſſet cōmiſſa alicui magno Theologo Theologięq; Magiſtro, puta Magiſtro Iacobino Barges aut Birello qui nunc profitētur & moriatur, eius ſucceſſor, teneretur eam decidere ſecundum ius ſcriptum, ut tenebatur prædeceſſor ita Barba.in prællegat.c.quoniam Abbas num.57.

Et quod morte cognitoris publica fides perire non debet, ut ſignanter dicit tex. iuncta glo.in l.geſta.C.de re iud.

Et quod poteſtas aliquando in abſtracto ſtare poteſt ut hic iuriſdictionis quia mortuo iudice durat, & ſubrogatus idem eſt, ad differentiam tutorę, de qua in diffinitione tutelæ, ex quo mortuo tutore finitur, & alius creatur, cui alia etiam tutela defertur, & ſcitu dignum eſt & not.inſtit. de tute.in princ.ubi Iaſ.in addi. Por. col.iij.

Et quod denique ſi forma ſit accidentalis, mutata materia eadem eſſe non deſinit .c. cum dilecta & ibi Fely.col.x.de reſcrip. pulchre Bal. & in not.quidem caſu, in c.pręterea nu.8.de ap.Finis.

Vlpianus lib.xxxix.ad edictum.

INTER LITIGANTES non aliter lis expediri poteſt quā ſi alter petitor alter poſſeſſor ſit. eſſe enim debet qui onera petitoris ſuſtineat, & qui cōmodo poſſeſſoris fungatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod lis poſsit expediri, tametſi ſit reus tantum, ſupple & iudex, & non ſemper tres perſonę(ut hic præſupponitur & in c.forum de uer.ſig.) actoris ſcilicet rei & iudicis, quia uidemus quod iudex dat tutorem pupillo etiam nemine petēte. l. illud.ff.de tuto.& cu.dat.ab his.Et curatorem prodigo.l.fulcinius.§.adeo.ff. quib.ex cauſ.in po.ea. Et quod ſupplet etiā quæ deſunt aduocatis.l. j. & toto tit. C.ut quę de aduo.Et ultimo loco(miſsis aliis ſanè multis)quod ex officio etiam nemine petēte prouidere poteſt, ne bona hæreditaria pereant ut inquit Bar.in §.ad hęc.in auth.ut ſponſ.largi.

Contrarium tamen hic deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quia alias iudicium peccaret in forma, actor enim amplificat, reus extenuat, iudex æquitate iudicat, & mouetur, quã præoculis ſemper habere debet. l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod cer. lo. Ea de re dixit in ſimili Bal. ſi ſtatutum diceret quem teneri præciſe accuſationi respondere, reſeruatis ſibi exceptionibus ad impediẽdam conteſtationem, quod audictur obiiciens exceptionem iudicis incompetentis, ex quo alias indicium peccaret in forma, in l. exceptionem. col. fin. C. de proba.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, quia omnia ſpecialia ſunt, ut hic per Pau. Caſt. & Alb. firmantia regulam in caſibus non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. namq́ue primum in pupillo uerum eſt qui præcipuum merentur fauorem. l. ex pluribus. ad fi. ff. de admini. tu. l. iij. ibi ſcito me omnem adhibere curam ſubueniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat. ff. qui pet. tu. & cum eidẽ æquiparetur prodigus, idem quod in pupillo in prodigo quoque dicendum eſt. ut pulchre tradit Bar. in l. hæc autem. in prin. ff. quib. ex cau. in po. ea. Non ob. ſecundum, quia id æquum erat, uel quia iudicis honeſtatem, aut forte publicam reſpiciebat utilitatem, & fuſius ut per eundem Bar. in l. ubicunque. nu. 9. ff. de int. ac. Non ob. ultimum, quia illud etiam ibi eſt ex quo id ſibi liquebat ut iudici, quo caſu officium ſuum impartiri tenetur etiã non requiſitus, ut ſupra dictis, & not. ibi idẽ Bar col. & in d. l. ubicunque, & limitatur quod habetur in l. iiij. in §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec.

Et præſtat nobis iſta lex argumentum ad multa, & maxime quod in actione reali duo extrema ſunt neceſſaria dominium ex parte agentis & poſſeſsio ex parte rei conuenti. l. officium. l. in rem. ff. de rei uendica. nota. in §. omnium. inſtitut. de actio.

Et quod poſſeſsionis maximum eſt commodum, tum ex eo quod dicit Pau. Caſt. hic. & conſil. cclxxix. ad fi. uol. ij. quia ſi actor nihil probauerit reus abſoluetur, tametſi nihil præſtiterit. l. qui accuſare. C. de eden. tum ex alio, de quo in §. commodum. & ibi no. inſti. de interdic. nonnihil Bal. in l. Titia. col. j. ff. ſol. ma. plene Barba. in c. ĵ. col. xxiij. & xxiiij. de proba. idem Bal. conſ. lxvj. ad finem. uolumi. iij. Ripa in cap. ſæpe. nume. 2. de reſtit. ſpolia.

Et quod inhabilitas quæ cauſatur in actore facit deficere iudicium in parte ſubſtãtiali, inquit Ancha. conſi. cclxxij. col. fin.

Et quod ſicuti trium conſenſu initiatur iudicium, ita trium conſenſu in cauſa concluditur, dicit etiam Ro. conſi. clxxvj. col. ij.

Et quod denique ſecundum eundem Anchar. iudicium requirit iudicantis & iudicati perſonarum diſtinctionẽ. in c. j. col. cxlix. impreſsio. parua. de conſti. Finis.

Vlpianus lib. xlix. ad edictum.

RECTE DEFENDI HOC eſt iudiciũ accipere, vel per ſe, vel per alium, ſed cum ſatiſdatione. nec ille videtur defendi, qui quod iudicatum eſt non ſoluit.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui promiſit aliquem defendere, debeat per ſe tantum & non per alium id facere, quodq́ue nec ſatiſdare iudicatum ſolui teneatur, quia uidetur electa induſtria perſonæ. l. inter artifices. ff. de ſol. c. fi. §. j. de off. dele. Et quia ſi fideiuſſor poſt ſententiam non tenetur. l. græcę. §. j. ff. de fideiuſſ. neceſſario dici debet quod nec promittens teneatur ſatiſdare de iudicato ſoluẽdo, quia nec fieri debet quod factum non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no caue.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur. l. ita autem. §. geſsiſſe. ff. de admi. tut. & in regu. qui per alium. de reg. iur. in vi. Et quia recte non defenditur, nec alienæ litis idoneus defenſor eſt, qui ſic ſatiſdare nõ eſt paratus, ut hic dicitur, & in l. qui proprio. in §. qui alium. & in l. minor. in fi. & in l. non uidetur. ff. de procu. imo regulariter dicitur quod ſtipulatio de defendendo continet ſub ſe clauſulam iudicatum ſolui. l. iudicatum ſolui. ff. iud. ſol.

Ad oppoſita reſpondetur, primum uerum eſſe, quando ex uerbis appareret, uel notorium eſſet, ut hic dicunt doc. & elicitur ex iuribus ſupra alleg. at hic loquimur ſimpliciter in eo qui defenſionem ſuſcepit, nimirum igitur ſi uel per ſe uel per aliũ defendit. l. certe. ff. de preca. ubi not. tex.

Non ob. ſecundum, quia id etiam procedit in promiſsione de aliquo ſiſtendo in iudicio, ſeu iudici præſentando, non de defendendo, ea de re nimirum eſt adhuc, ſi nec ſoluere iudicatum tenetur, nec ſatiſdare de iudicato ſoluendo.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod qui ſui copiam tantum fecit, & ſe præſentauit præſidi, paratus iudicium ſuſcipere, non dicitur recte defendere, prout etiam & ſignanter per iſtum tex. dixit Ro. conſ. clxix. ad fi. & eſt caſus etiam in l. hæc autem. in §. recte. ff. quib. ex cau. in poſ. ea.

Et quod id recte factum dicitur quod fit debito modo, ut etiam habetur in l. ab ea parte. ff. de proba. & in l. ii. ff. de inoff. teſta. deq́; iſta dictione alias in l. non putauit. in §. non quæuis. ff. de bon. po. contra tab.

Et quod ſtipulatio iudicatum ſolui tres clauſulas continet, de dolo malo, de re iudicata, & de re defendenda, ut in d. l. iudicatum ſolui. & in l. cum quęrebatur. eo. ti. & hic. Boer. deci. cccxiiii. col. i. par. ii.

Et quod

Et quod ſatiſdatio iudicatum ſolui, non erit neceſſaria ſi quis ſe defendat.l. hæc autem præallega.§.recte.ff.quib.ex cau.in po.ea.

Et quod denique non ſuccurritur ei qui ſe in neceſsitate poſuit, ut hic fecit promittens, quominus ſatiſdare teneatur, & ſoluere iudicatum.l. ii.§.quod diximus.ff. ſi quis cau. l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cogan. Finis.

Vlpianus lib.xxx.ad edictum.

EXIGERE DOTEM MVlier debet illic, ubi maritus domicilium habuit, non ubi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt nec enim id genus contractus eſt, ut & eum locum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum eſt: quàm eum, in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij erat reditura.

Dubitandi rationem faciebat, quod mulier in exigenda dote domiciliũ uiri ſequi non teneatur ſed locum ubi contractus celebratus fuerat, quod eſt regulare.l.hæres abſens. §. fin. ſupra eod. l. ſi fundus.ff.de euic.not.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trini.& fi.catho.ubi Bar.nu.14.l.j. C. de emancip.lib.l.ij.C.quemadmodum teſt. ap. l.iij. ff.de teſti.Corn.conſi.cclxxxvj.col.j.uol.iiij. Et maxime fauore dotis quæ ſemper & ubique præcipua eſt.l.j.ff.ſolu.mat. l.in ambiguis.ff.de reg. iu.l.aſsiduis.C.qui po.in pign.hab.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia maius dignũ trahit ad ſe minus, Et quia actor ſequitur forum rei, longeq; eſt cõuenientius quod mulier ſequatur domiciliũ uiri quàm econtra, & quam locum celebrati contractus, ut tex.met dicit, Et ut in l.iuris ordinem. C.de iu.om.iud.& in c.quod in dubijs de conſecra.eccle.uel alta.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, nõ primum quia (ut dictum eſt & bene) id regulariter procedit præterquam in dote, & ſi dixerimus ſpeciale eſſe etiam non aſsignata ratione ſpecialitatis ſufficit ut inquit Pau.Caſt.in d.l.j.col j.& not.in l.ſingularia.ff.ſi cer. pet.& ita limitabitur quod dicitur in iuribus & locis ſupra alleg. Non ſecundum quia priuilegiata eſt in caſibus a iure expreſsis, quorum iſte non eſt, & not.in l.ſi.C.de iur.dot.nimirum igitur ſi domicilium uiri ſequi inq; eo mulier dotẽ (ut diximus) exigere tenetur.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, Et maxime, quod in dote lucranda domiciliũ uiri pariter inſpicitur.ex quo tacite actum uidetur ut ibi reſtituatur dos ut hic, & in c.illa xij. di. ubi Archid.not.l.quęro.ff.de ſol.Bald.late in c.j. in §.fin.de inueſt.de re alie.fac.in nſib. Alex.cõſ 100.col.i.uol.iii.Bar.Bal.& Ang.hic. Idem Bar in l.cunctos populos. C.de ſumma Tri. & fi.cat. Cremen.ſingul.lxvi.Bald.conſi.ccviii.uol.iii.

Et quod locum cõtractus inſpicimus, quãtum ad ſolemnitatem ipſius, non quantum ad reliqua, quia tunc inſpicimus locum collatæ ſolutionis. d.l.quæro Bal.in l.multũ intereſt col.v.C.ſi quis alt.uel ſibi.

Et quod dotes contrahere, & dotes diſtrahere non ſunt indicia eiuſdem fori, ex quo alibi agit uir, alibi uxor ut hic. Vel dicamus quod idem ſit forum uiri & uxoris, ex quo per matrimonium unitur uxor uiro, tanquam principaliori, & per hoc mutat forum originis, ut non poſsit in ſua originali terra conueniri.l.originem & ibi not. C.de municip.& origi.lib.x.Bald.in rubr. ff.ſol. matr.col.i.

Et quod quantum ad deciſionem cauſæ inſpicimus forum mariti, quantum ad libellum intentandum forum hæredis, & ibi agi poteſt, & ſic primum quãtum ad dotis reſtitutionem, ut ſupra & nouiſsime ita etiam dicit Bal.conſil. cccclxxi. uol.primo.

Et quod denique ubi matrimonium, non ualuit, mulier non efficitur de foro uiri.l.cum quædam puella.ff.de iu.om.iu.& ideo dicit Bal.alibi quod iſta lex, exigere ſcilicet, non procedit in dote putatiua, in c.P.& G.quem ibi refert & ſequitur Fely.col.ii.ad fi.de offi. de.Idem Fely. in c. i. de ſponſa. Finis.

Africanus lib.iii.quæſtionum.

IN PRIVATIS NEGOTIIS pater filium uel filius patrẽ iudicem habere poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod nõ poſsit pater filium, uel filius patrem iudicem habere, text.in l.qui iuriſdictioni.ff.de iur.omn.iud.ubi ad literam dicitur, quod nõ poteſt quis eſſe iudex in cauſa propria uel liberorum. Et clarius in l. lex Cornelia in princ.ff.de iniur. Et quia pater & filius una eademq; perſona ceſentur.l.fi. C. de impub. ſicque foret iudex in cauſa propria & male, l.unica.C.ne quis in ſua cauſ. l.penulti.ff. de arbit.

Contrarium tamẽ hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia (ut dicitur in l.ſeq.) iudicare, munus publicum eſt, & publicæ utilitatis gratia multa permiſſa ſunt à lege, quę non permitterentur alias.l.nam reipublicę.ff.de no.op.nun.l.ſeruum quoque.§.publicæ.ff.de procur. l.i.§.fin. ff.quod cuiuſque uni.no.

Ad oppoſita reſpondetur facile, non obſtare primum quia loquitur in ordinario iudice, nos autem in delegato, qui idcirco eſſe poteſt, quia nihil proprium habet, & uice delegantis fungitur.l.i.§.qui mandatam, ff.de offi.eius.l.ſolet.ff. de iuriſ.

de iuriſ.omn.iud.argumentum in l. ſi pater.ff.de adopt.& quod hic dicitur probatur quoque in l. quin etiam.ff.de arb.& ita etiam gloſ. hic & ibi.

Non ob.ſecundum, quia loquitur pari modo in criminalibus hoc eſt in actione iniuriarū nos autem in ciuilibus ut ibi, priuatis negotijs, ergo. & adhuc glo. hic animaduertit & bene, & in d.l. quin etiam. Non ultimum denique, ex quo id uerum eſt de iure ciuili non de iure gentium, ut tradit Bart.in l.frater à fratre col.ii.ff.de condic. ind.& fictione iuris, non uerè, & appellatur fictio unitiua ut per Bald.in l.qui in prouincia in §. diuus.ff.de ritu nupt.colū. i.& indicat verbum intelliguntur, poſitum in d.l.fin.l.ſi familia.ff.de iu.omn.iud.l.intelligendus.ff.de uerb.ſign. ergo cum una ab alia diſtinguatur non mirum eſt ſi poteſt pater eſſe in cauſa filij iudex, ſaltim delegatus, ratione ſupra dicta, & e contra filius in cauſa patris.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, Et præcipue quod quamuis pater poſſit eſſe iudex in cauſa filij uel econtra, poterit tamen ſuſpectus recuſari, & nimirum quia delegatus ut not.in l.apertiſſimi.C.de iudic.& in d. l. qui iuriſdictioni.

Et quod quem iudicem quis elegerit, ipſum ſibi habebit, nec alius erit quam ipſe imputandus argumentum in l. ſi mulier in §.fin. ff.quod met. cauſ.

Et quod in his quæ ſunt iuris publici, patria poteſtas non curatur, ut etiam dicitur in l.filiusfamilias.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.

Et quod filiusfamilias loco patris familias habetur ſi delegatus fuerit in cauſa patris ut ibidem dicitur & in ſimili in l.ij.ff.ad macedo.

Et quoniam denique proceſſus factus coram patre in cauſa filii uel ecōtra, quia non ut a patre uel ut à filio, ſed ut ab extraneo factus uidebitur l.ſi paterfamilias alleg.etiam ſupra.ff.de adoptio. l.tutorem in argumentum tamen.ff. de hisquib. ut indig. Finis.

Pomponius lib.xi.ad Sabinum.

SI IN IVDICIS NOMINE, vel prænomine erratum eſt Seruius reſpon. ſi ex conuentione litigatorum is iudex aditus eſſet, eum eſſe iudicem, de quo litigatores ſenſiſſent.

Dubitandi rationem faciebat, quod error in nomine uel pronomine, uiciet iudicium, quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit.l.ſi per errorem. ff.de iu. omn.iud. Et quia ſi error communis facit ius.l. Barbarius Phillipus.ff.de offi. prætor.ſpecialeq; ſit hoc caſu, communiter & regulariter alias dicemus contrarium, argumentum in l.ius ſingulare & in l.quod uero contra.ff.de legib. & in c. præſenti in §.loca de præb.in vi.Et uidetur caſus in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de legat. i.& in l. ſi fortidianum.C.de lega.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia nomina & prænomina regulariter ad demonſtrandum imponuntur, igitur falſa demonſtratio actum ſeu iudicium hic non uiciabit.l.falſa demonſtratio.ff.de condict. & de.l. ad recognoſcendum.C.de inge. ma.

Ad oppoſita reſpondetur, primum parum obſtare, quia eſto quod erratum ſit hic in nomine uel prænomine, de corpore tamen conſtabat, & certū erat de quo litigatores ſenſerant igitur nec ab re ſi iudiciū nō uiciatur.l. ſi in nomine. C. de teſta. Non ob.ſecundum quia uerum eſt in dubio alias non ſi non incertum ſit, de quo ſenſerint litigatores.d.l.ſi in nomine. Non ob.vltimum, quia id uerum eſt, in nominibus appellatiuis à natura impoſitis, ut equi bouis & ſimilium, ergo non in aliis qualitercunque conſtet de ipſorum litigatorum & partium intentione, & ut per doc. hic & in d.l.ſi in nomine. C.de teſta.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod ſi quis impetraſſet theſaurariam ſiue ſacriſtiam Patauinam uacantem dixiſſetque eſſe dignitatem in loco, cum tamen non eſſet, ſed officium, ſurreptio hæc non uiciaret reſcriptum ſiue gratiam, quia de corpore conſtabat, neque (ut dictum eſt) falſa demonſtratio, ita pulchre Abb.in c.ſuper literis col.iiii.de reſcr.

Et quod ſicuti non uitiat iudicium hic, non uiciat pariter gratiam ſi falſa fuerit demōſtratio, quātitatis uel alterius qualitatis ut tradit Ancha. conſi.ccxcv.col.ult.

Et quod rurſum ſi appareat de quo beneficio intellexerit papa adhuc gratiam non uiciabit, inquit Fely.in c.ſignificante col.j.de reſcr.

Et quod neque falſa cauſa ſolet uitiare legatū, d.l.falſa demonſtratio.§.quod autem.l.cum tale. §.legato.ff.de cond.& dem.Corn.conſil.cliij.nu. 8.uol.ij.

Et quod denique ſi menſura in uenditione oppoſita ſit demonſtrationis gratia, eaque falſa ſit uenditionem non uitiat, ut ex multis idem Corn. oſtendit conſi.lix.col.i.uol.iiij. Finis.

Vlpianus lib.j.de officio proconſulis.

NON NVNQVAM SOLENT magiſtratus populi Romani uiatorē nominatim uice arbitri dare, quod raro & non niſi re urgente faciendum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod nuncio non poſſit cauſa committi etiam re urgente, quia eſt merus miniſter mittentis, & uilis perſona ut re ipſa patet, & ita per iſtum text. ſignanter dicit Bal.

Bal.in l. ſi ut proponis in prin.C.quom.& quan. iud.iudicare autem honor. c.ut debitus de ap.l.j. C.de digni.lib.x.ergo. Et uidetur caſus in d. l.ſi ut proponis,ubi de uiribus cauſæ non cognoſcit, neque pronunciat,neque pronunciatum ualet.

Contrarium nihilominus hic deciditur, quod tamen re urgente, & neceſsitate cauſa uilis ſibi poſsit delegari, & quę modici ſit momenti exemplificando ut per Pau. Caſt. Et ratio deciſionis adduci poteſt,quia iſtud onus eſt, quod etiam infimi congruit l.munerum.§. iudicandi neceſsitas ff.de mu.& ho.& quia delegatus etiam nihil propriũ habet,& utitur iuriſdictione delegãtis.l.j.§. qui mãdatam.ff.de off.eius.l.ſolet.ff.de iu.o.iud.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primũ,quia eſto quod uilis ſit perſona, & nudus miniſter mittentis,nõ repugnat tamen, quia etiam cauſa uilis eſt, & neceſsitas ipſa urget, quæ (ut aiũt) feriis caret,queq; facit probabile alias quod non eſſet ut inquit Bal.in l.ſi teſtamentũ.C.de teſta.c.quod non eſt.de reg.iu. Non ſecundũ,quia & id quoq; uerũ eſt regulariter, ſed limitatur niſi cauſa fuerit (ut diximus) uilis,& neceſsitas urſerit.& eſt idem caſus qui hic in l. ſi irruptione. in §.j.ff. fin.regun.& in l.ſi quis.C.eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentũ ad multa. & maxime,quod plerũq;,imo ut in pluribus pro delegato,uerbum arbiter ponatur.& eſt communis expoſitio,& idem etiam in l.arbitro. & in l. ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſ.co. Et nimirum quia ſicuti delegatus iuriſdictione caret,d.§.qui mandatã ita etiam caret arbiter. l. priuatorum conſenſus. C.de iur.om.iud.l.air prætor.ff.de re iud.

Et quod attendi debet quam maxime,nec ſpernẽdum eſt id quod fieri ſolet.l.ſi locus.ſupra eo. ibiq; etiam dictum eſt.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de edi.edic.

Et quod ſic executori cõmitti ſolet,ut inquirat ſi ſint aliqua in bonis debitoris, quæ ſine queſtione capi poſsint,a uicinis & ab aliis a qbus ſibi uidebitur,ita Bal.in l.ij.co.ii.ad fi. C.qñ fi.uel pri.

Et quod onera ſiue officia ſecundum qualitatẽ perſonarum ſunt diſtribuenda,ut in ſimili in magiſtratibus no.in l.i.in prin.ff.de of.eius.& eſt ẽt argumen.in l.plenũ.in §.æqu iiii.ff.de uſu & ha.

Et quod deniq; generaliter prohibita ex cauſa permittuntur.l.ſi hominem, ff.manda.melius in l.qui potuerunt. ff.de manu.uin. pulchre Bal. in ſtatut.Arengare.nu.1. Finis.

De officio aſſeſſo.

Martianus lib.j. de iudiciis publicis.

LIBERTI ASSIDERE poſſunt, infames autem, licet non prohibeantur lege aſsidere: attamen arbitror (vt aliquo decreto principali refertur conſtitutum) non poſſe officio aſſeſſoris fungi.

Quid ſit aſſeſſor declarat Azo in prin.de aſſeſ. & Spe.co.ti.quod ille eſt qui aſsiſtit iudici, eum inſtruens ad bene iudicandum. Et comes etiam ac conſiliarius appellatur, l.diem functo. l.conſiliariis.infra eo.l.conſiliarios.C.eo.

Duas habet partes iſte tex.duoque dicta effectualiter contraria, quod ex aduerſatiua autem elicitur, cuius natura eſt aduerſari præcedentibus in iure & in facto, ex quo eſt ſine copula ut not.in l.hoc amplius in §.de his autem.ff.de dam.infec.& in l.ſed ſi lege.ff.de pet.hær. Et obſeruãdum eſt dum dicit libertos poſſe aſsidere infames uero non poſſe. quoniam exponuntur uerba hęc.non poſſe.ideſt nullo modo poſſe.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.l.j.ff.de uerb.ob.gloſ.not.in c.i.de reg. iur.in vi.parenteſimq; illam (ut aliquo quoque decreto principali refertur conſtitutum) ſic eſſe reſtituendam, & ſine uerbo quoque legendam (ut aliquo decreto principali refertur conſtitutum) & ad idem licet gl.dicat, decreto principali conſtitutũ fuiſſe in l.neque.C.de dig.lib.x. forte male dictum eſt,ut hic per docto. quia non potuit de.d.l. Martianus Cogitare.l. iubemus in fi.C.de teſta.ideo dicendũ eſt quod id nõ habeamus,ut ſępe dicit gl.& in ſpecie in l.admonendi. in prin.ff.de iureiu.vel dic ſaluãdo quod potuit cogitare in genere,ut per Bar.in l.1.ff.de cõd.ex lege.dixi in l.i.iu glo.conſtitutione.ff.de officio eius cui man.eſt iuriſdic.

Dubitandi rationem faciebat in prima parte, quia ad dignitates libertus admitti non poteſt.l. i.C.ad leg.viſcel.l.i.& toto ti.C.ſi ſer.aut lib.ad decu.aſpi.lib.x.no.in l.libertorum. C. de digni. eo.lib.ergo nec eſſe aſſeſſor.ex quo fit ut neq; doctor eſſe poſsit,quia doctoratus eſt dignitas.cap. quanto.de magiſt. tradit Bar.in l.i.nu.10. C.de no.Cod.fa. Alex.cõſ.xciiii.col.ii.uol.i.& conſi. xxvii.ad fi.& conſ.xxiiii.col.vi.uol.ii. Recordatione etiam & in memoriam præcedentis ſeruitutis,ut per locum a contrario probatur in l.fin.ff. de decu.Et in ſimili dicebat Bal.in l. ad teſtium. in §.i.col.fi.ff.de teſta.quod longa eſt differentia inter notarium qui inquam fuit, & eum qui fuit aliquando. quoniam hoc caſu adhuc tabellionatus reliquiæ durant inſeparabiles.Et probatur in l.& ſi pluribus. ff.de auto.tu. Et poteſt uideri in iudæo conuerſo ad fidem, qui præſumitur adhuc infidelis, nec poteſt admitti ad ordines ſacros, nec ad dignitates ſeculares. c.conſtituit.ubi glo. xvii.quæſt.iiii.Crot.late in rub. ff. de nou.oper. nun. in princip.

Contrarium tamen hic deciditur.Et ratio deciſionis eſt,quia aſſeſſoratus eſt honor, a quo libertus non reperitur prohibitus.l.i. C. de aſſeſſ. Et eſt ſimile in aduocato.l.ii. C.de poſtula. & in teſte.l.prima,ff.de teſtib.& in executore. ut per Albe.in l.nulli.in prin. C. de epiſc.& cleri.& in

procuratore.l.mutus in fi. prin.ff.de procu.ad ſa iuritatem Barb. in ru.C.qui adm.col.ij.& eſt par uus honor, quia ſi magnus alias repelleretur.l.j. §.ait prætor.ff.de poſtul.l.diuus vbi glo.ff.ad municipa.argumētum in l.magiſtratibus infra de iuriſdi.om.iud.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, namque primum uerum eſt,ſed (vt diximus) cum aſſeſſoratus ſit honor & non dignitas, prohiberi nullo modo debet,quo minus aſsideat.Ad id tamen quod doctor eſſe non poteſt, obſtat tex. in l.ij.C.de poſtul.ubi oportet quod liberti ſint literis eruditi,ut ad poſtulandum admittantur, ergo & pari ratione ut aſſeſſores eſſe poſsint. Solu. ſtant iſta ſimul quod ſint periti non tamen Doctores ratione ſupradicta.Et faciunt quæ not.in l.ij.ff.quod quiſque iur. Non obſtat recordatio præcedentis ſeruitutis, quia manumiſsione omnis macula abſterſa eſt, ut in ſimili in baptizato, legitimato, & eiuſdem generis pluribus dicitur. l.homo liber.ff.de ſta.homi.l.j.ij. iij. ff. de nata. reſti.l.imperialis. C.de nup. & ſic non eſt eadem ratio contrarij in caſu.d.l. fin. ff.de decurio. Et pulchrum uerbum hac de re dixit Bal. conſilio cxlvj.colum.iij.uolu.j. quod pater in teſtamento non debet ſpurios ſeu naturales hoc nomine appellare, ſed dicere tales filios meos legitimatos inſtituo, quia mutauerunt ſtatum, & non ſunt amplius perſonæ turpes. Non obſtat dictum de Iudæo,quia id eſt in conuerſo de recenti, qui Neophitus appellatur.capitu.ſecundo,ad finem. xlviij.diſtinc. & eſt ſpeciale cum ſuſpicione non careat. Et ne in ſuperbiam elatus incidat in diaboli ruinam. capit. primo & ſecundo præallega. xlviij.diſtin.Vel dicamus quod glo. in dicto cap. conſtituit,non ſit uera.contra quam facit text.in cap.eam te. de reſcrip. vel pro concordia dic, ut per doctores in rubri.de iuſti.& iure. & ibi Seyſel.in ſpecie ad finem.

Quo modo ad aliam partem tex.quod infamis aſſeſſor eſſe poſsit,dubitandi rationem faciebat, quia uidemus etiam quod poteſt eſſe procurator,arbiter,& tutor,ut in §.fin.ubi gloſſ.not.inſtitu.de excep.& in l.parui alias pedius,ff.de arbit.& in l.j.C.de infa. lib.decimo. Quod regulariter uerum intellige maxime dictum in procuratore,& tutore, quia alias neutrum haberet locum in curia Romana, ex quo urbem non ingreditur nec conſiſtorium principis.l.ſed & milites. §. ſed & ignominia miſsi. & ibi Bald. ff.de excuſa.tuto.

Contrarium tamen hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt, quia infamia reddit infamatum uilem,& inhabilem ad honores & adidignitates.l. neque.C.de digni.lib.decimo. Bald. in l.fratres. C.de inofficio.teſtamen. Qui dicit etiam in l.j. colum.prima.ff.de his qui notan.infam.quod infamis quanuis infamia ſola facti, dicitur turpis perſona,ita ut contra eum intentari poſsit quoque quætela a fratre exhæredato. Et quod in ſimili perdit miles beneficia, & honores inquit idem Bal.in l.ij.in §.miles. in princ. & per illum tex.ff.eo. Et ad declarationem nota, quod infamis efficitur quis quandoque ipſo facto, quandoque per ſententiam,& nonnunquam ex genere pœnæ, ut per Bartolum in l.ictus fuſtium. ff. eodem.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primum,quia id eſt propter utilitatem,ut in d.§.fin. not. Adde quod hac ratione nec ab eo arcetur Iudæus ut ibidem & per Scriben.in rub. de iuſti.& iur.& intellige in cauſis priuatorum,quia ſi principis,tunc foret dignitas, & ab ea arcerentur omnino.l.nemo.C. de dignita.lib.xii. Et idem dici poteſt ad propoſitum quod a cæteris de quibus ſupra. infamis prohibitus non ſit, poſsitque eſſe arbiter & tutor, ex quo a partium conſenſu pendet compromiſſum, tutor uero ne ab onere immunitatis commodum conſequatur. l.relegatorum.§.fi.ff.de int.& rel.no.in d.l.j. C. de infa. Et quia neutrum eſt officium honorabile. aſſeſſoris autem ſicuti & aduocati,ſic.l.j.C.eo.l.j.§.aduocatos.ff.de ua.& extraordi.co. Finis.

Macer lib.j.de offi.pręſid.

SI EADEM PROVINCIA poſtea diuiſa, ſub duobus præſidibus conſtituta eſt: (velut Germania, Miſia) ex altera ortus.in altera aſsidebit,nec videbitur in ſua prouincia aſſediſſe.

Præmitte primo quid ſit prouincia, & dic quod de iure canonico eſt continentia decem ciuitatum ſub regimine unius Archiepiſcopi. cap. ſcitote.vj.quæſt.iij.de iure ciuili territorium amplum, ſubiectum iuriſdictioni unius domini.l.illicitas.§.qui uniuerſas.l.congruit.ff.de offi.præſid.De prouincia rurſum tractatur per Canoniſtas in cap.coram. de electio. a Iuriſtis uero in l. prouincias.C.de ediffi.priua.

Secundo præmitte quod nomen prouinciæ generaliſsimum eſt comprehendens etiam incolas propter ſuam latitudinem in modo ſignificandi,ei tradito a iure,ut not.in l.prouinciales.ff.de verb.ſign.Bal.pulchre conſi.cxxxix.col.ij.uol.v.

Tertio præmitte quod princeps prouincias unit & diuidit, unit ut in l. prima. C. de metropo.Beryto.lib.x.diuidit ut hic.

Quarto præmitte quod hæc diuiſio eſt de iure gentium,ut no.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.

Quinto & ultimo quanquam hæc uteriſsima ſint, quod hodie quælibet ciuitas iura prouinciæ habet per uſurpationem,ſecundum glo.in l.fi.C. de præſcrip.lon.temp.Et hac de re merú ac mixtum imperium,ut diximus poſt alios late in l.imperium,ff.de iur.om.iud.interim declarat Ro.in l.j.in prin.ff.de dam.infec.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat, dum præſuppo nit Iuriſconſul. quod quis in prouincia ſuæ origi nis aſſeſſor eſſe non poteſt, quodque ex altera or- tus in alia aſsidebit ſi diuiſa fuerit, & quod in pro uincia ſua aſsidere non uidebitur, quia & hæc ẽt in qua aſsidet aliquando ſua fuit origine inſpe- cta, quæ ſemper ſpectanda eſt. l. iij. C. ad Maced. l. ſi procurator. ff. mandat. l. clam poſsidere. ff. de acq. poſſ. l. cum filius. §. hæres. ff. de leg. ii. l. tutor. ff. de fideiuſſo. glo. in l. ex omnibus. C. de decur. lib. x. & ideo ubi ultima uoluntas eſt deſtinata ad contractum hac ratione attendimus naturam ul- timæ uoluntatis, ſecundum Bal. in l. fi. colum. ij. C. de contrahen. emp. & ſi feudum conceſſum ſit alicui pro ſe & deſcendentibus ſuis in infinitum, & in inueſtitura etiam hæredum fiat mentio, erit hæreditarium, attenta originaria feudi natura, quæ eſt ut dicatur hęreditarium, ſi ſimpliciter cõ ceſſum ſit, abſque alia uerborum expreſsione, & intelligetur de deſcendentibus ſi hæredes fue- rint, ut per Bald. in cap. j. an agna. uel fil. col. iiij. in uſib. Cuma. conſi. clxvj. Alex. conſi. ccvj. col. ij. Curt. Iuni. olim collega plene conſi. iij. nume. 4. & ad idem inquit Signo. dę Homode. conſ. xlvij. colum. ij. quod cum propter extrinſeca acciden- tia non immutetur natura rei petitio hæredita- tis ex quo realis eſt origine, & ſi habeat quaſdam perſonales præſtationes non propterea deſinet eſſe realis. & per Docto. in rub. ff. ſi certum peta. Sed nihil eſt, ut hic per gloſſ. quoniam imo acci- dens debet attendi. l. ii. §. quod ad magiſtratus at- tinet. ff. de origin. iur. l. j. §. beſtias. ff. de poſtula. Dic tu melius & declara uerum eſſe ubi accidẽs naturæ non contradicit nec ipſam alterat, & ubi cauſa naturalis & accidentalis tendunt ad eun- dem effectum non ſi ad diuerſum ut hic. & docet Bal. in l. j. in prin. C. de cura. fu. & ibi exemplum ponit, & in iuribus ſupra allega. legi poteſt. Imo. egregie in l. pen. in §. ad crimen. col. xiij. ff. de pu bli. iud. ubi etiam Rube. olim collega poſt Curt. multa nu. 281. Bar. ante omnes in d. l. j. in §. remo uet. ff. de poſtul. Et ideo dicit idem Bal. in l. cum quædam puella. in prin. col. ij. ff. de iur. om. iudi. quod mulier nobilis nupta populari perdit ge- neris ſplendorem. Et in l. & generaliter. ff. de ca- lum. quod iudici qui in officio Barattariam com miſit, ut uerbo ipſius utar, ſi re etiam integra ip- ſum pœniteat, pœnitentia non proderit. Et con ſil. ccccxxxix. col. ij. uol. iiij. quod quando natura & accidens ſunt diuerſa natura inſpicitur. ſi con traria uero accidens, ut iam dictum eſt ſupra.

Secundo dubitandi rationem faciebat, quod in ſua poſsit, quia in prouincia in qua quis or- tum habet non prohibetur eſſe delegatus, ergo nec aſſeſſor, maior probatur in l. j. C. qui pro ſua iu. & in l. eum qui. infra de iur. omn. iudic. minor quia delegatus habet iuriſdictionem ſaltim dele- gatam. l. i. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui man da. eſt iu. aſſeſſor nullam ut communiter conclu dunt Doct. in rub. & in l. i. poſt Bar. ſupra eo.

Ad quod etiam reſponderi poteſt, & pro ſol. dici, quod maius eſt periculum in aſſeſſore, quã in delegato. probatur quia ille eſt in una cauſa tantum, iſte uero ſemper aſsidet prætori, & eſt conſiliarius omnium, ideo cautius eſt etiam pro- uidendum, uulga. l. i. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo. edic. c. ubi periculum. de elec. in vi. Vel dicamus quod in delegato tolerabile ſit, non etiam in aſ- ſeſſore, quia poteſt allegari ſuſpectus. l. apertiſsi- mi. C. de iud. c. quod ſuſpecti. v. q. iii. ad differen tiam ordinarii cui fit iniuria ſi quis eo relicto ua dat ad alium. c. placuit. ubi glo. xi. q. i. & ideo ubi cœptum eſt iudicium ibi finiri debet. l. ubi cœ- ptum. ff. de iud. aſſeſſor uero nõ. l. quod ſemel. ff. de dec. ab ordi. fa. Tertio dubitandi rationem faciebat tex. in l. fi. infra eo. ubi caſus clarus, quod quis in eadem ciuitate poteſt eſſe aſſeſſor, & con ſiliarius procuratoris fiſci. Sed ſecum ſol. affert in eo fore ſpeciale, in quo alia etiã multa plane ſunt & obiter ſciẽdum eſt, quanquàm procurator Cæ ſaris & fiſci pro eodem ponantur ſæpe, ut aliqui uoluerunt, quod tamen realiter differunt, ex quo procurator Cæſaris eſt, qui curam patrimonii ha bet, fiſci uero qui negotia gerit publica. l. procu rator. ubi plene Cy. C. de eden. l. fi. C. de aduo. fi. plenius Pyr. in trac. de magiſtra. ro. par. ii. nu. 12. tomo. v. Vel aliter ad obiectum reſpondeamus, il lud ideo eſſe, quia (ut ibi inquit Iuriſcon. ſalario publico non fruitur, cuius rationi acquieſcendũ eſt. l. ii. C. de cri. ſac. l. ſi non fuerint. ubi gl. ff. pro ſoc. cap. in iſtis. iiii. diſt. Vel & ultimo, quia non agit negotia ciuium, ſed inter priuatum & fiſcũ cognoſcit, quod raro euenit, & ut ibi per glo. la- tius, & in l. diui qui. ff. ex quibus cauſ. maior.

Quarto dubitandi rationem faciebat tex. in l. fin. C. de cri. ſac. vbi hoc ad literam etiam dici- tur, ſed parum facit quia princeps ſibi iſtud ſpe- cialiter indulſerat, ergo non regulare ut hic, & pulchra eiuſdem legis ad idem ſunt uerba ibi. Ni ſi hoc cuidam vltronea liberalitate per diuinos affatus Imperator indulgeat. Et ideo quod prin- cipi placuit legis habet uigorem. l. prima. ff. de conſtitutio. princip. §. ſed & quod principi. in- ſtitu. de iure natu. ſufficitque tunc pro ratione uoluntas. l. quia poterat. ff. ad Trebel & idem di- citur in l. ſi cui. ff. ex quibus cauſ. maior.

Quinto & ultimo dubitandi rationem facie- bat etiam tex. in l. tres tantummodo. C. de offic. præto. ubi prætor Romæ eligi non poterat olim, niſi qui ibi orti fuiſſent, inque eo loco habuiſ- ſent larem. Et ſimili modo in ciuitatibus Lom- bardiæ hoc idem olim obſeruatũ fuiſſe legimus, & bene. Eſtque ad iſta quoque pro ſolu. dicen- dum, quod illud ſit in urbe Romana præcipuum, iſtud uero ex poteſtate quam habebant propter pacem Conſtantiæ, qua poterant ſibi quos recto res uoluiſſent eligere, ut in titu. de pace Conſtan tiæ. & ad primum uidenda ſunt quæ dicuntur in c. fundamenta. ad fin. de elec. in vi & in c. ſi quis ſuadente. ad fi. iuncta glo. xvii. q. iiii.

Modo deciſionis ratio eſt, ne quid gratioſe agat. Vel & melius quia non timeretur, ex quo proditum eſt, neminem in patria prophetam acceptum eſſe, quas aſsignat glo. not. in d.l. hi qui. ff. ex quibus cauſ. maio. Vel & ultimo, quia (ut eſt a ſimili in prouerbio) intumeſcit aſinus cum uidet ſe per comparem comprehendi. l.i.§. ueteres. ff. de acquiren. poſſeſ. Bald. in l. in exercendis. colum. ſecunda. C. de fid. inſtrumen. & in l. ingenuum. in prima. ff. de ſta. homi. dedignarentur enim ciues eius conſilio iudicari, ea de re prohibitiua hæc lex facta eſt, ne poſsit aſsidere regulariter in ea prouincia in qua ortus eſt, alitus, & educatus, niſi poſtea diuiſa ſit ut ſupra. Et prædicta omnia intellige quatuor menſibus exceptis quibus hoc ipſum unicuique conceſſum uidetur. l. in conſiliariis. C. de aſſeſſo. d.l. hi qui. & in præalleg. l. tres tantummodo. per Albe. no. latius. Finis.

De iuriſdi. omn. iudicum.

Vlpianus lib. iij. ad edictum.

QVI IVRISDICTIONI præeſt, neque ſibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis ſuis, neque libertis, vel cæteris, quos ſecum habet.

Dubitandi rationem faciebat, quod quis poſſit ſibi ius dicere primo glo. hoc innuens ad literam in l. nullus. C. de iude. imo tex. & ibi Bartol. in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. ubi creditor propria auctoritate capit debitorem, & ſic ſibi ius dicit. & clarior in l. & hoc Tyberius. ff. de hæredib. inſtituen. & in l. proxime. ff. de his quæ in teſta. del. Sed reſpondetur glo. in dicta l. nullus intelligendam eſſe, quando non poteſt haberi copia iudicis, alias foret contra textum ibi, qui cum iſto concordat. & idem in l. ſi alius. in §. belliſsime. ff. quod ui aut clam. not. in l. ut uim. ff. de iuſtitia & iure. Et hoc modo ad textum quoque in dicto §. ſi debitorem. & ita ad utrunque reſpondet Barto. in l. generali. in princip. C. de decu. lib. x. & conſil. cv. ad finem. Vel dicamus quod in debitore ſuſpecto loquatur, qui propria auctoritate capi poteſt, tribus concurrentibus. Primo, (ut dixi) quia non poſsit haberi iudicis copia. Secundo, quod fugiat cum pecunia creditoris. Tertio quod ſit factus non ſoluendo poſt contractum, ita Ange. in l. extat, colum. ii. ff. quod metus cauſa. Et licet dici ſoleat quod liber homo propria auctoritate capi non poteſt. l. prima. C. de priua. carce. Fallit tamen in iſtis obnoxiatis, non ut detineantur, ſed ut ducantur ad iudicem, ut per Bart. in l.i. C. ubi quis de curial. lib. x. & locus eſt ab opportunitate, quia plerunque nobis præripitur facultas, ſi ſemper iudicia ſpectemus. Non obſtat tex. in d.l. & hoc Tyberius. & in d. l. proxime, quia id utrobique eſt in principe ſpeciale, ex quo ſuperiorem non habet, neque poteſt ab alio iudicari ſecundum Bald. in l.i. colum. ii. C. ne quis in ſua cau. Abb. in c. cum ueniſſent. col. ij. & iij. de iudi.

Secundo principaliter dubitationem faciebat quod poſsit ius dicere uxori, quia de matrimonio carnali ad ſpirituale procedit argumentum cap. inter corporalia. de tranſla. præla. ſed epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſponſæ ſuæ, id eſt eccleſiæ. glo. eſt in cap. ſi quis erga. ij. q. vij. & in d.c. cum ueniſſent. ergo. Ad quod etiam reſpondetur non eſſe generaliter uerum, ſed eo caſu tantum, quo eſt potius iuris executor, quàm iudex, ut plene per Abb. in d. cap. cum ueniſſent. col. iij. & iiij. Vel & melius dicamus, quod argumentatio non ſemper procedat, quodq; eſt inter hæc duo maxima differentia, ut not. in d.c. inter corporalia, ita ut ſtent iſta ſimul, quod epiſcopus ſiue prælatus cognoſcat & ſit iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, & tamen maritus uxoris cauſam haud iudicet. Tertio dubitationem faciebat, quod filiis etiam ius dicat, quia uidetur ad idem (ut inquit etiam glo.) eſſe caſus in l. in priuatis. ff. de iudi. ubi filius in priuatis negotiis patrem iudicem habere poteſt, & ſi filius ergo multo magis libertus, & cæteri quos ſecum habet. Pro ſolu. tamen dici poteſt quod illud ideo ſit, quia cauſa erat ciuilis & modici præiudicij, argumentum in l. ſcio ff. de reſti. in integ. & in c. ſi proponente. de reſcrip. Vel & melius dicamus quod id uerum ſit in iudice delegato, non in ordinario, ratio eſt ut hic per Alex. quia delegatus uice delegantis fungitur. l.i.§. qui mandatam. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. c. ſane. de offi. deleg. ideo præſumptio eſt quod iudicet ut delegans, argumentum in l.i. ff. de offi. præfec. præto. & hæc ſolu. communiter tenetur. Vel & aliter quod imò poſsit eſſe etiam ordinarius in cauſa ciuili ut ibi, non in criminali ut hic. ratio, quia ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt prouidendum. l.i.§. ſed & ſi quis. ff. de carbo. edic. cap. ubi periculum. de elec. in vj. Et quia conſilium eo tunc capit pater pro filio. l. nec in ea. ff. ad legem Iuliam de adulte. ſed melior præcedens. Vel generaliter dicamus quod eſſe poſsit, niſi recuſetur. nec obſtat uerbũ debet, ut hic per Iaſ. quia quandoque honeſtatem in ſe habet, ut alij dicunt & bene, ratione ſubiectæ materiæ. l. ſi uno. ff. loca. c. intelleximus. de iud. Bal. in l. ex arrali. ad fi. C. de actio. empt. Vel quod in contentioſa iuriſdictione eſſe poſsit quod recuſetur, & in uolumtaria quoque ſed quod recuſari non poſſit. l. nam quod. ff. ad Treb. & latius ut per Roſ. in trac. libello. qui po. eſſe iud. ordi. col. pen. & fin. Vel ut hic per gl. & Alex. quod uno caſu agat alio conueniatur, ut etiã in l. illo a quo. in §. fi. & l. ſeq. ff. ad Treb. & hoc caſu patria poteſtas nõ curetur.

Deciſionis autem ratio eſt, quia qui ſibi ius dicit imperat, nemo autem ſibi ipſi imperare poteſt. l. pen. ff. de arbit. Abb. in d. c. cum veniſſent. col. iij. Et hoc eſt quod dicit Bal. in l. unica. in §. ſimilique modo. C. de latin. liber. tol. quod ſicuti ſententia hominis non ligat proferentem, pari modo nec ſententia ſtatuti ligat promulgantem (factumq; eſt iam tritum ſermone prouerbium) quod imperatiuus caret prima perſona. Et quo ad uxorem, quia duo ſunt in carne una. cap. hæc imago. xxxiij. q. v. Socii diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de cri. expila. hæred. Et ipſa uxor quodammodo domina etiam uiuente marito. l. i. ff. de act. rerum amota. vnde dicitur etiam peccatum in mundum intraſſe per unum hominem, cum tamen prius Eua peccauerit. Quo ad filios uero quia iuris interpretatione eadem perſona cum patre cenſentur, fictioneque unitiua. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſtitu. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. Bal. pulchre in l. qui in prouincia. in §. diuus. colum. ſecunda. ff. de ritu nupt.

Et quo ad libertos denique ac cæteros quibus ut ſeruis utitur, idcirco hoc ipſum proditum eſſe, quia ſunt familiares. l. præſenti. §. ſane. C. de his qui ad eccl. confu. l. etiam. C. de teſti. & utrobique not. nec lis procederet abſque ſuſpicione, ut decet alias ac conueniens eſt, ſecundum Bald. in l. eſt receptum. & glo. in l. prætor. infra eod. l. apertiſsimi. C. de iud. cap. quod ſuſpecti. iii. q. v. Iaſ. late in l. ii. col. iiii. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. conſiderando affectionem: nonnihil Ancha. conſil. cccxx. col. pe. & fi. idem Bal. in l. clericus qui. col. i. C. de epiſ. & cler. Iaſ. adhuc in l. admonendi. col. lxxi. in repe. ff. de iureiur. multa Soci. regu. cciii. Et expone qui iuriſdictioni præeſt, hoc eſt iudex quilibet iuriſdictionem habens. l. non poſſunt. & ibi per doc. ff. de legi. & in extrauagan. ad reprimen. Finis.

Vlpianus lib. xviij. ad edictum.

MAGISTRATIBVS MVNIcipalibus ſupplicium a ſeruo ſumere non licet: modica autem caſtigatio eis non eſt deneganda.

Dubitandi ratio eſt in prima parte fauor publicæ utilitatis ut delicta puniantur uulga. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aqui. quo factum eſt ut uideamus quoque hinc bannitum impune occidi poſſe, ut per Bar. in l. ij. C. quando li. unicuiq; ſi. iud. ſe uind. & in l. ut uim. & in l. omnes populi. q. ij. iij. q. prin. ff. de iuſt. & iur. Iaſ. in l. ubi pactum. col. iiij. & v. C. de tranſac. Nel. in tract. bannito. in j. par. ij. tempo. q. lxxx. & pulchre ad propoſitum dicit Alex. in l. ſi conſtante. col. x. ff. ſol. mat. quod ubi agitur de publica utilitate non eſt de apicibus iuris diſputandum. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. Bal. conſi. ccxxiij. uol. i. Rom. in l. prima. in prin. colum. quarta. ff. de nou. ope. nun. Et fere in terminis filius qui non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio niſi conſentiente patre, l. fi. §. neceſsitate. C. de bonis quæ libe. habet tamen in delictis. l. ſi longius. §. primo. ff. de iudi. ergo & pariter magiſtratus municipales deberent poſſe ſupplicium a ſeruo, id eſt de ſeruo ſumere. præſertim (ut inquit Pau. in l. pro uinciarum. ad fin. autore Seneca. C. de ſer.) quia nulla pinguior uictima Deo optimo maximo mactari poteſt quam delinquens. Et cenſuit olim Cato, lapidibus obruendos magiſtratus, qui de improbis pœnas non ſumebant. Secundo annihilatio ſtatus ſeruilis tam de iure ciuili, quam de iure prætorio, dubium faciebat in hac lege, ut in l. quod attinet. & in l. ſeruitutem. ff. de regul. iur. & in l. prima. ff. de iur. deli. imo quod neque etiam reti nuerunt ea quæ ſunt de iure gentium, ut not. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. quodq; pecudibus comparantur. l. ſecunda. ff. ad legem Aquil. nec ab re, quia continuis calcaribus uelu ti iumenta perurgentur, æſtimationem recipiūt ut res. l. quicunque. C. de ſer. fugit. deque eis ultimo ut de rebus gabella ſoluitur, quod tamen non firmo, ſed bene quod rei appellatione ueniant. l. omnia. §. cum ita. ff. de legat. ij. l. fin. C. de uerborum ſignifi. l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. l. Paulus. §. fina. ff. de pigno. late Deci. in l. prima. lect. iij. colum. v. ff. ſi certum peta. Vltimo dubium faciebat tex. not. in l. cum ſeruus. ff. de condi. ob cauſam. ubi præfectus uigilum ſeruum in facinore deprehenſum ultimo afficit ſupplicio, & tamen certum eſt quod imperium non habet. l. iij. §. cognoſcit autem. ff. de offic. præfec. uigil. l. i. C. eo. Fulgoſ. & Alex. in d. l. cum ſeruus. & ita communiter tenetur.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia quæ meri imperij ſunt ſpecialiter, & in priuilegium maioribus magiſtratibus tribuuntur. l. prima. & ibi diximus. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd. ergo non inferioribus. l. cum prætor. ff. de iudic. Et quia ſi de maioribus magiſtratibus confidit lex, & hac ratione ſibi permittit ut cauſas huiuſmodi cognoſcant & determinent ſoli, aliis inferioribus permiſſum non erit. l. placet. in fin. C. de pedan. iud. d. l. cum prætor. l. prima ad finem. ff. de offic. præfec. præto. l. liquet. C. de ſumma Trini. & fid. catho. Et quia ſi quæ magis imperii ſunt quam iuriſdictionis magiſtratus municipalis facere non poteſt, exempli gratia in integrum reſtituere atq; ſimilia, de quibus in l. iubere cauere. infra eod. & in l. ea quæ. ff. ad municipa. multo minus poterit ſupplicium ſumere a ſeruo.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quoniam uetum eſt aſſumptum, & antecedens, conſequens uero falſum, ex quo delicta non ob hoc impunita manebunt, cum a iudicibus competentibus puniantur, alias ſententia

foret nulla.l. fina. C.ſi a non comp. iud. ſue. ap. imo quod nullus defectus eſt maior, quàm qui deſcendit a iudicis incompetentia clemen.i.ubi glo.not.de ſeq.po.& fruc. Et dicit Bald. quod omnis actus qui fit a iudice incompetenti uidetur fieri ſine ordine & ſine ratione in capit.primo.in §.ſancimus,in prin.quo temp. mi.in uſib. & in ſimili in ſententia excommunicationis,quę pœna in eccleſia grauiſsima eſt.l.hij qui ſanctam fidem.C.de apoſta.Calde.conſi.ix.de ſenten.excom.imo tex.in c.pe.eo.ti. quod a ſuo iudice lata ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt,a non ſuo uero nulla.Et idem Bal.conſ.cccxxxij.col.j. uol.ij. quod nec re nec nomine eſt ſententia. ex quibus omnia ruunt ad idem tendentia,& præſupponentia iudicis incompetentiam, quia actus actiuorum non operantur in patiente male diſpoſito.c. Maſſana.c.ſacroſancta. c.uenerabilam. de elect.

Et minus ſecundum,quia bene fuit annihilatus ipſorum ſtatus quoad capacitatem bonorum & eorum quæ ſunt iuris ciuilis,prætorij, & gentium ſecundarij ut dictum eſt,ſed non ab his quę ſunt iuris naturalis,& gentium primæui, quibus omnes homines ſunt æquales,& ideo naturaliter obligantur, quando obligatio tamen prouenit ex promiſsione,quam fallere graue eſt. l.j.ff. de conſtitu.pecu.& in delictis generaliter ubi de corporali pœna agitur. l. hos accuſare. §. omnibus ff.de accu.l.ſerui.ff.de ac.& oblig. no.in l.in perſonam. ff.de reg.iur. & debent delinquentes etiam puniri,ſed non a magiſtratibus municipalibus qui imperium merum nō habent.d.l.j.cum ſimilibus,ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſ. vnde ſtant iſta ſimul etiam,quod ut res æſtimentur,cōparentur pecudibus & rei appellatione ueniant, & tamen delinquant ac puniantur, ſicuti & cæteri homines, ab hiſque iudicentur, quibus hoc idem in ſpeciale priuilegium conceſſum ſit ut ſupra. Non ob.ultimum,quia de facto ibi ita actū fuit non quod de iure fieri potuerit, ut hic per Ange.ita reſpondentem poſt Guliel. de Cun. ibi Adde Bal.conſ.cciiij.col.ij. uol.j. & in tribus de facto proceſſerat, primo, quia non habebat cognitionem.ſecundo, quia ſuſpendi ſeruum fecit, abſque eo quod ſibi conſtaret de delicto. tertio, quia pro furto mori non debebat,ex quo nō erat publicus latro.l.capitalium.§.famoſos. ff.de pœ. quod quomodo cognoſcatur licet uidere in authen.ut nulli iud.ad finem. ibi fures autem uocamus &c.

Dubitandi ratio eſt in ſecunda parte, quod neque eis conceſſa ſit modica caſtigatio ſeu cohertio,quoniam meri imperij eſt.l.imperium. & ibi Bar.nu.11.ſupra eo.magiſtratus municipales nō habent imperium.l.ea quæ prælleg. ff.ad municipal.ergo.

Contrarium tamen hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt,quia iuriſdictio eorū alias foret nulla,neque poſſet explicari.l.j.§.fin.ad fin.l.fi.ff.de offi.eius cui man.eſt iur.l.ij.ſupra eod.ti. noſtro.

Et quod modicam habeant caſtigationem aperte probatur in §.audient quoque.in auth. de defen. ci.pulchre glo.in l.j.ff.ſi quis ius di.non obtem. & Ro.in l.iij.in §.j.col.ij.ff.de dam.infec.

Ad oppoſita reſpondetur uerum eſſe quod eſt meri imperij ut iudicat aduerſatiua autem, iuxta doctrinam Bar.in l.mariti.in §.ti.ff.ad legem Iul. de adult.& probatur per regu.l.fi.ff.de fun.inſtr. verius quod magiſtratus municipales imperium non habent,ſed falſum quod ſit denegata eis cohertio modica,ratione prædicta,& imperium minus eſt ut inquit Bar.in d.l.imperium,quod in d. l.fi.imperiolum appellat Ang.& bene. Finis.

Vlpianus lib.xxxix.ad edictum.

EST RECEPTVM, EOQVE iure vtimur: vt ſi quis maior vel ęqualis ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius: poſsit ei, & aduerſus eum ius dici.

Dubitandi rationem faciebat quoad maiorē iudicem,non poſſe ſe minori ſubiicere,quia non æque conuenit quod ab ipſo iudicetur. l. minor autem magiſtratus.in prin.ff.de mino. cle. ij. de elec.c.cum inferior.de maio.& obed.pulchrum uerbum dicit in ſimili Ancha. conſ.cxxxij. ad fi. quod erubeſcit lex filios fieri caſtigatores parentum,uel quod in eos habeant poteſtatem. & glo. in c.de Conſtantinopolitana.xxij.diſt. quod niſi eſſent maiores & minores, ſuperior & inferior, genus humanum conſiſtere nō poſſet. imò quod ordo diuinæ prouidentiæ eſt, ut inferiora obediant ſuperioribus,& ab ipſis gubernentur. teſtaturque Philoſophus,Oportere hunc mūdum inferiorem ita ſuperioribus lationibus eſſe contiguum,ut inde omnis uirtus gubernetur. Et aurea ſententia Bald.conſi.ccxviij.col.ij.uol.iij. quod cum pari contendere,contentio anceps eſt,& dubia.cum ſuperiori furioſa,ſordida uero cum inferioribus autore Seneca.Simileq; id quod Alexandrum Macedoniæ Regem, ſæpe dicere ſolitum accepimus,Gloriam in ſordidis hoſtibus obſoleſcere.

Quoad parem etiam quod non poſsit ſe ſubiicere pariter alia facit regu. quæ eſt. quod par in parem non habet imperium id eſt poteſtatem.l. Labeo.§.fi.l.nam magiſtratus.ff.de arb.l.apud.ff. de manu.uindi. & ideo dicit Bar. in l.ſi cui.in §. cum ſacrilegium.in prin.ff.de accu.per iſtam regul. quod iudex non cogitur remittere reum ad petitionem alterius iudicis.& in l. inter tutores, ff.de admi.tu.ſi ſint duo domini eiuſdem caſtri, & unus delinquat, quod non punietur. ab alio. Imo quod nec Deus nec homo in natura pari,facere poteſt quod unus ſit ſupra alium unde intumeſcit aſinus, ſi uideat ſe per comparem comprehendi,ut inquit not.glo.in l.j.in §.ueteres.ff.

de ac-

de acquir.poſ.tradit Bal.in l.i.lectu.ii.colum.vi. ff.de legat.iii.

Vltimo dubium faciebat generaliter (ut hic glo.quoque & Bar.dicunt) quia ſi poſſet maior vel æqualis,ſe ſubiacere iuriſdictioni alterius,pactum etiam inter dominum & ſeruum ualeret, & tamen non ualet. l.cum affirmes. l.poſt certi. C. de lib.cau l.interpoſitas. C.de tranſac. aliter inducit Odoſ:hic,neque tamen probatur in dictis iuribus , ſed pro eo facit, quia domini obligant ſeruos ad ſibi perpetuo ſeruiendum,& male,quoniam huiuſmodi promiſsio ſapit naturam ſeruitutis.l.ii.ff.de lib.ho.exhib.imo quod ſi legatum relinquatur alicui ſub conditione ut a certo loco recedat,quod non ualet,quia ſic erit quaſi ſeruus d.l.ii.l.Titio.ff.de cond.& dem.& maxima dubitatio eſt,an quis poſsit ſe ligium hominem alterius conſtituere,in c.grandi.de ſup.negli.prælato.in vi.& in §.pe.inſti.de iur.perſo. Spe.late in titu.de feu.in §.i.nu.7.& 8.

Contrarium tamen hic deciditur.Et ratio deciſionis eſt,quia cum non debeat quis ſibi ipſi ius dicere.l.pe.ff.de arb.l.qui iuriſdictioni.ſupra eodem.l.i.C.ne quis in ſua cau.neceſſe eſt , ut dicit tex.quod ſe æquali uel minori ſubiiciat.Et idem in l.ille a quo.in §.tempeſtiuum.ff.ad Treb.quod in principe de honeſtate intelligendum eſt.l.digna uox.C.de legi.ex quo iure poſſet ſi uellet cognoſcere, & eſſe iudex in propria cauſa , ut hic per Bart.& probatur in l. & hoc Tyberius. ff. de hære.inſti.& in l.proxime.ff.de his quæ in teſta. del.& dictum fuit in d.l.qui iuriſdictioni. Quẽadmodum fecit etiam Federic.in pace Conſtan, quoniã ſe ſubmiſit Rectoribus Lombardiæ,prout poſt Cy.Odoſ.& Bal.etiam hic referunt & bene.l.princeps. ff.de legib. Et maxime quia eſto quod hoc faciat non præiudicat tamen ſucceſſori.l.prouidendum.C.de decu.li.x.idem Bal.hic. qui dicit quoque adhoc. d. l. prouidendum. eſſe not.in l.filiofamilias.in §.fi.in fi.ff.ſol.mat.& in ſimili in l.iubemus.in princ.colũ.ii.C.de ſacroſanc.eccle.Et in papa etiam uideri poteſt qui ſe ſubmittit pœnitentiario & ſacerdoti, ſibi pœnitentiam iniungenti in foro poli , iuxta not.in c. omnis utriuſque ſexus. de pœni. & remiſ. tradit Archid.in c.in quibus.xxi.q.i. Et ad idem facit quod habetur in c.nos ſi incõpetẽter. xxii.q.vii. ubi papa rurſum ſe ſubmittit Imperatori,de quo tamen late an indiſtincte uerum ſit.in c. eccleſia S.Mariæ.de conſti.ubi ego etiam late. remiſsiue Ro. ſingu. cxliii. Facit etiam , quia ſemper de duobus malis minus eſt eligendum , & tolerandum abſurdum , ne uitetur abſurdius. l.ita uulneratus.ff.ad legem Aquil.l.in concubinatu . ff. de concubi.Bar.in l.ita ſtipulatus.col.x. ff.de uerb. obli.ut maior,ſeu æqualis ſe potius ſubmittat minori,quam quod iudicet ipſe. d.l.i. C. ne quis in ſua cau. Et quia ſic minoris eſſe uidetur conſenſu maioris ſeu æqualis ſe ſubmittentis iuriſdictio quodammodo prorogata.l.i.& ii. in princ. ff.de iudic. Et hoc iure utimur(inquit tex.receptumque eſt)propter publicam vtilitatem,addatu,ut lites ſine ſuſpicione procedant, ut etiam inquit glo.in l.prætor.infra eo. & facit etiam reg. l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare,quoniam uerum eſt,caſu quo maior ſe minori non ſubiiciat , ex quo (ut inquit Bald. hic in prin.) cauſa impediens id eſt ſuperioritas , ſubmiſsione alterata eſt , ſeu mutata , uſque adeo ut omnia ad idem inducta uiant. & ſpecialiter ad tex. in d.l. minor autem magiſtratus dici poteſt, quod loquatur in reſtitutione, aduerſus ſententiam principis,ſeu eius delegati,quæ raro aut nũquam concedi ſolet,ut ibi not.& ſic nihil ad propoſitum noſtrum. Non ſecundum , quia pari ratione tolli poteſt,ut per Alber.in d.l.nam magiſtratus , & ad literam dicitur in d. §.tempeſtiuum. Sed moueo difficultatem quod imo par in parem habeat imperium etiam ſe non ſubmittendo.de l.i.C.ne li:po.ubi præſes æqualem ſibi punit,exemplumque eſt in Romulo,qui Remum interfecit fratrem,ex quo muros tranſcendit ciuitatis.l.fi.ff.de rer.di. Pro ſol.dicas ad primum, quod pares erant in dignitate non in adminiſtratione. Ad ſecundum uero quod non erant pares ex quo Romulus ſorte obtinuerat imperium , ut Bar.in d.l.fin. Regula etiam de qua hic procedit in iuriſdictione contentioſa, ex quo quis ius ſibi non dicit,in uoluntaria ſecus, quia ecõtra ius ſibi dicere poteſt,ut per Odoſ.hic. Non ob. ultimum,quia ad fauore libertatis inductum eſt. l.libertas.ff.de regul. iur. ad conſequentias non trahendum.c.quæ a iure , de reg.iur. in vi. l.ius ſingulare.l.quod uero contra . ff.de legib. & ita idem Odoſ.hic reſpondebat inducendo dicta iura,ut per eum. & etiã Albe.aliter,& melius Bar. Alexã.& alij poſt eum, quod licet ratione ſupra dicta inter cæteras ualeat ſubmiſsio,quia conſenſu tollitur ſuperioritas , non tamen ualet conuentio inter dominum & ſeruum in caſu dictorum contrariorum inducendo ut inducunt alii. Et primo modo ut ſupra , quoniam dominium , quod in ſeruum habet dominus tolli non poteſt. d.l.interpoſitas. Dubitabile eſt etiam quod dicebatur de eo qui ad perpetua ſeruitia ſibi ſeruos obligat,ut per Fab.in d.§.pe.inſti. de iur. perſo; deque legato relicto ut quis a certo loco recedat, & in præalleg.l.Titio not. Et plus quàm indubitatum quem poſſe fieri ligium hominem alterius (quis enim ſit iſte Guil. Pap. uidendus eſt deciſio.cccix.)ratione optima Spe.in d.ti.de feu.nu. prealle.7.& 8.ergo & hic ſine dubitatione quod ſubmiſsio fieri poſsit.Sed ad propoſitũ ſol.cõtrarii.d.l.cum affirmes.& ſimilium ac ſecundũ inductionem Odoſ. nonne poteſt quis pati maior annis xx.ut uendatur ad precium participandũ? l.& ſeruorũ quidẽ.ff.de ſta.ho. ergo etiam quod quis fiat ſeruus pacto induci poteſt. Solue ut ſol uit Por.in d.ti.de iu.perſo.inſti.nu.7. Finis.

Vlpianus

Vlpianus lib.j.opinionum.

PRETOR SICVT VNIVERſam iuriſdictionē mandare alij poteſt, ita & in perſonas certas, uel de una ſpecie poteſt. maxime cum iuſtam cauſam ſuſceptæ ante magiſtratū aduocationis alterius partis habuerit.

Duo continet dicta hęc lex, uniuerſam ſcilicet iuriſdictionem prætorem mandare poſſe, & in perſonas certas, uel unam ſpeciem tantum, & hoc primo, mox aliud implicat in quo tamen idem eſt ius maiori ratione ut per gloſſ. in l.illud.ff.ad legem aquil.& in l.quod ſi minor in §.reſtitutio. ff.de mino. Iaſ. in l.admonendi in repet.col.xcvj. ff.de iureiu.& in addi.Por.inſt.de ſingu. reb.per fideicom. rel. ad fi.multa Areti.conſi.l.col.ij. Et notandum eſt quod uerbum prætor ſpecifiee poteſt intelligi, & in genere.l.nbicunque.ff.de reg. iur.imo quod ueteres omnem magiſtratū cui pareret exercitus prætorem appellabāt. Quod expreſsit etiam Poe.Saty.x.ſic.Quid ſi uidiſſet prætorem in curribus Extantem. Et Bald. quoque altis principem magnum prætorem uocat conſi.cccxlv.col.ij.uol.j.Et licet uideatur hęc lex ſuperflua in eo.tit.poſita, tractans materiam legis præcedentis, contra ordinationem traditam in §.quibus in j.Cod.conſtitutio. ita ut obelo iugulari debeat & confodi, non eſt tamen, quia aliud additum eſt ut hic per Odoſ. Et ita reſpondet in ſimili Bart.in l.j.in prin. ff.pro ſuo. & Ro. in l.quanquàm autem in fi.princ. ff.de aqua plu. ar.& probatur in l. ij. in §. ſi quis.C. de uete.iu. enuclean.& in l.ſi quis prioris.C.de ſecund.nup. & per Io.And.etiam in prohem.decretal.

Dubitandi rationem faciebat, quod prætor non poſsit uniuerſam iuriſdictionem demandare, quoniam ſic eam à ſe abdicare uideretur, minime permiſſum.l.legatus.ff.de off.pręſid.ubi legatus Cæſaris (inquit tex.) ideſt præſes, uel correctior prouinciæ, abdicando ſe, non amittit imperium. obiter declara correctorem (ut ibi & in l.ex omnibus eod.tit.) eum hominem eſſe, qui rationes geſtarum in repe. rerum, à magiſtratibus repoſcere ſolebat. à rationibus etiam ratiocinator appellatus. Et ad propoſitum quia in manu principis reſignandum eſt, ut ibi gloſſ. declarat, expouendo quoque imperium, ideſt iuriſdictionem. Et ad idem facit tex. qui hoc clare dicit in l.fi.C.de defen.ci.& in ſimili Bar. in l.j.col.ij.C. de pet.bon.ſub.lib. x.quod clericus cui præbenda conceſſa ſit, eam non renunciat alteri, ſed reſignat in manu ſuperioris per.d. l. legatus. melius facit tex.in c.quod in dubiis de renun. Et Abb. in c.quod Dei, col.ij.de ſta.mo.quod officiū publicum nō poteſt quis à ſe abdicare ex priuata renunciatione.idemq; Alex.in l.ſi quis vi in §.differētia ad fi. ff.de acq.po.in pulchro caſu Pau.Caſt. conſi.cclxxj.col.ij.uol.j. Ro.conſi.ccclxix.col.v. in terminis conſi. cccexliiii.col.ii. & Iaſ. in l.more.col.ii.ſupra eo.& in l.à iudice, co.ii.C.de iud. Et ad idem dicebat rurſum Bal. in l.falſus col.ix. C.de fur.quod iuriſdictio conſiſtit potius in iuris auctoritate, quàm in cōſenſu, quanquàm etiā diſſentiens eam à ſe non abdicet. Secundo dubitationē faciebat, quod nec ad unam ſpeciem demandetur, quoniam idem iuris eſt de parte quod de toto uulga.l.quæ de tota.ff.de rei uend. l.ſcire oportet.§.aliud ad fi.ff.de excu. tuto. l.i.§.quāuis in prin.ff.de uen. inſpi.ex quo fit ut partis appellatione etiam totum ueniat.l.plane.§.fi.ff.de le.i. Et pars ſit de toto, licet totum non dicatur.l.ſi alii.ff.de uſuf.leg.Bal.conſ.cclxxi.col.ii.uol.i. Et hoc eſt quod in pulcherrima.qō. dicebat Ancha. conſil.ccclxxxii.colū. ii. quod ſicuti ſententia eſt ipſo iure nulla ſuper toto cōtractu non pręmiſſa cognitione, & citatione legitima ita eſt nulla ſuper parte contractus. Quo modo arguit etiam Ro.conſi.ccccl.in prin.Idem Bal.conſi.lxi.ad fi. uol.i.& in l.fi.in §.diui ad fi. ff. de publican. Et quod in iuriſdictione ſic argumentum procedat Cur.docet in l.i.nu.106.ſupra eo.Et facit adhuc regu.l.ſi duo.ff.de admi.tu. l.ſi chorus.ff.de lega. iii.& l.omnes.C.de præſcrip. xxx.an. multa Bal. in l. ſed & ſi quis in §. quæſitum col. iii. ff.ſi quis cau.ſi non poteſt mandari ergo uniuerſa, nec cōſequenter mandabitur pars. Vltimo facit quod neque poſſit delegare, ſi fuit in cauſa quam delegat aduocatus, quia eadem ſuſpitionis cauſa eſſe uidetur in delegando, quæ erat in cognoſcendo argumentum in l. i.C.de impo.luc.deſcript.lib. x.unde dicebat Bal.quod antecedens trahit ad ſe conſequens, quodq; ab exordio tituli poſterior formatur euentus conſi.ccclxxvii.ad fi.uol.i.tritaque regu. eſt, de præterito in præſenti ſemper eſſe præſumendum ut in reg.ſemel malus, de reg. iu.in vi.quę maxime locum habet in his, quę non purgantur facile, ut in doctore reprobato & indocto inquit Bal.cōſi.lii.col.i.uol.v.quod exceptio reprobationis, eſt quaſi exceptio rei iudicatæ. Et in ſimili de indeo ut pote de malo homine, non poteſt niſi malum ſuſpicari, in pulchro caſu inquit Hoſti.in §.de quibus ad fi.de iude.quem refert & ſequitur Seyſel.in l.ut uim in repe.col.xxi. ff.de iuſti.& iu.imò ad propoſitnm reddentes uidetur caſus quod poſsit eſſe iudex in c.irrefragabili in §.exceſſus iuncta gloſſ.& ibi Inno. Abb.& Imo.de offi.ord.

Contrarium tamen hic deciditnr. Et ratio deciſionis eſt, quia delegatus fungitur uice delegātis.l.ſolet quæ eſt proxima, ſupra eo.ad qnod etiā communiter allegatur. Et idem dicitur in c.ſanè de offi.del. Ex quo infero quod licet uices gerat delegantis non tamen ſequitur, quod ſit eius uicarius, uel uicegerens, quoniam hæc ſunt nomina dignitatū ut per Bar.ſupra in prima conſti.nu.9.

Et hac

Et hac de re non uidetur prohibitus uniuerſam iuriſdictionem delegare. Et ſi uniuerſam, nõ eſt ratio cur non poſsit etiam ſpeciẽm.c. cui licet de regu.iur.in vi.l.non debet.ff.eo.tit.l.nec in ea ad fi.ubi not.tex.ff.ad legem Iul.de ad.c.ex parte de deci.Bar.in l.relegatorũ in prin. ff.de interd. & rel.Rom.conſi.cccexliiii.in princip.& conſil. ccccl vi.circa medium. Et maxime(ut ſubiicitur in text.)ſi antequam eſſet magiſtratus, fuiſſet in cauſa aduocatus, quoniam lites ſine ſuſpitione procedere debent ut hic per gl.& Bal.in l.eſt receptum ſupra eo.& probatur in l.fin.ad fin.C.de aſſeſſo.& in l.apertiſsimi.C.de iud. & in c. quod ſuſpecti.iii.qõ.v.Abb.in c.i.col.iiii.& viii.de indic.& in c.propnſuit col.ii.de ap. pulchre Aret. conſi.xxix.col.xiiii. Et non ſolum in uno iudice hoc idem locum habet, uerũetiam ſi forent plurea ut per eundem Abb.in c. cauſamque de offic. delegat.in princ.ubi hac de re omnes ſunt ſuſpecti & poſſunt recuſari, & ſic ampliat deciſionem iſtius tex.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quia non abdicat, nec iuriſdictionem prorſus amittit qui delegat ut iam dictum eſt & ſentit glo.in d.l.ſolet ſupra.eod.& probatur in l.i.in §. qui mandatam ſupra de offi.eius cui man.eſt iur. Ferrarien.in terminis, & in iuriſdictione in rub. ſupra eo.col.ii.Et hinc eſt quod Ordinarius exequitur ſententiam ſui delegati, quia iuriſdictiõnem retinuit, ipſe uero delegatus, ea lata ſtatim functus eſt officio ſuo. l. iudex poſteaquàm. l. à diuo pio & ibi Iaſ. col.ii.ff.de re iud. quodq; iuriſdictio ipſum prętorem ſemper comitatur ut caracter in anima, ut umbra corpus, ſeu ut lepra leproſum, not. in l.iii.ff.pro ſo.& in l.ex ea. ff.de poſt.multa Calde.conſi.iij.col.ii.qui fil.ſint legit. Non ſecundum, quia iam reſponſum eſt, & retorquebitur argumentum quoniam ſi uniuerſa iuriſdictio mandari poteſt, utique & fortius, mandari poterit, quoad unam ſpeciem tantum. Adde ſimile in l.imperium in gl.animaduertẽdum ſupra eo.quæ dicit merum imperiũ ita exerceri in parte, ut in toto, ex quo ruunt omnia ad idẽ tendentia. Non ultimum deniq; quia non eſt uerum, & ob.not.in l.nemo, C.de iur.om.iu. alias exceptio quæ obſtaret deleganti, obſtaret etiam delegato, quod tamen eſt falſum, cum ſit perſonalis, ut hic per Bal.Poterit igitur prętor recuſari ad effectum ut deleget, non ut ex toto repellatur.Et licet prima facie dictum Inno.ſubſiſtere uideatur in d.c.irrefragabili, attamen nec eſt uerum, nec tex.ille hoc probat, Et contrarium expreſſe ibi tenet Butr. imò quod ad hoc inducit Aret.conſi.præallega.xxix.vel dic quod procedat forte ut hic per Iaſo.quia non dum intentionem ſuam propalauerat, pro aduocato requiſitus. Vel quia non ſit à parte oppoſitum iuxta not.in l.qui iuriſdictioni ſupra eo. Finis.

De condic.indeb.

Paulus lib.vj.ad Sabinum.

QVOD NOMINE MARIti, qui ſoluendo non eſt, alius mulieri ſoluit: repetere nõ poteſt, ideo quia debitum eſt mulieri.

Pręmitte ſi maritus eſt ſoluendo quod tenetur, Et ſi dotem receperit inquantum facere poteſt, alias autem non, Et ſi conueniatur quod habet beneficium ne teneatur ultra quàm poſsit, deducto ne egeat.l.maritum & ſeq. l.ex diuerſo, §. fi.ff.ſol.mat. Eſtque exceptio quæ non elidit debitum, uel actionem, ſeu condemnationem moderatur. Et temporalis non perpetua, ut hic per doctor. donec & quouſque peruenerit ad pinguiorem fortunam, quod nota pro limitatione.l. purę §.fin.ff.de excep. do. & .l.licet.C.de except. ubi temporalia ad agẽdum ſunt ad excipiendum perpetua.Alex.conſ.lxxxii.col.iiii.vol.iii. & hãc regulam pluribus modis limitat Socin. in fallen. ſuis. Maritus num.257.& Fely.ante eum in c.ſi autem in uerbo temporalia.non nihil Iaſ.hic. Et eſt uera etiam ſi fiat pactum quod teneatur. l.alia §.eleganter, ff.eo.Calcan.conſi. cxix.col.ii.& iii. quamuis iuratum ut not.in d.§.eleganter. Et regulare in obligationibus dandi, quod difficultas non excuſet a mora l.continuus.§.illud.ff.de ver. obl.præterquam in caſu quando debitor tenetur ſoluere cum poteſt ut hic & in l. diuortio. ff. de nego.geſt.Soci.ſignanter in marito in l. quod te col.v.& vi.ff. ſi cer.pet.

Dubitandi rationem faciebat generalis regula, quæ habet ſolutum per errorem repeti poſſe, & per errorem dixi; quia ſolutum ſcienter alias non repetitur.l.i.l.quod indebitum.ſupra eo. Et ad propoſitum ratio eſt, quia errans non conſentit.imo nihil eſt tam contrarium conſenſui, quã error.l.ſi per errorem.ff.de iur.om. iud. Soci.in l.ſi ego.in prin.eo.xi. ſed hic nomine mariti per errorem dos ſoluta eſt, ergo repetetur, ne etiam cum iactura ſoluentis, is cui ſoluitur locupletetur.l.nam hoc natura.l.hæc condictio, infra eod. l.iure naturæ.ff.de reg.iur. Cui rationi tamen reſpondetur, repeti non poſſe quoniam imò debita erat.ut in l.ſeq. Et quia ſi ſoluiſſet maritus, nec ipſe poſſet ut in d.l.ſeq.ergo nec is qui ipſius nomine ſoluit.l.ſi eũ.§. qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.§.fuerat.& ibi not.inſti.de actio.

Secundo melius dubium facit quod omnimodo repetatur, quia maritus erat tutus exceptione fauorabili, ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, ut in euidentialibus dictum fuit, ſiue ipſe ſiue alius nomine ipſius, ſoluerit, l.qui exceptionem infra eod. ubi hoc idem ſignanter dicitur,

quod

quod ſecus ſi foret odioſa, ut ibidem, & per Socinum in lege ſi filiusfamilias. in principio. ff. ſi certum petatur. Deci. Seni. in l. creditori. in principio. C. de pactis. Barto. in l. cum te. colum. prima. C. quod metus cauſa. Angel. in l. prima. colum. decimaſeptima. C. de iudic. dixi ego late in dicta l. qui excep. in collectan. Ad quod etiam reſpondetur in exceptione perpetua id uerum eſſe, at hic erat temporalis, quia (ut inquit gloſſ. & bene) non eſt ueriſimile, quod maritus ſit inops ſemper. l. ſi defunctus. C. arb. tut. ubi nota. caſus. l. cura. §. deficientium. ff. de muneribus & honoribus. Bellamer. deciſi. dcxcviij. colum. tertia. Deci. Seni. in l. pactum curatoris. columna ſecunda. C. de pactis. Socin. in l. prima. ad finem ſupra eodem. Alexand. conſil. ccxij. columna ſexta, uolumin. ſexto. & pro iſta ſolutione facit text. in l. in diem. infra eodem. Et ſi replicaretur quod poſſit eſſe perpetua, & quod nunquàm perueniat ad pinguiorem fortunam, dicam conſiderabile non eſſe. dicta l. ſi defunctus. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerborum obligationibus.

Sed obſt. adhuc, quia exceptio quæ poteſt eſſe temporalis & perpetua, & ſic dubia dubietate pendente reputatur perpetua. l. ſufficit. infra eodem. Solut. hic reputatur temporalis, quia ſecundum Paulum odioſum eſt præſumere quod ſit perpetua & bene, ut in d. l. ſi defunctus. & in dicto §. ſacram.

Vltimo dubium faciebat, quia par eſt uirtus taciti & expreſſi. l. cum quid. uulga. ff. ſi certum petatur. ſed expreſſe (ut adhuc fuit dictum ſupra) huic beneficio renuntiari non poteſt. l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. ergo nec tacite ſoluendo, uel ipſe ſoluat, uel alius nomine ipſius. Quod etiam parum obſtat, quia non ſemper habet locum regula dict. l. cum quid. ex quo multa expreſſe prohibita ſunt, quæ tamen tacite permittuntur, ut ibi per Iaſonem columna ſecunda. aliquid Aretin. in §. ad certum. nume. 2. inſtitu. qui teſtamen. tuto. dare poſſ. Alexand. multa conſilio quinquageſimonono, columna quinta, uolumi. tertio. Et ob id dicebat Seyſel. in l. interpoſitas. columna ſecunda, de tranſactionibus. quod argumentum eſt multum fragile, quodque multas patitur inſtantias. & eſt uerum, licet ergo maritus non poſſit huic beneficio renuntiare expreſſe, ratione de qua in dicto §. eleganter, poteſt tamen tacite. & nouiſſime facit quod dicit Deci. Seni. in lege ſecunda. in fine. C. de in ius uocand. igitur uel ipſe ſoluat, uel alius ipſius nomine, repeti nullo modo poterit.

Decidendi modo ratio eſt, quia tenebatur maritus ciuiliter & naturaliter, ergo (ut dictum eſt & repeto) uel ipſe ſoluat, uel alius ipſius nomine, nullo modo ſolutum repeti poterit. Et pondera quod dicit adeo debitum, non aliud innuens, & ſignificans. l. adeo. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. §. adeo. Inſtitu. loca. quaſi dicat ſi naturale debitum tantum impedit ſoluti repetitionem. l. naturaliter. infra eodem. l. naturales. ff. de action. & obligatio. quanto fortius ſi ſit debitum ciuiliter. & naturaliter. argumentum in capitulo primo. de treug. & pac. & in §. hodie. inſtitu. de adoptio. Et ad idem quod iſte ſit ſenſus licet uidere, quia utraque lex eſt eiuſdem autoris Pauli. Et iſta & illa, naturaliter, quanuis aliter dicat gloſſ. debitum ex cauſa, ſupple dotis, & ex perſona mulieris. Item pondera quod utrobique & hic, & in l. ſequen. dicitur repeti non poſſe. id eſt nullo modo poſſe. l. nemo poteſt. de legatis primo. l. prima. ff. de uerborum obligationibus. l. non poteſt. ff. de iudiciis. gloſſ. magiſtralis in capitulo primo. de regulis iuris in ſexto. Finis.

Paulus lib. vj. ad Sabinum.

IN DIEM DEBITOR, adeo debitor eſt, vt ante diem ſolutum repetere non poſſit.

Præmitte quod exceptionum alia eſt perpetua & peremptoria, alia uero temporalis & dilatoria exemplificando ut in §. appellantur autem inſtitu. de exceptioni. & in l. exceptionem. C. de probatio. Specul. in §. primo. nume. 5. & 6. de exceptio. quodque hic agitur de dilatoria, an ea tantus ſoluens repetat, nec ne ut infra. Item quod pluribus modis plus debito poteſt ſolui re, tempore, loco, & cauſa exemplificando rurſum, ut in §. plus autem. inſtitu. de actionib. quod etiam dicit Bald. in l. ſi creditori. ff. de legatis primo. & quod hic pariter de ſolutione debiti agitur, quando plus tempore facta eſt. Præmitte & ultimo quod interuſurium nil aliud eſt quàm uſura menſij temporis, ut per Alexand. in l. diuortio. columna ſeptima, uirtualiter in l. ſi conſtante. in §. quotiens. & ibi Bartol. nume. 9. ff. eodem. & in l. quarta. ff. de pac. dotal. & in l. ſi nauis. ff. de rei uendicatio. & in lege unica. in §. exactio. C. de rei uxo. actio. tex. ad literam. in l. circa. ff. ad legem Falcidiam.

Dubitandi ratio eſt, ſi debitor in diem ſoluerit ante diem, quod ſolutum repetere poterit, quia paria eſſe uidentur duo hæc quod debeat quis ſub conditione uel in diem. l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione. ff. de legatis ſecundo. uerum ſi qui, ſoluerit pendente conditione repetit. l. ſub conditione. infra eodem. l. ſi quis reum. §. idẽ Iulianus. ff. de libe. lega. ergo & pari modo ſi ante diem. & uidetur de die caſus clarus ibidem ad finem. & in l. prima. in §. ſin autem aliquid. C. de cadu. tol.

Secunda dubitandi ratio eſt, quia ſoluendo ante diem plus tempore ſoluiſſe uidetur, (ut in euidẽtialibus diximus) ergo repetet, ſicuti ſi debitor

bitor quantitatis plus ſolniſſet quantitate. l. ſi pœnæ. §. finali. infra eodem. melior text. iudicio meo in l. ſi addes. in §. ſi quis. ad finem. ff. locat. ubi ſi qnis conduxit domum pro decem & ſoluit quindecim per errorem, quod plus ſolutt repetit.

Vltimo dubium facit, quod adhuc repeti poſſit propter interuſuria medii temporis. l. ſi conſtante. §. qnotiens. allega. etiam ſupra. ff. ſoluto matrimonio. Et maxime quoniam condictio indebiti eſt fundata in ęquitate naturali. l. nam hoc natura. l. hæc condictio. infra eod. l. iure natnræ. ff. de reg. iur.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, qnia debitor erat ciuiliter & naturaliter obligatus nata actione etiam ante diem, ut communiter tenetur, licet Vltramontani contrarium ſenſerint & male, ut per Cynum, & Salycetum in l. prima. C. ut ac. ab hære. & cont. hæ. l. cedere diem. ff. de uerborum ſignificatio. & pondera uerbum adeo, hoc idem innuens, ut dixi etiam ſupra in l. quod nomine. eodem titul. nec repeto. Et quia tutus erat exceptione temporali, non perpetua, quo caſu ſoluens adhuc non repetit. l. qui exceptionem. infra eodem. & ſi quando lex ſic præſumit, ut in d. l. quod nomine, multo minus quando certum eſt ipſam eſſe temporalem, ut hic, ubi etiam Iaſ. ad ſi.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quoniam procedit in die omnino incerta, exempli gratia quando Imperator uenerit in Italia, nos autem loquimur in certa, quæ omnino ex titura eſt. dicta l. ſub conditione. iunctis ſequentib. infra eodem. ergo non obſt. Et non ab re, quia habet ſe quando incerta eſt, ad eſſe & non eſſe, ut conditio, & interim non debetur. l. dies incertus. ff. de condi. & demonſtra. & ita intelligatur tex. in dicta l. ſub conditione. & in dicto §. ſinautem aliquid. Et minus ſecundum, quia id uerum eſt quoad impediendum ne quis ante diē agat, non ad impediendum ne retineat, patet, quia facilius impeditur actio, quam retentio. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. l. ſi in area. infra eodem Socin. pulchre in dicta l. ſi non ſortem. in §. libertus. columna ſecunda. Flor. in l. ſi oliuam. ff. ad legem Aquiliam. Pau. Caſtren. conſil. cxxxviij. columna prima, uolumine primo. & ita reſpondet Alexand. in l. prima. columna fina. ſupra eodem. aliter Bald. in l. cum quis. ad finem. C. de iur. & fac. ignoran. ſed Alexan. ſolu. eſt melior, quanquām nec iſta Bald. ratione careat, fundata in l. ſi ſterilis. in §. cum per uenditorem. ff. de action. emp. dic ut per eum.

Non obſtat ultimum, quia ut inquit idem Bal. hic, & Alexand. poſt eum in dicta l. prima, ad finem. ubi etiam Socin. colum. penultima, & bene. ſi non repetitur principale, conuenit ut nec etiā acceſſorium repetatnr. l. eos. C. de uſur. Et licet adhuc urgere uideatur tex. in dicto §. quotiens, nihil facit tamen, quia ſecundum Salycetum hic & Alex. in loco prællega. caſus eſt ſatis diuerſus a noſtro. Subiicientes etiam quod ibi non de repetendo, ſed de retinendo tractabatur. Et Alexand. ruſum in dicto loco, quod maritus ibi fuerat grauatus & coactus ſtatim ſoluere, contra ius commune, ita ut releuari etiam deberet in retinendo fructus medij temporis. l. eum qui. ff. de iureiurand. l. prima. ff. ſi quis a pa. fue. ma. Nec prædictis repugnat æquitas naturalis (ut dicebatur) quia omnino debitum erat ciuiliter, & naturaliter. Finis.

Vlpianus lib. vij. ad Sabinum.

SI IS, CVM QVO DE PECulio actum eſt, per imprudentiam plus, quàm in peculio eſſet, ſoluerit: repetere non poteſt.

Præmitte quod filius & ſeruus habentes peculium exemplificando ut per Bartol. in rubr. ff. de pecnl. numer. 1. obligantur inſolidum ſi contrahant. l. ſi quis cum filio. ff. eo. Item quod obligant patrem uel dominum, quatenus eſt in peculio, & ſic (ut ibidē adhuc dicitur) creditor duos habet debitores, ſeruum ſeu filium, & patrem. Et quoad filium nota, quod inſolidum obligatus manet, etiam ſi pater ſibi peculium adimat, uel moriatur. Et idem in domino dici poteſt, & ſic quoad ſeruum. l. & ideo. ff. de pecul. l. frater à fratre & ibi Socin. in decimo notabi. infra eodem. Vltimo pręmitte, actinnede peculio patrem uel dominum teneri, ac eſſe obligatum, & non exercitoria uel inſtitoria, quia ſi peculium concedatur ſeruo, uel filio, conceditur ſimpliciter, non exprimendo certum negotiationis genus ut per eundem Bartol. in dicta lege prima. numer. 8. ff. eodem. & ibi etiam pulchre de quo peculio intelligatur. num. 22.

Dubitandi rationem faciebat quod poſſit repeti ſi plusquam eſſet in peculio à domino uel à patre ſolutum ſit qnia regulam habemus ipſum non teneri niſi quatenus eſt in peculio. dicta lege ſi quis cum filio. Et maxime quia iſtud plus erat indebitum ciuiliter & naturaliter. Et niſi repetat locupletabitur creditor cum iactura domini, ſeu patris ſoluentis, & male. l. nam hoc natura. infra eodem. capitu. locupletari, de regulis iuris in ſexto. l. tertia, in fine. l. quod indebitum, ſupra eodem. Socin. in l. ſi non ſortem. in §. libertus. columna ſecunda. infra eodem. Et quia etiam dominus, ſeu pater tractat de damno uitando, quo caſu ei omnimodo ſubueniendum eſt. l. ſed ſi me putem. infra eodem. Alexand. conſil. clvj. columna ſecunda, uolumi. ſexto. Et cum regulam pro nobis habeamus, (ut dixi) ab ea recedere nō

debemus

debemus. l. ab ea parte. ff. de probatio. Barto.& Iaſ.in. l. ſecunda. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. Sol. verum eſſet quando per errorem ſoluiſſet, & non per imprudentiam ut dicitur in tex. quo caſu ſubeſſe videtur quid quod ſibi poteſt imputari, argumentum in lege ſi poſteaquam. ff. de pecu. ſed imprudentia idem quod error eſſe uidetur. Vel ſynonima ſaltim, quoniam imprudentia alias ad ius, error uero ad factum refertur. l. ſi per imprudentiam. ff. de euictio. Et hæc ratio eadem cum dicto eſſe uidetur, & male. l. fina. ff. de offic. procura. Ceſar. igitur dic aliter & melius, cum ex contractu ſerui ſeu filij ſoluat, eorumque nomine & pluſquam eſſet in peculio, ex quo ſeruus, ſeu filius inſolidum erat obligatus, quod hac ratione, non repetat, quodque per imprudentiam ſoluiſſe uidetur. l. ſecunda & ibi Barto. ff. de conſtitu. pecun. argumentum in l. ſi cum in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. Et ideo quicquid dictum ſit à regul. recedemus hac ratione, imò quod ineptum eſt eam non fallere ut per gloſſ. in authen. ut ſi prohib. mat. deb. in princip. quia eſto quod non teneatur, tenebitur tamen, nec repetet ſoluens nomine filii aut ſerui ut ſupra. Et licet indebitum ſit ciuiliter & naturaliter quod plus ſoluitur, reſpectu domini aut patris, eſt tamen debitum conſiderata perſona ſerui aut filij cuius nomine ſoluit. Nec creditor hac ratione cum iactura dicti patris, aut domini ſoluentis, locupletari dicetur. Maxime quia ſi filii aut ſerui nomine ſoluere non debebat, ſubeſt quid quod ſibi imputari poteſt, unde damnum quod ſua culpa patitur ſibi aſcribatur, iuxta nota. in regul. quod quis de regul. iuris. in ſexto. pulchre Socin. Iuni. conſil. uigeſimo tertio. nume. 14. uolum. ſecundo.

Ex quibus tollitur etiam quod dicebatur ultimo, quod idem dominus ſiue pater tractat de damno uitando, quia (ut dixi & repeto) per imprudentiam ſoluit & ſibi imputandum eſt. Alia iura ad idem etiam & pro ratione dubitandi adduci poſſent, ſed quia ſecum ſolutionem afferunt ut hic per gloſſ. & Barto. ſi ſuo nomine ſoluiſſet pater aut dominus, quod repetit, aliter non refero & tranſeo; Quandoquidem ex his etiam deciden di ratio colligatur. Quod ſi nomine filij aut ſerui ſoluat, non repetit, ex quo debitum ſoluit cum ipſi etiam forent inſolidum obligati, & ut ſupra latius. Finis.

Prætermiſſorum liber explicit.

ΤΕΛΟΣ.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE, LIBER PRIMVS.

SECVNDAE DIGESTO. PARTIS.

Si certum petatur.

Vlpianus lib.xxvj.ad edictum.

OMNIA QVAE inſeri ſtipulationibus poſſunt, eadem etiam poſſunt numerationi pecuniæ, & ideo etiã conditiones:

Dubitãdi rationem faciebat, quod nõ idem ſit in mutuo quod eſt in ſtipulatione, quodq́; ſub cõditione fieri non poſsit ut ſtipulatio, quia nõ ex alio dicitur mutuum niſi quia fit de meo tuum. l.ij.§.appellata.ſupra eo.& inſti.qui.mo.re cont.ob.in prin.& ſtatim quidem intelligitur, ut no. in d.§. appellata. quod in mutuo conditionali uerificari nõ poteſt ex quo ea quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione, nihilq́; ponit in eſſe conditio.l.ſi quis ſub conditione dandorũ decẽ.ff.ſi quis omi.cau.teſta. Et quia ſtipulatione alteri per alterum non acquiritur.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uer.obl.§.alteri.inſti.de inuti.ſtip.& tamen in mutuo eſt ſecus. l. certi condictio. §. ſi nummos. infra eo. ergo nec ea quæ ſtipulationibus inſeri poſſunt, deberent poſſe inſeri numerationi pecuniæ. Et quia pecunia ſub conditione promiſſa eſt alibi & tradita & nihilominus dominiũ ſtatim in accipientem transfertur, cuius contrarium præſupponitur hic & male.l.ſub conditione.ad fin.ff.de ſolu.

Contrarium tamen deciditur hic. Et ratio deciſionis eſt, quia uerbis quoq; credimus quodam actu interpoſito ad obligationẽ nobis comparandam uelut ſtipulatione inquit Iuriſconſ. in l.ij. in §.fi. ſupra eo. ergo quẽadmodum ſtipulationi conditio apponi poteſt, ita poterit apponi pecuniæ numerationi. Et maxime quia diuerſitatis ratio aſsignari non poteſt, & ubi eadem eſt, ibi per omnia idem ius ſtatui debet uulga.l.a Titio.ff.de uer.obl.l.illud.ff.a leg. Aquil.

Ad oppoſita reſpõdetur, primum nihil facere quia uerũ eſt ſi nõ ſit in eo appoſita cõditio, qm̃ tunc ipſius euentu ac ex poſtfacto cõfirmatur vel cõditio expreſſa ſit uel tacita, ut infra in l.ſeq. & not. in d.§.appellata. Non ob.ſecundũ, quia frequentia cõtractus ſiue pecuniæ numeratæ priuilegium id eſſe uidetur, ut per Bar. in d.l.ſtipulatio iſta.in §.ſi ſtipuler.ad fi.& in pręalle. §.ſi nũmos. Non ob.ultimũ, quia bene cõtractus erat cõditionalis, ſed traditio ſimpliciter facta ut ſignãter declarat idẽ Bar.ibi ad fi.& Deci.hic in iiij.no. & facit quod hr̃ in l.dotis fructus.in §.fi. ff.de iu.do.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu.ad multa, & maxime quod contractus ex conuentione partium legẽ accipiunt, quia poteſt dari pecunia ſub conditione ut ſit mutuũ ſi nauis ex Aſia uenerit, alias nõ, & ad reg.eſt etiã tex.qui ad hoc ſolet allegari in l.j.i §.ſi cõueniat.ff.depo.& i l.legẽ.C.de pac.

Et quod etiã quando duo ſunt, eandem rationem habentia diſpoſitum in uno intelligitur etiã diſpoſitũ in alio, argum.in l.fi. C.de ind.uid.tol.

Et quod plerunq; ponitur pecunia numerata pro mutuo, in lege vt hic, quanquã dicamus quod non omnis numeratio, cũ qui accipit obligat, ſed quotiens ad ipſum agitur ut cõfeſtim obligetur. l.nõ omnis. infra eo. figuratq́; loquẽdi modus eſt, Metonymia ſcilicet, & cõtinens pro contẽto.

Et quod differunt ſtipulatio & mutuũ in multis, & maxime nomine, diffinitione & titulis, ut inquit Archid.in c.præſentium.in §. teſtes. col. iiij. de teſti.not.in l.ij.ubi Iaſ.in ſpecie.ff.de iure iur.quanuis in hoc de quo hic conueniant.

Et quod deniq;, ubi idem reſultat effectus etiã ex facto diuerſo diuerſitas facti non cõſideratur. l.quod ſi dubitet.ff.de aeq.hære. tradit Cur.in l. edita.nu.18.C.de eden. Finis.

Paulus lib.xxxij. ad edictum.

SI SOCIVS PROPRIAM pecuniam mutuam dederit omnimodo pecuniam creditam facit licet cæteri diſſenſerint. Quod ſi communem numerauerit, nõ alias creditam efficit, niſi cæteri quoq; conſentiant. quia ſuæ partis tantum alienationem habuit.

Dubitandi rationẽ faciebat quo ad primã partem, quod ſocius pecuniã propriã creditã non faciat cæteris diſſentiẽtibus, quia ſi eſt oĩum bonorũ ſocius, ut pręſupponitur, alias nulla foret dubitatio.l.quod Labeo.ff.de carb.edi.non conſonat quod pecuniam hẽat propriã, ergo nec creditã faciet cęteris diſſentiẽtibus.l.fi.C.de auc. præſtan.

Quoad ſecundã uero partẽ, quia quod cõe eſt meũ eſt.l.ſerui electione.§.j.ff.de le.j.ergo debet

poſſe ſine ſociorũ cõſenſu alterį credere ut infra.

Contrariũ tamẽ deciditur in utroq; dicto. Et ratio decidendi eſt quoad primũ, quia durũ foret ipſum nõ poſſe de re ſua diſponere, ſiue de ſua pecunia, in qua tamẽ eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. Bar. in l. Cæſar. col. viii. de public. Quo uero ad ſecundum, quia æque conuenit cum omnia bona fuerint effecta communia, ut de eis diſponere non poſsit niſi cæteri conſentiant. l. nemo ex ſociis. in prin. ff. pro ſoc. d. l. fi. C. de auct. præſtan.

Ad oppoſita reſpõdetur, nõ obſtare nõ primũ quia intelligi debet tex. ĩ eo quod quæſierat poſt contractam ſocietatem, quodq; nec adhuc cõicarat. l. ſi quis ſocietatẽ. ff. pro ſoc. uel & aliter ut infra. Non ſecundum, quia ſuæ partis (ut tex. met inquit hic) tantum alienationẽ habuit. Nec ſecus regula intelligitur, cõe. ſ. meum eſſe, quoad diſpoſitionem partis meæ, ut ibi etiam Bar. declarat.

ADDITIO.

Quo ad ſecundum dictũ faciebat adhuc dubiũ tex. in l. ii. C. de com. re. alie. ubi res cõis eſt, & nihilominus uenditur ẽt ſocio inuito. Et quod dicit Bar. in l. nemo ex ſociis præalleg. ff. pro ſocio. ubi mercium & aliarum rerũ uenialiũ fit uenditio pariter a ſocio, & tamen alii diſſentiunt.

Sed pro ſol. dici poteſt quod primũ loquatur in fiſco, & in eo ſit ſpeciale, ut ibi dicitur. quod uero ſecundũ in mercibus & aliis rebus uenalibus procedat, ex quo ſe ipſos præpoſuiſſe uidentur an uendendum. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe. l. iiii. ff. de exerci. tradit Bar. in loco præalle. Bal. in l. i. C. qui teſt. fa. po. & Iaſ. hic latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maxime quod ſi duo fuerint ſocii omniũ bonorum quorũ unus aliquid acquirat ſuo nomine illud cõmunicare tenetur, ut declarat etiam Bal. in l. cum duobus. in §. ſi inter fratres. & ibi Bar. ff. pro ſoc. & Bal. in l. i. ad fi. C. ſi quis alter. uel ſibi. & in l. ſi ut proponas. ad fi. C. de rei uend. & in l. cũ oportet. colum. iiii. C. de bon. libe. plene Alex. conſi. lxxviii. col. ii. uol. ii.

Et quod ſi pecunia redacta ex bonis cõibus fundus emptus ſit a ſocio, ſibi emiſſe uidetur, nec ipſum cõicare tenetur. l. ſi patruus. C. com. vt. iu. l. ſi defunctus. C. arb. tu. Bar. in l. Titiũ & Meuiũ. in §. altero. ff. de admi. tu. Corn. conſ. cxxxix. colum. ij. uol. ij. niſi fuiſſent (ut dixi) ſocium omnium bonorum.

Et quod uniuerſitas non poteſt iuribus ſingulorum detrahere niſi quatenus habet in cõmiſsione ut ſignanter in ſocietate inquit Bal. in l. j. col. ij. C. pro ſocio. & in l. fi. in prin. eo. ti.

Et quod in eo quod eſt cõe pluribus ut ſingulis, requiritur conſenſus omniũ, alias non, dictũque eſt uulgatum, ut teſtatur Ro. in l. in concedẽdo in fine prin. ff. de aqua plu. arcen.

Et quod deniq; ſi plures haberent domũ cõem, non poſſet aliquid extrui in ea ſocio inuito, ut dicit Fel. in c. cum omnes. col. viii. de conſti. Finis.

Vlpianus lib. j. diſputationum.

CVM FILIVS FAMILIAS viaticum ſuum mutuum dederit, cum ſtudiorum cauſa Romæ ageret. reſponſum eſt a Sceuola extraordinario iudicio eſſe illi ſubueniendum.

Dubitandi rationem faciebat, quod filiusfamilias petere nõ poſsit pecuniá mutuo datam, quia nõ habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio. l. fi. §. neceſsitate. C. de bo. quæ libe. abſq; conſenſu patris, ut ibi, etiam ſi de plano & ſummarie procedi debeat, ut per Bar. in l. ne quidquam. in §. de plano. ff. de offi. proconſ. & uidetur caſus clarus quod non agat in l. ſi longius. ff. de iudi. Et quia omnes actiones etiam patri acquiruntur. l. placet ff. de acq. hær. Et quia nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quá ipſe habeat. l. nemo. ff. de regul. iur. l. traditio. ff. de acq. re. do. Bar. in l. ſi uniuerſæ. C. de lega. ſed filius non erat dominus, ergo dominium in accipientem transferre non potuit, & mutuo dare uiaticum alteri.

Contrarium tamen hic deciditur. Et ratio deciſionis eſt, ne uiatico (Gręci ἐφόδιον vocát) haud recepto, quod ad ſumptus pater eidẽ deſtinarat, ægeſtate laboret. d. l. ſi longius. §. j. ff. de iud.

Ad oppoſita reſpõdetur, primũ uerum fore parte præſente & de rigore iuris nõ de æquitate propter ipſius patris abſentiá. d. l. ſi longius. Et ideo ei (inquit tex) extraordinario iudicio ſubueniendum eſt, id eſt officio iudicis quod eſt in ęquitate fundatũ. Vel ſecundũ gl. utili certi condictione. Et quia pater concedendo ſibi uiaticum, ſibi etiá licentiam dediſſe videtur pro ipſo agendi ſi oportuiſſet, argumentum in l. ad legatum. & in l. ad rẽ mobilem. ff. de procu. Non ob. tex. in d. l. ſi longius, quia procedit iure ueteri, non autem nouo, ut hic per Albe. Non tertiũ, quia & id quoque de rigore iuris uerũ eſt, non de æquitate, & ideo ſubiicit adhuc tex. hic, illi extraordinario iudicio ſubueniendum eſſe. l. diuus. ff. de reſti. in integr. d. l. ſi longius. Non ob. vltimũ, quia credidit quã uis dominiũ tráſlatum non fuerit, alias ordinaria actio ex mutuo daretur, ut poſt Io. Petruci. hic declarat Deci. & bene. eſtq; ſingularis caſus in quo mutuũ contrahitur, licet nõ fiat de meo tuum, addendus his quæ dicũtur in l. ſingularia. ſupra eo. & pro limitatione l. ij. §. appellata. ſupra eo.

Præſtatque nobis lex iſta argumétum ſane ad multa, & maxime, quod extra ordinem quærere eſt non obſeruata forma procedendi cauſam aliquam tractare. uſq; adeo ut non ab re dixerit hic Iuriſconſ. extraordinario iudicio, filiofamilias ſubueniendum eſſe. & idem in l. ſalarium. ff. mandat. & in l. ſi cui. & ibi Bar. ff. de cõdi. & de. & Cice. in ora. pro Milo.

Et quod

Et quod officiũ iudicis ſubrogatur loco actionis directæ.ut inquit Bal.in Marga.ſua actio.nume.28.ſignanter per glo.hic poſitam.& in ſubſidium,quoniam alias non competit vbi directa locum habere poteſt,ut ibi per eum.

Et quod filiusfamilias habet legitimam perſonam in his quæ iudicis officio gerũtur, & cum non agitur in forma iudicii, ut etiam dicitur in l.i.C.qui admi.Corn.conſ.ccxviii.in prin. uol.i. & conſi.ccviii.ad fin.uol.iii.

Et quod ſtudiorum gratia ſcholaribus fauendum eſt quàm maxime, ut etiam legitur in authen.habita.& ibi dixi late.C.ne fi.pro pa.

Et quod denique verba plerunque in lege poſita,factum notant,non myſterium iuris ponunt, ut hic,quod filiusfamilias iſte ſtudiorũ cauſa Romæ agere, quoniam foret idem ſi alibi etiã fuiſſet,argumentum in l.quatenus. ff.de reg.iur.bonus tex.in l.maritus.in §.fi. ibi triennio exacto, ubi etiam Alex.ff.ad leg. Falc. & in l.qui Romę. in §.cohæredes.& ibi Iaſ.col.ii.ff.de uer.ob. Io. Fab.in §.fi.inſti.de inoffi.teſta. glo. in l. certum. C.famil.her.

ADDITIO.

Roma prius Valentia dicta eſt tamen,ab Euandro, quod ibi oppidum eo nomine offendiſſet. vel ut aliis placet, quia Troia capta, ex Achiuis multi in ea loca ubi eſt nunc,deuenerant per Tiberim,& ſuadente Roma nobiliſsima captiuarũ, quæ iis erat comes,incenſis nauibus ibi ſedes poſuerunt,extruxerunt mænia,& oppidũ ab ea Romam uocauerunt.Alii dicunt Romam non captiuam,ſed Aſcanio natam, Aeneæ neptem,appellationis iſtius fuiſſe cauſam.Alii proprium nomen fuiſſe tradunt,uerum tamen quia in eo minus cerimoniarum eſſe uidebatur publicari uetitũ eſt, quod cum Valerius Soranus minime feciſſet, & contra interdictum id eloqui auſus eſſet,ob meritum profanæ uocis, neci datus eſt. nec id unum adhuc prætermittẽtes quod Roma rurſum apud Græcos nomen fortitudinis eſt.Sublimitatis uero apud Hebræos.

Vlpianus lib.ſingulari παρδικτῶν.

SI QVIS CERTVM STIpulatus fuerit ex ſtipulatu actionem non habet,ſed illa condictione id perſequi debet per quam certum petitur.

Dubitãdi rationem faciebat,quod certum ſtipulatus non certi condictione,ſed actione ex ſtipulatu agat,quia nomina debent eſſe conſona rebus.§.eſt & aliud.inſti.de dona.ſed hic ſtipulatio interuenit,etiam quod certum promittatur, ergo dabitur actio ex ſtipulatu ſpecialis, & nõ certi condictio generalis,& eſt argumẽtum in l.hoc legatum.cum no.ibi.ff.de leg.iii.& in reg.generi.de reg.iur.in vi.Et quia alibi quis pœnã certã fuerat ſtipulatus & tamen eam petit per actionẽ ex ſtipulatu.l.ſi pacto quo pœnam. C. de pac. Et quia idem dicitur in dote.l.unica. §.ſed & ſi non ignoramus.C.de rei uxo.ac.

Contrarium tamen deciditur, Et ratio deciſionis eſt,quia certi condictio competit ex omni obligatione ex qua certum petitur ſiue ex certo contractu petatur ſiue ex incerto. l.certi condictio.ff.ſi cer.pe.

Ad oppoſita reſpondetur,primum uerum eſſe in nominibus appellatiuis non in propriis, ſeu deriuatiuis quia non ſequitur ut dicebatur ſtipulatio interuenit,ergo dabitur actio ex ſtipulatu. l.ii.C.de conſti.pecu.l.fi.iuncta glo.ff.ad municipa.docet Porc.in d. §. eſt & aliud.aliter etiam dicit Io.Fab.ibidem.Et ſi id uerum ſit quod non tamen pro captanda conſonantia eſt recedẽdum ab effectu & intentione rei,quæ eſt ut detur certi condictio ſi ſtipulatio certum contineat,& nõ actio ex ſtipulatu.l.Labeo.ff.de leg.j. Secundum & tertium ſecum ſol. habent illud procedere nõ ut ex ſtipulatu agatur, ſed ex ſtipulatione, certi condictione,iſtud uero in dote in quo alia multa ſunt ſpecialia,ut ibi per glo.& no.in l.j.ff.ſol. matrim.

Præſtatq́; nobis hęc lex intellectum ad multa, & maxime quod diuerſitas actionũ cognoſcitur ex medio concludendi,ut etiam dicit Iaſ. in d.l. certi condictio.col.iiij.& probatur in l.non debet.ad fin.ff.de dolo.Cyn.in l.edita.in v.q. C.de eden.& ad propoſitum melius Alex. conſil. xcij. col.iij.uol.j.& conſ.cxvij.in prin.eo.lib.

Et quod qui certam pecuniam numeratam petit a ſimili, pari modo illa actione utitur ſi cer. peta.ut etiam ſignanter dicit tex.in l.j.ff.de triti.

Et quod ſi quid incertum quid quis ſtipuletur actio ex ſtipulatu tunc dabitur,uel condictio incerti quæ eſt ſine cauſa.l.qui ſine. ff.de condic.ſi. cau.l.cum filius.§.aliud.ff.de dona.

Et quod certi condictio datur quoque ad intereſſe, quoniam eſto quod incertum ſit, uenit tamen per iudicem certificandum.§.curare.inſt. de actio.not.in l.unica.C.de ſen. quæ pro eo.

Et quod deniq; antequam partus naſcatur agi non poteſt, poſtquam uero eſt natus certum eſt, & certi condictione agi poteſt,ita Bar.in l.ſtipulationum.in §.illud.ff.de uer.ob. Finis.

Vlpianus lib.ſingulari Conſularium.

SCREDITOR QVI OB REſtitutionem ædificiorũ crediderit in pecuniam quam crediderit priuilegiũ exigẽdi habebit.

Dubitandi rationem faciebat, quod priuilegium prælationis & hypothecæ non habeat mutuans,quia ſtat regula iuris,quod qui prior eſt tẽpore,potior eſt in iure.c.qui prior.de reg.iu. in

vi.l.quotiens.ff.eo.alij creditores ſunt prius tem pore,ergo in iure potiores. Et quia alibi pecu nia credita eſt,& cõſumpta iu refectione domus, & tamẽ mutuans priuilegium non habet de quo hic.l.procuratoris.§.ſi duas.ff.de tributo.

Contrarium tamen deciditur hic,Et ratio decisionis eſt, utilitatis publicæ fauor qui præponderat priuatorum utilitati.l.ij.C.de ediſi.priua. l.ij.§.ſi quis nemine.l.ſi.ff.ne quid in loco publ. Et quia mutuans hac de cauſa pecuniam credidit ut ædificia conſeruarentur, qua de re nõ mirum eſt ſi priuilegio prælationis gaudere debet. l.interdum.ff.qui potin pi.hab.

Ad oppoſita reſpondetur,primum uerum eſſe regulariter at hoc caſu fallere ratione prædicta, & ita not.in d.l.interdum . plene Fauen. in tractat.de pignõ.ſo.xxxvj. colum.iij. poſt Bar. in d. l.interdum. Non ob.ſecundum,quia ſimpliciter fuerat credita, & non (quicquid dicatur) in refectionem domus quod maxime neceſſarium eſt ut hic per Iaſ.& alios,& Fauen.in loco prealle.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa.& maxime quod reipu.intereſt ædificia reſtitui,ne publicus deformetur aſpectus.dictã l.ij.& aliis ut ſupra .

Et quod hac ratione nec tigna nec trabes uendi poterunt,ut ex multis etiam , & per dicta lura tradit Boeri.deciſ.ccxxx.nu.1

Et quod etiam quamuis in publico loco ædificari non poſsit,cum in nullius bonis ſit, ædificatum tamen dirui non debet,ſed refici potiùs ſi uitiatum fuerit.d.§.ſi quis nemine.d.l.ſi.ff.ne quid in lo.pub.Corn.conſ.xc.col.ij.uol.ij.

Et quod priuilegio prælationis gaudebit qui pecuniam credidit niſi ſibi creditores præferri patiatur & taceat, quia tunc priuilegium amittet ut pulchre per Ang.in l.j.in §.ſi quis tu.ff.quando ap.ſit.multa Bertran.conſ.cxxxvij.nu. 18.19. & 20.uol.iij.

Et quod denique regula qui prior prællega. locum haberet nec falleret hoc caſu,quando alij creditores eſſent pariter priuilegiati, ut in ſimili inquit Bal.in cap.j.col.xxxj.de pace Conſtan. in uſib.quem refert & ſequitur Iaſ.in l.quotiens.colum.ij.C.de rei uend.Et probatur in l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen. Finis.

Vlpianus lib.x.ad edictum.

CIVITAS MVTVI DATIONE obligari poteſt ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt alioquin ipſi ſoli qui contraxerunt non ciuitas tenebuntur.

Dubitandi rationem faciebat, quod ciuitas obligetur mutui datione, etiam quod non conſtet datum in eius utilitatem uerſum fuiſſe,quia obligatur delinquendo.l.metum. §.animaduertẽdum.ff. quod metus cauſa. ergo & contrahendo per adminiſtratores.l.omnem.ff.de iud. Et ui detur caſus in l.habebat.in prin.ff.de iuſtito.ac. ubi adminiſtrator uel ſyndicus ciuitatis,pecuniã mutuo accepit,inquit Iuriſcon.quod ciuitas obligatur ſiue tenetur ,licet non appareat datum in eius utilitatem uerſum fuiſſe , Et notari uidetur ultimo in l.ij.C.quæ ſit lon.conſue,& in l.ſed ſi. ff.de dolo.

Contrarium tamen deciditur in lege iſta. Et ratio deciſionis eſt, quia per ipſos adminiſtratores non debet nec poteſt fieri eius conditio deterior l.ignorantis.ff.de procu.l.contra iuris.§ ſi filius. ff.de pac. Et quia alteri per alterum non debet rurſum iniqua conditio afferri,ut in reg.non debet.ff.de reg.iur.alias poſſent effici etiam locupletes cum ipſius ciuitatis iactura & male.l.nam hoc natura.ff.de condic. inde, c.locupletari . de reg.iur.in vi. Et quia denique abſurdum uidetur,eam adhuc obligari quanquam ipſius nomine res geſta ſit (uiſi ratum id habeat) ex alieno facto & contractu.l. ſi unus.§.ante omnia. ff. de pac.l.ſi.C.ad Macedon.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primum,quia non eſt uerum indiſtincte,ſed ita demum ſi ciuitas communicato conſilio & deliberate delinquat,ut per Bar. in l.aut facta.in pr.col. ff.de pœn. quo caſu etiam mutuo obligaretur ut infra,alias non,igitur argumentum nõ obſtabit uel dari poteſt inſtantia quod de delicto ar gumentum non ualeat ad contractum, ut hic per Iaſ.& not.in d.l.omnem.& data ca corruet argu mentum.c.ſicut urgeri.i.q.j.ſed quia dubitat probabiliter Deci.ut per eum, a prima reſponſione non recede. Non ob.ſecundum,quia & id quoque uerum eſt, quia (ut dicit Bar. hic & omnes) ibi præceſſerat ſpeciale mandatum,nimirum igitur ſi obligatur.l.illud. ff. de mino. Non ultimum denique,quia mutuum ibi factum erat populo,ſeu conſilio populum repreſentanti , uſque adeo ut conueniat etiã obligari, quia non de mutuo facto ipſis adminiſtratoribus tunc agitur,ſed ciuitati .

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime, quod ex mutuo facto rectori uniuerſitatis a ſimili(quotidianumque eſt) uniuerſitas non obligabitur niſi probetur pecuniã uerſam in ipſius utilitatem.

Et quod conſeruatores monetæ qui præſunt ſtipendiariis conducendis,& doctoribus ſalariis ſoluendis poſſunt pecuniam mutuam accipere in hunc actum,& ſi acceperint & in eum non conuerterint non tenebitur ciuitas, ita Bal.poſt multa in rub.C.de exercito.col.iiij.

Et quod chyrographo tutoris uel curatoris ſemper ſtatur contra ipſos & non contra dominum inquit idem Bal.in authen.contra qui propriam.col.i.C.de non nu me.pecu. ſignanter per iſtum tex.& ex not.in l.ſi pupilli.in princi.ff.de nego.geſt.

Et quod

Et quod ſi perſona domini ſit priuilegiata ex mutuo facto adminiſtratori, ipſe tenebitur non dominus, niſi quatenus ſit in ipſius utilitatē uerſum, ut not. etiam in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccl. idem Bald. in præallega. l. ſi pupilli. in §. item ſi. colum. ij. ad finem. ff. de nego. geſt.

Et quod denique oportet quod numeratio adminiſtratoribus facta ſit, nec conſtet numerata uerſa eſſe in ipſius ciuitatis ſeu reipu. utilitatem, quoniam ſi per confeſsionem, & promiſsionem tantum conſtaret, cum adminiſtratorio nomine ſe obligauerint, & officium neceſſarium ſit, eo finito non tenerentur, & eſt intellectus ad iſtum tex. & declaratio Pau. Caſt. conſil. clxxxvj. ad fin. uolumi. j. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi mutuo datum ſit ciuitati, tenebitur, etiam quod pecunia non ſit uerſa in eius utilitatem, ut hic per Bar. & alios, ex quo poteſt facere legem quam uult in ſuis contractibus. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. argumentum in l. in re mandata. C. mand. adde Corne. conſ. cxlij. colum. j. uolumi. ii.

Et quod ſi maior pars contrahit debitū, quod reſp. non approbet ſoli conſentientes tenebūtur, ut inquit Bald. in l. i. col. i. ff. de magiſtra. conue.

Et quod conſules alicuius loci non poterunt conſtituere penſionem perpetuam uel per annos ſine conſilio uniuerſitatis uel conſiliorum ſuorū. d. l. prohibere. §. plane. præallega. ff. quod ui aut clam. Capel. Tholoſ. deciſ. cccc xvj.

Et quod eccleſia a ſimili ſemper habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, & non uerſę in ipſius utilitatem, ut inquit Soci. in reg. cccx. col. ii. poſt Bal. in loco de quo ibi per eum.

Et quod denique (ut etiam hic per Albe.) debitor ciuitatis ſoluens camerario, ſeu theſaurario, non liberabitur, niſi probauerit pecuniam uerſam in utilitatem ciuitatis, & probatur etiam in l. unica. C. de ſol. lib. xj. tamen (quicquid dicatur) de conſuetudine ſeruatur contrarium.

ADDITIO.

Dubitandi rationem faciebat ſi adminiſtratores ciuitatis pecuniam mutuo acceperint nomine ipſius quod non obligetur (mihi enim uidetur quod caſus ſic figurari debeat ad huius literæ ſenſum quicquid dicant alii) & primo uulgatum illud. res inter alios acta tertio nec prodeſt nec præiudicat. l. prima. & toto titu. C. res int. al. acta. l. ſæpe. ff. de re iudica. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pac. ſed hic de mutuo actum eſt inter adminiſtratores, & ancianos & creditorem mutuantem, ergo non debet ciuitas teneri, & obligari.

Et maxime ac ſecundo, quia de ea obliganda agitur, & omnis obligatio communiter eſt odioſa & reſtringenda. l. Arianus. ff. de ac. & ob. l. eius qui in prouincia. & utrobiq; no. infra eod. Alex. conſi. clxxiiii. ad finem, uol. vi.

Tertio quia ſic uidemus, quod neque etiam tutor neque procurator, obligant pupillum, uel dominum, nec eorum conditionem deteriorem faciunt. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro empt. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. l. pactum curatoris. C. de pac. l. ignorantis. ff. de procur.

Quarto quia alibi nec peritior diſcipulus ex multis obligat dominum peregre proficiſcentē. l. quicunq;. §. ſed cum fallo. ff. de inſtito. Bald. in rub. C. de conſti. pe. colum. ii.

Nec prælatus quinto bona eccleſiæ. cap. nulli. de rebus eccle. non alie. ergo nec adminiſtratores ciuitatem, mutui datione, ut hic dicitur, & ex his male.

Sexto quia ſi hii mutuo dare non poſſunt alteri ipſumque ciuitati obligare. l. rogaſti. §. finali. & ibi not. ſupra eodem. æque conuenit ut neque mutui datione adminiſtratoribus facta obligetur ciuitas, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. i. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & præcipue quia mandatum non habebant ad hoc ſed ad adminiſtrandum tantum.

Et in terminis ſeptimo uidetur caſus hic in glo. allegatus in l. is qui. in prin. ff. de pignor. ubi adminiſtratores reip. non poſſunt eius rem obligare mutui datione.

Octauo dicit alibi Bald. in l. prima. in principio. ff. de magiſtra. conue. quod ſi maior pars reipubl. contrahat debitum, ipſumque ipſa non approbet, ſoli conſentientes teneutur, nec ipſam obligat dicta maior pars. ergo nec adminiſtratores in caſu præſenti.

Nono ſignanter & in fortioribus terminis cōſuluit Paul. Caſtrenſ. quod olim Piſarum ciuitas obligari non potuit, ab ancianis generale mandatum habentibus, de recipiendo pecuniam mutuo, ſed quod ipſi obligati eſſent & tenerentur, conſi. clxxxvi. uol. i.

Decimo & ultimo maxime ita dicendum uidebatur, quia ciuitas eſt corpus quoddam fictum & repreſentatum animam non habens. l. mortuo. ff. de fideiuſſoribus. uſque adeo hac ratione ut obligari non poſsit. & eſt argumentum in capitu. Romana. in §. uniuerſitatem. de ſen. excommunica. in vi.

Quibus tamen non obſtantibus hic deciſum fuit contrarium quod imo obligetur mutui datione dummodo pecunia in eius utilitatem uerſa ſit. alias ſoli adminiſtratores contrahentes teneātur, & eſt uerus iſtius literæ ſenſus, quicquid alii dicant ut ſupra teſtati ſumus.

Et ratio deciſionis eſt, quia ſi nomine ciuitatis accepta eſt mutuo pecunia, hoc idemque in ipſius utilitatem & commodum ceſſerit, utique etiam conueniens eſt ut obligetur & creditoribus teneatur, argumentum in l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & in l. iiij. C. quando ex fac. tu. perinde ac ſi totum conſilium, in quo repreſentatur, contraxiſſet, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur. ut in reg. qui per alium. de

regu.iur.& in cap.qui facit. eodem titu.in ſexto. & in l.ita autem. in §. geſſiſſe. ff. de adminiſtra. tuto. & in l. certe. ff. de precar. maxime in actu acquiſitionis,ut ibi, quem textum unicum dicit Bald.in l. unica. in §. ne autem. colum.iij. C.de caduc.tollen.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum,quia regula uera eſt,non hic tamē, ex quo nomine ciuitatis (ut diximus) contraxerunt, uſque adeo ut perinde ſit (cum in utilitatem ipſius pecunia uerſa fuerit) ac ſi ciuitas ipſa contraxiſſet.

Non ſecundum, quia & id uerum eſt quoque ſi obligatio damnum attuliſſet ipſi reipublicæ, ſed cum attulerit commodum & utile(ut rurſum dictum eſt) obligatio potius fauorabilis dicetur quàm odioſa,argumentum in d.l.Arrianus.& in d.l.eius qui in prouincia.

Ex quibus tollitur etiam tertium, quoniam eiſdem ſtantibus conditionem ipſius ciuitatis, meliorem & non deteriorem feciſſe uidentur.

Non ob.quartum,quia diſcipulus ibi nulli negotiationi erat præpoſitus,nec mandatum habebat aliquod, hic autem erant adminiſtratores, mandatum habentes ſaltem ad adminiſtrandum, ergo.

Simile etiam (quo ad quintum) non eſt bonum ex quo id procedit in prælato cui facta eſt prohibitio expreſſa, ne bona eccleſiæ alienet,ne ue ſpecialis hypothecæ titulo obliget,nos in mutuo adminiſtratoribus facto ſimpliciter, nullaq; ſpeciali prohibitione,quo minus contrahant, nimirum igitur eſt ſi pecunia in ipſius ciuitatis utilitatem uerſa,potuit obligari.

Sextum reſponſionem habet ſecum, mutuo dari non poſſe pauperi,quia tunc donaretur,& male.l.filiusfamilias.ff.de dona.declarat Pau. Caſtr. & Alex.in d.l.rogaſti.diuiti autem ſic(quod prædicti ibidem affirmant)ergo & accipere, & argumentum retorquebitur, & licet mandatum habuerint, ad adminiſtrandum tantum, non ideo minus tamen potuit obligari ratione prædicta, & ut in ſimili etiam declarat Alex. conſil.cxviij. ad finem uol.v.

Non obſt. ſeptimum, quia ibi probatur quod imo potuerunt Reipub. bona obligari ſi pecunia uerſa ſit in ipſius utilitatem,ut ibi rurſum declarat Bartol. & etiam pro obſeruantia contractus inquit Alexan.in loco prææallega.ſed primo modo melius ut hic.

Et ita tolli debet quoque octauum, ut breuitati conſulamus.

Non obſt.nonum,quia eo caſu non apparebat ancianis pecuniam numeratam fuiſſe, uerſamq; in ipſius ciuitatis utilitatem, ſed de confeſsione & promiſsione tantum ipſorum quæ in mandato non comprehenduntur,nec ciuitatem obligant, ut ibi declarat idem Paul.Caſtren.ad fi.

Non obſtat decimum & ultimum, quia eſto quod ita ſit perſonarum tamen uice fungitur, & ſub nomine collectiuo (ut dicebam in euidentialibus) populus obligatur dicto caſu. Nec facit quod in argumentum dicitur in d. §. uniuerſitatem, quia id eſt in excommunicatione uerum,quæ reſpicit animam,quam non habet uniuerſitas. Imo quod ſinguli de uniuerſitate poſſunt & omnes etiam excommunicari ſi ſint culpabiles. ut ibi nota. Felynus late in capitulo dilecte in Chriſto.columna prima.de exceptionibus. ergo & hic obligari ciuitas: deducendo ut ſupra.

Et ſi aliter nellemus figurare caſum ut aliqui intelligunt, de quibus ſupra, quod non obligetur ciuitas niſi pecunia uerſa ſit in eius utilitatem.

Poſſet pro ratione dubitandi dici, quod imo obligetur, quia eſt caſus clarus in d. l. is qui. in prin.ff.de pigno.

Sol.obligatur (ut diximus) quia pecunia erat uerſa in eius utilitatem, ergo non alias,ſed adminiſtratores ipſi ut hic,& ibi no.Bar.

Secundo, quia mandatum habentes adminiſtratores ad adminiſtrandum, uidentur habere etiam ad pecuniam mutuo accipiendam, argumentum in l.ad legatum.& in l.ad rem mobilem.ff.de procurato.melius in l.ij.ff.de iuriſdic. omnium iudic.ergo debent quoque poſſe obligare ciuitatem ipſam.

Ad quod etiam pro ſoln.dicendum eſt,minime uerum fore, quoniam mandatum ſtricti iuris eſt,& non præſumitur niſi probetur.l.j.C.de manda.prin.cap.cum in iure peritus,& ibi Bald. num.3.de offi.del.

Tertio dubium facit quod adhuc obligetur, quia de contractibus ad delicta bonum eſt argumentum.l.omnem.ff.de iudi.l.ſecunda.ff.de cuſto.reorum.& inſtitu.de publi.iudic. in principio. ſed ciuitas obligatur delinquendo. l. metum.§.animaduertendum. ff. quod metus cauſa. ergo & hoc caſu ſi ipſius nomine adminiſtratores contrahant.

Solu.obligatur delinquendo ſi ipſa delinquat & pari modo ſi ipſa contrahat, ſiue conſilium quod ipſam repreſentat,ut hic per Bartolum.ſed non per admiuiſtratores quanquam ipſius nomine contrahant nec ſpeciale mandatum habeant, niſi(ut ſæpe dictum fuit)pecunia in ipſius utilitatem ſit uerſa.

Ratio autem decidendi,quod regulariter non obligetur,nulla alia eſſe poteſt, niſi quia adminiſtratores ipſi mandatum habebant ad adminiſtrā dum,non autem ad contrahendum, & mutuo pecuniam accipiendum ſub uſuris, igitur niſi dicto caſu obligari non potuit.l.diligenter. ff.manda. cap.cum dilecta.de reſcrip. Alexand. conſil. cxviij.ad finem. uol.v. de quo ſupra etiam mentio facta eſt. Finis.

Caius

Caius lib.xx.ad edictum prouinciale.

CREDITOR QVI NON idoneum pignus accepit, nõ amittit exactionem eius debitæ quantitatis in quam pignus non ſufficit.

Dubitandi rationem faciebat, quod creditor qui minus idoneum pignus accepit, agere ad reſiduum non poſsit, quia non minus facto quam uerbis uoluntas & animus contrahentis declaratur.l.Paulus reſpondit.ff.rem rat. habe. l.reprehendenda. C.de inſti. imo plus facto quam uerbis.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de edil. edic. uerum qui accipit pignus minus idoneum, actioni perſonali renuntiare videtur.l.fi.C.de pac.conuen.ergo. Et quia ſubeſſe uidetur quid quod poteſt creditori imputari cur legem apertius non dixerit, nec ſibi ius proteſtatione ſaltem reſeruauerit.l.ueteribus.ff.de pac.l.ſi debitor.§.ſ.ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſol.Et quia dici etiam ſolet,quia quã elegiſti illa tibi pateat.l.ſi mulier. §.fina.ff.quod metus cauſa.

Contrarium tamen hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt,quia nemo in dubio præſumitur uel le ſuum iactare.l.cũ de indebito.uulga. ff.de proba.Eoque magis,quia pignus datur creditori, ut ſibi tuto conſultum ſit.§.creditor.inſti.quib.mo.re contr.ob.& ſic inuentum a lege ipſius fauore, ergo non debet ad eius læſionem retorqueri,ſi minus idoneum ſit ut in reſiduo ſibi præiudicetur. l.quod fauore.C.de legi.c.quod ob gratiam. de reg.iur.in vi.Et eſt etiam argumentum in l.iii.ff. de mil.teſta.

Ad oppoſita reſpondetur,primum nihil facere,quia antecedens bene uerũ eſt,ſed conſequens falſum,nec præſumendum.l.quæſitum.§. fi. ff.de diſtrac.pi.d.l.cum de indebito. Nec facit ad idẽ tex.in d. l.fi. quia loquitur in his quæ nobis ſpecialiter iure competunt,ut hic per Bar. Et ni mirum ultra eum,quia tolluntur facile.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de mil.teſta.nos autem in competentibus nobis de iure communi.

Non ob.ſecundum, quia nec id uerum eſt ex quo(ut dicitur in d.§.fi.)ipſo iure ſe res ita habebat,& ibi gl.ſignanter allegat tex.iſtum, & eſt ad idem argumentum in l. ſicut. in §. non uidetur. ibi quod ſciebat ubiq; pignus ſibi durare. ff. quibus modis pignus uel hypo.ſolui.

Non ultimum denique,quia non in ſolutione elegit,ſed potius in cautione,ideo ſibi non præiudicauit creditor.Et facit ſimile, quia ſic etiam pretium eſt de ſubſtantia emptionis & uenditionis conuentione.§.item pretium. inſti.de empt. & uend.l. pacta conuenta.ff.de contra.emp.non autem numeratione.l.pretij cauſa.& ibi Sal.C.de reſcin.uen.& ideo non ab re ſi aliud ſolui poteſt. Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod pignus non præſumitur idoneum,niſi fuerit a iudice examinatum,quia tunc ſecus.l.a diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iud.

Et quod contra legem poteſt introduci conſuetudo,ut Venetiis ubi(queadmodum hic not.) lex iſta non ſeruatur, & facit quod habetur in l. iii.in §.diuus. ff. de ſepul. uiola. dicuntque hinc D.Veneti,qui accepit malum pignus caput percutiat cum illo, ut etiam dicitur in l. ſi pro mutua.ff.ſi cer.pe.& in l.i.& ibi Bal.C.de pignorib. præallega.

Et quod de conſuetudine non ſeruent hanc legem nouiſsime tradit Pau.Caſt.conſi.ccxcvi.colum.ii.uolum.ii. qui tamen oſtendit etiam conſi. cccxcv.co.iii.eo.lib. quod aliquo caſu etiam de iure non ſeruetur,nec locum habeat, ut ibi per eũ.

Et quod fieri non debet quod factum non releuat.l.hæc ſtipulatio. §. diuus. ff.ut lega.no.cauea. namque proteſtatione hic non eſt opus, ex quo ius reſeruatum eſt creditori(ut dictum fuit) in actione perſonali.

Et quod fruſtra petit creditor, id quod ſibi a lege conceſſum eſt,argumentum in l.i.C.de theſau.lib.x.

Et quod denique ſecus erit ſi debitorem acceperit qui ſoluendo non ſit,ex quo debuit eius cõditionem ſcrutari,ita Aelx.in l. ſi cum dotem.in §.ſi mulier.ff.ſolu.matrim.colum.ſecunda.& De ci.ubi alia in ſimili multa in regula qui cum alio col.i.ff.de reg.iur.Finis.

ADDITIO.

Idem quod in pignore hic,dici debet in ſumma,ſi minor quam ſit debita petatur,& reus ſponte,uel condemnatus ſoluat, poſſe ſcilicet ad reſiduum agi ut tenet Io. Fab. in §.ſi minus.inſti.de act.pulchre Gui.Pap.deciſ.clxxvii.

Paulus lib.iiij.ad Plautium.

SI INSTITOREM SERVVM dominus habuerit poſſe dici Iulianus ait etiam condici ei poſſe quaſi iuſſu eius contrahatur a quo præpoſitus ſit.

Dubitandi rationem faciebat, quod inſtitor teneatur & nõ dominus, ex quo creditor cum eo contraxit, & non cum domino. l. ſi unus. §.ante omnia. ff. de pac. Et quia inſtitorem non dominum ſibi obligatione contrahendo obſtrinxit.l. cũ qui.C.de inſtito.l.i.§.exercitorẽ. & ibi Paul. Ca.ff.de exercitori. Et quia bene tenet dñs, ſi pro inſtitore fideiuſſerit.l.in eum.§.tabernæ.ff. de inſtito.ſed non æque conuenit(ut dixi) quod pro eo alias,exque ipſius inſtitoris contractu teneatur,argumentum in reg.non debet.de reg.iu.

Contrarium tamen deciditur hic,Et ratio deciſionis eſt, quia ſi iuſſu eius negotiationi præpoſitus

poſitus eſt, contraxit, conuenit etiam ut ipſe & non inſtitor teneatur. Et quia ſi commodum ſentit ex actu inſtitoris, æquum eſt etiam ipſum obligari ex contractu ipſius inſtitoris pariter, & teneri.l.j.ff.de inſti. Et quia creditor etiam fidem domini ſecutus uidetur, & cum eo quaſi contrahere.d.l.j.§.i.l.fin.ff.eo.§.ſi igitur.§.fin. inſtitut. quod cum eo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia cum domino contraxiſſe intelligitur propter iuſſum.d.§.fi.inſti.quod cum eo.

Non ſecundum, quia poſſet dici quod in domino abſente procedat, non quando eſt præſens in loco, ut hic, quod etiam ſenſiſſe uidetur idem Pau.in d.§.exercitorem. Vel & melius quod uerum non ſit.l hęres abſens.§.apud.ff.de iud. Et conſequenter quod dominum ſibi obſtrinxiſſe uideatur pręſertim etiam quia tex.in d.l.cum qui non loquitur in inſtitore. Non obſt.ultimum, quia ſtant iſta ſimul, quod tanquam fideiuſſor teneatur, quia fideiuſſit, & tanquam dominus, quia iuſsit, et quia (ut diximus) creditor fidem eius ſecutus uidetur.

Præſtatq; nobis argumentum lex iſta, ad multa, & maxime quod dictio quaſi, licet regulariter ſit improprietatis nota, & ſimilitudinis.l.ſi cum dotem.§.fin.ff.ſolu.mat. l.ii.§. fin.ff.de uſufr.ea.re. quæ uſu con.l.j.§.cum eo. ff. de eo qui pro tu. Alexã.conſi.lxxxvii.col.ii.uol. ii.quandoque tamen (ut etiam hic dicit glo.) ueritatem exprimit, idemque in l.i.ff.de tranſac.& in l. dedi in princ. ff.de condic.ob cau.& in l.nec ullam in §.fi.ff.de peti.hæred.& in euang.Io. c.j.ibi quaſi unigeniti à patre. Abb.in c.quæſiuit col.i.de uerb.ſignif. multa Fely.in c.gratum ad fi.de offi.de.

Et quod qui per alium facit proprie facere uidetur, ut in ſimili inquit text.in l.certe in §.i. ff. de precar. ubi ſi procurator meus me mandante precario rogauerit ego precario proprie habere dicor. Et eſt ferè idem in c.mulieres de ſen.exco. de ueritate regulæ tamen ad Dy.recurrendum eſt in c.qui per alium de regu.iur.in.vj.

Et quod quamuis hic dicatur dominum obligari ex contractu inſtitoris, non ſecus dicendum eſſe tamen econtra, quia ſic etiam ex contractu domini obligabitur inſtitor, caſus eſt in l.j.§.pe. ff.de exercito.& not.dicit hic Iaſo. & bene ſi uerum foret, ſed dubito quia nec ibi probatur, nec uerum uidetur, ex quo Dominus propter iuſſum tenetur, & quia inſtitorem præpoſuit negociationi, quorum neutrum in eo inſtitore ſcilicet, conſiderari poteſt.

Et quod inſtitor dictus eſt (iſte enim in terra, exercitor in mari negociatur, ut idem Iaſ. inquit hic) atque appellatus, quod negotio gerẽdo inſtet, nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negotiationi.l.iii.l.cuicunque.ff.de inſtito.l.eius qui in prouincia infra eo. hinc Aquin.Saty.vij.

non aliter, quam

Inſtitor hibernæ tegetis, niueiq; cadurci.

Et quod denique inſtitoria, fauore eorum introducta eſt, qui cum inſtitoribus contrahunt ne decipiantur.l.i.ff.de inſtit.pulchre Bar.& in materia conſi.lxxix. Finis.

ADDITIO.

Quod idem iuris eſt de genere quoad genus, quod eſt de ſpecie quoad ſpeciem, nanque ſicuti dominus ex contractu procuratoris cui certum mandauit negocium tenetur, ita tenetur ex contractu eius, qui uniuerſali negociationi præpoſitus eſt.l.ſi duo.ff.de adm. tut.l.omnes.C.de præſcrip.iij.annorum.Alex.in l.quod quis col.iij.C. de procu.& Bar.hic in materia.

Et quod uerba ſunt ſemper intelligenda & exponẽda ſecundum ſubiectam materiam, l.ſi uno ff.locat.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.nanque hic condictionis fit mẽtio propter mutuũ & tamen intelligi debet quod dominus teneatur inſtitoria, ut hic ſolus Odof. declarat. tamen non eſt uerum fedæque labitur, quia debet intelligi, non modo inſtitoria uerum etiam certi condictione generali, non adhibita hac adiectione inſtitoriæ poſſe conueniri.§.fin.inſti.quod cum eo, & aduertit Fulgo.hic & melius.

Paulus lib.v.ád Plautium.

QVI PECVNIAM CREDItam accepturus ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habet ne accipiẽdo ſe ei obſtringat.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui ſpopondit creditori futuro, recipere cogatur, nec penitentia locum habeat, quia contractus mutui eſt cõtractus nominatus, nec in eo locum habet penitentia.l.ſicut.C.de ac.& ob. l.ſi pecuniam.ff.de cond.ob cau.l.in commodato.§.ſicut.ff. commo.

Alias ab innominatis non differret, dicendum minime.l.iuriſgentium in princi. ff.de pac.d.l.ſi pecuniam.l.naturalis.ff.de præſcript. uerb. Et quia uulgo etiam, dici ſolet, non poſſe homini diſplicere, quod ſibi ſemel placuit, ut in reg.quod ſemel de regul.iur.in vj. Et quia ius quæſitum creditori ſibi auferri non debet.l.fin.ff.de pact.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia promiſsio incerta eſt, & ſub cõditione, ſi pecuniam mutuo accipiet, & non obligatoria, quo fit cum ea quæ ſunt in conditione non ſint in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omi.cau.teſta.ut mirum non ſit, ſi promittentem penitere poſsit.

Vel & clarius quod cum uerba ſint in futurum collata promittens nec ciuiliter nec naturaliter ſit obligatus, quo caſu nec mirum eſt ſi (ut dicit tex.) in poteſtate habet ne accipiendo ſe credito ri obſtringat.& facit etiam tex.in gl. allega. in l. pen.ff.quæ res pi.ob.po.

Ad oppoſita reſpõdetur, primum uerum eſſe,

in mu

in mutuo contracto, quia (ut dicebatur & bene contractus eſt & nominatus quidem in quo pœnitentia locum non habet, ſed hic ſumus in contrahendo, ergo penitere licebit. Vel & aliter ut hic per Iaſ. col. iij. & in hoc ab innominatis non diſcrepabunt, laxiſque eſt regulariter differre, ut in ſimili docet Bal. in l. curatoris col. ii. C. de neg. geſt. argumentum in l. an teſtamento. C. de mili. teſta. & in l. non puto. ff. de iu. fiſci Inno. in c. auditis de præſcript. Non obſt. tertium quia verum eſt niſi ex cauſa variatio ſeu pœnitentia permiſſa ſit ut hic, & eſt argumentum in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. Bononien. late in §. his igitur col. xxxiii. xxxiiii. inſti. de iuſti. & iu. Non ob. ultimum, quia erat ius acquiſitum ſibi reuocabiliter, ex quo (ut dixi) uerba in futurum erant collata ut not. in d. l. fin.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa et maxime, quod duo iſta ſunt paria, quod quis effectualiter non teneatur, uel doli mali ſeu non numeratę pecuniæ exceptionem habeat ut etiam hic gl. dicit & bene, quoniam exceptio eſt actionis excluſio, pariaque ſunt non habere actionem, uel habere eam, quæ ſit exceptione elidibilis. l. ſecunda. ff. de exceptionibus. l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. l. non uidetur. ff. de regul. iur. Bar. in l. ſi unus in §. pactus. colum. pen. ff. de pac.

Et quod re integra multa fieri permittuntur, quæ alias non permitterentur à lege ut in d. l. ſi pecuniam, in prin. cum ibi not. ff. de condict. ob cauſam. Et in ſimili. Abb. in cap. capitulum ſanctę crucis colum. iij. de reſcript. & Miliſ. in §. appellatio. nume. 43. bonus tex. in l. filiæ. C. famil. herciſcun.

Et quod quamuis exceptio non numeratę pecunię opponi poſſit, ut ſupra, non tamen hoc iure erat cognita ut ſentit Aret. in l. lecta infra eod. & ita ibi tenui etiam ego aliquádo, ſed nunc dubito quoniam hoc idem uirtualiter ſenſiſſe uidetur & implicite Iuriſcon. hic & in d. l. pen. ff. quæ res pi. ob. po. Cogitabis.

Et quod licet promittens dicatur ſoluere. l. ſi. C. ad legem Fal. non tamen pecuniam accipere promittens accipit ut hic, alias futurum à præſenti non differret, abſurdiſſimum dictu, & ideo primo caſu pœnitentia locum habet, ſecundo vero non, nec tunc liberatur debitor niſi ſolutione eius quod debetur ut inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princip.

Et quod denique id non dicitur tale quod nõ eſt ſimpliciter tale, nanque hic nec creditor eſt qui pecuniam credere promiſit, nec debitor, qui futuro creditori ſpopondit eam accepturus. l. creditores. l. creditorum. ff. de ver. ſign. Et ad propoſitum habetur in l. hoc legatũ. ff. de lega. iii. & in l. j. ff. de donat. Finis.

Modeſtinus lib. x. πανδεκτῶν.

PRINCIPALIBVS CONſtitutionibus cauetur ne hi qui prouinciam regũt quive circa eos ſunt negocientur, mutuamve pecuniam dent fœnusve exerceant.

Dubitandi rationem faciebat, quod prouinciam regentes eorumq; domeſtici & familiares, poſſent negotiari, mutuã pecuniã dare fœnusue exercere, quia hoc ad literam dicere uidetur tex. in l. ſeq. infra eod. ubi pręſides prouincię & officiales non prohibẽtur illud ipſum facere. Et clarius quam alibi in l. unica. C. de cont. iud. Et in l. non licet ad fin. & in l. qui offi. in princip. loquentibus in emptione, & uenditione. ff. de cont. empt.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, impreſſionis metus, nanque libere non poſſent aliquem inducere ad contrahendum ſecum. l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſ. Et quia magiſtratum agentes, in eo munere obeundo, ſi negociarentur ipſi uel eorum familiares ſi pecunias mutuo darent gratis, fœnusue exercerent ſub uſuris, non poſſent utilitati publicę uacare & male. l. milites agrum. ff. de re milit. l. unica. §. fin. C. de cadu. toll. [illegible] C. de procuratorib.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſt. primum quia [illegible] in officialibus perpetuis ut text. [illegible] dicit ibi, nos autẽ loquimur in tẽporalibus, & concordabuntur duæ iſtæ leges ut decet. l. j. C. de inof. dot. c. cum expediat de elec. in vj. Et differentiæ ratio eſt quia ſi perpetui prohiberentur, perpetuo etiam priuarentur hominum commertio, quod ſanè foret nimis abſurdum. l. hi qui ſanctam fidem. C. de apoſta. not. in clem. j. in §. ceterum de uſu. Vel dicamus ut ibi per glo. quod non prohibeantur ad uſum ſuum quotidianum alias autem ſic, & cum iſta adhuc concordabit. Non ob. ſecundum quia id quoq; uerum eſt ſi ex cauſa neceſſitatis contrahant quæ nulli legi ſubiecta eſt l. j. ff. de offi. conſ. exemplificando in emptione uictualium ut ibi & per docto. hic; idemque uidetur cum ſupra dictis. Non ob. tex. in l. non licet præallegat. quia illis id erat ſpecialiter conceſſum, ut rurſum tex. met dicit. Non denique & ultimo tex. in d. l. qui officij, quia eo caſu quoque ſpeciale eſt in prędijs paternis quæ à fiſco diſtrahebãtur, quęque hoc caſu permiſſione legis poſſunt comparari.

Præſtatque nobis hæc lex & ſeq. argumentum ad multa, & maxime quod conſiliarij in patria Delphinatus poterunt contrahere & acquirere, quia cenſentur perpetui. l. iuriſperitos in princi. ff. de excu. tu. multa Gui. Pap. deciſio. clxxxv.

Et quod Domini de parlamẽto idẽ facere poſſint

Et quod adminiſtrator perpetuus,ut prælatus poterit infeudare,inquit Seiſel.in Spec.feud. qui feu.da.po. col.ix.

Et quod ſi officialis conſtituatur a rege,cenſebitur perpetuus ut poſsit negotiari,eſtq́ue argumentum in l.curator.ff.de excu.tu. & in l.ſufficit ff.de condic.indeb.tradit poſt longam diſtinctionem Lamb.de Rampouib.in d.l.præſidis. nonnihil Bald.hic.

Et quod denique adminiſtratores ciuitatis poterunt ipſius nomine, & ad ipſius utilitatem mutuo pecuniam accipere,uel ipſimet etiam nomine proprio ſi a non ſubditis accipiant. l. ciuitas. ſupra eo.l.Caius.ff.de vſu.l.quisquis.C.ſi cer.pe. & ut per Bar.hic latius. Finis.

De iureiurando.

Paulus lib.j. ad edictum.

QVOTIENS PROPTER rem iuratur nec parenti nec patrono remittitur iuſiurãdum propter rem autem iuſiurandũ exigitur,veluti de pecunia credita,cum iurat actor ſibi dari oportere, vel reus ſe dare non oportere. Idem eſt cũ de pecunia conſtituta iuſiurãdum exigitur.

Dubitandi rationem faciebat, quod parenti, uel patrono iuramentũ ueritatis remittatur,quia uidemus quod eiſdem remittitur quoq; illud calumniæ.l.iuſiurandum.§.qui iuſiurandum. infra eodem. Conſiderata maxime reuerentia ſibi debita.l.quique.§.j.l.parentes.ff.de in ius uocan. Et quia etiam non compellitur patronus iurare in actione rerum amotarum. l.ſi patronus. infra eodem.

Contrarium tamen hic deciditur,Et ratio deciſionis eſt, quia fiunt iudices in cauſa propria, ut no.in l.admonẽdi.& ibi dixi.infra eo. Et quia ſolet etiam uulgo dici, amicus Socrates, amicus Plato,ſed magis amica ueritas, inquit Abb. in c. primo.col.vj.de poſtu.præla.& in cap.omnes.de maio.& obed.uſque adeo ut ſit potius ipſi ueritati deferendum,quàm reuerentiæ paternæ, uel patroni.Et quia ad iudicem ſpectat ueritatẽ inquirere.l.ij.l.non eſt nouum.ibi ut fides ueri conſtare poſsit.C.de eden.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,non primum,quia perſona patris uel patroni debet uideri ſancta & honeſta filio & liberto, ita ut nec calumniari præſumantur,nimirum igitur ſi illud ſibi remittitur.l.honori.ff.de obſeq.a lib.pat.preſtan.l.liberto.ff.eo.d.l.ſi patronus.infra eo. argumentum optimum in l.non debet.ff.de dolo.

Non ob.ſecundum,quia id uerum eſt ne in ius uocentur abſque uenia,ut iura prædicta loquuntur,ſed non ut ſibi iuramentum ueritatis remittatur. Non ob.ultimum,quia iudicium turpe eſt & famoſum.l.ij.C.eo. ea de re nõ mirum eſt adhuc ſi hoc quoque caſu ſibi remittitur, ut ibi nota. & hic per glo.& ut in d.l.honori.& in l.parens.eodem titu.

Præſtatq́ue nobis hęc lex argumentum ad multa,& præcipue quod parens & patronus, filius & libertus æquiparantur a lege, tametſi de uno ad alium non ſemper arguatur,ſed dicit Saly.in l.fi. circa medium.C.de inoffi.teſta.quod ubi non reperitur contrarium,uel rationis diuerſitas, non eſt ab ipſa æquiparatione diſcedendum.

Et quod non ab re dixit Iuriſcon.in l.i.ad fin. ſupra eo.ibi,rei quoque uerbum ut generale prætor elegit,quia hic etiam uerbum rei pariter pro ueritate ponitur,ut glo.exponit,& doct. intelligunt & bene.

Et quod dictio ueluti,eſt exemplificatiua, hic enim exempla ponuntur,Parenti ſeu patrono iuſiurandum remitti non debere de iure ex ſupradictis.l.ueluti.ff.de iuſt.& iur.l.quædam mulier.ff. de rei uendi.l.fi.C.ſi quis alte.uel ſibi.

Et quod ubi apud legiſlatorem contingit de aliquo dubitari omni alio caſu terminorum habilitas præſupponitur ut etiam dicitur in l. qui teſtamento.ff.de teſta.namq́ue hic dubitatur an patrono uel parenti iuſiurandum remitti debeat,ergo præſupponitur,quod inter eos & libertum ac filium lis eſſe poſsit,de quo alias in l. lis nulla.ff. de iud.& ut hic per Odof.ad fi.

Et quod denique, unius facta mentione duorum non eandem rationem habentium facta intelligitur reſtrictiue,alias exemplificatiue,ut hic & in l.imperium.ff.de iur.om.iu.Bal.in l.de quibus.col.xiiij.ff.de legi.ecce iuramentum eſt ueritatis & calumniæ,hic ueritatis mentio facta eſt, ergo reſtrictiue ut non remittatur, ſicuti remittitur illud cal.quia non eadem eſt ratio. Finis.

Paulus lib.vj.ad edictum.

AD PERSONAS EGREGIAS eoſq́ue qui valitudine impediuntur domum mitti oportet iuſiurandum.

Dubitandi rationem faciebat iuſiurandum domum mitti non oportere, egregiarum perſonarum, quia longe æquius ac conuenientius uidetur,quod egregia perſona ueniat ad iudicem, & ad iurandum,quàm quod alias ad domum ipſius iuſiurandum mittatur, ex quo magis dignum trahit ad ſe minus.c.quod in dubiis.de conſecr.ecc. uel alta. Et quia actus iudiciarij debent expediri coram iudice,& quidem in loco ubi ſedere ſolitus eſt.c.quoniam contra de proba. l.pen.ff.de iuſti.& iu. Et propter accidentia quibus facilius

§.item

ueritas inuenitur & per ſeipſum potius quàm per alium.l.de minore.§.tormenta.ff. de quæſt. l.iij. §.item diuus.ff.de teſtib.Fulgo.in l. uulgo ad fin. infra de in lit.iu.Et quia in iudiciis etiam nõ eſt habenda perſonarum acceptio. c. nouit de iudi. vnde fit hinc ut non poſsit examinatio etiam cõmitti notario ſecundum gloſ.in c.conſtitutus de fideiu.ſactumq; ſit iam tritum ſermone prouerbium.Certior aure arbiter eſt oculus.§.fi.inſt.de gradib.l.ſi irruptione.§.fi.ff.fin.regundo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia dignitatis & honeſtatis ſemper habenda eſt ratio,quibus licet recedere à regulis & diſpoſitione iuris communis.l.ſemper.ff.de iure Immunita.l.prima.ad finem. ff. de offic. præfec.præto.alias à priuatis & deploratę uitæ egregię perſonę non differrent dicendum minime.l. nec honore iuncta glo. C.de epiſ.& cle.argumẽtum in l.iii.ff.de milita.teſta. & in d.l.ſemper.Et quia paria eſſe uidentur quod iurent iudici uel eius notario miſſo ut in regula qui per alium. de reg.iur.in vj.& in l.certe.ff.de precar. imò dicit alibi text.cum effectum habemus quod non eſt aliter de modo curandum in l.iii.C.de inſtit. Et non referre in non deſiderantibus certam formã quid fieri per æquipollens.l.ſi.ff.manda.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum non eſſe,& ſpeciale fore in perſonis egregiis.Et quia iuramentum etiam eſt actus extraiudicialis non requirens iudicis præſentiam , uel quod in iudicio præſtetur.Nõ ob.ſecundũ, quia in criminalibus procedit ut late Roma. tradit ſingul.cccxcii. in quibus de grauiori præiudicio quam in ciuilibus agitur argumentũ in l.in ſeruorũ.ff.de pœn.

Et ideo dicimus hinc quod ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt prouidendum.l.i.§.ſed & ſi quis.ff.de carbo.edic.c.ubi periculum de elec. in vj.Non denique & ultimum quia fallit adhuc in caſu iſto.Vel(ut ibi not.)dicamus quod id uerum ſit in ferenda ſententia non aliter.

Et præſtat nobis hæc lex argumentum ad multa, Et maxime quod uidua nobilis iuuenis & honeſta præter ea quæ hic leguntur , & citata non tenetur ad iudicem accedere,etiam ſi potuiſſet ad ipſum actum ſpecialiter eundem adire , ut pulchre dicit Ancha.conſil.lxxxvj.col.j.Et Bal.hinc reprehendit iudicem qui contra caſum legis pronunciarat conſi.clxv. col.ſi.uol.ij.

Et quod licet confeſsiones pertinentes ad litis deciſionem debeãt fieri in loco maiorum ut not. in l.unica.C.de conf.ſecus eſt tamen ſi aliud ſuadeat perſonarum qualitas,ut ibi dicit Bartol.

Et quod inter egregias perſonas rurſus præceteris enumeratur etiam Auditor ſacri palatii ſi teſtimonium ferre debeat, & quo ad effectum iuriſiurandi,ut hic , ita Rota deciſio.vij.de teſti.in nouis alias ſecundum nouã impreſsionem. xci. Milis in §.iudex.nu.10. Ego in lib.qui Analyſis Variarum quæſtionum inſcribitur.j.

Et quod habet locum quoque in paupere cui uerecundia ſit domum exire ut per gl.in d.ſi qui teſtium de teſti.& Ro.ſingula.clxx.

Et quod denique huic priuilegio renunciari non poteſt , quia dignitati conceſſum eſt, inquit Cy.in l.nec honore præalleg.de ep.& cle.Ro.ſingu.clxix.poſt eum. Finis.

ADDITIO.

Quod ad impeditos iudex mittit propter neceſsitatem,ad perſonas egregias propter dignitatem uel nobilitatem, ad mulieres propter honeſtatem,ſcituque dignum eſt,& declarat Bal.in d. c.ſi qui teſtium.col.j.

Et quod expenſis communibus iuſiurandum ad domum mittitur,ex quo eo modo finire litem concernit commodum utriuſque ; ut tenuit Spe. in ver.pe.de inra.cal.& ibi in addit.Ioan.And.& Bald.& Gui.de Suzza.in auth.principales.C.eo. tit.Et Alexand.hic,Et Boer. plene deciſi. ccciij. nu.5.par.ii.

Et quod familia gaudet eiſdẽ priuilegiis, quibus dominus ut hic not.& in c.ii.de for.compe. & in c.eccleſiarum ſeruos.xii.qõ.ii.Bal.in Marg. ſua, familia.nu.2.

Vlpianus lib.x.ad edictum.

SI PATRONVS LIBERTAM ſuam duxerit vxorem non compelletur iurare de rerum amotarum iudicio.Sed & ſi ipſe deferat iuſiurandum libertę ſuæ,de calumnia non debet iurare.

Dubitandi rationem faciebat, quod dominus iurare compellatur in iudicio rerum amotarum, quia uidetur caſus in l. Marcellus in §. i.ff.de ac. re.amo.ubi conuentus actione rerum amotarum, iurare compellitur,ſi ei iuſiurandum deferatur.

Contrarium tamen deciditur hic. & ratio deciſionis eſt,quia cum iudicium huiuſmodi famoſum ſit & turpe,l.ii.C.rerum amo.nõ debet poſſe contra dominum intentari, & minus hac de re ei iuſiurandum deferri.l. honori.l. parens. ff. de obſeq.à libe.patr.præſtan.argumentum in l.non debet.ff.de dolo.

Ad oppoſita reſpondetur in alio quàm patrono procedere, maxime quia liberta hic à patrono munus accepit ineſtimabile, etiam quod agat matrimonio ſoluto.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad ſecundũ dictum quod dominus de cal.iuret , quia qui iuramentum defert , prius iurare debet,& cogitur, non animo calumniandi deferre l. iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum infra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia reuerentia eidem à liberta præſtanda eſt,uſque adeo ut nec iurare teneatur, nec calumniari præſumatur , quandoquidem eidem uideri debeat perſona ſua ſibi Sancta & honeſta.

l.liberto.

l.liberto.ff.de obſeq.à lib.pat.præſtan.

Ad oppoſita reſpondetur in alio quam in patrono procedere, vt hic per Alex.Iaſ.& alios.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod quãtũcũq; actio cõueniat negotio de quo queritur libellus tamen dicetur ineptus,ſi ratione perſonæ conuentę actio ipſa intentari non poterat, ut hic no.Ang.late poſt gl.

Et quod à ſimili ſi exceptio foret inepta ſuper ea teſtes non eſſent recipiendi. c.in præſentia de procu.Bald.ſignanter per iſtum text.in l.edita in lectu.Peruſina col.vij.C.de eden.

Et quod iudicium non poteſt habere debitam formam ſi deficiat in fundamento libelli, inquit idem Bal.ibidem col.xij.

Et quod probationes factę adhuc ſuper libello inepto non ualent,ut inde poſſit ſententia ferri in eadem inſtantia ut hic per Bal. ſed tamẽ aduertendum eſt,quia ualerent quo ad aliam inſtãtiam ſi produceretur libellus aptus. c. examinata & ibi not.de iud.Hoſt.Butr.& Abb. in c.cauſam de teſti.idem Bald.in d.l.edita col.xij.præallega. C.de eden.Bertran.conſil.ccxliij.nu.10.uol.ij.

Et quod denique abſolutoria lata ſuper libello inepto etiam in forma diffinitiue non pareret exceptionem rei iudicatę his ſtantibus & probatur etiam in l.niſi & ibi Bald.in princ. ff.de tute. & ra.diſtra. Finis.

Vlpianus lib.xxij.ad edictum.

SI ITAQVE MANDATVM fuit procuratori vt petat,ille iuſiurãdum detulit, aliud fecit quàm quod mandatum eſt.

Dubitandi rationem facit, quod procurator poſſit iuramẽtum deferre,quia cum haberet mãdatum ad petendum, utiq; videbatur habere etiã ad iuſiurandum deferendum argumentum in l. ad legatum.& in l.ad rem mobilem.ff.de procu. & in l.illud.ff.de acq.hær.& quia procurator etiã efficitur dominus litis.l.neque.l.procuratoribus l.nulla.C.eo.de procu.

Contrarium tamen deciditur hic.Et ratio deciſionis eſt,quia mandati fines non debent egredi,ſuntque potius diligenter cuſtodiendi.l.diligenter.ff.mand.c.cum dilecta.de reſcrip.Et quia etiam deteriorem domini conditionem facere non poteſt.l.ignorantis.ff.eo.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum non eſſe,ex quo non ſunt connexa & dependentia vt ibi hæc quæ hic dicuntur ſed diuerſa ac ſeparata penitus,uſque adeo ut nullo modo includi mandato procuratorio uideantur, quod & ibi not. & eſt rationabile, & quia ad agendum conſtitutus eſt,non ad iuſiurandum deferendum,& limitata cauſa limitatum producit effectũ uulg.l.in agris ff.de acq.re.do.ergo. Non ob.ſecundum,quia uerum eſt poſt litem conteſtatam,& ad effectum quidem,ne poſſit reuocari niſi cum cauſa.l.poſt litem.ff.de procu. non quod iuſiurandum deferre ualeat,argumentum in l.maritus.C.eo.

Præſtatque nobis lex iſta argumentum ad multa,& maxime quod a ſimili ſi ad agẽdum pariter ſit conſtitutus, non poterit tranſigere.l. tranſactionis placitum.C.de tranſac.

Et quod ſi mandatum habeat uendendi limitato pretio,illoque pretio uendat, non poterit ſequi fidem emptoris,quia minori pretio uenderet & tempore,& ſic contra mandati formam & male.§.plus.inſti.de actio.Por.in §.uenditæ.nu.33. inſti.de rer.diui.

Et quod adhuc nec paciſci poterit,uel promittere.l.reſcriptum.§.fi.cum l.ſeq.ff.de pac. Ferrarien.ubi iſtud de quo hic etiam adducunt in d.l. tranſactionis placitum.col.j.

Et quod in mandato non uenit niſi illud quod expreſſum eſt,ut not.in l.more.ff.de iur. om.iu.

Et quod denique,nec ſolutionem recipere poterit,ut declarat Iaſ.in d. l.tranſactionis placitũ. in prin. Finis.

ADDITIO.

Quod præuaricatur qui excedit fines mandati eſtq; uerbum Bal.in c.ex parte.nu.3.de reſcri.

Et quod finito mãdato ſi agat procurator, proceſſus erit nullus tanquam factus cum falſo procuratore,uſque adeo ut tunc ſit opus nouo mandato.l.licet.in fi. C.de proc.Gui. Pap.cõſ.ij.n.2. Et quod ſi mãdauero tibi ut aliquem ferias in platea,& tu percuſſeris extra,uel econtra,per regulam.d.l.diligenter non tenebor,ut inquit Bal.in l.non ideo minus.col.ix.de accu.

Paulus lib.xviij.ad edictum.

SERVVS QVOD DETVLIT vel iurauerit ſeruetur ſi peculij adminiſtrationem habuerit.

Dubitãdi rationem faciebat,quod ſeruus iuſiurandum deferre nõ poſſit, & ſi deferatur quod non ſit ſeruandum,quia non poteſt facere conditionem domini deteriorem. l.quanto magis.infra eo.hic etiam in glo. alleg.l.ſeruus. C.de pac. argumentum in l.ignorantis.ff.de procu.& quod non poſſit etiã iurare,quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.l.ſeruus. C.de iudic.

Contrarium tamen deciditur hic.& ratio deciſionis eſt,quia peculij adminiſtrationem habebat,cum libera,quo caſu non modo prodeſſe poteſt domino(quod indubitatum eſt tamen)ſed ẽt obeſſe.l.iuſiurandum.§.procurator.ſupra eo. Vel & aliter ut infra in l.ſeq.quia eidem ſolui poteſt iuſiurandũ uim ſolutionis habet.l.tutor.§.j.l.iuſiurandum ẽt infra eo.ergo.ſed prima eſt melior.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare primũ, quia procedit in ſeruo non habente peculiũ, ſiue habente ſed non adminiſtrationẽ cum libera, ut hic

hic per Iaſ.& Alex.Fulg.reprehendentes,quia tenebat cõtrariũ & male. Nõ ob. ſecũdũ quia in pã peculiari habet,& maximè,cũ faciat ſeu facere poſsit(ut dixi)conditionẽ domini meliorem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumen. ad multa ut infra in l.ſed & ſi quis, ex quo iſte quinque leges idem continent.

Caius lib.v. ad edictum prouinciale.

HVIC ENIM RECTE SOLVI poteſt quoque ſi peculij adminiſtrationem habuerit.

Dubitandi rationem faciebat,quod ſeruo ſolui non poſsit, quodq; nouandæ obligationis ius non habeat, quia ſolutio requirit ſpeciale mandatum.l.uero procuratori . in prin. ff. de ſolu. & quia clarè dicitur(quo ad nouationem) in l. non ideo.ff.de noua.quod nouare priorem obligationem is iure non poteſt.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decidendi eſt.quia(ut dixi in l.præcedenti)liberam peculii adminiſtrationem habebat , quo caſu nõ mirum eſt ſi & ei ſolui poteſt , ſiq; ius nouandæ obligationis habet . d. l. uero procuratori. & ibi not.l.procurator cui.ff. de procu.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primũ , quia perinde eſt ac ſi ſibi hoc idẽ ſpecialiter mandatũ fuiſſet ut in iuribus præalleg.& eſt argumentum in l.ſed & ſi poſſeſſori . in §. ſi cum de hæreditate ibi perinde eſt ac ſi probatum fuiſſet, infra eo. Non ſecundum , quia eadem ratione tollitur,ut ſupra , quia ſcilicet liberã peculii adminiſtrationẽ habebat,& quãdo ẽt nõ habuiſſet, quia domini conditionem meliorẽ facere põt. l. quanto magis.infra eo.d.l.& ideo.

Paulus lib. xviij. ad edictum.

QVIDAM DE PECVLIO actionem in dominum dandam putant, ſi actori ſeruus detulerit iuſiurandum, eadem de filiofam.dicenda ſunt.

Dubitandi rationem faciebat , quod nõ detur actio de peculio in dominum ſi actori ſeruus iuramentum detulerit,quia deferre non potuit neque domini conditionem deteriorem facere . l. depoſiti . §. j .ff. de pecu. l. quanto magis . infra eod.l.ſeruus.C.de pac.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia cũ haberet peculii adminiſtrationẽ liberã debuit quoq; potuiſſe dominum obligare,ex quo perinde eſt ac ſi dominus detuliſſet argumẽtũ in l.certè.in §.j.ff.de pca.& in reg.qui per aliũ de reg.iur.in vj. Et hoc idẽ qđ in ſeruo dicimus(ſubiicit Iuriſcõ.) habet locũ quoq; in filio, quia nõ põt diuerſitatis rõ aſsignari. §. idẽ iuris. inſti.de ſtip.ſer.l.à Titio uulga.ff.de uer.obl.

Vlpianus lib.xxvj.ad edictum.

SI SERVVS IVRAVERIT dominum dare nõ oportere,exceptio domino indulgenda eſt,ſibiq; aduerſarius imputabit qui ſeruo detulit iuſiurandum.

Dubitandi rationem faciebat , domino exceptionem indulgendam non eſſe ſi ſeruus iurauerit dominum dare non oportere,quia contrariorum eadem eſt diſciplina,tantumque operari debet oppoſitum in oppoſito quãtum propoſitum in propoſito.l.j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur. l. fin. ff. de lega. iij. not. in rubri. ff. de acquir. poſſ. uerum ſeruus iuſiurandum deferre non poteſt . l. quanto magis. infra eodem.ergò non deberet etiam poſſe ſibi deferri . & ſic nec domino exceptio iuriſiurandi indulgeri ſi iurauerit.

Contrarium tamen deciditur hic pariter,& ratio decidendi eſt,quia poteſt facere domini conditionem meliorem . l. ſeruus . C. de pact. & quia(inquit tex.met) ſibi imputabit aduerſarius cur ei iuramentum detulerit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare , quia non eſt par contrariorum ratio , ut in præalleg. rubri. not. nanque deferendo domini conditionem deteriorem facit , ſi uero ſibi deferatur meliorem,ni mirum igitur ſi deferre non poteſt, iurare autem ſic.d.l.quanto magis.cum aliis adductis ſupra.& not.ad propoſitum in rub. præallega.argumenti fallacia.

Paulus lib.xviij.ad edictum.

QVANTO MAGIS PRODErit patri religio filii cũ quo etiam iudicium conſiſtere poteſt.ipſi autem deferentes conditionem eorum quibus ſubiecti ſunt, non faciunt deteriorem.

Dubitandi rationem faciebat,quia ſi filius iuramentum deferre non poteſt ſicuti nec ſeruus ut hic , non deberet etiam poſſe ſibi deferri , & conſequenter dici non poterit , quod religio filii proſit patri,& maximè quia legitimam perſonam non habet ſtandi in iudicio.l.fi.§.neceſsitate.C.de bonis quæ libe.

Contrarium tamen deciditur hic,quod imò ſibi deferri poſsit,& multo quidem magis,cum ipſius patris(ut proximè diximus)conditionẽ meliorem faciat , hæcq; eſt deciſionis ratio : & ob id etiam (ex quo tolletur ſecunda dubitandi ratio) quia cum eo quoque iudicium conſiſtere poteſt. l.tam ex contractibus.ff.de iud.l.ſi longius. §.j.ff.de iudi.nec quod dicitur in d.§.neceſsitate. generaliter uerum,ut etiam hic per glo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere quia deferendo conditionem domini uel patris faciunt deteriorem nec poſſunt ut infra. alias ſi ſibi deferatur ſic, quia faciunt eam meliorem.

Sed adhuc dubium facit quod iuramẽtum deferre poſſint & conſequenter facere patris ſiue domini conditionem deteriorem quia(ut adhuc dicitur hic in glo.)eſt caſus clarus in l. ſeruus ſupra eodem.

Contrarium tamen hic deciditur in fin. Et ratio deciſionis eſt quia non habebant liberam peculij adminiſtrationem. l. ſeruus. C. de pac. l. nec filius. C. de reb. cred. in d. l. ſeruus autem ſic, igitur non obſtabit.

Vlpianus lib. xxvj. ad edictum.

SED ET SI SERVVS MEVS delato uel relato ei iureiurando iurauerit rem domini eſſe, uel ei dari oportere, puto dandã mihi actionẽ. Vel pacti exceptionem propter religionem & cõuentionem.

Dubitandi rationem faciebat, quod quanuis ſeruus iurauerit rem domini eſſe, uel ei dari oportere, nõ tamẽ domino dabitur actio uel exceptio, quia ſi(ut dictum eſt ẽt ſupra,)non põt iuramentum deferre, haud æque conuenit ut ſibi deferatur. d. l. ſi. ff. de leg. iij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia iuſiurandum fuerat ex conuentione præſtitum, ut tex. met ait. Et quia(ut ſæpe dictum fuit) põt domini conditionẽ meliorẽ facere. Et quia etiã quicquid quęritur per ſeruum quæritur domino. l. etiam. ff. de acqui. re. do.

Ad oppoſita reſpondetur ut ſupra in l. ſi ſeruus, quod non eſt contrariorũ par eadẽq; ratio. l. quanto magis. ſupra eodem. & nouiſsime ita ad limitationem & declarationem regulæ dicit gl. in l. ſi quis negotia. ff. de neg. geſt.

Præſtantq; nobis quinque iſte leges eandem materiam tractantes, argumentũ ad multa, & maxime quod paria ſunt aliquem habere mãdatum cum libera uel ſpeciale ut ẽt legitur ſupra in l. iuſiurandũ, in §. procurator. eo. titu.

Et quod ille põt nouare abſq; dubio cui ẽt ſolui põt ut dicitur quoq; in l. cui recte. ff. de noua. & in l. procurator cui. ff. de procu.

Et quod regulariter & in materia idem iuris eſt in filiofamilias quod in ſeruo, ſi non poſsit diuerſitatis ratio aſsignari. §. idem iuris. inſtitu. de ſtipula. ſeruo, l. in tantum. §. j. ff. de ſer. corrup. l. ſi quis ſeruo. C. de fur.

Et quod damnum quod quis ſua culpa patitur, ſibi debet imputari, ut hic deferenti iuſiurandum ſeruo, & ut latius in regu. damnum. de regul. iuris in vj.

Et quod deniq; religio quędam iuramento inesse uidetur. l. ij. C. de reb. cred. l. quæ ſub conditione. ff. de cond. inſti. uſq; adeo ut Iuriſcon. hic ipſum religionẽ appellauerit, quæ ſeu quod, patri & domino prodeſſe debet, ſi ad delationem actoris iurauerint filius & ſeruus. Finis.

ADDITIO.

Quod hic uerificatur uulgatũ illud de quo ẽt in auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccl. propter qđ unũquodq; tale & illud magis ita Bar. in trac. de regi. ciui. col. ij. Si enim delitias, (ad idẽ inquit Hiero. ad Nepotianũ de uita clerico.) riſus, urbanitates, imò ineptias amatorũ in comediis erubeſcimus, in hominibus ſæculi deteſtamur, quanto magis in Monachis & in clericis hoc idẽ agere debemus. Et alibi in catalogo ſcriptorũ eccleſ. de Bardeſane. Si tanta uis eſt & fulgor in interpretatione, quantã putamus in ſermone proprio? Deq; Pamphilo præsbytero Euſebij Cæſarienſis epiſcopi neceſſario, ibidem. Si enim lætitia eſt, unã epiſtolã habere martyris, quanto magis tot milia uerſuum, per quæ mihi uidetur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigia? Et Math. vj. ibi ſi enim fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit: quãto magis uos modicæ fidei? Et Io. ibi, ſi patrẽ familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domeſticos eius?

Caius lib. v. ad edictum prouinciale.

IVSIVRANDVM ETIAM loco ſolutionis cedit.

Dubitãdi rationem faciebat, quod iuſiurandum uim ſolutionis nõ hẽat, quia tollit naturalẽ obligationẽ tantũ, nõ ciuilẽ. l. Stichũ. §. naturalis. ff. de ſol. Solutione uero eius quod debetur tollitur oĩs obligatio, ut inſt. quib. mo. tol. obl. in prin. ergo nõ eſt ſolutioni ſimilis, nec uim ſolutionis hẽt, Imò dici ſolet qđ nõ ẽt eſt modus tollẽdę uel inducẽdę obligatiõis. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de act. & ob. Et quia deniq; uim hẽt pacti & trãſactionis. l. ij. ſupra eo. & tamen qui paciſcitur ſeu tranſigit non ſoluit.

Contrarium tamen deciditur hic & in l. ſeq. in §. j. & in l. tutor. in §. prodigus. infra eo. & ratio deciſionis eſt, quia quemadmodum liberatur debitor ſoluendo(ut ſupra dictum eſt) ita liberatur iurando. l. ait prætor. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primũ, quia naturalem tollit tãtũ dicto caſu, ex quo ẽt erat tantũ naturaliter obligatus, ſed nõ qđ nõ tollat ẽt ciuilẽ ſi obligatus efficaciter fuiſſet. d. l. ait prætor. Non ob. ſecundũ, quia & id quoq; uerũ eſt, ſi fuerit ſine cauſa, alias ſecus ut hic & in iuribus ſupra alleg. ti adit Bar. in l. ſi actor. infra eo. & in l. iuſiurandum, in §. pupillus. ſupra eod. Non tertiũ & ultimũ, quia eſto quod non ſoluat qui paciſcitur uel tranſigit uim tamen ſolutionis habet pactum ſeu tranſactio. Et non modo pacti & trãſactionis iuſiurãdũ uerũ ẽt ſolutionis, ut ſupra, & ut hic rurſum dicitur, & concordantibus.

Præſtatq;

Prȩſtatq; nobis lex iſta argumētum ſanè (quamquam breuis) ad multa, & maxime qđ ſi duo ſunt in ſubſtantia differentia dummodo effectu cōueniant, ſufficit, & ȩquiparata dicuntur, nanq; hic iuſiurandum & ſolutio in ſubſtantia differunt & nō ſunt idē, & tū effectu cōueniūt, quia (ut dictū eſt) iuſiurandū uim ſolutiōis hēt, ut ēt habet à ſimili in l. fina. C. ad Macedonian. vbi ratihabitio æquiparatur mandato, tradit Bar. in l. ſi pupilli. in §. item quæritur. ff. de neg. geſt. & in l. Pompo nius. col. vj. ff. eo. effectu ſcilicet, quoniam alias differunt, nanque ratihabitio actionem negotiorum parit. d. l. ſi pupilli. §. idem ait. ff. eo. Mandatum uero, mandati. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. quæ effectuum diuerſitas arguit diuerſitatem in cauſis, quas ex effectibus rurſum cognoſcimus, ut inquit Bal. in l. j. col. ii. ff. de iuſti. & iu. effectu igitur æquiparantur, licet quo ad actionis ſpeciem & in ſubſtantia differant. Myſteriumq; eſt in hiſce uerbis, nanq; dicit, hic. Iuriſcon. quod uim ſolutionis hēt, non qđ ſolutio ſit, & ibi Imp. hoc eſt in d. l. fi. C. ad Mace quod ratihabitio æquiparatur mādato nō quod ſit mādatum. l. quod nerua. ff. depo. l. nō diſtinguemus. §. cum quidam. iuncta glo. ff. de arbi.

Et quod in non deſiderantibus certam formā, haud refert quid ex equipollentibus fieri. l. fi. ff. manda. l. ſi mater. C. de inſtitutio. l. mulier. ff. ad Treb. Bal. in l. ſi cū dotem, ad fi. ff. ſolu. mat.

Et quod duobus æquiparatis per uiam regulæ diſpoſitum in uno intelligitur etiā diſpoſitum in alio, ut dicit Soci. in l. ſciendum col. iij. ff. de leg. j. ita declarando glo. in l. ſi quis ſeruo poſitam ad idem. C. de fur.

Et quod aliud eſt quid eſſe tale, & aliud haberi pro tale ſecundum Bar. in l. ſi maritus. in §. legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de ad. uerba ſanè diuerſitatem denotantia, ſed (ut diximus) effectu ſunt eadem ut inquit Bal. in l. unum ex familia in §. fi. ff. de leg. ij. iura & leges nil aliud conſiderant. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de uer. ſig. ergo.

Et quod deniq; ſi uerum eſt, quod iureiurando (ut ſolutione) liberetur debitor, uerū erit quoque liberari præſcriptione, quoniā præſcribens ſoluenti pari modo ſimilis eſt ut not. in l. frater à fratre. ff. de condi. inde. Finis.

Triphoninus lib. vj. diſputationum.

QVOD SI IVRAVI TE DEferente non iuraſſe te dari tibi oportere, & aduerſus vtilē actionē, qua hoc quȩritur, an iuraueris tibi dari oportere opponēda eſt exceptio iuriſiurandi perimentis quȩſtionem actione comprehenſam.

Dubitandi rationem faciebat, quod primo iuramento ſit ſtandum non ultimo, quoniā ueriſimile eſt, te iuraſſe, me tibi iuramentum deſerēte, & non meo quod tibi non detulerim, ex quo hoc quod longe diſtat à ueriſimili eſt quædam falſitatis imago. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. Bald. in l. i. colum. iiii. C. de ſeru. fugiti. Et quia primo non debuit potuiſſe derogari, per ultimum, id eſt meo, (quod poſterius fuit) tuo argumentum in l. fi. ff. de pac.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia tibi imputandum eſt, cur mihi iuſiurandum detuleris. l. ſi ſeruus. ſupra eodem, argumentum in regu. damnum de reg. iur. in vj. Ideo illud ultimum & poſterius ſeruandum eſt, primo ſine dubio deroganti argumentum in l. pacta nouiſsima. C. de pac. & in terminis. ſupra inq; l. præceden. in §. fi.

Ad oppoſita reſpondetur uera fore regulariter, & quando mihi iuramentum nō detuliſſes, at detuliſti, & tibi ipſi præiudicaſti, teq; tuo gladio (ut ita dicam) iugulaſti, ergo nō eſt quis de quo (niſi de te) conqueri poſsis, & ut latius in d. §. fi. l. præcedentis not.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod exceptio eſt actionis excluſio ut etiam dicitur in l. ii. in prin. ff. de excep.

Et quod poſteriora derogant regulariter prioribus ut in d. l. pacta nouiſsima. C. de pact. & in §. poſteriore inſti. quibus mod. teſta. infir. in ſimili Bald. & Ang. in l. Gallus. in §. idem credendum. ff. de libe. & poſthu. & Fely. in c. cum P. tabellio. col. iii. de fid. inſtr. Et hinc prouerbio dici ſolet (teſtis eſt Sidonius ap.) res uenit ad triarios.

Et quod ſi mulier iurauerit non alienare, & poſtea cum iuramento alienauerit, ultimum pariter ſeruandum erit ut inquit Bal. in d. §. fi. d. l. prȩcedentis & bene quotidianumq; eſt.

Et quod paria ſunt non eſſe uel eſſe & non apparere. l. Rutilia Pola. l. in lege. ff. de contrahen. emptio. Bald. in l. duo ſunt Titii. ff. de teſtamento. nanque hic neceſſe eſt quod una pars ſit periura, tamen quia non conſtat quod deierauerit (ut inquit Bald. in loco ſupra allega.) erit talis.

Et quod denique negatio affirmatione eſt potentior, quandoquidem hic perimat exceptio quæſtionem (ut dicit tex.) actione comprehenſam, & in ſimili not. in c. cum dilectus. in glo. à ſuſpenſis de conſuetu. Finis

Modeſtinus lib. iij. differentiarum.

IVRISIVRANDI GRAtiam facere pupillus non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillus iuramentum remittere poſsit, quia iurat. l. qui iuraſſe. ſupra eo. ergo debet poſſe ēt iuramētum

remittere, quia contrariorum eadem eſt diſcipli-na.l.j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l.fin.ff. de lega. iij. Et quia in re ſua eſt quilibet moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda. l.ſed ſi lege. §.conſuluit.ff.de peti.hær. Et uidetur caſus ad literam in l.remittit ſupra eod.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia remittere eſt donare, quod à pupillo fieri nõ poteſt, ẽt tutore auctore.l.nõ enim C.de admi.tuto.ergo. Et quia ẽt ętas pupillorum, huiuſmodi eſt, ut quid uideat, ignoret.l.i.C.de fal.mone.

Ad oppoſita reſpondetur & ad primũ quidem uerũ eſſe qđ iurat, quia ẽt naturaliter põt obligari, uſq; adeo vt ex iuramẽto quoq; obliget.l.j. ff.de noua.q̃ in remiſſiõe iuramẽti non ꝓcedunt, igitur nec remitti poterit, quamuis poſsit iurare, & ſic contrariorum non eſt par eademq; ratio vt not.in rubric.ff.de acquiren.poſſeſſ. Non ob. ſecundum quia id uerum eſt in maiore, non in pupillo. Vel & aliter niſi lege prohibeatur. §.i. inſti.de aucto. tu.ſed hic prohibetur ergo.

Non deniq; & ultimum quia procedit ſimiliter in homine legitimæ ætatis non in pupillo, vt hic, & ut ibi etiam clare legitur.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime qđ licet pupillus nõ poſſit facere gratiã & iuſiurandum remittere poterit tamẽ facere pacem cum auctoritate tutoris ad hunc actum tã tum, quia eidem paci uia eſt ſemper aperienda, quæ placet Deo, & hominibus ut hic per Bald. & not.in l.furti.in §.pactus.ff.de his qui no.infa. & in l.creditor.§.i.ff.manda.

Et quod in ea pœnam apponere non poſſet, quia communiter pœnæ ſui natura ſunt odioſe, & non de ſubſtantia pacis, & not.in l.ſi minor.in §.minores.ff.de mino.

Et quod nec etiam tutor poſſet promittere, ſtare, quo ad damna & expenſas, iuramento aduerſarii, quia de intereſſe pecuniario agit ipſius pupilli, nec debet ab eodẽ tutore quid fieri niſi qđ ipſi pupillo ꝓdeſſe exiſtimauerit ut dicitur in §. fi.inſti.de auc. tut.& ut hic per Bar. Bal.& Ang. dicit tamen Pau. Caſt. quod alius poterit maior ſcilicet ex not.in l.fi.ff.de pro. ſtip. & bene, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, etiam ſi abutatur.l.in re mandata.C. manda. l. ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære.

Et quod remittere iuſiurandum nil aliud eſt niſi gratiam facere aduerſario, qui paratus ſit iurare, quod formaliter ita etiam dicit tex.in l.remittit præallega.ſupra eo.

Et quod deniq; etiam abſenti & ignoranti (dũ tamen pupillus non ſit) iuſiurandum remitti poteſt, & etiam per epiſtolã ut in l.Labeo.infra eod.

ADDITIO.

Quod ſi petat quis executionem inſtrumenti, ne occaſione iuriſiurandi trahatur ad curiam, Et ne ad eam poſtea appelletur, iuramentum remitti poteſt, quod hic per locum à ſpeciali probatur,

cum maximè præſtitum eſſet ad remittentis utilitatem vt inquit Paul.Caſt.in l. ordinarii. col. ij. C.de rei uen.atteſtatus amplius, ſe habuiſſe de facto Brixię, & pro ſingula.dicio refert in ſuis pet. Sanc.88.dixiq; ego ſatis in rub.C.de eden.

Et quod iuramentũ quod remittitur, fingitur præſtitũ ut inquit Bal.cõſ.ccclxxxii. ad fi.uol.iii.

Et quod ſi conſtituo tibi uſufructum itineris poterꝯ tibi adhuc, remittere ſatiſdationem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri. quodque paria ſunt ſatiſdationem oblatam non recipere & remittere, ut per Bald. pulchrè in l. i. col. ii. de uſufruc.

Vlpianus lib.xxviij. ad Sabinum.

QVI PER SALVTEM SVAM iurat licet per Deum iurare videatur, (reſpectu enim diuini numinis ita iurat) attamen ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt iuraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolemniter iurandum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui iurauerit per ſuam ſalutem, quamquam ei non ita ſpecialiter iuſiurandum delatũ ſit, iuramentũ ualeat, & rectè iuratum ſit, quia non refert quid ex æqui pollentibus fieri.l.fi.ff.manda.. Et quia de modo iurandi non eſt curandum dummodo effectum habeamus l.ſi mater.C. de inſtitut. Et etiam quia (ut tex.met inquit) ſic per Deum iurare uidetur.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia forma debet ſeruari, uſque à deo ſi omittatur, ut actus ſit nullus etiam in actu fauorabili.l.qui Romæ.§.Flauius ff.de uerb. obl. l. Iulianus.§.ſed & ſi quis. ff. ad exhiben. Et quia paria ſunt non iurare uel iurare & minus rectè argumentum in l.iiii.in §. condemnatum. ff. de re iud. l.iii §.fi.l.iiii.& v.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, quia imò refert, & modus etiam ad idem quàm maximè cu ratur ut plene per Bar.in l.Gallus.in §. et quid ſi tantum. col. ii. ff. de libe. & poſthu.& Bal.in l.ſi cum dotem.in fin.pↄin.ff.ſolu.matri. Et ideo ut aiunt fallit regula utrobique poſita, id eſt in d.l.fin.ff.manda, & in d.l.ſi mater. C. de inſtitutio. in deſiderantibus certam formam ut hic. Non obſtat ultimum quia eſto quod iurare uidea tur non tamen iurat formaliter igitur ex integro (ut ſubiicit) ſolemniter iurandum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maxime quod dolus eſt nõ ſeruare formã quæ ad lumẽ ueritatis adducit ubi dicit Bal.conſ. cij. col. iiii.uol.iii.imò tex.l.pe.c.nos in quinque.ii.q.ii.

Et quod forma tradita à iure non minus ſeruanda eſt, quàm tradita ab homine. cap. cum dilecta, de reſcript. Paul. Caſt. conſi. clxxxiiii. col. ii. uol. i.

Et quod

& quod omiſsio formæ uitiat actum etiam ſi omittatur per errorem uel à ruſtico, & ſic à quocunque & omnimodo ſeruanda eſt. l. fin. C. de teſta. Bal. in l. iuris ignorantiam. C. qui admi.

Et quod à ſimili cum in ſtipulatione requirantur uerba, per epiſtolam fieri non poterit, ut inquit Iaſ. in l. j. col. i. ff. de uerb. ob.

Et quod denique ſi quis iuraret per creaturam reſpectu diuini numinis iurare diceretur, quia tanquam cauſa efficiens in qualibet re, creata reputatur, & iuramentum ualeret, ut per Felin. ſignanter per iſtum text. in rubri. de iureiu. ad fin. ſed non tamen ut ſubiicit & bene, ſi per diabolum iuraretur, quia tunc per creaturam iuraretur in contumeliam diuini nominis attribuẽdo creaturæ, quod eſt creatoris. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi renuncietur foro & contumelia inferatur diuinitati, renunciatio non ualet ſecũdum Bal. in l. ſi quis in conſcribendo. col. i. C. de epiſco. & cleri.

Et quod ſi quis iuraſſet per fidem ſui corporis adhuc iuramentum ualeret ut ex multis probat Gui. papæ. conſ. xxxi. col. iiii.

Vlpianus lib. xxvj. ad edictum.

SI ACTOR DEFERAT IUS iurandum de ſola conſtituta pecunia & reus iurauerit exceptione vtetur, ſi de conſtituta conueniatur. Sed ſi de ſorte, id eſt, de priore obligatione conueniatur exceptio ceſſabit niſi de hac quoq; iurauerit aduerſario deferente.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſi reus cõuentus de conſtituta pecunia, iuret, exceptione utatur non modo eo prætextu uerum etiam ſi poſtea de ſorte, id eſt de priori obligatione conueniatur, quia iuſiurandum uim ſolutionis habet. l. iuſiurandũ ẽt, & ſeq. §. j. ſupra eo. l. tutor. §. j. infra eod. ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio ut inſti. quib. mo. tol. obli. in prin. ergo ſi iurauerit de conſtituta conuentus, (ut dixi) ſe non teneri, exceptione iuriſiurandi tuebitur ẽt ratione ſortis. Et quia uidetur caſus hic in gl. allega. Satis clarus, ubi ſi in actione mandati iuratum ſit, poſtea agatur certi condictione generali, obſtabit agenti ſine dubio exceptio iuriſiurãdi.

Contrarium tamen hic deciditur. Et ratio deciſionis eſt, quia poſſet eſſe, quod de conſtituta non teneatur, prout iurauit & quia pro alio ſe ſoluturum non conſtituit, attamen teneatur ex cauſa mutui, quia ex diuerſis non infertur uulga. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui poſ.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum quia habet uim ſolutionis quantum ad conſtitutum, & ſic quantum ad id, quod iuratum eſt, non quantum ad aliud. Non ſecundum quia agebatur ibi certi cõdictione ex eadem cauſa hic autẽ ex diuerſa, ut adhuc hic gl. declarat & bene.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod intereſt noſtra habere plures actiones, quia ſi in una ſuccubuerimus ad aliam redire poſſumus. l. non eſt nouum. ff. de act. emp. l. habebat. ff. de inſtito. l. itẽ illa. §. ſi. ff. de cõſti. pecu. & ibi ſignanter Paul. Caſt. per iſtum tex. Alex. in l. ſingularia. col. iiii. ff. ſi cer. peta.

Et quod deſtructa cauſa ſecunda (ut inquit Bal.) non ſequitur primæ deſtructio, ẽ contra autem hic maxime ſi ſecunda à prima dependeat argumentũ l. ſed ſi ante. ff. de excep. Et ſic contrariorum cum non ſit par ratio, non ẽt eadẽ eſt diſciplina vt plene not. in rub. de acqui. poſ.

Et quod pacto agi poteſt, ut ſolutio ficta uel imaginaria non tollat niſi unã actionẽ, & cæteræ ſaluę maneãt, & ut hic etiam per Ang. latius.

Et quod ſi ſuper debito iuratum ſit. deq; conſtituta agatur, obſtabit exceptio iuriſiurandi, ex quo oporteret iterum de debito diſputare, quandoquidem conſtitutum ſine debito haud teneat. l. j. §. debitum. ff. de conſti. pecu.

Et quod denique uicioſum eſt ex ſeparatis aliquid inferre præallega. l. Papinianus exuli. Et uicioſum argumenti genus in arguendo partem omittere. hinc Deuterono. xxij. non arabis in boue & aſino. & Prouerb. aliud ſceptrum aliud plectrum dixit Stratonicus citharædus cum Ptholomæo contendens. De Cytharistria. Quid ad rumbum? Quorſum hæc? Nihil cum fidibus Graculò, Nec Amaricino ſui. Finis.

Vlpianus lib. xxxiij. ad edictum.

SI NON FVERIT REMISſum iuſiurandum ab eo qui detulerit, ſi de calumnia nõ iurabitur conſequens eſt, vt debeat denegari actio, ſibi. n. imputet qui ꝓceſſit ad delationẽ iuriſiurandi, nec prius de calumnia iurauit, vt ſit iſte remittenti ſimilis.

Dubitandi rationem faciebat nolenti iurare de calumnia actionem denegandam non eſſe, nec remittenti ſimilem fore, quia ſi reus ſimpliciter acceptauit iuramentum, quod ſibi detulit actor, non debet poſſe petere quod ipſe actor de calumnia iuret, & ſi non iurauerit quod iuramen tum remiſſe uideatur. Maxime quia iſtud potius cal. ſibi remiſſum uidetur. eſtq; argumẽtum in l. ſi repetendi. C. de condic. ob cau. & in c. literaturam de uoto, quando uulgo dicitur. propoſitum in mente retentum nihil operari, ut ibi.

Cõtrariũ tamẽ hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia actori (ut in tex. ipſo dicitur) imputãdum eſt quod ad delationẽ proceſſerit, nec prius de calumnia iurauerit, ita ut remittẽti ſimilis ſit, & ei debeat actio denegari, & habetur etiam in l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia imo debet poſſe petere, ex quo petit id quod a iure non eſt alienum. d. §. ſi quis iuſiurandum. Non etiam quod id remiſiſſe uideatur, acceptãdo ſimpliciter iuramentũ, quia nec iſtud uerum eſt, maxime quãdo a principio (licet poſt acceptationem) petiit, ante quam iuraret, & ut hic fuſius Caſtren. declarat. & optima ratione cõprobat Iaſ. ut per eum. Non ob. ultimum, quia ſi petiit (ut dixi) nec id erit uerum, quod propoſitum fuerit in mente retentum.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime quod par eſt uirtus taciti & expreſſi, ut etiam dicitur in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. namque hic ſi actor de cal. non iurauerit iuramẽtum tacite remiſiſſe uidetur, perindeque erit ac ſi expreſſe remiſſum fuiſſet, quia reus omnino abſoluendus eſt.

Et quod ſi actor non fecerit quod de iure facere debet, litem perdit licet non egerit reus.

Et quod quis ex parte ſua actum ſolemnizare tenetur. ut not. etiam in l. j. in §. fin. de loco pub. fruen.

Et quod ſi reus non uult reſpondere poſitionibus actoris, neque actor poſitionibus rei tota mora imputabitur actori, & (ut diximus) litem perdet, ex quo prouocauit, ut hic per Bal. & eſt ſimile in l. & ideo. ff. de condic. fur.

Et quod deniq; non haberet locum quod hic dicitur in Gallia, quia eſto quod iuramentum calumniæ ſit de ſubſtantia iudicij. l. prolatam. C. de ſenten. ibi tamen non ſeruatur de ſtilo, ut inquit Gui. pap. deciſio. lviij. Neque in cauſis fiſcalibus, neque in feudo, ut per glo. in c. ſacramentum de conſue. rec. feu. & in §. in quibuſdam, ibidem in uſibus. Finis.

Paulus lib. xxvij. ad edictum.

MANIFESTAE TVRPITVdinis & confeſsionis eſt nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre.

Dubitandi rationem faciebat, quod non ſit turpe nolle iurare, ſeu iuramentum recuſare, ex quo uidemus quod alibi hæc iurandi neceſsitas remittitur, in l. quæ ſub conditione. in prin. ff. de condi. inſtit. quandoquidem aliqui adeo timidi ſint ut uſque ad ſuperſtitionem iurare non audeant, aliqui uero tam audaces & faciles, ut religione contempta iurent: imo quod recuſari legis permiſsione poteſt. l. generaliter. §. ſin autem. C. de iureiuran.

Contrarium tamen deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, ut in ipſo tex. dicitur, quia manifeſtę turpitudinis, & confeſsionis eſt aut nolle iurare, aut iuramentum non referre. & maxime ut ueritas eruatur, & finis litibus, laboribus, atque expẽſis imponatur. l. fi. ff. de proba. l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. peta. cap. finem litibus. de dolo & contuma.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id uerum eſt, & procedit in ultimis uoluntatibus in quibus reprobantur quæ ſub cõditione iuramenti relinquuntur, ut ibi dicitur, tradit Bar. in l. ſi quis cum debitore. in prin. infra eod. ergo ſecus in iudiciis & aliis caſibus quoniã ex diuerſis ac ſeparatis aliquid inferre (ut dicebã ſupra) uitioſum eſt in l. ſi actor. eo. ti. Non ſecũdum, quia recuſari poteſt hodie & cũ cauſa quidem non olim & de iure Digeſtorum, ut hic per Alex. & conſ. cxxviij. col. ij. uol. ij. & alios fuſius. diſtingue igitur tempora & cõcordabis ſcripturas, ut inquit glo. in l. i. C. de accuſa.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſi nullam præſumptionẽ pro ſe habebit actor turpitudo non erit rei iurare recuſantis, quod eſt notandum ad intellectum huius legis declarat Spec. in ti. de iura. dela. in §. j. & multa ad idem congerunt Bononien. in ſingula. ſuis. lxxxiij.

Et quod prodigus qui non poteſt iuramentũ deferre, non poterit iurare pariter, quia duo hæc ſunt correlatiua, ut hic, & notant omnes in l. tutor. in §. prodigus. ſupra eo.

Et quod regula de qua hic non habet locum in actione rerum amotarum. l. & ideo. ff. de act. re. amota. Bar. in l. Marcellus. in §. fi. ff. eo.

Et quod praticatur iſta lex etiam ſi reus dicat ſe uelle probare per teſtes uel inſtrumenta intentionem ſuam, ut hic not. adde late Boeri. deciſio. xcv. col. j. par. j.

Et quod denique locum non habet in feudis, ut declarat Afflic. in c. ſacramentum. in prin. de conſuetu. rec. feu. in uſib. nec in caſu. l. fi. ubi Iaſ. in prin. C. de fideicom. Finis.

ADDITIO.

Quod uera ſit deciſio huius legis ſi iudex approbet delationem iuramenti, & iurari mandet, alias quis non teneretur, ita Bal. ubi alias quoq; refert cauſas. in c. iuramentum. nu. 4. de iureiur. multa Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. nu. 83. inſti. de actio.

Et quod materia relationis iuramenti non habet locum pariter in iuramẽto neceſſario nec in ſimplici uoluntario, ut ibi declarat idem Bald. nume. 8.

Et adhuc uera eſt regu. niſi ſubſit iuſta recuſandi cauſa, de quo tamen hic per Bart. & Guid. Pap. conſi. cxlij. ad fin.

Iulianus lib.xiij.digeſtorum.

IVSIVRANDVM A DEBItore exactũ efficit vt pignus liberetur, eſt enim hoc acceptilationi ſimile & perpetuã certe exceptionem parit. Idcirco pœnam quoque petentem creditorem exceptione ſummoueri oportet. & ſolutum repeti poteſt. vt pote cum interpoſito eo ab omni controuerſia diſcedatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſi iuretur ſuper debito non liberetur pignus, quia iuſiurãdum uim rei iudicatę habet, imò quod maiorem anctoritatem habet. l. ij. ſupra eod. uerum ſententia lata ſuper principali ad acceſſoria non extenditur.l.j.C.de iudi. ergo nec hic iuſiurandũ ſuper debito pignus liberabit, neq; contra actionem ad pœnam parabitur exceptio, nec ſoluti dabitur repetitio, quoniam naturalis obligatio quæ remanſit.l. Iulianus uerum debitorem.ff.de condic.indeb. impedit ſoluti repetitionem.l.naturales.ff.de ac.& obl.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia(vt text. met dicit) ſimile eſt acceptilationi, per acceptilationem tollitur omnis obligatio.§. item per acceptilationem inſti.quibus mo.tol.obl.ergo.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, quia aliud eſt in ſententia & aliud in iuramento, maioris autoritatis(ut diximus)quam res iudicata .d.l.ij. ſupra eo.uel dicamus quod.l.j.præallegat.non in ſententia loquatur ſed in petitione tantum & litis conteſtatione. Vel quod hic rurſum pœna nõ erat commiſſa ſed committenda, & ut per docto. fuſius,& in ſpecie Iaſ.& quod nulla obligatio remanſerat, nimirum igitur ſi & ſolutum repeti poteſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod de ſimilibus ut de connexis idem eſt iudicium, l.ex facto ff.de nego. geſt. l.ſi in emptione.ff.de cont.emp.l.creditor.§.Lucius. ff.man.Bald. in l.ij.col.viij.C.de reſcin.uendi.

Et quod ferè ad idem ſicuti contrariorum eadem eſt diſciplina ita eſt ſimilium deducendo ut ſupra tradit Pet.Iac.de monte Peſſulano, in praxi ſua,inque forma libelli in actio. fur. non manifeſti col.i.& probatur inſtitut. quod cum eo in prin.& in l.non poſſunt.ff.de legi.

Et quod ſublata actione principali tollitur acceſſoria.l.cum ſoluendę de diſtractio.pi. l.ſoluitur.§.ſi paciſcar.ff.quib.mo.pignus uel hypo.ſol

Et quod acceptilatio eſt imaginaria ſolutio qua omnis obligatio tollitur,ut ſolutione, quod etiam declarat Bart.in l.& per iuſiurandum in §. j.col.ii.ſupra eo.

Et quod denique exceptio perpetua eſt & maxime ſi a iuramento oriatur,ut hic & in l.pure, in §.fi.ff.de excep.do.& hinc eſt,quod rei ſunt actoribus fauorabiliores,ut per gloſſ.in l.pe.ff.de requi.re. Finis.

Pomponius lib.ſingulari Regularum.

HABEO ETIAM ABSENTI & ignoranti iuriſiurandi gratiam fieri poſſe reſpon.ſed & per epiſtolam iuriſiurandi gratia fieri poteſt.

Dubitandi rationem faciebat,quod abſenti & ignoranti gratia fieri nõ poſsit,quia remiſsio ſiuè gratia uim habet pacti, pactum eſt duorum, pluriumúe in idem placitus & conſenſus. l. i. ff. de pac.l.pactum.ff.de pollicita.Bart.in l.ſi creditores ad fin. C.de pact.ergo abſenti & ignoranti fieri non poterit. Et quia ſicuti in iudicio præſtatur,ita etiam remitti debet, quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina.l.i.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt quia remiſsio pendet à mera uoluntate promittentis,& quia ſi ad partis fauorẽ præſtitum eſt.debet etiam ab ea poſſe remitti, quamuis abſenti uel ignoranti,& per epiſtolã uel nuncium argumentum in l. ſi quis in conſcribendo. C.de pac.& in c.ad apoſtolicam de regula.

Ad oppoſita reſpondetur quod bene requiritur pactum, quando iuramentum defertur ut controuerſia decidatur.l. ſi quis cum debitore.l. qui iuraſſe.§.fi.ſupra eo.ſed non quando fit iuramenti remiſsio. Non ob.ſecundum.quia non eſt par eademque ratio ex quo(ut diximus)non ita delatio pendet à ſola uoluntate partis ut remiſsio Et ſubiicit iuriſcon.hoc idem etiam, per epiſtolam fieri poſſe quod eſt indubitatum.l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet. & ut per Alex. hic latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod dictio etiam implicat caſum magis dubitabilem ut etiam dicitur in l. ij. & ibi plene per Moder.ubi nos quoq; multa. C.de edẽ. & in l.etiam.ff.ſol. matr.& in l.patris & filij.ff.de uulga.& pup.ſub Fulgo.in l.qui ſe patris.C.unde lib.Iaſ.late in rubr.C.unde legit. eſt uerum quod quandoque in lege eſt ſimplex affirmatiua ut in l.i.C.qui admi.ubi Dec. refert Gallos ſi interrogentur de aliquo reſpondent, etiam, ſimpliciter affirmando.tamen hic(ut diximus) implicat rem & caſum de quo ſit maior uel ſaltim par dubitatio.l.ij.l.etiam in his.l.fi.C. ſi tu. uel cu. inter.& nouiſsime Alex.conſi.cxvj. col.iiij.uol.ij.

Et quod gratia ac collatio præbendarum procuratoribus abſentium facta ualet & tenet ut hic etiam dicit Bar.poſt glo.& bene.l. abſenti. ff. de dona.

don.in ſimili in c.accedens de præb. & in c.ſicut eo.ti.in vj.

Et quod abſolutio a iuramento, poteſt etiam per procuratorem peti,ut dixiſſe pariter uidetur Cardi.noſter, conſi.cccviij.& Fely.ubi alia multa ad propoſitum, dicens etiam text. iſtum quo ad remiſsionem, eſſe not.in c. j.in penulti. col. de iureiur.

Et quod ubicunq; dilatio conſtituitur abſenti (vt adhuc Bar.inquit hic docendo praxim)debet ei notificari nuncio uel literis, & poſt eum Fely. in c.cum olim col.ix.de re iud.

Et quod denique id quod per nuncium fieri poteſt, utique poteſt fieri etiam per epiſtolam, imò quod raro fit unius mentio quin etiam fiat alterius.l.i.ad fi.ff.de contr.emp.& inſti.de obl. quæ ex con.in princi.& dixi ego alias in l.j. ff.de iur.omn.iud. Finis.

De in litem iurando.

Paulus lib.xxvij.ad edictum.

ALIAS SI EX STIPVLAtu vel ex teſtaméto agatur nõ ſolet in litẽ iurari.

Dubitandi rationem faciebat, quod in litem iuretur ſi ex ſtipulatu agatur uel ex teſtamento,quia debitor ſtichi ſi mortuus fuerit tenetur quanti actor in litẽ iurauerit ut ſupra in l. proxima ad fi. Et quia id etiam clarius dicitur in l.ſi ex legati cauſa.ff. de uer.ob.ergo & hic pariter quanquàm in re mortua non cadat affectio, quoniam iuratur ratione præteritæ.rei.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia debitor ſpeciei ſi in mora non fuerit ipſius interitu liberatur.d.l.ſi ex legati cauſa, & ideo ſubiicit text.quod non ſolet in litem iurari, & conſentaneum eſt quia ubi mora contracta non eſt, ibi non eſt culpa aut delictum, & cum nihil debeatur conſequenter dici poterit, nihil exinde etiam peti poſſe. l. ſi pupillus.ff.de uer.ob.l.nulla.ff.de reg.iur.nec iuramentum deferri, quod contumaciam & dolum præſupponit debitoris.l.j.& ij ſupra eo.

Ad oppoſita reſpõdetur, hoc ſolo tolli quia debitor utrobique fuerat in mora, & hoc idem text.dicit expreſſe in d.locis, nimirum igitur, ſi debetur eſtimatio quaſi in litem iuratum fuerit.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quod in damnum uocari non conuenit,rem quæ culpa caret ut etiam dicitur in c. cognoſcentes de conſtit.

Et quod licet iſta dictio alias multas habeat ſignificationes,de quibus per Bar. in l.j.nu.12.ff. dę cond.& demonſtr.attamen hic aduerbium eſt qualitatis denotantis diuerſitatem caſus, quoniã aliud hic & aliud in l. præcedenti & in l.ſi ex legati cauſa.ff.de uer.ob.

Et quod quemadmodum id debet ſemper attendi quod in iudiciis fieri ſolet, uel in contractibus.l.quod ſi locus.ff.de iudi, argumentum in l.quod ſi nolit in §.quia aſsidua.ff.de edi.edic. & in l.certi condictio in §.ſi nummos.ff.ſi cert.pet. pari modo non ſolita haud ſunt ſeruanda, quia contrariorum eadem eſt diſciplina quoq; ſi maxime ſit eorum par eademque ratio iuxta not.in rub.ff.de acq.poſſ.

Et quod actio ex teſtamẽto æquiparata actioni ex ſtipulatu,eſt ſtricti iuris,ut iſta & quantum ad iuramentum in litem, ut etiam hic dicit Bart. & cogitaram ego prius quàm ipſum uidiſſem, & hoc dico,quia alias naturam habet actionis bonæfidei.l.in minorum & ibi not.C.in quib.cau. in integ.reſti.non eſt.ne.Idem Bar. in l.exhibitionis.col.ii.C.de exhi.re.& in l.ſi quando.in §. hæres.& in l.huiuſmodi.in §.ædes.ff. de leg. j. & in l.ſi mihi.in §. ſi quis ſeruos. & in l. ſi creditori. ff. eodem.

Et quod denique cum myſterio dixit I. Con. hic,in lit.iurari,prout in rub.& toto ti.etiam, & non iuramentum litis appellatur, quia differunt ualde ut not.ſcribon.præſertim Pau.Caſt.in rub. ſupra eo. & in hoc maxime in cæteris dic ut per eum, quia iſtud in litem defertur ſuper æſtimatione rei petitę & uocatur æſtimatorium. Illud autem litis,decidit, uocaturq; deciſorium.deferturq; iſtud rurſum à iudice parti,illud à parte.Et denique unum in iudicio aliud tam extra iudicium quàm in iudicio,& fuſius ut ille,& hinc uidemus quod non ab re etiam tituli ſunt diuerſi, nomina & diffinitiones.l.ſi idem. C. de codicil. l.i.C.de iur.emphi.Gemi.in c.præſentium.in §. teſtes.col.i.de teſti.in vj. Finis.

Vlpianus lib.viij. ad edictum.

VVLGO PRAESVMITVR alium in litem non debere iurare quàm dominum litis.denique Papinianus ait alium non poſſe iurare quàm eum qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt.

Dubitandi rationẽ faciebat,quod aliud quàm dominus in litem iurare poſsit, quia procurator efficitur per litis conteſtationem dominus.l.neque.l.procuratoribus.l.nulla.C. de procu. & tamen non iurat.l.uideamus.§.j.ſupra eod.Et quia tutor non eſt dominus ut in diffinitione tutelæ. inſti.de tute.in prin.& in l.i.ff.eo. & tamen iurat.d.l.uideamus.§.ſi tamen.Et quia(ut ibi dicitur ad fin.) omnino iuriſiurandi æſtimatio referenda eſt ad eum cuius nomine iuratur. Et quia ſi procurator defert.l.iuſiurandum quod ex conuentione.ſupra de iureiu.à contrario eidem deferetur.Et quia denique procuratoris uſus inuẽtus

tus

tus eſt, ut qui ſuis negotiis ſupereſſe non poteſt, per procuratorem agat & reſpondeat. l. i.§.uſus. ff. de procura.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia ſi non eſt quis litis dominus in eo non cadit affectio iuramentum in litem eſt affectionis.l.i.l. uideamus.§.iurare.ſupra eo. ergo non iurabit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia efficitur dominus inſtantiæ non litis & cāæ ut in iuribus ad idē alleg.not.& in l.ita demum.C.de procu.& ut per Iaſ.hic latius, nimirum ergo ſi non iurat. Non ſecundum, quia licet non ſit dominus, eſt tamen quaſi dominus & ſufficit.l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro empto.Nō tertium, quia reſtringitur ad eū qui eſt quaſi dominus ut in d.§. ſi tamen. Non ob. quartum, quia contrariorum non eſt par ratio, namque ēt quod deferat nomine Domini, non tamen ipſe iurat, ex quo (ut dixi) in eo non cadit affectio. Non ultimum denique quia & ipſum quoque uerum eſt regulariter, ſed ratione ſupradicta fallit & limitatur hoc caſu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod adhoc ut quis ad iurandum admittatur plura requiruntur, quod in eo cadat affectio, inq; re, ſuper qua iuratur. l. nummis. ſupra eod. quod natura actionis patiatur ut in l.in actionibus.ſupra eo. quod arguatur dolus aduerſarii ut ibidem, quod dolus ſit in non parēdo.l.i.& ii.ſupra eo.& quod denique ſit qui uult iurare, habilis ad iurandum, ut hic & latius vt per Alexan. conſ.ccxlii.ad fin. uol.vii. Bart. Iaſ. & alios in d.l.in actionibus. & Albe. in l. nummis. ſupra eodem.

Et quod eſt ò quod quid non dicatur in lege ſuppletur tamē ab homine & per alias leges, alias nunquam extenſio fieri deberet non dicendum ut not.in l.qui ſe patris ubi in ſpecie Deci.col. ul ii.C.unde libe.Grat.conſ.xci.nu.19.uol.ii.& eſt argumentum in l.i.iuncta glo.ff.de teſta. & in l. i. C. de fideicom. & in l. nec nos. C. de capti. & ubiq; not.figuraq; eſt liptote, quando minus ſcribitur & plus intelligitur ut dicunt Grammatici & in l.non auus.ff.de condi.& demon.not.pariter namque hic de domino dicitur, & tamē quaſi dominus ēt iurat.d.§.ſi tamen, & ut hic ēt in glo.

Et quod uulgi opinionem ſequi debemus, quādo eſt rationabilis.l.uulgo.ff.de ſta. ho. l. uulgaris.ff.de fur. alias non.l.decurionum. C. de pen. c.Oſius.de elec.& ut prius glo.in auth .præterea. C.unde uir & uxor.& in l. ubi adhuc. C. de iur. do. Fely. in c. tua nos.ad fi.de iureiu.

Et quod fieri non debet id, quod à iure & ratione eſt alienum, namque ſi quis non eſt dominus uel quaſi, is iurare non debet argumētum. in l.i.in prin.cum ibi not.ff.de nou.ope.nun.& inſti.de iniur.in prin.Seyſſel.in l. ut uim. col. iiii. de iuſti.& iure.

Et quod denique, aduerbium eſt, quo ſæpe utitur lex & de quo ēt in l.ſi filiusfamilias ff. ſi cert. peta.& in l.in omni.ff. de adop. & in c. uenerabilibus.in §.denique.de ſenten.excō. in vj. & idē ſonat quod finaliter, ſed cogita quomodo hic poſt unum tantum dictum exprimatur, cūn tamen poſt multa eo uti ſoliti ſint omnes. Finis.

Marcellus lib.xviij.Digeſtorum.

SI TVTOR REM ADVLTI quam poſsidet reſtituere ei non vult quæro utrum quāti res eſt, an quanti in litem iuratum fuerit condemnari debet. Reſpon.nō æquum eſſe precio.j. quanti res eſt litē æſtimari, cum & contumacia puniēda ſit. Et arbitrio potius domini rei precium ſtatuendum ſit poteſtate petitori in litem iurandi conceſſa.

Dubitandi rationem faciebat, quod in actione tutelæ haud iuretur in litem, ex quo ſubſtantialia contractus id eſt precium.l. pacta conuenta. ff de cont.empt.non debent in uoluntatem alterius (contrahentium ſcilicet) conferri, quoad affectionem.l.quod ſæpe.§.i.ff.eo. quia ſic quodam modo ſibi etiam ius diceret inq; propria cauſa, & male.l.i.C.ne quis in ſua cau.l.pe.ff.de arbi.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia natura actionis id ipſum patitur. actio enim tutelę bonæfidei eſt. §.actionum. inſti.de actio.& in bonæfidei iudiciis quidem iuratur in litem, l.in actionibus.ſupra eo. ergo. Et quia contumacia punienda eſt, neminemq; priuandum eſſe affectione ſua. Neque æquum inſuper (ut tex.mot inquit) precio, id eſt quāti res eſt, litem æſtimari inuito domino, ut etiam dicitur in l.non enim.ff.rer.amo. ſed ipſius arbitrio potius, poteſtate ſibi conceſſa iurandi in litem.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, namque primum verum eſt. Si id de uoluntate partiū fiat, quoniam tunc fieri nequit, ex diſpoſitione legis autem ſic. Vel dicamus quod non ſit proprie cōtractus, cū nec procedat ex libero utriuſque partis conſenſu, ſed contra domini uoluntatem potius, nimirum igitur, ſi in voluntatem ipſius precium confertur ex quibus ratio etiam rationis tollitur, quoniam id legis rurſum auctoritate fit, & in contumaciam quidem ipſius tutoris, non parentis in reſtituendo rem, quā poſſidet adulti.

Præſtatq; nobis hæc lex argumētum ad multa, & maxime quod ſubauditiones quandoq; neceſſariæ ſunt, ad uitandas abſurditates, ut hic per glo. quæ ad uerbum tutor, quondam ſubaudit, & bene quoniam adulti non eſt tutor ſed curator. l.pater ſeuerinam.§.conditionum.ff.de condi. & dem.& eſt ſimile in l.eius qui in prouincia & ibi glo.

glo.defuncti.ff.ſi certum.pet.Bal.in ſtatut. filius nu.6.eſtque ſubaudita dictio ſignificans tempus præteritum ut declarat Gui.Pap. ſing.cccccccxlv. item Bal.poſt gl.in l.iij.C.de nup.

Et quod ubi tutoris mentio ſit,deque eo conueniendo agatur, in dubio de actione tutelæ intelligi debet in qua regulariter ex ſupra dictis iuramentum in litem defertur.

Et quod bonæfidei eſt, enumerata in §.actionum inſti.de actio. & eſt conſequentia quàm facit gl.in l.in actionibus ſupra eod. & in l. in bonæfidei.C.de pac.

Et quod huiuſmodi eſt etiam cõtraria, quanquàm hic de directa tantum intelligatur, quo ad adultum agentem, ex quo fauores extendi debẽt, ut inquit gloſſ.tutelæ in d. §. actionum inſtitut. de action.

Et quod deniq; contumacia cum contemptu eſt delictum, quodque uera in ſe dolum habet, nimirum igitur ſi cum miſterio hic dicit text.qđ punienda eſt, tradit Bal.in c.conſtitutis ad fi. de eo qui mit.in po.cau.rei ſer.bonus tex.in l.omne delictum in §.contumacia.ff.de re mi. & in l.cõtumacia.ff.de re iudic. not.in l.alio iure.C.de in lit.iu. Finis.

ADDITIO.

Quod precium & intereſſe ſunt idem, in materia, ſimileq; eſt in l.i.C.de his qui à nõ do.ma. Et in materia dixi,quoniam alias differre uident ut not.in l.unica.C.de ſen.quæ pro eo.

Iabolenus lib.xv. ex Caſſio.

CVM FVRTI AGITVR IVrare ita oportet, tanti rem fuiſſe, cum furtum factũ ſit: nõ adijci eo pluriſve, quia quo res pluris eſt utique tanti eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſi res ſuper qua iuratum eſt pluris fuerit, iurans ſit periurus, quia ſi iurat rem tanti eſſe, utique ſentire uidetur non eſſe pluris, ergo ſi pluris fuerit, erit periurus,quia limitata cauſa limitatum producit effectum.l.in agris.ff.de acq.re.do. Et præcipuè quia præciſe debet intelligi iuramentum ut præciſe iuratum eſt.c.ad noſtram de iureiu.

Contrarium tamen hic deciditur in lege iſta, Et ratio deciſiõis eſt(ut ſignãter dicitur in tex.) quia quo res pluris eſt utique tanti eſt. Et clarius (inquiunt ſcriben.)quia in ſummis affirmatiue prolatis maiori ineſt minor.l.i.§.ſi ſtipulanti.ff. de uer.ob.l.ſi decem cum ſimilibus.ff.loca.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia non eſt uerum, ex quo(ut dixi)in maiori ſumma minor ineſt,&ſi res pluris eſt utique tanti eſt,nimirum igitur ſi peieraſſe non uidetur, & ſi limitata cauſa ſic, uidetur producere quoque effectum limitatum. Et ſi ita præciſe iuratum uidetur perinde ac ſi dictum fuiſſet. Eſt que argumentum optimum in l.ſin.ff.de ſun. inſtr.& in l.quæ religioſis.ff.de rei vendi.& in c. tranſlato de conſtit.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa,& maxime quod qui tenebatur præſtare fideiuſſores ſi creditori obligauerit bona ſua, eidem ſatisfeciſſe uidetur, quia plus facit quam teneretur & obligatus erat ita Paul.Caſtr.conſi.ccclix. col.ij.uol.j.

Et quod ſi teſtes dicant, unus,quod res ualebat centum,alius centum & quinquaginta, non ſunt contrarij.ut per iſtum text. pulchre dicit etiam Alex.conſi.clxxxv.num.6.uol.vij.qui dicit etiam conſ.cxc.col.iii.eo.lib.ſi ad interrogationem petentis dixero librum ualere decem & iurauero, nõ propterea ero periurus ſi poſtea dicam quod ualeat duodecim.

Et quod ſi quis agendo plus intentauerit, hoc ipſum plus includit minus inquit Bald. in ſtatu. percutere nu. 2. Odof.in l.ſi.ad ſi.C.de anna.ex cep.idem Bal.in l.ii.col.ii.C.de proba.non nihil Alexan.conſil.lxiiij.col.ii.uol.ii.& colum.iii. & iiii. ibidem.

Et quod confeſſus dicitur cõuictus, quia plus eſt quod quis ſit confeſſus,quàm conuictus,ſi igitur plus eſt quid, utique tanti eſt inquit adhuc Deci.poſt Are.in rub.de proba.extra col.x.

Et quod denique pœna quæ ſtatuitur in furto per legem municipalem puta bullationis in fronte,ut uerbis Bal.utamur,uel furcarum, multo magis locum habebit in ſacrilegio,ita enim dicit in l.ſi nondum. col. i. C. de fur. Caſſane.in conſue. Burgun.fol.43.col.iii. Finis.

ADDITIO.

Quod error in appellando ad minorem iudicem appellationem uitiat, ſed non in appellando ad maiorem, ex quo uidetur appellari etiam ad mediam dignitatẽ, ut pulchrè per Bart. & per iſtam regulam in l.i.nu.5.ff. de app.

Et quod cui data eſt poteſtas auferendi totum longe magis data uidetur eidem, auferendi partem,ut probat Corne.conſ.ix.col.ii.uol.j.

Et quod ſic in toto pars continetur, l. in toto. ff.de reg.iur.l.ſi quis cum totum.ff. de excep. rei iudi.l.ſi alii.ff.de uſuf.leg.Corn. conſil. ccvj.col. penul. uol. iii.

Et qđ eſto ꝙ dicatur in petitiõe debitorẽs teneri in certa quantitate,non propterea infertur quod non teneantur etiam in maiori,in qua(ut dictum eſt)ineſt minor ut idem Corne.ait conſil. cclvij. col.ii.eod.lib.

Et quod denique officialis ſi biennio ſeruiuit, utique ſeruiuit etiam per annum cum dimidio, quia ſic in longiori tempore continetur breuius, inquit & argute idem Corne. conſil. v. ad finem uolu. iiij.

Caliſtratus.lib.j.quæſtionum.

IN INSTRVMENTIS QVAE quis non exhibet actori permittitur in litem iurare quā ti ſua intereſt ea proferri vt tāti condemnetur reus. idq; etiam Diuus commodus reſcripſit.

Dubitationem faciebat hic quod non iuretur in litem contra non exhibentem inſtrumenta, quia in eis non cadit affectio regulariter.l. contrahitur ff.de pigno.in his autem iuramentum nō defertur.l.nūmis ſupra eo.ergo non intereſt plus habere vnum quam aliud,nimirum igitur ſi neq; iuratur hic contra ea non exhibentem.Et quia inter cætera requiſita quę deſiderantur & de quibus in.l.in actionibus ſupra eo.& in.l.nummis ut iuramentum deferatur,hoc maximum eſt, quod ſit res in qua cadat affectio, quoniam etiam iuramentum affectionis vocatur.

Et quia etiam intereſſe debet probari per teſtes.l.vnica.C.de ſen.quæ ꝓ eo.§.præterea inſti.de ac. Et quia etiam videtur caſus in.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.ibi manu militari compellendus eſt & in.l.uideamus in.§. iurare ſupra eo. in fin.ubi propter culpam non iuratur, ergo nec propter dolum quia æquiparantur. l.quod nerua ff.depo.

Contrarium tamen deciditur hic, deciſionis autem ratio eſt in dolo & contumacia fundata, ideſt quia reus doloſe non obtemperat iudici.l. j.l. ij.l. in actionibus ſupra eo. ubi regulare eſt hac ratione ſiue noſtrum quid petamus, ſiue ad exhibendum agamus nobis iuramentum in litem deferri ut dolus aut contumacia non reſtituentis ſeu non exhibentis puniatur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare. Non primū, quia uerū eſt,ſed tñ quia ipſa inſtrumēta iura & cautiones continebant, ſatis poteſt dici quod in eis cadat affectio argumentum in l.j.C. de dona.& ſic continens pro contento ponatur ut in ſimili,in.l.cum in diuerſis.ff.de religi. & in l.iuriſgentium in.§. quod ferè & utrobiq; glo.ff. de pac. Nō ſecūdū,quia & ipſum quoq; uerū eſt, ſed non in caſu iſto. Non tertiū,quia ēt dicto caſu iam ſententia fuerat lata, & loquitur dicta lex in executione ipſius, nos autē antequam reus condemnatus ſit, & ſic termini non ſunt pares. Non deniq; & ultimum,quia uerum eſt id in leui culpa,non in lata,& hæc dolo comparatur,ob quam iuratur in litem d.l.in actionibus,ergo nō obſtabit.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maxime quod in actione ad exhibendum regulariter præſtatur iuramentum in litem ſuper intereſſe ſingulari.d.l.in actionibus.

Et quod etiam tabellio ſi non exhibeat inſtrumentum petenti punietur & ipſi petenti dabit iuramentum in litem ut ſupra vt tanti condemnetur quanti ſua intereſt.

Et quod permittit lex id tantum alicui,quod eſt rationabile,ut hic, actori iurare in litē. c.erit autem lex.iiij.d.imo quod una eſt ex quattuor uirtutibus legis.l.legis uirtus.ff.de legi.not.in.§.iuris præcepta inſti. de iuſti. & iu.& ideo dicebat alibi Bal. quod in ratione conſiſtit legis uirtus, conſi.cccxxxiij.col.ij. uol.iii.imo tex.in.l.quod dictum.ff.de pact. & in.l. adigere in.§.quamuis. ff.de iure pat.

Et quod eſto quod hic tex.in inſtrumentis loquatur, nihilominus habet locum in alia quacūque re ſi non exhibeatur ut in.d.l.in actionibus. & non ab re quia quando ſunt plura eandem rationem habentia,ſi unius fiat mentio,id exemplariter fit ut inquit Bal. in l. de quibus, col.xiiii.ff. de legi.exempla non reſtringunt regulam quam quam declarent.§.hactenus inſti.de gradi.l.damni infecti ſtipulatio pertinet ad fin.ff. de dam infec.ergo.

Et quod deniq; deciſio,quæ non modo ratione, uerum etiam auctoritate ſit fulcita omni alia eſt efficacior ut in ſimili inquit Archidia.in.c. hortamur lxxi.d.col.iiii.eſtq; quæ argum.in c.i.de treu.& pa.& in.§.ſed hodie inſt.de adop. Finis.

Paulus lib.iij.reſponſorum.

DE PERIVRIO EIVS QVI ex neceſsitate iuris in litē iurauerit quęri facile nō ſolet.

Dubitandi rationem faciebat, quod de periurio quæri poſsit,& iuramentum retractari, quia ſi actor iurauerit rem tanti ualere.neq; tanti ualeat quanti iurauerit,abſq; dubio periurus uidebitur,& ſic de periurio quæri poterit & cōſequenter iuramentum retractari & quia ad idem uidetur caſus in.l.uideamus in.§.fi.ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia ſi ſecundum affectionem iurauerit permiſsione legis, & iudice ſibi iuramentum deferente, non eſt quod de quo reus conquæri poſsit.l.non erit.§.dato ſupra de iureiuran. argumentum in l.gracchus.C.ad legem. Iul. de adul.

Ad oppoſita rńdetur primū uerum non eſſe, ex quo ſatis eſt quod tanti ualeat ſecundum affectionem iurantis,cuius ſemper habenda eſt ratio l.nummis ſupra eo. Non ob.ſecundum,quia retractatur ex cā nō ſimpliciter ut ibi & infra in gl. & facit qa in quacūq; diſpoſitiōe ſemper excepta intelligitur argumentum in l. ſi hominem. ff. manda.& in l.qui iurato.ff.qui ſati ſda.cog.

Præſtatq; nobis lex.argumentum ad multa, & maxime quod ſi paratum dicat ſtari iuramento damnum paſsi, & appareat minus damnum eſſe, quam ſit iuratum, ſtari nihilominus iuramento eius ut hic per Bald.& in ſtatu. iuramentū nu.2.

Et quod grauatus in uno, in alio releuari debet.l.

bet.l.eum qui.ſupra de iureiu.nãque actor ex neceſsitate iurat, ergo non facile iuramentum debet retractari.

Et quod fieri non debet, quod non facile fieri pôt, argu.l.nepos Proculo.ff.de uerb.ſigni.

Et quod periurus quis rurſum facile non præſumitur, ſeu uelle peierare argumen.in l. merito. ff.pro ſocio.& in c.j.de ſcruti.fa.

Et quod denique uerum eſt, licet de periurio non facile quęri ſoleat, quod tamen quęri poteſt, & iuſiurandum retractari iſtudq́; uerba prædicta innuere uidentur, ex cauſa ſcilicet ut dictum fuit, & ut in d.l.uideamus.in §.fi. latius. Finis.

De condictione ob cauſam.

SI QVIS ACCEPTO TVLErit debitori ſuo cum conueniret vt ex promiſſorem daret nec ille det, poteſt dici cõdici poſſe ei qui accepto ſit liberatus.

Dubitandi rationem faciebat, quod debitor in priſtinam obligationem reponi non debeat, quia uidetur caſus in l.ob eam cauſam.ff.de præſcrip.uerb.ubi agitur ut fiat quod promiſſum eſt, ergo non ut debitor in priſtinam reponatur obligationem. Et quia acceptilatio omnem obligationem tollit.§.item per acceptilationẽ inſti. quib. mod.tol.obl.& quia obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.l.qui res.§. aream. ff. de ſol. & quia acceptilatio rurſum eſt contractus nominatus.l.iuriſgentium in prin. ff. de pac. quo caſu pœnitentia locum non habet.l.ſicut. C. de actio. & obli.Bar.in l.j.col.ij.ff.de dona.

Contrarium tamen deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum debitor hac de cauſa fuerit liberatus, & ſub iſto modo (non dico conditionaliter, quia acceptilatio eſt actus legitimus, qui non recipit conditionem.l.actus legitimi.ff.de regul. iur.) ut daret ex promiſſorem, cauſa non ſecuta condicitur liberatio, ut debitor ſe in priſtinam reponat obligationem, quemadmodum toto hoc titulo legitur.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, non primum, quia hic debitum erat purum, ibi conditionale. vel ibi promiſsio fideiuſſoris certi, hic in genere & incerti. vel dicamus, quod ſit in electione creditoris, aut agere præſcriptis uerbis ut ibi, aut condictione ob cauſam vt hic. Non ſecundum, quia uerum eſt, ſed quia ex iſta cauſa liberatio facta eſt, ex toto non tollitur, ſed ſuſpenditur. & hoc modo reſpondetur quoque ad tertium, quod hac ratione reuiuiſcat. Non ultimum denique, quia imò eſt innominatus facio ut facias.l.naturalis.ff.de præſcrip.verb.ergo pœnitere licebit.l.ſi pecuniam.infra eod. uel & aliter dicamus licet ſit nominatus quod nihilominus pœnitentię erit locus, quia ex iſta cauſa fuit facta liberatio, ut daretur expromiſſor, quo non facto in priſtinam reponitur obligationẽ, & ſic (ut dixi) omnino pœnitentia locum habebit.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa (quam habuiſſe in punctis fratrem ſuum Bal. reſtatur Ang. & anno ſeq. cœpiſsiue iuri Cæſareo operam nauare, idemq́; Pau.Caſt.& Iaſ. dicit) & maximè quod contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt ut etiam ut dicitur in l. j. in §. ſi conueniat.ff.depo.& in l.contractus. ff. de reg. iur.quia uideo quod hic obligatio renaſci, ſeu reuiuiſcere poteſt ex pacto.

Et quod acceptilatio recipit modum etiã expreſſum, licet non recipiat conditionem. ut dicit Bal.quoque in Marga.ſua acceeprilatio nu.1 per tex.iſtum ſignanter ſubiiciens idem ſore in aliis actibus legitimis qui ſuſpendi non poſſunt, & ut per eum fuſius.

Et quod qui adimpleuit contractum ex parte ſua, poterit agere præſcriptis uerbis, uel condictione ob cauſam ne reponatur in priſtinã obligationẽ, ut no.in l.actione.C.de tranſa.

Et quod per condictionem ob cauſam peti poteſt quem reponi in priſtinam obligationem, ſi tale factum ſit quod per pactum poſsit reſtaurari conſenſu partium, ut adhuc not. in l.actione, ubi Ferrarien.in ſpecie col.ij.& iiij.& in l.ſi diuerſa. col.pen.C.eod.

Et quod denique contra nõ ſeruantem fidem, poteſt fides non ſeruari repetendo id, quod datum eſt, inquiunt prædicti in l. cum mota ad fi. eod. titu. Finis.

ADDITIO.

Quod in iuramento perempta cauſa abſolutionis, iurans in priſtinam conditionem reuertitur, ita Soci.in l.hoc ſcriptura.colum.ij. de conditio. & demon.

Et quod qui præſtitit fidelitatem, poteſt indubitate condicere ſuam obligationem & facere ſe liberari tanquam præſtiterit eam ex cauſa inualida, dicit Seyſel. in ſpem feudo. quæ res in feu. da. po. in ulti.col.

Et quod non eſt generaliter uerum quod dicitur in l.pen.ff.de præſcrip.uerb. facta repeti non poſſe, ut hic, & tradit Soci.in l. ſi non ſortem. in §.libertus in iiij.not.ff.de cond.inde.

Iabolenus lib.j. ex Plautio.

SI MVLIER EI CVI NVptura erat cum dotem dare vellet pecuniam quæ ſibi debebatur acceptam fecit neque nuptię ſunt inde ſecutæ: rectè ab eo pecunia condicetur, quia nihil intereſt vtrũ ex numeratione pecunia ad eũ ſine cã an per acceptilationem peruenerit.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat quod pecunia non repetatur, quia debitor iam erat per acceptilationem liberatus, qua (ut regulare eſt, & proxime etiam dictum fuit) omnis obligatio tollitur. §. item per acceptilationem inſti. quib. mod. tol. obl. ideo dicēdum uidebatur pecuniam amplius condici non poſſe à muliere quæ eidem nuptura erat, & maxime quia remittentibus iura ſua non datur amplius regreſſus. l. quæritur. §. ſi uendito. ff. de edil. edic. Et quia deniq; regreſſus impoſſibilis eſt a priuatione ad habitum. l. qui res. §. areã ff. de ſolu. l. homo liber. ff. de ſta. ho.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia qui remittit dat. l. quin ẽt. ff. de calumnia. Bar. in l. peculiũ. ff. de pecu. datũ aũt ob cãm cauſa non ſequuta repetitur, & ſic pecunia hic, quia nuptiæ ſequutæ non fuerũt, & ſub qua conditione remiſsio debiti facta uidebatur.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerũ fore, ſed (ut dixi) ſub conditione, ſi nuptię ſecutæ fuiſſent, nihil enim intereſt (inquit text.) utrum ex numeratione ad debitorem pecunia ſine cauſa perueniat an per acceptilationẽ. Et ſimili mõ ſecũdũ, ac tertiũ, qñ ſimpliciter remiſsio facta fuiſſet, & priuatio, ſed hic fuit facta cũ cã ergo ea nõ ſecuta pecunia (ut diximus) condicetur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſi fiat pactum de non petẽdo requiritur inſinuatio, quia qui remittit donat ut pulchrè tradit Bal. conſ. ccclij. ad fin. uol. v. Alex. & alii in l. creditori. C. de pac.

Et quod ſi do tibi decem ut pro me uadas Romam, penitentia locum habebit, quia liberare & remittere eſt dare ſecundum Alex. & per iſtum tex. l. quamuis. ad fi. C. de tranſac.

Et quod qui liberat tradere uidetur ſi res tamẽ ſit reuerſura ad liberantẽ alias aũt liberatio non habetur loco traditionis, ut pulchrè declarat Bal. in l. fi. C. de reuo. his quæ in frau. alie. ſunt nõnihil Ferrarẽ. in l. debitori. col. iij. C. de pac.

Et quod in terminis. l. Iulianus ait. Si hæredi. ff. de condi. & demon. non intereſt an pecunia numeretur an acceptilatione quis liberetur, ut ibi dicit Soci. col. iii.

Et quod denique ſtipulatio amplius non agi, quamuis ſit factum negatiuum, habet in ſe tamen affirmatiuam tacitam, quoniam remittere (ut no. in l. iiii. in §. Cato. & ibi etiam Alcia. nu. 33. ff. de uer. obli.) eſt dare. Finis.

Iulianus lib. x. Digeſtorum.

SI HAERES ARBITRATV liberti certa ſumma monumentum iuſſus facere dederit liberto pecuniam: & is accepta pecunia monumentum non fecerit: condictione tenetur.

Dubitandi rationem faciebat quod libertus ſi monumentum non fecerit haud teneatur condictione, quia imputandus eſt hæres qui pecuniam dedit liberto longeq; melius erat nõ ſoluere quã ſolutum repetere, ut dicitur in l. iij. ff. de compenſa. Et magis in terminis facit tex. in l. pecuniam. & in l. fi. C. de cond. ob cauſam, ubi pecunia ob cauſam data eſt, nec cauſa ſeruata, & tamen non repetitur. Vltimo quia datum in redẽptionem captiuorum non repetitur l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. & idem in l. i. C. de lega. & in l. ſi repetendi. C. de condic. ob cau. ubi datum eſt quid ob cauſam & tamen non repetitur, & quia eſt etiam regula quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poſſe ut in regu. quod ſemel de regu. iu. in vj.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia datũ ob cauſam regulariter cauſa non ſequuta repetitur, ut in l. fin. infra eodem. & maxime quia libertus in cuius arbitrium collata erat monumenti factio uti nudus miniſter habetur. l. Lucius. §. 1. ff. de lega. ii. Et quia alias locuples fieri non debet cum hęredis iactura. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. ſi quis mancipiis. §. fi. ff. de inſtito. c. locupletari. de reg. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare, quia dedit ut monumentum faceret, & non abſque cauſa uſque adeo ut nec ſit imputandus, cum (ut dixi) arbitrio ipſius fieri deberet. Non ſecundum, quia cauſa impleta non eſt fortuito caſu, neque per aduocatum ſtetit in d. l. fi. quominus patrocinium præſtaret, quo caſu mirum non eſt ſi nec honorarium repeti poteſt. Non ob. tertium, quia ibi de fauore animæ agitur hic autem de uoluntate teſtatoris exequenda. Non quartum, quia ibi comtemplatione legatarii datũ erat. Non quintum, quia ibi propoſitũ erat in mẽte retentũ hic expreſſum. Nõ ultimũ deniq; quia regula procedit in eo quod ſimpliciter placuit, non ſi ob cãm, quia cauſa nõ ſecuta, diſplicere põt etiam id quod ſemel placuit ut ſupra.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod executor ultimæ uolnntatis tenetur reddere rationem adminiſtrationis, pręſertim quia hoc idem generale eſt in omni adminiſtratore. l. i. §. officio. ff. de tute. & ra. diſtrahen. late Pet. ſanc. ſingu. lxxxiiii.

Et quod non debet aliquid lucrari ex officio ſuo, ut hic per Bald. & in l. creditor. in §. ſi inter. ff. manda. & in l. mulier. ff. de dona. inter uir. & uxo. quod ego intelligo uerum niſi ſibi aliquid à teſtatore relinquatur, quia diſponet teſtator & erit lex ut inquit tex. in §. diſponat in auth. de nup. & in l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon.

Et qđ executor uulgo appellatur cõmiſſarius cui nudũ myniſterium cõmiſſum eſt executionis nullum ius habẽs, adeo (inquit idem Bal.) ut eius officium ad hæredes non tranſeat. l. cuius bo-

nis.ff.de cur.furio.& nimirum(addas tu) quia in arbitriis non receditur a perſona ut in l.ſi quis arbitratu.ff.de uerb.ob.& in l.fi.C.de contrah. emp.quando quid alicui competit per modum ſacultatis ut miniſtro,& ut hic, & per eúdem Bal. in l.ſi ſic.in §.fi.ff.de leg.i.

Et quod quando hæres dat aliquid commiſſario uidetur cum eo contrahere & ſi cauſa non ſequatur poterit eidem contradicere, & non ab re quoniam ſub ea conditione datum uidetur, qua deficiente,repetitur.d.l j.ſupra eo.

Et quod denique is quaſi procurator defuncti eſt ut idem Bal.declarat conſi.cccclvj.ad fin.uol. iiii.& probatur in l.ſi uero non remunerandi in §.fi.ff.manda. Finis.

Paulus lib.vj.ad legem Iuliam & Papiam.

CVM QVIS MORTIS CAVſa donationē feciſſet cū cōualuiſſet donator condicit, fructusquoque donatarum rerum,& partus,& quod decreuit rei donatę repetere poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod reuocata dona. cauſa mortis. fructus non condicantur, quia uidetur caſus in l. Lucius. & in l. Aquilius. ff. de dona. & in l. in commodato. in §. ſicut.ff. commo. ubi in præcario & commodato, ante reſtitutionem fructus ſunt eius qui præcario rogauit & commodatarij, neque ſi petatur res in reſtitutione ipſa ueniunt ergo idem pari ratione dicendum uidebatur iſto in caſu. Et quia uſuræ ſunt acceſsiones pariter. l. frumenti. C. de uſu. & nihilominus in condictione non ueniunt. l. i. C. de condic. inde.l.quotiens.C.de de condic.ob turp.cau.. Et in donatione ſignāter quod fructus non condicantur eſt glo. in l. generaliter.in §.planè.in uer.ex aliqua cá ad fi.ff. de fideicō.lib.& in l.in bonęfidei.ff. de acq. rer. do.ubi bonęfidei poſſeſſor fructus nō reſtituit.

Contrarium tamen deciditur hic.& ratio deciſionis eſt.quia donatio cauſa mortis, per mortem confirmari debet,quod ſi factum non fuerit reuocatur, & fructusac acceſsiones repetuntur, in quo accipiens factus eſt locupletior. l. uideamus.§.idemque & ſi mortis.ff.de uſu.& ut etiam hic in glo. Et quia æquum non eſt eum fieri locupletem cum iactura donantis.l.nam hoc natura.ff.de cond. inde. l. iure naturæ. ff. de regu. iur.l.ſi quis mancipiis. §. fin. ff.de inſtito.c.locupletari de regu.iur. in vj.. Et quanquam cōdictiones ſint ſtricti iuris.§.actionū.inſti.de act. quia tamen agitur ad id quod agentis fuit aliquādo,proditū eſt,ut fructus quoq; ueniant & condicantur.l.uideamus.§.ſi actionē præalle. de uſu.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare nō primū & ſecúdū, quia procedūt & loquūtur in donatione & cōtractibus inter uiuos nō cá mortis ut hic. Nō tertiū,quoad fructus,quia dictis caſibus ſumpſerūt effectū inter uiuos, neq; per mortē cōfirmari deſiderāt ut hic.Nō ob quartū,quia procedit & locū habet id in acceſsionibus ciuilibus ut ſunt uſuræ quæ nō debentur citra uinculū ſtipulationis.l.quāuis.C.co.de uſu.no.in l.qui ſe debere.in §.fi.ſupra eo.nos aūt in fructibus naturalibus ergo. Non deniq; ultimum quia loquitur glo. in d. locis in donatione inter uiuos, ut etiam ſupra dictum eſt, in qua fructus non augent rem donatam,neq; reuocantur in caſibus in quibus donatio ipſa reuocari poreſt de quibus in l.fi.C.de reuocan.dona.& ur ſupra dictum eſt.

Præſtatq; nobis hęc lex argu.ad multa,& maxime qđ donatio cá mortis dicitur ſi mortis mentio fiat.l.Seia.§.fi.ff.de dona.cá mor.l.Seia.ff. de do.pręlega.Alex.multa conſ.xiiij. in prin.uol.j. uel etiam ſi iturus ultra mare timore mortis donet.l.j.& ii.ff.de dona.cauſa mor.Bal.in l.quę dotis.col.i.ff.ſol.mat.

Et quod poteſt reuocari ut in d.l. Seia not. & in l.fi.C.de pac.Bertrā.conſ.lxxxvii.nu.t.uol.ii.

Et qđ nō eſt cōtractus nō ultima uolūtas, ſet quædā tertia ſpēs ex his mixta,quę ſortit oēs effectus tn̄ quos habet ultima uolūtas & pręceteri quod poſsit reuocari.l.fi.C.de dona.cá mor.Bal. in Marga.ſua donatio.nu.25.

Et quod ſi mortis cá fundus donatus ſit reconualeſcatq; donator.ſtatim naſcitur condictio, iō hic dicitur cōdicit quodq; repetere poterit quod accreuit rei donatæ,& quod naſcatur tunc cōdictio probatur in d.§.idemq; & ſi mortis.

Et quod denique nouum non eſt,ut lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis,generale ſubiciat uerbū,ut ēt dicitur in l.ſi ſeruus ſeruum.in §. inquit lex.ff.ad legem Aquil.nanq; hic pariter dicitur cum primum conualuiſſet donator,poſſe cōdicere fructus & partus, & generaliter repetere quod rei donatæ accreuerit. Finis.

Martianus lib.iij.Regularum.

SI FILIVS CONTVLERIT fratri, quaſi agniturus bo. poſ. & non agnouerit repetere cum poſſe Marcel. lib. v. Digeſtorum ſcribit.

Dubitandi rationem faciebat, quod collatio non condicatur,quia filio emancipato fratri ſuo conferenti ſubeſt quid quod imputari poteſt, cur bonorum poſ. non agnouerit quo caſu nec collatum debet poſſe repetere.l.ſicut.C. de act. & obli.l.iure ciuili. ff. de condi.& demon. argumentum in l.ſi ſeruus.& in l. ſi non fuerit. ſupra de iniroit. Vel quia etiam conferendo,quodāmodo agnoſcere uidetur, uolūtas enim nō minus facto quā uerbis dat intelligi & declarat.l. Paulus reſpondet ff.rem rat.habe. l. reprehendenda. C. de inſti.

de inſti. Imò plus facto quàm nerbis. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil. edic.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia (ut ſæpe dictum fuit) datum ob cauſam cauſa non ſecuta repetitur. l. i. & fin. ſupra & infra eod.

Ad oppoſita reſpondetur primum verum non eſſe, quia non erat obligatus agnoſcere neq; tenebatur, ſi noluiſſet, quo caſu etiam quod per ipſum ſteterit nihilominus repetere põt, l. j. & ibi no. ſupra eo. l. ſi pupillus. in prin. ff. ad leg. Fal. & ſic nõ obſtabit inductio. d. l. ſicut. & d. l. iure ciuili. loquentium in caſibus quãdo aliquis ad dandũ obligatur eſt. Non ob. ſecundũ, quia id uerũ eſt pariter ex quo ſaltim pñtia iudicis requirit ẽt hodie l. ſi. C. qui admi. & ut latius per Alex. & Iaſ. hic.

Præſtatq; nobis lex iſta argumẽtum ad multa & maxime, quod à ſimili (ut inquit Bal. bis & in ſtatu. accuſatio. nume. 5.) ſi accuſator deponeret decem apud Maſſarium communis ex forma ſtatuti, poſtea ab accuſatione deſiſteret, poſſet dicta decem repetere.

Et quod in hiſce caſibus pœnitẽtia locum habet. l. ſi pecuniam. ſupra eo.

Et quod uulgatum illud hic uerificari poſſe uidetur, lupus exit ſyluat non exiuit de quo etiã in l. arboribus. in §. idem tractat. ff. de uſuf. Bald. in l. ſed & partes. in §. Iulianus. ff. de uſufru. nanque emancipatus hic bo. poſ. erat agniturus, non autẽ agnouerat, ideo ipſum poteſt pœnitere.

Et quod filius emancipatus ſi bo. poſ. nõ agnoſcat, ad patris ſucceſsionem non admittitur unà cum fratre, ex quo extraneus eſt. §. emancipatos. inſti. de hære. quæ ab inte. defe. egetq; prætoria recognitione. §. quos autem. inſti. de bo. poſ.

Et quod deniq; beneficium in inuitum nõ cõfertur. l. inuito. ff. de regu. iur. nanque hic poteſt bo. poſ. agnoſcere & non agnoſcere, ea de re dicit quaſi agniturus, æquè igitur conuenit ut nõ agnoſcendo collatum repetat. Finis.

De condictio. ob turpem cauſam.

Iulianus lib. iij. ad Vrſeium Ferocem.

SI A SERVO MEO PEcuniã quis accepiſſet, ne furtum ab eo factum indicaret: ſiue indicaſſet ſiue nõ, repetitionem eius fore pecuniȩ Proculus reſpondit.

Dubitandi rationem faciebat, quod repeti nõ poſsit datum alicui, ne furtum à ſeruo factum indicaret, quia uidetur caſus in l. præcedenti. in §. fin. ubi datum alicui ut furtum indicaret non repetitur, ergo nec hic datum à ſeruo, ne furtum ab eo factum quis indicaret, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. i. ff. de hĩs qui ſunt ſui uel alie. iu. l. ſi. ff. de leg. iij. Et idem probatur in §. i. ea. l. ubi datum à fure ne proderetur non repetitur pariter, ergo nec hic ut dixi datũ à ſeruo dicta de cauſa. Et quia datum ſimiliter meretrici non repetitur. §. ſed quod meretrici. ea. lege.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia datum ob turpem cauſam repetitur, & maxime hic à domino, & quia dominiũ in accipientẽ tranſlatum non fuerat, quo caſu aut pecunia extat, aut conſumpta eſt, ſi extat uendicatur, ſin minus condicitur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum, quia oppoſitorum non eſt par eademque ratio ut not. in rub. ff. de acqui. poſ. naque dicto caſu accipiens honeſtè accipit, hic autem turpiter. Non ſecundum, quia turpitudo erat utriuſque tam dantis quàm accipientis ut ibi dicit tex. & bene quia hic dominus repetebat qui nihil dederat idcirco non mirum, ſi ex diuerſis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Vltimum ſecum ſol habet, id in ſcorto locum habere ſeu meretrice, quæ & ſi turpiter faciat, nõ tamen turpiter accipit, & eſt ipſius met Iuriſcon. ratio.

Præſtatq; nobis argumentum ad multa, & maxime quod ſemper cauſa propter quam aliquid datur alicui inſpicienda eſt ut inde aliquis effectus reſultet, ſecundum Bal. in auth. ex teſtamento. col. iii. C. de ſecun. nup.

Et quod eſto quod hic turpiter datum ſit, non tamen datum repetitur per cond. ob turpem cauſam, ut hic per glo. rationẽ aſsignantem ut in ea, & dictum eſt ſupra. Adde ſimile, in publicanis aliquid indebite exigentibus, ut pignus etiam indebite acceptum reſtituant, actione in factum. l. ſi quis ab alio. adſi. ff. de calumniato.

Et quod non ſemper intelligitur lex ſecundũ titulum ſub quo ſituata eſt, ratione prædicta, eritque not. limitatio ad uulga. tex. l. Imperatores. ff. de indi. ad. quæ tamen alio reſpectu facit ad titulum. ex quo datum turpiter eſt, & à domino condicitur, licet non condictione (ut dixi) ob turpem cauſam.

Et quod nemo plus iuris in alium transferre poteſt quàm ipſe habeat. l. nemo. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. nanque ſeruus hic dedit pecuniam alteri, ex cauſa ſupradicta & tamen dominium (ut diximus) in accipientem non tranſtulit, quia nihil habet. l. placet. ff. de acquren. hære. l. i. §. fin. ff. ad legem Cor. de fal.

Et quod denique hic uerificatur id quod ferè ſemper eſt in ore omnium. Qui male agit odit lucem, de quo alias in c. pernicioſum. xviij. q. ij. Bald. in l. more Romano. ad finem. ff. de feriis. & originaliter Ioann. c. iij. ex quo hic ſeruus dederat pecuniam alicui, ne indicaretur furtum ab eo factum, & ſic ne male actum ueniret (ut aiunt) ad lucem. Finis.

Vlpianus lib. x. ad Sabinum.

PERPETVO. SABINVS PRObauit veterum opinionem exiſtimantiũ id quod ex iniuſta cauſa apud aliquem ſit poſſe condici in qua ſententia etiam celſus eſt.

Dubitandi rationem faciebat quod datum ẽt ex iniuſta cauſa non repetatur, quia alibi dicitur ſi datũ fuerit aliquid ut male iudicetur, quod id repeti non poterit in l. ubi aũt. ſupra eo. & idem dicitur in l. ſeq. quod ſcilicet pecunia data ob ſtuprũ, uel ſi quis in adulterio deprehenſus ſe redimat, quod repetitio ceſſabit. Nec ſecus in §. j. ibidem, meretrici datum ſcilicet, repeti non poſſe, uel ſi dederit fur ne proderetur.

Contrarium tamen hic deciditur auctoritate Sabini & Celſi, & ratio deciſionis eſt, quia cũ fuerit turpiter datum non æquè conuenit quod accipiens ex ea turpitudine cõmodum conſequatur. l. itaq; fullo. ff. de fur. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſo. ma. igitur repeti poteſt ſeu (ut dicit tex.) condici, & maximè quia dominium in accipientem tranſlatum non erat, data ſibi pecunia uel re aliena, alias non condiceretur, quia regula iuris eſt, neminem condicere poſſe rem ſuam prærerquam à fure. l. ſcire debemns. §. ſi à fure. ff. de uer. obl.

Ad oppoſita reſpõdetur, uera fore quia turpitudo erat dantis & accipientis pariter, & in meretrice turpitudo tantum facti non autem accepti ut in d. iuribus clarè legitur, hic autem turpitudo ex parte accipientis tantum non etiam dantis. ſicuti nec domini repetentis proximè in l. ſi à ſeruo, nimirum igitur ſi (ut diximus) datum ex ſententia prædictorum condici poteſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod quanuis ſit uerbũ perpetuo, equiuocũ, & multas habeat ſignificatiões, ex quo nihil eſt perpetuũ ſub ſole, omniaq; orta occidãt (ut aiunt) & ſeneſcant, & not. in l. j. ff. pro ſocio. Bal. in prohe. Cod. col. ij. & conſil. ccclxxij. uol. iiij. attamen communiter perpetuo, id eſt, generaliter exponi debet. l. edita. C. de edẽ. auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. §. j. inſti. de ſat. tut. & ita hic exponi debet.

Et quod antiquorum ac ueterum opinio probanda eſt, & ſequenda, nanq; in antiquis eſt ſapiẽtia, & in multo tẽpore prudentia dicebat Iob c. xij. & Macrob. in ſaturnal. qđ à nobis eſt adoranda ſemper uetuſtas. Imò quod (ut Aelianus refert) gadibus tẽplũ ſenectuti extructũ eſt, ut ætatem magiſtrã rerum omnium colerent homines, & quaſi religione quadam uenerarentur.

Et quod dare aliquid ex iniuſta cauſa, uel turpi, æquiparãtur, uſq; adeo ut non ab re dicatur in rub. hic. de condi. ob turp. uel iniuſtam cauſam.

Et quod Vlpianus auctoritate Celſi maxime utebatur, & aliorũ ẽt ſed præſertim, iſtius ut eſt uidere etiã in l. j. ſupra ſi cer. peta. ibi, nam ut lib. j. quæſtionum Celſus ait. & in l. idem. ſupra eo. ibi pariter, Celſus ait repeti poſſe. & in l. nã ſi cũ moriatur. infra de cond. indeb. & alibi quam ſæpe.

Et quod deniq; tanti Sabinum faciebat idem Vlpianus, cuius opinione nititur identidẽ ſæpe, & ad quem ẽt ſcribit frequẽter (ut uideri poteſt) quia erat uir conſularis. Finis.

Pomponius lib. xj. ad Sabinum.

EX EA STIPVLATIONE quæ per vim extorta eſſet, ſi exacta eſſet pecunia repetitionem eſſe conſtat.

Dubitandi rationem faciebat; quod pecunia etiam uiolenter extorta non poſsit repeti, quia uoluntas coacta uoluntas eſt. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod metu cau. Bar. in extrauagan. ad reprimendum uer. uidebitur. in princi. & maxime quia metus purgatus uidetur poſtea ſolutione facta. l. ii. C. quod met. cau. Cumque proteſtatione ſaltim ius ſibi ſoluens non reſeruauerit imputandus eſt. l. ſi debitor. §. i. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſolui.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia ſolutio debet eſſe ſpontanea ut repetitio ceſſet, argumentum in l. prima. ff. de condict. indebi. & quia ui metu ue factum ratum haberi non debet. l. i. in princip. inque illis uerbis, ait prætor, quod metus cauſa geſtum erit ratum non habebo. ff. quod met. cau. & quia etiam non ęquè conuenit quod quis ex improbitate ſua lucrum ſentiat & conſequatur. l. itaq; fullo. ff. de fur. l. ſi ab hoſtibus. §. i. ff. ſol. mat.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, nõ primum, quia uerum eſt de rigore iuris, & quo ad effectum de quo in d. §. ſi metu, ſed non ut repetitio ceſſet ratione prædicta, & maxime quia is etiam magis pati quàm agere dicitur, inquit tex. in c. ſacris. eod. titu. & ut in ſimili habetur etiam in l. qui in carcerem. ff. eod. Non ſecundũ quia id etiam procedit in ſolutione poſtea facta, & ex aliquo temporis interuallo ut in l. ſi ob turpem. quæ eſt ſequens. infra eo. Non ultimum denique, ex quo neceſſaria non erat hoc caſu, argumentũ in l. ſicut. in §. nõ uidetur. ff. eo. tit. & ideo fieri non debet quod factum nõ releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. cauea.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod noſtra intereſt habere plura remedia quibus nobis ſuccurſum ſit, & plures agẽdi formulas. l. non eſt nouum. ff. de actio. empti. & ideo hic condict. ob turpem cauſam, & etiam actione quod met. cauſa ſoluens poterit (ſi uoluerit) experiri.

Et quod uiolentia multiplex eſt, expulſiua, turbatiua, inquietatiua, ablatiua & compulſiua, deque iſta ultima loquitur text. iſte & ut per Bar. fuſius in l. extat. col. ii. ff. quod met. cau.

Et quod

Et quod agens malum ſponte peius eſt agente malū ui (ut Philoſophus inquit) nimirū igitur ſi iſto in caſu ſoluenti ſuccurritur. & nō agenti malum (ut diximus) ſponte, argu. in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogan.

Et quod quanquam alias ſub hoc uerbo uiolentiæ multa facinora contineantur, imò quod ipſa uiolentia facinus dicitur. l. quoniā multa facinora. C. ad legem Iul. de ui pub. & in auth. ut armo. uſus. in prin. l. ſeruus. ff. de ac. & ob. Bal. cōſ. cxvj. col. i. uol. iii. & conſ. cxxj. ad fi. eo. lib. attamen hic de compulſiua tantum intelligitur.

Et quod denique maxima eſt differentia inter uiolentiam & uim, quando quidem uis agenti tribuatur ut hic, uiolentia tam agenti quam patienti. l. ii. ff. quod met. cau. l. ſeruos. C. ad legem Iul. de ui. argumē. in l. i. in glo. i. C. de procu. pulchrè Pau. Caſt. conſ. xxvij. col. i. uol. i. & not. etiam in l. hoc iure. ff. de reg. iur. Finis.

De condict. indebiti.

Paulus lib. vj. ad Sabinum.

QVOD NOMINE MARIti qui ſoluendo non ſit alius mulieri ſoluiſſet, repetere non poteſt, adeo debitum eſt mulieri.

Dubitandi rationem faciebat quod qui mariti nomine ſoluit mulieri, ſolutum repetere poſſit, quia regula eſt, ſolutū per errorem repeti poſſe, ſed hic errore ductus ſoluit ergo. l. j. ſupra eo. Et quia maritus erat tutus exceptione fauorabili, ne teneatur niſi inquantum facere poteſt. l. maritum. ff. ſolu. mat. ergo ſiue ipſe, ſiue alius ſoluat ipſius nomine ſemper repetere poterit. l. qui exceptionē. infra eo. & maximè quia tractare uidetur de dāno uitādo. l. ſed & ſi me putē. infra eo. Vltimo quia par eſt uirtus taciti & expreſsi. l. cū quid. ſupra ſi cer. pet. ſed expreſſe huic beneficio renūtiari non pōt, ne cōueniatur &c. l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſol. mat. ergo nec tacite ſoluendo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia debitum erat ciuiliter & naturaliter, quo caſu non mirū eſt, ſi repeti non pōt. l. cū quis. §. j. infra eo. & forte hoc eſt quod uoluit dicere tex. met hic, inq; illis uerbis adeo debitum eſt mulieri. Et ſi non poteſt quando ipſe maritus ſoluit ut infra in l. ſeq. non poterit etiam licet alius ſoluat ipſius nomine, ut hic & in regu. qui per alium de reg. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia uerū eſt ſi indebitum ſit, at hic erat debitū, ergo (ut diximus) nō repetetur. Nō ob. ſecūdū, quia exceptio erat tēporalis non perpetua, neque uerisimile quod ſemper ſit inops. l. ſi defunctus. C. arb. tute. neq; uerū (ut dicebatur adhuc) quod tractetur de dāno uitando, cū eſſet debitū. Non ēt ultimū, quia expreſſe renūtiari nō pōt tacite aūt ſic, multaq; tacite à lege permittūtur, quę tamē expreſſe ſunt prohibita, arg. in l. ii. in §. ſed quia ueremur. C. de iura. cal. & in c. i. eod. tit. late Iaſ. in l. cum quid col. ij. ff. ſi cer. pet. & Doct. hic. nimirum igitur ſi quod ipſe ſoluit uel alius ipſius nomine, repeti nullo modo poterit.

Seruitq; nobis & præſtat hæc lex argumētum ad multa, & maximè, quod quando in ea reperitur appoſita negatiua dictio ante uerbum poteſt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam, & ſenſus eſt hic, quod nullo modo repeti poſsit ſic datum. ut eſt gloſſ. in c. i. de regu. iur. in vj. not. in l. i. ff. de uerb. obli. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. i.

Et quod ſignanter in ſolutione uerū eſt, repetitioni locū haud fore, neq; beneficio quod ſibi à lege indulgetur, ſed bene ſi promittatur dos integraliter ſolui ut hic per Bal. ſubiiciētem (annotatuq; dignum eſt) non eſſe paria hoc caſu promittere & ſoluere, & bene cum tamen (adde tu) hoc idem ſit regulare. l. fin. C. ad legem Falci. & quod hoc caſu fallit regu. probatur in l. quod ſi maritus. infra de conſti. pecu.

Et quod ſubrogatum debet ſapere naturā eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. not. plene in §. fuerat. inſti. de actio. nanque is qui mariti nomine ſoluit, quodammodo ipſius loco ſubrogatur, ergo ſicuti maritus ſi ſoluiſſet non repeteret ut in l. ſeq. pari modo efficiet, ne qui ipſius nomine ſoluit repetat.

Et quod melius eſt ſoluere quā ſolutum repetere, ut etiam dicitur in l. iii. ff. de compenſa.

Et quod denique, priuilegiatus maxime hoc caſu non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, de quo alias in §. ſed & hoc præſenti. in authen. de ſanct. epiſco. & in cap. in præſentia, de probatio. ex quibus remanet declarata etiam l. ſequens, hac ratione conſulto prætermittenda. Finis.

Paulus lib. vj. ad Sabinum.

IN DIEM DEBITOR adeo debitor eſt, vt ante diē ſolutū repetere non poſsit.

Dubitandi rationem faciebat, quod debitor ante diem ſoluens repetat, quia uidetur caſus in l. ſub conditione iunctis duabus ſeq. infra eodem. ubi ad literam dicitur ſi quid in diem debeatur uel ſub conditione, & ante diem per errorem ſoluatur, uel conditione pendente, quod id repeti poterit. Et idem etiam in l. ſi conſtante. in §. quotiens. ff. ſolu. matrimo. & quia debitor eſt à quo inuito pecunia exigi poteſt. l. debitor. ff. de uerb. ſignifi. ante diem non poteſt. l. cedere diem. ff. de uerbo. ſignifica. ergo & quia

imprudentiam agamus.l.ſi auiam tnam.C.de inge.manu.Bal.in c.fi.nu.4.de poſtu.præla.Finis.

Paulus lib.vj.ad Sabinum.

SI FVNDI MEI VSVMFRVctum tibi dedero falſo exiſtimans me cum tibi debere, & antequam repetam deceſſerim, condictio eius ad hæredem quoque meum tranſibit.

Dubitandi rationem faciebat, quod condictio ad hæredem non tranſeat, quia uſufructus extingnitur morte nſufructuarii.§.finitur.inſti. de uſu fru.& ſic non tranſmittitur ad hæredem, ergo minus debet tranſmitti actio.l.Sempronius attalns, ff.de uſuf.lega. nel quia ſi hæres peteret nideretur ipſe eſſe fructuarius, ut hic per glo. uel quia dominus fundi paſſus eſt fructuarium nti frui. l. ii.§.dari.ff.de uſuf.& ſicut ipſe petere non poſſet, non debet poſſe pariter hæres.

Contrarium tamen hic deciditur, deciſionis autem ratio eſt, quia ſicuti ad hæredem tranſmittitur proprietas, ita tranſmitti debet uſufructus, ſiue eius condictio.Et qnia non debet ille cui per errorẽ datus erat uſufructus, locupletari cum iactura alterius.l.nam hoc natura.infra eod. l. iure naturæ.ff.de reg.iur.c.locupletari.eo.ti.in vj.

Ad oppoſita reſpondetur non facere, non primum, quia uerum eſt in nſufructu formali, nos autem in caſuali loquimur, qui cum proprietate coniungitur, ſeu cõiungi debet, idcirco (ut dixi) ſicuti ad hæredem tranſmittitur proprietas, ita tranſmitti debet condictio uſufructus nec habet dubium. Non ob.ſecundum, quia non eſt nerum.ex quo pro tempore præterito agit, quod ẽt facere poteſt hæres fructuarii. l. qui uſumfructum. §. fin. ff. de uſufru. Non ultimum, quia imò poſſet dominus, ex quo per errorem paſſns eſt, ergo & hæres.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod quæ ceſsibilia ſunt, utique etiam ſunt tranſmiſsibilia. l. ex pluribus & ibi not.ff.de admi.tu.Alex.in l.ſi ſtipulatus. in prin. ff.de nerb.obl.Bal. in l. cum antiquioribns. col. antepe.C.de iu.delib. ſed hic nemini dubium eſt condictionem cedi potuiſſe.l.j. & ibi nota. C. de act.& obl. ergo & traſmitti.

Et quod plerunque error & ignorantia in re propria admittitnr, quanquam regulam in contrarium habeamus, in l.quiſquis.C.de reſcin. uẽ. & in l.fi.ff.pro ſno. quæ tamen multas patitur limitationes & intelligiturnt uera ſit quo ad uires & merita prędiorum, non quo ad aliud, & declarat Roſ.beneuentan.in trac.lib.de actio. ciui. qnanto minoris, nu.19.

Et quod in dubio nemo pręſumitnr donare, & uelle iactare ſuum.l.cum de indebito.ff. de probationib.l.ſi cum aurum.ff.de ſol.

Et quod uſufructus quid incertum dicitur.l. ubi autem non apparet.§.fundi.ff.de uerb.obl.

Et quod denique hac ratione per condictionẽ incerti repeti debet hic quanquam non dicatur. l.ſed & ſi me putem.§.i.infra eo.quod tamen uidetur mirum, quia ſic non faciet ad titulum, & ſentit glo.in d.§.i.ſolue ut in ea. Finis.

Pomponius lib.xxxi.ad Sabinum.

NAM HOC NATVRA AEquum eſt neminem cum alterius detrimẽto fieri locupletiorem.

Dubitandi rõnẽ faciebat quod quis cum alterius iactura locuplex fiat, quia uidemus qđ uſucapione & præſcriptione quis ſibi dominium acquirit.l.iii.ff.de uſucap.l.omnes.l. ſicut.l.cũ notiſsimi.C.de præſcript.xxx. anno.Et tamen hoc idem eſſe non poteſt niſi cum iactura illius cuius res præſcribitur uel uſucapitur.Et idem in exceptione non nume. pec.ſi intra biennium nõ opponatur, quia petens admitatur fit locuples identidem cum iactura debitoris.l.in cõtractibus.C. de non nume.pec.Et ad idem rurſus facit text.in l.fin.C. de neg. geſt. ubi gerens negocia alicuius vtiliter nullam habet actionem directam vel vtilẽ contra dominum, qui ſic cum illius iactura locupletari uidetur.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia homo homini deus eſſe debet, nõ lupus.l.ſeruus ea lege.ff.de ſer.expor.Et quia dici ſolet quod tibi non uis fieri aliis feciſſe caueto.c.humanum genus.i.d. Et quia inciuile eſt aliquid alteri detrahere & magis contra naturam ſi cum hominis incommodo noſtrum augeamus commodnm quàm nirtus.

Ad oppoſita reſpõdetur primum nihil facere quia id eſt cum cauſa approbata à iure ciuili, & rigor in ſpecie quo uincitur æquitas in genere de qua hic ut per Dy.in regu.ii.de reg.iur.in vi.no. in l.placuit.C.de iudi.& in c.fin.de tranſact.huiusq; rigoris duplex eſt ratio utilitas publica, ne ſint dominia ſemper in incerto.l.i. ff. de uſuca.& litium finis.c.finem litibus de dolo & cont. cum vulga. Nou etiam ſecundum quia factum auctoritate legis iniuriam non habet ut inquit Dy. in regu.locupletari in fin.de regul.iur.in in vj.& Cy.in l. iubemus col. i.C.de ſacroſanct.eccl.ubi idem etiam legitur in §.ſanè, & in auth.qui rem eod.ti. Non denique tertium & ultimum, quia id quoque tolerabile eſt propter culpam gerentis, qui contra domini prohibitionem geſsit.vnde damnum quod quis ſua culpa patitur ſibi imputetur inquit tex.in regu.damnum. de reg.iur. in vj.& ut per Alexan.ibi latius, hoc eſt in præallega.l.fin.col.j.

Præſtatq; nobis hæc argumentum ad multa, & maxi-

& maxi me quod nulli conſulendum eſt cum iactura alterius, ut ſignanter per iſtum tex. & ſimiles dicit etiam glo. in c. fi. p tima, extra de poſtu. Et quod non debet alteri per alterum iniqua cõditio afferri, ut ibidem & in l. non debet. ff. de regul. iur.

Et qđ etiã regula remp. cõpræhẽdit, quia dicit text. nemine cũ alterius detrimẽto fieri locupletiorem, & in ſpecie tradit Anch. cõſ. ccxcviij. col. ij. & eccleſiam ſecundum Bal. in l. j. ad fi. C. ſi ſer. extero & minorem, ut oſtẽdit Ro. cõſ. cccxvj. ad fi. & fiſcum ultimo loco dicit Bald. con. cxlv. col. j. uol. ij.

Et quod hac ratione criminoſus tenetur reſpondere poſitioni criminoſæ. l. quotiens. §. prętor. ff. de noxal. l. Marcellus. §. j. ff. rerum amot.

Et quod in actione rerum amotarum & libello ſic concluditur ut tradit Bart. in l. j. col ij. ff. eod.

Et quod denique per hanc rationem, & æquitatem naturalem, perq; officium iudicis ſuccurritur etiam prædoni & malæfidei poſſeſſori, & id quidem ſibi conceditur quod alias erat uia exceptionis denegatum ut in l. plane. ff. de petitio. hæred. Finis.

ADDITIO.

Quod qui vult ex alieno locupletari repellitur l. in rem. §. in omnibus quem tex. ibi ita ſummat Bal. ff. de rei uend.

Et quod iudex ſupplere poteſt ubi actor uult locupletari cum aliena iactura, præalleg. l. planè, Imo. in c. peruenit col. iiij. de emp. & vend.

Et quod non debet reſtitui quis ad lucrum faciendum cum aliena iactura inqnit etiam Barto. in l. j. C. de anna. excep.

Et quod iſta ratione remedium. c. reintegrãda iij. q. i. non modo laicis uerum etiam clericis cõpetit, dicit Bertran. conſi. ccxcij. nu. iiij. uol. ij.

Et quod denique non procederet forte quãdo allegans iacturam, foret in culpa, ut pulchre declarat Soci. iuni. conſi. xxiij. nu. xiiij. uol. ij.

Hac ratione quoque debentur fructus pro rata precij ſoluti in caſu. l. fi. ff. de fun. dota. inquit Bald. in l. traditio col. ult. C. de act. emp.

Pomponius lib. xxj. ad Sabinum.

SUB CONDITIONE DEbitum per errorem ſolutum pendente quidem conditiõe repetitur. Conditione autem exiſtente repeti non põt. Quod autem ſub incerto die debetur die exiſtente non repetitur.

Dubitãdi rationem faciebat, debitum ſub cõditione ea pendente ſolutum, repeti non poſſe, quia uidetur caſus ad literã in l. quod ſi infra. eo. ubi ſi quis quod ſub conditiõe debebat ſoluerit, id repetere non põt &' ſic in terminis. Et minime mirum, quia hoc idem ſciens, ac videns, non dum eam purificatam eſſe & ſoluens ſibi pręiudicauit argumentum in l. j. ſupra eo.

Nec ad idem alius quàm ipſe imputandus eſt, argumentum in l. j. ibi nimis propere Marcelle agis. C. de excu. rei iud.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia cum habeat ſe conditio ad eſſe & non eſſe alias conditio non eſſet proprie. l. cũ ad præſens. ff. ſi cert. pet. Bald. in l. captatorias in princip. C. de mili. teſta. & in c. dudum col. iij. de præſump. incertaq; ſit propter dubium euentum nec interim debeatur, quia rurſum quę ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione. l. ſi quis ſub cõditione dandorũ decẽ. ff. ſi quis omi. cau. teſta. ſi quod ſic debetur, ſoluatur, debet iure merito repeti poſſe, quod ſecus (ſubiicit tex.) ſi ſoluat cõditione exiſtente, quia tunc cum debitum ſit ciuiliter & naturaliter, æquæ conuenit ſi ſoluatur pariter, ut non repetatur, nec eadem ratione id quod erat debitum ſub incerta die, ſi adhuc ſoluatur, die exiſtente, repetetur ſeu repeti poterit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerum eſt in conditione certa, quæ omnimodo erat extitura ut infra in l. ſeq. quo caſu debitum erat ciuiliter & naturaliter debitum, nimirum igitur ſi repeti ſolutum non poteſt, at hic erat indebitum, igitur repeti poterit, & ut per Docto. hic latius. Non ſecundum & tertium, ad idem tendentia, quia per errorem ſoluit, errantis nullus eſt conſenſus. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iudi. ergo neſciebat, nec imputandus erit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumẽtum ad multa, quod uerba conditionalia non ante trahunt ſuam executionem, quàm extet conditio, nec ſententia pendẽte conditione ſuum effectum, vnde pro bannitis ſolet dici, quod ſi quo tempore peruenerint in fortiam communis &c. ita Bal. in l. ſeruo. in §. fi. ff. de leg. j.

Et quod ſi quis acceperit libertatem ſub conditione, liber non erit, & poterit interim coherceri. l. j. §. habet itaque. ubi tex. not. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iu. fue.

Et quod ſub conditione obligatus ad Stichum ſi pendente conditione moriatur Stichus, obligatus liberatur. l. cum qui ita. §. fi. ff. de uer. obl. l. quotiens. ff. de noua.

Et quod uerba rurſum conditionaliter prolata ut ſupra exempli gratia ſi negotia mea geſſeris, non inducunt mandatum. l. ſi pupilli. §. uideamus. & ibi Bar. ad fi. ff. de neg. geſt.

Et quod denique relictum ſi uim conditionis habeat, actionem non parit nec olim nec hodie, niſi purificata conditione, ut idem Bar. ait in l. fi. C. de dona. quæ ſub mo. Nimirum igitur ſi hic quoque debitum ſub conditione, repeti poterit, ſolutum per errorẽ ut ſæpe dictũ eſt. Finis.

Vlpianus

Vlpianus lib.xiij.ad edictum.

NAM SI CVM MORIAR dare promiſero & antea ſoluam repetere non poſſe celſus ait, quæ ſententia vera eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod repetere potero ſolutum quod dare promiſeram ſub cōditione mortis, quia datum pendente ea, repeti pōt ut in l.proxima ſupra dicitur. Et quia mortis facta mentione, donatio cauſa mortis eſſe cēſetur.l.ſeia.§.fi.ff.de do.cau.mor.l.Seia.ff.de dote prælega.quæ poteſt reuocari.l.fin. C. de reno.do.l.cum quis ſupra de condic.ob cau.ergo & ſolutum hic repeti. Et uidetur caſus in l. ſi cum hæres.ff.quando di.lega.ced.ubi legatum relictū cum hæres morietur eſt conditionale, & ſi legatarius uiuo hęrede moriatur, illud non tranſmittit, ergo hic pari ratione ſolutum repeti poterit.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia conditio erat omnino extitura. l.j.ff.de condit.& de.& infra in l.ſeq.& debitum ciuiliter ac naturaliter, quo caſu proditum eſt (vt etiam dicitur in l. in diem ſupra eodem.) repeti non poſſe.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum quia id uerum in conditione quæ ſe habeat ad eſſe & non eſſe, nos autem in ea quæ certa eſt, & quæ omnino (ut diximus) erat extitura, puta (ut inquit tex.) cū moriar (hominibus enim datum eſt ſemel mori, & iuxta illud.iii.reg.ii.ſcito te eſſe moriturum,) uel cum orietur Sol. igitur non facit ad propoſitum, & probatur in l. ſequen.prealle. Non etiam ſecundum, quia & id uerum eſt quoque in dependentibus à uoluntate unius tantum, non duorum ut hic, & promiſsionis interuentu.l.pro hæreditariis ad fi.& ibi Bal. C.de hæred.act. Non denique & tertium, quia & id rurſum in legato procedit, quod autem hic dicitur in ſtipulatione ut per Bar. uel & melius, quia ipſe rationem non aſsignat diuerſitatis, dicamus, illud ideo eſſe ibi, quia conditio poteſt non exiſtere ſi legatarius decedat uiuente hærede, hic autem omnino (ut diximus) erat extitura, ergo nihil ad rumbum, & ut in d. l. i.ff.de condit. & demon.

Præſtatq; nobis hæc lex iſta adhuc, argumentū ad multa, & maximè quod morte nihil eſt certius.d.l.i.ff.de condi. & demon. & nouiſsimè dicit Io.And.in c.ii.de presby.non bap.quod mors eſt terminus neceſſarius omnia mundana diſſoluens, eaq; (ut dixi) nil certius.& idem in not.q. donationis decimarum, in c.cum apoſtolica. col. iii.de his quæ fi.a præla.ſi.conſen.cap.hora mortis tamen nihil incertius, ut in d.l.i.dicitur, & in locis præallega.

Et quod differentia eſt quàm maxima, ſi dicatur, cum moriar, & ſi moriar, nanque primo caſu incertum eſt quando moriatur qui ita dixit, ſecundo uero conditio neceſſaria eſt. l. ſi pupillus. §.ſi ſub conditione.ff.de noua.l.quibus diebus.§.qui iam.ff.de cond.& demon.Bar.in l. quodcunque.in §.non ſolum.in prin.ff.de uer.ob.& ſimilis loquēdi modus ut hic eſt etiam in l. falſa. in §. fi.ff.de cond. & demon.

Et quod negatiua præpoſita uerbo poteſt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam l.nemo poteſt.ff.de leg.i.l.i.ff.de uerb.obl.c.i.& ubique not.de reg.iur in vj.

Et quod ſi in lege uerbum promiſit appoſitū inueniatur, licet nihil dictum fuerit, debebit tamen intelligi per ſtipulationem ut not.in l. i. C. de uſu.& in §.ſi ſcriptum.inſti.de inuti.ſtip.

Et quod denique ſignum continuatiuum eſt communiter dictio hęc nam, ſi ab ea incipiat etiā lex, ut hic & in l.nam adeo, & in l.nam ut ait Pedius, & in l.nam Imperator.ff.de legi.tametſi pro ſed qnq. ponaī ur in §. fi.inſt.de reb.corp. & incorpo.& uim habeat aduerſatiue ut declarat Dec.in l.ſi donatione. num.3.C.de colla.interdum pro certe l.1.ff.de rer.diui.nonunquam pro quia. l.antiqui.ff. ſi pars hære. peta. & aliis modis ſanè quàm pluribus, & liquet ex eo ad propoſitum, quia ſicuti non repetitur ſolutum proxime ſupra non repetitur pariter hic inque exemplis ſupradictis. ex quibus declarata manet pariter lex ſequens, hac de re cōſulto prætermittēda. Finis.

Iulianus lib.x.Digeſtorum.

SI REVS ET FIDEIVSSOR ſoluerint pariter in hac cauſa non differunt à duobus reis promittendi, quare omnia quæ de his dicta ſunt, & ad hos transferre licebit.

Dubitandi rationem faciebat quod prius debitor & reus, quàm fideiuſſor repetat, ſi plus quā deberetur ſolutum ſit per errorem, exemplificando ut proxime ſupra in l.ſi pœne.in §.fi.eo. titu. quia regulare eſt, ipſum debitorem prius excuti quoque quàm excutiatur fideiuſſor, ut in §. i. in auth.de fideiuſſo.& in auth.præſente.C. eodem. Et maximè quia fideiuſſori ſuccurſum adhuc eſſe uidetur ut in debitorem agat, pro quo ſoluit, nō autem ut à creditore ſolutum repetat.l.iam tamē in prin.ff.ind.ſol.l.Titius.ad fi.ff.de procu. & ſic ut conſeruetur indemnis.c.peruenit. de fideiuſſ. tradit Bal, in l.cōſtitutionibus.in prin.C.de uſu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia conuenit cum ſimul ſoluerint, ut ſimul etiam repetāt, nec inter eos & duos reos debendi ſit differentia, quaſi plus ſoluerint pariter, repetunt ambo, ut proximè ſupra ergo reus & fideiuſſor hic (iterato dixerim) ſine aliqua dubitatione.nanque ubi non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, idem ius per omnia ſtatuenda eſt,

data

data ēt differentia perſonarum . l. item legato. §. parui refert . ff. de lega. iii. uulga. l. à Titio. ff. de uerbo. obli.

Ad oppoſita reſpondetur primum non obſtare, quia uerum eſt hodie non olim & de iure Digeſtorum, quo lex iſta debet intelligi . Et ideo alibi inquit glo. in l. 1. C. de accu. ad propoſitum diſtingue tempora & concordabis ſcripturas, & fuit ſol. gloſſ. hic , uel dicamus quod hoc non ſufficiat ad concedendam indebiti ſoluti repetitionem , ex quo exceptio excuſsionis , exceptio ordinis eſt quæ non tendit ad perimendam obligationem uel actionem . l. ſi teſtamento . §. quod ſi duo . ff. de fideiuſſo. quodque glo. hic à Docto. reprobatur. Non etiam ſecundum, quia & id quoque uerum eſt quando indicatus pro reo debitum ſoluiſſet, hic autem per errorem plus ſoluit unà cum ipſo reo, ergo (ut diximus) ambo ad repetitionem per condictionē indebiti, admittentur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa , & maxime quod quando duo ſunt æquiparata à lege, diſpoſitum in uno cenſetur etiam diſpoſitum in alio. l. ſi quis ſeruo ubi glo. C. de fur. bonus tex. in l. ii. C. de cura. fur. & in l. quicunque. in §. 1. ff. de reb. co. Bar. inſti. de iuſti. & iur. col. vij. pulchrè Corn. conſil. cxxxiij. col. ij. uol. ij. & conſi. ccciij. col. j. uol. iiij.

Et quod æquitas legem extendit, quando igitur iſtud hic non diceretur , ad repetitionem nihilominus admitterentur reus eſt fideiuſſor ut duo rei promittendi, quia condictio indebiti eſt inducta naturali æquitate ſecundum Bart. in l. i. col. iiii. ſupra eodem.

Et quod æquitas legem extendat tradit Bal. in c. i. col. i. an ma. ux. ſuc. in uſib.

Et quod id quod in uno dicitur, trahitur ad ſimile & maxime, quando ſimilitudo, eſt expreſſa in lege, ut per Bal. in l. humanitatis . col. xiii. C. de impub. eſtq; argumentum in l. non poſſunt. ff. de legi. & in c. tranſlato. de conſtitutio.

Et quod ubi ratio intenſiua ceſsat ſufficit extenſiua inquit idem Bald. in c. j. col. j. quib. mod. feu. amit. in uſib.

Et qđ denique dicta ex abundanti in lege non uiciant ſcripturas , cum dicta uideantur dubitationis tollendę gratia, ac maioris declarationis. l. non ſolent. l. quę dubitationis tollendę gratia. ff. de reg. iur. l. quæ extrinſecus. ff. de uerb. obl. l. j. §. quamuis. ff. de uent. inſpi. Finis.

Pauls lib. iij. Quæſtionum.

PLANE SI DVOS REOS non eiuſdem pecuniæ , ſed alterius obligationis conſtituerit vt puta Stichi aut Pamphili , & pariter duos datos aut togam uel denarios mille: non idem dici poterit in repetitione ut partes repetāt quia nec ſoluere ab initio ſic per partes potuerunt , igitur hoc caſu electio eſt creditoris cui uelit ſoluere: ut alterius repetitio impediatur.

Dubitandi rationem faciebat , text. hic etiam in glo. allegatus, quod creditoris non ſit electio , cui ſoluat , duobus reis alternatiue obligatis, ſed ipſos potius partes repetere , in l. ſi quis ſeruum. C. de cond. ind. ubi clare dicitur quod debitoris alternatiue obligati ad dandum Stichum uel Pāphilum & utrunq; ſoluētis electio eſt quem uelit repetere , ergo non creditoris (ut hic dicitur) cui ſcilicet repetenti ſoluere uelit pariter & eſt argumentum in l. plerunque. ff. de iu. dot. Et quia regulare eſt ſi dubitetur an repetēs damnum patiatur plus in uno quam in alio, quod ſuæ uoluntati ſtetur ut declarat Saly. in d. l. ſi quis ſeruum.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia in petendo, poſſunt eſſe uarij, & unus unum repetere alter uero alterū uel & melius quia , cum ab initio non potuerint per partes ſoluere, non debēt quoq; per partes poſſe repetere, ut tex. met dicit.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere , quia ibi unus tantum erat debitor hic duo , nimirum igitur ſi eo caſu quoque debitoris electio eſt, hic uero ratiōe ſupra dicta creditoris. Ex quo tollitur etiam ſecundum in uno tantum debitore adhuc intelligendum , ut idem Saly. intellexit in loco ad idem allega. Et ideo ſi duo uarij non eſſent, diſcordes, ſed concordes potius, loco unius haberentur. l. ij. ff. de duo. re. & tunc (ut idē Saly. ait in loco de quo ſupra) non eſſet creditoris electio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime , quod pluralitas in ſingularitatem non reſoluitur, quādo repugnat ratio, nanq; eſto quod iſte tex. in duobus reis loquatur , de quibus etiam in l. proxima & in l. præceden. in §. fi. ſupra eo. attamen in uno ſibi locum non uendicabit. d. l. ſi quis ſeruū. C. de cond. ind. eritque not. limitatio ad regu. de qua in l. falſa demonſtratio in §. fi. ff. de cond. & de. pulchre Corn. conſi. cccxx. ad fin. uol. iij. Alex. conſi. cxxxvj. col. ij. uol. v.

Et quod in alternatiuis non ſemper eſt debitoris electio, dictum ſanè notandum pro limitatione. d. l. plerunque. ff. de iu. do. Adde ſimile, qđ eſt electio etiam creditoris quando alternatiua eſt legis. l. reſcriptum. ff. de pac. Saly. in l. ſi traditio col. ij. C. de ac. empt. quodq; propter culpam commiſſam à debitore, etiam alternatiue, in vno alternatiuorum perditur potentia eligendi & in creditorem transfertur, ita Ange. in l. ſtichum in §. enim uero. ff. de ſol.

Et quod finis habet neceſſariam conſequentiam

tiam ad principiũ,ut etiam dicitur in l.deniq; in §.Seio.ff.de mino. ibi putamus tamen in integrũ reſtituendum. Et hic, non ideo repeti per partes à duobus reis alternatiue obligatis poſſe, quia nec ab initio per partes ſoluere potuerunt.

Et quod aduerbium ut puta ſi reperiatur appoſitum in l.exemplificat vt hic & in l. ſi adeo.ff. de euictio.& in l.ſunt perſonæ.ff.de religio.& in l. uero procuratori in §. interdũ.ff. de ſol. Et tñ reſtringitur regula contra text.in §.hactenus inſtit.de gradi.& in l.damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam. inf. quia in duobus debitoribus alternatiue obligatis procedit quod hic dicitur, & non in uno tantum, ut ſupra niſi ſaluando dicamus nimirum eſſe quia exempla ſunt repetita, ut per glo.diœceſanos in cle.i.de iure patr.quàm comendat Gemi.in c.duobus col.v.de reſcrip.in vj. Cogita.

Et quod denique denarios dicimus ut hic & in l.lecta.ff.ſi cert.pet. & in l.cum Stichus de ſol. maſculini,q; generis ſic ſit, & denaria neutri ut in l.publia in §.i.ff.depo.& in l.ſi ita ſtipulatus in §. Griſogonus.ff.de ver.ob.& male vitioſaq; eſt locutio iuriſcon.non ſecus ac illa dum liberum pro filio ponit etiam in lege ius agnationis.ff.de pac. & de his alias Alcia.de ver. fig.lib.iiij. Finis.

Vlpianus lib.xlvij.ad Sabinum.

SI IS QVI PERPETVA EXceptione tueri ſe poterat: cũ ſciret ſibi exceptionem pro futuram promiſerit aliquid vt liberaretur: condicere non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod etiam tutus exceptione perpetua ſoluens condicit, quia indebitum eſt quod promittitur, ergo repetitur & condici poterit ut toto hoc tit. Et quia æquum eſt locupletari neminẽ cum alterius iactura.l.nã hoc natura ſupra eo.l.iure naturæ.ff.de regu.iur. c.locupletari eo.tit.in vj. Et quia nemo præſumitur uelle iactare ſuum.l.cum de indebito.ff.de probationib.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio decisionis eſt, quia ſciens promiſit, qua de re repete re non poterit, neque promiſſum condicere, quoniam perinde eſt ac ſi ſoluiſſet, promittere enim & ſoluere ſunt paria.l. ſi.C.ad leg.Fal. uerũ ſoluens ſcienter donat nec repetit. l.i.ſupra eod. ergo nec promittens.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum quia licet indebitum ſit, non tamen ſequitur quod repeti poſſit, ex quo (ut dixi) ſcienter promiſit. d.l.i. Et minus ſecundum ex quo nec id uerum eſt, cum donare uideatur, uſq; adeo vt nõ dicatur creditor cum ipſius promittentis iactura locupletari, qui ſpõte ſibi damnum dedit & præiudicauit, & damnũ quod quis ſua culpa patitur ſibi debet imputari ut in regũ. damnum de regu. iur.in vj. Non obſ. ultimum quia id uerum eſt in dubio, ut declarat Bart.in l.iulianus in §.i.col.j. ff.de uer.obl.& in l.falſus in princip.C.de fur.at hic ſumus in caſu claro, quorum non eſt par eademque ratio.l.continuus.ff.de uerb.obl. §.cum ita.Bal.egregie conſi.cclvij.ad fi.uol.j.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod quando quis confitetur ſe ad id teneri, ad quod ſciat ſe non obligari, cenſetur uelle donare ut ſignanter per iſtum tex.dicit etiã Ro.conſ.cccel.col.ij.

Et quod ſi quis priuilegio exemptiõis nõ vtatur, ſeu actum contrarium faciat, exempli gratiã quia ſoluat ſeu aliter paciſcat, illud amittit, eiq; e tacite renunciare uidetur. ſecundum Ancha. cõſil.cclx.ad fin.

Et quod non omnis exceptio perpetua eſt, ſed illa tantum quæ cauſatur à facto uel non facto, ut hic & per Bar.in l.ſancimus.C.in qb.cau.in inte. reſti.nõ eſt ne. & in l.ſi pactum.C.de excep. no. in l.pure in §.ſi.ff.de excep.do.Pet.de Bellapert, qõ.cxxviij. nimirum igitur ſi hic uerbum perpetua adiicitur ratione prædicta.

Et quod verbum iſtud perpetua ſecundum ſubiectam materiã proprie intelligi debet.l.ſi vno. ff.loca.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.Bald. pulchre in l. ex arrali ad fi C.de ac.emp.& hoc quoniam alias perpetuum idest generale exponi ſolet, ut in ſimili in edicto dicitur in Ledita, ibi prout perpetui edicti.C.de eden.& in authen.qua in prouincia.C.ubi de cri.agi opor.& in l.perpetuo.C. de con.ob tur.cau.& in l.iij.ad fi.ff.de lib.lio.ex. & in §.i.inſtit.de ſatiſda.tut.

Et quod negatiua dictio præpoſita uerbo põt priuat potentiam & inducit neceſſitatem præciſam, ut etiam not.in c.i.de regu.iur.in vj.& in l. nemo poteſt.ff.de leg.i.& in l.i.ff.de verb.oblig. eſtque ſenſus hic quod promiſſum eſt ab eo qui exceptione perpetua pacti de non petendo erat tutus, nullo modo condici poſſe. Finis.

Vlpianus lib.xlvij.ad edictum.

CVM DVO PRO REO FIdeiuſsiſſent in decẽ, deinde reus tria ſoluiſſet & poſtea fideiuſſores quina: placuit eũ qui poſterior ſoluit repetere tria poſſe. Hoc merito: quia tribus à reo ſolutis ſeptẽ ſola debita ſupererant quibus perſolutis tria indebita ſoluta ſunt.

Dubitandi rationem faciebat, qđ à poſteriori ſoluente tria hic indebite ſoluta non repetant, quia regulare eſt ſi reus & fideiuſſor ſoluant, qđ quilibet pro parte repetere poſſit.l.ſi pœnæ ſi. l.ſi reus ſupra eod. Et quia deberet poſſe reus ea repetere qui ſoluit & non fideiuſſor poſterior, ex quo prior in tempore potior eſt in iure vt in regul.qui

gul.qui prior de regu.iur.in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt (ut text. met dicit) quia tribus a reo ſolutis,ſeptem ſola debita ſupererant, quibus à fideiuſſoribus ſolutis, tria indebite ſoluta ſunt, igitur repeti poterunt, & à poſteriore ſoluente quidẽ quoniã eſt in diſtractu regula cõtraria qđ qui poſterior eſt tẽpore, iure ſit potior. l.potior l.qui balneum.ff.qui po.in pi.hab.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum quia uerum utique eſt quãdo ſimul ſoluiſſent.d.l.ſi reus, at hic unus ſoluit poſt alium, & ordo ſoluentium generat ordinem repetentiũ ut hic per Bal.multa in l.ex placito col.j.C.de re.permu.ergo. Non ſecundum,quia & id quoq; uerum eſt & procedit in contractu, non(ut diximus in diſtractu, & ita iura ad idem allega,loquuntur.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime quod non eadem eſt ratio contractus & diſtractus & conſequẽter non eadem iuris diſpoſitio argumentum in l.à titio. ff.de uer.ob. Nanque uidemus(ut dictum eſt quod reg.d.c.qui prior non habet locum in diſtractu. Et nimirum quidem quia hinc etiam ſi de obſeruantia contractus agatur locus ipſius attenditur, ſi vero de diſtractu, attendetur locus domicilij.l.ij.ubi Pau.Caſt.& alij.C.vbi & apud quem.

Et qđ quotienſcunque duorum par eſt cauſa, primus præferendus eſt, ut etiam dicitur in l.quotiens.ff.de reg.iu.& in l.ſi fundum.C.qui po.in pi.ha.alias non.

Et quod generaliter poſteriora ſemper derogant prioribus de quo fuſius alias in l. pacta nouiſsima.C.de pac.

Et quod indebite ſolutũ ſi bona fide creditor acceperit condictione indebiti tenebitur, alias ſi ſcienter,furtum committit ut declarat Ang. in l.falſus,in prin.ff.de fur.late Corn.con.cxxj.col.iij.uol.ij.

Et quod denique uir bonus ita arbitraretur ut hic dicitur, ideo I. Con. uſus eſt uerbo placuit, imò quod omne uerbum non modo iſtud ad arbitrium boni uiri reducitur,ubi de damno uitãdo agitur.l.thays.§.ſororẽ.ff.de fideicom.lib.no.in l.j.ff.de arb.& in l.iij.C.de dot. prom.& in l.creditor in§.Lucius.ff.man.Bal. in l.j.lect.j.col.pe.ff.de leg.ij. Finis.

Paulus lib.xxvij.ad edictum.

QVI LOCO CERTO SE DEbere exiſtimans indebitum ſoluit quolibet loco repetet non enim exiſtimationem ſoluentis eadem ſpecies repetitionis ſequitur.

Dubitandi rationem faciebat quod qui certo loco errans ſoluit, non poſsit quolibet loco repetere,quia quoad cætera loca non errarat nanq; qui putabat ſe teneri certo loco, in aliis putabat ſe non eſſe obligatũ argumẽtum in l.cum prætor ff.de iudi.repetitio prætextu errorum concedit ut toto hoc titulo,ergo repetere nõ poterit quolibet loco. Et quia etiam ſoluens ibi forum ſortitur ubi ſoluit.l.hæres abſens.§.fin.ff.de iudi.c.fi.de fo. compe.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia error non loci ſed cauſæ repetitionem parit,ideo ſubiicit tex,quod exiſtimationem ſoluentis,eadem repetitionis ſpecies non ſequitur,quo minus ſcilicet repetatur ſolutum alibi etiam quàm in loco ſolutionis argumentum in l.j,& ij.ff.de eo quod cer.lo.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare primum, quia eſto non errarit quo ad cætera loca, in illis tamen repetit, ex quo (ut dixi) nõ loci error ſed cauſæ repetitionem parit. Non ſecundum,quia poſſem dicere id in contractu uerum fore,nos autem loquimur in quaſi contractu ſiue in diſtractu.l.ſi in area,infra eo. ſed qa rñſio nõ eſt tuta ut hic p Bar.& Doct.reſpõdeo aliter, quod licet ibi forum contrahat.l. hæres abſens.§.fi.ff.de iudi.c.fi.de fo.compe.d. l. ſi in area. & in loco ſolutionis poſsit conueniri, non propterea tollit, quod & quolibet alio loco conueniri non poſsit ratione ſupra dicta, & ut per Bart. & Docto. fuſius.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maxime quod idem iuris eſt de diſtractu,ꝙ de contractu, nanque(ut dixi)non ſolum indebite ſoluens in loco ſolutionis poterit ſolutum repetere.uerum etiam alio loco,adde quod idem in ſimili dixit etiam Bartol.in l. ab emptione. ff.de pac. ſi contractus ſit bonæfidei, quod huiuſmodi erit etiam eius reſolutio. Et glo. ibi, ſicut hodie donatio fit nudo pacto.l. ſi quis argentum. C.de donatio,quod eodem modo reſolui poterit. Et idem in pignore deniq;, quod eodem modo pariter reſoluitur, quo contrahitur conſenſu ſcilicet l.i.ff.de pigno.actio. l. pen. C. de pigno. Dec.multa conſ.cclxxxiiij.ad fi.uol. ij.& eſt argumentum in c.i.de reg.iur.& in l. nihil tam naturale.ff.eo.& maximè quando non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari,quoniam alias ſecus ut proxime ſupra dicebam nec repeto.

Et quod ſicuti noſtra intereſt, habere plures agendi formulas & actiones quibus experiamur.l.non eſt nouum.ff.de ac. emp. l. cum filius.§.uariis.ff.de lega.ii.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo ac.ita etiam intereſt habere plura loca in quibus agamus & maxime ſi indebite ſolutum repetamus,quo nobis ſatisfactũ eſſe poſſit & eſt argumen. in l.j. infra de eo quod cer. lo.

Et quod dictiones uniuerſales ad habilitatem & ad diſpoſitionẽ iuris reſtringũtur,quia tex. hic inque illis uerbis quolibet loco,exponuntur, & reſtringuntur dummodo ſit idoneus ut hic per glo.& doctor.& probatur ad propoſitum in l. ut

gradatim

gradatim in §.& ſi lege.ff.de mu.& ho.& in l. qui autem in ſi iuncta gl.quibuſcunque.ff.de conſti. pec.late Iaſ.in l.ij.in §.prętor.ff. qui ſatiſ.cogan. Et quod promittere & ſoluere ſunt paria, deque promiſsione ad ſolutionem argui poteſt.l.fin.C. ad leg.Fal.& ideo ſicuti promittens in certo loco ubique poteſt conueniri, ita ſoluens hic indebite ſolutum ubique repetit ſecundum Bar.& eſt ampliatio ad d.l.ſi.

Et quod denique nõ ſemper actor ſequitur forum rei, ſed eum conuenit in loco, in quo fuerit repertus ratione ſupradicta, & limitabitur deciſio.l.iuris ordinem.C.de iur.om.iud. Finis.

Paulus lib.vj. ad edictum.

IVDEX SI MALE ABSOLuit, & abſolutus ſua ſponte ſoluerit repetere nõ poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod abſolutus hic ſoluens repetat, quia tutus exceptione perpetua eſt, rei iudicatæ ſcilicet.l. qui exceptionẽ. infra eo.ubi ad literam dicitur, qui exceptionem perpetuam habet, ſolutum per errorem repetere poteſt.Idq́; etiam in l.ſi non ſortem.in §.indebitum,& in §.adeo.ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſiunis eſt, quia ſententia tollit tantum ciuilem obligationem,& non naturalem.l.Iulianus.infra eo.naturalis impedit ſoluti repetitionem.l.naturaliter.ſupra eod.l. naturales.ff.de actio.& obli. ergo.Et quia ſciens ſe non teneri ſoluens, cenſetur donare.l.ſi is qui perpetua.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur uera fore omnia, ad idem tendentia, quę dicuntur in d.l.qui exceptionem,& in d.§.indebitum, adeo,& ſimiles. regulariter, ſed fallere hoc caſu inq́; hac exceptione inducta ad iuris rigorem conſeruandum & ut latius not.in d. l. Iulianus. quo fit ut omnino repetere non poſsit, Et maxime, quia imputari poteſt, cur dicta exceptione tutus ſolnerit, ut in reg.damnũ de reg.iur.in vj.& licet tex.dicat ſponte, idẽ tamẽ eſt ſi ignoranter ſoluiſſet, ratione prædicta, non tamen ſi coactè.l.ex ea.l.pe.ſupra de cõd.ob cau.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa & maxime, quod ſtultus io culpa ſit ſapiens in pœna, ut dicit Bal.in c.niſi.nu.2.de offi.leg.nanque repetere non poſſe ſolutum quodammodo pœna eſt, argumentum in l.teſtamento Centurio ff.de ma.teſta.ſi igitur abſolutus etat hic, quamquam male debitor fatuus & ſoluat ſibi imputandum eſt.

Et quod noſtra intereſt aliquando potius non ſolnere, quàm ſolutum repetere, ut etiam dicitur in l.iij.ff.de compenſatio.

Et quod licet donatio in dubio non præſumatur, l.cum de indebito.ff.de proba.l.ſi cum aurũ. ff.de ſol.præſumitur tamen aliquo caſu, ut hic. ex quo ſoluens (ut dixi) ſciebat ſe non teneri & nouiſsime tradit Ro.conſ.cccci. col. ii. & probatur in l.ſi is qui perpetua pręalleg. ſupra eo.

Et quod abſolutus quãquam male, abſolutus dicitur argu.in l.ii.in §.i.ff.quemadmo.teſta.ape.

Et quod deniq; negatiua dictio, prępoſito uerbo põt, priuat potẽtiã & inducit neceſsitatẽ ꝑci ſam ut ẽt dicit gl.in c.i.de reg.iu.in vj.no.ĩ l. 1. ff. de uer.ob.& in l.nemo põt.ff.de leg.i. Finis.

Vlpianus lib.ix.Diſputationum.

QVI INVICEM CREDITOR idemq́; debitor eſt, in his caſibus in quibus compenſatio locum non habet: ſi ſoluit condictionem non habet veluti indebiti ſoluti ſed ſui crediti petitionem.

Dubitandi rõnem faciebat quod qui creditor eſt & debitor ſi ſoluat repetere poſsit, q̄a erat tutus exceptione fauorabili, cõpenſationis ſcilicet quo fit, ſi ſoluat, nec cõpenſationem fieri debere obiiciat ut omnimodo repetat caſus eſt in l. qui exceptionẽ. infra eo.& in l.ſi ambo.in §.i.ff.de cõpenſa.& quia ſi tutus exceptione mere odioſa ſoluẽs nõ repetit.d.l.qui exceptionẽ, repetet hic dubio ſi fuerit fauorabilis, declarat Bar.in l.cum te. col.i.ff.quod met.cau. Et quia indebitũ ipſe exceptionis condictionem idebiti parit.d.l.qui exceptionem.Bal.in l.ſi pater.ff.ſol.mat.

Contrariũ tamen hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia nõ erat caſus, in quo haberet locũ cõpenſatio iuxta not.in l.ſi.C.de cõpẽ.Et ideo ſoluens non repetit, quia nec exceptionẽ cõpenſationis obiicere poterat. Et quia ſoluit ex certa ſcientia, nec conuenit hac de re ut repetat quẽadmodum etiã dicit Bal.in l.quamuis.C. ad Velleiã. & quia etiã poteſt ſibi eſſe conſultũ uia, qua debitũ cõſequatur, quo caſu ceſſat æquitas naturalis, nec datur hac de cauſa repetitio, ſed (ut dicit tex.) ſui crediti petitio.l.nam hoc natura.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpõdẽt, nihil facere, nõ primũ, quia cũ exceptio cõpenſationis nõ ueniat ad cõflictũ actionis, nõ eſt proprie exceptio.l. ii. ff. de exce.imò qđ nõ erat caſus in quo obiici (ut diximus) poſſet.ex quo ẽt ſecũdũ tollit. Nõ ob.ultimũ, quia nec id uerũ eſt, ex quo debitor erat, ergo nec indebiti cõdictionẽ (ut dicebatur) parit.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod uia quã quis elegit, ſibi patere debet.l.ſi mulier.§.ſi.ff.quod met. cau.

Et quod pœnitẽtia poſt factũ ſera eſt, nec admittitur.l.ſi hi qui ſanctam.C.de apoſtat.Bar. in l.qui ea mente.nu. 3. ff. de fur. & ideo melius eſt non ſoluere quã pœnitere,& ſolutũ uelle repetere, inquit tex.iu l.iij.ff.de compenſatio.

Et quod qui debitũ ſoluit licet creditor ſit, cõdictionẽ nõ habet, ex qun cõdictio regulariter ꝓ ſupponit indebitũ, nec cõſequẽter repetit.

Et quod aduerbium ſiue dictio ueluti, aliquã-

do eſt expreſsiua ueritatis, quandoq; expoſitiua, interdum exemplificatiua, hic uero ſimilitudinaria, & pro ſicut exponi debet, prout etiam in l. ex caſtrenſi. ff. de caſt. pec. & in l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib.

Et quod deniq; nõ omni caſu locum habet cõpẽſatio. l. fi. C. de cõpenſa. Bar. in l. fin. nu. 8. ff. ſi cer. peta. Bal. in l. fin. col. ult. C. quod cum eo. & conſ. cclxj. col. i. uol. i. Finis.

Vlpianus lib. j. opinionum.

IS QVI PLVSQVAM HAEreditaria portio efficit per errorem creditori cauerit indebiti promiſsi habet condictionem.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui plus cauit quàm ſit hæreditaria portio, liberationem non condicat, quia certũ eſt qui ſine cã promittit uel ſuper falſo tranſigit, cã uexationis redimendæ qđ is donare uidetur. l. ſi diuortio. ff. de uerb. obl. l. in ſumma. infra eo. ergo & in caſu iſto, qui plus cauit quàm eſſet hæreditaria portio, nec liberationem condicere poterit & quia ſi obligentur bona per errorem, liberatio pariter condici non poterit, ſeu peti quod hypothecaria reſcindatur. & uidetur caſus in l. fi. C. ad legẽ Fal. ubi ſoluẽs falcidiã eã nõ repetit. ergo neq; hic qui cauit liberationem condicit, maxime quia poterit totũ id quod ſoluit poſtea à cohæredibus conſequi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia errans non conſentit. l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iudi. ergo liberationẽ hic poterit condicere, ſeu indebiti promiſsi condictionem habebit. Et quia non debet creditor cum iactura promittentis locuples fieri. l. nam hoc natura. ſupra eo. c. locupletari de reg. iur. in vj. maxime etiam quia non erat nec naturaliter nec ciuiliter obligatus ad idem l. naturaliter. ſupra eo. l. naturales. ff. de actio. & obli.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere non primum, quia uerũ eſt in utroq; dicto, quãdo promittens ſine cã promittit ſcienter, uel ſciẽs ſuper falſo tranſigit, nos aũt quãdo quis per errorẽ cauit. (ut tex. met dicit.) Non ſecundũ, quia cũ eſſet debitor, non intereſt, uel ſaltim parum intereſt ipſius, ut no. in l. fi. ff. quę res pi. ob. po. tradit Bald. in l. ſi ueritas. ad fin. C. de fideicom. Non denique & ultimum, quia ibi error erat iuris, hic facti, ibi tractabatur de lucro captando, hic autem de damno uitando, igitur parum facit & non obſtat. Et minus quod id poſsit à cohæredibus conſequi, quia non eſt uerum ex quo imputãdus eſt cur ſoluerit, argumentum in regu. damnum. de reg. iur. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod non eſt ueriſimile quem uoluiſſe id facere, quod non cogitauit ut in ſimili etiam dicit Bellame. deciſio. dclv.

Et quod conſuetudo ab imperitis introducta non ualet, quoniam imperitiæ connexus eſt error inquit adhuc Bal. in l. fi. in prin. C. de teſta.

Et quod à ſimili repudiatio ratione erroris impeditur & annullatur. l. Clodius. & ibi Bar. ff. de acqui. hæ. no. in l. ſerui electione. ff. de leg. j.

Et quod ſine conſenſu pariter contractus non tenet. l. cõſenſu. ff. de ac. & ob. l. ſicut. C. eo. nihil autem conſenſui contrariũ eſt magis, quam error d. l. ſi per errorẽ, igitur errore contrahentes nihil agunt ita Inno. in rub. de conſuetu. col. ii.

Et quod deniq; facienti aliquid per errorem ſubuenitur, ſed nõ tamẽ (adde) ſi id fiat per malitiã, (qđ ad declarationẽ nota.) l. quãuis. ff. de cõdi. & demõ. l. de tutela. C. de reb. mi. Bal. in l. qui teſtamento. col. ii. ff. de excu. tuto. Finis.

Iulianus lib. ix. Digeſtorum.

QVI OB REM NON DEFENſam ſoluis (quanuis poſtea paratus ſit defendere) non repetet quod ſoluerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui ob rẽ non defenſam ſoluit repetat, ſi defendere poſtea ſit paratus, quia qui habet exceptionem fauorabilem inductam fauore excipientis ſolutum repetere poteſt. l. qui exceptionem. infra eodem. ſed hic ſoluens habet ergo. Et maxime quia regulare eſt, debitorem cum in pœnam inciderit, uel in ſtipulationem ad intereſſe poſſe moram purgare, l. iii. §. fina. ff. iudica. ſol.

Contrarium tamen hic deciditur, & bene, ratio deciſionis eſt, quia cum eſſet debitor ciuiliter & naturaliter nõ æquè conuenit ſi ſoluat quod repetat. §. i. inſti. quibus mo. tol. obl. imò ſi ſola naturalis impedit ſoluti repetitionem. l. naturaliter ſupra eo. l. naturales. ff. de act. & obli. multo fortius impedit (ut dixi) naturalis & ciuilis, quia duo uincula magis ſtringunt quàm unum. c. j. de treuga & pace. & quia facta ſolutione iam non uidetur amplius, quod defenſio locũ habeat. Et quia denique retractari non debet quod legitimè factum eſt. l. ſancimus. C. de admi. tuto. c. factum legitimè, de reg. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur primũ nihil facere, quia uerum eſt id regulariter ſed non hic, ex quo exceptionẽ nõ habet, cũ ſoluerit, quã tamen habere potuit purgãdo morã. Nõ ſecũdũ, quia & id uerũ eſt quoq; re integra, at executione ab homine facta, purgatio nõ admittitur ſicuti nec ẽt ſi fuiſſet facta à lege. l. is cui. ff. de leg. ii. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obl. Bar. in l. ſi inſulã. in iiij. q. ff. de uer. obl. Ro. conſ. cccxxvij. col. ii. & in l. ſi finita. in §. poſtea. ff. de dam. infec.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentũ ad multa & maxime, qđ ubi nõ eſt obligatio, ibi mora eſſe non põt, l. ſi pupillus. ff. de uerb. obli. hic ſolutio

facta

facta eſt, ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, ergo nulla erat hic mora, quæ potuerit purgari, ut inſti. quib. mod. tol. ob. in prin. declarat Deci. conſ. iij. ad fi. uol. iij.

Et quod uulgatũ illud hic probari poteſt, de quo etiã in l. multum. C. ſi quis alte. uel ſibi. quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui, nãque ſoluens potuit antequam ſolueret, morã purgare; noluit, nunc uult, nequit.

Et quod pœnitentia poſt factum ſera eſt. l. ſicut. C. de actio. & obliga. not. in l. ſi pecuniam. ff. de condic. ob cau.

Et quod eſto quod ſapientis ſit mutare opinionem & propoſitum in melius. l. nonnunquã. ff. de colla. bono. alienũ tamen eſt à iure, quod hoc idẽ fiat in alterius detrimentum. c. mutare. de regu. iur. in vj. l. nemo poteſt mutare. ff. eo.

Et quod deniq; intereſt noſtra potius non ſoluere quã ſolutũ repetere, maxime in caſu iſto in quo (ut dixi) poterat mora purgari, ſoluensq; id facere non curauit. Finis.

ADDITIO.

Quod tria ſunt impedientia uolũtatẽ mutari. Obligationis uinculum in cõmodato. §. ſicut. infra cõmo. ius aduerſario quæſitum. l. fi. ſupra de pac. & qñ res nõ eſt integra. l. & quia. ſupra de iu. om. iu. & qñ uoluntas traxit ſecũ executionẽ, ut hic no. Dy. in l. ſi ſeruũ. in §. ſequit. ff. de uer. obl. Bal. pulchrè in l. ſi cũ dotẽ. in §. eo aũt tpe. ff. ſol. ma. & partim dictũ eſt ẽt. ſupra. licet aliis uerbis.

Iulianus lib. iij. ad Vrſeium ferocem.

SERVVM MEVM INſciens à te emi pecuniamq; tibi ſolui eam me à te repetiturum: & eo nomine condictionem mihi eſſe omnimodo puto ſiue ſciſſes meum eſſe, ſiue ignoraſſes.

Dubitandi rationem faciebat quod pretium ſolutum ex cauſa emptionis inualidæ non repetatur, quia non licet in facto proprio ſoluenti, errorẽ prætẽdere. l. quamquã. infra ad Velleia. l. fi. ff. pro ſuo. ergo nec ſibi hac de cã dabitur condictio. & maxime quia ſic donare uidebitur. l. j. ſupra eo, & ſi damnum eſt rurſus ſibi debet imputari, quod ſua culpa ſibi quoque dedit ſoluendo, ut in regu. damnum. de reg. iur. in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum emptio nulla fuerit rei ſuę & nulla inde obligatio. l. ſuæ rei. infra de cont. emp. & ſic indebitum ciuiliter & naturaliter, æquum eſt ut ſolutum condicatur. l. ſed & ſi me putem. l. eleganter. in prin. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur uerum eſſe primum, ubi de lucro captando agitur, ut ibi, non ſi de damno uitãdo ut hic & in d. l. ſed & ſi me putem. & eſt argumentum in l. fi. ibi non enim par eadem que ratio uidetur. C. de codicil. & in l. ſi filiusfamilias in §. cum fundum. ff. de uerb. obli. ubi gl'o. & in terminis ita reſpondet Bart. in l. cum de indebito. in fin. prin. ff. de probatio. Alexand. conſi. clvj. col. ii. uol. vj. Non ob. ſecundũ, quia negatur & id quoque, ex quo in dubio non præſumitur, d. l. cum de indebito. not. in l. ſi cum aurũ. ff. de ſol. Non deniq; & ultimum, quia ſi (ut tex. met dicit) inſcius & errans emit, culpa ei imputari non poteſt, & ſic non ſumus in caſu regulæ præallegatæ, damnum.

Præſtatq; nobis argumẽtum ad multa, lex iſta, & maximè quod res q quidẽ eſt mea nõ pôt amplius effici mea. §. ſic itaq; inſt. de ac. l. iii. §. ex pluribus. ff. de acqui. po. l. ſequit. §. lana. ff. de uſuca.

Et quod ẽt rei ſuæ emptio ſcienter facta (licet inſcio emptore, dixerit tex. hic) non ualet ut inquit Bal. in auth. qui rem. col. ii. C. loca. imò tex. in d. l. ſuæ rei.

Et quod ex contractu inutili ſeu nullo, dominium non transfertur ſecundum Bald. in loco præallega. quid de poſſeſſione habetur in l. i. in §. ſi uir. ff. de acqui. poſ.

Et quod qui ſemel emit purè & liberè, nõ poterit iterato emere, & adiicere pretiũ nouũ hac rõne, ſecundum Bal. conſ. cxxxv. col. ii. uol. i.

Et quod denique ſic qui emit ſeruum ſibi legatum, rem ſuam emit, quia dominium rei legatę recta uia tranſit in legatarium. l. à Titio. ff. de fur, & quod emptio non ualebit de quo tamen Bart. late in l. huiuſmodi. in §. qui ſeruum. col. i. ff. de lega. i. Finis.

Martianus lib. viij. Inſtitutionum.

SI QVIS CVM A FIDEIcommiſſario ſibi caueri poterat nõ cauerit: quaſi indebitum plus debito, eum ſolutum repetere poſſe Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Dubitandi rationem faciebat tex. in l. peto. in §. fratre. ff. de lega. ii. ubi caſus clarus, quod indebite ſolutum repeti non poſsit, namque dicit ibi Iuriſcon. quod ſi à fideicommiſſario ut hic cautio præſtita non fuerit de hæreditate ſequẽtibus reſtituenda ut teſtator iuſſerat, nulla quidẽ eo nomine naſcitur cõdictio, ergo nec in caſu iſto. & maxime quia hęres imputandus eſt, cur ſibi caueri non procurauerit, uſque adeo quia fuit in culpa ſtultus, ut ęquè conueniat quod fiat ſapiens in pœna, hoc eſt quod nõ repetat ut in ſimili inquit Bal. in c. niſi. nu. 2. de offi. lega.

Contrariũ tamẽ hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia ante cautionẽ præſtitã, legatum ſeu fideicõmiſſum præſtitũ nullo iure debetur, igitur & nõ ab re qđ ſolutũ eſt, omni iure ĩdebitũ pariter repeti pôt, & qa nõ ęquè cõuenit qđ fideicõmiſſarius cũ iactura reſtituẽtis fiat locuples. l. nã hoc

natura.ſupra eo.c.locupletari.de regu. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare nõ primũ. quia hic agẽtis intereſt cautionẽ pręſtari, ibi aũt nõ, cum ille ſemel præſtãdo fuerit liberatus; & no.gl.in l.hoc Senatuſcõſultũ.in §.i.ff.de uſuf. ea.re.quæ uſu conſu. Non ſecundũ, quia cũ per ignorãtiã omiſſa ſit cautio, & facta ſolutio fuerit, nulla culpa imputari poteſt hæredi, ergo nec obſtabit quo minus repetitio fiat.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa. & maxime quod à ſimili ſi frater creditor ſolueret ſine deductione quã facere poterat, poterit tñ hãc ſolutionẽ cõdicere, ita Soc.ſignãter ꝑ iſtũ ex.præcęteris in l.frater à fratre.col.v.ſupra eo.

Et quod dictio quaſi, quandoque ueritatem, quãdoq; improprietatẽ deſignat, ſecũdũ ſubiectã materiã ſecũdum quam uerba ſunt ſemper intelligenda.l.ſi uno. ff. loca. l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.& hic not.ꝑ gl.ſecũdũ poſitionẽ diuerſorũ caſuum.

Et quod quamuis teſtator poſsit cautionem remittere, maxime Mutianam de qua hic ſecundũ unum intellectum, & tradit Bal.in auth. cui relictum.col.ulti.C.de indic.uid.tol.non tamen poteſt pars, alias non ageret hic, nec ſolutum indebite poſſet repetere.

Et quod ſi fideicommiſſarius poſt factam reſtitutionem, cauere noluerit, agens doli mali exceptione repelletur, ex quo res deueniſſet tunc ad eũ caſum à quo incipere potuiſſet. l. pluribus.§. & ſi placeat.l.exiſtimo.ff.de uerb.obli.

Et quod denique Mutiana cautio non habet locum niſi in ultimis uoluntatibus, pro implemento conditionis negatiuæ implendæ morte. l. Mutianæ. ff. de condi. & demon. not. in l.i. C. de pac. & in d. auth. cui relictum. C.de indi. uid. tol. Finis.

ADDITIO.

Quod cautio præſtatur etiam ut hæres conſeruetur indemnis, ut in pulcherrimo caſu.l.cum hæreditas ex fideicommiſſo.ff. ad Trebel. allega. quoque in glo.hic.

Neratius lib.vj.Membranarum.

QVOD PVPILLVS SINE tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit & ſoluerit repetitio eſt: quia nec natura debet.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillus ſoluens ſine tutoris auctoritate, haud repetat, quoniam naturaliter obligatur. l.i. ad fin. ff. de noua. uerum naturalis obligatio, impedit ſoluti repetitionem. l. naturales. ff. de act. & obliga. l. naturaliter. ſupra eodem. ergo. Et uidetur caſus in l.fin. in princip. ff. de iureiuran. ubi pupillus naturaliter obligatus, ſi ſoluerit, & iurauerit poſtea, ſe non debere ſolutum repeti, ergo non alias ſi obligatus manſiſſet. Et in l. cum illud in §. hæres meus. ff. quando di.leg.ced. ubi etiam pupillus nummos accipiens ſine tutoris auctoritate naturaliter obligatur, ergo (ut dixi) hic repetere nõ poterit ſolutũ.

Contrarium tamen decidit Neratius, & ratio deciſionis eſt, quia imò (ut tex.met dicit) cum ſit infans ſeu infantię proximus, naturaliter non obligatur, igitur æquum eſt ut repetat, d.l. naturales. ff.de ac. & obli.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere. Nõ primũ, quia uerũ eſt id in proximo pubertati, in quo eſt cõſenſus, unde naturalis obligatio oritur. l.cũ amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iu.ergo ſecus (ut diximus) in infante, uel infantiæ proximo, ex quibus tollitur etiam ſecundum, & tertium, ut utrobique dixit glo. & in l. pupillus. ff, de ac.& obli. & fuſius in l.interdum. ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, qđ ætas pupillaris huiuſmodi eſt, ut quid uideat ignoret, intelligẽdo ut ſupra & habetur in l.i.ubi no.tex.C. de fal.mo. nimirũ igit ſi pupillus ipſe nec ciuiliter nec nãliter obligat.

Et quod hac de re, ęquiparatur furioſo & prodigo ut in d.l.interdũ. furioſus & prodigus, nec ciuiliter, nec naturaliter obligantur, ergo.

Et qđ ſimiliter rõne ꝑdicta ſpõſalia cõtrahere non pnt.c.dilectus.de ſpõſa.c.unico.eo.tit.in vj. not.in c.contra Chriſtianos.de hære.eo. lib.

Et quod ius deliberãdi nõ tranſmittũt, cũ nec in his detur (maxime pupillo & furioſo) ſciu cõſiderabilis, de quo tñ Corne. conſ. lxxxvij.col.pe. uol.j.& in l.ſi infanti. C. de iure delib.

Et quod denique pupillus infantiæ proximus, non tenetur condictione.l. ſi quis in tantam. C. unde ui.ut ibi per Bar.nu.5. Finis.

ADDITIO.

Quod nec infans ſiue infantiæ proximus, poteſt teſtificari de his quæ ea ætate uidit, ratione prędicta, & quia plenum conſilium non habet, ſi uero doli capax ſit qđ poterit ſine dubio ut Iaco. de Raue. Pet. & Cy. dicebãt & poſt eos Bal. in l. ad teſtiũ.in §.j. ad fi.ff.de teſta.& in l.more.ī §. fi. ff.de acqui.hæ.nõnihil in l.pupillus.ff.eo.& in l. fi.C.de teſta.mili.& in d.l.j.C.de fal. mo.

Et qđ forte ſecũdũ aliquos hac rõne ad fidem obligari nõ uidebatur, d.l.j.C.de fal. mo. & in ale qñquidẽ et ignorãtes huic ſacramento obligẽtur. c.maiores.de baptiſ.c.quæris. de cõſec. diſt.iiij. no.in præalleg.c.contra Chriſtianos.de hę.in vj.

Et quod puer donec ſuper arundinẽ equitat & baculũ, quod uidet ignorat ut dicebam proxime, per tex.in d.l.j.C.de fal.mo. nouiſsime ita etiam dicit Bal.hoc naturali exemplo uſus in c.cum nobis.nu.4.de præſcri.bonus tex.in l.fi.ff.rem pup. ſal.fo.multa Alex.conſ.lxij.col.j.uol.ij.

Et quod nõ ab re dicit alibi tex.in l. gñali. C. de tabula.lib.x. Scientiã enim non ignorantiam, obligari uolumus, multa Ro.conſi.vij.ad fi.

Et quod deniq; honeſtas uitæ morũ aliorũq; meritorũ in infante, cõſiderari non põt inquit et Ancha.in not.caſu conſ.ccxlj. col.ij.

Vlpianus

Vlpianus lib.iij.ad edictum.

POENAE NON SOLENT repeti cum depenſæ ſunt.

Dubitandi rationẽ faciebat, quia quemadmodũ omni alio caſu indebite ſolutum repeti poteſt, niſi ſcienter ſolutio facta ſit. l. i. ſupra eo. ita deberent quoque poſſe repeti pęne quamquam depenſæ ſint in caſu noſtro. Et maxime ſi ſoluens poterat ſe aliqua exceptione tueri, vt puta in Macedoniano, quia filiofamilias mutuo datum ſit aliquid in pęnã creditoris, liberato per exceptionem, & ipſe ſoluat. l.qui exceptionem. ſupra eo. & facit in argumentum tex. in l.de hæreditate.C.de pet.hær.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſiouis eſt. quia pœnę uel legales ſint, uel conuentionales naturaliter debentur.l.id quod pœnę.ff. de ſol.l.ſi pœnæ, in prin.ſupra eo.l.quod à quoquam.ff.de reg.iu.l.qui proprio.§. pœnam autẽ. ff.de procur. igitur nec mirum ſi depenſæ repeti non poſſunt.l.naturales.ff.de ac.& ob.l.naturaliter.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia antecedens uerum eſt, conſequens falſum, ex quo (ut diximus) naturaliter debentur. Non ſecundum, quia id quoque procedit & adhuc uerum eſt re integra, non poſteaquam ſolutio facta eſt, ratione ſupra dicta. Non ultimum denique, ex quo ſoluens ſoluerat hæreditario nomine & nõ ſuo ut hic, & no.in d.l.ſi pœnę.l prin.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſicuti quæ fieri ſolent communiter attenduntur.l.palam.ff.de ritu nup. c. i. §.ſolet.de reſti. ſpol. in vj. c. ſolet a nonnullis de ſen.excom.eo.lib.l.ſed cum ambo.l.ſi locus.ff.de iudi.l.i.§.item ſi periculum.ff.de uen.in poſ.mit. ita non ſolita reſpui debent, ut hic & in l.non ſolet.& in l.ex pœnalibus.ff.de reg. iur. & perinde eſt ac ſi diceret, exſoleuit in uſu eſſe deſiit ut dicitur in l.ii.in §.exactis.ff.de ori. iur. uel & melius repeti nõ ſolẽt, id eſt ſolitũ nõ eſt, ut repetãtur.

Et quod indefinita legis oratio ęquipollet uniuerſali, ut etiam dicitur in l.ſi pluribus.ff. de leg. ii.& in l.ſi ſeruitus ibi, & humanius eſt uerbo generali omne lumen ſignificari. ff. de ſerui. urba. præd. Nanq; penarum hic mentio indefinite facta eſt, nimirum igitur ſi de legalibus, deq́; conuentionalibus etiam intelligi debet.

Et quod in pœnis omnino eſt quid dicendum quod planè diuerſum ſit à natura huius tituli, & ideo repeti non ſolent (inquit tex.) ſicuti quando quid indebite ſolutum eſt, & ex alia cauſa, eſtque argumentum in l.ex pœnalibus.ff.de reg.iu.

Et quod præpoſitio cum iuncta uerbo præteriti temporis, cauſam importat, ad differentiam futuri, quia tunc importaret conditionem.l.quodcunque.§.non ſolum.ff.de uer.ob. l. cum acutiſſimi.C.de fideicõ. Cuma conſ.lxi.col.i.uel dicamus quod hic ponatur pro quando, ut etiam ponitur in l.publia.in prin. ff.depo. plenè alias Io. And.in regu.nullus ex conſilio col.ulti. de regu. iur. in mercurialib.

Et quod denique pendere, pœnarum eſt propriè, quodque pœnas pendere dicimus, iuxta illud etiam Mantuani Vatis Aeneid.vj.

In foribus letum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi miſerum ſeptena quotannis
Corpora natorũ, ſtat ductis ſortibus vrna. Finis.

Paulus lib.iij. ad Plautium.

SI QVIS IVRASSET SE DARE nõ oportere: ab omni cõtentione diſcedetur.atq; ita ſolutam pecuniam, repeti poſſe dicendum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod tutus exceptione iuriſiurandi, ſoluens non repetat, quia argumentum de ſententia ad iuſiurandum ualet, imò quod iuſiurandum maiorem habet auctoritatẽ quàm res iudicata.l.i.& ii.ff. de iureiu. Sententia naturalem obligationem non tollit l. fi. ff. eo.l.Iulianus uerum debitorẽ.infra eo. ergo nec iuriſiurandum, naturalis obligatio ſoluti repetitionem impedit.l.naturales.ff.de act. & obli. l. naturaliter.ſupra eo. ergo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia cum fuerit naturalis obligatio ſublata per iuramentum.l.Stichum.§. naturalis. ff. de ſol. d. l. fin.ſupra de iureiu.& pro ueritate habeatur, omni iure ſolutum indebitum eſt, & conſequenter repeti poterit.

Ad oppoſita reſpondetur uera fore, & procedere utiq; in iuramento neceſſario, non in uoluntario, & iudiciali, ut in d. l. fin. not. & bene quandoquidem longa etiam ſit differentia quoad aliud inter hæc tria iuriſiurandi genera ut etiã habetur & latius in rub.eo.tit.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod iuſiurandũ eſt maximum dirimendarum litium remedium.l.i.ff. de iureiu.

Et quod qui nec ciuiliter, nec naturaliter eſt obligatus ab omni contentione diſcedit.

Et quod uinculum æquitatis quo ſolo ſuſtinetur obligatio, iuriſiurandi æquitate diſſoluitur, & ipſo quidem iure.l.Stichum aut Pamphilum.§ naturalis.ff.de ſol.l.nihil tam naturale.ff.de reg iur.c.i.extra eo.titu.

Et quod exceptio iuriſiurãdi, dicitur exceptio litis finitę.l.i.& ii.& ibi not.ſupra de iureiu. tradunt Docto.in l.fi.C.de excep.

Et quod denique lit.cont.impedit.d.l.i. & ii. l.nam & poſtea.ſupra de iureiu. Bar.in l.eleganter.in §.ſi quis poſt in prin.ſupra eod. & in l.fratris.C.de tranſa. Finis.

Paulus lib.v.ad Plautium.

REPETITIO NVLLA EST ab eo qui ſuum recepit: tametſi ab alio quàm à vero debitore ſolutum eſt.

Dubitandi rationem faciebat quod repetat, ſi alius quàm uerus debitor ſoluerit, quia forte is ſoluentem induxerat per errorem ad ſoluendum, quo fit ut iure merito & hac ratione quidem ſolutum repeti poſsit. Et præſertim (ut dicitur in l. ſi pœnæ. in §. i. ſupra eodem.) quia licet debitum creditor recipiat, attamen qui dat non debitum dat, & conſequenter (ut dixi) repetit. & uidetur caſus etiam in l. ſi à patre. C. de condic. indebi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia debitum erat ciuiliter & naturaliter, licet ergo ab alio quàm à debitore ſolutum ſit, quia tamen creditor quod ſuum eſt recepit, repeti non poterit, nec recipienti dolus debebit imputari. l. ſi donaturus. §. i. ſupra de condi. ob cau.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quia ſatis eſt quod debitoris nomine ſolutio facta ſit, ratione prædicta. Non ſecundũ, & tertium, quia dictis caſibus (ut etiam hic not.) nomine ſuo ſoluerat, uſque adeo ut nec mirum ſit ſi repetit, ex quo nullo modo debitum erat, ciuile uel naturale, hic autem debitoris nomine, igitur (ut rurſum diximus) quia creditor quod ſuum eſt recepit, non repetitur.

Præſtatq́; nobis hęc lex argu. ad multa, & maxime quod qui nomine alieno ſoluit efficit ut perinde ſit ac ſi ille ſoluiſſet, quoniam qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur ut in regu. qui per alium de reg. iur. in vj. §. bonus. & no. tex. in l. certe. ff. de præca.

Et quod non refert quid ex æquipollentibus fieri (quod ferè idem eſt) ex quo paria ſunt, quod debitor ſoluat, uel alius ipſius nomine, & ad regu. facit tex. in l. fi. in §. fi. ad idem allegari ſolitus. ff. manda. & in l. ſi mater. C. de inſti. & in l. mulier, ff. ad Trebel.

Et quod in non deſiderantibus certam formã uel modum, ſufficit qualitercunq; ad effectũ perueniamus, quia de effectu ipſo, nõ de modo cogitatũ eſt, ut hic, quia uel ſoluat debitor uel alius ipſius nomine (ut diximus) ſufficit & declarat ẽt Bal. in l. ſi cum dotẽ. in prin. ff. ſol. ma. ſignanter per tex. in d. l. ſi mater. & in d. l. fi.

Et quod dolus non præſumitur regulariter, l. quoties. §. qui dolũ. ff. de prob. l. dolũ. C. de dolo. l. merito. ff. pro ſoc. multoq́; minus in eo, qui qđ ſibi debet a quocũq; ſoluẽte accipere nõ recuſat.

Et qđ deniq; melius eſt nõ ſoluere, quã ſolutũ repetere, maxime hoc caſu, quia ſi debitoris noĩe ſoluit quis ſibi ſoli ſoluẽti imputabit, & ad regu. facit quod dicitur in l. iii. ff. de cõpenſa. Finis.

Iauolenus lib. xiiij. ad Plautium.

SI IS QVI HAEREDITATEM vendidit, & emptori tradidit: id quod ſibi mortuus debuerat non retinuit repetere poterit quia plus debito ſolutum per condictionem rectè recipietur.

Dubitandi rationem faciebat, qui ex hęreditate ſibi debitum non deducit quod nec repetat, quia ſubeſſe uidetur quid quod imputari poteſt ipſi non deducenti, ut in regu. damnum de regu. iur. in vj. Et eſt argumentum in l. fi. C. ad legẽ Fal. ubi hæres qui in ſolutione legatorum falcidiam non deduxit, ſibi præiudicat. Et quia ſucceſsione actiones confunduntur. l. debitori. C. de pac. Et a partibus ſufficienter enumeratis, quia pecunia ſoluta non fuerat, repeti non poteſt, non hæreditas ex quo debite ſoluta eſt. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Contrarium tamen hic deciditur, Et ratio deciſionis eſt, quia (ut dicitur in ipſo met tex.) plus debito ſolutum eſt. Et quia actum uidetur etiam, ut uenditor extranei uice fungatur, non hæredis uſque adeo ut neque mirum ſit, ſi debitum repetit, quod in uenditione hæreditatis ſibi non retinuit. & ne emptor adhuc, cum ipſius uenditoris iactura locuples fiat. l. nam hoc natura. ſupra eo. c. locupletari. de reg. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, non primum, quia id non tollit, quod indebitum non ſit, ergo debet poſſe condici. Nec culpa eſt ſibi imputanda alias ſic donare uideretur, non præſumẽdum. l. cum de indebito. ff. de proba. l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & ibi not. Non ſecundum, quia d. caſu uidetur hæres uoluiſſe plenam teſtatoris uoluntatem exequi, (ut tex. ibi dicit) quo fit ut mirum non ſit, ſi ſibi præiudicauit, nec potuerit ſeu poſsit falcidiam amplius deducere. Non tertiũ, quia uerum eſt quando creditor debitori ſuccedit, at hic uendidit hæreditatem, quo caſu nulla fit confuſio, ſpectatq́; ad emptorem commodum & incommodum. l. ii. §. fin. ff. de hære. uel act. uendi. ergo. Non ultimum deniq; ex quo repetit quantitatem quãquam non ſoluerit, cũ omnino ſoluiſſe udeatur, & indebite quidẽ, quicquid dicatur. l. ſi mulier. l. ſi quis accepto iuberit. ſupra de cond. ob cau.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod hæreditas repreſentat perſonam defuncti. l. hæreditas enim. ff. de acqui. rerũ do. Bar. in l. nam & ſeruius. in §. qui negotia. ff. de nego. geſt. ſicuti ergo debebat teſtator mortuus, Ita ex hæreditate debitum repeti poterit.

Et quod emptor hęreditatis, uicẽ hęredis obtinet (& melius) l. ii. §. fi. ff. de hæ. uel ac. uẽ. perindẽ ac ſi uẽditor nũquã hęres fuiſſet, ut ibi per glo.

Et quod in emptorem hæreditatis adhuc trã-

ſeunt

ſcunt omnes actiones, actiue & paſsiue,ut in d.l. ii.not.§. non ſolum.

Et quod uenditori præſtare tenetur, id quod eidem etiam hæres extraneus præſtitiſſet ut in d. l.ii.in §. ſi Titius.

Et quod denique inter ipſos contrahentes actum uidetur perinde ac ſi emptor à principio hæres inſtitutus fuiſſet, ut in d. l. ii. in §. penulti. Finis.

Iauolenus lib.iij. ex Plautio.

QVI HAEREDIS NOMINE legata non debita ex nummis ipſius hæredis ſoluit:ipſe quidem repetere non poteſt. Sed ſi ignorante hærede nummos eius tradiderit dominus eos rectè vendicabit. eadem cauſa rerum corporalium eſt.

Dubitandi rationem faciebat,quod ſoluens legata nomine hæredis non debita, exq́; nummis ipſius repetat, quia uidetur caſus in l.ſi procurator.in prin.ſupra eo.ubi procurator ſoluens indebitum nomine domini,repetit, ergo & hic pariter qui ſoluit(ut dixi) legata non debita nomine hæredis,ex quo ut procurator ſoluiſſe uidetur.& maxime quia ſi ipſe ſoluit & quidem indebitum, conuenire uidetur etiam quod ipſe repetat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſoluit non ſuo nomine ſed hæredis, quo caſu æquum eſt ut non ipſe, ſed hæres repetat, ſeu etiam ſolutum uendicet ſi extat ſique eo ignorante ſolutio facta ſit, niſi in ſubſidium, quia tunc poterit etiam ſoluens. l. ſi abſentis.C.ſi cert.petat.Et ſubiicit l.Con. quod eadem cauſa erit quoque,non modo nummorum uerum ēt aliarum rerum corporalium quidem.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum quia loquitur in procuratore omnium bonorum & cum libera ut ibi no.& in l.procurator cui.ff.de procu.ergo non aliter,nq́; aliis, vt hic.

Non ſecundum quia & id uerum foret,qñ ſuo nomine ſoluiſſet,ergo non ſi alieno.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod aliud eſt eſſe talem, & aliud haberi pro tali. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de adult.nanq; hic quanquàm ut procurator hæredis ſoluerit,non tamen repetit,ſicuti ſi procurator fuiſſet,mandatū habens ad ſoluendū.

Et quod quis alieno nomine ſoluere non pōt, ſicuti nec agere.l.nemo alieno nomine. ff.de regu.iur.maxime legata indebita ut hic,deq́; nummis alienis.

Et quod non eſt ſine culpa quis,ſi ſe immiſcet rei ad ſe non pertinenti.l culpa.ff.de regu.iur.e. non eſt ſine culpa eo.ti.in vj.Anchà.pulcre cōſil. clvij.col.ij.

Et quod procurator abuſiue carens mandato domino nihilominus,ſeu hæredi,actionē acquirit in caſu præſenti,argumentum in l. certi condictio in §.ſi nummos.ff.ſi cer. pet.

Et quod denique nummi quanquàm non in ſpecie conſiſtant,ſed in quantitate, iuxta not.in l.quod te.ff.eo.ueniunt tamen alias & cōprehenduntur ſub appellatione rerum corporalium, ut hic per glo.& doct.not.& bene, & in prin.inſti. de reb.corpo.& incorpo. ſubauditioq́ue erit neceſſaria ſecundū gl.& rurſum bñ ut in ea. Finis.

Celſus lib.vij.Digeſtorum.

QVI PROMISIT SI ALIquid a ſe factum ſit,vel cum aliquid factum ſit dare ſe decem:ſi priuſquam id factum fuerit,qđ promiſit dederit:non videbitur feciſſe quod promiſit;atq; ideo repetere pōt.

Dubitandi rationem faciebat,quod repeti nō poſsit datum,antequam factum ſit,quod tamē fieri promiſſum erat,quia ad idem uidetur caſus ad literam in l.quod ſi ſub ea conditione. ſupra eo. ubi ſolutum pendente conditione repeti non poteſt, & ſic in terminis, & maxime quia eo animo promiſsio facta uidetur, ut promittens omnino faceret, quod promiſit, uſque adeo ut perinde ſit ac ſi feciſſet,argumentum in l.& ſi non ſint. in §. infecti.ff.de aur.& ar.lega.& in l.fundi.in §.ſi.ff. de aur.& argen.lega.& quia potentia propinqua actui actus eſt.l.pe.ff.de mili.teſta.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia pendente conditione indebitū ſolutum eſt, ex quo nulla erat nata actio uel obligatio.l.cedere diem.ff.de uer.ſig.l.ſi quis ſub cōditione dandorum decem. ff. ſi quis omi. cau. teſta.nimirum igitur ſi repeti poteſt, & facit etiam (ut inquit glo.)tex.in l.ſufficit.infra eod.& quia non uidetur ſoluens feciſſe,quod promiſit.

Ad oppoſita reſpondetur,parum obſtare, non primum, quia uerum eſt id, in conditione quæ omnino ſit extitura, & in debito certo, nos autē in ea quæ habeat ſe ad eſſe & non eſſe,quia dictū eſt,ſi factum ſit, uel cum factum fuerit. l. cum ad præſens.ff.ſi cer.peta & ſic incerta ergo. Non ob.ſecundum,quia antecedens uerum eſt,conſequens falſum,quandoquidem conditio nihil ponat in eſſe, nec ſint in diſpoſitione (ut diximus) quę pēdēt & ſunt in cōditione.d.l. ſi quis ſub cōditione dandorū decem.ff.ſi quis omi.cau. teſta. Non ultimum denique,quia etiam id uerum eſt, & procedit ſi certum fuerit quoque, cam deduci ad actum,& proximum ut declarat Bar.in l. mulier.in §.i.ff.ad Treb.& in l.ſi impuberi.col.ii.ff. de tu.& cura.dat.ab his. & in l. ſi quis in §. quæri poteſt.ff.quod met.cau.ſed hic factum eſt incertū argu.in l.unica.C.de ſen.quę pro eo.ergo.

Præſtatq́;

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod inter hæc duo, ſi & cum, nulla differentia eſſe uidetur, (ut etiam dicitur in gloſ. hic) quo minus utrunq; conditionem importet, ſuntque iura clara in ea allega. adde Bar. in l.j.ff. de condit. & demonſ. & in l.quodcunq; in §.non ſolum.ff.de ver.ob.

Et quod errans non conſentit, ut etiã dicitur in l.ſi per errorem. ff.de iu.omn.iud.& in l.cuius per errorem. ff.de regul. iur. alias hic datum repeti non poſſet.l.j.ſupra eo.& adhuc in glo.not. & bene.

Et qđ ſoluens ſcienter indebitum pręſumitur donare (eſtq; idem ferè) quando tamen non pôt capi alia præſumptio quam donationis, ut etiam dicitur in l.ſi cum aurum.ff.de ſol.& in l.eleganter in §.qui reprobos.ff.de pign. act.declarat Iaſ. hic & in l.ſi non ſortem in §.quis falſo ſupra eod.

Et quod aliud eſt promittere pure, aliud ſub conditione, ex quo primo caſu, ſoluens antequã promiſſum fiat, non repetit.l.ſi quis ab alio.ff.de re iud.l.ſtipulationes non diuiduntur verſ.celſus ff.de uer.obl.

Et quod denique debitoris eſt promittere, ut creditoris præſcribere, inquit alibi Bald.in c.tua nos nu.3.de iureiu. Finis.

Modeſtinus lib.ij.Regularum.

HIS SOLIS PECVNIA CONdicitur, quibus quoquo modo ſoluta eſt: non quibus proficit.

Dubitandi rõnẽ facit, quod ſolutum ab eo repetatur, nõ cui ſoluit̃ ſed cui ſolutio proficit, qa vr̃ caſus ad literam in l.fi.ff. de eo per quẽ fa.erit ubi ſi is cui indebitum ſolutum eſt, id alteri donauerit, ab eo repeti poterit, de quo tex. etiam glo. hic mentionẽ facit, & not.in l.interdũ. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia condictio indebiti oritur ex quaſi contractu, ratione ſolutionis erroneę.§.item is cui.inſti.de ob.quæ ex qua.cont. l. ex maleficiis. §.is quoque.ff.de act. & obli. & ideo non mirum eſt ſi non datur contra ſingularem ſucceſſorẽ pecunię, cum quo d.quaſi contractus celebratus nõ eſt.l.i.§.ſi hæres.ff. ad Treb.

Ad oppoſita reſpondetur uera eſſe in ſubſidiũ & dicto caſu procedere, quando ſcilicet donans non eſt ſoluendo, non directo & principaliter ratione prædicta, & ut in glo.latius. eſtq; argumentum in l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet.& diximus nonnihil in l.qui hæredis.ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod dicendo his ſolis id eſt ab his ſolis pecuniã condici, alios excludit, ut poſtea ſubiicit ſe declarãdo, ut etiam dicitur in ſimili in l. his ſolis.C.de reuo.don.ubi ſolis matribus, ad ſecunda uota non tranſeuntibus, conceſſum eſt ut donationem filiis ingratis factam reuocent.

Et quod qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur ut in regu.qui per alium de reg.iur.in vj.& in l.ita autem.in §.geſſiſſe.ff. de admi.tuto. & in l.certè.ff.de præca. nãque dicendo quoquo modo ſoluta eſt hic tex.non aliud dicere uidetur ut etiam ſentit glo.& bene.

Et quod in ſubſidium multa conceduntur quę non admitterentur alias directo & principaliter, ut etiam hic per gl.quod pro limitatione ad tex. notandum eſt. & in ſimili habetur in l. ſi abſentis.C.ſi cet.peta.Iaſ.in l.i.lec.ii.col.ii.C. de ſumma Tri.& ibi ante eum Bar.nu. 12.Areti.conſil. lxj.ad fi.Io.Crot.in trac.de teſti.nu. 49. & 71.

Et quod non æquè conuenit ut quis locuples fiat, cum iactura ſoluentis, uel is fuerit cui pecunia ſoluta eſt, uel donatarius, ſi donans (ut diximus) ſoluendo non fuerit, uulga.l. nam hoc natura, & allega.ſæpe ſupra eo.

Et quod deniq; in materia furtum nõ cõmittit is cui ſol.facta eſt, ex quo bonafide accipit, alias ageretur furti, non autem dixiſſet, pecuniã ab eo condici, & ſic Actione perſonali ex quaſi contractu ut ſupra declarauimus & ut per Ange. in l.falſus in princi.ff.de fur. Finis.

Pomponius lib.v.ad Q. Mutium.

QVOD QVIS SCIENS INdebitum ſoluit, hac mente vt poſtea repeteret: repetere non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſoluens ea mente ut repetat poſtea, repetere poſſit quia uidetur caſus in l.ij.ſupra eo.vbi indebite ſolutum ex conuentione, repeti poteſt, ergo & pari ratiõe ſi ea mente ſolutio facta ſit. Et maxime quia dici ſolet, quod actus agentium, non operantur ultra eorum intentionem.l.non omnis.ff.ſi cert. peta. ea mente ſolutio facta eſt vt ſolutum repeteretur, ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſciens ſoluit, quo caſu donaſſe uidetur, quamquam ea mente ſoluerit ut repeteret.l.i.ſupra eo. Et quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, nec in præſenti caſu repetitionem inducit l. ſi repetendi. C. de cond.ob cau.c.literaturam de uoto.c.i. de eo qui mitti. in poſ. cau. rei ſer. nanque uoluntas hominis ſi non exprimatur, eſt ſicuti poſthumus, qui ſi in lucem non producatur, nihil eſt pariter, ſecundum Bal. in l.j.in ii.q.C.qui admi.& Iaſ.hic poſt eum.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia uerum eſt eo caſu ex quo uoluntas & propoſitum non fuerat in mẽte retentum, nimirum igitur ſi eo caſu repetitur, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l. i.§. ſi conueniat. ff. depoſi. l. legem.C. de pact. l. contractus. ff. de regu. iur. Et quia expreſſum

fuerat

fuerat hic autem non, imò ſolués tacuit, nec alius quàm ipſe met imputari poteſt argumentum in l.ueteribus.ff.de pac. Non ſecundum, quia reg. non procedit in diſtractu; ut in d.l.non omnis not.ſed condictio indebiti eſt huiuſmodi.§.item is cui Inſtl.quib.mo.re cont.ob.ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ex mente quæ non apparet, nullum ius oritur.l.duo ſunt titij, & ibi Bald.in prin.ff.de teſt.tut.

Et quod paria ſunt aliquid non eſſe, uel eſſe & non apparere.l.rutilia pola.l.in lege.ff. de cont. empt.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.Bal.in loco præall.

Et qđ id quod ab una parte agitur non inſpicitur ad ſui commodum alias ſic ut in l. ſi ego & ibi Bart.nu.2.ff.ſi cert.pet.quod not.ad huius legis limitationem, Nonnihil Barto.in l.ita ſtipulatus magna col.ij.ff.de uer.ob.

Et quod a ſimili non ſufficit quoque teſtatorē aliquid uelle, niſi diſponat.l.quidam cum filium & ibi idem Bal.multa.ff.de hæred.inſti.

Et quod denique non ſemper eſt uerum quod tacitum habeatur pro expreſſo, niſi in his quę ueniunt de natura contractus, ut in l. cum quid & ibi not.ff.ſi cer.pet. Finis.

Pomponius lib.vj.ad Q.Mutium.

EX QVIBVS CAVSIS REtentionē quidem habemus petitionem autem non habemus: ea ſi ſoluerimus repetere non poſſumus.

Dubitandi rationem faciebat, quod repetat qui etiam retentionem habet, ſi ſoluat, quia uidetur caſus in l. ſi is qui hæreditatem ſupra eod. ubi uendens hæreditatem, repetit id quod retinere debebat, ergo & hic pariter putatiuus hęres (exempli gratia) qui fulſit inſulam, & expenſas non retinuit.l.ſi in ea ſupra eod. ſenſitque etiam gloſ.in prin.hic.Et quia æquum non eſt eum cui ſoluit locupletem fieri cum iactura ipſius ſoluentis.l.nam hoc natura ſupra eod c.locupletari de reg.iur.in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia inter ſoluentem & eum cui ſoluitur, nullum negocium contractum eſt l. ij. in prin.ſupra eo.l.ex maleficijs.§.is quoq;. ff.de ac. & ob. & quia ſoluens adhuc nihil accipientis facit, ſed rem ſuam dominus habere incipit, ut ſignanter dicit I. Conſ.in d. l. ſi in area. nimirum igitur ſi nihil etiam repetit.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, nō primum quia id uerū eſt in reſtitutione hęreditatis continentis debita & credita ut ibi tradit Paul. Caſt. ubi etiam diximus nos, hic autem rei ſingularis igitur nec mirum ſi.d.caſu repetit; iſto autē non l.quod dicitur.ff.de impen.in reb.dotal.fac.

Non ſecundum, quia uera etiam regul.eſt ſed non hic, quia ſi rem ſuam dominus habere incipit ſiq; nullum negotium contractum eſt inter ſoluentem & eum cui ſoluitur, non poteſt dici quod accipiens fiat locuples cum iactura ſoluentis, & maxime quia ſoluens imputari poteſt cur d.impenſas non retinuerit argumentum in regu. damnum de reg.iur.in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod retentio facilius conceditur, quàm petitio. Idemq; habetur etiam in l. Stichū in §.aditio.ff.de ſol.& in l.dotis.C.de colla. Flo. in l.ſi oliuam. ff. ad legem Aquil.

Et quod hic uerificatur regu. l. multum intereſt.ff.ſi quis alte.uel ſibi.quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui.

Et quod ſtultus in culpa ſit ſapiens in pœna ut etiam dicit Bal.in c.niſi.nu.2.de offi.lega. namque fatuus fuit hic ſoluens non retinendo, nimirum igitur ſi ſit ſapiens in pœna, quia nihil petere poteſt, & quem priuare iure ſuo pœna eſt.l. teſtamento centurio.ff.de manu.teſta.

Et quod nemo ſine actione experitur, l. ſi pupilli.§.uideamus.ff.de neg. geſt.

Et quod denique cōdictio perſonalis eſt, quæ præſupponit obligationem partium, uſque adeo ut non detur ueq; competat ſi negotiū inter partes geſtum non fuerit ut ſupra. & in d. l. ſi in area.eo.titu. Finis.

Papinianus lib.ij. quæſtionum.

EX HIS OMNIBVS CAVSIS quæ iure ſuo non ualuerunt, vel non habuerunt effectū: ſecuta per errorem ſolutione condictioni locus erit.

Dubitandi rationem faciebat, quod cōdictioni locus non ſit, ſecuta ſolutione ex cauſis quæ iure non ualuerunt, quia alibi dicitur in §.ſemel.inſti.ex quib.cau.ma.non li.& in l.ij.C.de fideicō. lib.ubi cauſa ſemel approbata uera uel falſa non poteſt amplius retractari, ergo nec hic ſolutum repeti, quamquam teſtamentum ſit nullum, uel effectum nō habeat exemplificando ut in gl. & maxime quia dicit alibi I.Con.quod teſtamentum eſt, quamuis (ut dixi) nullum falſum uel irritum in l.ii.in §.j.ff.quemadmo.teſta.ape. Et Cy. ad idē in l.pacto ſucceſſorum.C.de pac.quod ſtipulatio etiam inutilis ſeu pactum dummodo formam ſtipulationis habeant ſeu pacti, ſtipulatio dicitur, ſiue pactum.

Contrarium tamen hic deciditur: & ratio deciſionis eſt, quia cum nullo iure per errorem ſolutum ſit debitum, ex quo teſtamentum non ualebat, ſiue quia falſum erat, uel iniuſtum, debet omnimodo poſſe repeti.l.quod indebitum & toto titu. ſupra eo.

Ad oppo-

Ad oppoſita reſpondetur non obſtere, non primum quia verum eſt non regulariter ſed in cauſa libertatis, quod ipſius fauore præcipuum eſt, prout etiam dicit Iaſ. in l.ij. in §.i. in prin. ſupra eod. & Bal. in d.l.ij. C. de fideicom. lib. ergo ius commune in contrarium. l. ius ſingulare, l. quod uero contra, ff. de legi. c. præſenti. §. loca, de præben. in vj. Non ob. ſecundum quia id uerum eſt quoque abuſiue non uere & proprie, ut iura ipſa dicunt, de uſu autem & proprietate uerbi diſputandum eſt nõ de abuſu. igitur reſtĩ hmõdi teſtĩ nõ erit & prætextu ipſius ſolutũ indebite (ut diximus) omnimodo repetetur. Et idem dici põt ad id quod obiiciebatur, de ſtipulatione & pacto.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod paria ſunt, cauſam eſſe nullã, uel inutilem, & ſine effectu, ut etiam hic per doc. & in ſimili glo. in l. ij. ff. de cond. ob turp. cau. per quam ita etiam dixit Iaſ. in l. fi. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. & hic.

Et quod a ſimili mulier dicitur uidua quæ habet maritum ſed inutilem, ut adhuc inquit gloſſ. in l. fi. C. ad legem Faui. de plagia.

Et quod idem erit dicendum in eccleſia pariter uiduata ſi epiſcopum habuerit, ſed inutilem quidẽ & eſt tex. in c. inter corporalia in §. ſed neque de tranſla. prælato. Afflic. in rub. quę ſint rega. in uſib. nu. 58.

Et quod id non dicitur tale, quod nõ eſt uerè & proprie tale, ſed (ut diximus) abuſiue. d. l. ii. §. i. ff. quemadmo. teſta. ap. & ut ſupra latius. eſtque argumentum in l. hoc legatum. ff. de leg. iij.

Et quod deniq; lex actus nullos, nec effectum habentes, ſiue abuſiuos ſpernit & non diffinit, ut etiam inquit Bal. in c. Bonę. ij. col. i. de poſtu. pręlato. Et ad propoſitum actus inualidi & inefficacis in c. iurauit col. ii. nu. 7. & 10. de proba. quod productio inualida, non eſt productio. Et quod non deficit à diſpoſitione, qui non implet conditionem inualidam, & probatur etiam in l. licet. ff ut leg. non cauea. Finis.

Papinianus lib. ij. Diffinitionum.

SI FIDEIVSSOR IVRE LIberatus ſoluerit per errorẽ pecuniam: repetenti non oberit. Si uero reus promittendi p errorem & ipſe poſtea pecuniam ſoluerit non repetet: cum prior ſolutio quæ fuit irrita naturale uinculum non diſſoluit: nec ciuile ſi reus promittẽdi tenebatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod, fideiuſſor ſoluens non repetat, tametſi liberatus fuerit ipſo iure quia recepit creditor qđ ſuum erat quamuis ab alio quàm à debitore, hoc eſt à fideiuſſore ſolutum fuiſſet. l. repetitio ſupra eo.

Contrarium tamen deciditur hic in prima parte tex. Et ratio deciſionis eſt, quia quantũ ad ſe, cum eſſet per pactum de non petendo liberatus, indebitum ſoluit, ea de reconuenit, ut repetat, ſua exceptione tutus. l. cum is. §. i. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur non officere, quia dicto caſu erat debitum, nimirum igitur ſi repeti non poteſt, hic autem indebitum, idcirco ſolutũ repeti poterit, licet per errorem, ſiue per imprudentiam fideiuſſoris ſolutum ſit, quia credidit nõ obſtante exceptione pacti, debere ſoluere.

Dubitandi rationem faciebat rurſum in ſecunda parte tex. quod reus ſoluens repetat, quia ſi liberatus eſt fideiuſſor, utique liberatus, etiam uidebatur reus principaliter obligatus. l. & per iuſiurandum. §. & ſi fideiuſſori. ff. de acceptila.

Contrarium tamen adhuc deciditur hic, Et ratio deciſionis eſt, quia ſolutione fideiuſſoris non erat obligatio naturalis & ciuilis ſublata, quo caſu non mirum eſt, ſi debitor per errorem ſoluens (ut tex. met inquit) non repetit.

Ad oppoſitum reſpondetur, uerum fore, quádo per acceptilationem fideiuſſor liberatus fuiſſet ut in l. contraria dicitur, at hic pactum perſonale de non petendo factum fuerat, quod non egreditur perſonam, ergo debitor non fuerat liberatus & conſequenter ſi ſoluat, non repetit.

Præſtatq; nobis lex iſta argumentum ad multa, & maxime quod qui tutus eſt exceptione perpetua & fauorabili ſi ſoluat per errorem (ut dictum eſt proxime) repetit, & ut etiam habetur in l. qui exceptione. ſupra eo.

Et quod indebitum ope exceptionis parit cõdictionem, ſeu efficit, ut habeat locum condictio indebiti (& ferè idem eſt) ut etiam dicitur in l. ex diuerſo in §. fi. ff. ſol. mat. & in d. l. qui exceptionem, tradit Bal. in l. ſi pater. ff. eo. ſolu. mat.

Et quod ſi foret exceptio odioſa ſolutum non repeteretur, ut adhuc not. in d. l. qui exceptionẽ nouiſsime declarat Ang. in l. i. col. xvii. C. de iud.

Et quod ſuper ipſo motiuo, lex ſemper fundatur, hoc idem maxime conſiderans, an ſcilicet exceptio ſit fauorabilis (ut dixi) uel odioſa, & fuit uerbum Bal. in rub. C. ad ſenatuſcõ. Velle.

Et quod denique exceptio competens fideiuſſori, non prodeſt reo, quanquàm ſecus ſit è contra ut plene per Alexand. conſil. lxiij. colum. ij. uol. iiij. Finis.

Metianus lib. iiij. fideicommiſſorum.

FIDEICOMMISSVM IN ſtipulatione deductum: nã & ſi non debitum fuiſſet: quia tamen à ſciente fidei explendæ cauſa promiſſum eſſet debetur.

Dubitandi rationem faciebat ſi fideicommiſſum in ſtipulationẽ deducatur, ſoluaturq; & indebitum

debitum ſit quod repetatur, quia ſi debitum non erat in teſtamento minus ſolemni relictum utiq; nec etiam ualuit eiuſdem promiſsio, & conſequenter ac neceſſario ſolutum repeti poterit.l.ex his ſupra eo. Et quia ſi filius etiam dicat. Teſtamentum patris mei probo, quod tamen legibus ſubnixum non ſit ut hic, non propterea præiudicat ſibi. l.ſi poſt diuiſionem.l.cum teſtamẽtum C.de iu.& fac.igno. not.in l.non dubium ad fin. C.de teſta.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia à ſciente promiſsio facta fuit explendę fidei cauſa ut tex.met dicit, quo fit ut mirum non ſit, ſi debetur & ſi ſolutum repeti non poteſt.l.j.ſupra eod. d.l.non dubium.l.ſi ſponſus ubi not.text.(quod atteſtatur etiam Iaſ. & bene) ff.de donat.int.ui.uxo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primum quia imò naturaliter erat debitum ut not. i d.l.j.& in l.cum quis.C.de iu. & fac.igno.& in l. ſi ueritas. C. de fideicom. ergo ſolutum non repetetur.l. naturaliter ſupra eod. l. naturales.ff.de act. & ob. Minusq; ſecundum quia & id quoq; uetum eſt in uerbis enunciatiuis extra iudicium prolatis, non in promiſsione facta ut hic, & ut latius not.in d.l.non dubium.

Pręſtatque nobis hęc lex argumentum ſanè ad multa, & maxime quod ex noua promiſsione, ſi fideicommiſſum indebitum eſt, abnegatur facultas repetendi, uſque adeo, ſi promiſſum nõ fuiſſet nec ſolutum, ut repeti alias poſsit in caſu huius legis, quemadmodum declarant Bononien.in rep.l.nemo poteſt nu.677.ff.de leg.j.& bene.

Et quod exequi uoluntatem teſtatoris, fauorabile eſt, quæ etiam declaratur ex actu nullo, ut dicitur quoque in l.fin. ff. de reb.co.& probatur quidem in l.fin.ut hic per gloſſ. C.ad leg.Fal.ibi quia uidetur uoluntatem teſtatoris ſequi.

Et quod graue eſt fidem fallere, ut etiam dicitur in l.j.ff.de conſti.pec.

Et quod ſi fides hoſti ſeruanda eſt. l. i. §. non fuit.ff.de dolo, multo magis eſt ſeruanda amico & teſtatori fideicommiſſum relinquenti, auth. multo magis.C.de ſacroſanc.eccl.& in l.quanto magis.ff.de iureiuran.

Et quod denique (ut etiam inquit Iaſo.hic & bene) uerecundia eſt denegare promiſſum quanquàm pacto nudo.l.quintus & ibi Bart.ff.mand. Pulchre Bald.in ſi pro ea col.iiij.C.eod.quod dictum in ſe uerìſsimum eſt, ſed ex iſto tex.colligi non poteſt.cum dicat fidei commiſſum in ſtipulatione deductum fuiſſe.niſi replicemus, ſicuti humanum eſt & fauorabile fidem teſtatoris implere, quanquàm ad id quis aſtringi non poſsit. ita uerecundia eſt denegare promiſſum pacto nudo, licet ex eo agi non poſsit, & ita uoluit dicere Iaſ.& rurſum male, quia ſi aſtringi non põt, pactũ nudũ fuiſſe pręſupponit, adbuc contra tex.Iõ cogitãdũ eſt, & dicẽdũ ut ſupra hoc idẽ uerũ eſſe in ſe, ſed nõ qđ ad tex.poſsit applicari. Finis.

Triphonius lib.viij. Diſputationum.

SI ID QVOD DOMINVS ſeruo debuit manumiſſo ſoluerit: quamuis exiſtimans ei aliqua teneri actione: tamen repetere non poterit: quia naturale agnouit debitum. Vt enim libertas naturali iure continetur: & dominatio ex gentium iure introducta eſt: ita debiti uel non debiti ratio in condictione naturaliter intelligenda eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod dominus ſolutum ſeruo repetat, quia nullo iure debitum erat, non ciuili, quando quidem tunc, eorum ſtatus anihilatus fuerit.l.ſeruitutem.l.quod attinet ff.de reg.iur.non etiam naturali quod à iure gentiũ proficiſcitur.l.cum amplius. §.is natura debet ff.de regu.iur. quia dicto iure rurſum anihilatio facta repetitur.d.l.quod attinet. l. manumiſsiones quoque.ff.de iuſti.& iu. Et ſic à partibus ſufficienter enumeratis.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.ergo ut indebite ſolutum, omnimodo repetetur.& facit etiàm quod habetur in l.placet.ff.de acqui. hære.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt (ut tex.met inquit) quia dominus ſoluens, naturale agnouit debitum, de quo alias in l. frater à fratre.& in l.naturaliter. ſupra eo.quod ſoluti repetitionem impedit.d.l.naturaliter.l. naturales.ff.de ac.& ob.& hoc eſt quod ſubiicit, qđ quamuis iure naturali ſit liber iure gentium uero ſeruus, attamen in condictione danda, uel non danda, ius naturale inſpicimus, id eſt hoc conſiderato an naturaliter teneatur.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quia iure gentium primæuo non fuit ſeruorũ ſtatus anihilatus, nimirum igitur ſi actiue & paſſiue in eum cadere potuit obligatio naturalis ſoluti (ut diximus) repetitionem impediens. c. ius naturale.j.d.l.j.ff.de pac.l.i.ff.de conſti. pecu. & ut per Bar.atq; alios hic fuſius. Nec ad idem facit regu.l.placet.ff.de acqui.hæ.quia in ciuili acquiſitione procedit, ut puta hæreditatis, non in ea quæ alias fit ſeu cauſatur in contractibus, & de qua plene in d.l.frater à fratre.ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum, ad multa & maxime quod non ab re cadit obligatio naturalis inter dominum & ſeruum, quia in eo eſt libertas naturalis.id eſt exercitiũ liberi arbitrii, & ſic actiue & paſsiue. l.iii.C.de hære.inſti.not.in d.l.manumiſsiones quoque.

Et quod etiam dominii capax eſt ſeruus, ſicuti obligationis naturalis, ſi tamen illud habeat à domino, uſque adeo ut non domino acquiratur, ſed ipſi ſic acquiſitum remaneat, de quo alias in

d.l.frater à fratre ſupra eodem.

Et quod ſi aliunde aliquid acquireret, quàm ab ipſo domino, tunc non ſibi acquireret, ſed illi ut inſti.per quas perſo.ius nob.acqui.& eſt declaratio ad.d.l.placet.ff.de acq.hær.

Et qđ uerba ſunt ſemper intelligenda ſecundum qualitatem perſonarum.l.plenum.§.equitij ff.de uſu & habit.tradit ad propoſitum Soci.in l. quibus diebus in §.dominus, in princ.ff.de cõd. & demonſt.

Et quod deniq; talia ſunt ſubiecta qualia prędicata demonſtrant, ut etiam dicitur in l. ſi defenſor in §.i.ff.de int.ac.idem Soci. in loco præallega.l.fi.§.cui dulcia.ff.de ui.tritico oleoq; lega.l.nam quod liquide.§.fi.ff.de penu.lega.Bald. conſi.cclxv.uol.i.& cõſi.ccx.uol.ij.& cõſ.ccccx. col.ij.eo.lib.& conſil.cxxj.in prin.uol.iij. Finis.

Papinianus lib.vij. Quæſtionum.

HAEC CONDICTIO EX bono & æquo introducta eſt: quia quod alterius apud alterum ſine cauſa deprehenditur reuocare conſueuit.

Dubitandi rationem faciebat,quod nõ ex bono & æquo condictio introducta ſit, quia alibi alimenta in uentrem erogata non repetuntur, quanquàm mulier ſine cauſa alita ſit. l. j.§.intereſſe.ff.ſi mul. uent. no. Et quia ſi ſic eſſet, non dixiſſet alibi lex rurſum, melius eſt non ſoluere quàm ſolutum repetere in l. iij.ff.de compenſat. gloſ.in l.iij.in §.ſed utrum.ff.de minorib.& in l. emptor.ff.de aqua plu.ar.

Contrarium tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſt, quia(ut ſignanter dicitur in l.nã hoc natura ſupra eo.)natura æquum eſt neminem cũ alterius detrimento locupletiorem fieri,& in l. iure naturæ. ff.de reg. iur.& in c. locupletari eo. in vj.& in l.ſi quis mancipijs in §.fi.ff.de inſtito. ac.quo fit ut ſi quid indebite ſolutum ſit,& ſine cauſa apud aliquem reperiatur,id per condictionem indebiti, & non ſine cauſa, ut ſic faciat ad titu.l.Imperatores.ff.de in di.ad.not.in c.ne innitaris de conſt.repetatur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia eo caſu ſpeciale eſt ut hic per gloſ. ex quo(adde tu)longe melius eſt ali non alendũ, quàm alendum fame necari.l.j.§.ſed ſi certum. l. iij.§.i.ff.de uent.in po.mittend.not.in d.§.intereſſe. Vel dicamus cum ſolutum in alimenta erogatum conſumptumq; ſit bona fide nec extet, qđ repeti non debet.Non ſecundum, quia & id uerum eſt quando ſoluitur ſcienter, & non per errorem. l. i. ſupra eod. & in diſcurſu titu. dictum fuit ſæpe.

Præſtat q; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod ex bono & ęquo à lege aliqua conceduntur, quæ non concederentur alias de rigore iuris ut etiam dicitur in l.in his.ff.de cõd. & de. & in l.ii.in §.aut quid.ff.ſi quis cau.& in l. conſenſu in fi.ff.de act.& obl.& in l.ſi ſeruum in §.ſequitur.ff.de uer.obl.& in l.eorum.ff.de dam. inf.& in l.ſi domus in §.in pecunia.ff.de leg. i.& in l.qui filium in fi.ff.de uia.teſta.& in l.ſi & me & titium.ff.ſi cer.pet.

Et quod perinde eſt ac ſi diceremus, æquitas poſſit,æquitas,ſiue æquitatis ratio ſuadet,ut dicitur in l.diuus.ff.de reſtit.in int.& in l.qui proprio in §.fin.ff.de procuratorib. & in l.fin.C.ad legem Fal.

Et quod quamuis ex ſolemnibus,nihil immutandum ſit,ubi æquitas tamen ſuadet ſubueniendum eſt. d. l. diuus de reſti.in int.l.& ſi nihil.ff. de regul.iur.

Et quod aliquid eſt bonum ſed non æquum & econtra aliquid æquum ſed non bonum,ut in l.i. ff.de uſucapi.& in l.hac lege.C.de pact.conuen. nimirum igitur ſi utrunque dicitur hic bonum ſcilicet & æquum, ſeu ex bono & æquo hanc cõdictionem introductum fuiſſe,ut l.i.ff.de iuſti.& iu.ibi ius eſt ars boni & æqui, & ut fuſius ſupra in iuribus præalleg.

Et quod denique ſic etiam prætor ex bono & æquo aſperitatem ſeu rigorem iuris ciuilis temperauit ut in §.quos autem.inſti.de bo.poſ.& de legi.agna.ſuc.in princi. Portius ad Tertulian. in prin.eo.lib. Finis.

ADDITIO.

Quod negotialis ſtatus huiuſmodi eſt, vt à iuriſdictionali differat, quia in illo quæritur an æquum & bonum appetendum ſit,ſine perſonarum complexu, in iſto uero de perſonis agitur, exempli gratia an diuitię ſuperbum hominem faciant,& an craſſus ob id (redde ſingula ſingulis) ſuperbierit. Fuſius lib. iii. cap. viii. Fab. orato. inſtitutio.

De condic.ſine cauſa.

Africanus lib.viij. quæſtionum.

NIHIL REFERT VTRVM ne ab initio ſine cauſa quod datum ſit: an cauſa propter quam quid datum fuit,ſecuta non ſit.

1. Dubitandi rationem faciebat, quod ſi datum ſit aliquid ob cauſam referat,quamquam cauſa ſecuta non fuerit,quia nõ eſt ex toto falſum quod primordio ueritatis iuuatur.l.cum filius.§.hęres. ff.de leg.ii.Anchà.in not.q.conſ.ccxlviii.col.iii. melius Pau.Caſt.conſ.xcii.col.ii.uol.i.& maxime ſi primordium concurrat cum natura rei ut inquit Bal.conſi.cccxiii.ad fi. uol. i.ſed cum ob cauſam datum ſit non debet poſſe condici licet cauſa.

cauſa ſecuta non fuerit. Imò quod datũ ſine cau-
ſa datum præſumitur animo donandi. l. campa-
nus.ff.de ope.lib.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de-
ciſionis eſt, quia ſoluens non habebat animũ ſol-
uendi niſi cum cauſa, quæ cum ſecuta non fuerit,
ſolutum indebite ſolutum uidetur, & ſine cã, &
nimirũ ſi repeti põt, argu. in l. ii. in §.circa.ff.de
excep.do.ſicuti (inquit tex.met) ſi ab initio datũ
ſolutumúe fuiſſet, ſine cã ſcilicet. & pcipue quia
non debet quis ex alieno lucrari dãno. l. cum hi.
§.ſi eidem.ad fi.ff. de tranſac. l. nam hoc natura.
ſupra de condi. indebi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non pri
mum, quia uerum eſt, ex quo finis, ſe compatitur
cum principio, & habet neceſſariam conſequen-
tiam ad illud, quo caſu ſufficit primordialis ueri-
tas. argu. in l. iii. in §.ſcio.ff.de mino. hic uero res
deuenit ad finem, qui ſe cõpati nõ uidetur cũ ip-
ſo principio, ea de re paria ſunt qđ ab initio non
fuerit uel ex poſt facto ad talem deuenerit finem
argu. in l exiſtimo. & in l. pluribus. in §. & ſi pla-
ceat.ff.de uer. ob. Non ſecundũ, quia in dubio
non eſt uerũ ut hic & in l. generaliter. ubi gl. cãm
C.de non nu.pec. & eſt (ut atteſtatur Iaſ. in l.i. in
prin. ſupra eo.) cõis opi. Nec facit quod dicitur
in l. campanus. præallega. quia ſpeciale eſt. dicto
caſu quando libertus promittit operas patrono,
ut liberalitas præſumatur, uſq; adeo ut ſic ſit in
contrarium iuris communis diſpoſitio. l. ius ſin-
gulare. l. quod uero cõtra.ff.de legi. l. cum de in-
debito.ff.de proba. tradit Bal. in l. iuriſgentiũ. in
§.ſi ob maleficium. lectu. j. col. ij.ff.de pac.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta, & maxime, quod ſi contractus traditione perfi
ciatur, deinde tradens repetat condictione ſine
cauſa, dicens contractum nullum, cã uenditionis
propter quã traditio fit ad non cãm reducta dice
tur, ut ẽt inquit Fely. in c. dilecti. col. iiii. ſignãter
per iſtũ tex. de excep. & per tex. in l.i. ſupra eo.

Et quod quando per condictionem non dici-
tur iniuſta ſententia (quando enim dicitur male
iudicatum alias, condictio ceſſat. l.i. C. de condi.
inde.) ſed quando cã ſnĩę deuenit ad nõ cauſam,
tunc hæc ſine cã datur, ut per Bar. in l. ſi fullo. per
illum tex. ſupra eo. Gui. pap. conſ. clxj. ad fi.

Et quod qui uenit contra trãſactionẽ, ſe ex ea
iuuare non põt ut ſolutum retineat, ex quo eoip-
ſo quod cõtrauenit, & obtinuit, cauſa reducitur
ad non cauſam, ut ẽt not. Soci. in l. eleganter. in
§.ſi quis poſt col. ii. ſupra titu. proxi.

Et quod quamquam ſolutum adhuc ex cauſa
trãſactiõis repeti nõ poſsit. l. in ſumma. eo. ti. põt
tñ ſi facta nõ fuit, uel ĩperfecta uel reſoluta, uel ſi
aliter inutilis fuiſſet, ut idẽ Soci. ait; ſtatim infe-
rẽdo id qđ hic dicitur in p̃alle. l. elegãter. in prin.

Et quod deniq; datum ob cauſam ẽt ſi ſit do-
natũ nõ ſecuta cã repetit. l.i. C. de dona. quæ ſub
mo. l. ariſto.ff.de dona. l. ea lege. C. de condic. ob
cau. Corn. conſ. lxiiii. col. ii. uol. ii. Finis.

ADDITIO.

Quod ſic ad propoſitũ qñ titulus redactus eſt
ad non titulum, pro nihilo reputatur, uſque adeo
ut caducus, ad præſcribendũ non ſit utilis. l. quẽ-
admodum. C. de agric. & cenſi. lib. xj. c. dudum. de
deci. & quia quotienſcunque cauſa rediit ad non
cauſam, perinde eſt ac ſi actus factus non fuiſſet
ut inquit etiam Alexan. conſ. ccvj. col. j. vol. vj. &
Gomes olim Collega in regu. Can. de trien. poſ-
ſeſſo. q. xviij. nu. 2. Nonnihil ad materiam quoq;
Pau. Caſt. conſ. ccclxxiij. in prin. uol. ii. & Bald. in
l. cum mulier. col. x.ff. ſol. ma.

De condict. furti.

Vlpianus lib. vj. ad Sabinum.

IN FVRTIVA RE SOLI DO-
mino condictio competit.

Dubitãdi rationem faciebat, quod
ẽt alii quã dño detur condictio furti
ua, quia vr̃ tex. in l. ſed nec legatarius. infra eo. ubi
cõdictio furtiua nõ ſolũ domino, uerum hæredi
quoq;, qui tamẽ non erat dñs furti facti tpe cõpe-
tit. & in l. interdũ. in §. qui tutelã.ff.de fur. ubi tu
tores & curatores condictione furtiua agunt, &
tamen non ſunt domini. Nec ſecus in l. & ideo.
in §. Neratius. infra eo. ubi Neratius ait eum cui
res pignori data eſt, condictione acturum, ſi ſur-
ripiatur, & tamen ille non erat dominus.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio de-
ciſionis eſt, quia nemo rem ſuam preterquã à fu-
re cõdicit. l. ſi.ff. uſuf. quẽadmo. caue. l. j. §. fin. in-
fra de tritica. §. ſic itaque. inſti. de actio. Bar. in l.
ſcire debemus. in §. ſi à fure. in prin.ff. de uer. ob.
Bal in l. falſus. col. iiii. C. de fur.

Ad oppoſita rñdetur parũ obſtare, nõ primũ,
quia imò dicto caſu uere eſt dominus. l. hæredi-
tas.ff.de reg. iu. quãquã non eſſet tpe furti facti.
Non ſcđm, quia licet domini nõ ſint pariter ſunt
tñ quaſi domini ut ibi & in l. qui fundum. in §. ſi
tútor.ff. pro empto. Non tertium denique, & ul-
timum, quia de condictione incerti loquitur (ut
inquit glo. & bene) non autem de furtiua.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta, & maxime quod certi condictio non datur re-
gulariter ad id quod meum eſt ut tradit Bar. in l.
certi condictio. nu. 18.ff. ſi cer. peta.

Et quod domini appellatione debet intelligi
proprie, iure ſcilicet pleni dominij. l. l. §. qui in
perpetuum.ff. ſi ager uecti. quia ſi foret res ſua iu
re utilis tantum ſecus. l. i. C. de dona. quę ſub mo.
l. j.ff. de dona. titu. generali. Bar. in d. l. certi con-
dictio. nume. 39.

Et quod actio perſonalis ratione ſupra dicta,
& de qua in d. l. ſi.ff. uſuf. quemadmo. caue. non
competit domino, ut ẽt dicit Corn. conſ. ccviij.
nu. 2. uol. j. nec aliud eſt condictio quàm perſo-
nalis actio, ut in §. appellamus. inſti. de actio.

Et quod cōdictio indebiti prȩſupponit dominli tranſlationem, eadem ratione adhuc quia ſcilicet nemo condicit rem ſuam præterquá à fure, ut idem Corn. declarat conſ.cclxiij.ad fi. uol.iii.

Et qnod denique ſi tibi trado rem ob cauſam de futnro interim dominium tráſfertur, & cauſa non ſecuta condicitur, non alia ratione niſi ut ſupra, & ut idem Corn. etiam dicit conſ.lxxiiij.nume.5.uolu.iiij. Finis.

ADDITIO.

Quod quáuis res ſua condici nō poſsit ab alio quá à fure.d.l.fi.uſuf.quēadmo.caue.d.§.ſic itaq; inſti.de actio.& ut ſupra latius & ſic proprietas, condicitur tamē poſſeſsio, ita Bar.in l.ex empto. in d §.is qui uina.ff.de actio.emp.

Et quod actio ad impoſsibile datur odio furis, quod tamē quo modo intelligatur, quia nō eſt regulariter uerum declarat Iaſ.in d.§.ſic itaq;. nume.33.inſti.de actio.

Pompouius lib.xvj.ad Sabinum.

CONDICTIONE EX CAVſa furtiua & furioſi & infantes obligantur, cum hæredes neceſſarij extiterint: quanuis cum eis agi non poſsit.

Dubitandi rationem faciebat quod infantes & furioſi, nō obligentur, ex cā furtiua, quia vr̄ caſus in l.quod infans.ſupra de rei nendi.ubi impinitū eſt quod infans uel furioſus pdidit aut corrupit, & maxime ēt quia delicta debēt tenere ſuos auctores uulgata. l.ſancimus.C.de pœn. & quia infantem tuetur innocentia conſilii. Furioſnm uero infœlicitas fati.l.infans.ff. ad legem Corn. de ſica.& facit etiam tex. in l. nam nec emancipatus. ff. de lega. i.ubi habet quoque beneficium abſtinendi, nec teneatur. Et quia rurſum actio ex delicto deſcendens non tranſit ad hæredes. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Et quia ultimo loco ſi ex perſona ſua non tenetur, multo minus teneri debet ex aliena.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia condictio furtiua eſt rei perſecutoria, obligatq; hæredem ſunm & neceſſariū ipſo iure quáquá infantē uel furioſum, licet cum eis (ut inquit tex.) agi non poſsit.l.pro fure.§.fi. infra eo.not.in l.i.C.ex del. def. & quia non debet locupletari cum aliena iactura.l.nam hoc natura.ſupra de condi. inde.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere nō primū, & ſecundū, quia eſto quod non obligētur ex proprio facto, obligantur tñ ut hæredes.l.impuberē.& ſeq.ff.de fur.uel & clarius dicamus quod in delictis ex re deſcendētibus obligátur, in aliis aūt nō, & ita loquátur cōtraria, & habetur in l.furioſus.ff.de ac.& ob. Nō tertiū, quia uerū eſt de iure prætorio.§.ſed his permittit prætor.inſti.de hæ.quali.& diff.ſed nō de rigore iuris ciuilis argu.in §.quos aūt.de bo.poſ.co.lib.uel & aliter ut infra: Non ob.quartū, quia licet ex delicto deſcēdat, ciuiliter tñ agitur, quia (ut dixi) eſt rei perſecutoria, præalle.l.ſi pro fure.§.fi.infra eo. Nō ultimū deniq;, quia imò ex ſupra dictis, ex aliena tenetur, licet non ex ſua, & argu. retorquebitur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſtāt iſta ſimul, quod cum aliquo agi non poſsit, & nihilominus is teneatur, & nimirum in caſu præſenti, quia hæres repreſentat perſoná defuncti.§.i.iu auth.de iureiu.à mo.prȩſti.ſed ſi defunctus uiueret teneretur utique ergo & hæres, quamquam infans uel furioſus.

Et quod cū infante uel furioſo agi nō pōt, quia quid uideant, uel agant, neſciunt, & ignorant penitus, ille ratione ætatis.l.i.C.de fal. mo. iſte furoris.l.diuus.ff.de offi.præſi.l.furioſi.ff. de regu. iur.l.ii.§.fi.ff.de in.codicillo.

Et quod quáuis cū infante uel furioſo agi non poſsit, agitur tñ cū tutore & curatore ipſorū, hoc caſu, & ut hic not.& habetur in l.Licinius.in §.fi. ff.de leg.ii.& in l.fi.in §.tali.C.de cura. fu.

Et quod dicta in infante, locū habent ēt in furioſo, & ē contra, quáquá hic expreſſe ſit facta æquiparatio, gratia dubitationis tollēdȩ.l.quȩ dubitationis tollēdæ gr̄a.ff.de reg.iur.tradit ad propoſitū.Spe.in tit.de j.& ij.decreto.in §.iiii. uerſi. ſed pone.ſed nō ſemp.ut p Bal.ī l.iii.C.qui adm.

Et quod denique filius ſuus & neceſſarius, de iure antiquo, eſt legitimus hæres, nec talis eſſe deſinit, licet prætor det ſibi beneficium abſtinendi, ita Bar.in auth.matri & auiæ.col.iii. C. quando mu.tute.offi.funga. Finis.

Paulus lib.xviij.ad Sabinum.

SI CONDICATVR SERuus ex cauſa furtiua: id venire in cōdictione certum eſt, quod interſit agētis: veluti ſi hæres ſit inſtitutus & periculū ſubeat dominus hȩreditatis perdendæ quod & Iul. ſcribit. Idem ſi mortuum hoīem cōdicat: conſecuturum ait pretiū hæreditatis.

Dubitandi rationem faciebat tex. quod in lucro non conſideretur intereſſe in l. ii. in §. portio. ff. ad legem Rhod. de iac.ibi, quoniam detrimenti non lucri ratio habenda eſt. & maxime cum agatur propter non factum, ex quo ſcilicet ſeruus non reſtituitur, uſque adeo adhuc ut intereſſe extra rem uenire non uideatur.l.ſi ſterilis.§.cum per uenditorem.ff.de ac.emp.

Contrarium tamen hic deciditur, qđ imò habeatur rō intereſſe conſiſtentis in lucro, ſi ſeruus inſtitutus ſit hæres, nec potuerit hæreditatem adire iuſſu domini, uel mortuus homo condicatur,

cauſur pretium ſerui & hæreditatis, conſequatur agens, & ratio deciſionis eſt, furis odium, qui ſemper moram facere uidetur. l. in re furtiua. ad fi. l. fi. infra eo. arg. in l. inde Neratius. ff. ad leg. Aqui.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia ibi ius cõmune eſt, hic ſpãle, rõne prædicta, uel dicamus quod hic rurſum intereſſe ſit certum, ibi incertum. Non ſecundũ quia dicemus quod ſit circa rẽ, & nõ extra, ex quo ad quẽcũq; res ipſa ideſt ſeruus pueniat, is ſemp tenebitur ad intereſſe. uel qđ nõ agat cõtra furẽ ad intereſſe, quia nõ fecit, ideſt quia non reſtituit, ſed quia male fecit ſubtrahẽdo, idcirco uenit intereſſe extra rem, & ſic non ob. & ut per Albe. latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod odio furis exorbitant regulæ iuris, & hic uidemus, quod nemo rem ſuam condicere põt præterquã a fure ut dictũ eſt ſupra in l. j. eo. titu. & ad idẽ dicit Bar. in l. ſi quis nec cauſam. in §. j. ff. ſi cer. pet. quod contra furem degenerant omnes actiones. late Iaſ. in l. ſcire debemus. in §. ſi à fure. ff. de uer. ob. & quod licet alias ſit regulare, tacentẽ cõſentire ut in c. qui tacet. de reg. iur. in vj. fallit tñ odio furis. l. qui uas. §. uetare. ff. de fur. Et quod hac de cã eſt etiam æſtimatio rei in obligatione, ut in d. l. in re furtiua. infra eo. glo. pe. ad fi. in l. minum. ff. ſi cer. peta.

Et quod cum fur ſemper ſit in mora, non deberet poſſe purgari, iuxta no. in l. magnã. C. de cõtr. & com. ſtip. & in l. ſi inſulam. ff. de uerb. obli. tamen ſciendum eſt purgari poſſe, oblatione rei & nouatione, quę materia tamen difficilis eſt ut inquit Bar. in l. parui. infra eo. multa Bal. in l. ſubtracto. in prin. C. de fur.

Et quod dictio, ſiue aduerbiũ ueluti, ſui natura eſt exẽplificatiuũ, ut ẽt habetur in l. ueluti. ff. de iuſt. & iu. & in l. quędã mulier. ff. de rei uẽ. & in l. j. ff. de offi. eius. Bertran. conſ. ccviij. nu. 18. uol. ij.

Et quod intereſſe extra rem conſiderari nõ debet, ut in d. §. cum per uenditorem. Bal. nouiſſime in l. cum allegas. col. fi. C. de uſur.

Et quod denique uerba ſunt ſemper intelligenda ſecundum ſubiectam materiam ſicq; ſermones examinandi. l. ſi uno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſu. hoc eſt de intereſſe circa rem ſeu in rem, ex quo de ſeruo hic agebatur mortuo, uel de hæreditate non adita, quia ſi de pecunia alias, in ea nõ cadit intereſſe niſi extra rem ut pulchre per Bal. in loco prææallega. Finis.

Vlpianus lib. xx. ad Sabinum.

SI SERVVS VEL FILIVSfa. furtum commiſerit: condicendum eſt à domino id quod ad eum peruenit. In reſiduũ noxæ ſeruum dominus dedere poteſt.

Dubitandi rationem faciebãt plura, quod dominus non teneatur ex perſona ſerui, & primo tex. infra in l. ſeq. ubi nunquã hac cõdictione tenetur alius, quã qui furtũ fecit, aut hæres eius, ergo cõtra dominũ uel patrẽ cõſequẽter hic agi nõ poterit, ſi ſeruus uel filius furtũ cõmittat. ſecũdo, ad idẽ facit trita regula, qđ delicta debent tenere ſuos autores. l. ſancimus. C. de pœn. puniẽdaq; aĩa id eſt aĩatũ corpus, qđ peccauit, ut legitur Ezech. c. xviij. Vltimo, quia omnis condictio eſt perſonalis. l. certi condictio. ff. ſi cer. pe. §. appellamus. inſti. de act. ergo nec dabitur in patrẽ uel dominũ.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia huiuſmodi actio datur inquãtũ quis factus eſt locupletior, uſq; adeo ut nõ ab re hic dicatur, in dominũ uel patrẽ dandã, quatenus ad eos peruenit, quia iniquum foret eos ex furto ſerui uel filii impune locupletari. l. licet. §. ex furtiua. ff. de pecu. ſubiicit tamen text. quod in reſiduum noxę ſeruum dominus dabit, & non filium (ſubaudi in) ratione optima quæ ponitur in §. fi. inſti. de noxa.

Sed dubium faciebat adhuc, quia dicta in præcedentibus & coniunctum, ac in quærendo, cenſentur repetita quoq; in ſequẽtibus & quidem in reſpondendo. l. j. C. de diuer. reſcrip. argumentũ in l. Titia. in §. idem reſpondit. ff. de uerbo. obli. Niſi ſuſdeamus & uerum eſt id procedere qñ in ſequentibus cadit repetitio, ſed hic non cadit præallega. l. fin. ergo. uel & aliter quod ubi ſequentia ſunt determinato modo prolata, ut hic in ſeruo, tunc non cadit in eis repetitio ſequentium.

Modo ad oppoſita reſpondetur, uera oĩa eſſe (ad idẽ enim tendunt) quãdo ad dominũ uel patrẽ nihil peruenisset, ſed hic tenentur tantum quatenus ad eos peruenit, huiuſmodiq; eſt actionis natura ut declaratum fuit ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod licet æquiparatio filiifamilias & ſerui communiter procedat deque uno ad alium arguatur. §. idem iuris. inſt. de ſtipu. ſeruo. hoc idem tamen non ſemper eſt uerum ut hic quia ſeruus põt dari pro noxa filius uero non. d. §. fi. inſti. de noxa. adde quod ille in totũ acquirit dño iſte pro parte ut inſti. per quas perſo. nob. acqui. in prin. & in l. placet. ff. de acqui. hær. Filius inuitũ ſum adire hæreditatẽ nõ cõpellitur. l. renitẽte. C. de iu. del. ſeruus aũt ſic. l. cũ aliquis. C. eo. in filio ius cadit excipiẽdi, ſed non tñ in ſeruo, l. & hæredi. & ibi Bal. in prin. ff. de pac. Filius fideiubendo patrem obligat de peculio, ſeruus non. l. iii. §. ſed ſi filius. ff. de pecu. l. nulla. ubi ẽt Ange. C. quod cũ eo. pluraq; ſunt huiuſmodi nõ referẽda aliter.

Et quod plerunq; ſubauditione iuuãda eſt uitandæ abſurditatis gratia, ut ẽt habetur in l. l. ff. de teſta. & in l. oratio. de ſpon. nanque de ſeruo & filio mentio facta eſt, poſtea de ſeruo tantum quod poſſit dari pro noxa; ſed non tamen filius ſupplendum eſt, ut ſupra. & in d. §. fi. inſt. de nox.

Et quod incluſio unius eſt excluſio alterius quando incluſi & excluſi maxime, eadem ratio

non eſt, ut in l. cum prætor. & ibi nota. ff. de iudi. namque (ut dictum eſt) includendo hoc quod ſeruus pro noxa dari poteſt, excludit quod non tamen poſsit filius.

Et quod una lex aliam declarat, ſi dubia ſit. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. exempli gratia iſtam, quod legitur in d. §. fi. inſtitu. de noxa. ad quod facit etiam not. tex. in c. ſuper quæſtionum. in princi. ibi ſed illa per iſtam exponitur, de offi. dele.

Et quod denique dominus, dando ſeruum pro noxa litis æſtimationem euitat, ut dicitur in l. j. in fin. ff. de noxal. & inſtitu. de offi. iudi. in princi. & not. in l. miles. in §. j. ff. de re iudi. Finis.

Paulus lib. xviij. ad Sabinum.

EX CAVSA FVRTIVA FIlioſa. condici poteſt. nunquam enim ea condictione alius quam qui furtum fecit tenetur aut hæres eius.

Dubitandi rationem faciebat, quod pater teneatur condictione furtiua, ſi filiusfa. furtum cõmittat, quia uidetur caſus clarus in l. præcedenti, ubi datur actio in patrem uel dominum, ſi filius uel ſeruus furtum committat, & non ab re forte propter patriam ſiue dominicam poteſtatem.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ut ipſe met tex. dicit, quia hæc condictio regulariter non datur neq; competit niſi cõtra eũ qui furtũ fecit, uel eius hæredem. & idem in l. ſed nec legatarius. infra eo. & bene l. ſancimus. C. de pœn. l. i. C. ex delic. defuncto. §. i. in auth. de iureiu. a mo. præſti.

Ad oppoſita reſpõdetur procedere & uera fore, quãdo ad patrem, uel dominum aliquid perueniſſet, & facti fuiſſent locupletiores. l. licet. §. ex furtiua. ff. de pecu. ergo non aliter ut hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maxime qđ nõ debet quis teneri ex delicto alterius, et ſi ſit pater uel dominus ut per Bar. et multa in auth. ut oẽs obed. iudicib. prouin. col. ii.

Et quod publicatis bonis patria propter delictum non erit publicatum peculium profectitiũ, quoniam priuaretur filius adminiſtratione, quæ priuatio pœna eſt. l. teſtamento Centurio. ff. de manumiſ. teſta. nemo autem ex delicto alterius debet puniri, ut hic, & ut in l. frater a frate. not. ff. de condi. inde. ergo.

Et qđ ſi ſeruus meus me ignorãte fecerit quominus tu in iudicio ſiſtas, me doli mali exceptio ne nõ poteris repellere a petitione pœnę uel intereſſe, quoniã nõ deliqui, uerũ tamẽ noxali actione cõuentus tibi ſeruũ pro noxa tradere tenebor casus eſt not. in l. ii. ff. de eo per quem factũ erit.

Et quod adeo uerum eſt ut geſta ad ſuos reſtringantur authores, ut hinc dicamus etiã quod ſententia lata contra unũ non præiudicet alteri. l. ſæpe. & ibi Alex. col. iiij. ff. de re iudica.

Et quod denią; in cauſis criminalibus nõ dãtur defenſiones per procuratorẽ. l. ſeruũ quoq;. §. publice. ff. de procu. l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iu. quia procurator damnari non poſſet ex quo non deliquit, ut not. in d. §. ad crimen. Finis.

Vlpianus lib. xiij. ad edictum.

PROINDE ET SI OPE ET cõſilio alicuius furtũ factum ſit: condictione non tenebitur: & ſi furti teneatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod cõdictione teneatur is cuius conſilio uel ope furtum factum ſit, quia uidetur caſus in l. ſæpe. ad fin. ff. de uer. ſig. & in l. peculium. in §. ſi opem. ff. de pecu. ubi ad literam ita dicitur, quod ſcilicet is qui tulit opem, & cuius cõſilio furtum commiſſum eſt, condictione tenetur, quo caſu non eſt dubitandum, quia cum in uerbis non eſt difficultas nõ eſt admittenda uoluntatis quęſtio. l. ille aut ille, §. cũ in uerbis. ff. de lega. iij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia opem ferens, ſiue conſulẽs non eſt proprie fur, hac condictione aũt tenetur qui furtum fecit & non alius ut proxime dicitur ergo.

Ad oppoſita rñdetur, quod iſta per illas corrigatur leges. ſol. ſane nõ tuta i dubio, uulga. l. j. C. de inof. dot. c. cũ expediat. de ele. in vj. Igitur dici põt & melius, quod de certi condictione gñali loquãtur nõ de cõdictione furtiua. adhuc fallax; & directo cõtra d. iura. Vnde uera eſt rñſio qđ detur in ſubſidiũ qñ fur nõ eſt ſoluendo, uel qđ nõ teneatur ut hic. niſi quatenus res ad ipſum pueniſſet, quo caſu cõtraria loqui uñr, & ut in gl. latius.

Subucit tamen text. quod tenetur furti, & nimirum quia ſicuti nemo furtum facit ſine dolo malo, pari modo conſilium uel opem nemo abſque dolo ferre poteſt. l. in furti. §. recte. ff. de fur. & idem quod hic habetur etiam in l. is qui opem. ff. eo. & eſt argumentum in c. j. de offi. dele.

Dubium tamẽ faciebat adhuc, cur neq; condictio furtiua det domino cum ſit illa magis odioſa, quia pœnalis. Sol. nõ datur quia eſt contra ius qđ detur & cõtra naturã cõdictiõis, & ſic reſtringẽda, ne alius teneatur, quã qui furtũ fecit. l. fi. ff. uſuf. queadmo. caue. l. ex cauſa. quæ eſt proxima. ſupra & not. in l. ſed nec legatarius. infra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod non ſemper ſit uera regula illa quod pluris eſt utique tanti eſt: l. cum furti. ff. de in litem iuran. quia (ut diximus) is cuius ope & conſilio furtum factum eſt, tenetur furti & tamen non tenetur condictione furtiua. Et nimirum quia tanti & pluris non eadem eſt ratio, ſed diuerſa, quæ dicta

regulan-

regulantur, ut ſupra, & ut in ſimili inquit Bal. in l. conuenticulam. col. v. C. de epi. & cle.

Et quod in criminalibus (exempli gratia in furto ut hic) criminaliter procedi poteſt, & ciuiliter . c. tuæ . de procu. Bar. in l. infamem. nume. 4. de pub. iud. primo caſu datur actio furti; ſecundo condictio furtiua, illa infamiam irrogat, iſta non de iure, l. j. ff. de his qui not. infa. l. ceſſat. ff. de actio. & obli.

Et quod cui non conueniunt uerba legis, nec eidem conuenit lex . l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infect. l. ita autem . in prin. ff. de admini. tuto. c. indemnitatibus . §. ſed cum eas . de electio. in vj. plene Alexan. conſi. xlviij. col. ii. uol. iiii. quia hac condictione tenetur fur, qui conſulit & auxiliatur non eſt fur, ergo (ut dixi) nec ipſa condictione tenebitur.

Et quod una eademque res, quandoque diuerſo iure cenſetur, contra regulam. l. cum qui ædes. ff. de uſucap. diuerſis reſpectibus tamen, namq; (ut dixi) tenetur conſulens & opem præſtans furti, & nihilominus condictione furtiua conueniri non poteſt, & eſt ſimile in c. j. ubi glo. lvii. d. multa Areti. conſi. clv. col. iiij. Bal. in c. dudum . ii. col. ii, de elect. Floria. in l. binas . ff. de ſer. urba. prædio. & in l. ſicut. in §. ſed ſi quæratur . In prin. ff. ſi ſer. uendi. & in l. ſi ſeruus. ff. de noxal. & hæc ultra dicta alias aliis in locis.

Et quod denique non ſemper uerum id uulgatum de quo in §. eſt aliud . inſti. de dona. quod nomina debent eſſe conſona rebus, quia is cuius ope & conſilio furtum factum eſt, non eſt fur & tamen tenetur furti. quod intellige non manifeſti ut in l. is qui opem. ff. de fur. & declara non ſolum ope & conſilio factum id, ſi ea ratione præſtitum fuerit ut ſocii furarētur, uerum etiam inimicitiarum cauſa, ut pulchrè docet Iuriſcon. in l. in furti. in §. ope. ff. eo. Finis.

ADDITIO.

Quod ferre opem quis dicitur tribus modis primo à remotis, puta quia commodauerit ſcalas. Secundo quando ſtetit armatus, furem tamen ſequi noluit. Tertio quando tulit opem ſubſtantialem ſurripiendo pariter, primiſq; duobus caſibus non tenentur ut fures, ultimo uero ſic, ut per Bal. conſ. cccexcij. uol. j. licet non in furto loquatur ſed in homicidio, ſed eadem eſt determinatio in utroque caſu, conferuntq; ad dicta in c. ſicut dignum. de homici. & in l. item mela. in §. ſi plures. ff. ad leg. Aquil. dicitq; poſſet hoc ultimo caſu, opem ferentem ſubſtantialem, quia furtum committit non modo furti uerum etiam condictione furtiua poſſe conueniri. cogita.

Et quod opem ferre dicimus, conſilium uero dari ut inquit Valla elegan. iii. c. lxvj. ex Tullio Sal. Sene. Plau. & aliis, dic tu ex uerbis Iuriſcon. colligi, in l. in furti. in §. recte. ff. de fur.

Vlpianus lib. x. ad edictum.

IN CONDICTIONE EX cauſa furtiua non pro parte quæ peruenit: ſed inſolidum tenemur, dum ſoli hæredes ſumus pro parte autem hæres pro ea parte, pro qua hæres eſt tenetur.

Dubitandi rationem faciebat in prima parte, inque eo quod dicitur, hæredem inſolidum teneri, non pro parte quę ad eũ peruenit, ſi ſolus ſit hæres, quia iniquũ quodammodo uidebatur, ſi pars ſolum ad eum peruenit, quod in ſolidũ teneatur, argu. in l. ſancimus. C. de pœn. & in c. ſicut dignum. de homici. melius quàm alibi in c. non afferamus. xxiiij. q. j. & in terminis, quod detur inquantũ ad eũ peruenit, uidetur caſus in l. furti. C. de fur. & i l. j. ff. de priu. del. & in l. j. C. ex del. def.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt forte propter frequentiam furum ſeu furtorum argu. in l. aut facta. in §. fin. ff. de pœn. uel & melius quia condictio furtiua eſt rei perſecutoria quæ non infamat, uſque adeo ut hæres teneatur, etiam ſi nihil ad eum peruenerit . l. ſi pro fure. §. fi. ſupra eo. l. ceſſat. ff. de actio. & ob. Aret. in §. nõ aũt omnis nu. 5. inſt. de perpe. & tẽp. ac.

Ad oppoſita reſpondetur uera non eſſe, non primum, quia imò æquum eſt ratione ſupradicta, et ſi nihil ad eũ perueniſſet (ut dixi) & not. in d. l. furti. Nõ ſecũdũ, quia procedit in actionibus ex maleficio deſcẽdẽtibus & cũ diſtinctione ut in d. l. i. & per gl. in d. l. furti. nõ in cõdictione furtiua, quæ oritur ex uariis cãrũ figuris. & ita gl. declarat in d. l. j. ſignãter per tex. iſtũ & per tex. in d. l. ſi pro fure. & male, quia imò ipſa quoq; eſt ex maleficio. l. ſi ambo. §. quotiens. ff. de compenſa. uerũ eſt tamen qđ tanquã extraordinaria naturam actionũ ex maleficio non ſequitur rõne prędicta.

Dubium faciebat quoad id quoque quod dicitur ſecũdo loco, quod ſi plures ſint hæredes, pro ea parte pro qua quis hęres eſt tenetur, quia urgere uidetur tex. in l. iii. in §. hæres. ff. cõmo. ubi hæres eius. qui cõmodatũ accepit non pro parte hæreditaria cõdẽnãdus eſt, ſed inſolidũ quaſi (ut in quit tex.) hoc boni iudicis arbitrio conuenitur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia condictio furtiua diuidua eſt, neq; conuenit quod unus inſolidum teneatur ſi in vnũ quemque tranſiuit hæredem, niſi res poſſit reſtitui, & apud unum tantum ſit, quia tunc ſecus . l. ſi duo . l. in depoſiti . ff. depoſi. ibi meritoque æſtimatio refertur ad dolum, quem inſolidum ipſe hæres admiſit.

Ad oppoſitũ reſpondetur id uerũ eſſe & procedere in obligatione indiuidua rei reſtituendæ ut per Cy. in l. pro hæreditariis. C. de hęr. ac. Bar. in l. ij. in §. Cato. in prin. ff. de uerb. ob. nos autem (ut diximus) in diuidua loquimur, ſatiſq; ẽ aduerſus

ſus tenentem rem habere rei uendicationem ergo,& ut etiam per Fulg.latius.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod hęres fingatur eadem perſona cum defuncto uulgataq́; regula eſt, poſita in §.j. in auth.de iureiu.à mo.præſtito. ne obligationes pereant,quoniam fundatę in perſonam defuncti, nõ tranſibant in hæredẽ, ex quo accidentia non migrant de ſubiecto in ſubiectum ut pulchre declarat Portius inſti.de aucto.tu. in prin. col. iii.

Et quod hæres(ferè idẽ eſt)repreſentat defuncti perſonã,non modo in iure actiuo,uerũ ẽt paſſiuo ut hic, formato in ipſius defuncti perſona, quodque ad eundem hęredem transfunditur.l.cũ a matre.C.de rei uendi.l.j.& ij. C. de hæred. ac. Aret.conſ.cxxii.col.ii.

Et qđ pro ea parte ꝓ qua quis eſt hæres,pſonã defuncti repreſentat, pro alia uero parte reputat extraneus, ut ꝑ Bar.in l.ii.in §. itẽ ſi in facto. col.i.ff.de uer.ob.& in l.ii.in §.Cato.col.fi.ff.eo.

Et quod non inconueniat defunctum in pluribus repreſentari perſonis,ſecundum Bar. & glo. prius in l.ij.in §.fi.ff.de præto.ſtipu.pulchre Deci.in l.j.lec.ij.nu.16.C. quando non pet. par.

Et quod denique conueniens eſt, ſi quis hæres eſt,ut ad onera etiam hæreditaria teneatur, ſi ſolus inſolidum,ſi plures uero pro parte.l. pro hæreditariis.C.de hære.ac.Bar.in l. prætoria, in §. ſed ſi unus.in prin.ff.de præto.ſtip.eſtq́; argu.in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.& in l. unica, in §.pro ſecundo.ibi neque enim ferendus eſt.C. de cad.tol. Finis.

Paulus lib.xx. ad edictum.

EX ARGENTO SVRREPTO pocula facta condici poſſe Fulcinius ait.ergo in condictione poculorum etiam celaturæ ęſtimatio fit quæ impenſa furis facta eſt. quemadmodũ ſi infans ſurreptus adoleuit æſtimatio fit adoleſcentis quanuis cura & ſumptibus furis creuerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod pocula facta non ueniant,neque celaturæ æſtimatio,quia uidentur res diuerſæ conſiſtentes in materia & forma, & ab ipſa materia ſimplici differentes, uſque adeo ut nec uideantur poſſe condici, impenſis furis facta. Et maxime quia forma dat eſſe rei eaque mutata ſubſtantia perit.l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib. argumentum. in §. cum ex aliena.inſti.de re.di.& uidetur caſus in l. domum.ff.de rei uẽdi.ubi malefidei poſſeſſor neceſſarios ſumptus in domo factos retinet, ergo & hic fur pocula & celaturas ſaltẽ ſiue ipſius ęſtimationẽ.Et quia dñs deniq; nõ debet cũ iactura furis locupletari.l.nã hoc natura.ſupra de cõd.ind.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia cũ ſurripiens ſit in mala fide, hæc omnia donare uidetur, corpori cohærentia, ita ut tempus etiam ſpectandum ſit,quo res unquam plurimi fuit.l.ſi mulier.§.rerum.l.pe.ff.de ac. re. amo. l. ſi quis uxori. §. maſſam. ff.de fur.l.in re furtiua. §. j. ſupra eod. quemadmodum ſi infans ſurreptus adoleuit &c. ut in tex. ſubiicitur, & in l.j.C.de infan.expo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primũ,quia licet res diuerſæ uideantur cõdicuntur tamẽ,ex quo ſunt illius cuius erat materia,& quia ad eã ẽt reduci poſſunt.l.adeo.§.cũ quis.ff.de acqui.re.do.l.quęſitũ.§.illud fortaſſis.ff. de leg.iij. & ſic qđ de forma dicebatur ẽt ceſſat. Nõ tertiũ, quia ibi nõ erat in mala fide qui ĩ alieno ſolo ędificarat,ut hic fur.Nõ quartũ,quia ſpãle eſt in iure ut ibi not.vel & aliter ut per glo.in d.l.j. C. de infan.expo.quod aliud eſt in expẽſis factis in domo,aliud in his quæ abradi nõ poſſunt, tñ prima melior eſt ſolutio & tutior. Ex quibus ultimum quoq; ſublatũ manet odio furis,& quia(ut diximus) ratione malæfidei oĩa donata pręſumuntur.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentũ ad multa & maxime quod in cõdictione furtiua, actor quã quã dominus ſit, poteſt petere odio furis,nõ modo,rẽ ſibi reſtitui ſuã,ſed ẽt dari ut hic not.Iacobut.& Alb.& Bar.ĩ l.& iõ.ĩ §.Neratius.ſupra eo.

Et quod de cõnexis(ut uulgo ẽt dici ſolet)idẽ eſt iudicium ſimile in l. quæ religioſis., ff. de rei uen.plene not.in c.tranſlato.de conſti.

Et ſic quod in condictione non modo materia uenit,ſed ẽt forma celaturæ poculorum. l. ſi quis uxori.§.ſi quis maſſam.ff. de fur.

Et qđ in actione rerũ amotarũ creſcit æſtimatio ut hic,ex quo ea actio ẽt cõdictio eſt.l.pe.l.rerũ amotarũ actio parua.ff.de actio.rer.amo.

Et qđ eſto qđ nõ p̃ſumatur quis uelle iactare ſuũ.l.cũ de indebito.ff.de proba. iactat tamẽ hic fur,ſi celaturæ poculorũ fiant ipſius impenſis.

Et qđ deniq; dictio quemadmodũ,eſt ſimilitudinaria,ut ẽt in l.quẽadmodum.C.de agri. & cenſi.lib.x.& in l.ſi familia.ff.de iu.om.iu.ex quo aſſumptũ.de poculis ex argẽto ſurrepto, & celaturis impẽſis furis factis, per ſimile infantis ſurrepti pariter,qui cura et ſumptibus furis rurſum creuit egregie probat I.Conſ. eſtque ſimilitudo rei animatę ad inanimatã,tolerabile,quia non oportet qđ per omnia ſit & in omnibus.l.fi.ibi nõ abſimilis ſit in hac parte.C.de temp.in int.reſt.peten.ex quo Chriſtus etiam corpus ſuum, tẽplum appellauit Io.ij.dicens, ſoluite templum hoc,& tribus diebus ædifficabo illud, nec tamen eſt in omnibus æquiparatio,vt eſſet inanimatum, quẽadmodum dicebat Apollinaris hæreticus, alias caro Chriſti fuiſſet lignum & lapis,ex quibus extructum eſt,& male,iuxta illud.anima mea turbata eſt ualde.Poteſtatem habeo ponendi animam meam.In manus tuas Domine cõmendo ſpiritũ meum.& ſimile quiddam. Finis.

Celſus lib.xij.Digeſtorum.

QVOD AB ALIO SERVVS ſurripuit eius nomine liber factus furti tenebitur. Condici autem ei non poteſt: niſi liber cõtractauerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſeruus liber factus furti non teneatur, quia manumiſſus liber homo cenſetur.l.homo liber.ff.de ſta.ho.l.liber homo.ff.de uer.obl.imò quod libertas quę res eſt ineſtimabilis.l.libertas.ff.de reg.iur.Furti actionem tollere uidetur,eaq; omnis macula abſtergi.argumentum in l.imperialis.C.de nup.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia noxa caput ſequitur ut hic per gloſ.& in l.j.C.de noxal.& in §.omnis inſti.eod.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum eſſe, quo ad ipſius ſerui ſtatum, non quod actionem tollat ratione prędicta, & ne quoque delicta maneant impunita uulga.l.ita uulneratus.ff.ad legẽ Aquil.c.ut fame de ſent.exco.ex quo tollitur etiã ſecundum quia eſto quod ratione libertatis tolli uideatur, non tamen tollitur, alias regula non procederet, pręallegat.

Quo ad ſecundum dictum, dubium adhuc faciebat ei condici poſſe, quanquàm liber factus non contractauerit, quia & ipſa quoque condictio ex maleficio eſt, quicquid dicat gloſſ.hic & male. l.ſi ambo.§.quotiens.ff.de compenſatio.in actionibus autem ex maleficio regulare eſt.quod noxa ſequatur caput ut ſupra & in d.l.j.C.de noxal.ergo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia domino ſatis proſpectum eſt ex duplo uel quadruplo quod conſequitur ſeu conſequi poteſt per actionem furti manifeſti vel nõ manifeſti, argumentum in l. ſi cum exceptione in §.qđ ſi homo.ff.quod met. cau.& ut per Fulg. hic latius.

Ad oppoſitum reſpondetur, quod licet ſit ex maleficio extraordinaria tamẽ eſt nec actionum ex maleficio naturam ſequitur, & ſic in ea ſpeciale ratione prædicta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod licet hic furti teneatur ſeruus, ſi aliquid ab alio auferat,quanquàm manumiſſus non tamen tenebitur,ſi aliquid auferat domino, ut in d.l.j.C.de noxal.& innuit tex.hic dum dicit quod ab alio ſeruus ſurripuit.

Et quod tantum eſt dicere noxa caput ſequitur,quantum eſt dicere in præſenti caſu, qđ ſeruus ſurripiens teneatur furti, etiam quod fuerit manumiſſus,prealleg.l.j.

Et quod non ita debitores ſeu fautores libertatis eſſe debemus,ut ius quæſitũ domino actione furti auferamus, iniuſtitiam facientes, argumentum in c.ex tenore de fo.comp.

Et qđ ubi diuerſa eſt ratio,diuerſum ius ſtatui debet,quia in condictione eſt ſecus ut ſupra uulga. l.à Titio per locum à contrario.ff.de uer.ob.

Et quod denique ſi noxiam commiſerit, quãdiu in poteſtate domini erit ſecũ erit noxale iudicium,ſi uero in alterius poteſtatem tranſierit, ſecum eſſe incipit,& ſi manumiſſus fuerit(ut hic in actiõe furti dicitur)ipſe tenebitur, caſus in d. §.omnis inſtit.de noxal. Finis.

Pomponius lib.xx.ad.Q.Mutium.

QVI FVRTVM COMMITtit in re commodata vel depoſita vtendo: condictione quoq; ex furtiua cauſa aſtringitur, quę differt ab actione commodati: in hoc etiam quod ſi ſine dolo malo & culpa eius res interierit condictione tamen tenetur: cum in commodati actione non facile ultra culpam.Et in depoſiti non ultra dolum malum teneatur is cum quo depoſiti agetur.

Dubitandi rationem faciebat, qđ periculum interitus non pertineat ad furem,quia in uſu cõmittitur furtum(dicit.n.text.ſignanter in re cõmodata uel depoſita utendo committitur) non autem in re ipſa,ergo nec conuenit quod fur cõdictione furtiua aſtringatur, ſi res ipſa(ut diximus)interierit.l.qui iumenta & ibi gl.ff.de furt. Et quia etiam furtum dolum præſupponit. l. in furti.§.recte.ff.de ſeru.fugit.ergo ſi ſine dolo uel culpa cõmodatarij, uel depoſitarij interierit teneri condictione furtiua non debet. c cognoſcẽtes de conſti. Vltimo ualet argumentum de cõtractibus ad delicta. l. omnem.ff.de iudi. ſed in contractibus culpa vel dolus deciditur ut quis teneatur quod paulo infra ſubiicit iuris conſ.ergo & in furto.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia fur ſemper eſt in mora.l.in re furtiua ad fin. ſupra eo. l. ſi. infra eo.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere quia procedit quando commodatarius uel depoſitarius non denegaret rem reſtituere,licet fuerit uſus ultra intẽtionem domini,hic autẽ ſic igitur neque mirum eſt ſi condictione tenetur. Non ſecundum quia antecedens uerum eſt conſequẽs falſum in caſu iſto odio furis,qui ſemper moram facit ut ſupra. Non obſt.ultimum quia non eſt eadem ratio, & quia argumentum procedit quo ad forum non quo ad pœnam & alia ut ibi not.& in l.ii.ff.de cuſt.reo.Et facit tex.in l.in ſeruorum ff.de pœn.& inſtit.de pub.iud.in princ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod interitu ſpeciei moroſus debitor

bitor non liberatur, ut hic in fure dicitur, qui ſemper eſt in mora.l.in re furtiua.§. i. l.ſin. infra eod. & ut habetur etiam in l. ſi ex legati cauſa.ff. de uer.obl.

Et quod fur & moroſus æquiparantur. l.inter ſtipulantem.§.pe.ff.de uer.ob. l.j.§.rectiſsime.l. pen.ff.de ui & ui ar.l.ſubtracto.C.de fur.Bar. in l.quod te nu.11.ff.ſi cer.pet.Alex.in l.precia rerum in §.fi.ad fi.ff.ad leg.Fal.

Et quod licet alias furtum,ſit contractatio rei alienæ ſimpliciter,inuito domino facta l.j. ff. de fur.attamen in commodato etiam & depoſito committi pōt,ſi commodatarius uel depoſitarius re ipſa cōmodata aut depoſita,aliter vtatur quàm debeat ut etiam dicit hic glo.& bene, quoniam rei commodatæ & depoſitæ dominus & poſſeſsionem & proprietatem retinet. l. licet.§. rei depoſitæ. ff.depo.l.rei commodate.ff.commoda.

Et qđ vbi ſimpliciter in lege fit mentio culpę, etiam leuis intelligitur non modò lata quę ęquiparatur,ſiue ſaltim eſt proxima dolo l.quod nerua.ff.depo.& ad propoſitum eſt glo.in l.in uenditione in §.pen.ff.de bo.auc.iud.po.& in §.prætere a inſti.quib.mo.re cont.ob.tradit Bald. in l. in venditione in.§.fi.ff.de pigno.ac.niſi ſubiecta materia aliud dictet,quia tunc ſecus,eodem teſte in l. quæ fortuitis col.iiij.C.eod. late Deci. in l. contractus nu.xix.ff.de reg.iur.

Et quod deniq; quidam dolus,malus eſt, quidam bonus, ut not.in l.j.in §.dolum.ff.de dolo. uſque adeo ut non ab re hic dicatur,nō ultra dolum malum teneri eum, cum quo depoſiti agitur ſeu agendum eſt.ſicq; dicere debeat quis. ſe dolo malo circunuentum ſicut ueneno malo, aliquem necatum, ex quo etiam Medicinæ uenenū eſſe dicuntur bonum tamen.l.qui uenenum.ff.de uer.ſi.late Fel.in c.ſup his col.ix.de accu. Finis.

Paulus lib.iij.ad Neratium.

VLIANVS EX PERSONA filiæ quę res amouit dandam in patrem condictionem in peculium reſpondit.

Dubitandi rationem faciebat, in patrem, ex perſona filię rem amouentis, condictionem non eſſe dandam,quia ex delicto eſt, furtiua ſcilicet l.ſi ambo.§.quotiens.ff.de compenſa. delicta cōmuniter ſuos debent tenere auctores.l.ſancimus. C.de pœn.diciturque Ezechiel. xviij. anima quæ peccauerit ipſa morietur,ergo. Et quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet ut in regu.non debet.ff.de reg. iur.& in l.ſi unus in §. in ſumma.ff.de pac.& in l.tranſactionem matris C.de tranſact.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia condictio furtiua eſt rei perſecutoria.l.ſi pro fure.§.condictio ſupra eod. Et quia ſatis iniquum foret,patrem ex amotione filiæ, impune locupletem fieri. l.licet.§.ex furtiua ff.de pecu.l.nam hoc natura ſupra de condic.indeb.& ideo filia condemnata pater tenebitur cōdictione furtiua, ſeu actione rerum amotarum, quæ condictio eſt pariter. l.rerum. ij. ff. de acti. rerum amotarum.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare, non primum quia uerum eſt utiq; quando peculium non habuiſſet factum locupletius ut hic per glo. & fuſius declarat Alberic.& bene.ex quo tollitur quoque ſecundum quoniam id eſt propter peculium & ſic propter naturam actionis, quæ(ut diximus) eſt rei perſecutoria. d.§.condictio.nimirum igitur ſi in patrem ſique in peculium cōditio danda eſt.

Pcæſtatq; nobis argumentum hęc lex ad multa,& maxime quod locus ab auctoritate nobis pcipuus eſſe debet,nanque oſtendit Pan. dum hoc ipſum quod in hac lege rurſum ſanxit Iuliani auctoritate confirmat, is enim eſt qui dicere ſolebat.& ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere uellē, de quo alias in l. apud Iulianum.ff.de fideicom.hæ. & idem facit etiam in l.i.ad fi ff.de ac.rerum amo.& ad propoſitū not. in l.i.ff.ſi cer. peta.

Et quod actio rerum amotarū datur loco actionis furti,in patrem, ſiue condictio, l. rerum. iii ff.de ac.re.amo.& non ipſa furti actio,matrimonii fauore,ut dicitur in k.ii.ff. eo.

Et quod aliquando quis tenetur quanquam in culpa non fuerit,ut hic pater ex delicto filiæ,ſed non ſine cauſa tamen quia peculium habebat. c. cognoſcentes. de conſti.

Et qđ mutilatus ſermo ſuppletione eſt coadiuuandus.l.oratio.ff.de ſponſa.l.i. & ibi not. ff. de teſta.namque filiam rem amouiſſe dicit hic Pau. & non cui,idcirco marito ſupplendum eſt.

Et quod denique actio furti eſt turpis quodque infamat.d.l.ii.ff.de actio.re.amota. l. i. ff.de his qui not.infa.& quod non alia de cauſa alia inuenta eſt.ſi uxor rem amouerit mariti.d.l.ii. l. i. ff.de de ac.re.amota.& ut ſupra & eſt ſimile in l. non debet.ff.de dolo. Finis.

Triphonius lib.v.Diſputationum.

ICET FVR PARATVS fuerit excipere condictionē & per me ſteterit dum in rebus humanis res fuerat condicere eā; poſtea autem perempta eſt.tamen durare condictionem ueteres uoluerunt, quia uidetur qui primo inuito domino rem contractauerit: ſemper in reſtituenda ea quàm nec debuit auferre moram facere.

Dubitandi rationem faciebat quod non ſemper

per ſpectet periculum interitus, ad furem, quia uidetur caſus in l.ſi quis ſolutioni.ff.de uſur. ubi qui iudicium accipere paratus eſt, moram facere non uidetur, ergo re perempta fur liberabitur, & paratus excipere condictionem hic intelligitur ideſt iudicium in condictione furtiua. Et ad idē quoque facit tex.in l.parui ſupra eo.ubi per oblationem factam à iure rei furtiuę, mora purgatur, & ſi perierit perit periculo domini.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt (ut in text.dicitur) quia fur ſemper moram facere uidetur. Idemq́; in l. in re furtiua ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere quia id regulariter uerum, quod tamē in fure ſupra dicta ratione limitatur ut hic. Non ſecundū, quia procedit quando oblatione facta a fure mora purgatur, ut etiam dicitur in l.in re furtiua ſupra eo.in princ.quoniam per dominum ſtare uidetur quo minus accipiat ut not. in l. ſubtracto. C.de furt.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ueterum opinio ſequenda eſt, ut etiam dicitur in l.illa inſtitutio, ibi ſatis conſtanter ueteres decreuerunt. ff.de hære. inſtit. & in l.qui non militabat in §.i.ff.co. & in l.ueteres. ff.de ac.empt.

Et quod ſibi non pręiudicat, qui agere potuit & non egit, ſciens ius ſuum omnimodo ſibi perdurare, ut in ſimili dicitur in l.ſicut in §.non uidetur.ff.quib.mo.pi.uel hypo.ſol.

Et quod uerbum uidetur, aliquando eſt ueritatis expreſsiuum, quod pro limitatione not. l.j. §. deiecisse autē uidetur.ff.de ui & ui arm. Namq; hic tātum eſt dicere, moram facere uidetur, quātum eſt, quod ſit ſemper in mora l.j.§.rectiſsime. l.fin.ff.de ui & ui arma.l.ſi.C.de condict. ob tur. cauſ. l. ſubtracto.C.de furt. & ad propoſitum eſt text.in l.naturaliter & ibi Aret.& Iaſ. in princi. ff.de acq.poſſ.

Et quod res, antequam perimatur, dicitur eſſe in rebus humanis, ſed melius in l. ſubtracto præallega.C.de fur. quoniam hic (pace iuriſcon. dixerim) dicere res & rebus, inculcatio quędam eſt & turpis uerborum ſonus, ut in ſimili not. in l. certi condictio & in l.lecta.ff.ſi cer.pet.

Et quod denique furtum nihil aliud eſt niſi contractatio rei alienę inuito domino facta ut etiam dicitur in l.j.ff.de fur.& in §.i.inſtit.de ob. quę ex de.naſcun. Finis.

De condic. Triticaria.

Vlpianus lib. lx.ad Sabinum.

SED ET EI QVI VI ALIquem de fundo deiecit poſſe fundum condici Sabinus ſcribit: & ita Celſus: ſed ita ſi dominus ſit qui deiectus condicat. Cæterum ſi non ſit: poſſeſsionem eum condicere Celſus ait.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad primum dictum, quod ab eo qui deiecit fundus condici non poſsit, quia uidetur caſus in l. proxima quæ prima eſt in §.fin.ubi nemo rem ſuam petere poteſt per hanc actionem ſeu condictionem triticaria, & ſic nec fundus, a quo quis ui deiectus eſt & maxime quia ſi dominium (quod ad idem tendit) non amiſit, ridiculum uidetur, dubitare an condici poſsit.§.ſic itaque inſtit. de actio. l.iij.§. ex pluribus.ff.de acq.poſſ.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, odium in primis ipſius deiicientis, demum quia dominus eſt qui condicit, ut in furto dicitur ſupra de condict.furt.in l.j. Et quia etiam condictio hæc generaliter locum habet in omni re præterquam in pecunia numerata. l.j.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore regulariter, ſed hoc caſu fallere, ut in d.§.fi.not. lege ſic diſponente, cui acquieſcendum eſt.l.ſi non fuerint.§.fin.vbi gl. ff.pro ſocio & ſupra dictis rationibus. Non obſt.ſecundum, quia licet fundus petatur, petens tamen conſequitur poſſeſsionem tantum, & eſt utilitas ut hic per Paul. Caſtrenſ.

Secundo quo ad aliud dictum dubium faciebat tex.adhuc in d.l.j.ſupra eod.ubi dominus poſſeſsionem condicit, & not.in d.§.fin. ergo non alius uulga.l.cum prætor.ff.de iudi.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt quia agens eſt bonę fidei poſſeſſor, ita ut in hoc a domino differre non uideatur.

Ad oppoſita reſpondetur quod quamuis dominus agat, non propterea bonę fidei poſſeſſorem excludit, & ſi is condicit multo magis dominus id facere poterit.d.l.j.ſupra eo.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod quando dictio ſed, ponitur cum copula &, aduerſatur præcedentibus in facto, & non in iure, quando uero ſine, in facto et in iure, ita Bar.in l.i.ad fi. ff. ne quis eum qui. et not.in l.ſed et ſi lege.ff.de peti.hæred.et in l. qui uſumfructum.ff.de uer.obl.

Et quod aliquando in lege ponitur caſus pro caſu, ut hic, ei ideſt ab eo, eſtque Solęciſmi ſpecies, ſicuti quādo ponitur numerus pro numero. & alias figura quam Grammatici antithesim uocant ut etiam in c.unico ibi unctionem quam accepiſtis maneat in uobis de ſacra unc.et Io. xiiii. ſermonem quem uos audiuiſtis non eſt meus. et Pſal. 117.lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli. et Poe. urbem quam ſtatuo, ueſtra eſt, et not. in l. eam quam. in in prin.C.de fideicom.Fely. in c. ad audientiam. i.col.iii.de reſcrip.

Et quod quanquam fundus, a quo quis deiectus

ctus eſt condici poſsit, nis taman expulſiua quoq; per interdictum unde ui puniri etiam poteſt. l. j. & per totum. ff. de ui & ui ar. Bar. pulchre, ubi de alijs uiolentiæ ſpeciebus multa in l. extat num. iij. ff. quod met. cau.

Et quod Celſi auctoritas non parua erat, quo ſępiſsime Iuriſcon. ſuam opinio. comprobant & quaſi uallo quodam muniunt firmiſsimo, pręſertim Vlpia. ut etiam in l. j. ff. ſi cert. pet. & in l. nam ſi cũ moriar, & in l. perpetuo & in l. ſi pœnę in §. fi. ſupra de cond. ind. & in l. idem ait. ff. de cõdict. ob turpem cau. & aliis ſane locis quam pluribus.

Et quod denique uerba legis, ſimpliciter prolata, debent ſemper intelligi ſecundum naturam tituli, ſub quo ſituata eſt lex ipſa, argumentum in l. Imperatores. ff. de in di. adiec. gloſ. optima in c. ne innitaris, de conſti. nanque hic condictionis mentio facta eſt & alibi ſępe, certum eſt igitur cũ titulus ſit de triticaria, non aliter condictionem ipſam intelligi debere, & nouiſsime eſt etiam gl. in l. fi. C. de condict. ob cauſ. & in l. deducta in §. nummis. ff. ad Treb. Bartol. in l. uentre col. j. ff. de acqui. hæ. & in l. cum uir nu. 5. ff. de uſucap. Alex. in l. iij. in §. fin. col. pen. ff. de lib. & poſth. Finis.

Caius lib. viij. ad edictum prouinciale.

SI RES ALIQVA QVAE certo die dari debeat petita ſit: veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem ęſtimãdam Caſſius ait quanti fuiſſet, eo die quo dari debuit. ſi de die nil conuenit quanti tũc cum iudiciũ acciperetur, idemq́; iuris in loco eſſe: ut primum ęſtimatio ſumatur eius loci quo dari debuit. ſi de loco nihil conuenit: is locus ſpectatur quo peteretur. quod & de cæteris rebus eiuſdem iuris eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad primum dictum, tempus interpellationis factę potius quã litis conteſtatæ, quoniam maxime neceſſaria eſt, ut debitor in mora conſtituatur. l. quod te & ibi Bar. poſt gl. nu. 12. ff. ſi cer. pet.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia per appoſitionem diei ita actum uidetur inter partes ſi non daretur tunc, ut quãti plurimi fuiſſet eo die tanti lis etiam æſtimaretur argumentum in l. cum quid ſupra eo. & in l. j. in §. ſi conueniat. ff. depo.

Ad oppoſita reſpondetur uera eſſe ſed nõ hoc caſu quoniam dies interpellat pro homine, & ipſum in mora conſtituit. l. magnam. C. de contrah. & comit. ſtip.

Ruſus & quo ad ſecundum dictum adhuc dubium faciebat tex. in l. uinum in prin. ſupra ſi cer. pet. ubi ad literam dicitur attendi debere tempus cum petitum eſt uinum, extra iudicium ſcilicet, congruo tamen loco & tempore, ergo non cum iudicium acceptum eſt.

Contrarium tamen adhuc hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia tempus litis conteſtatę eſt, tempus moræ, & conuenit tunc tanti litem æſtimari, quanti plurimi ualuerit.

Ad oppoſita reſpondetur, uera fore quia dicto caſu fuerat etiam debitor ante litem conteſtatam per interpellationem conſtitutus in mora, quę ſibi non prodeſſe, ſed obeſſe potius debet. l. hominem in fi. ff. man. hic autem non, & propterea nõ mirum eſt ſi iudicium formatum per litis conteſtationem (ut diximus) eſt tempus more. Et ſubiicit idem iuris eſſe in loco quod iam in tempore eſſe diximus.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod temporis & loci eadem eſt ratio, ut etiam habetur & plenius quàm hic in l. uinum. ff. ſi cer. pet. & in l. ratio in §. ſi per uenditorem, & utrobiq; Bar. ff. de ac. emp. & in l. qui plures. ff. de uulg. & pup. ſub. Corn. conſ. clviij. col. ij. uol. j. conſil. cxix. col. iij. uol. ij. Fely. in c. j. col. fin. de ſponſa.

Et quod exempla non reſtringunt regulam, quanquàm declarent. §. hactenus inſti. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infe. ex quo dicit idem iuris eſſe, quod in uino, oleo, & frumento, in cæteris rebus quoque.

Et quod iudicium acceptum dicitur, cum primum a partibus lis conteſtatur, de quo plene tamen in l. ubi cœptum. ff. de iud.

Et quod ubi non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari per omnia idem ius ſtatuendum eſt. l. a Titio. ff. de ver. ob. l. illud. ff. ad legẽ Aqui. cum vulg.

Et quod denique contractus ex conuentione partium legem accipiunt præallegat. §. ſi conueniat. l. legem. C. de pactis. l. contractus. ff. de regulis iuris. Finis.

De eo quod certo loco.

Paulus lib. xx. ad edictum.

SI HAERES A TESTATORE iuſſus ſit certo loco quid dare: arbitraria actio competit.

Dubitandi rationem faciebat, quod actio arbitraria non ſit, ſi hæres à teſtatore iuſſus fuerit dare certo loco, quia eſt ſtricti iuris. l. ij. §. 1. ſupra eo. actio autem ex teſtamento bonę fidei. l. in minorum. C. in quib. cau. in int. reſt. non eſt ne. not. ſupra in l. proxima in princ. hęc ſine dubio competit & datur hic, ergo arbitraria non erit.

Contrarium tamen hic rurſum deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſcimus quàm uaria ſint

precia

precia rerum per ſingulas urbes & regiones ideo nimirum ſi competit, ſicq; in arbitrium iudicis refertur inuenta, ut quiſque ſuum conſequatur ex quo hinc compelli non poteſt ut in loco ueniat, vbi ſolui debebat ſed alibi (congruo tamen) agere poterit. l. j. l. ideo. l. quod ſi ephesi, ſupra eo. Et arbitraria dicta eſt, quia ex iudicis arbitrio pendet. §. præterea inſtit. de actio. formamq; libelli ponit Iaſ. in §. plus autem nu. xiiij. inſtit. de actio.

Ad oppoſita reſpondetur quod licet bonęfidei naturam ſapiat, quo ad quædam ut per Bar. hic, & in d. l. in minorum not. tamen eſt ſtricti iuris & arbitraria, uſque adeo ut non ab re competat ſi certo loco hæres à teſtatore dare iuſſus ſit, uel mutua pecunia reddi, ut ī l. ſeq. dicitur, quę eſt iſtius etiam exemplificatiua. Tamen pro intelligentia ſciendum eſt, quod hęc actio utriuſque utilitatē continet, tam actoris quàm rei. l. ij. ſupra eod.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime, quod una eademq; res, ideſt actio (rei enim uerbum generale eſt. l. j. §. rei quoque uerbum, ut generale prætor elegit. ff. ſi cert. pet.) diuerſo iure cenſetur, diuerſis reſpectibus, quod eſt notandum, pro limitatione. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. nanq; (ut dictū eſt) actio ex teſtō habet ſe quandoq; ad inſtar actionum bonęfidei, & tamen eſt ſtricti iuris hic & arbitraria. d. l. in minorum. C. in quib. cau. in inte. reſti. non eſt nece.

Et quod nomina debent eſſe conſona rebus, ut etiam dicitur in §. eſt aliud inſtitu. de dona. Vſq; adeo ut arbitraria ī materia dicta ſit, quia in arbitriū iudicis refertur ut ſupra & in l. ideo, præalle. ſupra eo. not. plene in d. §. præterea. inſti. de act.

Et quod in iſta actione, quæ tamen eſt alias ex teſtamento. l. j. C. communia de legat. exercetur officium iudicis mercennarium deſeruiens ipſi actioni propter aliquod extrinſecum accidens & pręter naturam ipſius actiōis, ut not. in l. in actionibus. ff. de in lit. iu. & in d. §. præterea.

Et quod intereſſe non præſtatur niſi per officium iudicis (idemq; eſt ut ſupra) qua de re (ut adhuc inquit glo. arbitrio in d. §. præterea) arbitraria quoque dicitur.

Et qđ deniq; his caſibus, de quibus hic & in l. ſeq. locū habet et certi condictio arbitraria ut p glo. in pręalle. §. pterea in uer. promiſſum. Finis.

XIII.

Paulus lib. xx. ad edictum.

IN BONAEFIDEI IVDIcijs etiam ſi in contrahendo conuenit ut certo loco quid præſtetur: ex empto uel uendito uel depoſiti actio competit: nō arbitraria actio ſi tamē certo loco condicturum ſe quis ſtipulatus ſit, hac actione utendum erit.

Dubitandi rationem faciebat, quod actio ex empto, uel uendito uel depoſiti ſit arbitraria, ſi certo loco tradenda res uendita ſit uel precij ſolutio faciēda, uel res depoſita reddēda, & ſic ī bonęfidei iudiciis inq; contrahendo ita cōuenium ſit, quia actio ex teſtamento eſt bonęfidei. l. in minorum. C. in quib. cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſaria, & tamen dicitur arbitraria. l. ſi hæres ſupra eod. ergo & pari ratione ex empto ut ex uendito aut depoſiti hic. Et maxime quia regulare eſt, vbi certo loco ſolui debet, quod tunc ſit huiuſmodi, l. ij. ſupra eo. d. l. ſi hęres et ſeq. regularis autem rei diſpoſitio debet attend. l. regulariter. ff. de peti. hær. ergo.

Contrarium tamē hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in actionibus ſeu iudiciis bonęfidei, intereſſe eſt in obligatione, & iure actionis peti debet, uſque adeo ut neceſſarium non ſit iudicis arbitrium quemadmodum in his quæ ſunt ſtricti iuris, quod etiam ſubiicitur in text. eſtque argumentum in l. in cauſæ. ff. de minori. & ut hic per Bar. latius. Et facit etiā quia ex natura actionum bonæfidei exuberat multum officium iudicis, quod non eſt in actionibus ſtricti iuris. l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo.

Ad oppoſita reſpondetur, & quo ad primum quod non eſt bonæfidei, quodque dicta actio ex teſtamento, naturam bonęfidei non habet, niſi quo ad quædam de quibus in d. l. in minorum. Et cum etiam ſit ſtricti iuris quo ad primordialem ſui naturam minime mirum eſt ſi ratione loci competit ſicq; arbitraria eſt, ut adhuc not. in d. l. in minorum, non nihil Bal. in l. reſcriptum in §. ſi pacto col. iij. ff. de pact. & dictum quoque fuit in d. l. ſi hæres ſupra eo. Non ob. ſecundum, quia id uerum eſt in actionibus ſtricti iuris, non in bonefidei iudiciis in quibus maxime (ut diximus) iudicis officium exuberat, de quo plene etiam in §. præterea inſti. de actio. & in l. in actionib. ff. de in litem iuran.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod longe utilius eſt habere actionem bonæfidei quàm ſtricti iuris, tum ratione ſupra dicta tum quia bona fides magis requiritur in illis quàm ī iſtis. l. iij. ff. pro ſocio. pulchre Bar. in l. ſub prætextu prima ad fin. C. de tranſac.

Et quod non eſt uera illorum opi. qui dicebāt quod omnis actio propter adiectionem loci pōt eſſe arbitraria niſi replicetur, nō de omni actiōe ſimpliciter intellexiſſe, ſed ſtricti iuris, de quo alias in d. §. præterea. & per Bar. Bald. & ſcriben. in præalleg. l. ſi hæres ſupra eo.

Et quod actiones arbitrarię, ſunt ſtricti iuris, quia non ſunt enumeratæ in §. actionum inſtit. de actionib.

Et quod è contra, actio ex ēpto, ex uendito, & depoſiti, ſunt bonæfidei, quia ſunt enumeratæ in in d. §. actionum, ut etiam dicit glo. in l. in actionibus. ff. de in lit. iu. & in l. bonæfidei. C. de reb. cred. & in c. cum uenerabilis, de except. Bart. in l.

in ædi-

in ędibus in §.i.ad fi.ff.de dona. & in l.Cęſar col. ix.de publica.& uectigal.Alex.in d.l.ſub prętextu col.iiij.C.de tranſac.

Et quod denique ſic contractus bonæfidei ut actiones, debent eſſe fauorabiliores quam contractus ſtricti iuris, nanq; facit mentionem(ut patet ad oculum) non ſolum actionum uerum et contractuum,& nimirum ſi ita etiam dixit Alex. in l.ſi mora col.vij.ff.ſol.ma. Finis.

Vlpianus lib.j.ad Sabinum.

IS QVI CERTO LOCO DARE promittit nullo alio loco quàm in quo promiſerit ſoluere inuito ſtipulatore poteſt.

Dubitandi rationem faciebat,quod creditori inuito alibi ſolui poſſit quàm in loco deſtinato, quia uidetur caſus ad literam in l.iij.in §.& generaliter ſupra eo. ubi dicitur quanuis petitor electionem habeat ubi petat, reus tamen eligit ubi ſoluat. Ad idem eſt text.in l.continuus in §.cum ita.ff.de uerb.ob.ubi reus pariter ubique ſoluere poteſt.Et quia ſi creditor urgere poteſt debitorē ſoluere alibi quàm in loco deſtinatæ ſolutionis. l.j.ſupra eo.non eſt ratio cur non poſſit ipſe debitor etiam ſoluere, ut in regul. non debet.ff.de regu.iur.Et cum ualeat argumentum de tempore ad locum.l.uinum & ibi not.ff.ſi cert.pet.poſitq; debitor ante diē ſoluere. l. ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff.de uer. obligationib.debet poſſe etiam alibi ſoluere.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia creditor contractum nouare nō cogitur,ut per Bal.in l.uſuras.C.de ſol.cogeretur autem,ſi alibi ſolui poſſet,quàm in loco deſtinato,ergo.præſertim quia contractus ex conuentiōe partium legem accipiunt,dicereq; ſemper poteſt creditor,amicè pacto conueniſti mecum, iniuriā tibi non facio,ut dicitur in Euangel.Math.ij.l.j. §.ſi conueniat.ff.depo. l.legem.C.de pac.Et facit quoq; arguendo de loco ad rem.l.fin. in fi. ſupra de condict. tritica. nanq; ſi aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.l.ij.§.i.ff.ſi cert. petat. non utique poterit pariter ſolui ipſi inuito alibi quàm in loco deſtinatæ ſolutionis.

Ad oppoſita reſpondetur,nihil facere nō primum quia, uerum eſt antequam petatur. Vel & melius id forte quia plura loca.d.caſu fuerunt ad ſoluendum alternatiue deſtinata. Non ſecundum quia id quoque eſt uerum creditore uolente. Vel quia locus dicto caſu ipſius debitoris fauore erat adiectus.l.qui romæ in princip.ff.de uerbo.obli. Non obſ.tertium quia illud erat ne ſtipulatio redderetur inutilis quia forte in loco deſtinatæ ſolutionis creditor haud eſt inuentus,ſtant igitur iſta ſimul quod alio in loco poſſit urgeri debitor ratione prædicta & tamen ipſi creditori inuito ſolui non poſſit,alibi(ut dictum eſt)quàm in loco deſtinato.Non ultimum denique,quia diuerſa eſt ratio temporis & loci nam ante diem ſoluendo, non præiudicat creditori, ſi alibi uero quàm in loco deſtinatę ſolutionis ſic, igitur argumentum claudicat & non ualet hoc caſu, & ut etiam hic per gloſ.latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod à contrario ſenſu uolente creditore poterit ſolutio fieri alibi quàm in loco deſtinatæ ſolutionis ut in ſimili dicit Bar.in l.ſi hæres.ff.de leg.j.not.in d.l.ij.in princ.ff.ſi cer. pet. l.precij cauſa.C.de reſcind.uend.

Et quod ex hoc uolenti non fit iniuria. l. j. §. uſque adeo.ff.de iniur.Bald.in c.i.col.ii.de prohib.feu.alie.per Fed.in uſib.

Et quod ſi alibi quàm in loco deſtinatæ ſolutionis debitor inuito creditore ſoluere non pōt, multo minus ſoluere poterit eo ignorante argumentum in reg.qui poteſt per locum à contrario ff.de regul.iur.

Et quod uerbū promittere ſtipulationem importat,ut etiam dicitur in §.ſi ſcriptum inſtit.de inuti.ſtipula.& in l.ſciendum.ff.de uer.obli.Bal. conſi.cccclxxvj.col.ii.uol.i.Iaſ.in rub. ff. de uer. obliga.Corn.conſi.lxvi.num.1.uol.iiii.& conſil. cclxxix.nu.6.eod.lib.

Et quod denique ſolemnitas præſumitur, ſeu quod omia ſolemniter acta præſumuntur, ut in d.l.ſciendum not.& maxime quando aliquid uenit probandum per inſtrumentum, quia ſufficit tunc quod dicatur in eo,aliquid promiſſum fuiſſe,ut pulchre declarat idem Bal.in l.i.col.ii.C.de uſur.& conſili. præallegat. & probatur in d. §. ſi ſcriptum & in l. i. C.de contra. & commu. ſtipula. & hic. Finis.

De conſtituta pecunia.

Iulianus lib.ij. Digeſtorum.

QVOD SI FILII NOmine conſtituerit ſe x. ſoluturum: quamuis in peculio v. fuerint: de conſtituta in x. tenebitur.

Dubitandi rationem faciebat, quod teneatur pater ſeu dominus, qui conſtituit ſe pro filio ſiue pro ſeruo ſoluturum uſque ad eam quantitatem quæ tunc fuit in peculio, quia uidetur caſus hoc idem dicens ad literam in l.j.in §.fi.ſupra eo.imò plus ſubiicit ibidem Iuriſcon.quod ſi conſtituerit ſe ſoluturum pluſquam eſſet in peculio, in id plus non tenebitur,ergo nec hic ad x.ſic ſe conſtituendo,ſi nō erant in peculio niſi v.tantum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia nomine filii promiſit, quo caſu exceptionem remittere uidetur ſecundum gloſſ. l.ſed & ſi quis.§.pe.& fi. ff. ſi quis cau. uel & melius

lius (ut inquit Bar.) quia ſi filius tenebatur inſolidum,& pater nomine filij,ſe conſtituat ſoluturum,conuenit ut inſolidum quoque ut ad d.decē teneatur.Et idem in domino & ſeruo.

Ad oppoſita reſpondetur,uera eſſe,quia dicto caſu plus quā eſſet in peculio ſuo nomine ſe ſoluturum conſtituit putans etiam ſe ad id teneri,hic autem nomine filii,ut dictum eſt, igitur non mirum,ſi hac de re,in id quod plus eſt non tenetur, alias foret ab æquitate naturali penitus alienum, cui tamen hoc edicto prætor maxime fauet ut in d.l.i.in prin. ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod facto non minus quam uerbis uoluntas declaratur. l.Paulus reſpondet. ff. rem ratam hab.l.reprehendenda.C.de inſti. imo plus facto quam uerbis inquit Iuriſcon. in l. ſi tamen. in §.ei qui.ff.de edil.edic. Nanque(ſecundū unū intellectum hic)pater ſiue dominus, exceptione erat tutus,quo caſu ſi conſtituendo ſe ſoluturum, ea uſus non fuerit remitti uidetur.

Et quod paria ſunt,quod quis exceptionem remittat tacite uel expreſſe,argumentum in l. cum quid.ff.ſi cert. peta. & in l. j. ff. de nundi. & in l. item quia . ff. de pact. & in l. item quæritur . in §. qui impleto . ff. de actio. empti. Aretin. conſil. lxvj. col. vtj.

Et quod ex contractu filij uel ſerui , pater ſiue dominus,obligatur quatenus eſt in peculio.l.i.§. i.ff. de pecu. & quod licet non teneatur de iure ciuili, obligatur tamen de iure prætorio. d. l. i. §. uerba.

Et quod qui contrahit cum filio , uel cum ſeruo totum eius patrimoniū ſiue peculiū intuetur. l.hinc quæritur.§.poteſt autem.ff.eo.

Et quod denique his non ſuccurritur,qui ſe in neceſsitate poſuerunt (eſt enim obligatio iuris uinculum quo neceſsitate aſtringimur , alicuius ſoluendæ rei ſecundum noſtræ ciuitatis iura, inquit text. inſtitu. de obli. in princip.) Nanque pater uel dominus , ſi nomine filii uel ſerui conſtituit ſe ſoluturum . x. cum tamen . v. tantum eſſent in peculio (ut diximus) utique in . x. teneri debet , ut cautius negotiari diſcat.l. in ciuilem . C. de fur. Finis.

Vlpianus lib. lv. ad edictum.

SED ET SI CITERIORE die conſtituat ſe ſoluturum: ſimiliter tenetur.

Dubitandi rationem faciebat,filiofamilias cōſtitui non poſſe, quia cum non habeat ipſe legitimam perſonam ſtandi in iudicio . l. fi.§. neceſſitate . C. de bonisque libe. ſine patris conſenſu ut ibidem , non æque etiam conuenit.quod quis ei poſsit obligari . Et quia qui petere non poteſt , ei etiam non debet poſſe conſtitui , ut infra in §. j. in ſui ratione , ſed filius non petit quia legitimam perſonam(ut diximus) non habet , d. §.neceſſitate.ergo.

Contrarium tamen deciditur hic,imò poſſe,et quod conſtitutum ualet , & ratio deciſionis. eſt, quia obligatio acquiritur patri.l.eum qui.ad fin. ſupra eo.argu.in l.placet.ff. de acqui. hæ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,non primum,quia antecedens uerum eſt, uerius & conſequens,ſi ſibi obligaretur quis ad damnum patris, at hoc caſu de acquirendo eidem agitur , deque lucro non de damno , ergo ei conſtitui poterit, & dicti patris conditio reddi melior argumentum in l.ignorantis.& ſeq.ff. de procu. Non ſecundum,quia imò poterit nomine patris,& ſi id uerum eſt,utique eſt uerum,& procedit in extraneo,nimirum igitur ſi ei hoc eſt filiofamilias cōſtitui potuit.

Et præſtat nobis hæc lex argumentū ad multa, maxime, quod dictio ſed ſi cum copula appoſita reperiatur in lege ut hic, adueratur in præcedentibus in facto non in iure,ita Bar.in l. qui quartam. in prin.ff.de leg.i.nanq; præcedentia in ſeruo loquūtur,& in eo qui bona fide ſeruit,hic aūt Iureconſ. in filiofami.quibus omnibus tamē cōſtitui pōt,alias ſi ſine & in facto & in iure aducerſarctur.l.hoc amplius.§.de his autem.ff. de dam. infe.d.ſ.in l.ſiue apud acta.C.de trāſa.& in auth. quod locum.col.i.C.de colla. idem Bar. in l. qui uſumfructum.col.i.ff.de uer. obli.

Et quod idem iuris eſt in filiofamilias , quod eſt in ſeruo,quando non pōt diuerſitatis ratio aſſignari.§.idem iuris.inſti.de ſtipu.ſeruo.

Et quod pater & filius(ut uulgo dici etiam ſolet)cēſentur unà eademq; perſona.l.fi.C. de impub.& fictione quidem iuris(quod nota)quia fictio eſt unitiua ad aliarum differentiam ut pulchre declarat Bal.in l.qui in prouincia . in §. dinus.col.ij.ff.de ritu nup. uſque adeo ut ſi quis cōſtituerit ſe ſoluturum filiofamil. perinde ſit ac ſi conſtituiſſet ſe ſoluturum patri.

Et quod non uitiant ſcripturas quæ ſuperabūdant.l.nō ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de reg.iur.Bal.in l.i.ad ſ.C.de iure emphy. nanque ſatis erat dicere filio familias conſtitui poſſe ut in eo qui bona fide ſeruit & in ſeruo paulo ſupra dicit,quia certum eſt conſtitutum ualere,& tamen ſubiicit quod conſtitutum ualet, eſtque etiam argumentum in l.j.in §.quamuis. ff. de uent. inſpi.

Et quod denique , cum apud Legiſlatorem de aliquo dubitari contingit,omni alio caſu præſupponitur habilitas terminorum.l. qui teſtamento. ff.de teſta.nanque hic dubitatur,an cōſtitui poſſit filiofamil.& an conſtitutum ualeat,igitur præſupponi debet quod pacto nudo factum fuerit . quodque ex aliquo cōtractu debitum ſit quod in conſtitutum deducitur, & poſsit agi,alias non ualeret,nec haberet locum actio de conſtituta pecunia.l.i.ſupra eo.§.de pecunia autem conſtituta.inſti.de actio. Finis.

Iulianus lib.xj.Digeſtorum.

PROMISSOR HOMINIS homine mortuo cum per eũ ſtaret quominus traderetur: & ſi hominem daturum ſe conſtituerit de conſtituta tenebitur pecunia vt pretium eius ſoluat.

Dubitandi rationem faciebat, quod homine mortuo promiſſor de cõſtituta pecunia minime teneatur, ſi conſtituerit ſe rurſus hoiem daturũ, quodq; cõſtitutũ nõ ualeat, quia homo mortuus nõ eſt homo, nec ad aliquẽ uſum bonus ut p glo. hic.l.ſeruo manumiſſo.ff.de cond.inde.l.principaliter.C.de lib.cau.l.j.§.debitum. ſupra eod. ea de re nec debuit potuiſſe in conſtitutum deduci. Et maxime, quia interitu ſpeciei, promiſſor ipſe erat liberatus.l.ſi ex legati cauſa.ff. de uerbo. obli. & quia nec erat debitor tempore conſtituti.l. id quod.§.j. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia obligatio hoĩs propter morã promiſſoris durat.l.ſi ſeruũ.§.effectus.§.nouari.ff.de uer.ob.not.in l.iij.ſupra de condi.fur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerum eſt reſpectu ipſius hominis, ſed non precij & æſtimationis, quorum unum eſt in obligatione, alterum nero in ſolutione ut hic per Barto. Non ſecundum, quia & id quoque fallaciam habet, & procedit ac intelligitur uerum pariter, ante moram, non poſt, ut nota. in d.l.ſi ex legati cauſa. & in l. quod te.ff. ſi certum peta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod licet homo mortuus, nõ ſit homo.c.Moyſes.xxxij.q.ij.c. in quadã.de cele.miſſ. quia eſſentia ipſius, conſiſtit in anima & ſpiritu. cle.j.de ſumma Trini.& fid.catho. uſque adeo ut clericus, non ſit irregularis ſi caput mortuo amputauerit inquit Ioann. de Ana. in c. ſicut. ij.ad fin. de homici. & ſi quis promiſerit dare ſeruum uel hominem, de uiuo intelligi debet non mortuo, ſecundum Barto. in l. cum delanionis. in princi. ff. de fund. inſtr. & not. in l. ſi liber homo. ff. de uerbo. obli. & in d. c. ſicut fuſius. eſt tamen ad effectum ut in conſtitutum deduci poſſit, odio moroſi.

Et qđ homo mortuus, eſt homo abuſiue, quoniam repugnantia in obiecto uidetur, quod ſit mortuus & quod ſit homo, ut ſeruus manumiſſus. quia ſi manumiſſus eſt, non eſt amplius ſeruus. l. ſeruo manumiſſo, & ibi gloſſ. etiam not. ff. de condict. indebi. Ariſtote. Metheor. iiij. Boeti.de conſola. lib. iiij. & qualitas diſtrahens, inquit Dialecticus, nonnihil Odof.in l. in actionibus.ad fi.ff.de in lit.iur.& eſt argu.in l. ij. iu §. j. ff. quemadmo. teſta.ape.& ideo dixi hoc idem eſſe quo ad effectum ſupra dictum.

Et quod homo mortuus eſt homo, (quomodocunque ſit) quando ius ita diſponit ut hic, & in l. ii. & ibi Bald. C. qui teſta. face. poſ. & in l. j. ij. iij. ff. de cadaue. puni. & in c. ſi epiſcopus. de hære. & in c. quorundam.xxiii. diſt. & per Bar. in d. l. cum delanionis. & in l. ſororem. C. de his quib.ut indig.& in l. qui ſepulchra. ff. de ſepul.uio.& in §.per contrarium.inſti.de hær. quæ ab inte.defe.& eſt exemplum in crimine hæreſis notorio, in eo qui ſibi ipſi mortem conſciuit, & ſimilibus ut in locis prææalle.legitur.

Et quod quanquam in eodem tit.duę leges inueniantur idem ferè ad literã dicentes, ut iſta & illa, promiſſor, paulo ſupra non propterea de ſuperfluitate redargui debet Iuriſcon. quia uno caſu in conſtitutum deducitur homo mortuus, alio uero pretium ſiue æſtimatio ipſius l. librorum. uer.quod ſi in codicibus. ff. de lega.iii. & ita tollitur contrarium.§.quibus.in i. conſti. Cod. data diuerſitate in aliquo & diſſimilitudine qnamquam parua, ut not.in c. fin.de exceſſib. prælato. pulchre Fely.ubi alia planè ad idem multa. d. §. quibus declarantia, in prohe.rex pacificus ad fin.

Et quod denique in materia id certũ eſt, quãquam homo mortuus in conſtitutum deduci poſſit ut ſupra ex quo promiſſor ipſum dare debebat, & regulare eſt, quoniam uerba edicti huiuſmodi ſunt, ait prætor qui pecuniam debitam conſtituerit, ſoluere cogan.l.i.§.i.ſupra eo.attamen nec prohibetur aliud conſtitui, quam debeatur d.l. i. §.an poteſt.& not.in d.l.promiſſor.ſupra eo.imò quod eſt ibi caſus ad literam forte quia pretium & æſtimatio ſuccedit loco rei.l. ſi & rem & pretium.ff.de peti.hær.argu.in l.ſi eum.in §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.Bal.in terminis in l. qnicumque.col.fi.C.de ſer.fugi. Finis.

Scæuola lib.j.Reſponſorum.

QVIDAM AD CREDITORẽ huiuſmodi literas fecit. x. quę Lucius Titius ex arca tua mutuo acceperat (ſalua rõne vſurarum nomine) penes me habes. Reſpon. ſecundum ea quę proponerentur actione de conſtituta pecunia eum teneri.

Dubitandi rationem faciebat, quod conſtitutum per epiſtolã fieri non poſſit, tex.in l. fi. infra de inſtito.ubi ſcribens non tenetur. Et quia ſunt uerba enunciatiua prolata inter abſentes, quę nõ obligant.l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.Et quia nõ eſt dictum conſtituo me ſoluturum, ſed ſcribens penes ſe habere x.quæ Lucius Titius ex arca ſua mutuo acceperat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia naturali æquitati conuenit, ſi ſe ſoluturũ cõſtituit, ut de cõſtituta teneat pariter, quoniam

quoniam graue eſt atque nefarium fidem fallere. l. j. ſupra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur primum nõ obſtare, quia non habet animum ſe obligandi ibi, ut hic, & not. in glo. Non ſecundum, quia imò obligãt, ex quo ſunt per ſe & principaliter quidem prolata, ut no. in d. l. ex hac ſcriptura, & ꝑ Pau. Caſt. hic. Non deniq; tertium, & ultimũ, cũ non referat, ex quo etiam aliter debitũ in cõſtitutum deduci poteſt, & adhuc declarant hic ſcriben. præſertim Saly. in l. Titius. ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod non refert quid fieri ſeu dici per æquipollens. l. fi. §. fi. & ibi gloſſ. allegat concordantes. ff. manda. ſeu quod æquipollentium idem eſt iudicium ut inquit Pau. Caſt. conſil. liij. ad fi. uol. j. nanque tantum eſt dicere creditori x. penes me habes, quæ l. Titius ex arca tua mutuo acceperat, quantum eſt ſi dixiſſet me dicta x. ſoluturum tibi conſtituo.

Et quod ubi æquitas euidens ſuadet ſemper ſubueniendum eſt, tametſi nihil ſit ex ſolemnibus immutandum, ut hic quod ſcribens epiſtolam modo ſupradicto teneatur de conſtituta. l. j. ſupra eo. l. diuus. ff. de reſti. in integ. l. & ſi nihil. ff. de reg. iur.

Et quod uerba ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. lega. auth. ſed hodie & ibi Saly. not. ad fi. C. de iure au. anul. & hoc eſt etiam quod dicebat Bald. quod uox & lingua, eſt inſtrumentum cordis in l. iuriſgẽtium, in §. pactorum quædam. col. ij. ff. de pac. & alibi quod ea quæ in animo cõſiſtunt non poſſunt intelligi niſi per medium quod ſit ſignificatiuum uel repreſentatiuum ipſius animi, in l. ſi pater. col. ij. ff. de hære. inſti. nimirum igitur ſi tenetur hic rurſum ſcribens, quia ex uerbis apparebat habuiſſe aĩum ſe obligandi.

Et quod proteſtatio conſeruat ius proteſtanti. l. ſi debitor. §. i. ff. quibus mod. pig. uel hypote. ſolui. quia ſcribens adhuc hic, quodam modo proteſtatione præmiſſa, ſe ſortem ſoluturum tantum promiſit.

Et quod denique nec in cõſtitutum uſuræ deduci potuiſſent ut hic not. & bene, quia ſtipulationẽ requirunt, & conſtitutum tamen fit nudo pacto. l. quamuis. C. de uſu. §. de pecunia autẽ conſtituta. inſti. de actio. Finis.

ADDITIO.

Quod raro epiſtolæ fit mentio, quin etiã nuntius adiiciatur, ut eſt uidere in multis locis. unde ſi per epiſtolam poteſt conſtitutum fieri ut hic, poterit fieri etiam per nuncium, & eſt caſus in l. qui aũt. in §. fi. ſupra eo. probaturq; dictum in l. j. ad fi. ff. de contra. emp. & in l. conſenſu. ff. de ac. & obli. & in l. Labeo. ff. de iureiu. & inſtitu. de obli. quæ ex conſenſu. in prin. & aliis quampluribus non referendis.

Caius lib. v. ad edictum prouinciale.

VBI QVIS CONSTITVIT pro alio ſe ſoluturum adhuc is pro quo conſtituit obligatus manet.

Dubitãdi rationem faciebat, quod is pro quo quis conſtituit ſe ſoluturum obligatus non maneat, quia cũ nouatio facta præſumatur erit potius liberatus. l. fin. C. de nouatio. §. præterea. inſtitu. quibus modis tolli. obliga. & quia regulariter poſteriora derogant prioribus. & quia ẽt partes egiſſe uidentur, quod liberaretur, ſi non expreſſe ſaltim tacite, taciti & expreſsi aũt par eſt uirtus. l. cũ q. d. ff. ſi cer. pe. l. itẽ q. a. ff. de pac. ergo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia actio hæc de cõſtituta auget obligationẽ & non tollit. l. item illa. §. fi. ſupra eo. argu. in l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & hoc eſt quod dicitur in d. §. fin. quod liberatur obligatus ſolutione non litis conteſtatione.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare nõ primũ, quia uerum eſt id in ſtipulatione non in cõſtituto, quo caſu nouatio nõ præſumitur niſi appareat. d. §. fi. & ut per Bar. hic & ibi latius. Non ſecundũ, quia id ẽt in pactis uerum eſt, præſertim quãdo ultima & poſteriora primis ſunt cõtraria, nos aũt in cõſtituto in quo lõge diuerſa eſt ratio. Non deniq, & ultimũ, quia non eſt uerũ in caſu noſtro., ex natura actionis, ut diximus, & quia regula procedit communiter in his quæ ſunt de natura contractus ut not. in d. l. cum quid. pulchre Bar. conſ. cxxiiij. circa medium.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod quanquam olim nouatio tacite fieri poſſet, non tamen facta præſumebatur, ſi aliud ſubiecta materia dictaſſet, ſecundum quam uerba ſunt ſemper intelligenda, & examinanda. l. ſi uno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſu. & ut clare deduximus ſupra naturam actionis conſiderãtes. Et tacite dixi olim, quia hodie oportet quod fiat expreſſe. l. fi. C. de noua. Bal. in l. reſcriptum. in §. ſi pacto. ad fi. ff. de pac.

Et quod inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. nanque ſi actio de conſtituta ſiue conſtitutum auget obligationem non æque conuenit ut is pro quo quis ſe conſtituit ſoluturum, liberetur ut dictum eſt.

Et quod id quod fauore creditoris à lege inductum eſt, non debet ad eius læſionẽ retorqueri l. quod fauore uulga. C. de legi. d. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. c. quod ob gratiã de reg. iu. in vj.

Et quod prouiſio circa unum de incompatibilibus, non includit aliud, ſed excludit potius, ut inquit etiam Bal. conſ. lj. col. j. uol. v.

Et quod denique intereſt creditoris habere plures debitores l. iiij. §. fi. ff. de lib. lega. Cuma. conſ. liij. col. ij. Finis.

ADDITIO.

Quod quādo campſor interuenit expreſſe animo nouandi indubitáter debitor liberaretur qui iuſsit eum ſoluere, etiam ſi citra ſtipulationē promiſiſſet ut per iſtum tex. dicit Soci. iuncta tamen glo. ipſum amplins exclamans ſingularem, in l. ſingularia. col. iiii. ff. ſi cer. peta.

Paulus lib. xx. ad edictum.

QVI INIVRIARVM VEL VI bonorū rapto. tenetur actione etiam cōſtituēdo tenetur.

Dubitandi rationem faciebat, quod actiones ex delicto non poſsint in conſtitutum deduci, quia oportet quod debitum præcedat. l. i. §. debitum. ſupra eodem. ſed hic nullum debitum præcedit antequam iuratum ſit, l iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. §. pœna. inſti. eodem. ergo. Et quia in conſtitutum deducitur quod ex contractu debetur. l. i. §. debitum. ſupra eodem. ergo non quod debetur ex delicto ut inſtitu. de publi. iudi. in princip. & quia denique debitum in pactum deduci non poteſt ex cauſa delicti. lege tranſigere. C. de tranſactioni. ergo nec in conſtitutum.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt. quia naturalis obligatio in conſtitutum deduci poteſt. d. §. debitum. ſed ex delictis oritur obligatio naturalis. l. ſeruus. ff. de his qui not. infa. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare non primum, quia ut inquit glo. & Bar. quanuis nobis incertum ſit, ſubeſt tamen debitum prout taxauerit iudex, delato iureiurando iniuriam paſſo. Non ſecundum, quia non tollit propterea quominus debitum ex delicto conſtituatur pariter ratione ſupra dicta. Non denique & ultimum, quia id uerum eſt in criminibus publicis non in priuatis ut hic, & fuſius ut not. in d. l. tranſigere.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod ualet ſimilitudo ſi in aliquo conueniant, licet quo ad aliud differant ut inquit etiam Abb. in c. tranſlato. de conſti. not. in c. cum dilecta. de confir. util. uel inuti. & in l. de quibus. ff. de legib. Bald. in l. curatoris. col. ii. C. de nego. geſt.

Et ad uulgatum illud de quo hinc, quod in habentibus ſimbolum facile ſit tranſitus. l. in rem. §. item quecunque. ff. de rei uendi. argumētum in l. abſentem. ff. de pœn. & in l. omnem. ff. de iud.

Et quod ubicunque in duobus eadem eſt ratio, idem ius per omnia ſtatui debet. l. à Titio. ff. uerbo. obliga. l. illud. ff. ad legem Aquil. l. fi. in fin. C. ad legem Fal. l. iii. in fi. prin. ff. de iniuſto teſta. l. ſi quis ſeruo ad fi. C. de fur. Bar. in l. i. col. fi. ff. de offi. eius.

Et quod exempla non reſtringunt regulam, ſed declarant. §. hactenus. inſtitu. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de damn. infe. nanque tria ponit hic Iuriſconſul. ſed non quod in aliis etiam actionibus ex delicto deſcendentibus, conſtitutum locum non habeat, alias legis generalitas reſtringeretur non dicendum. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. l. de pretio. ff. de publicia.

Et quod denique qualitas alterat ſubiectum. l. Aquilius regulus. ff. de dona. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. not. in l. edita. C. de eden. plene Barba. in tracta. de præſtan. Cardi. in j. q. j. par. col. iii. plenius Bononien. in ſingu. ſuis poſteriorib. DXX. qualitas nanque hic qui prius tenebatur actione furti ui bono. rapt. uel iniuriarum & ſimili, ſi conſtituerit ſe ſoluturum taxatione facta ut ſupra tenebitur poſtea actione de conſtituta, & eſt argumentum in l. ſi eum. in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Finis.

Paulus lib. xj. ſententiarum.

SI QVIS DVOBVS PECVniam conſtituerit tibi aut Titio: & ſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutę manet obligatus etiam ſi Titio ſoluerit: tamen per exceptionem adiuuatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod per ſolunem adiecto factam ſoluens liberetur, tex. in l. itē illa in §. fi. ſupra eo. ubi in terminis noſtris ſoluens ipſo iure liberatur tam ab obligatione prima quam ab iſta de pecunia conſtituta. Et ſignáter etiam idem dicitur in l. ſed & ſi filiofamilias in §. i. ſupra eod. Et ex eo quoque ſuadetur, quia ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, ut inſti. quib. mod. toll. ob. in prin.

Contrarium tamen hic deciditur, qđ imò ſoluens non liberetur ipſo iure, ſed de ęquitate ſic exceptionis ope, doli mali ſcilicet quæ generalis eſt. l. ij. §. & generaliter, ff. de doli except. Et ratio deciſionis eſt quia in prima obligatione adiectus non erat, quo ſit ut mirum non ſit, ſi nec ipſo iure liberatus eſt, ſed ope exceptionis, quia de uoluntate creditoris ſolutio facta eſt, & paria ſint, ipſi ſolui, uel alteri ipſo uolente. l. uero procuratori. ff. de procurator.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nō primum quia uerum eſt, quando ſoluens ſolueret principali, cui, obligatus eſt utraque obligatione ergo non ſi ſolueret adiecto in conſtituto tātum ut hic. Ex quo ſecundum quoque tollitur, quia procedit & uerum eſt pariter, quando adiectus in conſtituto, fuiſſet adiectus etiam in obligatione principali, ſed hic adiectus eſt (ut dixi) in conſtituto tantum ergo & ut per Bar. Bald. Paul. Caſt. & Ang. latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod ubicunq; in lege ſit exceptionis

mentio,

mẽtio,exempli gratia, quod quis ſit liberatus nõ ipſo iure ſed exceptionis ope ut hic,de doli mali intelligi debet ſuppletione ſiue ſubauditione, ex quo gñalis eſt.l.11.§.& generaliter ff.de exce.do.

Et quod tantum eſt dicere quem exceptione liberatum licet non ipſo iure,quantũ eſt dicere de æquitate.quoniam omnis exceptio æquitate nititur.l.qui æquitate.ff.eo.Bal.in l.fi.in §.j.in prin. C.de iur.deli.Bar.in l. nõ ſolũ.in §. ſi liberationis uerba.col.j.ff.de lib.lega. & quia paulo ſupra dixerat,& ſi ſtricto iure manet obligatus. l. ii. §. item Varus ibi,hæc æquitas ſuggerit etiã ſi ſtricto iure deficiamus.ff.de aqua plu. arcen.

Et quod non inutilis eſt diſputatio, an quis ipſo iure ſit liberatus uel exceptionis ope, ut pulchre declarat Bar. in l. cum qui ita. in §. qui ita. nu.5.ff.de uerb.obli.& Areti.in §. omnis. nu. 5. inſti.de uerbo.obli.Deci.in l.i.col.ij. C. de pac. & in l.lecta.col.vj.ff.ſi cer.peta.& in l. non uidetur cœpiſſe.col.ii.ff.de reg.iur.

Et quod quamquam iudex æquitatẽ præoculis habere debeat uulga. l. quod ſi Epheſi . ſupra de eo quod cer.loco. ea tñ nõ utitur,neq; officiũ ſuũ impartitur niſi fuerit requiſitus.l. iiij. §. hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.ideo hic dicitur, debitorem exceptione adiuuari.

Et quod deniq; inter cæteros ſoluendi modos hic eſt potiſſimus,cũ dicimus aliud de ſtricto rigore iuris aliud de æquitate, ut hic & in l.cotem fero.in §.qui maximos.ff.de publica. & uectiga. Bar.in l.hac ſcriptura.col.ii.ff.de dona.& in l. Iulius Paulus.ff.de condi.& demon.& in l.ſi cui legatum.ff.eo.& in l.cum auus.ad fi.& in l.cum qui in prin.ff.de his quib.ut indi.& hinc quod rigore iuris circuitus non uitantur , de æquitate autẽ ſic,inquit idem Bar.in l.cum fundus.in §.i.nu.2. ff. ſi cer. peta. quodque primo caſu rurſum non habet locum collatio in ſuccedentibus diuerſo iure,inſpecto uero ſenſu interpretatiuo, ſecundum æquitatem Sceuolæ ſic,& ſic ſecundo caſu, & tradit adhuc Bar.in l.ſi filius.ff.de colla. bono. Qui dicit etiam ad propoſitum in l. j. nu. 7. de pecu. quod de rigore iuris filius non obligat patrem de peculio,neque ſeruus dominum, ſed de æquitate ſic.& dixi ego ſatis , in tracta. Iſagogico , de ſoluend. arg. Finis.

Scæuola lib. v. Digeſtorum.

LVCIVS TITIVS SEIOrum debitor deceſsit: hi perſuaſerunt P. Meuio , quod hæreditas ad eum pertineret : & fecerunt vt epiſtolam in eos exponat debitorem ſe eſſe quaſi hæredem patrui ſui confitentem:qui & addidit epiſtolæ ſuæ quod in rationes ſuas eadem pecunia peruenit. Quæſitũ eſt cũ ad P. Meuiũ ex hæreditate l. Titij nihil peruenerit : an ex ſcriptura propoſita de conſtituta pecunia conueniri poſsit . & an doli exceptione vti poſsit . Reſpon. nec ciuilem eo nomine actionem competere: ſed nec de conſtituta pecunia conueniri poſſe ſecundum ea quæ proponerentur. Idem quæſiit vſurarum nomine quod ex cauſa ſupraſcripta datum ſit, an repeti poſsit ? Reſpon. ſecundum ea quæ proponerentur poſſe.

Dubitandi rationem faciebat, qui cõſtituit ſe ſoluturum quod alius debet tanquã ipſe deberet, quod teneatur,quia ſufficere uidetur,quod conſtitutũ debitũ ſit , eſto quod non ſit debitũ à cõſtituente,ut inquit Bar.hic,& probatur in l. hactenus.ſupra eo.Et quia cõfeſsio per epiſtolã facta,uim cõſtituti habere vr̃, imò quod per eã nõ modo probatio fit.l.publia. §. fi. ff. depo. uerum etiam obligatio inducitur . l. Titius . ſupra eod. ergo omnino de conſtituta tenebitur .

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad hoc ut cõſtitutũ ualeat oportet quod debitũ ſit.l.j.§.debitũ.ſupra eo. ſed hic nõ erat debitũ,cõfeſsioq; per epiſtolã errore facta,igitur nõ mirũ ſi nõ tenet̃,nõ ciuili actione. ideſt hæreditaria , cũ nõ ſit hæres,non ẽt ꝓtoria, hoc eſt de cõſtituta.l.i.in prin.& in §.j.ſupra eo. quia nõ erat debitor, & facit qđ dr̃ in l. ſi per errorẽ.ff.de iur.om.iu.& ſubiicit Iuriſcõ.ſi ex cã ſupraſcripta aliquid uſurarũ noĩe datũ fuerit, qđ id repeti poterit. Nec ob. ſi diceretur quod cũ debitor eſſet tutus exceptione doli , nõ dẽret ſoluẽs poſſe repetere.l.qui exceptionẽ. ff. de cõdi. inde.qa cũ obligatio eſſet nulla (ut iã dictũ eſt) & exceptio intẽtionis et facti oĩno debet poſſe repetere.l.qui ſe debere.ſupra de cõd.ob cau. & ut hic ẽt per Bar.uel abſolute ex Fulgo. dicamus qđ doli exceptione non eſſet tutus cũ nulla (ut rurſum diximus) fuerit obligatio . & ferè idem eſt.

Ad oppoſita rñdetur nihil facere , nõ primũ, quia uerũ eſt, ſi promiſsio facta fuiſſet tãquã debiti ab altero,ſed hic facta eſt tanquã debiti à ſe, ergo cõſtitutũ ualere non debet.l.ſi pene. §.j.ſupra de cõdi.inde.ergo. Nõ ſcđm,quia nõ eſt uerũ cũ errore ſit facta d. l. ſi per errorẽ, imò quod nec uera,cõſtitutũ induceret.l.publia.§.fi.ff.depo.ꝑalleg.& ſentit idẽ Fulg.hic. Non deniq; & ultimũ,quia nec probatio eſt ſufficiẽs , nec uerũ qđ inducat̃ obligatio , cũ debitũ nõ fuerit qđ in cõſtitutũ deduci potuerit,& ut p doct.hic latius.

Præſtatq; nobis hęc lex argu.ad multa,& maxime,qđ ubi aliquo caſu errorem conſideramus,

is utique conſiderari debet reſpectu promittentis non recipientis ut hic & in l. in his rebus. in §. mulier. & ibi Bal. in prin. ff. ſol. matri.

Et quod à ſimili ſtipulatio excedens numerationem, ſi promittentis adhuc error interuenerit, non eſt efficax ad agendum in illo exceſſu, ut ibidem dicitur & in l. ſi diuortio. ff. de uer. obli.

Et quod in ſtatuto de confeſsionatis, ſiue (ut eiuſdem Bal. uerbis formalibus utamur) guarentigiatis, ſi non tenet principale, nec tenet confeſſio nec præceptum, ita dicit in l. ſi abſentis. ad fi. & ſignanter per iſtum tex. C. ſi cer. peta. & in ſtatut. inſtrumentum nume. 34. & Alexand. conſil. lxxxj. col. v. uol. iiij.

Et qđ principali ſubſtātia cōtractus ſimulata, ſimulata quoq; uidebitur quolibet clauſula eidem adiecta, & conſequenter ſine effectu inquit alibi Bar. in l. nemo poteſt. col. iii. ff. de lega. i. multa Ro. poſt eum conſil. ccxlvj. col. ii.

Et quod denique ſi non tenet productio ſupplicationis eadem ratione non tenet confeſsio dependens, ſeu reſultans ex ea, quia nec qualitas poteſt ſtare ſine ſubiecto. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. peta. l. i. ff. de uſuf. Bar. in l. i. ad fin. ff. de uſuf. lega. Alexan. conſi. xxx. nume. 5. uol. vij. Finis.

ADDITIO.

Quod licet in traditione requiratur cauſa uera uel putatiua, l. nunquam nuda. iuncta glo. ff. de acqui. rer. domi. §. per traditionem. inſtitu. de rer. diui. in promiſsione tamen requiritur uera & non aſſerta ſeu putatiua ſecundum Bal. in c. fin. col. viij. de conſue. Iaſ. pulchre in repe. l. quo minus. nume. 32. ſiue alias q. xxvii. ad fi. de flumi.

Et quod quando renuncians ex quo renunciatio facta ſit in manibus non habentis poteſtatē, amiſit titulum & poſſeſsionem, ſi ſecundo reſignarit ſiue ceſſerit, ex quo nihil uacabat, conſenſus præſtitus ſuper tali reſignatione nihil ualebit, ut decidit Gomes olim collega Hon. in regu. cancella. de infir. Reſig. q. xxix. ad fi.

Et quod annullato actu principali, annullantur oēs clauſulæ in eo cōtente, ut etiam ſupra dictum fuit, in ſimili tamen, nouiſsime glo. in c. ſignificantibus. de offi. dele. & in l. ſi patronus, in §. patronum. ff. ſi quid in frau. pat. Iaſ. in l. non dubium. col. iii. C. de legi. Soci. in d. l. eius qui in prouincia. nu. 11. ff. ſi cer. peta.

Et quod maxime ſupra dicta locū habet quādo annullatur principale à iure communi, nec diuerſitatis ratio pōt aſsignari, quoniam alias ſecus l. fi. §. Lucius. ff. de condi. inde. not. in regu. cum principalis. ff. de reg. iur. & in c. acceſſorium. eodem titu. in vj.

Et quod denique ſi inſtrumentum inualidum eſt à principio, annullatur quoque guarentigiæ clauſula eidem acceſſoria, ut etiam ultimo loco dicit idem Ro. qui ſupra conſi. lxxvj. col. fi.

Commodati vel contra.

Pomponius lib. v. ad Sabinum.

REI COMMODATAE ET poſſeſsionem & proprietatem retinemus.

Dubitādi rōnē faciebat, quod dominiū & poſſeſsio trāsferatur comodatariū, quia eſto qđ ſola detentatio transferatur & uſus. l. officium. ff. de rei uendica. l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ſupra eodem. nihilominus eo tradito dominium quoq; transferri uidetur. l. ſi fundum ff. de fund. dota. l. donationes in concubinam. §. ſpecies. ff. de dona. & quia alibi exponitur commodatum, id eſt mutuum. l. ii. C. de his qui ex pub. ra. lib. x. ſed in mutuo dominiū transfertur & poſſeſsio. l. ii. §. appellata. ff. ſi cer. peta. l. ſingularia. eo. tit. ergo. Et etiam quia commodans tradit, traditionibus dominia rerum transferuntur. l. traditionibus. C. de pac. ergo. & quia rei uēdicatio præſupponit poſſeſsionem ex parte rei conuenti. §. i. inſti. de act. ſed rei uendicatio datur cōtra commodatarium. l. officium. ff. de rei uendi. ergo poſsidet.

Contrarium tamē deciditur hic, & in l. ſeq. & rō decisionis eſt, quia cū ſolus uſus facti (ut dicebā ſupra) cōcedatur iā non pōt ullatenus dici qđ transferatur dominiū uel poſſeſsio. l. i. infi. de preca. præalleg. §. ſi duobus uehiculum. l. iii. §. ex contrario. ff. de acqui. poſ. l. hæreditate. §. patet. ff. de caſt. pec. c. uenerabilē. de ele. c. ī apicibus. vij. q. j. Iac. de Bel. in auth. quo mo. op. ep. in prin. col. ii.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primū, quia uerum eſt quando præcedit contractus aptus ad dominij tranſlationē ut iura ad idē allegata probant ſed hic nō præcedit ergo. Nō ſecundū, quia id eſt uerū improprie. l. ii. in prin. ff. ſi cert. peta. Vel dic uerū nō eſſe, quodq; de cōmodato proprie loquatur, ut per Dec. in d. l. ii. lec. j. & ij. j. nu. 7. ij. nu. 6. & verius eſt. Non tertiū, quia tradit ut re cōmodata utatur, non ut dominium uel poſſeſsionem amittat. quemadmodum & in præcario dici ēt ſolet. præalle. l. i. ff. de præc. arg. in l. legata inutiliter. ff. de adi. le. Ad ultimū deniq; tex. met ibi rūdiſſe uidetur, nō poſsidere, ſed eſſe in poſſeſsione, haberēq; rei reſtituēdæ facultatē, quæ duo lōge differūt. l. ſi quis ante. ff. de acq. poſ. Iaſ. in add. Por. inſti. de bo. poſ. in prin.

Præſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa, & maxime quod condictio furtiua non datur cōmodatario ſed ſoli domino. l. i. ſupra de condi. fur. l. fi. §. ſed cum in ſecundam. C. eo. & hoc quia cōmodatarius ut hic dicitur nec dominiū nec poſſeſsionē rei cōmodatæ habet declarando tñ ut per Bar. alias in l. qui iniuriæ, eā in §. i. ff. de fur.

Et quod ſimilium idē eſt iudiciū. l. nō poſſunt ff. de legi. c. tranſlato. & utrobique not. ſatis de conſti. namque (ut dicebam & repeto) cum præcarium

carium ſit commodato ſimile, iam nō pōt aliud dici, niſi quod ſit eadem etiam iuris utriuſq. diſpoſitio, & lignanter ita dicit tex. in præalleg. l. j. ad fi. ſentit Flo. quando ait pręſumi potius precarium quam dominium in l. ſeruitutes col. viij. ff. de ſeru. eſt uerum qđ non per omnia ſunt ſimilia ut p gl. in d. l. j. laſ. in §. ſequēs. n. 25. inſti. de act. uerum non refert quia ſufficit quantum ad id de quo hic, ut pulchre declarat Bald. in l. curatoris col. ij. C. de neg. geſt.

Et quod eadem ratione idem quod dicitur in cōmodato & precario, eſt ēt ſine controuerſia dicendū in depoſito, ut ad literā inquit I. Con. in l. licet in §. rei depo. l. qui rem eo. tit. l. ſi ſeruus depoſitus in prin. ff. de noxal. ac.

Et quod ratione de qua hic rei commodatę ſeu depoſitæ à filio patri, nō oritur obligatio, ſi peculium profectitium ſit ut not. in l. frater à fratre, ff. de condic. ind. & ibi diximus late.

Et qđ denique, ratione prædicta, certi condictione res depoſita ſeu commodata peti non pōt, quia ſic petimus rem dari & ſic dominium transferri. §. ſic itaque inſti. de act. ubi hoc caſu & poſſeſſionē & proprietatem retinemus ergo & not. declarat Roſ. beneuētan. in tract. libello. de certi condict. generaliſſima. nu. 16. Finis.

Vlpianus lib. xxix. ad Sabinum.

SI MEI CAVSA DOLVM tantum. Cōmodatam rem miſſus qui repeteret cum recepiſſet aufugit ſi dominus ei dare iuſſerat domino perijt ſi commonendi cauſa miſerat ut referretur res cōmodata: ei cui cōmodata eſt perijt.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum caſum, quod commodatarij ſit periculum, ſi res data ſit nūcio, qui eā repeteret, ſi aufugiat re ipſa recepta, quia poteſt imputari cur facile rem hoī improbo commiſerit, maxime etiam quia hinc dici ſolet, quod electio mala eſt in culpa. l. de illo infra pro ſocio. l. uideamus. ff. loca.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt quia dominus ei dari rem iuſſit, nec in aliquo cōmodatario culpa imputari pōt, quo ſit ſi aufugit ut domini periculum ſit argumētum in reg. damnum de regnl. iur. in vj.

Ad oppoſita reſpōdetur, primum nihil facere quia imo imputari non pōt ex quo data eſt res ei cui (ut dixi) dari dñs iuſſerat, uſq; adeo (& ſic tolletur ſecundū pariter) ut mala electio non fuerit in culpa, ex quo elegit dñs & non cōmodatarius.

Quo ad ſecundum dictum quoq; dubium faciebat, Domini periculum eſſe, & non eius cui res commodata eſt, ſeu eidem dño perire, & non cōmodatario quia uidet caſus in l. argentū infra eo. ubi ſi res cōmo data perierit qa nūcius captus ſit à latronibus, perit periculo domini, ergo non cōmodatarij ut hic. Et quia ēt nihil eſt qđ eidem poſſit imputari. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act.

Contrarium tamē hic deciditur & in hoc quoque, & ratio deciſionis eſt, quia electio mala eſt in culpa, dicta. l. de illo infra pro ſo. debuit enim ipſe rem ferre, uel eam mittere per fidelem nuncium, uel per repetentem nomine domini, quod cum factum non fuerit tenebitur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primu.. quia id uerum eſt ex quo actum non erat ut uel ipſe ferret uel per repetentē mitteret. Vel quia talem elegit, quē quilibet diligētiſſimus paterfamilia elegiſſet. Nō ſecundū puta imo imputari pōt ex quo talem elegit qui cōmonendi cauſa tantum fuerat miſſus electio autem mala eſt (ut diximus) in culpa, ergo.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſtultus in culpa ſit ſapiens in pœna inquit Bald. in cap. niſi. numer. ij. de offic. lega. p illū tex. nanq; improbus nō eſt pro probo eligēdus, qa (ut diximus) electio mala erit i culpa.

Et qđ à ſimili, quoniā electio mala depoſitarij pariter eſt in culpa tutum arbitraret depoſitum fieri apud eūdem ſacrā, uel apud eum quem declarauerit iudex, uel apud amicum ſuffragio eligendum ut dr̄ in l. quæ ſunt cautiones. ff. fam. herc. & in l. ſi ſoluturus. ubi pulchre per Bart. ff. de ſolu.

Et quod ſi mandaui tibi ut menſurā agri ageres, tu uero alteri delegaueris, ille uero aliquid dolo malo fecerit, teneberis, ut pote dolo etiam uerſatus ea in re, quia tali homini credidiſti, ut hic, & in l. ii. ubi caſus iſte iudicio meo ſemper notandus eſt. ff. ſi men. fal. mo. di.

Et quod à ſimili rurſum, executores (is enim eſt cui litium præparatio committitur, hinc à quo expediuntur iudice ſuo iubente. l. ea quidem. C. de accuſa.) à ſcholarum magiſtro, ſiue ſacrorum ſcriniorum, uel ubi conſuetudo extaret per officiales ciuitatum locupletes & probatæ uitæ, eligi debent, ne (iterato dixerim) mala electio ſit in culpa, & infringatur, ut inquit Specu. in §. j. nume. 2. de executo.

Et quod denique imputandus eſt ſic dominus ſi aduocatus quem elegit, ineptam propoſuerit actionem, & non alius ut ſupra in l. proxima quē non tam idoneum per quem text. ita etiam ſignāter dixit idem Spe. in §. ſequitur. nu. xvij. de ſalar. alias. q. ponit hic Alb. dic ut per eum. Finis.

Vlpianus lib. xviij. ad Sabinum.

SI SERVVS MEVS REM TIbi ſcienti rem meam nolle me tibi commodari cōmodauerit & commodari & furti naſcitur actio & præterea condictio ex cauſa furtiua.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat, quod in caſu præſenti & commodati, & furti actio, ac condictio furtiua, non naſcantur, quia ſi ago commodati factum ſerui approbo, ſi uero furti ſeu cōdictiōe furtiua reprobo, & ſic ſunt actiones cōtrariæ quæ non poſſunt ſimul ſtare propter repugnantiam. l. j. C. de fur. l. ubi repugnātia. ff. de reg. iu. Et quia ſicuti ex eodem facto non oriuntur diuerſi contractus. l. ij. ſupra eo. pari modo nec diuerſæ actiones poſſunt oriri, quia nec diuerſa ratio aſsignari poteſt. Et etiam quia ratificatio æquiparatur mādato. l. fin. C. ad macedonia. ſed agendo commodati ratificat, ergo alia actio furti uel condictio furtiua non orietur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum diuerſæ ſint cauſæ quanquā idem factum, poſſunt inde etiam diuerſæ oriri actiones, nanq; una naſcitur ex contractu, aliæ uero ex improbitate recipientis, & ſcientis, me inuito rem meam ſibi commodato dari.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quidem, quia id uerum eſt, executione, nāq; una intentata altera tollitur ſeu nō nata fingitur, ſed hoc non officit quominus origine concurrāt & ut fuſius not. in d. l. j. C. de furt. diximus latè poſt alios in l. edita. C. de eden. Non ſecundum quia antecedens uerum eſt conſequens falſum quando quidem (ut dictum eſt) cauſæ ſint diuerſæ, & ſic non omnino eadem ratio, quæ eſt in cōtractibus. Non denique & ultimum, quia nec cōcludit ad propoſitum, nanq; fateor quod agendo commodati ratificet, ſed dum dicitur, ergo nec alia actio oritur nego, ex quo oritur, ſed non intentatur, & plus quod iam orta erat à principio, ſed exequi non poterat & ut dictum fuit pariter non nata fingitur, & eſt argumentum in l. quod in hæredem in §. eligere. ff. de tributo. & in l. cum filius in §. uariis. ff. de leg. ij. & not. in d. l. edita & in c. ſignificantib. de lib. ob.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod noſtra intereſt habere plura remedia quibus nobis ſuccurſum ſit, ut etiam dicitur in l. ſi domus. ff. de ſerui. urba. prædio. Bald. in l. certum col. iij. C. unde cogna. Salyc. in l. ſi ex cautione col. x. C. de non nume. pecu.

Et quod quando plures ſunt actiones contrariæ, nō admittitur cumulatio. d. l. j. C. de fur. Bar. in præalleg. l. edita nu. xiiij. C. de eden.

Et quod licet ſeruus acquirat domino etiam inuito ex contractu. l. etiam inuitis. ff. de acquir. rer. do. l. quemadmodum. ff. de iure dot. l. ſeruus uetante domino. ff. de uer. ob. non tamen ei præiudicat commodando uel aliter faciēdo. l. ſeruus C. de pac. hoc eſt eidem prodeſſe poſſe nō obeſſe ut hic.

Et quod quanquam alias unus & idem actus non pariat effectus contrarios, ut not. in l. in numerationibus. ff. de ſol. parit tamen ſi diuerſi fuerint, ſiue ex diuerſis proueniant cauſis ut hic.

Et quod denique, qui eligit unum ex duobus cōtrariis alteri renunciare uidetur. l. nihil intereſt & ibi Bal. not. ff. de inof. teſt. Finis.

Iulianus lib. lj. Digeſtorum.

AD EOS QVI SERVANDVM aliquid conducunt aut utendum accipiunt: damnum iniuria ab alio datum non pertinere procul dubio eſt. qua enim cura aut diligētia conſequi poſſumus ne aliquis damnum nobis iniuria det?

Dubitandi rationem faciebat, quod de damno dato à tertio, conductor rei, ſeu commodatarius, teneatur quia uidetur caſus ad literam in l. ſi merces in §. culpæ. ff. loca. ubi damnum datum conductori, ſibi debet imputari, ergo & hic atque in terminis huiuſce legis. Et maxime quo ad commodatum etiam, quia fit commodatarij gratia, uſque adeo ut hac de re quoque teneri debeat. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum ſupra eo. & facit etiā regu. trita. l. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. l. unica. §. pro ſecundo ibi, neq; enim ferendus eſt. C. de cad. tol.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt in tex. ipſo quia nulla cura ut diligētia conſequi poſſumus, ne damnum aliquis nobis iniuria det, quaſi dicat nullus ita ſapiens eſt, qui iniuriam ab aliquo ſibi illatam, uitare poſsit.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, nō primum quia ibi culpa præcedit caſum, hic non, & propterea non mirū eſt, ſi ibi pariter tenetur, hic uero non. Non ſecundum, & tertium (ad idem. n. tendunt) quia uerum eſt cōmodatarij gratia fieri ſed non tamen ut ipſe abſque culpa teneatur, alias quod in eius fauorem inductum eſt ad eius læſionem retorqueretur, non dicendum. l. quod fauore C. de legib. c. quod ob gratiam de regul. iur. in vj. Et licet ſentiat commodum, non tamen incommodo affici debet, quando damnum iniuria alterius ſibi datum eſt, argumentum in l. quæ fortuitis. C. de pigno. ac.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod ſicuti rei commodatæ dominium & poſſeſsionem retinemus. l. rei commodatæ ſupra eo. & ibi diximus, ita retinemus rei locatæ. l. non ſolet. ff. loca. ea de re non modo hic I. Con. dicit commodatarium, uerum etiam conductorem non teneri, ſimile eſt in l. ſi ut certo in §. ſi duobus ſupra eo.

Et quod aliquando lex eſt ſine dubitatione, ut innuere uidetur uerbum hic, ſeu aduerbium procul dubio ut etiam in l. ſi cōuenerit. ff. de iur. om. ind. & male ac contra text. in l. quod labeo. ff. de carb. edict. Bartol. in l. j. nume. 6. C. de Sacroſanc. eccleſ. imò derider Pap. conſulentes de indubiis in c. de multa ut ibi Abbas not. colum. prima de præbend.

Et

Et iulianus notat Marcellum, quod quæſtionem indubitabilem propoſuerit & ſic fatuã, quia dubitationem non habebat in l.ſi quis titio. ff. ex quib.cau.ma. Niſi reſpõdeamus ſic dixiſſe ad maiorem expreſsionem, ut declarat Fely.in c.ſi.col.viij.de conſti.ſed non quod non haberet dubitationem ut oſtenſum eſt ſupra. Vel & melius (eſtq; reſolutio uerior) dicamus, quod non habet dubitationem quo ad legiſlatorem, quo ad nos autem ſic, & ut per Bart.in l.ubicunque col.vj.ff.de interroga.ac. Vel quod ſit certa in ſe & in abſtracto in concreto uero prout applicatur ad mei, tui, & illius intellectum dubia & docent ſcriben.in rub. de reb.dub.

Et quod damnum proprie, iniuria datum dicitur, quia non iure datur, ad differentiam damni quod eſſe poſſet ſine iniuria, ut dolus bonus & malus, uenenum bonum & malum, & ſi qđ aliud eſt ſimile, & de quibus alias Fely.in c.ſuper his col.ix.de accuſa.& ob id in decret.dicitur, de iniur.& dam.dato.

Et quod delicta debent tenere ſuos auctores.l.ſancimus. C.de pœn. l.ſi plures ad fin.ff.de admi.tut.l.j.§.nunc tractemus.l.ſi ex duobus.ff.de tu.& ra.diſtrahen.Bartol.in l.ij.in §. cato col.iiij.ff.de uerb.obligationib.

Et anima quæ peccauerit ipſa morietur ut Ezechi.xviij.legitur.

Et quod denique nemo ex delicto alterius teneri debet (quod ferè eſt idem) Bartol. nouiſsime ubi multa & etiam intellectus, in auth.ut omnes obedi.iudici. prouinci. in princ. col.ij. Siue alterius odio prægrauari, ideo repræhenditur lex antiqua, quod infans poſsit exheredari odio matris uel à matre odio mariti.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffi.teſta.not.in l.ij.C.de bo. poſſ.cont.tab. & eſt arg.in reg.non debet de reg.iur.in vj. Finis.

Iulianus lib.iij.ad Vrſeium Ferocem.

ARGENTVM COMMODATũ ſi tam idoneo ſeruo meo tradidiſſem ad te perferendũ ut non debuerit quis æſtimare futurum ut à quibuſdam malis hominibus deciperetur: tuum non meum detrimentũ erit: ſi id mali homines intercepiſſent.

Dubitandi rationem faciebat, quod detrimentum ſit commodatarij non domini, ex quo culpa (regulariter loquendo) nocet ſemper remittenti, qui minus idoneum elegiſſe uidetur.l.ſi procuratorem.§.ſi tutoris.ff.manda.tradit Bart.in l.præſes.C.de appel.imò quod caſus ipſum excuſare nõ uidetur.l.incendium.C.ſi cert.pet. Et quia etiam tacite actum cenſetur quod ipſe commodatarius & nõ alius perferat.l.eũ qui.§.ſi. & ſeq. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ipſi non dolus uel culpa poteſt imputari quandoquidem ſeruus perferens (vt tex. met dicit) tam idoneus fuerit ut nõ potuerit quis ſuſpicari, à malis hominibus potuiſſe unq̃ decipi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quia uerum eſt ſi poteſt ſibi quidem imputari, quo caſu allega.loquuntur, ſed hic ex quo ſeruus ſuus frugi homo erat, et idoneus quàm maxime, non erit neque eſt ullatenus imputandus, ſiq; mali homines intercipiant argẽtum, domini erit non commodatarij detrimentum. Non ſecundum quia procedit in debitore quantitatis id ſeu generis quod nunquam perit.d.l.incendium not. in l. quod te.ff.ſi cert.petat. non autem ſpeciei, ut hic Non denique tertium, & ultimum, quia non eſt uerum, ſatisq; eſt quod nuncium idoneum eligat, nec elegẽti commmodatario (ut dixi) culpa poſſit imputari. Et forte militaret obiectum, quãdo expreſſe ita actum fuiſſet inter partes. l.j.§.ſi cõueniat.ff.depo.l.legem.C.de pac.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod argenti appellatione, uenit factũ & infectum, & etiam pecunia ſignata quoniam ſimpliciter mẽtio ipſius facta eſt, alias ſecus l.et ſi non ſint. §. j. &.§. infecti.l.qui totus.ij.§.i.& ubique Bart.ff.de au.& arg. lega.uel dic quod ſecundum ſubiectam materiam de infecto intelligatur & rudi materia.l.apud labeonem.§.fin.ff.de præſcript.uer.uel quod factum etiam comprehẽdatur.l.quæſitum.§.illud fortaſsis.ff.de legat. iii. & melius, quia rudis materia ad nullum uſum eſt.

Et qđ ſeruorum ſuorum dominus noxali duntaxat tenetur, ueniaq; dignus eſt alias.l.ſi.§.ſeruorum hic etiam in gl.allega.ff.nau.caup.ſtab. Et maxime ſi probatæ fuerint & inculpatæ uitæ.

Et qđ alieni non facile ſunt admittendi, niſi eorum fide prius atque innocentia explorata, ut ibidem.

Et quod alias mala electio eſſet in culpa (ut dictum eſt in l.ſi mei cauſa ſupra eo.) l.iudicatus ff.loca.l.ii.ff.ſi men.fal.mo.di.Bartol.in l.ſi ſoluturus. ff.de ſol.

Et quod denique à malis hominibus argẽtum intercipi, eſt caſus fortuitus, qui humano iudicio præuideri non poteſt.l.quæ fortuitis.C.de pigno.ac.argumentum in l.proxi.ſupra & probatur in l.ſi putator.ff.ad legem aquil.pulchre Bal. in l.i. in prin.C.depo. Finis.

ADDITIO.

Quod debitor ſpeciei excuſatur, ſi perierit caſu ſpecies, quando nuncius eſt familiaris & notus quique conſueuerat eſſe bonus & diligens, niſi ſuſcepiſſet in ſe periculum caſus fortuiti ut ſignãter per iſtum text. dixit Bald. ubi alia multa in l.ſi is cui.C.de fur.

Et quod non debet eſſe apud aliquem, ſiniſtra ſuſpitio, quod quis utatur opera malorum hominum, ſi non conſueuit alias eſſe malus egregie dicit idem

cit idem Bal.conſi.ccxxxij.uol.ij.

Et quod ſi eſſet quantitas & periret,utiq; mittentis foret periculum ex quo mutuo data ſibi quantitate in eum dominium tranſlatum eſt in l. ij.§.appellata.ff.ſi cert.pet.uſque adeo ut perempta ea, pereat(ut dixi)debitori mittenti, qui adhuc eſt dominus & non creditori,& ideo in ſpecie hic loquitur I.Con.& declarat Abb. in c. ſignificante col.iij. de pigno.

Paulus lib.xxij.ad edictum.

SI SERVVS MEVS QVEM tibi commodauerim furtũ fecerit: utrum ſufficiat tibi contraria commodati actio quemadmodum competit ſi quid in curatiõe ſerui impendiſti: an furti agendum ſit queritur. Et furti quidem noxalem habere actionem qui commodatum rogauit proculdubio eſt. Contraria autẽ commodati actione tunc eum teneri, cum ſciens talem eſſe ſeruum,ignorãti commodauit.

Dubitandi rationem faciebat, quod dominus comandans ad emendationem damni non teneatur,quoniam commodatum regulariter fit gratia recipientis, quo caſu omnino debet cõmodãs excuſari.l.ſi ut certo.§.nunc uidendum ſupra eo. alias(ut uulgo aiunt)de bono opere lapidaretur & male.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hære. l.ſeruus ea lege. ff.de ſeruis expreſsique cõmodũ ſerui commodati ſenſit commodatarius ęquę cõuenit ut incommodum ſentiat quoque.l.unica.§. pro ſecundo ibi neque enim ferendus eſt. C. de cad.tol.l.ſecundum naturam.ff.de reg. iur.

Contrarium tamen hic deciditur,quod teneatur contraria actione commodati commodans ſi ſciens talem ſeruum fuiſſe, eum commodauerit noxaliter uero ſi ignoranter. Et ratio deciſionis eſt,primo caſu quia doloſe egiſſe uidetur, dolus autem & fraus nemini patrocinari debet. l.ne ex dolo.ff.de dolo.l.ariſto.§.fina.ff.de dona.c.ſedes apoſtolica dereſcrip.ergo.ſecundo uero quia adiuuari nos non decipi beneficio oportet. l.in cõmodato.§.ſicut ad fi.ſupra eod.c.unico eod.titu. Et ideo ſeruum dabit pro noxa.l.j.& ij. ff.de noxal.ac.& idem quod hic habetur etiam in l.in rebus in §.qui ſciens ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere nanq; antecedens uerum eſt conſequens falſum ſi ſciuit ratione ſupradicta, quia ſi ignorauit(ut dixi)dat ſeruum pro noxa.ex quo tolluntur cætera. Neq; facit regul. d.l.ſecundum naturam quia cum ipſi cõmodatario obuenerit incõmodũ dolo cõmodãtis,id utiq; ſentire nõ debet,maxime quia ſic neq; cõmodum ſenſiſſe uidebitur & ut not. ibi fuſius.

Præſtatque nobis argumentum hæc lex ad multa,& maxime quòd noxa proprie ſeruorum eſt, hic,& in d.l.j.& ij.& toto titu.de noxal.& brutorum pauperies,& ad differentiam dictæ noxiæ, quæ eſt furtum.damnum,rapina,iniuria.noxa uero corpus nocens,hoc eſt ſeruus,ut inſti.eod.§.j. & nimirum ſi hic dicitur, quòd ſeruus pro noxa dari debet,ſi furtum fecit, domino ignorante.de pauperie aliàs in l.j.ff.ſi quad.pau.feciſ. dica.

Et quod ubi diſtincta ſunt nomina duæ naſcũtur actiones,& ubi idem eſt nomen, & utraque ẽt directa,ubi uero nomen deſcendit a nomine,una eſt directa,alia uero eſt contraria,ut hic commodati,quarum una competit & datur commodanti,altera uero commodatario.ita glo. in l.conſenſu.ff.de act. & ob. Iaſ.& alij in l.in actionibus.in glo.j.ff.de in lit.iur. et dicit Bald. in Marga.ſua, action. nu.20.quod d.glo.non eſt alibi.

Et quod lex plerunque dubitationem non habet,ut ſonat uerbum proculdubio hic, & male.l. quod labeo.ff.de carb.edic.et eſt ſimile in l. ſi cõuenerit.ff.de iuriſdi.om.iud.& in l.ad eos.ſupra. eo.declara ut ibi dixi. Et nouiſsime adde Bal.alibi tamen dicentem, quod ubi eſt caſus clarus legis, ibi quæſtio eſſe non poteſt, dubitabilis propoſitio interrogatione facta ut hic in l. j. colum. vi.C.de ſeru.fug.l.ancillæ.C.de fur.

Et quod commodatarius, ſi quid in curatione ſerui impendiſſet,repetit, ut hic iuq; illis uerbis, ſi quid in curatione impẽdiſti.& in l.in rebus.in §.poſſunt.ſupra eo.argumentum in l.creditor.in fi.C.de pigno.ac.et in l.ſi neceſſarius.in princ.ff. eo.Spec.in tit.de cõmo.in §.nunc dicendũ. nu.3.

Et quod denique uulgatum illud hic uerificatur.propter quod unumquodque tale et illud magis auth. multo magis.C. de ſacroſanct. eccleſ.l. quanto magis. ff. de iureiur.c.cum in cunctis. de electio. Nanq; ſi(ut diximus)commodatarius poteſt actione contraria,petere impenſas in curatione ſerui factas,dum tamen modicę haud fuerint, prælega.§. poſſunt:argumen. in l. ſcio.ff.de reſtit.in integ.& in l.quanuis.ff.de cond. & demõ. multo magis debet poſſe agere ſi ſeruus furtum fecerit, ſiq; ſciens talem eſſe, ignoranti commodauerit. Finis.

Pomponius lib.xxx.ad Sabinum.

SI COMMODAVERO TIBI equũ vt eo vtereris vſq; ad certũ locum: ſi nulla culpa tua interueniẽte ĩ ipſo itinere deterior equus factus ſit,nõ teneberis cõmodati. nã ego in culpa ero qui in tam longum iter commodaui: qui eum laborem ſuſtinere non potuit.

Dubitandi

Dubitādi rationem faciebat, quod commodatarius teneatur, et non commodans ſi in itinere equus deterior factus eſt, quia ſi commodatum gratia commodatarij recipientis ſit, non æquæ conuenit ut damnū ſit commodantis. l. ſi ut certo. §. nunc uidēdum ſupra eod. imo quod tenetur ſi res commodata deterior fiat. l. cum qui in princ. ſupra eod. Nec reddita uideatur alias. l. iij. §. ſi reddita ſupra eo. Et quia debet ſentire incommodum qui ſentit commodum. l. ſecundum naturam. ff. de regu. iu. l. unica. §. pro ſecundo. C. de cad. tol. Et quia regulariter non liberatur debitor caſu ſortuito. l. incendium. C. ſi cert. petat.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia commodans eſt potius in culpa quàm commodatarius, ex quo equus laborem ſuſtinere non potuit, cum iter longum eſſet, nec à domino amico debuit commodari. d. l. ſi ut certo. §. quod uero.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nō primum quia antecedens uerum eſt conſequens falſum ex quo (ut diximus) ipſe commodans fuit in culpa, quæ ſibi non prodeſſe, ſed obeſſe debet, nec damnum ſit commodatarij, cui nihil poteſt imputari. Non ſecundum quia id quoque procedit quādo commodatarij culpa adhuc foret reddita deterior, at hic nulla fuit, quæ ſibi poſsit aſcribi ergo. Non etiam tertium quia ſenſit ipſe rurſum, potius incommodum quam commodum, uſque adeo ut nec ſimus in caſu regulæ prædictæ.

Non ultimum denique, quia & id uerum eſt utique in debitore generis ſeu quantitatis, non ſpeciei ut hic & ut fuſius not. in d. l. incendium, & in l. quod te. ff. eo. tit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſi equus moriatur morte naturali in itinere, nec culpa poſsit imputari conductori damnum eſt locatoris à ſimili, non cōductoris argumentum in l. quæ fortuitis. C. de pigno. ac. Bald. in l. j. ad fin. C. commodat. Io. And. & alij in c. auditis ubi etiam Fely. colum. xvij. de præſcript.

Et quod ſecus erit ſi uel cōmodatario hic, uel conductori culpa imputari potuiſſet, quoniam tunc damno ſeu periculo commodatarij, uel cōductoris periret ſiue periiſſet ut dicunt ſciben. in locis ſupra alleg. & Bar. in l. j. C. de curſu pub. lib. xij. & Io. de Ana. in c. ſignificaſti ij. col. xx. de homi. & facit text. ibi calcaribus ſtimulauit in c. ſignificaſti. i. eo. tit.

Et quod ſi commodatarius fruatur re commodata ad eum uſum ad quem eſt deſtinata, & conductor pariter, nihil eſt quod ipſis poſsit imputari. l. cum qui in princ. ſupra eo.

Et quod inſpici debet quod euenire poterat. l. ſi quis domum. §. i. ff. loca. Barto. in l. inter ſtipulantem in §. ſacram col. iiii. ff. de uer. ob. Bal. in l. diuortio in §. fin. ff. ſol. mat. namq; ſi commodans ſciebat equum laborem ſuſtinere non poſſe utiq; id commodatario dicere debebat.

Et quod denique propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de cond. ob cau. c. literaturam de uoto. Si enim (ut dixi) uolebat commodans commodatarium teneri uel cōductorem de quo ſupra debebat proteſtari, quia proteſtatio conſeruat ius proteſtanti. l. ſi debitor §. i. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſol. not. in l. non ſolum in §. morte. ff. de no. op. nuncia. & in c. cum M. Ferrarien. de conſtitutio. Finis.

De pignoratitia actione.

Vlpianus lib. xxviij. ad edictum.

CREDITOR CVM PIgnus reddit de dolo debet debitori repromittere, & ſi prædium fuerit pignoratum: & de iure eius repromittendum eſt: ne forte ſeruitutes ceſſante uti creditore amiſſæ ſint.

Dubitandi rationem faciebat, quod creditor de dolo debitori repromittere non teneatur, quī clarum eſt pignus ſola debiti ſolutione liberari, uel per oblationem effectualem in iudicio factam l. item. §. qui paratus. ff. quib. mo. pig. uel hyp. ſol. & quia ſubeſſe uidetur etiam quid quod debitori imputari poteſt cur a principio apertius legē non dixerit, arg. in l. ueteribus. ff. de pac. et in l. ſi repetendi. C. de condic. ob cauſ. Et minus etiam de ſeruitute. l. in uendendo. infra de contrah. emp. & uidetur text. apertiſsimus ſimpliciter loquens in l. debitor. in §. fi. infra eod. ubi ad literam dicitur, ſoluta pecunia creditorem teneri ad pignoris reſtitutionē, quodq; nil amplius pꝛ̨ſtare cogitur.

Contrarium tamen deciditur hic, et ratio deciſionis eſt, quia cum pignus contrahatur gratia utriuſq;. §. creditor. inſti. quib. mod. re contr. obli. & ipſe creditor teneatur de dolo & culpa, inq; eo cuſtodia deſideretur, quam diligēs paterfamilias præſtare ſolet. l. ſi cum uenderet. §. fi. & l. ſeq. ſupra eo. ex quo deterius reddi non debet. l. creditor. C. eo. nimirum eſt ſi dolo et negligentia caruiſſe, repromittere debet in redditione ipſius pignoris debitori. Et quia potuiſſet ſeruum manumitiſſe, uel tale quid aliud feciſſe, alias cum ipſius debitoris iactura adhuc locupletaretur & male. l. nam hoc natura. ff. de condi. ind. l. iure naturæ. ff. de reg. iu. c. locupletari. eo. tit. in vi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere. Non primum, quia uerum eſt ſi repromiſsio non petatur. Non ſecundum, quia imò imputandus non eſt, ſciens hoc ipſum a lege deciſum, arg. in l. creditor qui non idoneum pignus. ff. ſi cer. peta. & in l. ſicut. in §. non uidetur. ff. quib. mo. pig. uel hyp. ſolu. Non tertium, quia procedit in creditore ignorante ſeruitutes eſſe debitas, nos in ſciente,

& primo caſu poteſt debitor imputari, ſecundo uero non. Non denique & ultimum, quia ſupplet̃ur per iſtum tex. nec nouum eſt l. non eſt nouum l. ſed & poſteriores ff. de legi. c. ſuper quæſtionum in prin. de offi. de. uel & melius dic ut per Saly. in d. §. fin. & de materia etiam in d. l. creditor, quam forte glo. luc uoluit allegare, aliam ſubinde allegando quæ non reperitur in titulo illo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ubicunque doli fit mentio ut hic uenit etiam lata culpa, ex quo dolo proxima eſt l. quod nerua. ff. depo. l. ſi filiofamilias. §. maritum. ff. ſol. mat. l. ſi cum uenderet. §. ſi. ſupra eo. & ſentit etiam glo. hic.

Et quod non utendo ſeruitutes amittuntur, ut etiam dicitur in l. ſi ſic ad fin. ff. quemadmo. ſeru. amit. Bar. in l. ſicut. C. de ſerui.

Et quod negligere eſt culpa uſque adeo vt quis de negligentia teneatur. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſol. mat. tradit Bal. in l. ſi ſeruum in princ. ff. de uerbo. obl. Nimirum igitur ſi hic creditor de neglecto etiam cauet, cum pignus reddit.

Et quod licet alibi lex generaliter excludat licet ordine ſit poſterior, non tamen excludit ea quarum prouiſio facta eſt à legibus anterioribus, quo minus ſcilicet creditor de dolo promittat, ultra pignoris reſtitutionem, & corporalis poſſeſſionis ipſius debitori, ut hic & in d. l. debitor in §. fin. infra eod.

Et quod denique ſimplex promiſsio, ſufficit, & non cum ſatiſdatione, ut hic ſenſiſſe uidetur glo. & male, ex quo non dicitur, argumentum in l. j. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. ſancimus. C. de verb. ſig. Saly. in d. §. fin. Finis.

Paulus lib. vj. Breuis Edicti.

DOMO PIGNORI DATA & area eius tenebitur: eſt. n. pars eius. Et è contrario ſolũ ſequitur ædificium.

Dubitandi rationem faciebat, quod domo pignori data area obligata non ſit, quia uidetur caſus hic in glo. allega. in §. fina. inſti. de uſuf. ubi ſi ædes incendio exuſtæ ſint, uel terremotu ruant, extinguitur uſufructus qui tamẽ eſt domini pars l. iiij. ff. de uſuf. Er quia actus agentium non debent operari ultra eorum intẽtionem. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. ſed debitor obligarat domum uel ſolum, ergo non aream nel è contra ædificium ut dicitur in tex. Et quia in contractibus interpretatio fit contra eum qui ex eo nititur, quiq; potuit legem apertius dicere, quo fit ut propoſitum in mente retentum nihil operetur. l. ueteribus. ff. de pact. l. ſi repetendi. C. de condictio. ob cau. c. litteraturam de uoto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt in ipſo met text. quia Area eſt domus pars, & integralis quidem, & quia ædificium cedit ſolo. l. ſi inferiorem. C. de rei uend. & aliis iuribus in glo. allega.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia uerum eſt & procedit in uſufructu, qui rei mutatione perimitur. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatũ. ff. de ſerui. urba. prædio. l. repeti. §. rei mutatione ff. quib. mod. uſuf. amit. eſtque pars ſubiectiua & prædicamentalis ut per Bart. in l. qui uſumfructũ ff. de uerb. ob. hic autem in pignore loquitur tex. quo caſu longo differũt interuallo, tractatq; creditor de damno uitando, uſufructuarius uero de lucro, quorum non eſt par eademq; ratio. l. fi. C. de codici l. uel & aliter ut etiam per docto. in d. §. fin. Non ob. ſecundum, quia licet non fuerit intentionis primitiuæ ipſius debitoris, fuit tamen ſecundariæ & conſecutiuę, & ſufficit ut not. in d. l. non omnis, pulchre Bal. in l. ſi abſentis col. j. ad fi. C. ſi cert. pet. qui etiam pignori obligando domum, uel ſolum idq; pignori accipiendo creditor, ui dentur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, uulga. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb. Non ob. ultimum quia non eſt uerum cum (ut diximus) area ſit pars domus, & ædificium cedat ſolo, uſque adeo ut dici non poſsit, propoſitum fuiſſe in mente retentum, ſed perinde potius ac ſi fuiſſet expreſſum. imo quod expreſsio neceſſaria non fuit, quodq; expreſsio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur. l. iij. ff. de leg. j. l. non recte. C. de fideiuſſo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod quanquam hoc uerbum domus multiplices habeat ſignificatiões ut per Bar. in l. pronunciatio. ff. de uer. ſig. Alex. conſ. ccxiij. col. j. uol. vj. Pau. Caſ. conſ. xcij. nu. 3. uol. j. hic tamen pro ut ſubiecta materia dictat. l. ſi uno. ff. locat. capitur pro ſimplici habitatione, vt etiam in l. j. in princ. ff. ad Sillania. & in l. plerique. ff. de in ius uoc. & in l. lex Cornelia in §. domũ. ff. de iniu.

Et quod ſublata forma rei, ſi aliquid ſuperſit, circa illud perdurat prior diſpoſitio, ius, actio & obligatio, ut etiam dicitur in l. Paulus in §. domus ff. de pignor. & in l. ſeruum filij in §. ſi pocula. ff. de legat. j.

Et quod idem iuris eſt partis, quod eſt totius, ut dicitur pariter in l. quæ de tota. ff. de rei uend. l. propter litem & ibi Bar. ff. de excu. tu. c. frequẽs de reſti. ſpol. in vj. c. i. xii. d. glo. in ſimili in l. Imperium. ff. de iu. om. iud. & hoc eſt quod dicit alibi Bal. quod licet pars non ſit totum. ipſa tamẽ eſt de toto conſil. cclxxj. col. ij. uol. i. per text. in l. ſi alij. ff. de uſufr. le.

Et quod regu. maxime locum habet ubi diuerſitatis ratio aſsignari non poteſt, inter partem & totum ut not. in d. l. quæ de tota Corne. cõſ. cxcj. col. ii. uol. iij. Bellame. deciſi. lxxv. col. ij. eſtq; figura, quàm Grammatici, Sinedoche uocant, & bene. l. uxori in prin. ff. de leg. iij. hinc pinda. Tectũ pro ædibus, oculum pro corpore ponit. Et carnem pro homine Ioan. quando dicit. Et uerbum caro factum eſt.

Et

Et quod denique ſi quis fundum ſuũ mihi obligatum alteri uendiderit, & emptor ibidem ædificauerit, quod ædificium mihi erit obligatum, ut in deciſio. Tholoſa. dicitur. cccxxix. & ſignanter per iſtum text. & per text. in l. ſi fundus. in §. ſi res. & in l. Paulus. in §. domus. ff. de pigno. Finis.

Vlpianus lib. iij. Diſputationum.

NON EST MIRVM SI EX quacunq; cã magiſtratus in poſſeſsionem aliquem miſerit pignus conſtitui: cum teſtamento quoque pignus conſtitui poſſe Imp. noſter cum patre ſæpiſsimè reſcripſit. Sciendũ eſt vbi iuſſu magiſtratus pignus conſtituitur nõ alias cõſtitui niſi ventum fuerit in poſſeſsionem.

Dubitandi rationem faciebat, quod miſsio in poſſeſsionem non ſit neceſſaria in pignore conſtituendo, quia nuda conuentione contrahitur. l. j. ſupra eodem. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. l. iuſto. §. non mutat. ff. de uſucap. l. rc. hypothecæ. C. de fide inſtrum. l. contrahitur. infra de pigno. Et quia ſufficere uidetur etiam quod iudex pronunciet creditorem in poſ. mittendum eſſe. c. contingit, de dolo & contu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ne lites ex litibus oriantur. l. iiij. §. ait prætor. ff. de re iudi. l. terminato. C. de fructi. & lit. expen. l. ſingulis. ff. de excep. rei iudi. tradit gloſſ. in cap. cum aliquibus. de re iudica. uel & melius ut ibi dicit Abb. quia poſſeſsio non acquiritur regulariter niſi animo & corpore. l. j. & iij. ff. de acquiren. poſſ. l. licet. C. eod. Et quia ius reale non conſtituitur abſque traditione. l. traditionibus. C. de pac. l. iij. §. j. ff. de uſuf. l. ſi partem. in prin. ff. quemadmo. ſer. amit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quoniam loquitur text. in d. l. j. & alia iura ad idẽ alleg. in pignore conuentionali, quod (ut diximus) ſolo conſenſu contrahitur & eſt ſpãle, quia modici eſt præiudicij, ut not. in l. j. ſupra eo. & in d. c. cum aliquibus. ubi Abb. etiã col. ij. adducit ſimile ex not. in l. fi. C. quæ res pig. oblig. poſſ. nos autem in prætorio, duo longe differentia ut in d. l. j. habetur ubi glo. ſing. nimirum igitur ſi aliud dicendum eſt. Non ſecundum, quia imò (ut ibi legitur, ſentit glo. & Inn.) non ſufficit iudicis ſententia niſi corporalis poſſeſsio apprehendatur, ut hic etiam dicitur & in l. ij. in §. fina. ff. quis or. in bono. poſſ. ſer. & in l. diui. ff. de iure patro. & in d. cap. cum aliquibus. nonnihil Albe. hic & bene.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime qđ iuſſus iudicis & teſtatoris æquiparantur in pignore conſtituendo, de iudice hic de teſtatore uero in l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg.

Et quod ſtorum tempore, legatarij non habebant pignus in bonis defuncti, niſi ipſe iuſsiſſet, præallega. l. Lucius. glo. in l. ſi is cui. in §. poſtquã ff. ut in poſſ. lega.

Et quod tacita hypotheca nouiter a Iuſtiniano cõſtituta eſt in l. j. C. cõia de lega. uſq; adeo ut bona hæredis nõ ſint tacite hypotecata pro legato, ut in d. l. j. ad fi. ubi et Bar. Fab. & Are. in §. j. inſti. de leg. eſt uerũ quod poſt ſex mẽſes põt fieri miſsio in poſſeſsionẽ bonorum hæredis & tũc conſtituitur ius prætoriũ, ut hic & in l. certa. C. ut in poſ. lega. ubi Bal. & Saly. & dicit Areti. dum eſſet iuuenis, quod uoluit practicare contrarium: & ſuccubuit in d. §. j. Fanen. in trac. de pigno. & hypote. in iiij. membro. ij. par. nu. 195.

Et quod quanquam prætorium pignus et iudiciale differre non uideantur, quia iuſſu magiſtratus utrumq; conſtituitur, ut hic dicitur, differunt tamen, ex quo prætorium, conſtituitur ſeruandæ rei gratia ut in l. ij. C. qui pot. in pig. hab. iudiciale uero ſi in cauſam iudicati, ut in l. j. & toto titu. C. ſi in cau. iudi. & de præto. pi. & eſt differentia glo. communiter approbata de qua in d. l. ij.

Et quod denique ſemper uerba ſunt intelligenda ſecundũ ſubiectam materiam. l. ſi uno. ff. loc. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſu. ſiue ſecũdũ qualitatem perſonarum. l. plenũ. §. æquiti j. ff. de uſu & hab. quod ſcilicet miſsio in poſſeſsionem requiratur, ſi pignus fuerit prætorium uel iudiciale, quoniam alias ſi conuentionale (ut etiam dictum eſt ſupra, & not. glo. hic) ſecus d. l. j. ſupra eo. & aliis præallega. ad idem. Finis.

Marcellus lib. iiij. Digeſtorum.

CVM DEBITORE QVI alienam rem pignori dedit, poteſt creditor contraria pignoratitia agere, & ſi ſoluendo debitor ſit.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod contra debitorem rem alienam pignori dantem, ſi ſoluendo ſit non agatur, quia pignus datur creditori, quo magis ei in tuto ſit creditũ, ut formaliter dicit tex. in §. fi. inſti. quib. mo. re cont. obl. uerum ſi debitor eſt ſoluendo, æque creditum ipſi creditori in tuto eſſe dicetur, ergo. & faciũt in argumentũ quę dicuntur in l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſda. cogan. i : ò quod eidem iniuria fieri uidetur hoc caſu, ſi in ius uocetur. l. ſi uero. §. qui pro rei qualitate. ff. eo. Et facit etiam tex. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, in §. fina. ff. de uerbo. obligation. ubi qui promiſit ſatiſdare, ſi non ſatiſdederit tenebitur ad intereſſe inquantum principalis non eſt ſoluen. ergo ſi ſoluen. ſecus.

Contrarium tamen deciditur hic,& ratio decisionis eſt ut hic not.quia melius eſt pignori incumbere,quã in perſonã agere. l. plus cautionis. ff.de reg.iur.§.furti.inſti.de ob.quę ex delict. Et quia ẽt periculum eſt,ne deſinat facere poſſe,l.diuortio.ff.de neg.geſt.

Ad oppoſita reſpõdetur,primũ uerũ fore, nec põt tex.negari in d.§.fin.ſed tamen quia intereſt creditoris ut pignus habeat potius quã in perſonã agat, ẽt quod creditũ in tuto ſit, pignoratitia contraria debitor hoc caſu tenebitur. Et maxime (ut inquit Saly.) quia hæc eſt natura pignoratitiæ actionis contrariæ.l.j. ſupra eodem. Ex quo tolletur etiam ſecundum quãdoquidem nemini iniuriam faciat,qui utitur iure ſuo.l.nullus ff.de regu.iur. l.iij.§.is põt.ff.de libe.ho.exhib.l. fluminum.§.fi.ff.de dam. infe. Non obſt. ultimum, quia id in obligatione perſonali uerum eſt non in actione pignoratitia ut hic,ubi hoc ipſum quoque latius declarat Albe.& Fulgo.& bene.In quo autem uertatur iſtud intereſſe declarat glo. optime hic, ſi foret aliud debitum Cyrographarium, puta ex alia cauſa, pro quo pignus ſibi datum non ſit,quoniam datum, ab ipſo creditore; pro dicto debito, poterit retineri.l. j. in prin.C. etiam ob cyrographar.pecu. Vel ſi debitum fuerit naturale, & pro eo adhuc pignus datum ſit, quod licet non agat (naturalis enim obligatio actionem non producit. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact.) retinet tamen,ſibiq; retentione conſultum eſt.l.per retentionem. C. de uſu.l.ſi in area.ff.de condi.inde.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime quod res aliena pignori dari non poteſt,niſi uoluntas domini ad id accedat, uel dationem habeat ratam, quoniam tunc pignus ualeret,inquit tex.in l.aliena res.in prin.ſupra eo. & qđ nõ ualeat datio, liquet ex eo qa creditori hic pignoratitia cõtraria datur,& probat ẽt in l.quæ prædium.& in l.fi.C.ſi res alie.pi.data ſit.

Et quod ideo non ualet, quia neceſſarium eſt ut ius quoddam cõſtituatur creditori,in re,ideſt obligatio quædam, quo magis ei in tuto ſit creditum.§.fi.inſti.quib.mod.re contrahi. obli. quod quidem fieri non poteſt in re aliena,& not. in l. rem alienam.ff.de cont.empt.

Et quod in pignore loquens tex.iſte, nõ poſſe ſcilicet conſtitui,in re aliena, & ſi conſtituatur, pignus non ualere, excludit uenditionem, quod rei alienæ ſcilicet ualeat.ſi facta fuerit, argumentum in l.cum prætor.ff.de iudi .& probatur in l. rem alienam,ff.de contra.emp.ubi glo.etiam rationem aſsignat.quod tamen declara uerum eſſe, quo ad præiudicium uendentis, ſed non quod licite uendatur res aliena ut in titu.C. de reb.alie. non alie. & ſic à pignore differre non uidebitur in hoc ut declarat etiam Corne.conſi.cccxcix.nu. 6. uolumi. iij.

Et quod ſi pignus idoneum ſit fideiuſſore non eſt opus, ex quo (ut dictum eſt) melius eſt pignori incumbere quam in perſonam agere. d. l. plus cautionis.ff.de reg.iur. Deci. pulchre conſ. ciiij.col.iij.uol.j.

Et quod denique hac de re actiones reales perſonalibus ſunt digniores, ut inquit Dec. ſignanter per iſtam regu.in rub.ſi cer.pe.lectu.j.& iij. j. nu.4.iij. nu. 20. quia dantur contra quencunque poſsidentem.§.j.inſti.de actio. Finis.

ADDITIO.

Quod non ab re poſt contractus,quibus alienã fidẽ ſequimur,in pand.iſtis à titu. ſi cer. pet. uſq; ad titu. de pigno. tractatur, & poſtea de pigno. & hypothecis,quia ipſis rebus innitimur.d.l.plus cautionis.& not.in rub.de pigno.

Martianus lib.ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI PECVNIAM DEBITOR ſoluerit:poteſt pignoratitia actione vti ad recuperãdam antiphinam. nam cum pignus ſit hoc verbo poterit vti.

Dubitandi rationem faciebat, quod debitor pro recuperatione pignoris non pignoratitia actione agat, ut hic dicitur, ſed in factum potius l.ſi is qui bona.§.j.ff.de pigno.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ſi ἀντίχρησις; (ita enim legi debet, ut legitur in pandectis, & nõ antiphina ſiue antiphana ut legũt alij & ridenda dicunt Accur. Bar.Albe.& Fulg.pignus eſt, utiq; ẽt cõuenit ut hoc uerbo,pignoratitia ſcilicet actione utatur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia id quod dicitur in d.§.j.uendicat ſibi locũ, quando creditor pignoris poſſeſsionẽ amiſit, ut ea actione in factũ utatur pariter, pro ipſius recuperatione,ergo non,quando de pignore ipſo recuperando ageretur,ſolutione factæ ut hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod ἀντίχρησις nil aliud eſt niſi pignus ſeu prædium, uel fundus aut domus loco pignoris data,iuſſu iudicis creditori,ut ipſius poſſeſsionem detineat & fructus percipiat donec & quouſque pecunia debita ſibi ſoluatur, ut formaliter dicitur in d.§. j. deque illo tex. mentionem facit Fulgo. hic; & Albe. ante eum, & Saly. ſed garriunt omnes,d.uerbum non intelligentes. Vlteque ſunt in eos literæ grϵcϵ ſui contemptum, non nihil Alcia.textui.d.§. j. nihil addito lib. ij. diſpunction.c.iij.

Et quod ſolutione eius quod debetur tollitur õis obligatio ut inſti.quib.mo.tol.ob.in prin.nimirũ igitur ſi creditor ἀντίχρησιν recuperat.

Et quod nomina debent eſſe conſona rebus. §. eſt aliud,inſtit. de dona. oportet enim rebus de quibus loquimur, cognatos ideſt familiares & conſonãtes eſſe ſermones inquit ẽt Philoſophus Ethyco.

Ethyco.j.Bal.in l.fin.col.vj.C.de hęre.inſtit. Nimirum igitur (ut diximus) cum ſit pignus ἀντίχρησις, ſi pignoratitia actio competit.

Et quod pignoratitia actio datur debitori, ſiue naſcitur cum pecunia ſoluta eſt, uel aliter eo nomine creditori ſatisfactum. l. ſi rem alienam. §. omnis ſupra eo hæcq; directa eſt, contraria uero, datur creditori. l. ſi neceſſarias in prin. l. cum debitore (quæ eſt proxima) ſupra eod. in caſibus de quibus ibi.

Et quod denique uerba ſunt aptanda rebus nõ è contra argumentum in c. intelligentia de uerb. ſign. & in l.ij.C.communia delegat. & in l.labeo in §.idem tubero.ff.de ſup.leg. Finis.

Modeſtinus lib.j.Differentiarum.

PVPILLO. CAPIENTI PIgnus propter metum pignoratitiæ dictionis neceſſaria eſt tutoris auctoritas.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillo capienti pignus, neceſſaria non ſit tutoris auctoritas, quia non requiritur etiam quando aliquid ſibi dari ſtipulatur ut inſti.de aucto.tuto.in prin. Et tanto magis, quia ſic conditionem ſuam meliorem facit, quo caſu nec adhuc neceſſaria eſt, ut in loco pręallega. dicitur, & eſt argumentum in l. plus cautionis.ff.de reg.iur. Et hinc eſt etiam, qd ſine tutoris auctoritate adhuc per acceptilationẽ liberari poteſt. l.ij.ff.de acceptila.

Contrarium tamen deciditur hic & ratio deciſionis eſt, quia quotienſcunq; agitur de pupillo obligando, ibi ſemper tutoris auctoritas neceſſaria eſt, ut in prælleg. prin. inſti. de aucto.tuto. Et in l. obligari. ff. eod. ſed hic de eo obligando agitur quia pecunia exoluta, tenebitur pignoratitia actiõe. l. ſi rem. §. omnis. l. ſi pecuniam quę eſt proxima ſupra eo. ergo. Et quia ea ætate eſt ẽt ut quid uideat ignoret. l.j.C.de fal.mo. Et ne pignus quoque recipiat minus idoneum argumentum in l.j.ff.de mino.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primũ, quia non eſt par eadẽq; ratio quãdo ſibi dari ſtipulatur nanq; hoc caſu ſibi alium obligat, in pignore uero (ut dixi) obligatur, nimirum igitur ſi diuerſum etiã ius ſtatuitur. l. à Titio.ff.de uerb. obli. l. illud.ff.ad legem Aqui. ex quo tollitur ſecundum, quia non ſimpliciter hoc ſtante conditionem ſuam meliorem facere dicetur, ergo.

Nõ ob.tertiũ, quia eo caſu quoq; cum acceptilatio liberationem pariat & fauorabilis ſit, uulga, l. Arianus.ff.de act. & ob. l. tale pactũ. in prin. ff.de pac. alia tutoris auctoritas nõ deſiderabitur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod pupillo emphitheuſis concedi nõ poterit ſeu res in emphiteoſim, ſine tutoris auctoritate dari propter metum obligationis pręſtationis cenſus, ut etiam dicit Bald. hic & bene.

Et quod quanquàm prohibitus ſit abſque auctoritate tutoris capere pignus, non ideo minus prohibitus eſt dare. l.j. infra quæ res pi. ob. po. & ſenſit glo. hic & rurſum bene, exquo male agere præſumitur, & ut habetur etiam in §. nunc autem admonendi ſumus inſti. quib. alie. li. uel non.

Et quod imbecillitati ętatis ſemper eſt ſuccurrendum. l.j.ff.de mino. & ſi minori quia multis captionibus expoſita eſt (ut ibi) multo magis pupillo, cui prouidere uelle ſemper intentio legis eſt. l. ſi ut proponis. C. de confirman. tuto. Bal. in l. precibus col.vij.C.de Imp. & al.ſub.

Et quod quando mandat lex actum fieri certo modo, ſi aliter fiat, non ualet argumentum in l. ſi quis mihi bona in §. iuſſum.ff.de acqui.hær. & in l.j. in §. exercitor & ibi not. infra de exercit. & in auth. matri & auie. C. qñ mul. tute. offi. funga. ut hic quando pupillus capit pignus, quod id non capiat abſque tutoris auctoritate.

Et quod deniq; ſoli legiſlatori conceſſum eſt quandoq; uocabulis abuti & improprie loqui, nõ priuatis alias libellus ineptus ualeret & male. l.j. ff. ſi menſor fal. mo. di. l. ueteres. ff. de ac. emp. pulchre Saly. in l.ij. C. loca. nanq; hic ad propoſitum metũ dicit, improprie. l.j. l. metum. j. & ij. ff. quod met. cau. ideo nõ ab re ſubiicit. propter metum pignoratitiæ actionis. Finis.

Ad S.C. Macedonianum.

Iulianus lib.xij. Digeſtorum.

FILIVM HABEO HAbeo & ex eo nepotẽ: nepoti meo creditũ eſt iuſſu patris eius: quæſitum eſt an contra S. C. fieret. dixi etiam ſi uerbis S. C. filij continerentur: tamen & in perſonam nepotis idem ſeruari debere. iuſſum autem huius patris non efficere quominus cõtra S. C. creditum æſtimaretur: cum ipſe in ea cauſa eſſet ut pecuniam mutuam inuito patre ſuo accipere non poſsit.

Dubitandi rationem faciebat, quod dictum in filio non extendatur ad nepotem quia uerba S.C. poſita in l.j. ſupra eod. ſignanter loquuntur in filio ergo non uendicabunt ſibi locum in nepote. Maxime quia in odioſis ſtricta interpretatio, fieri debet, non autem diſpoſitio extendi de una perſona ad aliam. l. cum quidam. ff. de lib. & poſt. Et quia denique iuſſu patris ſui, mutuo pecuniã accepit ergo non poterit ſe tueri.

Contrarium tamen deciditur hic deciſionisq; ratio eſt in ipſo met tex. quia in ea cã filius eſt ut nec patre inuito poſsit pecuniam mutuo accipere, ergo nec etiam eo iubente, quo minus cõtra

S.C.accipiat, ergo poterit ſe tueri etiam nepos iuſſu patris pecuniam accipiendo mutuo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum quidem, quia licet loquatur in filio, extenditur tamen ad nepotem, qui etiam filius appellatur large.l.liberorum.ff.de uerb. ſign. Non ſecundum, quia fit extenſio ex identitate rationis quum ſub larga ſignificatione nocabuli (ut dictū eſt) filij appellatione ueniat etiam & comprehēdatur nepos, & nouiſsime ex multis & ſignanter per iſtum tex.tradit Alex. in l. j. in §.hoc S. C.ad fin.ff.ad Treb. Non deniq; tertium,& ultimum, quia (ut dictū eſt pariter) ſi inuito patre nō poteſt,utiq; nec poterit etiam eo iubente.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod conſtitutio penalis & odioſa aduerſus creditores mutuo dantes filiis facta, ex identitate rationis extenditur etiam ad nepotes, per iſtum tex.quoque dixit Rom.conſi.ccccxxix. ubi alia ſanè multa col.ij.

Et quod ſi quis ſit in poteſtate patris, filium ſuum non habilitat,ex quo nec ipſum in poteſtate habet.l.ſic eueniet.ff.ad legem Iu.de ad.Et ſemper requirendus eſt conſenſus eius, penes quem reſidet ius principale,ita Bal.in l.ſi permittente, C.ad macedo.qui dicit ibidem quoque quod tex. iſte ſeruit nobis ad multas quæſtiones.

Et quod feudum conceſſum alicui pro ſe & filiis maſculis, tranſit ad nepotes & deſcendentes ex linea maſculina, ita conſuluit alias Franciſcus de Albergo.doc.magne ſcientie,ut refert Ancha. in rep.c.canonum ſtatuta.col.cclxvj.de conſtitu.

Et quod lex loquens de patre & non de auo eſt contra ius naturale.Cogita tamen quo modo hoc ipſum dici poſsit, cū extenſio fiat de uno ad aliū ex identitate rationis ut ſupra tradit tamen Bald. in l.ij.col.ij.C. de pat. qui fil.diſtra.

Et qđ denique ubi eſt eadem æquitatis ratio, in uerbis,& per omnia ſimile, dūmodo taxatiuā non ſint,ſiue taxationem nō inducant, idem ius ſtatui debet,ut hic & in l.pe. C.ad Maced. & in l. ij.in §.exercitum.ff.de his qui not.infa.idem Bal. in l.fi.C.de int.mat. Finis.

ADDITIO.

Quod uſurarius qui nō poteſt facere teſtamētum, niſi præſtita cautione ſecundum formam.c. quanquàm de uſu.in vj. non poterit quoque codicillari, nec donationem cauſa mortis facere ex quo dicta conſtitutio facile poſſet deludi ut ibi not.plene, plenius Stephan.Fed.in tractat.interpreta.iur.col.ix.

Et quod diſpoſita in tutore ad curatoré quoq; extenduntur,qui ſecundum largam ſignificationem tutor dici poteſt.l.ij. uer.quod ſi curator. ff. ad Tertul.l.pater Seuerinam. §.conditionum. ff. de condit.& demonſtr.Deci.in c.tranſlato de cōſtitut.in princip.

Et quod ſtante ſtatuto, quod filia fœmina extantibus maſculis nō ſuccedat,nō ſuccedet quoq; neptis,ut ex multis oſtendit Bald. in l.maximum uitiuum in princ. C.de lib.præte.Non nihil Scriben.in l.ij.C.de in ius uocan.

Et quod cū hic ſit Parentum fauor inferri pōt ſi ſit odium, diſpoſita in patre ad auum non extendi exempli gratia, quia ſtatutum dicat quod pater teneatur aſsignare portionem filio delinquenti,nanq́; locum iſtud non habebit in auo ut teneatur eā aſsignare nepoti. ita idem Bald. in l. lege Iulia.ff.de ritu nup.Et ſi odium eſt hic, eſt reſpectu creditorum ut ſupra.

Et quod denique in materia extenſionum hęc eſt regula indubitata, quod ubicunque ratio in lege eſt expreſſa quantuncunquę etiam materia ſit odioſa ſemper ęxtenditur ad caſus & ad perſonas, quicunq́ue poſſunt comprehendi ſub lata uerborū ſignificatione ut ſupra,licet alio modo deductū ſit, nouiſsime tradunt Ferrarien. in d.l. ij.col.iiij.C.de in ius uo.

Depoſiti vel contra.

Paulus lib.xxxj.ad edictum.

IN DEPOSITI ACTIONE ſi ex facto defuncti agatur aduerſus vnum ex pluribus hæredibus pro parte hęreditaria agere debeo. Si uero ex ſuo delicto pro parte non ago. meritoq́; ęſtimatio refertur ad dolum quem inſolidum ipſe hæres admiſit.

Dubitandi rationem faciebat, quod ex facto defuncti (quoad primum dictum) quilibet hęres teneatur inſolidum, quia repreſentat ipſius defuncti perſonam.§.1.in auth.de inrein.à mo.præſti.defunctus tenebatur inſolidum, ergo & hęres ergo non pro hæreditaria portione. Et uidetur caſus in l.iiij.in §.cato.ff.de uerb.obl.ubi uno ex pluribus hæredibus contrafaciente,omnes tenētur inſolidum.Et ad idem etiam tex. in l.iij. in §. hæres ſupra cōmo.ubi hæres pariter eius qui cōmodatum accepit tenetur inſolidum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia depoſitū dicitur contractus Bonæfidei.§.actionum inſtit.de actio. nec conuenit ut teneatur hæres inſolidum, ſed pro hæreditaria portione ad intereſſe et maxime (ut tex. inquit) ſi ex ipſius defuncti facto conueniatur.

Ad oppoſita reſpōdetur parum obſtare nō primum quia repreſentat defunctum pro portione hæreditaria non in totum licet ipſe foret inſolidum obligatus. ut tradit Bartol. in l. ij. in §. item ſi in facto col.j.ff.de uerb.obl.& in d. §. cato.col. ultima. Non ſecundum,quia id uerum eſt in cōtractibus ſtricti iuris non bonæfidei ut ibi not. Alexand.col.iiij.& alij late. Non tertium deniq; quia ille qui ſucceſsit commodatario rei reſtituendę

tuendæ facultatem (ut text. met ait) habebat.

Dubitandi rationem uero quo ad ſecundum dictum faciebat, ne ſolus teneatur, quia ſunt plures hæredes, uſque adeo ut nec conueniat pariter quod ipſe ſolus teneatur.

Contrarium tamen deciditur hic, deciſioniſquè ratio eſt (ut in ipſo met tex. ruſum dicitur) quod ipſe ſolus ſcilicet teneatur, quia ipſe ſolus quoq; dolum admiſit, eſtq́; argumentum in l. ſancimus. C. de pen. §. illud. in proœ. fforum.

Ad oppoſita rñdetur nihil facere, quoniam id procedit, quãdo ex facto defuncti conuenitur ut ſupra, ſed hic prȩſupponitur quod ex ſuo delicto cõueniatur, ergo nimirum ſi tenetur inſolidum.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentũ ad multa, & maxime quod ſi eſſent duo depoſitarij, qui ambo dolum commiſiſſent, uterque teneretur in ſolidum, ex quo nulla eſt ratio, qua diuiſio fieri debeat. l. j. §. ſi apud duos. ſupra eo. imò ſubiicit tex. nec liberabitur alter, ſi cum altero agatur, quia non electione ſed ſolutione liberantur.

Et quod ubi alter ipſorum tantum, adhuc dolum cõmiſit, alter ex dolo ipſius non tenebitur, d. l. ſancimus. C. de pen. c. nõ debet. de reg. iu. ĩ vj.

Et quod forte in cõmodatariis eſſet dicẽdum aliter. l. unde quæritur. ſupra eo. quia depoſitarij eliguntur., deque dolo tantum. Commodatarii uero ſe inuicem eligunt, deq́; leuiſsima culpa tenentur. §. at is. & ſeq. inſti. quib. mod. re contrahi. oblig. & qui malum eligit ſocium, culpa non caret. l. nam & ſeruius. §. fi. ff. de neg. geſt. l. eum qui. §. fi. cum l. ſeq. ſupra commo. tritaq́; regula eſt, quod electio mala eſt in culpa, l. uideamus. ff. loca. l. ii. ff. ſi men. fal. mo. di. Bar. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſol. & ut hic etiam per Fulgo. latius.

Et quod obligatio rem reſtitui eſt indiuidua, de quo tamen in l. ſi ut certo. in §. fin. ff. commo. & rationem hic idem Fulgo. aſsignat dic ut per eum.

Et quod denique depoſitum & commodatum differunt. l. ij. in prin. ſupra ſi certum pet. quanquam in aliquo conueniant. l. rei commodatæ. ſupra commo. l. licet. §. rei depoſitæ. ſupra depoſi. Finis.

Iulianus lib. xiij. Digeſtorum.

QVI REM SVAM DEPONI apud ſe patitur vel vtendam rogat, nec depoſiti nec commodati actione tenetur, ſicuti qui rem ſuam conducit aut precario rogat nec precario tenetur nec ex locato.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui rẽ ſuã apud ſe deponi patitur, & ſic ſcienter, (quod nota) uel utendam rogat, aut precario, uel cõducat, & depoſiti, & commodati, & precario uel ex locato quoque teneatur, quia contractus ex conuẽtione partium legem accipiunt. l. i. §. ſi cõueniat. ſupra eo. l. legẽ. C. de pac. l. contractus. ff. de reg. iur. ſed hic conuenerunt ut eſſet depoſitũ, ſeu cõmodatum, precarium uel locatio, ergo his actionibus etiam depoſitarius, ſeu commodatarius, uel is qui ꝑcario rogauerit, aut conduxerit tenebit̃.

Et quia ẽt qui rem ſuam ſic accipit, fateri uidetur, non eſſe ſuam ſed alienam argumentum in l. Pomponius. in §. i. ff. de procu. ſeq; dominio priuare uoluiſſe, ergo actus ualebit, & actio depoſiti & ſimilium (ut ſupra) dabitur. Maxime & ultimo quia dominij quæſtio referri non poteſt. l. ſi quis conductionis titulo. C. loca. & quia cui conueniũt diffinitionis uerba, eidem quoq; cõuenit diffinitũ, ſed depoſitario, aut cõmodatario, & ſimili (ut diximus) horum omniũ diffinitio conuenit, ergo & diffinitum. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infe. tradit Bar. in l. i. ff. de teſta. in prin.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia bona fides non patitur, ut depoſitarius rem ſuam & ſimiles, reſtituãt, l. bonafides. infra eo. & quia in depoſito & ſimilibus dominiũ rei depoſitæ & poſſeſsio remanent penes deponẽtẽ. cõmodantẽ, locantem, & precario cõcedentẽ. l. licet. §. rei depoſitæ. infra eod. l. rei commodatæ. ſupra commo. l. non ſolet. ff. loca. l. i. ff. de preca. hic autem eſt apud depoſitarium & alios, ergo nec depoſitum erit, nec commodatum uel precarium aut locatio, & conſequẽter nulla actione tenebitur, qui rem ſuam apud ſe deponi patitur, uel utendam rogat, aut precario, uel conducit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quia id regulariter eſt uerum, non hoc caſu quo ſubſtantialia ipſius contractus, leduntur, nimirum igitur ſi depoſitum non eſt, non commodatum precarium uel locatio, ſiq́; depoſiti, commodati, & aliis actionibus depoſitarius aliiq́ue nõ tenentur. l. cum precario. ff. de preca. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. pac. Bar. in l. pactum ad fi. ff. eo. eſtq́ue argumentum in l. pactaq́ue contra. C. eo. uel & formalius dicamus uerum eſſe, niſi cõtractus ſeu conuentio legi repugnet ut hic. l. neq; pignus ad fi. ff. de regul. iur. argumentum in l. nemo poteſt. ff. de legat. j. Non ſecundum quia nec id uerum eſt, & negatur audacter, quando quidẽ nemo. in dubio præſumatur uelle iactare ſuum, & à ſe abdicare ius quod habet. l. cum de indebito. ff. de proba. argumentum in l. pen. ff. de offi. prȩſid. imò inquit alibi Bald. quod in hoc quilibet ſemper præſumit̃ auarus & tenax cõſi. ccccxliiij. paulo poſt prin. uol. iij. Et eſt ſimile in l. creditor qui non idoneum pignus. ff. ſi cert. petat. & in l. ſicut in §. non uidetur. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. Non denique et tertium, quia quæſtio dominij alieni referri non poteſt proprij autem ſic. l. j. §. ſi prædo. ſupra eo. l. ita ut ſi fur. commoda. Et aduertit Saly. & bene. Nec eſt uerum quod his cõueniant diffinitionum uerba, ut uideri poteſt, ſtantibus ſupra dictis, ergo nec diffinitum. Et ſic obiectum retorquebitur.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod qua ratione rei ſuæ depoſitū non eſt, ſeu commodatum, uel precarium, aut locatio, ut hic, pari modo eadem nec pignus in re ſua conſtitui poteſt, prælleg.l. neque pignus. in prin.ff. de reg. iur. & ideo in re legata non datur hypothecaria, hac ratione, ut pulchre declarat Bar.in l.j.ad fi.ff.de lega.j.

Et quod neque emptio rei ſuæ ualet, ſiue ſciēs ſiue ignorans quis emerit.l.ſuæ rei. ff. de contra. emptio.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.& ibi not.ff. de lega.i.Bal.in l.qui rem.lec.ii.col.ii.C.loca.& conſi.cxxv.col.ii.uol.j.& habetur etiam in l.debitor.in prin.ff.de pig. actio.

Et quod res quæ quidem eſt mea, non poteſt amplius effici mea.§.ſic itaque.inſti.de acti.quādo maxime irreuocabiliter eſt mea, alias ſecus.l. in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capti.& poſtli. reuer.dixi ego late in collectā.in l.iij.C.quod met. cau.indubitatumq́; uidetur, quia ſi nō poteſt deponi, ita ut depoſitum ualeat & depoſitarius teneatur, non commodari, nec præcario concedi, uel locari ut hic multo minus (ut dixi) acquiri poterit, & illius cuius eſt, amplius effici ſua, quia ars & natura nihil operātur fruſtra.l.qui bis idē. ff.de uer.obli.Bar.in l.triticum.ff.eo.& in l.Valerianus.in prin.ff.de præto.ſtipu.& eſt propoſitio Philoſophi de cœlo & mundo.j. & non ab re hinc dicit etiam Bal.quod rei perfectę perfectionem adiicere fruſtra eſt, conſi.clxxx.col.ii.uol.j. & not.in l.pater.ff.de caſt. pec.

Et quod aliquo caſu tū præcario, rē nſam nobis concedi rogamus, ſi pignori eam dederimus & à creditore hoc ipſum impetrauerimus, ita inquit Iuriſcon.in l.certe. in §. fin. ff. de præca. & notandum eſt.

Et quod denique etiam quo ad conductionem & emptionem rei ſuæ nōnunquam ualeat & dominus iuri ſuo pariter renuntiare uideatur, contra regulam.d.l.cum de indebito.ff.de prob. ſi ea ſcilicet fuerit, quam euincere poterat, dummodo ſcienter conducat uel emat, caſus eſt & ibi Bald. notat in l. ſi proponas in §. i. ff. de inofficio. teſtamen. Finis.

Africanus lib. vij. quæſtionum.

SI IS APVD QVEM RES depoſueras, apud alium eam deponat: & ille dolo quid admiſerit: ob dolum eius apud quem poſtea ſit depoſitum eatenus eum teneri apud quem tu depoſueris ut actiones ſuas tibi prętet.

Dubitandi rationem faciebat, quod primus depoſitarius non teneatur, ſi quid dolo admiſerit ſecundus agenti actione depoſiti, ſed iſte quia ille non deliquit.l.ſancimus.C.de pen.l.i.§. planè.l.ſi ex duobus.ff.de tute.& ra.diſtra. & maxime, quia ſi primus non habet rem quæ reſtitui poſsit neque dolo deſierit eam habere quia bona fide depoſuerit apud alium, utique teneri non debet.arguutentum in l.nam his. ff. de dolo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum eidem res cuſtodienda foret tradita, & fidei eius commiſſa ut dicitur in l. j.in prin. ſupra eo. non debebat eam apud alium deponere. Eſt uerum cum de dolo tantum teneatur.l.i.C.depo.l.i.§.ſi conueniat.ff. eo. quod cedendo actiones quas habet cōtra ſecundū depoſitariū, liberabitur.l.quod debetur.ff.de pecu.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare. Nō primum, quia eſto quod non deliquerit, neque dolum commiſerit, attamen imputandus eſt, cur apud alium (ut diximus) rem depoſuerit, quo fit ut neque teneatur, niſi ad ceſsionem actionum. Et quamuis rem non habeat (tolleturq́; ſecundū) habet tamen actiones contra illum, apud quem depoſuit, & liberabitur ſi quod habet reſtituerit. l.i.§.fi.& ſeq.ſupra eo.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod circuitus uitari non debent, quando in materia ſunt neceſſarij ut not.in l.dominus teſtamento.ff.de condi.inde.& in cle.auditor.de reſcrip.& in l.ſi abſentis.C. ſi cer. peta. pulchre Bal.in procemio Grego. col. ii. Nanque hic deponens contra ſecundum depoſitariū agere non pōt, ſi non cedātur ſibi actiones à primo.

Et quod ceſsionarius repreſentat imaginē cedentis.l. qui ſtipendia. C. de procu. ſicut igitur poterat depoſitarius primus cedens contra ſecūdum agere, ita poterit ceſsionarius. multa Alex. conſil.xvii.col.v.uol. iiii.

Et quod ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ut in l.ſi eum.in §. qui iniuriarum. (eſtq́, regula trita) ff.ſi quis cau.not. plene in §.fuerat.inſt.de actio. & ut hic in eo qui agit, ceſsis ſibi actionibus, dici pōt quod ſubrogatus ſit cedentis quāquā utiles ſint illius, iſtius directe, ut declarat Bar.in l.i.C.de actio.& ob.

Et quod eo ipſo quod quis cedit ſuas actiones ſuaq́; iura alteri, ceſsionariū ponit in locū ſuum (& fere idem eſt quod proxime ſupra notādū tamē) tex.eſt in l.plane.ff.fami.her.& utriuſq; dicti utilitas an poſsit cedens agere de quo alias in l. ſi pecunia.ubi Iaſ.nu.2.ff.de lega.i.Bertran. conſi. cxvj.nu.13.& 14.uol.ii.

Et qđ ſtultus in culpa ſit ſapiēs in pęna, inquit Bal.in c.niſi.nu.2.de offi.leg.tenebiturq́; hic cedēs ad ſumptus litis, quos facturus erat ceſsionarius, in actionibus ſibi ceſsis, contra ſecundum depoſitarium, ut in ſimili in l.ſi ut certo. in §. idē Labeo.ff.commo.& ſenſit Pau. Caſt. hic licet nō hoc modo deducat. Finis.

Vlpianus

Vlpianus lib.xxx.ad edictum.

IVLIANVS ET MARCELlus putant filiumfa. depoſiti recte agere poſſe.

Dubitandi rationem faciebat qđ filiusfa. depoſiti agere non poſsit quia quicquid acquirit, acquirit patri,uulg.l.placet.ff.de acquir.hær.uſq; adeo(inquit ibi I. Conſ.)ut momento apud eum non remaneat. Et quia etiam non habet legitimã perſonam ſtandi in iudicio.l.fin.§.neceſsitate.C. de boniſq; lib. ſine cõſenſu patris propter patriã poteſtatem(ut ibi dicitur.) Et uidetur caſus in l. filiusfa.ff.de act.& oblig.ubi filiusfa.ſuo nomine nullam actionẽ habet ergo nec hic depoſiti quiequid dicat Iulianus.

Contrarium tamen decidit,& bene,deciſionis quę ratio eſt quia in depoſito(contractus enim eſt bonęfidei. l.bonafides infra eo.) proditum eſt ut agat,ſibique actionem acquirat nec in eo curetur admodum patria poteſtas. Et quia nõ curatur quoque in his quæ ſunt iuris naturalis ut not.in l.nenia,C.de in ius uo.depoſitum,huiuſmodi eſt præalleg.l.Bonafides.Seyſel.in ſpecie poſt alios in l.iure col.iiij.ff.de iuſti.& in.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum,quia hic caſus excipitur, eſtq; loquendi modus quidam ſic quicquid acquirit filius &c. ſed non tamen ut in omnibus ſiue omnium acquiſitionibus uerificetur, alias patri acquireret etiam actionem iniuriarum, quod ui aut clam & commodati, & tamẽ(ut hanc depoſiti)ſibi eas acquirit præallega.l.filiusfa. & plus quod neque in d.l. placet dictio hęc quicquid uniuerſalis inuenitur.

Non igitur ſecundum obſt.quia habebat permiſsione legis, eratque habilitatus hoc caſu ſpeciali priuilegio contractus, ſui natura maxime fauorabilis. Et precipue quia dicta in d. §. neceſsitate;uera ſunt & procedũt ſanè de iure nouo codicis,unde tu, diſtingue tempora & concordabis ſcripturas,inquit glo.in l.j.C.de accuſat.Ex quibus ultimum quoque tollitur,quia eſto quod dicat nullam actionem habere,hanc tamen habet & alias ut ſupra & ut ibi expreſſe dicit I. Con. ſenſusque eſt præter hac nullam habere actionem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod contractus depoſiti eſt supremę bonęfidei,quodq; in eo non conuenit de iuris apicibus diſputare, ſed intueri quod bonum & æquum eſt. d.l.Bonafides infra eo.ſi fideiuſſor.§. quędam infra mandat. Bald. conſil. cclvj. ad fin. uolum.primo.

Et quod iſtud de quo hic, merum ipſius depoſiti priuilegium eſt ſicuti & aliis caſibus. l. qđ priuilegium ſupra eo.

Et quod priuilegiatum eſt tamen in caſibus dũtaxat expreſsis in iure,ut not.in l.i.C.de eden. & ut in ſimili gl.in c.ſuſceptum de reſcript.in vj. & in c.ſi diligenti & ibi But.de præſcript.& in c. i.de ſup.neg.præla.& eſt argumentũ in l.in fraudem in §.fi.ff.de mili.teſtam.& in l. item ueniunt in §.in priuatorum.ff.de peti.hæred.gloſ.rurſum not.in l.fin.C.de ſac.ſanc.eccleſ. & omnium ad propoſitum hic eſt pręcipuus,

Et quod exempla non reſtringunt regulam.§. hactenus inſti.de gradi. l.damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam. inf.nanque eſto quod hic de depoſito dicatur, hoc idem tamen locum habet etiam in commodati actiõe,iniuriarum quod ui aut clam,ut ſupra & in d.l.filiusfam. ff.de acti. & obl.in glo.allega.

Et quod deniq; magna fuit Iuliani & Marcelli auctoritas,qua frætus Vlpian. non modo hic,uerum alibi ſæpe, ueluti præſtantiſsimorum iuriſconſultorũ teſtimonio quodam locupletiſsimo, ſuas opiniones comprobat,& præſertim in l.ij.in prin.& in §.ſed ſi agant & ſeq.& in l.ſi à me, & in l.Iulianus.j. & ii. & in l.ſi longius in §.j.& in fin. ff.de iudic. Finis.

ADDITIO.

Quod Iulianus ille eſt,qui dicere ſolebat. Et ſi alterum pedem in foueam haberem, adhuc addiſcere uellem,de quo in l.apud Iulianum. ff. de fideicom.lib.hoc eſt etiam morti proximus uel(ut dicimus nos)in articulo mortis conſtitutus,eſtq; oratio ad mores pertinens & refert quoque Por. in prohem. inſtitut. in princip. pulchre Luc. de pœn.in prohem trium lib.Cod.colum. ii.& Anchar.conſ.cccc x.col.ii.

Paulus lib.vj.ad edictum.

SI APVD FILIVMFAMIlias res depoſita ſit & emancipatus rem teneat pater nec intra annum de peculio debet conueniri: ſed ipſe filius. Plus Trebatius exiſtimat etiam ſi apud ſeruum depoſitũ ſit:& manumiſſus rem teneat,in ipſum dandam actionem non in dominum licet ex cæteris cauſis in manumiſſum actio non datur.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum quod pater teneatur,quia regulare eſt cõtra eum agi actione de peculio intra annum,& non cõtra filium.l.quod filiofam.infra mandat. l.i.§.i.ff.quãde pecu.actio eſt annal.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ęque cõuenit ſi rem habet filius ut dicitur in tex.quod eam reſtituat(plane enim inutile eſt ideſt cõtra utilitatem publicam in huiuſmodi cauſis fidẽ frangere inquit text. in l.i.in §.i.in fi.ſupra eo.Et quia pater non habebat rem,

ſumus

operibus compenſanda. Vel dici poteſt quod eſſent modica, ut ibi ſentit Iuriſconſul. Vnde impendentis propoſitum colligi poſſe exiſtimamus, non repetendi eas argumentum in l. quod dicitur. ad finem. & in l. omnino. ff. de impen. in reb. dota. fac. Non obſtat ſecundum, quia imò poteſt, quando de uoluntate opponentis, ſeu deponentis, conſtat, lege permittente. nemini que facit iniuriam; quoniam iure ſuo, ſibique à lege conceſſo, utitur. l. nullus. ff. de regulis iuris. l. tertia. §. is poteſt. ff. de lib. homi. exhiben. l. fluminum. §. finali. ff. de damn. infecto. Non tertium, quia eſto quod id amicitiæ contemplatione feciſſet, non ideo minus repetit. dicta l. is qui amicitia ductus. l. alimenta. C. de negotiis geſtis. l. Neſennius. ff. eodem. dicta l. cum de indebito. Ex quo etiam nulla eſt hinc pietatis coniectura ut in dict. §. ſi mulier. Quartum ſecum habet reſponſionem uerum eſſe ſi eius opera uſus fuerit ut in commodatario diximus, alias repetuntur ut hic.

Non obſtat ultimum, quia illud ideo eſt quoniam ædificatum cedit ſolo, non in caſu alimentorum hic, & ita declaratur quod dicitur, in d. §. ex diuerſo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod quamuis in depoſito, exceptio compenſationis obiici non poſſit. l. fin. C. de compenſa. obiici tamen poteſt, exceptio cibariorum impenſorum ſeruo.

Et quod priuilegiatus non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. §. ſed & hoc præſenti. in authentica de ſanctis epiſco. not. in capitulo in præſentia. de probationibus. Namq; cibaria ita ſunt priuilegiata ut depoſitum. l. meta. ff. de alimentis & ciba. lega. l. lis nulla. ff. de iudi. Si igitur petatur, expenſarum (ut dixi) computatio admitti debet.

Et quod in depoſito adhuc ſi cibariorum impenſæ retineantur depoſitarius moram non contrahit, ut notatur in l. ſi plures. in §. finali. ſupra eodem.

Et quod ſi exceptio oppoſita non ſit, poterunt repeti per actionem contrariam depoſiti, ut in cõmodato. l. in rebus. §. ſi. ſupra co.

Et quod denique ſi pro eis deponens reconueniretur, reconuentio fieri debebit coram eodem iudice coram quo depoſita actione directa agitur ut hic uidetur eſſe de mente textus. & eſt regulare. l. cum Papinianus. & authentica ibi poſita. C. de ſenten. & interlocution. omnium iudicum. Finis.

ADDITIO.

Quod pœnã non meretur, qui aliquid facit lege permittente ut etiam dicitur in l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulteriis. nec in edictum incidit, inquit Iuriſconſultus l. finali. ff. quod quiſque iuris. nimirum igitur ſi retentio impenſarum hic fieri poteſt abſque eo quod mora contrahatur, uel ſi reconuentio fiat, quanquam alias nihil aduerſus depoſitũ opponi poſſit quòd iure admitti debet.

Et quod fauores (ut uulgo dici ſolet) ampliandi ſunt, ut odia reſtringenda. l. cum quidam. ff. de liberis & poſthumis. capitulo odia. de regu. iur. in vj.

Et quod continentia cauſæ diuidi non debet. l. nulli. C. de iudi. quamobrem dicit textus hic depoſitarium apud eundem iudicem experiri debere.

Labeo lib. ij. πιθανῶν.

POTES AGERE depoſiti cum eo qui tibi non aliter quàm nummis à te acceptis depoſitum reddere uoluerit: quamuis ſine mora & incorruptum reddiderit.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui pecuniam accepit ut depoſitum redderet, depoſiti non teneatur, quia dicta pecunia nunquam fuit depoſita, & quia Dominium in accipientem tranſlatum fuit, quo caſu dicti depoſiti actio competere non uidetur. l. prima. in principio. & in §. primo. l. licet. §. rei depoſitæ. ſupra eodem.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia depoſitum non uidetur redditum, cum integre reſtitutio facta non fuerit, nummis acceptis à depoſitario, uſq; adeo ut pro non reſtituto & reddito habeatur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia licet nunquam fuerit depoſita, pro depoſita tamen haberi debet, ex quo eam depoſitarius accipere non potuit. Imò quod nec iſta ratione, dominium in accipientem tranſlatum uidebitur, nec depoſitum reſtitutum hoc modo, nimirum igitur ſi depoſiti agi poteſt ut dicta pecunia reſtituatur, & ſi (ut inquit Salycetus & bene) de reſtitutione depoſiti excipiatur, replicabitur, quod ipſe depoſitarius noluit depoſitum aliter reſtituere, quàm nummis acceptis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod fidem frangere dicitur qui depoſitum integraliter non reddit, eſtque argumentum in l. prima. in §. ſi reddita. ſupra commoda.

Et quod non debet quis de improbitate ſua gloriari, neque inde commodum ſiue emolumentum conſequi. l. itaque fullo. ff. de furtis. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſolu. matri.

Et quod intereſt noſtra habere plures agendi formulas, & actiones quibus in iudicio experiamur,

riamur, ex quo (nt hic notat.) non ſolum depoſiti actione ſed etiam condictione ob turpem cauſam pecunia accepta in reſtitutione depoſiti deponens experiri poteſt.

Et quod eſto quod regulariter ſit melius non ſoluere quàm ſolutum repetere, ut formaliter dicit Iuriſconſul. in l. tertia. ff. de compenſa. attameu hic inque depoſito, ſolui poteſt, & nihilominus ſolutum repetitur, ex ſupra dictis.

Et quod denique dolo facit, qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt. l. dolo facit. ff. de exceptione doli. præſumptione iuris tamen ex quo non facit id ad quod ſcit ſe teneri & certo quidem modo obligatum eſſe, ut hic depoſitum reddere integrum, et non (ut dicitur in tex.) nummis acceptis. l. dolus. infra manda.

FINIS.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE,
LIBER PRIMVS EXPLICIT.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI ANTVAE, LIBER SECVNDVS

SECVNDAE DIGESTO. PARTIS.

Mandati vel contra.

Paulus lib. vij. ad Sabinum.

SI MANDASſe tibi ut fundũ emeres: tu antequã ſcias me vetuiſſe emiſſes: mandati tibi obligatus ero: ne damno afficiatur is qui mandatum ſuſcepit.

Dubitandi rationem faciebat, quod reuocatio mandati, præiudicet procuratori, quodque mandans non erit ſibi mandati obligatus, quanquam eodem procuratore ignorante facta fuerit, quia uidetur caſus in l. ſi pater. ff. de manu. uindi. vbi ſi pater per nunciumue tuerit filio, ne ſeruum manumittat, iſque (adhuc non certior factus) manumiſerit, liber non fit, ergo nec pari ratione hic fundi emptio ualebit, facta à procuratore, reuocato mandato, quamquam eo ignorante. Nec debitor liberabitur ſi procuratori (reuocato mandato) ſolutio fiat. l. uero procuratori. ff. de ſolutio. Nec ſi executus mandatum procurator adhuc, mãdati agere poterit, domino mortuo, quo caſu ſtatim mandatum ſoluitur. §. recte. §. item ſi adhuc. inſti. de manda. plene glo. in d. l. ſi pater.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia (ut tex. met inquit) non æque cõuenit ut damno afficiatur qui mandatum ſuſcepit, ſeu quod iuſta canſa & probabilis ignorantia ſibi damnum afferat, ut dicitur in d. §. item ſi adhuc. ad fi. & eſt argumentum in l. generali. C. de tabul. lib. x. ibi conſenſum enim non ignorantiã uolumus obligari. & in l. fin. ff. de decre. ab ordi. fa. Bal. conſ. cciij. col. ij. uol. j.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, non primum, quia (ut ibi dicit Iuriſconſ.) oportet ut filio manumittente ſeruus ad libertatem perueniat, quod duret patris noluntas, ſi autem mutata fuerit non erit uerum uolente patre filiũ manumiſiſſe, & ſic nihil facit ad propoſitum cũ damnum incurrere non poſsit filius, ut hic procurator. Imo dicit in prin. ſi pater permiſerit eidem ut manumittat, & interim decedat, filius uerò ignorans mortem patris manumittat, quod erit liber, ex quo non apparet domini uoluntatem mutatam. Non ſecundum, quia & id nerum eſt quoque quia ſciebat mandatum renocatum fuiſſe, ergo ſi ignorabat liberabitur, & ita tandem decidit ibi tex. ex quo tollitur etiam Tertiũ hac diſtinctione adhibita. Nimirũ igitur ſi hic quoque, ementi fundum, antequam ſciret mandatũ, fuiſſe reuocatum, dominus actione mandati, erit obligatus.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod procurator ſemper eſt certiorandus, ne damnum incurrat ut etiam dicit tex. in l. ſi pecuniam. in §. j. ff. de cond. ob cau. ubi ſi quis dederit decem Titio ut ſeruum emat & manumittat, deinde pœniteat, pœnitentia ſibi condictionem dabit, ſi nondum emptus fuerit, & ſi hoc ei manifeſtum fecerit, ne ſi poſtea emat (& nunc ad propoſitum) damno afficiatur, & ibi glo. ſignanter allegat iſtum tex.

Et quod

Et quod reuocatio mandati poteſt etiam per epiſtolam fieri, et minime mirum, quoniam ipſa quoq; loquitur ut in auth. de tabellio. in princ. ibi quę charta loquebatur. l. non figura uerborũ ff. de actio. & oblig. l. ſi. C. de iure emphit. c. ego enim de iureiuran. l. miles. ff. de legat. ij. l. Ariani C. de hæret.

Et quod uoluntas durare præſumitur, niſi cõſtiterit mutatam fuiſſe. c. maiores de baptiſ. d. l. ſi pater. ff. de manu. uind. l. fideicommiſſa. §. rem. ff. de leg. iij. l. ſi chorus in fin. ff. eo. et ideo qui ſemel dixerit ſe nolle aliquid facere, puta intereſſe electioni, non eſt ulterius citandus, ex quo ſemper præſumitur eſſe eiuſdem animi & uoluntatis, ita Bal. in c. ecclesia ueſtra col. ij. de electio. Eſt uerum quod facile mutari poteſt, quoniam (prouerbium iudaicum eſt) duodecim ſunt horę diei. Io. 11. imò quod laudabile eſt & ſapientis quidẽ, mutare propoſitum in melius, ut not. in l. nõ nũquam. ff. de colla. bo.

Et quod ſi mandatum gratuitum eſt, alias nullum foret, cum originem ex officio & amicitia trahat. l. j. §. fin. ſupra eod. non æque mandatario damnoſum eſſe debet. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. per locum à contrario.

Et quod denique ignorans non patitur. l. quotiens. ff. de ſeruit. Bald. in l. ſi aquam. col. j. in iiij. oppoſi. C. eod. Bertrand. conſil. cxliiij. nume. 51 uolum. iij. Finis.

Vlpianus lib. xj. ad Sabinum.

QVI PATITVR AB ALIO mãdari ut ſibi credatur, mandare intelligitur.

Dubitandi rationem faciebat, quod ex patiẽtia non intelligatur quis mandare mandanti, nec eidem teneatur actione mandati, quia mandatũ conſenſu regulariter contrahitur. l. j. in princi. ff. manda. hic autem qui patitur, ab alio mandari, nõ conſentit, quoniam uerbo uel facto conſenſum declaramus. l. conſenſu. ff. de ac. & ob. l. Paulus reſpondet. ff. rem rat. habe. l. reprehendenda. C. de inſtitutio. ergo. et maxime ẽt, quia trita eſt regula, quod qui tacet non conſentit. l. qui tacet. ff. de regul. iur. c. is qui tacet eod. ti. in vj. l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mod. pi. uel hyp. ſol. & quod cõſenſus tacitus non ſufficiat, probatur per gl. in d. regul. is qui tacet & in c. ſicut de elect. in vj. Inno. in c. in geneſi eod. tit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia perinde eſt hoc caſu ac ſi mandaſſet, imò quod mandaſſe fingitur, ut innnitur hic in uerbo intelligitur, quod, non aliam habet interpretationem. l. intelligendus. ff. de uerb. ſig. l. fin. C. de impub. & al. ſub. l. ſi familia. ff. de iur. om. iud. et ad propoſitũ probatur in l. qui fidem intra eod. & in l. ſi remunerandi in §. ſi paſſus ubi etiam glo. ſupra eod.

Ad oppoſita reſpõdetur primum non obſtare quia uerum eſt, ſed quia patientia pro conſenſu habetur, perinde (ut dixi) eſt ac ſi conſenſiſſet expreſſe argumentum in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & in l. item quia. ff. de pac. Non ſecũdum, quia & id quoque procedit, in his quæ ſunt præiudicialia parti quo modo regu. intelligitur. l. qui uas. §. necare & ibi not. ff. de fur. ſed hic eius qui mandari patitur, intereſt, ut in d. §. ſi paſſus & in l. ſi procuratorem in §. ſi mandati actio. ſupra eod. ergo.

Non ob. glo. in d. regu. is qui tacet & in d. c. ſicut & dicta Inno. in d. c. in geneſi quia uera ea ſunt omnia & procedunt. in re oneroſa & graui, & ſic ſpeciale, ſpecialitas autem in uno caſu arguit in contrarium ius commune, & firmat regulam in caſibus non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. ergo & quod. d. caſu ſupra dicta loquantur ibi patet, & declarat Corſe. in ſingu. compromiſſum. j.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod in concernentibus fauorem tacentis, ipſe conſentire uidetur, ut etiam dicit Alex. in l. iij col. j. de repu. hæ.

Et quod qui ſe ſubſcribit præſente teſtatore, præſumitur rogatus, inquit Bartol. in l. ſciendum col. iij. ff. de uerb. oblig. Alex. cõſ. xlvij. col. ij. uol. ij. Multa conſi. xxxiij. col. v. uol. iij.

Et quod ciuitas dicitur delinquere eo ipſo qđ tolerat quæ iniuſte perpetrantur à ſubditis, imò iubere & fauere eis, ſi uindictam negligat. c. negligere. ij. q. vij. c. error lxxxj. diſt. Anchar. conſi. clviij. col. iiij.

Et quod dominus qui ſcit contumaciam procuratoris nec eam purgat, ipſam ratificat & ſibi propriam facit. c. j. ad fin. ut lite non cont. idem Anchar. in loco præalleg.

Et quod denique mulier quæ præſens fuit ſtipulationi, ſtipulata uidetur & recta uia ſibi actionem quęrere. l. ſi procuratore prę ſente. ff. de procur. Anch. adhuc cõſ. cclxj. col. ij. Finis.

ADDITIO.

Quod procurator præſentis nõ cauet de rato, quia eo ipſo quod dominus non contradicit, mãdare ſibi uidetur, ut hic & in l. mutus, in §. is qui. ff. de procu. Inn. in c. ex parte decani de reſcrip. Bal. in l. j. col. j. C. de ſatiſdan.

Et quod ſi patientia hic, operatur conſenſum quando id quod mandari uidetur, eſt fauorabile patienti (ut diximus) neceſſario inferemus ſecus ſi foret damnoſum, ut idem Bal. declarat in l. ſolemnibus. col. ij. C. de rei uend. multa in l. ſi ſine col. ij. C. ad Velleia. Aretin. in c. at ſi clerici in §. cęterum. nu. 17. de iudi.

Et quod plus operatur patientia coniuncta cũ præſentia, quam cum abſentia ut adhuc dicit in l. j. col. ij. ff. de neg. geſt.

Et quod ſi pollicitatio fiat pręſenti & tacenti, ex quo tendit ad eius commodum præſumitur conſentire, ut not. omnes & Sozi. in ſpecie in rubric. C. de pac.

Et quod ſi quis in extremis agens, aſſeruerit ſe & ſua

& ſua monaſterio contuliſſe, abbate ipſius monaſterij præſente, præſumetur Abbas dictam cōfeſſionem ad.d. ſui monaſterium comodum acceptaſſe.c.cum dilectus de ſuc.ab int. Barba.in l. ſciendum.col.vj.ff.de uerb.obl.

Et quod ſi dominus, ſciat in iudicio, qđ aliquis eum defendat, ſine mandato, ſibi mandaſſe uidetur.c.quærelam & ibi Abb.col.iiij.de procu.

Et quod qui in præteritum ſe geſſit pro tali, puta pro Caſtaldione, domino ſciente & patiēte, etiā hodie Caſtaldio præſumendus eſt, ut ex multis oſtendit Ancha.cōſ.lxiij.col.ij.& not.in l.ſiue poſsidet is.C.de prob.

Et quod ſi quis poteſt aliquid repetere contra quem agatur ſi ſe non defendit cenſetur nolle repetere inquit Paul. Caſtrenſ. conſil. clxxx. col. ij.uolum.ij.

Vlpianus lib. xxiij. ad edictum.

QVI MANDATVM SVSCEPIT vt pecuniam collocaret in diem iſq; hoc fecerit mādati conueniendus eſt vt cum dilatiōe temporis actionibus cedit.

Dubitādi rationem faciebat, quod cum eo qui mandatum ſuſcepit ad pecunias collocandas agi non poſsit, ut actionibus cedat, quia natę non erant.l.cedere diem.ff.de uerb.ſig.& quod nō eſt cedi non poteſt, argumentū in l.decem.ff.de uer. obl.& in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer. pet.ubi non entium non eſt qualitas, ergo et quod ante diem actio non naſcatur, tradit Cyn. in l. j.C.ut actio.ab hęre.& con.hær.Bar.in l. ita ſtipulatus. ff.de uer.ob. Et idē in certi cōdictione in l. certi cōdictio in princ.ff.ſi cert.pet.et ſi quæ nata erat domino mandanti erat acquiſita pręalleg. l.certi condictio.§.ſi nummos.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſioniseſt, quia ſi mandatum ſuſcepit pecuniam què mandantis collocauit tenet.l.licet.§.ea obligatio.ff.de proc.l.j.§.idem Pomponius ſupra depo.uerum quia de mutua pecunia non habet eum obligatum, ex quo ei non credidit, nec eum in quem pecuniam collocaret, ex quo ipſi mandatario tenebatur, mandati actione conueniendus eſt, ut cum dilatione temporis actionibus cedat & ſatis erit, ut in ſimili etiā dicitur in l. ſi is apud quem ſupra eo.depo.& in l.quod debetur, ad ſi. de peculio.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniā contrarium ueriuseſt quanquàm penderet, alias (et argumentum retorquebitur) cedi non poſſent cuius oppoſitum tamen præſupponitur in tex.& ita communiter teuetur, quicquid dixerint Vltramontani,& alij cum in diem certum pecuniæ fuerint collocatę, uſq; adeo ut nec ipſorum actio num ortus impediri potuerit & ut latius habetur in locis prætalegat.& precipue in d.l.cedere diem uerumq́ue eſt ult.quando nomine domini pecuniæ collocatæ fuiſſent, ſed hic nomine ſuo fecit ergo.non nihil Bal.& Albe.hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod collocare pecuniam in diem, eſt eam mutuo dare ſub uſuris, perinde ac ſi diceretur collocari eam in emendis prædiis, & ſimile quiddam, ut in oratione pro Cecin.inquit Cyn. et tranquillus in auguſto.& eſt bonus text.in l.ſi bene collocate.ff.de uſu.

Et quod effectus ſuæ cauſæ eſt commenſurādus quoniam ſi mandatum ſuſcepit quis, æque conuenit etiam ut teneatur actione mandati prætal. leg.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procu.l.j.ad fin.ff. de int.l.ita autem in prin.ff.de admi.tut.Pau.Caſtren.conſ.lxxxiij.col.iij.uol.ij.

Et quod ille qui agere poteſt cedendo iura liberatur.l.ij.§.idem nerua.ff.ne quid in loco pub. Bal.in l.ſi ſocer in §.Lucius in princ.ff.ſol.mate.

Et quod exceptio dilatoria quæ obſtat cedēti obſtat etiam ceſsionario, ut hic probari uidetur & in l.ſi cum dotem in §.ſi patri,& ibi multa Bal. col.j.ff.eo.ſol.mat.& eſt argumentum in l.in uēditione.ff.de act.emp.

Et quod deniq; text.hic cum myſterio loquitur in ceſsionibus actionum & alibi ſæpè, quoniam in liberationibus eſt ſecus, nanq; liberato procuratore dominus quoque liberatus intelligitur, nec eſt neceſſarium quod liberatio aliter cedatur.l.quācunq; & ibi not. ff.de proc. Finis.

Paulus lib. xj. ad Neratium.

QVOD FILIOFAMILIAS vt peteret mandaui, emancipatus exegit: de peculio intra annum utiliter agā. Paulus reſpon: ſed & cum filio agendum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, ſi filius exigat non teneri actione mandati inſolidum quia ex facto ipſius, pater intra annum de peculio conuenitur.l.j.§.j. ff. quando de pecu. actio eſt anal.

Contrarium tamen hic deciditur, quod bene agatur contra patrem intra annum de peculio (ut tex.met ſubiicit) ex eo quod egit in poteſtate, ſed non quia exegerit emancipatus, cōtra filium autem ſic, et ratio deciſiōis eſt quia cum eſſet emācipatus,& mandatum ſuſcepiſſet, atq; etiam exegiſſet, æque conuenit quoque ut actione mandati teneatur, & poſsit ſine dubio inſolidum compelli ad reſtitutionem exactorum.l.qui mandatū ſupra.arg.in l.ſi apud filiumfam.ſupra depo.

Ex quibus oppoſita ſublata manent, quia procedunt (ut dixi) quo ad geſta in poteſtate patris, at hic emācipatus exegit ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime, quod actio de peculio quandiu filius

lius eſt in poteſtate patris,eſt perpetua , eo uero emãcipato efficitur annalis, quod ſeruit ad dicta etiam in d.l. ſi apud filiumfamilias .& probatur in l.j.adhuc præallega.in prin.& in §.j.ff.quando de pecu. eſt anna.

Et quod oratio mutilata ſuppletione eſt coadiuuãda.l.oratio.ubi no.tex.ad idẽ, ibi ut ſupplea tur qđ orationi deeſt.ff.de ſpõſ.l.quæſitum. ff.de teſti.not.in l.j.ff.de teſta.nanque iuris eſt, qui ad petendum admittitur,ut non exigat, quoniam id requirit ſpeciale mandatũ.l.hoc iure.ff.de ſol.l. ſed ſi tantum.ff.de pac.et ideo hic ad uerbũ petere & exigere ſubaudiri debet.

Et quod unũ idemq; uerbum relatũ ad diuerſa indiuidua debet regulari ſecundũ ipſorũ naturã, ut hic ubi agitur cõrra patrẽ,ex eo quod filioſamilias mandauit quis ut peteret,cõtra filiũ uero qđ emancipatus exegerit,et eſt ſimile in l.pater Seuerinam.in §.conditionum.ff. de cond. & de. & in c.cauſamq;.de iudi.& in c.olim.de reſcri.hincq; uulgatum illud carmen.

Suſtulit ille patrem, ſuſtulit iſte matrem .

Et quod ex mutatione perſonæ mutatio inde actionis etiam cõtingit,qm̃(ut dictũ eſt) quãdiu durat patria ptãs,actio de peculio ppetua eſt,alias uero annalis eſſe incipit,ſi filius emancipetur.

Et quod deniq; abſurdũ debet uitari,ut in d. l. hoc iure.ff.de ſol.& in l.ſi quis ex argentariis, in §. prætor ait.ff.de eden.uulg.l.nam abſurdum. ff. de bo.liber.interpretatione,impropriatione,uiolatione literæ,&(ut diximus) ẽt uerborũ ſuppletione.l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ,ff.ſi quis cau.Abb. in c.j.de clan.deſpon.Lap.alleg.cxxviij.col.j. nõ nihil Bal.in ſtatu.in §.interficiens.nu.2.prælle. l.oratio.& ut hic etiam dicitur à Docto. Finis.

Pro Socio.

Vlpianus lib.xxx.ad Sabinum.

NEC ADIECIT SABInus hæreditatem vel legatum uel donationem mortis cauſa ſiue nõ mor tis cauſa ; fortaſsis hoc ideo.. quia non ſiue cauſa obueniunt; ſed ob meritum aliqud accedunt?

Dubitandi rationem faciebat quod legatum, ſiue hæreditas , aut donatio debeat in ſocietate, ſiue inter ſocios,communicari , quia regulariter quotiens coita eſt,omnia occaſione ipſius obuenientia , cũ lucratum damna communia eſſe debent.l.coire.l.ſi non fuerint.§. ſin. ſupra & infra eo.ti.alias leonina foret,ut dicebat Ariſto in d.§. ſi.ſic.Caſsium reſpondiſſe Bal. in c. cũ cõtingat. col.pe.de iureiu.& not.in §.et adeo.ubi glo.parrem.inſti.eo.ortumq; id habuit dictum ab Aeſopi Phrygis apologo , quo ſæpe utuntur Iuriſcon. rum quia ſic refert Mac. quoq; in ſomnio Scipio. Philoſophos,in ſuis quanquã ſeriis diſputationibus facere cõſueuiſſe,tũ quia(ut ait Poe.lyricus) omne tulir punctum qui miſcuit utile dulci .

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia hæc omnia obueniunt propter merita,ſeu obuenire pręſumũtur ſocio,qua de re non ſunt cõmunicanda,& quia ẽt hoc ipſum non dixit Sabinus in l.coire præalleg.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare , quia de lucro debet intelligi qđ prouenit ex quæſtu,quęſtus uero qui ex opera cuiuſq; deſcẽdit.d.l.coire. & ſeq. quæ iſtam præcedit. & habetur etiam in l. idemque in §.ſi. ſupra manda.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime ſi pater donaret filio , nihil dicens, & probentur merita,quod donatio facta pręſumeretur ei ut bene merito,ita Bal.in l.ſi donatione. poſt glo.ibidem.in prin.C.de colla.& in l.certũ ad ſi.C.fam.her.& ad idem multa quod donatio, ſeu legatum ſemper facta præſumantur, cauſa remunerationis & propter merita in d.l.idemq;:in §.ſi quis ea,ad ſi.& in d.§.ſi.Iaſ.in l.ſi domus.in §. ſi fundus.nu.22.ff.de leg.j.

Et quod in datione tutelæ filiæ appellatione uenit etiam poſthuma.l.ſi quis filiabus ſuis.ff. de teſta.tute.ſed non in legatis,ſi que filiabus ſeu filiis relinquantur . l. qui filiabus . ff. de legat.j.ex quo promoueri non poſſunt,ut inquit idem Bal. in d.l.ſi quis filiabus.& ſignanter per iſtum text. & Portius in §.ſin.col.iij.inſti.qui teſta.tuto.da. poſ.& Bar.in d.l.qui filiabus.in prin.

Et quod ſi parrochianus legauerit centum eccleſiæ Sancti Petri,deinde ſe tranſtulerit ad aliã parrochiam , non propterea illa , primæ intelligetur ſubrogata , ut uidetur eſſe de mente Iuriſconſul. in l. filiæ . in §. j. ff. de condi.& demonſtra. quia proxime relictum factum eſt intuitu meritorum ut pulchre declarat Imo. multipliciter reſpondendo ad tex.in d.l.filiæ,in c.requiſiſti.col.xvj.de teſta.

Et quod his ſtantibus donatio nõ debebit inſinuari.l.Aquilius regulus.ff.de dona.quod tamẽ intellige ſi merita uera ſint & ipſorum qualitas cum donatione concurrat , & fuſius ut per Bal. (hic etiam non nihil dicit ſed non ita late) in l.illud col.iiij.C.de ſac.ſan.eccle.

Et quod denique ad ſubſtitutionem factam ſub nomine hæredum non admittuntur alij , qui ad hæreditatem ueniunt , non teſtatoris iudicio, ſed fortuito & per obliquum potius,ex quo relicta iſta(ut dictum eſt)fiunt ob merita, quæ non cadunt in ignotos ,ut dicunt Bar.& Bal. in l. qui liberis.in §.hæc uerba.ff.de uulg.& pupil. ſub. & poſt eos Ancha.conſ.cxxx.col.ij. Finis.

Vlpianus lib. xxxj. ad edictum.

NAM SOCII MEI SOCIVS meus ſocius non eſt.

Dubitandi rõnem faciebat, quod ſocij mei ſocius, meus ſocius ſit, q̃a idẽ iuris eſt de adhęrẽte, quod de eo cui adhęret. l. ad teſtium. §. fi. ff. de teſta. Et quia ſic à ſimili inimicus inimici mei mihi pariter inimicus eſt. capitulo ſi inimicus. xciij. diſtin. l. liberi. ad fin. C. de inoffi. teſta. not. in c. repellantur. de accuſati. ergo & ſocius ſocij mei, meus erit ſocius, & cõſequenter inter nos debebit lucrum & damnum cõmunicari. l. ſi non fuerint. §. fi. infra eo. Et quia ſi ſocius meus alium ſibi in ſocium admiſit, tacito quodam meo conſenſu, illum admiſiſſe uidetur, igitur & ſocius meus dicetur. & quia ultimo loco etiam ſocietas inſtar fraternitatis habetur. l. uerum. infra eo. ſed frater fratris mei, eſt mihi quoque frater, ergo & ſocius.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſocietas conſenſu cõtrahitur, ut ſupra in l. proxi. dicitur, uerum cum ego non conſenſerim, cum ſocius meus ſibi alium in ſocium aſciuit, dici non poteſt, quod mihi ſocius ſit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia (ut ſonat argu. & ita ibi Bar. declarat) id in adhęrẽtibus, ſeu cohęrẽtibus uerum eſt, nos autem loquimur in ſeparatis, quorum non eſt par eademque ratio, argu. in l. quæ religioſis. ff. de rei uendi. & in c. tranſlato. de conſtitu. ergo. Nõ ſecundum, quia et id quoque non eſt negandũ ſuſpicione & pręſumptione non uere ut in locis ad idẽ alleg. multa Dec. in l. conſilij in §. ſocij mei. ff. de reg. iur. Non ob. tertium, quia imò pręſumẽdũ eſt, me noluiſſe, ut in d. l. proxima dicitur. Nõ ultimum deniq; quia antecedens uerum eſt, ex quo ſe ſocij, ut fratres diligũt, & bona cõmunicãt uerius cõſequens, quia frater eſt mihi, non quia ſit frater fratris mei, at concluſio falſa, quia (ut diximus) ſocietas conſenſu firmata non eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod ſicuti ſocius ſocij mei non eſt meus ſocius, pari modo uaſallus uaſalli mei, non eſt uaſallus meus, ut inquit glo. in l. Modeſtinus. ff. de uerbo. ſig. & in l. de acceſsionibus. ff. de di. & tempo. præſcrip. et Alex. conſil. cxxxix. col. ij. uol. v. quod tamen declaratur uerum, ubi ex alia cauſa eſt uaſallus & homo uaſalli mei, alias ſi ex eadem re, tunc cenſeretur homo meus. c. j. §. illud. de prohib. feu. alie. per Fed. in uſibus. Gui. pap. deciſio. ccccclj. col. v. Bar. in d. l. de acceſsionibus. & in l. Claudius. col. fi. C. qui po. in pi. ha.

Et quod neque libertus liberti mei, eſt meus libertus, ut in prællega. l. Modeſtinus. & in l. pater. in §. duobus. ff. de lega. iij. Alex. in prællega. conſil. cxxxix. Dec. utrunque dictum in prællega. §. ſocij mei.

Et quod licet Baro ſit homo ligius Regis, non tamen homines ipſius Baronis ſunt homines Regis ſecundum Felyn. ex prædictis omnibus iſtud inferentem, in c. quæ in eccleſiarum. col. xxvj. de conſtitutio.

Et quod ſubditi epiſcoporum, ſubditorũ archiepiſcopo, & primati, non ſunt ipſius ſubditi. c. nullus. iij. q. ix. c. paſtoralis. ubi de materia late de offi. ordi. Fely. in loco prælega. & ad idem dicit Bal quod primũ de uaſallo, eſt uulgare dictũ. quodque uaſallus uaſalli non tenetur ſeruire primo domino, ex quo contractus feudi propter pręſtationes perſonales, dicitur perſonalis, neq; perſonã egreditur in c. j. in §. rurſus. ad fi. de cõtr. inueſt. in uſib. & bene, maxime pp iuramentũ fidelitatis, ultra eum quod eſt pręciſe & ad unguẽ ſeruandum. c. ad noſtram. de iureiu. glo. in l. ſi pecuniam. ff. de condic. ob cau.

Et quod denique, ſocius meus, ſi ſocium admiſit, ei ſoli ſocius eſt ut dicitur etiam in præcedenti l. & eſt argumentum in l. ſtipulatio iſta. in §. alteri. ff. de uerb. obl. & quia ut inquit Iuriſcõ. ſi ſocietas conſenſu contrahitur, nec conſenſerim tacite uel expreſſe neceſſario ſequitur me noluiſſe in d. l. præcedenti, ergo (ut dicebatur & repetimus) ſocius ſocij mei, non erit meus ſocius neque pro eo tenebor ſi dicat ſtatutũ quod ſocius, teneatur pro ſocio, & ſi loquor cum loquente cũ excõmunicato non propterea excommunicatus ero, ut hic per Bal. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi plures ſint ſocij in emptione reddituũ lacus Peruſini, quorum unus uelit uendere partẽ ſuã, tertio, ipſumq; aggregare ſocietati ſui loco, non poterit hoc idem facere, niſi cæteri conſentiant, quemadmodum enim hæres non ſuccedit in ſocietate, quia fides & induſtria electa eſt, pari modo in ea haud poteſt ſuccedere extraneus, eſtq́ue not. deciſio Bald. & ſuſius in l. j. col. ij. C. qui teſta. face. poſ.

Pomponius lib. xxxiij. ad Sabinum.

SI FVNDVS MIHI TECVM communis ſit et in eum mortuum intuleris agam tecum pro ſocio.

Dubitandi rationem faciebat quod in fundo communi ſocius poſsit mortuum inferre, quia unuſquiſq; religioſum facit locum ſua uolũtate, dũmodo in ſuum inferat mortuum. l. in tantum. §. pen. ff. de re. diui. ſed locus communis, ſocij eſt l. ſerui electione. §. j. ff. de legat. j. ergo. Et quia multa religionis gratia permittit lex quæ non permitterentur alias. l. ſunt perſonæ, ubi & nos multa pariter. ff. de religi. ſed hic inferendo mortuum in loco communi, religioſus efficitur, ergo. Et facit etiam ultimo text. in §. religioſum. inſtitut. de rerum. diui. ſic ad literam dicitur,

religioſum

religioſum locum vnuſquiſq; facit ſua uoluntate, dum mortuum infert in locũ ſuum. Idemq; Cice. in ora. pro C. Rabi. ſed iã dictũ eſt ſupra, eadẽq; uerba in d. §. pe. leguntur, quæ in præalleg.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò non poſsit, quodque pro ſocio agi poterit ut ſocius inferẽs dãnum reſarciat, & actione ẽt in factũ ut corpus tollatur, & rõ deciſionis eſt, quia in re cõmuni ſocio inuito nihil fieri poteſt. l. Sabinus. ff. communi diui. potiorq́; eſt prohibentis conditio ut ibi. Et quia æqualitas etiam inter ſocios ſeruanda eſt, quę inſtar fraternitatis habet. l. uerum. infra eo. Vel & melius, quia quod omnes tangit debet quoq; ab omnibus approbari. l. fi. C. de auctoritate præſtã. Et quia deniq; factũ unius alteri obeſſe non debet, neq; debet alteri per alterum iniqua cõditio afferri. l. nõ debet. ff. de reg. iur. l. tranſactione matris. C. de tranſa.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum, quia antecedens uerum eſt conſequens falſum ex quo id quod cõe eſt, ſocij eſt pro parte ſua tantum nõ in totum, igitur peti poterit actione in factum (ſicut diximus) ut corpus tollatur, & pro ſocio ut damnum reſarciatur. l. ſi quis putans. §. ſi quis in communem locum. ff. communi diui. & ut etiam hic per gloſ. Non ſecundum, quia plus quam uerũ eſt, ſed non tamen ut tertio pręiudicium fiãt, argumentum in c. ex tenore. de foro compe. & in l. aſsiduis. C. qui potio. in pig. hab. & in l. ij. in §. merito. & in §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Tertium iam ſublatum eſt, ex quo idem dicitur, quod primitus, idcirco aliter non inſiſto.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quod ratione partis totum põt cuſtodiri, & à ſimili ſi codex rationum ſit communis, quod nõ poteſt per quaternos diſſolui, & pro parte cuſtodiri pro parte non, ut pulcherrime dicit Bal. conſi. ccl. col. v. uol. j.

Et quod feneſtræ in pariete communi fieri nõ poſſunt ſocio inuito. imò qđ ẽt factæ pñt tolli, ex ſuperuenienti intereſſe ſociorũ. l. in re cõi ad fi. ff. de ſer. urb. pd. Are. cõſ. lxx. col. ij. quotidianũq; ẽ.

Et qđ caſus exceptuati à regula firmãt eã in nõ exceptuatis, uulgatumq; dictum eſt. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. inſtrumẽtoq; leg. nanq; tria ſunt, quibus ædificatio permiſſa eſt in pariete communi, pactum patientia, & rei natura. d. l. Sabinus. l. cum duobus. §. idem reſpõdit infra eo. l. ſi ut proponis. C. de ædifi. priua. Bald. pulchre conſ. cccxlviij. col. j. uol. ij. ergo non regulariter inuito (ut diximus ſocio.

Et quod ſecus eſſet ſi damnũ ſocio non fiat ſeu uicino, ut hic per locũ tamẽ á contrario, probari vř, & in d. l. Sabinus. & in l. quidam Iberus, & ibi Ang. ff. de ſer. urb. præd. Veronen. conſ. xxxv. nu. 9. & in pulcherrima q. à ſimili Seyſel. in l. ius ciuile. col. j. de ſocio uolente reficere turrim communem, a media parte ſupra. ff. de iuſti. & iur.

Et quod deniq; regula ſupra dicta quod in re cõi potior eſt cõditio prohibentis, & de qua in c. in re cõi, de reg. iu. in vj. & in d. l. Sabinus, uera eſt caſu iſto, ſed non ſi re communi uteretur ſocius, ad uſum deſtinatũ. §. in cõe uero ſepulchrũ. inſti. de re. diui. declarãt Bonon. in tract. extenſio. col. xx. Pet. de bellaper. q. cccevij. & diximus nos in c. cum omnes. de conſti. ſatis. Finis.

ADDITIO.

Quod actionum diuerſitas, cognoſcitur ex medio concludendi. l. non debet. ff. de dolo. & ibi not. & in rub. C. eo. ubi Bal. But. in c. literæ. de dila. Alex. & Iaſ. in l. certi cõdictio. ff. ſi cer. pet. nãque pro ſocio actio eſt, ſi petatur damnum reſarciri, in factum uero (ut dictum fuit ſupra) ſi, ut tollatur corpus.

Et quod ſtãte ſtatuto uniuerſitatis, quod nullus doctor poſsit eſſe rector ſtudij, aliquis aũt ſit doctor artiũ, in medicina aũt ſcholaris, rectorẽ eẽ nõ poſſe, quia potẽtius eſt id, qđ ꝓhibet q̃ id qđ ꝑmittit, & ita decidit Bal. in proœ. Greg. col. iij.

Et quod ſi ſocius uellet uti iure ſuo in re cõi, prohiberi nõ poſſet ut dicebã ſupra, & nouiſsime eſt exẽplũ, ſi habeãt domũ cõem, unus uelit eã habitare, alter uero locare, quia præferendus erit ille iſti. d. l. Sabinus. & ibi idẽ Bal. ad fi. l. ſępe. ff. de re iudi. Iaſ. in l. quominus. col. xxxij. (ubi iſtud dictũ exclamat) ff. de flumi. Nõnihil Alex. ultra eũ cõſ. lix. col. v. multa Soc. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pe.

Et quod in iure coherẽte corpori rei cõis melior ẽ ꝓhibẽtis cõditio, dũmodo (ut diximus) naturalis rei uſus, p talẽ prohibitionẽ nõ impediat, & nouiſsime ꝓbari vř in l. arboribus, in §. nauis. ff. de uſuf. tradit Bal. in c. eccleſia vřa. nu. 1. de ele.

Et quod deniq; diuiſio facta inter ſocios, altero abſente, nõ pręiudicat ut per Bal. in l. cohęredibus. C. cõi diui. & Bar. in l. ij. C. quãdo & quib. quar. pars deb. lib. x. & in deciſio. Tholoſan. 432.

Pomponius lib. xvj. ad Sabinum.

HAERES SOCII QVAMVIS ſocius non eſt: tamen ea quę per defunctũ inchoata ſunt per hęredem explicarj debent: in quibus dolus eius admitti poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod hęres ſocij ſocius ſit, propter unitatẽ perſonarũ, nãq; cenſentur una eadẽq; perſona defunctus & hęres, ut pater & filius. §. j. in auth. de iureiuran. a mo. præſti. l. fi. C. de impub. & ali. ſub. & appellatur fictio unitiua, ad differentiam inductiuæ, reſpectiuæ, & declaratiuæ, ut per Bal. in l. qui in prouincia. in §. diuus. col. j. ff. de ritu nup. ſed defunctus erat ſocius ergo & hæres, & quia uidetur caſus in l. adeo. infra eo. ubi ad literam dicitur, quod etiam poſt mortem ſocij manet ſocietas. & in ſimili in l. furti. in §. illud. ff. de his qui not. infa.

Contrariũ tñ hic deciditur, quod imò nõ tráſeat

ſeat ad hæredem,& in l.nemo,ſupra eo.eſſe tamẽ inchoata à defuncto per hæredem explicanda, & ratio deciſionis eſt quoniam in materia habemus quod ſocietas finitur morte.§.ſoluitur.inſtitu.de ſocieta.l.actione.§.morte.l.uerum.§. fi. infra eo. quique ſocietatem contrahit certam perſonam ſibi elegit ut in d.§. ſoluitur. ergo ad hæredem non tranſibit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,non primum, quia antecedens uerum eſt uerius conſequens,ſed concluſio falſa, quoniam cum iam (ut diximus)eſſet finita ſocietas,non potuit ad hæredem tranſire argumentum in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.ubi non entium non eſt qualitas, & quod non eſt ad hæredem tranſmitti ſiue tranſire non potuit. Non ſecundum,quia ibi plura concurrebant,primum quod bona erant publica demum pactum conductoris quod hæredes ſuccederent poſtremo uero quod perſona ſuccedens erat idonea de quo etiam in l.uerum in §.in hæredem.prællega.infra eod.ergo non regulariter ut hic,inq; noſtro caſu, & ut ibi latius not. & hic in glo. Non denique & ultimum,quoniam nõ in ſocietate loquitur uerumque eſt,ſed in mandato,& depoſito,quod adhuc hic glo. not. & bene, & ibi latius ubi ẽt rationem diuerſitatis aſsignat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod quamuis hæres & hæreditas repreſentet defunctum, non tamen repreſentat quoad ſocietatem,quia(ut dixi)non tranſit ad hæredẽ,& ita in not.caſu inquit Corn.conſ.cccviij. nume. 10. uol. j.

Et quod quamuis ſocietas finiatur morte,&(ut dixi rurſum)ad hæredém non tranſeat,tranſit tamen obligatio & actio actiua & paſsiua ut hic & in d.l.uerum.in §.in hæredẽ. infra eo. idem Cor. conſ.cxxij.col.j.eo.lib.

Et quod ſi pater cœpit expendere pro filio in ſtudio exiſtente, mortuo eo debet filius ſtudium perficere de communi, etiam fratribus inuitis, quoniam munera cœpta debent perfici,licet noua incohari non poſsint ut hic,& per Dyn. in l.j. in §.ſed ante.ff.de coll.bo.& in l.Lucius.in §.idẽ ſcribit.ff.ad munici.Dubitat tamen Bar.in tract. de duob.frat.col.j.dic ut per eum,& cogita.

Et quod(ut uulgo dici ſolet) mors omnia ſoluit.§.deinceps. in auth. de nup. & ut hic iura ſocietatis, ita alibi mortuo parrochiano omne ius parrochiæ & Rectoris inquit Anch.cõſ.lvj.col.j. Et ſi tres hinc eſſent árbitri, unuſq; decedat alij pronunciare non poſſent, quia morte finitum eſt compromiſſum.l.itẽ ſi unus.§.j.ff. de arb. & quia (ut dixi)mors omnia ſoluit,tradit Bar.in tracta. de arbi. col. ij.

Et quod denique hoc ipſum includendo,dum dicit Iuriſconſ. quod hæres quoad incohata per defunctum,& per ipſum hæredem explicanda,tenet̃ de dolo ſuo, excludit nõ teneri ex perſona defuncti & uerũ eſt,ſed tũ nõ excludit culpã,& ꝓbat̃ ad lr̃am in l.nemo.& ſeq.ſupra.e.pall. Finis.

Vlpianus lib.xxx.ad Sabinum.

NEC PRAETERMITTENdum Pompo.ait ita demum hoc eſſe verum ſi honeſtę & licitæ rei ſocietas coita ſit. Cæterum ſi maleficij ſocietas coita ſit:cõſtat nullã eſſe ſocietatem. generaliter enim traditur rerum inhoneſtarum nullam ſocietatem eſſe.

Dubitandi rõnem faciebat, quod ẽt maleficij ſocietas coiri poſsit & coita ualeat,quia ſolo conſenſu cõtrahitur.l.qui admittitur.ſupra e.nec diſtinguit lex an honeſtæ & licitæ rei eẽ debeat necne, uſq; adeo ut neq; nos diſtinguere debeamus uulga.l.de precio.ff.de publicia. & maxime quia cõtractus(ut uulgo aiũt)ex conuẽtione partiũ legẽ accipiunt.l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l.legẽ.C. de pac.l. cõtractus.ff.de reg.iur. Et quia quilibet in re ſua moderator & arbiter eſſe debet,& liberi ſui arbitrij rurſum dominus.l. in re mandata. C. manda.l.ſed ſi lege.§.cõſuluit.ff.de pet.hæ. bonũ uerbũ dixit ad idẽ Bal.in c.clerici.ad fi.de uit. & ho.cle.quod de uolũtariis ſe nõ intromittit lex. quaſiq; ad idem ẽt ſufficiat pro rõne uoluntas.l. quia poterat.ff.ad Treb.& uidetur caſus in l.dolo.C.de inut.ſtip.ubi dolo aut metu ſtipulatio facta ualet, ergo & ſocietas ẽt hic maleficij coita. Et quia denique ea quę ex maleficio conferuntur ſunt communia.l.quod autem.ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſſe uidetur in text. ibi generaliter enim traditur rerum inhoneſtarum ſocietatẽ nullam eſſe,iudicio quidem meo eadẽ cum dicto,&(pace dixerim Iuriſcõ.)male.l.fi.ff.de offi. procura. Cæſa.l.qui interrogatus.& ibi Bar.ff. de pet. hæ. Bal.in c.cum inter uos.ad fi.de cõſue. tamẽ ſic eadẽ cũ dicto quoq; uidetur eſſe in §.filiusfa. & ibi aduertit Portius inſt.quib.mo.ius pat.po.ſol.Sic in l.illa inſtitutio.ff.de hær.inſti. aduertit Vigli. olim acutiſsimus diſcipulus meus.inſti.quib. nõ eſt permi.fa.teſt:in prin.nu. 8.Sic in l.ſi quis filiabus.ff.de teſt.tu.aduertit Iaſ.in l.qui filiabus.col. iiij.ff.de leg.j.& rurſum male,quia ſic multiplicatur incõueniẽs & nõ ſoluitur arg.in l.j.C.de dot. pro.& in l.cũ poſt.in §.gener.ff.de iur.ſoretq; tolerabile,ſaltim,qñ eſſet paulo gñalior dicto,quáquã eadẽ cũ eo.l.pactũ curatoris.C.de pac. Dici igit̃ poſſet,hoc iõ eſſe deciſum,ut nõ valeat & nulla ſit quia reſiſtit lex,& ꝓhibet ne fiat,& vbi quid ſit lege ꝓhibẽte,id funditus nullũ eſt.l.cũ lex. ff. de fideiuſ.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uer. ob.l. Gracchus.per locũ a contrario.C.ad leg. Iul. de adul.& idẽ quod hic dicitur ẽt in l. ſi à reo. in §. fi.ff.de fideiuſ.& in l.ueluti.& in l.generaliter.ff. de uerb.obli.& in l.filius.ff.de condi.inſti.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,

mum,& ſecundum, ac tertium, quia uera omnia ſunt,ſi (ut in tex.dicitur) licitę & honeſtę rei ſit, nõ illicitę turpis & inhoneſtę,nec ſit cõuẽtio reprobata à lege,arbitriũq; coeuntiũ,regulatũ freno rõnis legis & honeſtatis,ut in iuribus ſupra al leg.& in l.iuriſgentiũ.in §.prętor ait.ff.de pac.& in l.pacta q̃ cõtra.C.de pac.Nõ ob.quartũ, quia licet ualeat de facto de iure tñ nõ ſubſiſtit, & exceptione doli metuſq; cã reſcinditur,ut ibi no.& in d.l.generaliter.ex quibus ulti. quoq; tollitur, uel dicamus quod multa facta tenent,quæ tamen à principio fieri prohibentur.l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa,& maxime,quod ſicuti rei inhoneſtę ſocietas coita nulla eſt,ita nullũ rei turpis contrahitur mandatum nõ emptio ualet, & generaliter omnis obligatio reiicitur.l.ſi remunerandi.§.rei turpis.ſupra manda.l.quod ſæpe.§.ueneni.ff.de contrahen. empt. d.l.generaliter.l.ueluti.l.ſi plagij.ff.de uerb. obl. & hic etiam not. & bene.

Et quod nõ mirũ eſt,ſi rei turpis, & illicitę ac inhoneſtę, ſocietas reiicitur quoniam inter cætera iuris præcepta,hoc idem maximũ eſt,honeſte uiuere,ut in §.iuris p̃cepta.inſt.de iuſt.& iur.

Et quod adeo turpitudinem abhorret lex,ut in teſtamentis, in quibus tamen plenius uoluntates defunctorum interpretamur.l.in teſtamentis. ff. de reg.iur.à ſimili (ut hic in ſocietate dicitur) turpia legata pro non ſcriptis habeantur.l.turpia.in prin.ff.de lega.j.

Et quod legi prohibitiuæ renunciari non põt, ut inquit et Bar.in l.Modeſtinus.col.ij.ff.de dona.& gloſſ.in l.j.C.ne fideiuſſo. do. den. nanque dicitur hic, generaliter tradi rerum inhoneſtarum ſocietatem nullam eſſe, ergo etiam ſi huic legi renuncietur,non ualebit,et eſt limitatio no.ad regu.l.ſi quis in conſcribendo.C. de pact.

Et quod deniq; prætermitti non debent, quæ ad declarationẽ maxime conferant,quanquã etiã neceſſaria non eſſent, ex quo nõ ſolẽt uitiare ſcripturas quæ ſuperabundant.l.non ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de regul. iur. l.j.§. quanuis.ff.de uent.inſpi.Bald.in l.j.ad fin. C. de iure emphyteo. Finis.

Paulus lib. xx. ad edictum.

NVLLA SOCIETATIS in ęternum coitio eſt.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod ſocietas in æternũ coita ualeat, quia uidetur caſus in l.j.ſupra eo. ubi ad literã dicitur q̃d cõtrahi põt in perpetuũ,& ad tp̃s,& maxime, quia cõſenſu cõtrahitur. l. qui admittitur. ſupra eo.& ſufficit eos qui negotia gerũt cõſentire.l.ij. ff.de cont.emp.l.conſenſu.ff.de ac.& ob.& inſti. de ob.quæ ex conſen.in prin. Contractusque ex partium conuentione legem accipiunt. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. l. legem. C. de pactis. l. contractus.ff.de regu..iur.& dictum fuit proxime ſupra. Et quia uidemus hinc etiam, quod quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debent, id eſt ſine temporis præfinitione, inquit etiam text.in l.falſo. C. de diuer. reſcrip. Dicatque alibi Imp. hac perpetua lege ſancimus in l. ij.C. ubi de coarta. quis conue. hac ualitura in omne æuum lege.in l.fi.C.de iudæ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia cum nullus homo ſit æternus, datumq; ſit oĩbus ſemel mori,imò morte nihil certius.Paul.ad Hæb.ix.l.j.in prin.ff.de cõd.& dem. in æternũ ſocietas coiri non põt, & quia morte et ſoluitur.l.actione.§.morte.ſupra eo.§.ſoluitur inſti.de ſocie.multa Corn.conſ.cccx.col.j.uol.4

Ad oppoſita reſpõdetur nõ obſtare,nõ primũ quia non in æternũ id intelligit,ſed perpetuo, id eſt dũ uiuunt contrahentes ſocietatẽ,ut Iuriſcõ. inet ibidem exponit uerbum prædictũ; & bene, ex quo nihil perpetuum eſt ſub ſole, ad quod lex illa etiam ſolet allegari. Et ideo ſi alter ex contrahentibus decedat recedimus à proprietate uerbi & (ut dixi) ſocietas ſoluitur, ut declarat nouiſſime etiam Corn. conſil. cccx. col. tertia. & regulare eſt ut reſtringatur ad uitam hominis in contractu non tranſmiſſibili ad hæredem, ut etiam dicit Ancha. conſil. cccxxvij.col. ij.pulchre Floria. in l. in hoc iudicium. in §. j.in princi.ff.communi diui. Non ob.ſecundũ.quia uerũ eſt,ſed nõ ut ſit æterna,qm̃ (ut dicit tex.) foret nulla. Non tertiũ,quia nec id negandũ eſt,dũ modo cõuẽtio iuri ac rõni non repugnet.l.iuriſgẽtiũ.§.prætor ait.ff.de pac.l. pacta quæ contra. C.e.ſed repugnaret abſq; dubio,ſi in æternũ coita eſſet,ex prædictis,ergo. Non ob.ultimũ,quia iuris & legũ ea eſt natura,ex quo dat formã futuris negocijs.l.leges.C.de legi.c.fin. de conſtitu. & quod perpetua eſſe debeat probatur in l.generaliter in fi.prin.C.de inſti.& in c.quæ ad perpetuam.xxv.q.j.& in cle.ſæpe.ubi glo.& ſcriben.de uer.ſig.ita ut ad ſocietatẽ nõ per hoc poſſit fieri illatio quæ bona ſit.l.Papinianus exuli.ff. de mino.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acqui. poſ. imò quo ad legẽ et quãuis perpetua eſſe debeat cõtraria tñ uel præſcriptione ſaltim legitima tolli poteſt, & mutari ut in c.j.de conſti.nos.& in c.non debet.de conſan.& affi.& in prædlleg. cle. ſæpe. in glo.perpetuum.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quod partes ſeu ſocij poſſunt conuenire ad inuicẽ,quod ſocietas & cõio duret toto tempore uitæ ſuæ,uirtute laudi emologati, ita Alex.conſ.lix.col.ult. uol. v. ex quo poſt ipſorũ mortẽ finietur,& bene.l.adeo.l.nemo.ſupra eod. & dictum eſt ſæpe.

Et quod ſi fratres cõuenerint ne diuiſio fiat donec uixerint,cõuentio ualebit, ut pulchre ex multis oſtendit Deci.conſ.cclxv.col.ij.uol.ij.ex not. in d.l.in hoc iudicium.in §.ſi cõueniat.ff.cõi.diui.clarius Bertran.conſ.lxxvj.col.ij.uol.ij.

Et quod uerba ſunt ſemper intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.l.ſi uno.ff.loc.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.in æternũ ſcilicet, hoc eſt ſine fine, & hoc caſu ſocietas ita coita nulla eſt ut hic, in perpetuum uero, hoc eſt dum uita ſupererit, & tunc ualebit, ut in diuiſione & communione proxime dictum eſt,& declarat idem Dec.in c.in præſentia.col.xxiiij. de proba.

Et quod ſi à Papa detur commenda perpetuo (ſui natura enim eſt temporalis.c.nemo . de elec. in vj.)commendatario,data uidebitur ad uitam, ita quod,quo ad percipiendos fructus, perq́; ipſum diſtribuendos, dicetur habere prælaturam in eccleſia commendata,ut in materia commendæ beneficio . dixerunt Bononien. in conſil. ſuo quod poſt tracta. de ſorte . col. ultima . poſitum reperitur .

Et quod denique ſi ſtatutum dicat quod uxores bannitorum ſint perpetuo bannitæ, & Titius bannitus præmoriatur uxori, bannum erit protinus extinctum.l.Titia Seio.§.uſuras, & ibi Iac. de are.ff.de leg.ij.Nell.in tracta. bannito. in iij. par.iij.temp.q.xiij. Finis.

Paulus lib. xxj. ad edictum.

SI QVIS SOCIETATEM contraxerit quòd emerit, ipſius ſit non commune : ſed ſocietatis iudicio cogitur rem communicare.

Dubitandi rationem faciebat, ſi ſocius emerit rem quòd eam communicare non teneatur; quia alibi ſocij erant in l.ſi fratres. in prin. ſupra eo. & tamen communicare ſibi quæſita ratione iſta non tenentur. Et uidetur etiam caſus in l. cum duobus.in §.fin. ſupra eo.ubi duo argentarij erant ſocij,unus aliquid ſeparatim quæſierat dicit Iuriſconſul.quod id non cõmunicabit actione pro ſocio. Et quia non æque conuenit ſi de pecuniis propriis acquiſiuit ſibi ſocius, quod illud communicet, ex quo conuentio & ſocietas intelligitur reſpectu quæſitorum non quærendorum.l.j. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia inter ſocios omnia communia eſſe debent, inq́; eos ſeruari æqualitas ut inter fratres.l.ut liberis.C.de colla.l. uerum. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare,non primum,quia ibi erant ſocij incidentes,inq́; hæreditate ſuccedentes, non ex conuentione ut per glo.in l.ſi patruus.C.communia utr.iud. Non ſecundum,quia eo caſu quoque erant ſocij unius negociationis,hic omnium bonorum, nimirum igitur ſi communicare tenetur. Non denique tertium,quia imò æquitas dictat cum ſit(ut dixi) coita omnium bonorum.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod ſicuti inter fratres contracta ſocietate omnium bonorum lucra æqualiter ſunt communicanda, & quæſitus, ita in diuiſorio iudicio omnia ſunt ęqualiter diuidenda,& latius ut per Rom.conſ.cexcj.col.ij.

Et quod unuſquiſque ſibi & hæredi ſuo, negotiatur non fratri,niſi(ut dixi)cõtracta ſocietas ſit omnium bonorum.l.tale pactum.§.fi.ff. de pact. l.ſi pactum.ff.de proba.l.ſi ita ſtipulatus. §.Griſogonus.ff.de uer.ob.Bal.conſ.xcvij.uol. j.

Et quod ſola fraternitas non eſt cauſa lucrorum communicandorum,nec communicare fratres tenentur,ſi non ſunt ſocij, nec unus acquirit alteri alias ſic.d.l.ſi patruus.præalleg.l. cum duobus.l.ſi fratres.ſupra eo.l.Titium & Meuium. §. altero.ff. de admi. tuto. idem Bal.conſ. cclx.col. ij.eodem lib.

Et quod ſi unus emit nomine proprio, & rem ipſam ponat in æſtimo nomine omnium, erit quoque omnium iuris præſumptione,de quo tamẽ per Bar.in l.rura.C. de omni agro deſ. lib. x. Gui.pap.conſ.xx.col.ij.

Et quod denique ſi ſunt plures patrui uel nepotes ſocij, & unus clam emat poſſeſsionem ſeu fundum,pro ſe & hæredibus ſuis,tenetur nihilominus fundum talem communicare, quia clandeſtine empta non debent ſibi patrocinari, et non potuit clam, inſcio ſocio ſocietati renunciare.l.actione.§.diximus.& §.renunciare. ſupra eo.Ancha.conſi.cxxxviij.& cclxxj.Alex.conſi.l. col.pen.uol.j. Finis.

Papinianus lib. iij. reſponſorum.

IVRE. SOCIETATIS PER ſocium ære alieno ſocius non obligatur : niſi in communem archam pecunię verſæ ſunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ære alieno ſocius per ſocium obligetur, quia uidetur caſus ad literam in l. omne æs alienum. ſupra eod. ubi omne æs alienum quod manente ſocietate contractum eſt,etiam per unum ex ſociis(ut inquit glo.)de communi ſoluendum eſt,& ponderat dum dicit omne, qui enim ſic loquitur nihil excludit uulga.l.Iulianus.ff.de leg.iij.c.ſolitę. de maio.& obe.& quia ſi iure ſocietatis contractum eſt, æque conuenit omnino ut obligetur. Nanq; inquit etiam Cyn.in l.cum te.C.ſi cert.pet. quod unus facit, alter facere uidetur & obligatio contrahi inſolidum, actiue & paſsiue, & bene. l. ſi unus.in prin.ff.de pac.l.magiſtratus.ff. ad muni.

Contrarium tamen hic deciditur, niſi pecuniæ in cõmunem archã,ſint uerſæ, et ratio deciſionis eſt,quia ſi ab uno contrahitur tantum, conuenit etiam ut ipſe ſolus obligetur, & non alium obliget, alias ſi ab omnibus ſecus uel etiam ſi ab uno tantum occaſione tamen communium bonorum, & in utilitatem uerſum ſit, ut hic & pulchre declarat

clarat Specu.in §.ſequitur.ou.7.de iudic. Et quia alias, alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet ut in l.noo debet alteri.ff.de regu.iur. idem Spec.in loco præalleg.

Ad oppoſita reſpondetur oon obſtare,nõ primum quia uerum eſt ſi occaſione bonorum communium(ut diximus)contractum eſt, uel in cõmunẽ archam, uerſum ut hic dicitur.multa Cor. conſil.cclxxij.col.ij.uol.j. Ex quo tollitur etiam ſecundum,& tertium,quoniam alias noo obligaretur alter non contrahens,argumentum in d.l.ſi unus.in §.ante omnia.ff.de pac.& in l. ſæpè.ff.de re iud.& in l.j & toto titu.C.res int.ali.acta.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa,et maxime ſi ſint duo fratres,hæreditatem patris tenentes, & unus dotem uxoris recepiſſet qđ non debet de cumulo hereditatis io diuiſionibus prius extrahi,niſi in caſu, quando conſtaret uerſam fuiſſe in utilitatem fraternæ, de quo tamen alias hic per Fulg. & in l.ſi filia in §.hoc amplius (adde tu.) ff.famil.hær.& io l.ſi patruus.C.commu.ut.iudi.Specu.pulchre in prḉalleg.§.ſequitur num.8.de iudi.

Et quod ſi unus ex pluribus Sociis contrahit, ipſe ſolus obligatur & non iure Societatis alium ſiue alios obligat, quo modo iſtum text.intelligi debere tradit hic ſolus Bal.& Alex.conſi.cxxxix. col.ij.uol.v.& Deci. conſi.xcviij.col.j.uol.ij.niſi in caſu de quo hic & ut ſupra dictum eſt ſatis.

Et quod legata debẽt ſolui de parte fratris quia ſocius noo debet imputare æs alienum ſocio in communi utilitate non conuerſum, inquit Paul. Caſt.ſignanter per iſtum text. conſil.ccclxvij.ad fin.uolum.ij.

Et quod æs alienum quod ooo coocernit ſocietatem,eſt proprium cuiuſque contrahentis,et ferè idẽ eſt,ut adhue Pau.ſubiicit io loco præall.

Et quod deniq; in dubio præſumitur quis potius nomine proprio contraxiſſe quam communi l.et magis.ff.de ſol.l.ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus.ff.de uerb.obl.Bart.in materia in l.ſi patruus allegat.etiam ſupra.C.commuoia ut.iud. & in l. Titium & Meuium in §. altero.ff. de admi. tuto. & Alex.conſ.ult.col.pe.uol.vij. Fiois.

Labeo lib.vj. poſteriorum à laboleno epitomatorum.

QVOTIES IVSSV ALICVius vel cũ filio eius uel cum extraneo ſocietas coitur, directo cum illius perſona agi poſſe cuius perſona in contrahenda ſocietate ſpectata eſt.

Dubitandi rationem faciebat, qđ ſocietas cõtracta non ſit cum eo, nec contra eum agi poſſit cum quo iuſſu alterius contracta eſt, ſed cum eo qui iuſsit, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur, ut in regul.qui facit per aliũ. de regul.inr.in vj.& in l.ita autem in §.geſsiſſe.ff. de admi.tut.& in l.certe.ff.de præc. & ad propoſitum dicitur in l.j.in princip.ff.quod iuſſu quod quodammodo contrahitur cum eo qui iubet & idem in l.ſi tutoris in §.ſi iuſſu.ff.eod.Et maxime quia ſic uidemus etiam nõ modo re & uerbis, ſed & per nuncium quoque coiri poſſe. l. ſocietatem coire ſupra eod.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt,quia perſona eius,cui quis iuſsit,ſpectata eſt,in contrahenda ſocietate,(ut tex.met dicit)& non iubentis, ergo et ſocietas cum ea contracta erit pariter,et directo pro ſocio etiam cum illa agi poterit & iſte eſt uerus intellectus legis quicquid dicat Fulg.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quia uerum eſt ſi nomine iubentis fiat.quoniam ſolo conſenſu fit & cõtrahitur.l.qui admittitur ſupra eo.& hinc eſt(ex quo tolletur quoque ultimum)quod fieri poteſt etiam inter abſentes, hoc eſt per ouncium uel per epiſtolam.d.l.ſocietatem,alias non contrahitur, ſed cum eo tantum cuius perſona(ut diximus) ſpectata eſt, cunq; ea agi poterit. Non ob.ſecundum, quia id regulariter ex iuſſu patris ſeu domini,iudicium eſt qđ in eos datur quando quidem quodammodo cum eis(ut diximus rurſum & ut in d. l. j.)qui iubent, contrahatur.l.ſi ex cõtractu.C.quod cum eo.nos autem loquimur in ſocietate,inq; actione pro ſocio conſiderantes maxime quæ iu ea contrahenda perſona(ut ſupra ſpectata ſit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime,quod uniuſcuiuſque intereſt,antequam agat animaduertere, cum quo congrediatur & agendum ſit, oe(ut inquit l.Conſ.in l.j.ff. de inoff.teſta.)ſumptibus inanibus uexetur, bonus text. in l. ad probationem.j. C.de prob. Old. pulchre conſil.cccxvj.in princip.Bald.conſi.ccl. ad fin.uolum.j.

Et quod propriè coiri coitio, & coita ſocietas dicitur.l.ſocietatem coire. l. coiri. l.nulla & aliis ſupra eo.& hic maxime, uerbum ſanè ſumptum ab unione animorum ,& coniunctione hominum, queſtu a cauſa contrahentium.d.l.coiri alias coire. & ſeq.ſupra eo.hinc Cicer.in M. Ant. utioã Gn. pompeij cum. C. Cæſare ſocietatẽ aut ounquam coiſſes aut nunquam diremiſſes.

Et quod ubicunq; in l.ſit actionis mentio debet intelligi de ea ſecundum naturam tituli , ſub quo lex ipſa ſituata eſt. l.Imperator.ff.de in di.ad glo.io c.ne innitaris de conſtitut.& ſic de actione pro ſocio hic.eſt uerum ſecundum alium intellectum gloſ.ſi ageretur cum eo qui iuſsit , quod ageretur certi condictione ut in l. ſi inſtitorem. ff.ſi cert.pet.et inſtit.quod cum eo ad fin.ſed cogita cur non potius actione quod iuſſu ut in l.j.in prio.ff.quod iuſſu.

Et quod agere eſt facti, actio uero iuris argumentum in l.conſilio in §.fin.ff.de cura.fu.ut cõ-

ſueſcere

ſueſcere, & conſuetudo, & teſtamentum, deducendo ut per Bald. pulchre in c. cum dilectus. nu. 2. de conſuetud.

Et quod denique non refert cum quo quis loquatur, in ultimis uoluntatibus, inq; uerbis diſpoſitiuis. l. miles. l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. ij. in ſocietate autem ſic, quia (ut hic dicitur) cum perſona illius agi poteſt directo, cuius perſona in contrahenda ſocietate ſpectata eſt. Finis.

De contrahenda emptione & uenditione, & de pactis inter emptorẽ & venditorem compoſitis, & quę res uenire poſſunt.

Vlpianus lib. xiij. ad Sabinum.

QVI TABERNAS ARGENtarias vel cæteras quę in ſolo publico ſunt vendidit, nõ ſolum ſed ius vendidit. Cum iſtę tabernę publicę ſunt quarum vſus ad priuatos pertinet.

Dubitandi rationem faciebat, quod non modo ius quod quis habet in re uendita uendere uideatur uerum etiam ſolum, quia uenditio ipſa rei indefinite facta, debet æquipollere uniuerſali. l. ſi pluribus (uulga.) ff. de legat. ij. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. urb. prædio. Et quia totum dicitur id, quod ex omnibus partibus conſtat, & qui uendit totum, omnes partes uendidiſſe uidetur, argumentum in l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iud. & in l. qui uſumfructum & in l. in executione in §. pe. ff. de uer. ob. imo in l. qui romæ in §. duo fratres. ff. eo. Bal. & alij in c. j. de cap. qui cu. uend. in uſib.

Maxime quando connexa ſunt, & de connexis idem eſt iudicium. l. quæ religioſis. ff. de rei uendic. c. translato de conſtitution. Et quia uenditio quoque rei alienę ualet. l. rem alienam ſupra eod. & quia uidetur ad idẽ caſus in l. ex his. C. de euic.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia cum ſolum publicum ſit, publicę rei etiam uenditio eſt nulla. l. hanc legem ſupra eo. l. idem Iulianus. §. conſtat. ff. de leg. j. nemoq; poteſt plus iuris in alium transferre quam ipſe habeat. l. nemo. ff. de regu. iur. l. traditio. ff. de acquir. re. do. Bar. in l. ſi vniuerſę. C. de leg.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia non æquipollet ubi non eſt uniformis ratio incluſorum ut declarat Dy. in rub. de regul. iur. in vj. & Bal. In l. tres fratres in prin. ff. de pact. not. plenius in d. l. ſi pluribus, ubi ego quoque in collectan. multa, uerum hic ſolum publicum eſt, ergo. Non ſecundum, quia antecedens uerum eſt conſequens falſum, ex ædictis.

Non obſtat tertium, quia eſto quod connexa ſint ſeparationem tamen recipiũt iuridicã, quippe quod publicum à priuato quoq; diſtinguitur, ut ſacrum à prophano, & proprium ab alieno. l. j. §. j. ff. de iuſti. & iu. Non quartum quia ualet ſi ſit priuati, redimi enim poteſt uel ſaltim æſtimatio ſolui, at nos loquimur in publica ergo. Et hoc modo tollitur quoq; ultimum, dicto caſu loquẽs in re priuata ſcilicet, quod emptor agere poteſt ut libera tradatur declarando tamen ut infra & ſic diuerſum omnino à caſu noſtro.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod quando quis uendit rem, nõ uidetur uendere iure proprio et libero ſed ſolum ius quod habet, maxime quando emptor fuit certificatus, alias ſecus. d. l. ex his. C. de euictio. Bald. in rub. C. de cont. emp. col. ij.

Et quod ſi quis à communi cõduxerit Gabellã ſalis, & commune emat ſalem, à quo gabella petatur, non tenebitur, quia locauit tantum ius qđ habet, ius autem exigendi contra ſeipſum nõ habet ergo. l. licitatio. §. fiſcus & ibi Ray. de furl. ff. de publica. & uectiga. idem Bal. in l. emptor ad fi. C. de hære. uel ac. uendit.

Et quod qui uendidit rem communem, partẽ ſuam tantum uendidiſſe uidetur ſi maxime emptor ſciebat, alias non eſſet decipiendus. l. j. ff. de euic. ſciendũ tamen eſt ex qualitate precij, ſciẽtiam hinc, uel ignorantiam pręſumi an uenditum ſit totum uel pars argumentum in l. j. in §. j. & ibi not. ff. de ſuperficie. & facit quod dicitur etiam in l. ſi pupillus in §. fin. ff. de uerbo. ſign. Bald. adhuc in l. j. col. j. C. qui teſta. fa. po. Alex. conſi. xcv. col. iij. uol. v. & conſ. xliij. col. iij. uol. vj.

Et quod ſi eccleſia ſolita ſit concedere in emphiteoſim rem, ſiue feudum uſque in tertiam generationem, & concedat in infinitum, conceſſio non ualet niſi quatenus ualere poteſt, ex quo id quod eſt ultra modum ad modum reduci debet ut hic & in l. ſi pupillorum in §. fi. & ibi Bal. rurſum not. ff. de reb. eo.

Et quod denique ſi frater obligauerit uxori rẽ emptam communi nomine, non potuit obligare eam niſi pro parte ſua, ut in uenditione dictũ eſt ſupra & hoc caſu tradit Ancharan. conſil. cxlvij. colum. ij. Finis.

ADDITIO.

Quod conceſſio alicui facta per epiſcopum de feudo, ſemper facta intelligitur ſaluo iure cuiuſcunque, clauſulaque hæc ſeruper in conceſſione ſubintelligitur ſi in ea appoſita nõ reperitur, argumentum in l. domus in §. fin. ff. de leg. j. & in l. ij. in §. merito & in §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico & hic, idem Ancharan. conſil. clxxiiij. col. ij.

Et quod uerba in contractu appoſita *Promiſit de euictione*, non referuntur ad prædium conductum ab hoſpitali quia nẽc præſumendum eſt qđ uenditor uoluerit rem alienam tradere emptori pleno iure ut dicit Gozad. Bononien. conſil. lviij. num. decimo octauo.

Et quod ſi pater donauerit bona filio naturali ad ipſum non ſpectantia, uel ex toto, cenſebitur donaſſe

donaſſe tantum ius quod in eis habebat, ut concludit Gui. Pap.conſ.xiiij.ad fin.

Et quod emphiteota quando uendit rem quã in emphiteoſim habet, concedere uidetur tacitè ius quod habet ut poſt Bal.&Ange.in l.ſi domus in §.fin.ff.de leg.j.dixit Alex.conſ.clxxxvij.col. iij.uol.v. Et multa ad propoſitum congerit Fabi. de mon.S.Saui.in tractat.empt.& uendi.in ſexta par.prin.in ſeptimo membro.nu.34.

Nonnihil Bald.in l.ſi finita in §.ſi de uectigal. in prin.ff.de dam.inf.

Et quod qui uendit fundum liberum debet dicere tanquam proprium quique uendit emphiteoſim debet dicere emphiteoticum ut idẽ Bald. docet in l.cum uenderes infra eo.

Et quod uerba generalia ſtatuti non referũtur ad impoſsibilia ſtatuenti,puta ad ea quæ nõ ſunt ſuæ iuriſdictionis ut adhuc per iſtum text. in argumentum inquit in ſtatut. uerba.nu.3. non nihil in l.fin.in §.in computatione.C.de iur.delib. Bart.in l.ſi quis ſub conditione. ff.de cond.inſti,

Pomponius lib.xxxiij.ad Sabinum.

CVM IN LEGE VENDITiõis ita ſit ſcriptum, flumina vel ſtillicidia vti nũc ſunt vt ita ſint nec additur quæ flumina vel quæ ſtillicidia primum ſpectari oportet quod actum ſit. Si non id appareat tũc id accipitur quod venditori nocet ambigua enim oratio eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod in dubio fiat interpretatio contra emptorem & id accipiatur, ſi non appareat quid actũ ſit,quod eidem noceat,& non uenditori, quia uidetur caſus in l.ſeq. infra eo.in prin.ubi ſi in emptione fundi dictum ſit accedere Stichum ſeruum, neque intelligitur quis ex pluribus acceſſerit, quando quidem emptor de alio ſenſerit, de alio uenditor,ualet nihilominus uenditio, deberique Stichum quem uẽditor intellexerit,& ſic de directo cõtra tex. iſtũ.

Et ad idem etiam uidetur facere tex. in l.ſi ita ſupra eod. ubi ſi ita diſtrahatur res, illa aut illa utrum elegerit uenditor, hæc erit empta, ergo non(ut hic rurſum dicitur) id accipietur, quod uenditori nocet. Et quia potius in ambiguis orationibus ſententia eius ſpectanda eſt,qui eas protulit.l.in ambiguis.ff.de regu.iur. ſeu in obſcuris ſaltem qđ eſt ueriſimilius, l.in obſcuris.ff.eo.tit.

Contrarium tamen hic deciditur, et bene, et ratio deciſionis eſt, quia ſubeſſe uidetur quid qđ poteſt ipſi uenditori imputari, cur legem apertius non dixerit,& clare loquutus nõ fuerit, emptorem inſtruendo ut in l.ueteribus ſupra de pactis & in l.labeo ſupra eo. & in l. ſi arborem in §. fin.ff.de ſer.urb.prædio.& in l. ea quæ infra eod. ſi in l.locationis igitur dictũ ſit. *Flumina uel Stillicidia, uti nunc ſunt ita ſint*, nec appareat quid actũ ſit de ſtillicidiis dominantibus, & nõ ſeruientibus uenditarum ædium, ad uenditoris præiudicium intelligetur. Et ſic quodam modo in pœnã ipſius,qui fallẽdi cauſa obſcure loquitur,uel obſcure inſidioſe diſsimulat, at ſignanter dicitur in d. l. ea quæ in fin.& eum ueteribus ita placuerit. d.l.ueteribus,& maxime Labeoni, præallg. l.labeo,eiſdem eſt quaſi religione quadã animo quã promtiſsimo,acquieſcendum.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum,quia dictum id fuerat ab emptore, nimirũ igitur ſi ſibi nocere debet et declaratio ad uenditorem ſpectat,ut ibi not.& in d.l. ueteribus, aliã rationem aſsignat ibi Fulgoſ. quod cum emptor qui actor eſt,non probat intentionem ſuam,reus ideſt debitor, debet abſolui.l.qui accuſare.C.de eden.l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.ſed quia æquitas ſuggerit debet ſtari dicto ipſius debitoris. Et placet, quoniam(licet ipſe non declaret) contractus alias infirmaretur haud dicendum,ex quo nec infirmari nec cõfirmari debet a ſuo acceſſorio argumentum in l.ex pupillari.ff.de uulga.& pup.ſub.& in l.quod per manus. ff.de iure codicillo. Non etiam facit ſecundum, quia id eſt ex natura debiti alternatiui.l.plerunq; ad fin.ff. de iu.do.not.in d.l.ueteribus, et in contractibus (adde tu) quia in ultimis uoluntatibus ſecus, ut per glo.in d.l.plerumque. Et quia in remediis fauore alternatio eſt fauore debitoris, ut in remediis fauore actoris.l.j.& ibi Bald.col.iij.C.ſi ſer.exte. Et etiã quia emptor petit rem ſibi tradi uel intereſſe ſolui, electionemque ſic confert uenditori, ut idẽ Bal.declarat in l.ſi traditio col.j.C.de actio.emp.

Non denique & ultimum, quia id in contractibus locum non habet, alias pugnarent duo hęc iura,non ferendum, potiuſque iuribus ſunt concordanda.l.j.C.de inoffi.dot.c.cum expediat de electionib.in vj.

Nec facit etiam ad idem regu.in obſcuris quia (ut ibi dicit glo.& Deci.in reg.ſemper.in obſcuris nu.4.eod. tit.) quia fallit & limitatur in caſu noſtro,& d.l.ueteribus & d.l.labeo & rurſum bene indubitatique iuris eſt.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,et maxime, quod lex traditionis eſt ſi dicatur. *Stillicidium uti nunc eſt,ita ſit*, ut etiam dicitur in l. ſi arborem in §.j.ff.de ſeruitu.urb.prędio.præalleg.ſiue lex uenditionis ut hic alibi uero lex fundi uenditi,in l.in lege infra eo.nonnunquam uero lex conuentionis.l.j.§.ſi conueniat. ff. depo.l. legem.C.de pact.

Et quod quamuis flumina publica ſint. §.flumina inſtit.de re. diui. attamen quandoq; pro aqua priuata ponuntur ut ſtillicidia ex quo publici nõ eſt ſeruitus.l.iij.ad fin.ff.de ſerui.ruſtico. prædi. & ut alias in l.fin.ff.de ſerui.& hic, notandumq; eſt quia quandoque ſic recedimus à propria uerbi ſignificatione, abſurditatis uitandæ gratia.l. ſcire

ſcire oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto. Abb.in c.j. ad fi.de clan.deſpon.& eſt argumentum in l.nam abſurdum.ff.de bon.lib.

Et quod ambiguum ſiue obſcurum quid dicitur, ratione generalitatis, & quod generaliter loquens obſcure loquitur, ut not.etiam in d.l.ueteribus. Et hoc quia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie uel ratione, ut inquit Bal. in c.cū dilecta ad fin.de reſcrip.et probatur ultra eum in l.prætor edixit in princip.ff.de iniur. & in l. cum Stichus.ff.de ſol.& in l.ita fidei ad fin.ff.de iur.fi.

Et quod hæc regula maxime procedit in contractibus ſtricti iuris, ut declarat Iaſ.in l.ſi quis id quod col.vj.ff.de iuriſd.om.iud. Et male, quoniā uenditio eſt bonæfidei de qua hic, & in l.iuriſgentium in prin.ff.de pac.& in §.actionum inſtit.de actio.niſi ſaluando dicamus quod ſi locū habet & procedit in cōtractibus bonæfidei, procedet multo magis in contractibus ſtricti iuris arg.in l.iuriſgentium in §.quinimmo.ff.de pac.& in l.petens.C.eo.

Et quod denique non ſemper arg. de contractibus ad iudicia ualet, (quod pro limitatione obſeruandum eſt.l.iij.§.idē ſcribit.ff.de pecu.) quia licet (ut hic dicitur & in d.labeo, & in d.l.ueteribus) ambigua oratio noceat uenditori et interpretatio fiat etiam contra eum, quia potuit legem apertius conſcribere, attamen in iudiciis ſecus eſt quia pendet à ſola uoluntate proferentis. l.ſi quis intentione ambigua.ff. de iudi.not.in d. l.ueteribus, & in d. l. ſi arborem. in §. j. & ibi in ſpecie. Floria.de ſerui.urba.prædio. Finis.

ADDITIO.

Quod non ab re pactum obſcurum, & generale interpretatur contra uenditorem, quia in promptum incidit periculum qui nimis effuſo ſermone loquitur.l.fin.in fin.C.de dot.promiſſio. Bal. conſi.cccxcv.ad fin.uol.ij.Et quia ad exornandā hanc legem & d.l.labeo & d.l.ueteribus dixi ibi multa & in colectan.& alibi ſæpè, tranſeo.

Vlpianus lib.xliij. ad edictum.

CVM IN VENDITIONE quis precium rei ponit donationis cauſa non exactu-rus non uidetur uendere.

Dubitandi rationem faciebat, quod uenditio ualeat, quia ſubſtantia emptionis & uenditionis conſiſtit ex precio inquit text.in l.pacta conuēta infra eod.& in l.ij.ibi ſine precio uenditio nulla eſt.ſupra eo.& in §.item precium inſti.de emp.& uen.Bald.in l.ſuper rebus col.ij.C.de cont.empt. quod intellige tamen uerum, conuentione non numeratione, & ideo aliud ſolui poteſt.l.precij cauſa & ibi Saly.C.de reſcin.uend.imo res & cōſenſus ad idem quoque deſiderari uidentur.l.nec emptio.l.in uenditionibus ſupra eo. d. §.itē precium.at hic omnia hæc interuenerunt, res, preciū & conſenſus, ergo erit uenditio, & conſequenter ualebit. Maxime quia contractus, ex conuentione partium legem accipiunt l. j. §.ſi conueniat.ff. depo.nec actus agentium debent ultra eorum intētionē aliquid operari.l.nō omnis. ff.ſi cert.pet.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi precium in uenditione appoſitum ſit, donationis cauſa ex quo id exacturus nō erat uenditor, æque conuenit dicere quod non ſit uera uenditio, quia precium non interuenit. d.§.item precium, ſed nuda & imaginaria ut in l. nuda infra eo.et ſic perinde (ut ibi dicitur) ac ſi facta non fuiſſet, et ſicut corpus ſine ſpiritu, quoniam conſenſus eſt remotus ab actu inquit ad propoſitum Bal.in l.j.col.ij.C. plus ua. quod agi.quā quod ſi.concip.et idem in l. imaginaria ff. de reg. iur.multa Rom.in l.emptor.ff.aqua plu.arcen.in prin. Et Cuma.conſ.clv.col.ij.quod ex contractu ſimulato nullus ſequitur effectus cum ſit umbra, & oppoſitū in obiecto ut homo morruus.

Ex quibus oppoſita & dubitationem facientia ſublata manent, nanque uerum eſt quod ſubſtantia emptionis conſiſtit ex precio, ſed hic non interuenit (quicquid dicat) ergo emptio & uēditio non erit, quia ubi non cōueniunt uerba legis, ibi nec conuenit lex.l.iiij. §.totiens.ff.de dam.inf.c. indemnitatibus de elec.in vj.

Non obſt.ſecundum quia et id quoque uerum eſt, ſi ſubſtantialia emptionis & uenditionis interueniſſent, ſed hic (ut diximus) non interuenerunt, ergo. Non obſt.ultimum quia nec illud negatur ſed quod ea intentione fuerint uelle emere & uendere, quod apparet, quia uenditio facta eſt poſito precio donationis cauſa, ergò non emptionis & uenditionis, & arg. retorquebitur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſi uenditio non ualet hic & perinde ſit ac ſi facta non fuiſſet, ualet tamen ut donatio, ut hic rurſum Fulgo. ſenſit & gloſ.ante eum. Adde tu, quod ſimili modo, partes ſimulantes facere unum contractum & uere faciunt aliū, puta pignoris, & non uenditionis, quod pignus ualebit.l.emptione.C.plus ua.quod agitur quàm quod ſimu. cōcip.c.illo nos, de pig.c. ad noſtram de emp.& uendi.Pau.Caſt.conſ.lix.nu.2.uolu.ij.

Et quod ſtatutum de uenditione loquens non uendicabit ſibi locum in uenditione nuda & imaginaria præalleg.l.nuda.l.iij.§.hæc uerba.ff.de negoc.geſt.arg.in l.iiij.in §.condemnatum. ff.de re iud.idem Pau.conſ.lxxiiij.col.ij.eo.lib.

Et quod ad oſtendendam ſimulationē ſufficit probare per coniecturas, quod unum fuit actum apparenter, & aliud exiſtenter, ut in iuribus præalleg.tradit pulchre adhuc Paul.conſil. clxix.nu. 8.eod.libr.

Et quod hic Brocardicum illud uerificari uidetur, ſi id quod agitur non ualet ut agitur, quod ualet ſaltem ut ualere poteſt de quo plene alias Bart.in l.j.in §.ſi quis ita.ff.de uerb. oblig. deducendo ut ſupra.

Et quod denique ſi ſtatutum dicat, quod pro donatione ſoluatur gabella ſex denariorum pro li bra, pro uenditione uero duorum, et quis faciat contractum in forma uenditionis pro certo precio, quod ſe recepiſſe confiteatur, ut ſugeret gabellā donationis, quod nihilominus erit donatio ut hic per Bald. adde tu eundem in ſtatut. Gabella. num. cccv. Finis.

Martianus lib. j. Inſtitutionum.

DOMINI NEQVE PER SE neque per procuratores ſuos poſſunt ſaltem criminoſos ſeruos vendere vt cum beſtijs pugnarent. Et ita Diui fratres reſcripſerunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod Domini poſſint ſeruos criminoſos uendere, ut cum beſtiis pugnent, quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hęr. l. j. C. de ſacroſan. eccl. Et (ut uulgo aiunt) figulus ollis anſas ponit, coq; magis, quia ſeruos rurſum, pecudibus cōparamus l. ij. ff. ad legem aqui. continuisq; ueluti iumenta perurgentur calcaribus. et cum etiam ſint criminoſi, argumentum in l. quiſquis. C. ad legem. Iul. maie. & in l. reſtamēto centurio. ff. de ma. teſtam. debent poſſe uendi pacto prædicto.

Contrarium tamen deciditur hic, et ratio decisionis eſt, quia pactum iſtud quòd ſubiiciatur beſtiis, continet duritiam quandam & inhumanitatem, beneficio autem hominem affici, hominis intereſt. l. ſeruus ea lege. ff. de ſerui expor. & facit etiam illud homo homini deus, eſtq; argumentum in l. ut uim. ff. de iuſtit. & iu. & in l. non tantum de ap. ergo nimirum ſi uendi non poſſunt ut cum beſtiis pugnent.

Ad oppoſita reſpondetur nō obſtare quia uериſſima ſunt omnia & primo primum niſi lege ꝓhibeatur, argumētum in l. dudū. C. de cont. empt. ad fin. Corn. conſ. cccxxj. col. iij. uol. iiij. ſed hic prohibetur quoniam ita diui fratres, reſcripſerūt nō Seuerus & Antoninus ut Accur. & alij intelligunt & male (obiterque dictum ſit) ſed M. Aelius Antonius, & Verus commodus. l. cōgruit de offic. pręſid. l. diuus eo. tit. l. diuus. ff. ad legem Cor. de fal. ergo. Vel dicamus quod uendi poſſint, et in hoc dominus in re ſua ſit moderator & arbiter, ſed non cum dicto pacto ut cum beſtiis pugnent item. et ſecundum quo ad quid de quo in d. l. ij. ſed non quod in eos dignitas hominis conſiderabilis non ſit, uſque adeo ut nec debeant ad paria iudicari cum aliis rebus infimis, ut in l. uetus fuit quæſtio & ibi Bald. ff. de uſufruct. qui dicit etiam in rubri. C. de iure fiſci columna iij. quod ſeruus inquantum æſtimabilis eſt ſeruus eſt inquantum homo uero, quia uita eſt ineſtimabilis, & inquantum adhoc eſt liber, et quod cum interficiens tenetur pœna legis Corneliæ de ſicar.

Et ſi ut dicebatur ultimo, fuerint criminoſi, æque conuenit ut caſtigentur quia delicta non debent remanere impunita. l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. c. ut fame de ſen. excom. pro modo tamen criminum & culpæ. l. ſancimus. C. de pœn. ſed non ob id ut uēditione, & dominici pacti beſtiis ſubiiciantur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime, quod humanitatis aliquando habenda eſt ratio ut & in d. l. non tantum. ff. de app. Fely. in c. quanuis col. j. de re iud. bonus text. in l. ſi quis filio in §. quid tamen. ff. de iniuſto rupt. irritoq; teſta. & in l. maiorem. ff. de pac. ibi humanior ſententia amplectenda eſt & in l. ſed ſi alia in fin. ff. de bo. dam. & in l. hoc articulo & in l. ſi ſeruo. ff. de hær. inſtitu. & in l. quod dicitur in §. j ff. de mil. teſtam. & in l. Barbarius. ff. de offi. præto. hinc Timon Athenien. inhumanus & aſper Miſantropos appellatus eſt. id eſt hominum Oſor. Et eaſuj tribunal (cum eſſet inexorabilis) reorum ſcopulum.

Et quod quanquā beſtiis ſubiici aliquādo ſolerēt aliqui maxime famoſi latrones, et ſeditiōſi au ctores. l. capitalium. §. famoſos. l. ſi quis aliquid. §. auctores. ff. de pœn. attamen inhumanum erat (ut diximus) ea de cauſa uendi ſeruos à dominis quāquam criminoſos. argumentum. in l. j. §. j. ad fin. ff. de edil. edic.

Et quod differentia non ſit inter beſtiarios & damnatos ad beſtias, ſiue beſtiis ſubiectos, de qui bus in locis ſuperius allegat. & in l. ad beſtias. ff. eo. & in l. circumcidere in §. j. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & male, quoniam illi proprie damnabantur ad beſtias ut à beſtiis, perimerentur & interirent beſtiarij uero erant qui cum beſtiis pugnabant in ſpectaculis, ut ex apologeti. Tertulian. ex ſene. in epiſt. x. & Lu. apul. Madaurem. de aſi. an. iiij. & vj. elicitur. Cogita.

Et quod pœna tenebitur (licet hic nō dicatur) dominus ſi contra diuorum fratrum reſcriptum ſeruos ſic uendiderit, & non modo ipſe, uerum & qui comparauit. legis Corneliæ ſcilicet de ſicariis ut in præall. l. circumcidere in §. j. ff. ad leg. Corn. de ſicariis.

Et quod denique negatiua dictio, præpoſita uerbo poteſt, priuat potentiam & inducit neceſſitatem præciſam. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. l. j. ff. de uerb. obl. c. j. ubi gloſ. uulg. de reg. iur. in vj. ita ut ſenſus ſit hic, quod nullo modo uendi poſſunt hoc pacto, ut beſtiis, ſubiiciantur. ſicuti neque ſi in fuga ſint. l. in fuga. C. ad legem faui. de plagia. l. ſciendum. ff. eod. l. quod ſæpè. §. ſi quis amico ſupra eodem. Finis.

Martianus

uenditionis,nõ tamen habet exiſtentiam,ea propter nõ ualet neq; dicitur uẽditio.Et quia in ſubſtantialibus deficit,de quibus in l.pacta conuenta.infra eo.& in l.nec emptio.& ſeq. ſupra eo. & quia id nõ dr̃ eſſe tale, quod nõ eſt proprie tale. l.hoc legatum.ff.de leg.iij.l.j.ff. de dona.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primum,quia ibi minoris uendidit quis,quã res ualeret,nimirum igitur ſi ualet & ſi uẽditio eſt,quia dicimus hinc in totum uenditionem non ualere, quotiens uniuerſa uenditio donationis cauſa facta eſt,ut ibi Iuriſcon.met dicit & declarat, & ut etiam hic. Non ſecundum, quia et id quoque uerum eſt abuſiue,non uere, alias etiam falſa cauſa,eſſet uera, & pecunia reproba, proba, dicendum minime.l Paulus.ff.de uerbo.ſignifica.l.eleganter.§.ſi quis reprobos.ff.de pigno.actio. nec ipſe Iuriſconſul. ibi rurſum negabat. Ex quibus tollitur ulti. quoque, quia eſto quod declaretur uoluntas teſtatoris. prædium ruſticum pupillare uendi poſſe,non ob id dicemus quod teſtamentũ ualeat,& teſtamentũ ſit ex quo repugnat quod irritũ ſit(ut ibi)& quod ſit teſtm̃ proprie.& hoc eſt quod dicebat Bal. quod per actus inualidos nihil ualidũ ſequitur, tametſi uoluntas datur intelligi, & conſenſus in c.quia propter.nu.14.de elect.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod contractus dicitur nudus & imaginarius,quando eſt ſimulatus,nec habet uerã exiſtentiã rei,ſicut nuda uoluntas alibi à traditione in §.interdũ.inſti.de rer.diu. Et nuda abſq; conſenſu.l.nuda.ff.de dona.& nuda pactio, quia non ueſtita,metaphora ſumpta ab homine nudo l.qui negotia.ff. manda.

Et quod ſimulata ſiue facta contra leg̃, uel in fraudem legis, pro non factis habentur, ut pulcherrime dicit tex.in l.non dubium.C.de legi.& in l. ſi ex precio ibi ſimulatis habitis pro infectis (& ſic in terminis) C. ſi certum petatur. Barto. in l.ſingularia. ff. eodem. Bald. conſil. cclxxvij. col. j. uol. ij.

Et quod alienatio ſimulata eſt ipſo iure nulla, uſque adeo ut nec conualidetur iuramento ut eſt glo.ſing.in l.emptione.C.plus ua. quod agi. quã quod ſi.cõcip.tradit Abb.in c.ad noſtrã. de emp, & uendi.nec alias requiruntur hac ratione actiones reuocatoriæ,argumentum in l. nam & ſi ſub conditione in prin.ff.de iniuſt.rup.irritoq; teſt. Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.7. inſtitu. de actio.& ad iuramenti propoſitum nimirum quia non habet fundamentum alicuius conſenſus. l. fina.cum ibi not.C. de non numera. pecu. Areti. inſti.de excep.in prin.nu.31. multa Corn. conſ. clxvij.nu.5.uol. ij.

Et quod licet emancipatio,olim per imaginarias uenditiones & intercedẽtes manumiſsiones quaſdã fieri ſoleret,ut in §.præterea. inſtit. quib. mo.ius patriç po.ſol.talis manumiſsio tñ,ex quo uẽditio erat ipſo iure nulla,ut hic, nihil operabatur,de quo Por.nihilominus uidẽdus eſt alias ibidem,col.j. & facit ẽt qd̃ hr̃ in §.fi.de inge.eo.lib.

Et quod denique lex ſi tranſeat in contractum reuocari non poterit.l.ſicut.C. de actio.& obli. & in regu.quod ſemel de reg.iur.in vj ſi tranſeat tamen in uerum contractum, quia ſi in ſimulatũ ſecus,ex quo contractus non eſt,ut hic,ubi etiam Bal.not.& bene,& quoniam de materia alibi etiã dictum eſt ſatis,tranſeo. Finis.

Hermogenianus lib.ij.iuris ἐπιτομῶν.

QVI FVNDVM VENDIDIT vt eum certa mercede cõductum ipſe habeat; vel ſi vendat vt nõ alij ſed ſibi diſtrahat, vel ſimile aliquid paciſcatur; ad cõplẽdũ id qđ pepigerit ex vẽdito agere poterit.

Dubitandi rationem faciebat,quod agi ex uendito non poſsit, ad complendum id quod partes pepigerint, quia pactum nudum actionem non producit.l.iuriſgentium.§.ſed cũ nulla.ff.de pac. & uidetur caſus in l.quod ſi locus.ff.de relig.ubi ſi uendo tibi locum & paciſcor, ne tibi liceat ibi hominem inferre,inquit Iuriſconſ.quod nullam actionem habebo ne inferas. Et in l.ſeruus ea lege.ff. de ſer.exportan. ubi ſi uendo tibi ſeruum, pacto ne moretur in Italia incontinenti appoſito, uires non habebit ut pęnam ſoluas ſi contraueneris, & in contractu appoſita ſit,ergo nec hic (ut dixi) agi poterit.

Contrarium tñ hic rurſum deciditur, & rõ decisionis eſt; quia ea quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe.l.lecta.uer.dicebam.ff.ſi cer.peta.d. l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pactis, l. petens. C.eo.imo quod pars ipſius contractus dicitur. l. fundi partem. infra eodem. & pars fundi fundus eſt.l.planè.§.fi.ff.de leg.j.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum,quia uerum eſt quod pactum nudum actionẽ non producit, uerum dico quod hic ueſtitum eſt cohærentia contractus ratione ſupradicta, ex multiſq; ueſtimentis unum eſt de quibus in l.iuriſgentium.prælle.in d.§.quinimo. Vſque adeo ut habita relatione pacti ad contractum reſultet contractus innominatus, & habeat uirtutem informatiuam ueteris actionis ut detur ad illud,qđ in ipſo pacto deductum eſt, & productiuam nouæ,quæ eſt præſcriptis uerbis, licet non dicatur prælleg.§.quinimo.d.l.petens.l.ij.C.de pac.inter emp.& uend.hic etiam in glo.alleg. & ſic una lex per aliam declaratur, ſuppletur, & extenditur.l.non eſt nouum.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.c.ſuper quæſtionum.ubi not.tex. ad propoſitum.in prin. de offi. dele. Non ob. ſecundum, quia eo caſu non agitur,ex quo pactum illud, religioni erat contrarium, ſumma autem ratio eſt quæ pro religione facit.l.ueluti.ff.de iuſti.& iur. l.ſunt perſonæ.ff.de relig.Io.And.in c. cũ Apo-

ſtolica.col.iij.de his quæ fi.à præla. Ro. in auth. ſimili tet.col.xj.C.ad leg.Fal.ergo, & eſt argu.ad idẽ in l.pacta quę cõtra.C.de pac.& in d.l. iuriſgentium.in §.pręrior ait.ff.eo. Non tertium deniq; & ultimum, quia id ẽt eſt contra libertatem hominis,& in pœna conuentionali legibus odioſa,ita ut hac de re,nec agi nec peti poſsit,quia pactum nudum quoque hoc caſu,ſuper pœna ſcilicet appoſitum , non ueſtitur cohærentia contractus initi ſuper principali , ex quo continet quid aduerſum,ut ſignanter per tex.in d.l.ſeruus ea lege.dicit Fulg.in d.l.petens.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod de connexis idem eſt iudiciũ l.quæ religioſis.ff.de rei uen.l.plerũq;.ff. de edil. edi.c.translato.& ibi diximus ſatis,de conſtitu.

Et quod nil actum quodammodo dicitur,quotiens aliquid agendum ſupereſt.l. cum Syllanianum ad fin. C. de his quib.ut indi.Et ita dicit in ſimili Bal. quod nil impletum uidetur ,cum aliquid implendum ſupereſt,in l.ædem.col.iij.C.loca.& eſt tex.in l.ſi ita fuerit.ff.de ma.teſta. & argumentum in l.inciuile. ff.de legi.& ad idem facit quia qui in uno peccat factus eſt omniũ reus inquit etiam Por.inſti.de attilia.tut.in prin. col. iij.& Bar.in l. furioſum.C.qui teſta.face.poſ.qđ nihil feciſſe uidetur qui partem indiuidui fecit. Et Bal.in l.ij.in pñin.ff.de præto. ſtipu.quod nõ uidetur demolitum, ſi aliquid ſuperſit ad demoliendum.& uere perfectum dicitur,cui nihil poteſt accedere,neque ſatis eſt(Quintil.teſte).opera extruentibus,ſaxa,calcem,& cætera utilia congerere,niſi eis diſponendis collocandiſq;, artificum manus adhibeatur , Nec fuſis membris omnibus qđ ſtatua ſit,niſi collocentur.Nec liber deniq; ex toto q collo catenę partẽ ſecũ apportat.

Et quod ſuppleri debet quod orationi deeſt, ut in ſimili dicit etiam Iuriſcon.in l.oratio.ad fi. de ſpon.l.quod filioſami. ſupra mand. & ibi diximus,namq; hic actionis ex uendito tantũ facta eſt mentio,& tamẽ datur ẽt preſcriptis uerbis ut ſupra,& in d.§.quinĩmo.& in d.l.petẽs.C.de pac.

Et quod noſtra intereſt habere plures actiones & plures agendi formulas,quibus experiamur,& quibus nobis ſuccurſum ſit,l. non eſt nouum . ff. de actio.emp.l.ſi quis decedens.ff.de leg.iij.l.ſi filius.ff.de bon.lib.Bal.in rub.ff.ſi cer.pet.col.iiij. Saly.in l.ſi ex cautione.col.x.C.non nume.pecu. pulchre Alex.conſ.ccviij.col.j.ubi etiam adducit rationem quare iſtud ſit,uol.vii.

Et quod denique pactum ineſſe dicitur contractui,nomine & effectu,quando fit incontinenti ut hic,& in d.§.quinimmo.& in d.l. lecta.& in d.l.petens.& in d.l.ij.C.de pac.inter emp. & uẽdito.ad differentiã illius, quod ineſt ſolo effectu, exempli gratia quando apponitur ex interuallo, tamen ſciendum eſt, quod trahit ſecum ſuum effectũ ac ſi appoſitum fuiſſet incontinenti de quo alias in l.pacta conuenta. & ibi Bal. in lectu. antiqua.col.j. ſupra eo. Finis.

De in diem addictione.

i.

Africanus lib.iij.quæſtionum.

CVM IN DIEM DVObus ſociis fundus ſit addictus vno ex his preciũ adiciente ẽt pro ipſius parte à priore venditione diſcedi rectius exiſtimatur.

Dubitandi rationem faciebat tex.in l. proxima,ſupra quod precium addiciens,haud uideatur à priore emptione diſceſsiſſe, ubi duo ſerui duobus uenditi ſunt, quilibet pro nummis decẽ, pacto addictionis in diem,unus ex eis affert meliorẽ cõditionẽ,inquit Iuriſc.qđ a priori emptione non erit receſſum ,ergo nec hic, & maxime quia nouatio nõ præſumitur. l.fin.C.de noua. Nec ad idẽ uolũtas mutata regulariter.l.cũ qui.ff.de pb. l.ſi pater.ff.de ma.uind.c.maiores. de baptiſ.

Contrarium tamen hic deciditur , & ratio deciſionis eſt, quia eſto quod duo ſint ſocij , una tñ emptio eſt tantum, quæ non debet poſſe pro parte ualere,& pro parte non,ut ſignanter per iſtum tex.inquit Bal.in l.ſuper rebus.col.ij.C.de cont. emp.& eſt argumentum in l.eum qui ædes . ff. de uſucap.& in l.ius noſtrum.ff. de reg. iur. & quia de connexis idem eſt iudiciũ.l.quæ religioſis. ff. de rei uendi.c.translato.de conſtitutio.nimirum igitur ſi fundus pro parte unius inemptus eſt , & ſi pro parte alterius etiam precium addiciẽtis, ab ipſa emptione priore,receſſum eſt pariter .

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primũ,quia loquitur ibi tex.quãdo duo ſerui(ut dictũ eſt)duobus ſeparatim uẽditi fuerũt,& in dubio an utriuſq; preciũ addictũ ſit,nos aũt qñ eũdẽ fundũ emerũt,inq; certo caſu qñ unus. ſ. uirtute pacti meliorẽ attulit cõditionẽ, nimirũ igitẽ ſi ibi à prima emptione,non vr̃ receſſum, hic aũt ſic,rõne prædicta, & quia ẽt dubij & certi nõ eſt par eademq; ratio.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de uerb. obl. Nõ ſecundũ,quia imò p̃ſumitur,eratq; olim regula iuris antiqui,ubi nouitas ibi nouatio. l.ſi debitor.ff.de ſol.Bal.cõſ.ccxlix.col. ſi. per tex. ẽt in §.pręterea.inſti.quib.mo.tol.ob.nec ob.tex.in d.l.ſi.quia id uerũ eſt, iure Cod. Vnde diſtingue tẽpora & concordabis ſcripturas, ut declarat gl. in l.j.C.de accu.Ex quibus ultimũ quoq; tollitur quia imo mutata præſumitur, ex addictione p̃cij. namq; nõ minus facto quã uerbis datur intelligi. l.Paulus rñdet.ff.tem ra.ha.l.reprehendenda. C. de inſti.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de edil.edic.& cum ita iuris ſit uidetur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris. l. hæredes mei .§. cum ita .ff. ad Treb.& hoc eſt quod ad idem dicebat Bald.in c.Cumana. nu. 8. de electio. quod adhuc uoluntatis mutatio præſumitur facilius ex interuallo, quàm ſi fiat incontinenti.

Præſtatq;

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maxime,quod ius noſtrum nil aliud conſiderat quã effectum uniuſcuiuſq; rei.l.nomen filiarũ.§.habere.ff.de uer.ſi.l.qđ uulgo.ad fi.ff. de bo.po.cont.tab.l.ſi filius.§.j.ff. quod cũ eo. l. ij. C.communia deleg. namque longa eſt differentia iu materia ſi uenditio pacto addictionis in diẽ facta.ſit pura,uel cõditionalis, quoniã primo caſu emptor facit fructus ſuos & uſucapit alias nõ l.j.ſupra eo.ubi ẽt not.quando pura eſt,quãquam ſub cõditione reſoluatur,& quãdo cõditionalis.

Et quod unus idemque contractus, non debet diuerſo iure cenſeri , & (ut dicebam) pro parte ualere,& pro parte nõ.d.l. cũ qui ædes.ff.de uſuca.nec claudicare regulariter.l.iij.in fi.ff.mand.l. in hoc iudicio.ff.fa.her.l.ſi cũ dies.§.pe.ff.de arb.

Et quod quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione,quodque conditio nihil ponit ineſſe,uſque adeo ut ſi conditionalis fuerit uenditio, & non pura , ut fructus ſuos emptor non faciat, nec (ut dicebam proxime)uſucapiat.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſ.cau. teſta.l.pecuniam.ff.ſi cer.peta.Bar.in l.ſi ſeruus. in §.j.nu.1.ff.ſi quis cau.

Et quod olim uerba erant iudicis pronuncian tis pro tribunali, *Do dico addico*.do cito, dico iudico,addico adiudico huic(gr̃a exẽpli) hãc rem. Hinc addictio,& pactũ addictionis in diẽ,ſi quis intra Kalẽ. Ianuarias meliorem conditionem attulerit , fundus inemptus ſit . Vel ſic fundus emptus ſit , niſi quis intra Kalen. Ianuarias meliorẽ attulerit conditionem, quoniam uno caſu uendi tio eſt pura, quæ tamen in conditionem reſoluitur,altero uero conditionalis.d.l.ij. ſupra eo.

Et quod denique addicere proprie , nil aliud erat apud ueteres.Imò in lege xij.tab.niſi debito rem(ut uulgo aiunt)aſsignare(cum ſoluendo nõ eſſet)creditori , Gelli. & Liuius ſunt auctores ad quod alluſit etiam Proper.lib.iij.elegia.ibi.

Quid mirare meam ſi uerſat fœmina uitam.
Et trahit addictum ſub ſua iura uirum ?

Et Sido.apollina. ij. epiſtolarum dicit pariter de Seronato quodam.

Aperte inuidet,abiecte figit , ſeruiliter ſuperbit,indicit ut dominus,exigit ut tyrannus, & addicit ut iudex. Et hinc addicere & pactum addictionis in diem ut ſupra. Finis.

De lege Commiſſoria.

Hermogenianus lib.ij.iuris ἐπιτομῶν.

POST DIEM COMMISſoriæ legi præſtitutum ſi venditor precium petat legi cõmiſſorię renuntiare videtur,nec variare; & ad hanc redire poteſt.

Dubitandi rationem faciebat , quod ſi uenditor precium petat , non uideatur propterea legi cõmiſſoriæ renuntiare, regula uulga. l. cũ de indebito. ff. de proba. quam ſic inducit & ad idem Ro.conſ.ccxix.ad fi.licet ergo poſsit ſi uelit , l. ſi fundus.§.j.ſupra eo.l.ſi quis in conſcribẽdo.C.de pac.non tamen præſumitur,& ideo deberet poſſe uariare.l.nonnũquã.ff.de coll. bo. & ad legẽ cõmiſſoriã redire,quanquã(ut dixi)precium petat. Maxime quia uoluntas adhuc iuris præſumptione durat.l.eum qui.ff.de proba.c.maiores.de baptiſ. Nec rurſum ueriſimile eſt qđ uelit cãm ſuã deteriorẽ facere,ſed meliorẽ.l.aliã.ff.de noua.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deci ſionis eſt,quia eã uiam elegit,quæ ſibi patere debet, uſque adeo ut ad aliam redire non poſsit , & cum electio trahat ſecum ſuam executionẽ , nulla conſequenter dabitur uariatio.l.ſi mulier.§.fi. ff. quod met.cau.l.ſi is cui. ff. de leg. ij. & quia non minus facto quã uerbis uolũtas declaratur.l. Pau lus reſpondet.ff.rem ratam hab.l.reprehẽdenda. C.de inſti.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædil. edi.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere non primũ,quia imò præſumitur ex quo preciũ petiit, & cõmiſſoriam non exercuiſ ut dicitur in l.iij.& in l.iiij.in §.fi.ſupra eo.& ideo tex. cũ myſterio inquit hic qđ ex hoc renunciare uĩ d. legi cõmiſſoriæ,non expreſſe,ſed tacite , per dictũ petitionis precij actũ, par autem eſt uirtus taciti & expreſſi.l.cum quid.ff.ſi cer.pe.l.de quibus.ff.de legi.l. item quia. ff. de pact. ergo uariare non poterit. Nec facit tex. in d.l.nõnunquã,quia ibi ſpeciale eſt quoniam hæreditas filiis eſt quaſi debita , ut ibi dicit glo. ergo ius commune in contrarium, l.ius ſingulare. l. qđ uero cõtra,ff.de legi.l. quęſitum.§.denique.ff.de fun.inſtr.& quod tacita renunciatio æquipolleat expreſſę declarat Imo. in l.ſi finita.in §.uideamus.ff.de damn.infe. Ex quo tollitur ẽt ſecundũ,quia ſic mutata uidebitur. d. l.Paulus reſpondet.& aliis ut ſupra. Idq; in dubio uerum eſt,at hic ſumus in caſu claro,quia ſi petit preciũ uenditionẽ confirmat,ergo (ut dictũ eſt) cõmiſſoriæ legi uidebitur renunciare. Non obſt. ult.quia eligendo hanc uiã, meliorem ẽt cauſam ſuã(quicquid dicatur)facere uidetur,arg.in l.iij. ff.de mili.teſt.alias uoluiſſet exercere & uti d.lege commiſſoria . remq; inemptam fuiſſe dicere, poſtquam emptor præſtituto tempore pretiũ nõ ſoluit,& ut latius in iuribus ſupra alleg.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa , & maxime quod in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter (ut uulgo dici ſolet)quodque figulus(ut etiam eſt in prouerbio) ollis anſas ponit . l. in re mandata . C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit . ff. de peti. hære. uſque adeo ut ſufficiat pro ratione uoluntas . l. quia poterat . ff. ad Trebel. Corn. conſil. ccxcviij.col. peu. uol. iij. namque(ut diximus) poteſt uenditor ſi uelit uel cõmiſſariam exercere uel precium petere , ut hic & in d.l.iiij.§.j.ſupra eo.

Et quod licet in cauſa propria non poſsit quis eſſe iudex, l.j.C.ne quis in ſua cauſ.l.pen.ff.de arbit.poteſt tamen per modum ordinationis, ut hic rurſum legitur, & in d.§.j.non per modum iuriſdictiouis, quia obſtarent iura prꝫalleg.ut pulchre declarat Cy.in d.l.j.col.j.

Et quod inducta fauore unius non debent ad eius leſionem retorqueri, uulg. l.quod fauore. C. de legi.c.qđ ob gratiam de re.iur.in vj.nanq; hac ratione uenditor ſi uoluerit poterit (ut dictum eſt) commiſſoriam exercere non inuitus . l. iij. ſupra eodem.

Et quod remittentibus iura ſua non datur amplius regreſſus, l.quęritur.§.ſi uenditor.ff.de edil, edic.Odof.in l.cum proponas.C.de pac.& ut hic ubi uariatio prohibita eſt, ſi uenditor precium petat, ne poſsit ad commiſſoriam redire.

Et quod denique à ſimili ſi quis rem, quam potuit euincere emat, iuri ſuo renũciare uidetur, ut hic legi cõmiſſoriæ, ſi preciũ (ut dixi) petat uenditor.l. ſi proponas.§.j.& ibi Bal.& alij.ff.de inoffi.teſt. & ſubinde quod uerbum præſtitutum & præſtituere potiſsimum ad tempus refertur l.j.in princ.& in §.largius.ff.de ſuc.edic. dixi ego in l. diem functo.lec.iij.nu.33.ff.de offi.aſſeſſ. Finis.

De periculo & commodo rei uenditę.

Hermogenianus lib.ij.iuris νὐτομῶν.

VENDITORI SI EMptor in precio ſoluendo moram fecerit vſuras dũ taxat præſtabit; non omne omnino quod vẽditor mora non facta conſequi potuit. Veluti ſi negotiator fuerit; & precio ſoluto ex mercibus pluſquam ex vſuris quærere potuit.

Dubitandi rationem faciebat, quod uenditori emptor non modo uſuras poſt moram ſoluere teneatur, uerum etiam quod (mora non facta) cõſequi potuiſſet, quia uidetur de hoc eſſe tex. in l. iij.in §.fi.ff.de eo quod cer.uoi ſi mihi Epheſi aut Capuæ centum ſoluere debebas, & fueris in mora(& ſic in terminis)non modo ad uſuras tenebe ris ſed etiam ad lucrum , quod ego conſequi poteram ſeu conſequi potuiſſem. Et idem dici uidetur in l.ſi ſeruum meum.ad fi.ff. ad legem Aquil. quod ſic in lege Aquilia non modo damnum conſequimur, ſed etiã lucrũ qđ cõſequi potuiſſemus.

Et quia à ſimili ſi colonus à conductione expellatur, non modo penſionem ſoluere obligatus non erit, uerum etiam quantum compendij per ſingulos annos facturus erat, conſequetur. l. ſi in lege.§.colonus.ff. loca.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia lucri extra rem , cũ incertum ſit, & ex caſu ac fortuna dependentis, non habetur ratio, idcirco non mirum eſt ſi uſuræ tantum debẽtur.l.mora.§.in bonæfidei.ff.de uſu.

Ad oppoſita reſponderur non obſtare, nõ primũ, qnia id uerũ eſt & ꝓcedit, in actionibus ſtricti iuris quæ ſunt arbitrariæ propter locũ quo reſpectu ẽt pinguiorẽ habent naturã nos aũt in his quæ ſunt bonæfidei & in quibus ſatis eſt qđ uſurarum tm̃ habeatur rõ.d.§.in bonæfidei.l.ſi ſterilis:§.cum per nenditorem.ff.de act. emp. Non ſecundum, quia tex. ille etiam loquitur in intereſſe certo, & intra rẽ, nõ extra , ut hic ex negociatione, nimirũ igitur ſi peti põt, quod ẽt no.in d.§.fi. ex qno tollitur quoq;. Tertiũ, & ultimum, quia et id rurſum intelligitur, uerumq; eſt, in intereſſe intrinſeco, text.noſter aũt, (ut diximus) in extrinſeco, quorũ nõ eſt par eadẽq; rõ.& de materia plenius alias , in iuribus præallega. & in l. unica. C. de ſen. quæ pro eo.

Præſtatq; nobis hęc lex argu.ad multa, & maxime, qđ ex multis differũt contractus bonæfidei à contractibus ſtricti iuris et pręcipue, quia primo caſu nſuræ debentur à tempore morę, ſecũdo uero à tempore litis cõteſtatę, ut hic & in d. §. in bonæfidei.& in l.uideamus.ff.eo.ti.de uſu.

Et qđ dictio duntaxat eſt taxatiua , ſui natura, limitãs & reſtringẽs diſpoſitionẽ , ut tradunt oẽs in l.j.ff.ſi quis ius di.non obtẽp.& in l. fructus.ff. ſo.mat.& in l.Gallus.in §.in oĩbus.ff.de lib.& poſthu.Bar.in l.cũ ita.ff.de cõd.& de.Bal.in c. fraternitatis.nu.4.de teſti.Et idẽ quod tm̃ ut l.iij.in §.cũ Titio.ff.de adi.leg.& in cle.j. & ibi Card. in prin.de cau.po.& prop.multa Dec.cõſ.cccxxviij. col.iij.uol. ij. nimirum igitur ſi excludit lucrum & includit tantum uſuras hoc caſu.l.Gallus.§.et quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.

Et quod non uitiant ſcripturas quę ſuperabũdãt quæq; dubitationis tollendę gr̃a exprimũtur. l.non ſolent.l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff.de reg.iur.arg.in l.quanuis.ff.de uen.inſpi.Nã que ſatis erat dicere, quod emptor poſt morã uſuras duntaxat ſiue tantũ præſtabit, & tamen ultra progreſſus eſt Iuriſcõ.nõ omne oĩno qđ uẽditor mora nõ facta conſequi potuit , ex ꝓxime dictis.

Et quod quãdoq; perifraſtice loquitur, ut hic, nanq; ſolo uerbo potuit ſe expedire, lucri mẽtionem faciens, & tamen longa periodo & per circumlocutionem idem dixiſſe uidetur, quod etiã alibi facit ſæpe.l.eum qui.ff.de iur.om.iud.l.ſi arborem.in prin.ff.de ſer.urb.præd.l.j.ff. de poſtn. l.cnm filiofam.ad.fi.ff. de leg. iij. cum ſimilibus.

Et quod denique uſurarum mentio fit , & negociatoris dictione ueluti exemplificatiua. l. ueluti.ff.de iuſt.& iu.& in l.j.ff.de offi.eius.l.iij. ff. de cond.fur.l.argumẽto.§.mundus muliebris . ff. de au.& arg.leg.quoniã iure ciuili permiſſæ erãt. l.eos.C.de uſur.Bar.in l.cũctos populos.in v.oppo.C.de ſumma Tri.& fi. catho. Finis.

De ſeruis exportandis, & ſi ita mancipium venierit vt manumittatur vel contra.

Martianus lib.ij. publicorum.

EXPORTANDVS SI VEnierit ab Italia in prouincia morari poteſt; niſi ſpecialiter prohibitũ fuerit.

Dubitandi rationem faciebat, quod exportãdus ſi uenierit ab Italia, nec in prouincia morari poſsit, qm̃ ſic poſſet ẽt in Italia morari, quę eſt prouincia. l. ſi. C. de temp. in int. reſt. Pet. ibi in Italia & in aliis prouinciis, & in l. etiã in §. ſi. ff. de manu. uind. argu. in l. ſi fugitiui. ubi glo. not. C. de ſer. fug. et malę, oppoſitumq́; ſic foret in obiecto, ut in ſimili inquit adhuc glo. in l. ſeruo manumiſſo. ff. de condict. inde. pactumq́; eluſoriũ, & nihil operaretur, & rurſum male, nec dicendum. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. ſi Papa. de priuileg. in vj. & uidetur caſus in l. relegatorum. in §. interdicere. ff. de interdi. & releg.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia prohibitus ſtare in uno loco, nõ prohibetur ſtare in alio, limitataq́; diſpoſitio limitatũ producit effectũ. l. cũ ſeruo. ſupra de cõt. emp. l. in agris. ff. de acqui. re. do. arg. in l. cũ prætor, & in l. ſolemus. in §. latrunculator. ff. de iudi. eſt uerum (ſubiicit Iuriſcõ.) quod nec in prouincia morari poterit ſi prohibeatur, quoniã pacto ſtandum erit, contractuſq́; ex conuentione partiũ legẽ accipiunt. l. j. §. ſi conueniat. ff. de po. l. legem. C. de pac. l. contractus. ff. de reg. iu. quid aũt ſit Italia & quid prouincia, not. plene in l. inſula. & ibi Albe. ff. de iudi. & in aureo Alphabet. ſuo Italia, & prouincia, & in l. notionem. in §. j. plenius. ff. de uer. ſig.

Ad oppoſita reſpondetur primũ non obſtare breuiter, quia non eſt uerũ, quod Italia ſit prouincia, ut in præallega. §. j. & in l. ij. C. de excu. tuto. & inſti. eo. in prin. & in l. ſi. de præſcrip. lon. tempo. quicquid dixerit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uer. Italiæ. & in l. relegatorum. in §. interdicere. ad ſi. ff. de inter. & rele. præalleg. & Cy. in l. ſi. C. ſi ſer. expor. ue. & Veronen. in d. l. notionem. Nec faciunt iura ad idem allega. quia improprie & largo quodam modo, prouinciam appellant, at uerè, ſtrictè, et propriè, prouincia non eſt, ſed domina prouinciarm ut not. in l. ſi. C. ſi cen. uel reliq. & in auth. qua in prouincia ubi de cri. agi opor. Azo in prin. C. ſi ſer. expor. ue. & olim magna Græcia etiam uocata, à Græcis inhabitantibus. Et latium, ſiue Saturnia, quãdoquidem Saturnus à Ioue pulſus in Italia latuerit. & à Latio Latinus, linguæq́; latinæ ortus Romæ, quam adhuc Italiæ caput dicunt, quamq́; Alpes terminant. Mare Adriaticum habet à dextra, Mediteraneum uero, à leua. Sed proh dolor hodie ancilla eſt, & ſerua ut dicit Bal. in l. ex omnibus. ff. de offi. præſi. ſolaq́; nobis Imperij Veneti, atq́; Romani, libertas relicta eſt, qua poſsimus honeſto ocio ueluti portu quodam tutiſsimo incluſi, ſedatoq́; animo, quantum libuerit uti, literarumq̀ue ſtudiis operam dare. Vel ad dicta iura dicamus quod uerbum alijs non ſemper ſimilitudinẽ implicet, alioquin dicemus etiam, quod in l. j. C. ut actio. ab hæ. & con. hæ. legatum & ſtipulatio ſit contractus, quia dicit ſtipulationes, legata, & alios contractus, & tamen non eſt uerum. l. Labeo, §. contractum. ff. de uer. ſig. §. hæres. inſti. de obl. quæ ex qua. cõ. Ad idẽ dicitur in l. in prin. ff. de exc. tu. q̃d doctores legẽtes, excuſantur a legatiõe, & ab alio famulatu, & tñ legatio nõ eſt famulatus, ſed honor ut ibi Bal. declarat. & plura ſunt hmõdi nõ referenda. Et hoc eſt q̃d dicebat Rota q̃d glo. prædicta in prælle. l. ſi fugitiui, procedit niſi ſubiecta materia aliud dictet, deciſ. j. alias xxviij. de reſcrip. in nouis. & eſt argu. in l. ſi uno. ff. loca. Fely. poſt Abb. & Imo. in c. ſedes Apoſtolica. col. pe. ita ſignanter limitat d. glo. de reſcri. Non ob. ſecundum, (eo redeuntes unde diſceſsimus) quia non ea ratione prohibetur ibi morari quia eſſet in prouincia, ſed quia erat ea in ciuitate prouinciæ in qua ortus dicebatur, ut etiam ſentit hic glo. & bene, & tex. ibi hoc ad literã dicit.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa & maxime quod non ab re deportao interdicitur totus orbis excepta inſula in quã deportatur. Bannito uero è contra in uniuerſo orbe manere licet, excepta terra unde exulat l. ij. §. exactis ibi, Hermodorum quendam Epheſi exulantem. ff. de ori. iu. Bal. in l. j. col. vj. C. de hære. inſti.

Et quod iuriſdictio limitata ad certum territorium, non poteſt iudicare effectus non limitatos. l. non ſolum. §. qui teſtamẽto. l. poſt litem. ff. de excu. tu. Bal. in l. eius qui. in §. j. col. ij. ff. de teſ.

Et quod præſes prouinciæ, non poteſt quem deportare, neque eidem auferre ius publicum ſiue Romanorum. l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de offic. præſid.

Et quod condemnatus ad mortem in abſentia poterit teſtari, ſecundum ius commune, ut idem Bal. dicit & ex his etiam in præalleg. §. j.

Et quod alibi in l. cum quædam puella. in §. ſi. ff. de iur. om. iud. non quantum petatur ſed quãtum debeatur inſpici debet, quia limitata erat iuriſdictio olim uſque ad ſolidos 50. hodie uſq; ad 300. ut ibi not.

Et quod denique limitata diſpoſitio, ſuum effectum non extendit, nec ei accreſcere quicquam ſinit, ſed (ut dictum eſt) limitat, limitatumq́; producit effectum, & nouiſsime probatur etiam in l. Lucius. in §. quæ habebat. ff. ad Treb. & in l. lacus. ff. de acqui. re. do. et in c. porrò. de priuile. et in c. cum apoſtolus, de cenſi. Idem Bal. pulchrè et in no. caſu quidem conſ. clxxij. ad finem uol. j.

Finis.

De actionibus empti & venditi.

Pomponius lib.xx.ad Sabinum.

SI IS QVI LAPIDES EX fundo emerit tollere eos nolit ex vendito agi cum eo poteſt vt eos tollat.

Dubitandi rationem faciebat, quod emptor, lapides ex fundo emptos, tollere non cogatur, ſi nolit, ex quo ſemel ſoluit & ſuis ſumptibus tenetur uenditor eos ad emptoris domum mittere.l.item illa. & ibi not. ff. de conſti. pecu.& eſt ſimile in c.reuertimini.xvj.q.j. ubi gl. in uer.horrea inquit,ibi argumentum fore,quod ruſtici teneantur in horrea eccleſiæ decimas ferre,& in c.decimas.ea.cau.q.vij. & in l. pro locis. C.de anno.& tribu.lib. x.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſſe poteſt, quia regulare eſt in omnibus bonæfidei contractibus, ſeu iudiciis, cum fiunt ſumptus,& pretium datum eſt pro re, non pro delatione rei,quod onus ſit emptoris non uenditoris.l.ſi in Aſia.§.j.ff. depo. l. ſi res mobiles. ff. de rei uendi.l.j.§.licet.ff.de peri.& commo.rei uen. Bar.in l.j.nu.4.ff.de ali.& cib.leg.Spec.in §. j. ad fi.de emp. & uendi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia ſoluit pro re ipſa, non pro delatione rei,ſui ſumptibus igitur tollere debet lapides & ſi nolit eo igitur actione ex uendito,ut hic. Nec obſt.tex.in d.l.item illa. quia procedit id & locum habet.quando in delatione nulla eſt impenſa ut ibi dicunt omnes exempli gratia, quia ſit pecunia.& in ſpecie Paul.Caſt.& Bar. in d.l.j. ff.de ali.& ciba.lega.Non denique ſecundum, quia id forte in decimis deciditur,& eſt ſpeciale. Vel dicamus quod uerum non ſit, nec probari in dictis iuribus,& ut hic per Bal.latius.

Præſtatq; uobis hæc lex quanquam parua & breuis, argumentum ad multa, et maxime quod exempla non reſtringunt regulam, tametſi declarent.§.hactenus.inſti.de gradib.l.damni infecti pertinet ff.de dam. infec. eſto enim quod tex. hic loquatur in lapidibus attamen in aliis rebus etiam locum habet ut in iuribus ſupra allega.

Et quod actio ex uendito non modo datur & competit ad pretium,regulareq; eſt.l. ex empto. l.Iulianus.§.ex uendito.infra eo.uerum etiam ad factum ut hic, quod ſcilicet emptor lapidum illos tollat.

Et quod in actione ex uendito diuerſificabitur concluſio in libello, ſecundum diuerſitatem caſuum, quoniam datur interdum etiam ad hoc ut reddatur quod plus debito præſtitum eſt,ſicuti a ſimili condictio indebiti, quādo quid eſt indebite ſolutum.l.fundi.§. ſi ruta. infra eod. uel ſi ageretur ad reſciſionem contractus. l. ſi fundus. ff.de lege commiſſo. & late Iaſo. in §. actionum. nu.176.inſti.de actio.

Et quod ſuis impenſis teneretur uenditor mittere lapides ad domum emptoris,quando uel extaret conſuetudo,uel pactum inter contrahentes factum fuiſſet, quoniam contractus ex conuentione partium legē accipiunt.l.legem. C. de pac. l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l.contractus. ff. de reg. iur.Pet.de bellaper.q.xxxix.d.l.ex empto.ibi nihil magis congruit bonæfidei quam id præſtari quod inter contrahentes actum eſt, infra eo. l. j. ff.de pac.tolerandumq; eſt(inquit Iuriſcon.) qđ uetus conſuetudo comprobat in l. Imperatores. ad fi.ff.de pollicita. maxima iuris pars, quæ pro lege habetur ordinaria & ſolemni.§. ex non ſcripto.inſti.de iu.na.Bal.conſ.cccxviij.ad fi.uol. ij.

Et quod denique contrahentes in dubio pręſumuntur uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis,quando(ut dixi)nec conſuetudo extat,nec inter eos actum ſit,quod ſuis ſumptibus ſcilicet emptor hic lapides tollat. l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.Corn.conſ.lxxiiij. nu.3.uol.j.& conſ.cxlv.nu.12.eo.lib.& cōſ.lxiij. nu.11.uol.ij. Imputanduſq; eſſet emptor hoc caſu cur legem apertius non dixerit.l.ueteribus.ff. de pac.nonnihil nos in l.cum in lege. ff. de contrahen.emp. Finis.

Celſus lib. xxvij. digeſtorum.

SI IACTVM RETIS EMERO, & iactare rete piſcator noluit: incertum huius rei æſtimandum eſt.Sed ſi quod extraxerit piſcium reddere mihi noluerit; id æſtimari debet quod extraxit.

Dubitandi rationem faciebat, quod piſcator non teneatur ad intereſſe,quodque non poſsit cōtra eum agi,ſi rete nolit iactare, quia quod nō eſt æſtimari non poteſt argumētum in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.& in l.nam & ſi ſub conditione.in prin.ff.de iniuſto teſta.Et ſi eſt,dubium eſt,& incertū,cuius non eſt habenda ratio.l.unica.C.de ſenten.quę pro eo.Et uidetur ultimo eſſe caſus in l.quemadmodum.in §.planè. ff. ad legem Aquil. ubi ad literam dicitur, piſcium non captorum æſtimationem fieri haud debere, quia incertum erat an caperentur.

Contrarium tamen deciditur hic. Quod imò incertum huiuſce rei æſtimandum eſt, & ſi quod piſcium extraxerit, & reddere noluerit æſtimari debere quod extraxit.& ratio deciſionis eſt, quia ſi res uendita emptori non tradatur uel promiſſa nō ſeruentur in id quod intereſt emptoris agitur.l.j.ſupra eo.& eſt regulare,quod in obligationibus facti,etiam ſuccedat obligatio ad intereſſe. l.ſi quis ab alio.§.fin. ff.de re iud. l.ſtipulationes non diuiduntur.uer.Celſus.ff.de uer.obl.hic piſcator

ſcator noluit iactare rete, ut promiſerat, iactu empto ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia licet non ſit, futurū tamē erat aliquid ueriſimiliter, et ideo incertum iſtud ęſtimari poterit, quantum ueriſimiliter piſcium capi potuiſſet. Vel quanti preciū eſt, & breuiter prout ęquū iudici uidebitur, ut hic dicunt ſcribentes & bene. Ex quo ſecundum quoque tolletur, Maxime quia uidemus etiam quod intereſſe incertum eſt, & tamen uenit eſtq; pariter per iudicem certificandum. §. curare inſti. de actio. not. in d. l. unica arg. in l. fin. ff. de præto. ſtip. Non ob. denique tertium, quia (ut inquit glo. hic) in lege aquilia id ſibi locum uendicat, uos autem loquimur in actione exempto, ergo. quæ ſol. diuerſificat caſum & non aſsignat ratione diuerſitatis & malę. l. ſi libertus minorē. ff. de iure pat. Solue igitur & melius, ut not. in d. §. planè (iſtam ſol. tamen declarando) quod ibi loquitur tex. in actione ſtricti iuris, non autem in ea quæ eſt bonefidei argumentum in d. l. ex empto ibi nihil magis congruit bonæfidei infra eo. uel quia ea actio non datur niſi pro damno præterito, nos autem de intereſſe reſpectu futuri loquimur ergo. et eſt optimum arg. in l. nunquam in §. item quæſitum eſt, ibi alterius æſtimationis eſt legis aquiliæ actio, alterius cōdictio ex cauſa furtiua. ff. de priua. delic. Et ſic ratio illa de qua in d. §. planè, cum incertum fuerit an caparent, non eſt generalis, ſed reſtricta ad caſum de quo ibi, & ad actionem legis aquiliæ, non actionis ex empto, alias duo hæc iura pugnarent.

Præſtatq; nobis argu. hæc lex rurſum ad multa, et maxime, quod mutilatus ſermo ſuppletione indiget. l. oratio de ſponſa. not. in l. j. ff. de teſtam. diximus in l. quod filiofamilias ſupra mād. nanq; hic omiſit caſum I. Con. ſi iactare rete piſcator nō recuſet, & nihil capiat, an emptor precium præſtare teneatur, uel ſi ſolueret illud repetere poſsit ideo ſuppleri debet & dici, quod nō poſsit repeti ſeu quod debent præſtari ſi ſolutio facta non ſit, caſus eſt in l. præceden. ad fin. tradit Bald. in l. licet. col. ij. C. loca. & forte omiſit quia (ut dixi) proxime id deciderat. Omiſit etiam an poſsit cogi ad ſecundum iactum ideo dic quod non & ſupple, ut Bertrand. declarat conſ. cclxxxiiij. nume. 3. uolum. primo.

Et quod ſi aliquis conduxit pedagium, nec homines tranſeant propter mortalitatē, non propterea fit ei mercedis ſiue penſionis remiſsio, ut inquit Aret. conſ. lij. in prin. poſt Bal. in loco ſupra alleg. ex quo ſuſcepiſſe in ſe uidetur periculū caſus fortuiti, & ſpem conduxiſſe atq; aleam, ut iactum retis hic tradit idem Bald. conſil. ccxliiij. uolum. tertio.

Et quod ſi quis ad uitam pro. xxx. florenis, ab uniuerſitate emeret flo. xxx. contractus iſte non erit uſurarius, ex quo emptor una die tantū poſſet uiuere, ſimilis autem ementi iactum retis erit ut hic uidēdus eſt tamē ad idē Bal. cōſ. cliiij. col. j. uol. ij. & conſ. ccxcij. uol. v.

Et quod quanquàm in mutuo certum deduci debeat. l. certum. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. attamē in cæteris cōtractibus. eſt ſecus, in quibus aliquādo etiam deducitur incertū ut hic & in l. nec emptio in princ. ff. de cont. empt. Deci. in rub. ſi cer. petat. num. 30.

Et quod denique de futuris non poteſt recte iudicari, quodq; in iactu retis periculum non cohæret rei uenditoris, uſque adeo ut ſecus ſit ſi fuerit intrinſecum ipſi rei, ut declarat idem Bal. cōſ. clxxxij. col. ij. uolum. j. & conſi. cccxciij. colum. ij. uolum. iiij. Finis.

ADDITIO.

Quod qui emit perceptionem fructuum emit futurum euentum ut ex multis tradit Bartol. in l. eotem ferro in §. qui maximos col. ij. & iij. ff. de publica. & uectiga.

Et quod qn̄ emitur actus percipiendi ſemper emi uidetur ſpes, ita ut periculum quoque emptoris eſſe dicatur ſecundum eundem Bar. in diſputatione publicanus. col. j.

Et quod de ſubſtantia uenditionis eſt res uendita, & tamen ſpes etiam uendi poteſt ut hic, & idem in tranſactione ut eſt de mente Fulg. & ibi alij in l. ſi ſuper. C. de tranſac.

Et quod datur certi condictio ut tradatur res in contractu emptionis & uenditionis, ut not. in l. certi condictio. ff. ſi cer. pet. & tamen hic ſi capiantur piſces, non cogitur piſcator eos tradere Nec ab re dicas quia â principio non erat dominus. Vel quod tempore æſtimationis piſces non extabant, uel quia non piſces ſed iactum retis, uēdiderat & ut latius pro Soci. in d. l. certi condictio. colum. iiij.

Et quod ſicuti ius cōditionale, pacto tolli pōt. l. j. & ibi not. C. de pac. ita quilibet dubius euentus pōt in cōtractū deduci ut hic & in d. l. nec emptio. ff. de cont. emp. & in l. ſpem. C. de dona.

Et quod ſi iuxta contractum conditionalem, pactum apponatur, ueſtitur rei interuentu, quis reſultat ex eo, quod apponendo conditionē ſpes conſtituitur illi, cui fit ex eaq; impletur innominatus reſultans pariter, habita relatione pacti ad contractum, & ut fuſius habetur in l. petens. C. de pac. ſignanter hoc ipſum intelligendo procedere ante conditionis euentum, & per text. hic, & in d. l. ſpem. C. de dona.

Caius lib. iiij. ad edictum prætoris Vrbani titul. de publicanis.

VETERES EMPTIONVM uenditionunque appellationibus promiſcue utebantur.

Dubitandi rationem faciebat, quod fieri debeat aliqualis differentia inter emptionē & uenditionem, locationem & conductionem, quoniá

proprie

proprie uenditio eſt,cum uẽditor rem tradit emptio uero quum precium ſoluit emptor.l.j.ſupra eod.l.pacta conuenta.ff.de cont.emp. Et idem in locatione & conductione dici debet, quoniam eiſdem regulis conſiſtit, quibus emptio & uenditio.l.ij. infra loca.l.j.ff. ſi men.fal.mo.di.l.qui operas.ff.eo tit.loca.Et quia uidemus hinc quoq; quod ſi uerbis impropriis libellus conceptus ſit, reiicitur tanquam ineptus.l.j.& ibi not.ff.de offic.aſſeſſo.Bal.in l.filius a patre.ff.de peti.hæred. etiam ſi non opponatur,imò nec pars citata ſit ut declarat Alexan.in l.ij.col. ij. C.ut ne priua.poſt eundem Bal.in l.edita in lectu.Paduana.col.pen. C.de edend.

Contrarium tamen hic deciditur qđ his uerbis ueteres promiſcue uſi ſunt,& licet uidere etiã in l.et eleganter in princ.iuncta gloſ. ff.de dolo. & in l.Iulianus in §.ſi procurator, ſupra eod. ubi utrobique actio ex empto,idest ex uendito exponitur,& una pro alia ponitur. Et ratio deciſionis eſt,quia ſolis legum latoribus,cõceſſum erat im ꝓprie loqui & uocabulis ſeu uerbis abuti, maxime quia omnino conſtat duo hæc nomina ſiue quatuor,differre,ut ſupra arg.in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j.& in l.falſa demonſtratio. ff. de condit.& de.declarat Saly.ſignanter per iſtum tex.in l.ij.col.ij.C.loca.& per tex. optimum in l. ij.ff.ad legem Rhod.de iac.Et quia lex ẽt impoſita eſt rebus non uerbis.l.ij.C.communia de leg. Bald.in l.j.ad fin.ff.de re.diui. Et cum ita ueteribus placuerit, nobis quoque placere debet.l.ueteribus.ff.de pac.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare,nõ primum,quia id uerum eſt proprie,ſed quod improprie,emptor uenditor, uel emptio uenditio, ſeu locatio conductio, uel ẽ contra, dici non poſſit, hoc eſt falſum, quoniam ueteres promiſcue, emptionum uenditionumq́ue,locationum & cõductionum appellationibus promiſcue utebãtur ut hic. Non ſecundum, quia ea poteſtas priuatis data non fuerat, ut dicit Saly.in d.l.ij.& bene argumentum in l.iij.ibi cur non in milite diuerſum.ff.de milit.teſtamen.gloſ.ſingu.in l.nec honore.C. de epiſco. & cler.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod nouum nõ eſt unum uerbum pro altero poni,quia nihilominus idem ſequitur effectus quanquam per alium modum,ut hic & in l.eas cauſas.ff.de cond.& de.Pau.Caſt.conſ.cxlv. col.ij.uol.j.

Et quod appellatione mercium continentur etiam uenalia quibus artificium admixtum non ſit ut coria linum & ſimilia ſecundum conſuetudinem patriæ, ut ſignanter per iſtum text. dicit Fulg.conſ.cxvi.col.j.ad interpretatio uerbi graſsia, ut ibi per eum late.

Et quod ſi fundus detur in dotem æſtimatus pacto adiecto quod mulier ſoluat uſuras creditoribus quibus fundus erat obligatus, cõpetit actio ex uendito,ut pactum ſeruetur,etiam hæredi mariti, quæ tamen proprius ex empto dicetur. l.ex conuentione & ibi not.C.de pac.

Et quod adeo uerum eſt ſicut dicitur in. l.ſeq. quod locatio & conductio ſit emptioni proxima & uenditioni, ut idem ſit dicere emo uel conduco, ita Bartol.in l.cotem ferro in §.qui maximos. col.j.ff.de publica.& uectiga.Et hinc uidemus ẽt quod ſtatim à uenditore ad locatorem infert alibi Iuriſcon.in l.ueteribus.ff.de pac.

Et quod remedium.l.ij.C.de reſcind.uend.locum habet quoque in locatione. l. item ſi precio §.fin.ubi etiam gloſ.ff. loca.et eſt communis opi. in d.l.ij.ut teſtatur Are.conſ.cxxv.col.ij.

Et quod denique ueteribus,& antiquitati, ac maioribus noſtris, deferendum eſt, quia omnia ſanè licita faciebant.l.in finalibus quæſtionibus ff.fini.regun. Ancha.conſ.cxlij.col.ij. unde hinc non ab re Mantuanus ait.

Tu maior,tibi me eſt æquum parere Menalca.

Et comic.in adelph. Hægionem Laudans. eſt (inquit)homo antiqua uirtute et fide.

Et eccleſiaſt. viij. non te prætereat narratio ſeniorum.quos etiam in familiar.ix. Cic.doctiſſimos uocat hinc uetus fuit.q.in l.uetus.ff.de uſufruc.et uetus prouerbium,in l.ſolent. ff. de offic. proconſul.

Et quod Petræ ſanctiſsimam firmitatem, Deo ædificante conſtructam, impia præſumptione uiolare contendit, qui eius poteſtatem infringere tentat, fauẽdo cupiditatibus ſuis,et id quod accepit à ueteribus nõ ſequẽdo, inquit Leo papa in c.ita dominus,circa medium.xix.diſt. Finis.

Locati & conducti.

Caius lib. x.ad edictum Prouinciale.

IS QVI REM CONDVXIT non cogitur reſtituere id quod rei nomine furti actione conſecutus eſt.

Dubitandi rationem faciebat qđ conductor, reſtituat id quod nomine rei, actioneq; furti conſecutus eſt,quia uidetur caſus in l. ſi pignore hic in glo.alleg.ff.de pigno. act.ubi ſi propter furtum in re pignorata commiſſum, creditor aliquid conſequatur, omne & totum id reſtituit debitori,ergo & pari ratione,hic locatori. Et non ab re etiam quia ſi id rurſum conſecutus eſt occaſione rei conductor,æque conuenit,ſicuti rem reſtituit finita locatione, quod ita etiam reſtituat lucrum quia acceſſoriũ debet ſequi ſuũ principale uulga.l.cũ principalis.ff.de reg.iur.c. acceſſorium eo.tit.in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, et idem(ut etiam inquit glo.hic)in commodatario & à ſimili in l.ſi.in §.ſed cum in ſecundam dubitationem C.de fur.Et ratio deciſionis eſſe uidetur,quia ubi eſt

eſt periculum ibi etiam lucrum eſſe debet, neq; ſit tantummodo damno deditus cõductor, ſed ẽt ei lucrum ſperare liceat, ut ſignanter dicitur in d. §. ſed cum in ſecundam dubitationem. Et quia ſi conductor perdit uſum rei, conſequens eſt etiam, ut lucrum retineat, & quod actione furti conſecutus eſt, & probatur etiam in l. ſecundum naturam, (uulg.) ff. de reg. iu. & in l. unica in §. pro ſecundo. C. de cad. tol.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum quia eo caſu (ut dicũt omnes hic, & ibi poſt glo. & ueriſsimum eſt) creditor uſum nõ amittit, nec damnum ſentit, ideo nec lucrum ſentire debet ut ſupra, et conſequenter id reſtituere tenebitur debitori. c. cum ceſſante de appel. l. adigere §. quanuis. ff. de iure pat. Non obſt. ſecundum, quia acceſſorium non eſt hoc caſu, & ſi eſt, utiq; ſeparatum eſt, & uti principale, diuerſaq; ratio inter unum & aliud ut per Bart. in l. j. ff. de pec. le. & not. in l. eos. C. de uſur. & in d. l. cum principalis latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſi fullo ueſtes poliendas cõduxerit, ſuam operam locando, ut dicitur in l. qui operas infra eo. ſibiq; furto ſubtrahãtur, agat, & aliquid cõſequatur, id dño reſtituere nõ debebit, ex quo damnum non patitur propter furtum & ut hic per Fulg. eſtq; etiam quotidianum. adde tu, rationem eſſe etiam ad id, quia ſi fullo rem non cõſequeretur, uel creditor (vt ſupra) ad iſtius ęſtimationem teneretur, ille domino, iſte debitori, igitur nec mirum, ſi ſibi ẽt lucra hinc prouenientia alias, retinent.

Et quod actio furti, competit ei, cuius intereſt rem ſaluam fore, licet dominus non ſit. l. ij. §. & generaliter. ff. ui bo. rap. §. fin. inſtit. eo. §. furti de ob. quę ex del. eo. lib. & licet dominus non ſit dixi, quia non ſolet locatio dominium mutare. l. non ſolet infra eod.

Et quod lucrum de quo hic, in duplo uerificabitur, ſi furtum nõ manifeſtum fuerit, in quadruplo uero ſi manifeſtum. §. in duplum. §. quadrupli, inſti. de actio. notandumq; eſt, (ut ſext. ait de uer. ſig.) ueteres duplum duplionem dixiſſe, & â quadruplo quadruplatores etiam denominaſſe. Et qđ abrogatis legibus Draconis vtpote nimium ſeueris ille etiam in Theatro apud ęginam præfocato Solon mitioribus, morum emendationem adortus, dupli pœnam uindicandum furtum ſanxit, quæ lex poſtea eſt et ad quadruplum etiam ampliata, ut ſupra.

Et quod licet furti mentio fiat, deq; furto intelligatur prout eſt contractatio rei alienæ fraudoloſa facta innito domino, & ut latius in l. j. ff. de fur. attamen furtum eſt & fur dicitur etiam ille qui rem inuenit alienam & non reddit ut per Ang. in l. j. col. xxj. C. de iudi.

Et quod denique, ſi creditor obligatus erat recipere aureos, ualoris cuius erant tempore contractus, & diminuatur, eius periculo diminutio ſit, conſequens eſt, ſi creſcat, quod ad eius utilitatem quoq; ſit incrementum iſtud ex prædictis, & ut pulchre oſtendit Calc. conſ. xv. nu. 46. Finis.

Paulus lib. ſingulari Regularum.

QVI OPERAS SVAS LOCAuerit totius temporis mercedem accipere debet, ſi per cũ nõ ſteterit quo minus operas pręſtaret. Aduocati quoque ſi per eos non ſteterit quo minus cauſam agant honoraria reddere non debent.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui locat operas ſuas, ſi non præſtat eas, nec debeat quoque totius temporis mercedem habere, quia nõ ęque conuenit (ut ab hoc generali incipiamus) qđ qui non laborat, manducet. l. ſi ex duobus. §. fin. ff. de noxa. l. quanuis. ff. de dam. infec. l. ſi non fuerit ad fin. ff. pro ſocio. Por. in §. ſed ſi recuſet in princ. inſtit. de fideicom. hær. ubi etiam adducit ſimile quod qui non uigilat non addiſcit neq; fructificat, & bene. l. pupillus ad fin. ff. quæ in frau. cred. uulgatumque eſt illud Geneſ. iij. in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. & Paul. ij. ad The. iij. ſi quis nõ uult operari nec manducet, ex quo ſit ut Hilarion. raſtro humum foderet, ſimulq; fiſcellas (autor eſt Hiero.) texeret. Annonamq; gratuitã ne miles comedat, dicebat rurſum probus Imp. nõnihil Cy. in l. in bonę fidei col. iij. C. de reb. cre. Et ad propoſitũ uidetur caſus in l. ſed addes in §. fin. ſupra eod. ubi quis locauit operas ſuas, intra tempus conductor mortuus eſt, dicit Iuriſcon. qđ totam mercedem habere non debet. Et in l. diem functo ſupra eo. quæ tamen non eſt lex ſed. §. d. l. ſed addes, ut in pand. flo. legitur ubi idem caſus. Et idem in l. aduocationis cauſa, quæ eſt lex fin. C. de condic. ob cau. ubi patronus qui ſuſceptam fidem non præſtitit, datam pecuniam aduocationis cauſa reſtituit.

Contrarium tamen deciditur hic, et ratio deciſionis eſt, quia cum per eum non ſteterit, nec ſit in culpa perinde eſt ac ſi præſtitiſſet. l. fin. §. idem iuris. ff. ad legem Rhod. de iac. l; mevia in princ. ff. de an. leg. l. j. §. diuus. ff. de ua. & extraordi. co. l. ſi pecuniam in princ. ff. de condict. ob cau. l. intra utile in princ. ff. de mino. l. illis libertis. ff. de cõd. & de. l. quibus diebus in prin. ff. eo. uerum ſi præſtitiſſet deberetur, nec ſoluta pecunia ueniret reſtituenda ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum quia ueriſsimum eſt, ſed (ut diximus) cum non ſit in culpa, nec per eum ſtetit quo minus p̃ſtaret, nimirum ſi perinde eſt, ac ſi laboraſſet, ergo manducabit, nec ſolutione facta tenebitur locator operarum aliquid reſtituere.

Non ſecundum, & tertium, quia eodem tempore cum alio fuerat, mercedemq; acceperat, nec

conuenit,

conuenit, quod duplicatum habeat ſtipendium, ſiue laborum ſuorum & operarum præmium atq; mercedem & ut fuſius ibi not. & in l. diem functo ff. de offi. aſſeſſo. Non denique & ultimum, quia eo caſu aduocatus erat in culpa, cum per eum ſteiſſet detrectaſſetque fidem præſtare, quod ſibi obeſſe debet & non prodeſſe, nimirum igitur ſi pecuniam ſibi datam aduocationis cauſa reſtituit arg. in l. ſi quando in fin. C. de teſtib. & in l. reus delatus. ff. de mune. & ho.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime, quod ſi legatum tibi eſſet factum ſi ſeruum manumiſiſſes isq; mortuus ſit, non ideo minus tibi legatum debebitur cum per te nō ſteterit. l. turpia. §. pe. ff. de leg. j.

Et quod ſi homo pariter legatus ſit, hæres uero Stichum tradere uelit, & per legatarium ſtet, quo minus accipiat, ſi moriatur, doli mali exceptio hæredi proderit, quia per eum non petit. l. huiuſmodi. §. ſi cui. ff. eo.

Et quod ſi titio adhuc pecunia legetur eiusq; fidei committatur ut alienum ſeruum manumittat, nec uelit dominus eum uendere, nihilominus legatum habebit quia per eum non ſtetit quo minus fideicommiſſum præſtet imò quod etiam ſeruo mortuo, à legato non ſubmoueretur. l. ſi titio. ff. eod.

3 Et quod ſi aduocatus locauerit operas ſuas domino, ut ſibi daret centum ſi uiciſſet, alias decem tantum, et dominus trāſegerit cum aduerſario ſuo nihilominus centum ſibi debebuntur quia per eū non ſtetit, ut hic per Odof. & probatur in l. pen. & fin. C. de cond. ob cau. & plene. q. diſputat Ioā. And. in reg. contractus col. pen. & fin. de reg. iur. in mercurial. & ita tandem firmat atq; concludit.

Et quod denique ſi famulus expellatur à domino, ſalarium totius temporis habebit, quo non ſeruiuit, ſi cum alio poſt expulſionem non ſteterit, diligentiaq; non caruerit cum alio ſtandi, ut ſignanter per iſtum tex. determinat Capel. Tholoſa. q. cclxviij. & probatur etiam in d. l. ſed addes in §. fi. ſupra eod. & in d. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſo. & per Inno. in c. propter ſterilitatem extra de loca. Finis.

ADDITIO.

Quod capitaneus qui communitati ſeruire nō potuit propter peſtem à loco recedens, debet nihilominus habere & conſequi ſtipendium totius temporis, quo erat cōductus ut ex multis oſtendit Corn. conſ. v. uol. iiij. col. ij. & iij.

Et quod oratores reipu. principis, ſeu communitatis, reuocati, nihil reſtituunt ſecundum Bald. in l. ſi pecuniam præallega. col. v. ff. de condic. ob cau. Tum quia ſumptus fecerunt in ueſtimentis & aliis. tum quia per eos nō ſtetit, quo minus accederent ad loca deſtinata, quod eſt primum & potiſsimū cōſiderabile ut hic, in iuribus præallegat.

Vlpianus lib. xxiij. ad edictum.

NON SOLET LOCATIO DOminium mutare.

Dubitandi rationem faciebat, qđ locatio, eſt proximа emptioni & uēditioni. l. ij. ſupra eo. l. ueteribus. ff. de pact. Bald. in l. j. ad fin. C. commoda. ſed in uēditione uenditor dominium mutat, ergo & idem in locatione dicemus. Et uidetur caſus, quod imò dominium mutet in l. j. in §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uectig. uel emphit. pet. Et clarius in l. quod meo in princip. ff. de acq. poſſeſsione.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia actus agentium, non debent operari ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cer. pe. ſed in locatione non agitur ut dominium mutetur, ut ēt hic dicit gl. & benè ergo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia non ſemper id quod in uenditione dicitur procedit in locatione, & ideo cum miſterio inquit tex. in d. l. ij. quia locatio, eſt proxima emptioni & uenditioni, quia eodem modo contrahitur, & utraque pecuniȩ interuentu, & mercedis conuentione, ſed non quo ad omnia, quia uidemus quoque aliis omiſsis, quod edictum ȩdilium Curulium in uenditione loquitur & tamen in locatione locum non habet. l. ſciendum. ff. de edil. edic. Azo. in ſumma de edil. ac. nu. 4. ſtāt igitur iſta ſimul quod in uenditione mutetur. l. ex empto ſupra de act. empt. & non in locatione ut hic. Non ſecundum, quia loquitur ille tex. in locatione ad longum tempus, qua utile tātum trāſfertur, ergo non in ſimplici ut hic in qua regulare eſt non transferri ratione ſupra dicta. Alexan. conſi. ciiij. col. j. & ij. uol. iij. Non ultimum denique, ex quo eo caſu prȩceſsit contractus de cuius natura uenit dominij tranſlatio, exempli gratia (ut etiam inquit Pau. Caſt. hic) ſi uendam tibi uel donem rem meam, eamq; antequam tradatur conducam, & ut latius not. in l. ſi aliquam. ff. de acquir. poſſeſs.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod quanquam ex contractu locationis dn̄ia nō trāsferātur, trāsferē tamē ſi quis in fundo alieno ædificat, isq; conductor ſit, quia nō transfert ex contractu locationis, ſed quia ædificium cedit ſolo. §. cū in ſuo inſti. de rer. diui. Bar. in l. redemptores. ff. de rei uend. potuiſſetq; iſtud etiam pro ratione dubitandi in tex. poni.

Et quod quanuis dominij mentionem tantum fecerit Iuriſcon. attamen idem in poſſeſsione dicendum eſt. l. non ſolum. §. quod uulgo. ad fin. ff. de uſucap. Ciuilem enim retinet animo, & naturalem corpore conductoris, rem ſimpliciter detinentis. l. j. & ibi not. C. comunia de uſucap. l. male agitur. C. de præſcript. xxx. anno. l. colonus ff. de ui & ui arm. Bald. conſil. cxxxj. ad fin. uol. j.

Et quod locatio in hoc æquiparatur potius depoſito & commodato quā aliis cōtractibus quia

in illis

in illis quoque dominium & poſſeſſio retinetur pariter.l.licet.§.rei depoſitę.ff.depo.l.rei cōmodatæ.ff.commoda.

Et quod titulus locationis ordinatur tantum ad qualemqualem poſſeſſionem,uel uerius deten tationem & fructus quandiu ſoluitur penſio.d. l. male agitur.l.non ab re.C.unde ui.idem Bal. cōſ. cccxxx.col.j.uol.j.

Et quod deniq; ſi conductor ante tempus expellatur, agit ad intereſſe uel ad pœnam loco illius ſuccedentem,ſi in locatione apposita ſit,qđ q; interdictum aliquod non habet,puta recuperandę, quia non datur niſi poſsidenti,conductor autē non eſt dominus neq; poſsidet,ergo. Et tradit ad idē Cyn.in l.ſi de fundo in prin.C.loc. Finis.

ADDITIO.

Quod quando donatarius conſentit alienationi factæ per donantem,locatio nec dominium nec poſſeſsionem mutat,ut inquit Cur.iun.olim collega.conſ.cxxxiiii.col.ij.

Et qđ inſtrumētū locationis nō probat dominiū,quia cōductor ſimplex non eſt dominus nec poſſeſſor.l.certe.§.is qui.ff.de prec.l.ſi quis ante. ff.de acquir.poſ.per Alex.conſ.cc.col.pe.uol. ij.

Et quod cū ſit poſſeſsio penes locatorē,cōductor propria auctoritate ſi nō ſoluat expelli poterit ut idem Alex. tradit conſ.cv.col.v.eod.lib.

Et quod per inſtrumentum locationis adhuc nulla competit actio ad dominium uel proprietatem; ſed ad penſionem & reſtitutionem rei locatæ,nec rurſum tanquam ſpectātis ad locātē ratiōe ꝓprietatis & dominij.l.ad ꝓbationē.C.loc. & ut hic idē Alex.conſ.lxviij.col.j.uol.v.

Et quod emptor proprietatis non tenetur ſtare colono,quia habet dominiū & ius in re,cōductor uero nō,quia nec dominiū nec poſſeſsionem habet,ita idem Alex.cōſ. cxviij.col.iij.eo. lib.v.

Et qđ ſcolaris uiam reficere nō tenetur niſi ſit dominus domus,quia alias nec dominiū hēt nec poſsidet,inquit Cyn.in l.in ſumma.C. de pigno.

Et qđ ſimplex conductor nullū ius habet in re ſcđm ēt qđ dicit Pau.Caſt. cōſ. clvij.col.ij.uol.ij.

Et quod in mutuo dominium transfertur, nec debet recipiens rei ſuæ uſuras ſoluere.l. ij. §. appellata.ff.ſi cer.pet,in locato uero ſecus,quia dominus dominiū retinet quanquā rē ſuā alteri locet ut hic Dec.cōſ.cxix.col.iij.uol.ij.

De pręſcriptis uerbis, & in factum actione.

Neratius lib.j.Reſponſorum.

INSULAM HOC MODO ut aliam reficeres uendidi, reſpondi nullam eſſe uenditionem ſed ciuili actiōe incerti agendum eſt.

Dubitandi rationem faciebat,quod ſit uenditio quodq; actione ex uendito, poſsit conueniri, qui inſulam reficere promiſit,quoniam cui conueniūt uerba legis eidē quoq; cōuenit lex. l. iiij. §.totiens.ff.de dam.infect. c. indemnitatibus de electio.in vj.cum uulgar.et inſula hic uendita eſt ergo uenditionis contractus erit et uidetur caſus in l.tenetur in §.j.ff.de acti.emp. ubi ſignanter dř ſi uendidi tibi inſulam,ut aliam reficeres,quod ex uendito agere potero ut reficias.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt,quia eo caſu uēditio eſt qñ inter partes de precio conuentum ex l. j. l.pacta conuenta ibi ſubſtantia uenditionis eſt precio conſiſtit, ff.de cont.emptio.§.item precium,inſtit.de emp. & uend.hic preciū nullum interuenit ergo uēditio non erit ſed contractus innominatus do ut facias, nec falſa nominatio ipſum uiciabit ſine error nominis appellatiui, quanquam regula ſit in cōtrariū in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j. Sed reſpōde tu, tamet ſi difficultatem moueat Fulg.hic & nō reſoluat,qđ hic erat error tolerabilis ibi nō,nimirū igř ſi neq; hic nocet neq; uiciat,ibi aūt ſic arg.in l.fi.ibi neq; enim.C.de hęr. inſti.Bal.pulchre in l.nō ideo.c.ti.uel et aliter ut in d.l.ſi quis in fundi uocabulo,nonnihil Iaſ.hic.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare nō primum, quia eſto quod uenditionis mētio facta ſit per errorem,non tamen eſt uenditio.l.ſi per errorem.ff.de iu.om.iud.Vel quod bene facta eſt ſed non quod precium interuenerit,ergo nō uēditio proprie arg.in l.ij.in §.j.ff.quemadmodum teſta. ape.& in l.iiij.in §.condemnatū.ff.de re iud.cum ſimilibus Soci.in l.ij.in prin. col.penult.ff.ſi cer. pet.uel dicamus quod ſint uerba narratiua legis, quæ non diſponunt iux.not in l.unica.C.quando non pet.par.et uendidi ideſt dedi,exponi debeāt arg.in l.ueteres ſupra de ac.emp.et in l.eas cauſas ff.de cond.& de.Vel illud ideo quia uenditio eſt generale uerbum ad omnes contractus. l.ſtatuliberi a cæteris.§.fin.ff.de ſtatulib.Regien.in d.l.ſi quis in fundo uocabulo col.iiij.

Minus ob.rurſum & aliud,quia ibi preciū interuenerit,qđ in inductione illius text.omiſſum eſt,igitur non mirum ſi emptio eſt & uenditio, ſiq; actione ex uendito agi poteſt.nec dubium habet hic uero ciuili actione incerti ideſt præſcriptis uerbis quia fuit (ut diximus) contractus innominatus.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,et maxime qđ inſula(licet nō dicat)pro domo capi debeat.l.ſi inſulam.ff.de uerbo.obligationi. l.iiij.§.totiens.ff.de dam.inf.ſi cū aliquo adiūcto proferatur ut hic,ex quo alias ſolum eſt ſine terra aquis circundata.§.inſula inſtitut.de rer. diui. Bald.ubi alia ſanè multa ſcitu digna conſil. cccclxxiij.per totum uol.j.

Et qđ ſicuti hic falſa noīatio cōtractus, contractū non uitiat.pari mō nō uiciabit falſa nominatio actiōis libellū,nec falſa noīatio ꝓcuratoris

ipſius

ipſius conſtitutionem ut not. in l. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eo. & in c. ſignificantib. de lib. ob. & in l. j. ff. qđ cuiuſq; uni. no. multa Bal. in l. id qđ pauperibus col. ij. C. de epiſ. & cler.

Et quod ſi actus qui agitur ſi defectus nõ ſit in forma, non ualet ut agitur, debet ſaltem ualere ut ualere põt. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus uerſi. planè. ij. ff. de uerb. ob. l. j. §. ſi quis ita & ibi plena diſtinctione Bar. ff. eo. l. ſi tam Auguſti. ff. de ſeruitu. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. petat. Et hoc eſt quod in ſimili dicit Bald. quod ſubſtitutio pupillaris facta à matre, quæ ut pupillaris ualere non poteſt, quia filios non habent fœminę in poteſtate. §. fœminę inſtit. de adop. ualet tamen iure fideicommiſſi. conſi. cxxix. col. j. uol. j. & not. alias in l. ſi mater & in l. moribus. ff. de uulga. & pup. ſub.

Et quod in dubio uerba debẽt impropriari ut actus potius ualeat quàm pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. l. in ambiguo & ibi Bart. ff. eod. tit. l. ſed & ſi. §. Iulianus & ibi Flo. ff. fam. hær. Bal. in not. qõ. in l. fructus col. j. ff. ſol. matr. Alex. conſil. xlij. col. vj. uol. iiii.

Et quod denique utile per inutile uiciari non debet, maxime quando unum ab altero ſeparari poteſt. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. plene in regu. utile per inutile & ibi dixi. de reg. iur. in vj. Finis.

ADDITIO.

Quod uerba ſeruiunt magis naturæ contractus quã natura uerbis ut in ſimili dixit Bal. in commodato in l. cum eum. C. commoda.

Et quod non ſecundum formam uerborum iudicatur contractus ſed ab effectu inquit ẽt Deci. cõſ. cccij. col. ij. uol. j poſt eundem Bal. in rub. C. de iure emphiteo. & in d. l. cum eum. idẽ Deci. conſi. cclxviij. col. penult. & conſil. cccxij. colum. j. uolum. ij.

Et quod uerbum locatio, ſi ſit appoſitum in inſtrumento, non facit eum contractum nominatum, ſi ſit innominatus facio ut facias per iſtũ text. dicebat idem Alexand. conſil. lxxvj. colum. ij. uolum. v.

Et quod nominis appellatio uerum non mutat adhuc in nota. caſu ait Fulgoſ. conſil. ccxliij. colum. prima.

Et quod ſenſum magis quam uerba debemus attendere, uſque adeo ut unus contractus in alterum conuertatur, argumentum in l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. multa ad intellectum. c. nauiganti de uſur. Guid. Papæ deciſio. clxxxvj. ad finem.

Et quod ad cognoſcendum qualitatem cõceſſionis etiam ſecundum Are. non inſpicitur nomẽ ut ſupra ſed effectus & forma facti in c. j. col. ij. de conſtitutionib.

Et quod uerba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda ſunt, & ut adhuc dicebam ſupra improprianda, quod nouiſſime dixerunt per iſtum text. & per tex. in l. ſi uno. ff. locat. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de uſu. Ferrarien. in l. j. col. viij. ff. de offi. eius cui manda. eſt iur. & maxime ad ſaluandam contrahentiũ mentem ut plene declarat Bar. in l. cotem ferro in §. qui maximos. ff. de publican. & uectig. & in diſputati. publicanus. Soci. in l. ſi tibi col. j. ff. ſi cert. pet.

Et quod ſemper attenditur intentio quem cõtractum partes facere uoluerunt. l. j. §. idem Pomponius. ff. depo. idem Soci. in l. pacta quæ contra col. ij. C. de pact.

Et quod ſi notarius permutationem notauit & ſcripſit nenditionem uel è contra, naturæ rei & actus ſtandum eſt non uerbis notarij, quia (ut dictum eſt ſupra) nomẽ contractus non attenditur ſed ſubſtantia debetque ſecundum id iudicari ut hic & in l. ſi tam auguſti præallegat. ff. de ſeru. l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Bal. in l. j. C. de re. permut. & in ſtatut. Gabella. nu. 20. Corn. conſ. xxxviij. num. xij. uol. ij.

De pignoribus & hypothecis, qualiter ea cõtrahantur et de pactis eorũ.

Vlpianus lib. xv. ad edictum.

PIGNORIS PERSECVtio in rem parit actionẽ creditori.

Dubitandi rationem faciebat, quod pignoris uel hypothecę pſecutio, non ſit in rem, ſeu actio realis, ſed potius in perſonam ut Saluianum interdictum, qđ pro rebus tacite obligatis datur pariter, & competit aduerſus colonũ & inquilinum. l. i. ff. & C. de Saluia. int. Et quia uidemus hinc etiam, qđ pro nomine obligato actione perſonali creditor experitur. l. ſi fundus. §. in uendicatiõe. l. et quæ nõdum §. i. & utrobique not. ſupra eod. Et idem in pignoratitia quę datur debitori. l. ſolutum. §. creditori ſupra de pigno. actio. Et quia etiam oritur ex contractu quod non eſt de natura realis ut in §. fi. inſtit. quibus mo. re cont. ob. uel ex pacto. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pac.

Contrarium tamen hic deciditur, et in l. pignoris. C. eo. et ratio deciſionis eſt, quia oritur ex iure quod quis habet in re, ſicut aliæ reales. §. omnium inſtit. de action. & datur regulariter contra quemcunq; poſſidentem ut realis, declarat Bart. in prohem. digeſtorum in §. tertii ad fin. eſt bene uerum quod habet aliquid perſonalitatis ex quo obligationi accedit, ſed non (inquit Bal. quod ſit perſonalis in c. quoniam frequenter in §. in aliis. nu. 4. ut lite non cont.

Ad oppoſita reſpõdetur parum facere, nõ primum, quia illud eſt ex quo omnia interdicta regulariter ſunt perſonalia, & dantur in eum qui obligatus eſt. l. i. §. fi. ff. de interd. & not. in d. l. i. C. de

C.de ſaluia.interdi. Non ob.ſecundum,quia id ẽt ſpecialẽ habet rõnem utili perſonali ſ.eo caſu creditorẽ experiri,quia nomẽ nõ poſsidet,ut declarat Bal.in d.§.in uẽdicatione,& in d.§.j. ad fi.& bene,& fulius in l.i.in j.lect.ff.de ſta.ho.in prin. Nõ tertiũ,quia ea actio,orit ex cõtractu, nõ hypothecaria ut hic,& in d.l.pignoris.C.e. & ut ſupra oſtẽſum eſt,ex quo tollitur ẽt tertiũ, quia nõ eſt uerũ, qđ oriat ex cõtractu,ſed(ut dixi)ex iure qđ quis habet in re.Nõ deniq; & ultimũ, quia pactũ erat cã mediata,imediata uerò dcm̃ ius qđ quis habet in re,hęcq; attenditur.l. uxori. & ibi Bar.ff.de aur.& arg.leg.Bal.in c. auditis. nu. 16. de præſcrip.Are.conſ.xxix.col.vij.ergo.& ut latius not.in d.§.tertij.& in d.l.pignoris.

Præſtatq; nobis hęc lex quãquã parua,magnũ ſanè arg.ad multa,& maximè,qđ quãtũ ad actionẽ hypothecariã,nulla eſt differẽtia inter pignus & hypothecã,licet hic nõ dicat.l.pignoris ꝑalle. C.e. quãtũ ad pignoratitiã aũt ſic ut.ĩ.& nouiſsimè tradit Bar.ĩ l.ſi rẽ alienã.ĩ §.ꝓprie.ĩ.de pi.ac.

Et qđ pignus eſt rei mobilis,dictũ à pugno,reque cõtrahitur,ut in §.creditor.inſti.quib.mo.re cõt.obli.quod.ueteres Arrabonẽ appellabãt poſtea(ut inquit Gelli.in noctib.atticis)in ſordidis uerbis haberi cęptũ eſt, hypotheca uerò mobilis & imobilis,quæ nuda cõuẽtione cõtrahit.l.j.l.cõtrahit.ff.de pig.Abb.ĩ c. cũ aliquib.in prin. de re iud.& iõ facile ẽt tollit,ut facile cõtrahitur ſecđm Bar.ĩ l.q Romę.ĩ §.duo fres.col.3.ff.de uer.obli.

Et quod hypotheca proprie, eſt res obligata, nõ uendita nec tradita creditori,ut declarat Bar. in l.creditor.ff.de diſtrac pigno.

Et qđ hypotheca rurſum extinguitur rei peremptione,quãuis nec iſtud dicatur,ut adhuc Bar. declarat in d.l.ſi rem alienam,ubi exemplum etiã ponit,col.iij.ff.de pigno.ac.

Et qđ deniq; hypothecaria ſuas habet cõditiones,ut duret donec debito ſatisfiat.l.cũ quis.§.fi. & ibi glo.quoq;.ff.de ſol.qđq; melius eſt pignori incũbere quã in perſonam agere qđ unũ arguit ẽt & cõfirmat qđ hic dicitur & in d. l. pignoris. C.eo.l.plus cautionis.ff.de reg.iur. Spec.in titu. de ſala. §. iiij. in prin. & qđ ſit actio realis firmat ultimo loco Alex.conſ.xcviij.nu.1.uol.vij.Finis.

De edilitio ædicto, & redhibitione, & quanto minoris.

Iabolenus lib. ij. ἐπιστολῶν.

QVI TERTIANA AVT quartana febre aut podagra vexarentur: quive comitialẽ morbũ haberent: nec quidẽ his diebus quibus morbus vacaret, rectè ſani dicẽtur.

Dubitandi rationem facit,quod qui his morbis laborant, dicantur ſani, maxime illis diebus quibus morbis uacant, quia contrarium ſanitati morbus eſt, eo die quo uel tertiana non laborant, uel quartana, uel podagra, uel comitiali egritudine,ſani ſunt, ergo nec redhibitioni erit locus ſi tunc mancipia uendita fuerint,quia uerè dici poteſt, qđ uicio corporis affecta nõ fuerint ſiue morboſa.l.j.l.ob quæ uitia.l.quæro.§.ſi. ſupra eo.& infra.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia edictum non modo ad morbos perpetuos uerum ẽt ad tẽporales pertinet ut dicebat Põponius.l.Põponius.ſupra eo.& quia uerè ſanus quis dici non poteſt qui non eſt perpetuo ſanus,ut ibi.ea de re (quicquid dicatur) redhibitioni breuiter erit locus.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, quia ſtãt iſta ſimul qđ ea die qua morbo nõ laborãt, ſint ſana,ſed quia ſanitas perpetua nõ eſt,nõ põt propriè dici ſanitas,argu.in l.hoc legatũ.cũ not.bi. ff.de leg.iij.l.j.ff.de dona.d.l. Pomponius. ergo & propterea omnino redhibitioni (ut diximus erit locus,& uẽditor preciũ reſtituere tenebitur.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè quod tertiana, non eſt febricula, alias redhibitioni non daret locũ.d.l. ob quæ uicia.§.fi.l.j.§.ſed ſciendũ.ſupra eo.arg.in l.quæſitum.ff.de re iud.& in c.placuit.ij.xviij.diſt.& ni mirum, quia tunc mancipia morboſa dici non poſſunt, nominaq; in oſus deſinẽtia magnitudinem ſignificant.l.ij.C.de pat.qui fi.diſtrax. Bald. in ſtatuc.percutere.nu. 3.

Et quod quartana dat locum redhibitioni,niſi ſit uetus quę iam põſsit ſperni,quia tunc non dabit,alias pugnarent duo hæc iura,tex.noſter ſcilicet,& tex.in d.§.ſed ſciendum,& nimirum quia neminem iugulat. Portius latro tamen latinus declamator tedio ſe interfecit.Sed à lege ita dicẽte diſcedendum non eſt.

Et quod podagra morbus eſt incurabilis iuxta illud,

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

imò quod podagra periit Ennius poeta.

Et quod uaſallum feudo priuat,.l. à muneribus.C.de decur.l.podagræ. C.qui mor. ſe excu. lib.x. Afflict.in c.j.in §.item ſi quis.nu.64. quib. mo.feud.amit.in uſib. Eſtque,ut frenum equo indomito,magnis uiris tamen, potentia & opibus, faſtu atque ſuperbia indomitis. dabit igitur ipſa quoque locum redhibitioni.

Et quod comitialis morbus eſt,ille, quẽ etiam maiorẽ primũ,Herculaneũ,ſacrum, infantilẽ, & uulgo caducum appellãt,quo agitatus quiſq; ore ſpumas emittit.Et infantilem pręcæteris qđ primam illam oppugnet ætatem. Greci quoq; diuinum uocãt, quod partẽ rationalẽ quæ lõge ſanctiſsima eſt,uiolet unde Apule.Madauren.

Eſtenim miſer, morbo comitiali hõ affectus, qui ter aut quater die ſæpenumero ſine ullis can-

taminibus corruit, omniq; membra conflictationibus debilitat, facie ulceroſus, fronte & & occipitio conquaſſatus, oculis hebes, naribus hiulcus, & pedibus caducus. Sed ne putes uelim, quod idem ſit morbus ſonticus, de quo in dicta l. quæſitum. & in dicta l. ob quæ uitia. in §. illud. & in l. fina. in §. j. ſupra & infra eodem, quia proprie is dicitur, qui cuique rei nocet. l. morbus. ff. de uerb. ſig. & qui cuiq; rei agendæ impedimento eſt litigantibus. d. l. quæſitum. hinc ſenium ſonticum. Et Tibul.

Non illi ſontica cauſa eſt.

Sed nimius luto corpora tingit amor. nõnihil Corn. cõſ. lv. nu. 29. uol. iij. Nõ igitur ſana mãcipia dici poterũt hoc quoq; caſu, morbo ſontico affecta. Et ad comitialis propoſitum audi luchre Ste canentem iij.

Quin etiam ſubito vi morbi ſæpe coactus
Ante oculos aliquis noſtros, vt fulminis ictu
Concidit, et ſpumas agit, ingemit, et tremit artus,
Diſipit, extentat neruos, torquetur, anhelat
Inconſtanter, & in iactando membra fatigat.

Et qđ deniq; febris, nil aliud eſt niſi motus corporis contra naturam ut ſignanter dicit tex. in d. l. quæſitum. Et morbus in genere, habitus cuiuſcunque corporis contra naturam qui uſum eius ad id faciat deteriorẽ, cauſa cuius natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. l. j. §. ſed ſciendum eſt, ſupra eo. Græci ipſum alias πάτος appellant. Finis.

Papinianus lib. iiij. reſponſorum.

ACTIONI REDHIBITOriæ non eſt locus ſi mancipium bonis conditionibus emptor fugerit: quod ante nõ fugerat.

Dubitãdi rationem faciebat, quod actioni redhibitoriæ ſit locus, ſi ſeruus fugiat poſt uenditionem, quia hoc uicij morbo, ſeu animi uicio, tempore uenditionis laboraſſe uidetur, quo caſu agi poteſt, iudicioque redhibitorio (ut dixi) locus erit, tenebiturque uenditor precium reddere ut in l. prima. in prin. & in l. ob quæ uicia. in §. j. & in l. redhibere. in §. ſi in fuga. ſupra eodem. & maxime quia ex præſenti in præteritum præſumimus, ut not. in l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. & hinc dicitur à ſimili, quod mulier, quæ confeſtim nupſit poſt mariti mortem, præſumitur in uita eius deliquiſſe. §. unum. in auth. de reſtitut. & ea quæ pa. in undeci. men. Bal. in l. j. §. ſi magiſtratus. ff. de rebus eorum. Id ultimo quoque adiicientes intuendum eſſe, ut falleciis uenditoris occurratur, ne emptor decipiatur, precium conſequatur, & uenditor ſeruum redhibere teneatur. l. prima. §. cauſa. & ſeq. l. redhibere. in princip. & in præalleg. §. ſi in fuga. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad hoc ut huic actioni ſit locus, requiritur quod morbus, ſeu uicium animi (ut dicebam ſupra) inſit tempore contractus. l. quæro. §. fin. infra eodem. at hic non inerat, quoniam bonis conditionibus (ut dicit text.) mancipium emptum fuerat; nec ante fugerat, ergo dictæ actioni ſiue iudicio redhibitorio locus non erit, remotaque cauſa remouetur effectus, ac cauſatum inquit Bald. in c. conſtitutis. col. ſecunda. de re iudica. & Barto. in l. ubicunque. in princi. ff. de interro. act.

Ex quibus dubitationem facientia ſublata manebunt namque primum non eſt uerum, quoniam ſi bonis conditionibus eſt uenditum, nec ante priuſque fugerat, ſumus in caſu claro & certo, in quo non cadit præſumptio. l. unica. §. accedit. ubi Glo. not. C. de rei uxo. actio. Barto. in l. fin. in princi. ff. quod met. cau. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Bald. in l. qua in prouincia. in §. diuus. colum. ſecunda. ff. de ritu nuptia. nec conſequenter ſecundum, & tertium, quia ſi præſumptioni locus non eſt, nec emptor ratione prædicta deceptus, nec redhibitoriæ conſequenter (ut diximus) erit locus. Vel ad primum reſponde aliter, ut infra in l. emptorem ubi de materia, de probationib. & ad declarationem eorum quæ habentur in dicta l. ſiue poſsidetis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod redhibitoria de qua hic, eſt una de tribus illis actionibus quæ oriũtur ex edicto ædilium Curulium, aliæ duæ ſunt quanto minoris, & in factum. l. ſciendum. ad fi. l. quod ſi nolit. §. in factum actio. ſupra & infra eo. tit.

Et quod ſi uenditor animi uicium promittit ut hic, dum dicit bonis conditionibus mancipiũ uenditum, præſtabit, ſin minus non, quia nec redhibitio fiet, nec precium reſtituere tenebitur, caſus eſt in l. ob quæ uicia. in §. j. ſupra eo.

Et quod ſi quid rurſum affirmauerit uenditor de mancipio, idque non ita eſſe emptor compererit & quæretur, aut redhibitorio aut quanto minoris iudicio agere poterit. l. ſi quid uenditor. in prin. ſupra eodem.

Et quod (licet non dicatur) horum unum ſemeſtre eſt, annale uero alterum. dicta l. ſciendum §. fin. ſupra eodem.

Et quod denique ueteres, ſeruos mancipia appellabant, eo quod captiuos, Imperatores uendi & non occidi iubebant, Mancipiaq; rurſum dicta fuere, quod ab hoſtibus capiantur manu, ut in l. iiij. ad fin. ff. de ſtatu ho. & in §. ſeruitus. inſti. de iure perſo. Non omittendum eſt tamen, mancipio etiam dari rem ea conditione ut pro euictione teneamus, & ſpondeamus, mancipio uero accipere, ea lege emere, Sic. Plaut. in perſa.

Eam te volo accurate, vt iſthuc veneat,
Ac ſuo periclo is emat qui eam mercabitur.

Mancipio neque promittet, neque quiſquã dabit, probum & numeratum argentum ut accipiat, face. Finis.

De euictione, & duplæ ſtipulatione.

Caius lib.x.ad edictum prouinciale.

SI FVNDVS VENIErit ex conſuetudine eius regionis in qua negociũ geſtum eſt:pro euictione caueri oportet.

Dubitandi rationem faciebat,quod non conſuetndo regionis in qua contractum eſt, attendi debeat, ſed judicij potius caſus eſt in l.tertia. in §.fina.infra de teſti. not. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinita. & fide catho. & in l.j. C. quæ ſit long. conſue. & uidetur etiam eſſe caſus in l. cum unus. in §. is qui. ff. de bon. auctori. iudi. poſſiden. Et quia quandoque uenditur res alibi ſita. l. j. C. de contrahen. emptio. quo caſu conſuetudo illius loci, deberet attendi, & non celebrati contractus. l. an in totum. C. de ædifi. priua. l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. Bar. in d.l.cunctos populos. nu. 27. C. de ſumma Tri.& fid.catho.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò pro euictione caueri oportet ex conſuetudine eius regionis, in qua negocium eſt, & in l. prima. C. de emancipa. libe. & in l.j. C.de uſur.& in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. & ratio deciſionis eſt, quia pactum inter ſe,gentis aut ciuitatis conſuetudine uel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine uiolandum eſt, c. quæ contra.viij.diſt.Old.pulchrè cõſ.ccxlviij. nu.1.uiolaretur autem conſuetudo regionis ſi nõ ſeruaretur hic,ergo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primum, quia id uerum eſt & procedit quantum ad ordinem iudicij & modum procedendi,non quãtum ad litis deciſionem & ſubſtantialia ſiue ſolemnia contractus, quia tunc ſecus ut hic dicitur, & in locis ſupraalleg. & maxime in dicta l. cunctos populos, ubi Bar. nu. 14. Alex. plene conſil.xlj.col. ij. uol. v.& conſil.cxvj.col.ij.uol. vj. Guid. Papæ conſil. ccxxj. nume. 8. Ex quo tollitur quoque ſecundum, loquens pariter in modo exequendi, quia æque conuenit (ut dicebat Fede. de Scalis diſputando)relatus hic per Bald.(ſolemnis enim doctor erat Bononien.relatus etiam per Bart. in l. ſi quis ſub conditione nume. 16. ff. de teſtamen. tut. & per Ange. in l. prima. in §. pueritiam. ff. de poſtu. & Alexan. conſil.lxj. col. j. uolumi. iiij. à me etiam celebratus in libel. de uiris Illuſtribus) quod iudex executionem ipſam faciat ſecundum ſuæ regionis conſuetudinem, non alienæ. l. fina. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. cap. ut animarum. de conſtitutio. in ſexto. Non obſtat ultimum, quia id etiam ſpecialem habet rationem, nec loquuntur iura illa, & minus Barto. in d. l. cunctos populos. in contractibus (ut hic Iuriſconſul.)non in delictis,uel ultimis uoluntatibus, ſed cum eſt quæſtio iuris, deſcendens à re ipſa, exempli gratia ſtillicidii, ne luminibus officiatur,an domus poſſit altius tolli,& tale quid aliud quo caſu rurſum conuenit, ut loci conſuetudine decidatur, ergo nihil ad rumbum, quod ſeruari nõn debeat illa loci in quo res geſta eſt,& ita loquitur Bar.& bene ibi diximus & nos ſatis Ancharan. in cap. canonum ſtatuta. colum.clxx.de conſtitutio. in rep.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime, quod tantum eſt dicere ut hic, & in l.ii.ſupra de ſeruis exportan.& alibi ſæpe,uenierit id eſt uenditus fuerit,à ueneo uerbo,quod ſub neutrali uoce habet paſsiui ſignificationem, idemque eſt & ſonat,ueneo, quod uendor. Hinc Sext.de uerbo.ſignifica.Venditiones olim,Cenſorum locationes dicebantur, quod uelut fructus publicorum locorum uenibant. Et Cice.pro Roſcio, primum hoc uideamos, eius hominis bona qua ratione uenierunt, aut quomodo uenire potuerunt,& ſermo.i.Hora.

Venit viliſſima rerum hic aqua.

Et quod diſpoſitio ſtatuti prohibitiui non abſolute, ſed ratione certe ſolemnitatis requiſitæ, ſi non interuenerit,nunquam trahitur ſiue extẽditur extra territorium,ut dicit Bar.in d.l. cunctos populos. in vi. qũ. principali.C. de ſumma Trinita. & fide catho. & Bald. in d. l.fina. ff.de iuriſ.om.iudi.& Areti.conſil.liiii.col.ii.& cõſi. lxxiii.col.iiii.Ancha.in d. repe. c. canonum ſtatu.col.clxx.de conſti.

Et quod ſimiliter matrimonium debet regulariter ſecundum conſuetudinem loci in quo cõtractum eſt,ordinari, præterquam tamen in caſu reſtitutionis dotis, quia tunc mariti domicilium debebit attendi.l.exigere dotem.ff.de iudi. not. in d.l.cunctos populos.Caſſan. conſ.vii. pulchre nu.1.Bal.in l.uoluntas.col.i.C.de fideicom.

Et quod ſic,ubi de pœna ageretur imponenda promittenti ſoluere, ſi non ſoluiſſet præſtituta die, quia à notario ſcribi non debebit niſi iuſſu & mandato iudicis, ac ſecundum loci conſuetudinem, & ut plene per Bal.in l.fina. col. i.C. de executio.rei iudi.

Et ꝙ deniq; quo ad ſubiiciendũ cõtractũ legibus loci, attẽdit cõtractus ubi uerba obligatoria proferunt & nõ ubi deſtinat effectus, ex quo hic locus ẽ potius fictus quã uerus,tradit Abb.ubi & nos ẽt diximus in c.fi.col.xii.de for.comp.Finis.

A D D I T I O.

Quod ſi homines uillarum aut caſtri tenentur præſtare corruatas (ſic enim in Delphinatu uocant,& nihil eſſe dicuntur niſi operæ quędam & præſtationes perſonales, in reparatione molẽdinorũ & ſimiliũ, eas facere & præſtare tenentur, ſecundum conſuetudines locorum ubi præſtantur,attendendas,ut Gui.Papæ teſtatur dicens,qđ ita ipſe etiam ſeruabat,deciſio.ccxvii.

De vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſsionibus, & mora.

Paulua lib.iij. reſponſorum.

ETIAM EX NVDO PActo debentur ciuitatibus vſuræ creditarum ab eis pecuniarum.

Dubitandi rõnẽ faciebat, uſuras, ciuitatibus nõ deberi, ex nudo pacto, qm̃ id eſt regulare, ſtipulatiõe opus eſſe. l. quãuis. C. eo. l. idẽq;. §. ſi quis Titio. ff. mand. l. ſi ex precio. C. ſi cer. pe. Bar. in l. ſingularia. nu. 15. ff. eo. Bal. in l. ſi pro patre. in §. j. in prin. ff. de in rẽ uer. Et quia ẽt pactũ nudũ actionẽ nõ producit. l. iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla. ff. de pac. nec ipſa numeratione ueſtitur, incõtinẽti appoſitum, iuxta tex. in l. rebus. C. de rer. permu. uſurarũ odio, & ut ẽt hic dicitur in glo. & hinc eſt, cũ iure diuino & humano, fœnua reprobetur, qđ appellatur dolus, nec ueniat in reſtitutione fideicõmiſsi qđ hæres periculo animę ſuę acquiſiuit ex uſuraria prauitate. l. quod aũt. ff. pro ſoc. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. l. cęteræ. ff. fam. her. Bal. cõſ. cxxxv. col. j. uol. j. Et furtũ ac rapinã, inqnit Inn. in c. ad noſtrã. de iureiu. idẽ Bal. cõſ. clxxxiij. ad fi. eo. lib. Et fœnerator cupidus & auarus. c. qm̃. xlviij. diſt. idẽ Bal. cõſ. cccxj. col. ij. uol. v. & dulcedo rurſum lucri præter naturã, dicebat adhuc idẽ in c. i. nu. 13. de iureiu. Et ne etiam duo ſpecialia ſimul concurrãt. l. i. C. de dot. promiſ. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure dot.

Contrarium tñ hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, utilitatis publicæ fauor, & quia (ut dicitur in l. fi. C. de ſac. ſan. eccl. in prin.) ſic nõ diſtingueret publicũ ius, à priuatis cõmodis, eſtq; ẽt arg. in l. iij. ibi ſed cur nõ eſt ĩ milite diuerſum. ff. de mil. teſta. & in l. nec honore. ubi glo. ſingu. C. de ẽpi. & cle. & ideò ſicuti licitè peti poſſunt, nec uiciat adiectio inutiliũ petitionẽ (ut proximè ſupra dr̃) nõ uitiabit pariter iſtud, qđ citra ſtipulationẽ hic ciuitati ꝓmiſſę fuerint, quominus debeantur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primũ, quia id uerũ eſt regulariter, ſed nõ in ciuitatibus rõne ſupra dicta, ex quo ratio illa etiã tollitur, qđ odio uſurarũ id fuerit inductũ, qm̃ ſublato hoc, qđ ſtipulationẽ deſiderẽt, tollẽt ẽt odij cõſideratio, ut in ſimili inquit Bar. ſupra ẽt citatus in l. ubicunq;. in prin. ff. de inter. ac. cæteraq; oĩa ad idẽ faciẽtia ceſſabũt. Nõ ob. ult. quia ſpecialia ſunt uenientia unum in cõſequentiã alterius, ut tradit Bar. in l. ſi is qui pro emptore. col. pe. ff. de uſuca. & in l. ſub conditione. in prin. ff. de ſol. & eſt ſimile in c. j. & ibi not. Abb. de præſcri. ubi fauore fidei ẽt in rebus immobilibus cõtra eccleſiam præſcribitur ſpacio triennij & cum mala fide quidem. Vel dicamus quod regu. fallat in ordinatis inuicem, quæq; ad unum coniunguntur effectũ ut hic, & per Bal. in l. ſi ſeruus. in §. ſeruus. ff. de fideiuſ. uel ut inquit ultimo Fely. quod concurrant, quia unum deſcendit ab alio, in c. cum M. Ferrarien. col. viij. de conſtitutio.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maxime, quod ſi pro pecunia traiectitia uſurę debẽtur, ẽt nudo pacto ut dicitur in l. periculi. ad fin. infra de naut. fœn. not. in d. l. quãuis. C. de uſur. multo magis debebuntur ciuitati pecuniarũ creditarum ut hic, & ratione ſupra dicta.

Et qđ qñ duo ſunt eandẽ uel ſimilẽ rõnẽ habẽtia, unius aũt mentio facta ſit, facta utiq; uidebitĩ exẽplariter nõ reſtrictiue. l. imperiũ. ff. de iu. om. iud. Bal. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de legi. & ideò (ut dixi) qđ hic hr̃, locũ ſibi uẽdicat ẽt alio caſu.

Et quod ſi duo ſint rurſua. ferè eandem rõnem habẽtia, & æquiparatio ſit facta per uiam regulæ, diſpoſitũ in uno intelligetur ẽt diſpoſitũ in alio, quãdo legẽ ita expreſſè dicentem nõ haberemua l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ubi gloſ. Soci. in l. ſciendũ. col. iij. ff. de leg. j. ergo multo magis quando habemus ut hic & in d. l. periculi.

Et quod utilitatia publicæ gratia exorbitant regulæ iuris. l. i. ff. ſolu. mat. quodq; ipſius ſemper conſideratio habenda eſt, ut ibi not. & ad ſatietatem plura congerit Ro. in l. ſi uero. in §. de uiro. in x. fallen. ff. ſol. mat. Fely. in c. nonnulli. in uerſ. ad euitandos. col. ii. de reſcrip.

Et quod denique eſt etiam alius caſus, in quo debentur uſuræ, citra ſtipulationẽ, ſi frumentum uel hordeum mutuo detur contrahi enim põt in hiſce rebus quæ pondere, numero, menſuraúe cõſtant, ut notum eſt. l. ii. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet.) & pacto nudo promittãtur, caſus eſt in l. frumẽti. C. de uſu. pari rõne ut hic. & nota nõ modo frumenti (obiterq; dictum ſit) uerum ẽt hordei mentionem ibi fieri, quoniam ex eo, panis uſitatiſsimus erat antiquis cibus, ut teſtatur Galen. in lib. de alimen. tametſi hodie & apud nos ueſci his frugibus ſoleant equi, & non homines, uerum adde, quod etiam num in præcationibus deorum placentis hordeaceis ferè utebantur, author eſt Home. iliad. i. & ii. & alibi ſæpe. Finis.

De nautico fœnore.

Modeſtinus lib. iiij. regularum.

IN NAVTICA PECVnia ex ea diẽ periculum ſpectat ad creditorem ex quo nauem nauigare conueniat.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod ſtatim pecunia numerata, creditoris periculum ſit, quia ſi traiciẽda eſt, perinde eſſe uidebitur, ac ſi debitor nauigare cępiſſet. l. abeſſe. l. q. mittunt. ff. ex quibus

bus cau.maio.Imò plus dico,quod nec creditoris eſt periculum,ſed debitotis.l.incendium.C.ſi cer.pet.ex quo genus nunquam perit.l.in ratione.§.incertæ.ff.ad legem Fal.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.obl.d.l.incendium.not. in l.quod te. ff. ſi cert. peta. & quod uſuræ legitimæ tantum debentur per ſtipulationem.l.eos.l.quãuis.C.de uſu.ergo non pacto nudo,& ultra legitimum modum, ut hic præſupponitur inque pecunia naurica,ſeu traiectitia.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia ſi traiectitia pecunia dicta eſt, eo quod transmare uehatur, nec adhuc uecta ſit, nec cœpta nauigatio, quanquam nauigaturus ſit debitor,talis dici non poterit, ergo nec periculũ ad creditorem pertinebit.l.j.ſupra eo.argu. in l.iiij.in §.totiens.ff.de dam.infe. nec ſecus probãt iura ſupra alleg.quicquid dicatur, ſi recte intueãtur. Et hoc eſt quod ad propoſitum ſubiicit text.in d.l.j.quod ſi conſummatur in loco in quo numerata eſt, traiectitia non erit. Ex quo tolletur prima dubitãdi ratio. Non ob.ſecundum, quia id regulariter uerum eſt,& ultimum ad idem pariter ſed non in pecunia nautica, tolerabileque eſt hoc caſu ex quo periculum in ſe ſuſcipit creditor argumentum in l.ſecundum naturã.ff.de reg.iur.& in l.unica.in §.pro ſecundo.C.de cad.tol. ut nudo pacto debeantur, & etiam ultra legitimũ modum,ſpecialeq; eſt hac ratione pactum huiuſmodi etiam ſine ſtipulatione prodeſſe ad obligationem augendam inquit text.in l.periculi precium ad fi.infra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maxime quod quẽadmodũ pecunia traiectitia uocatur,ſeu nautica,& ſic fœnus,nauticũ ſcilicet, ſic ẽt inde dici poſſint uſuræ maritimę,ut vr̃ innuere Iuriſcon.in l.fœnerator.in prin.infra eo.

Et quod a ſimili ſi emptor ſe ſubiiciat periculo fortunæ periculi precium eſt,multa Bal.conſ.ccx.col.ij.uol.iij.

Et qđ ſi mercator à me recipit hic Patauij centũ,& occaſione cãbij facit mihi dare in urbe Neapolis,nonagintaquinq; nõ erit uſura,dũmodo nõ excedat modũ,ſed ſecundũ gñalem conſuetudinẽ mercatorũ fiat,uerũ erit periculi ꝑciũ, ut in d.l.pericu li,idẽ Bal.in rub.C.de cõſti. pec. in prin.

Et qđ ſi fideiuſſor aliquid accipit ꝓ ꝑmio ſuſcepti oneris,& pro debitore ſoluat,illud qđ accepit ꝓ fideiubẽdo,nõ cõputat̃ in eo qđ à debitore repetit per actionẽ mãdati,quia id qđ accedit ſorti,nõ accedit ex eadẽ cã,alias foret uſura,& ſortẽ extenuaret,ſed ex alia premiũq; cõſequit̃ pp anceps periculũ fideiuſſionis,nõ ꝓpter ſatisfactionẽ obligationis, ut pulchre adhuc declarat idem Bal.in l.antiquæ.col.j.C.ad Velleia.

Et quod deniq; ſi quis in ſe periculum ſuſcipiat ſimpliciter,et ſit is ad quẽ pertinebat ante cõtractum, tenebitur de caſu fortuitu, & latius ut per Bar.in l.ſed & ſi quis in §.quæſitum.num. 3. ff.ſi quis cau. Finis.

De probationibus & præſumptionibus.

Paulus lib. vj. reſponſorum.

EMPTOREM PROBARE debere eum ſeruum de quo quæritur antequàm emeret fugiſſe.

Dubitandi rõnem faciebat, qđ emptor onere probationis nõ ſit grauãdus,quia ſi fugit nũc ſeruus & poſt emptionẽ,prę́ſumptio eſt qđ fugerat ẽt ante,& ſic qđ eſſet hoc cũ uitio maculatus,ex præſenti enim præſumitur in ꝑteritũ, ut not.in l.ꝓxi.& in l.ſiue poſſidetis.C.eo.uſq; adeo ut actioni redhibitoriæ ſit locus. l. i. ff. de ædil.edic.ergo emptor probare nõ tenebit̃, & ſi nlla probatio facienda eſt, fieri utique debet ſerui interrogatione, eiuſque dicto ſtandum. l.quæro.§.fin.eodem titu.

Cõtrariũ tñ hic deciditur,& rõ deciſionis eſt, quia ei incũbit ꝓbatio qui dicit, nõ ei qui negat l.ii. ſupra eo.& qui accuſare nolunt probationes habere debẽt.l.qui accuſare.C.de edẽ.l. actor qđ aſſeuerat.C.de prob.& maxime quando id quod probandum uenit, eſt fundamentum intentionis agentis. l. ob carmen. §. fin. ff.de teſti.& ut per glo.in l.eum actum.ff. de neg.geſt.& not.in l. in illa.ff.de uerb.obl.ut hic.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia eſt præſumptio translatiua, et in materia contingenti prout iſta,regulare eſt,ſi ſtatus præſens non poteſt concurrere cum naturali ueritate præteriti,ut ex præſenti in pręteritum non præſumamus,quia licet fugiat nunc ſeruus(ut dixi) non propterea ſequitur quod fugerit olim, ita Bald.in l.ex perſona.col. i.C. de proba.& adhuc not.in d.l.ſiue poſſidetis. Non ob. ſecundum, quia eſto quod dicto ſerui etiam credendũ ſit, non id propterea tollit quominus dominus probare teneatur, prius fugiſſe, ut tex.met dicit in præalleg.§.fin.& in l. ſerui.infra de teſti. Imò uidetur quod nec ſeruus poſſit interrogari.l.ſi ſine.in prin.ff.de interro.act. ubi ad literam dicitur ſi ſeruus interrogetur, quod interrogatio eſt nulla.Niſi replicetur id uerum eſſe, quia in iudicio facta fuerat.l.ſeruus.C.de iudi.& aduertit gl. declarando in d.l.ſi ſine.uel dic de facto ſuo poſſe interrogari,non de alieno, & ut alias fuſius in l.cum probatio.infra eo.& in d.l.ſerui.& in l.interrogari.C.de quæſtio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod negatio liquida eſt iuris pręſumptione, quandoquidem probata ſit eo ipſo quod non probatur contrarium,ut per Bal. in c.fi.col.i.de probatio.nimirum igitur ſi emptor hic probat ſeruum fugiſſe prius.

Et quod ad idem, negatiua quæ non refert ſe

ad certam ſcripturam, nec eſt coartata ut hic, non eſt probanda, ex quo probatio debet fieri per cauſam non entis, non eſt cauſa, nec demonſtratio, .l eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. ergo, tradit pulchre & fuſius idem Bal. in l. cum mulier. col. xv. ff. ſol. ma. ergo (ut dixi) emptoris onus erit.

Et quod à ſimili dicenti bannitum rupiſſe confinia incumbit onus probandi inquit Bar. in l. relegati. ff. de pœn.

Et quod ad hæredē ſic pariter ſpectat probare mutatam defuncti uoluntatem. l. Lucius. in fin. ff. de leg. ij. not. in l. quingenta. & in l. cum qui. infra eo. Pau. Caſt. conſ. cxcvij. col. j. uol. j. bonus tex. adhuc in l. ſi pater. ff. de man. uind.

Et quod denique probatio præſumptiua, trāſfundit onus probationis in aduerſarium ut hic, namque præſumptio erat pro ſeruo, quod fugitiuus non eſſet, quodque non fuiſſet prius, argumentum in l. merito. ff. pro ſoc. & in c. j. de ſerui. fa. ergo nimirum ſi emptor contrarium dicens, probat l. cum de indebito. infra eo. l. nō epiſtolis. l. ſiue poſsidetis. prælleg. C. de proba. Seyſel. in l. ut ulm. col. viij. de iuſti. & iur. Finis.

Vlpianus lib. j. reſponſorum.

EVM QVI VOLVNTATEM mutatam dicit probare hoc debere.

Dubitandi rationem faciebat, quod uoluntas mutata præſumatur, nec opus ſit probatione, dicenti eam mutatam fuiſſe, ut hic & in l. cum tacitum. ſupra eo. & in l. fideicommiſſa. in §. ſi rem. ff. de leg. iij. quia ſi fideicōmiſſum hæredi iniunctum ſit in primo teſtamento, deque eo nulla mētio facta ſit in ſecundo, præſtari non debebit, præſumeturque uoluntas mutata abſque eo quod probetur, caſus eſt in l. ſi tibi certam rem. ff. de adimen. lega. & maxime ex interuallo, quia incontinenti non ita facile mutari præſumitur. l. non ad ea. ff. de condi. demon. Bald. in c. Cumana. nu. 8. de elect.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia affirmanti aliquid, incumbit onus probandi, ut dicebam proxime, & ut in l. ij. ſupra eodem. & in d. l. cum tacitum. & in l. qui accuſare. C. de eden. & in l. in illa. ff. de uerborum obliga. & aliis ad idem prælega. & nouiſsime in l. in exceptionibus, infra eodem. Alex. in l. is poteſt. col. iij. ff. de acqui. hæred. & probatio hęc affirmantis aliquid, ut hic mutatam uoluntatē fuiſſe, apud Rhetores, confirmatio appellatur, qua cauſæ noſtræ dubiæ & controuerſæ auctoritatē fidemq; facimus, atque præbemus. Et ad propoſitum facit quod dicitur in l. j. C. de no. uectiga. impo. non po. ibi quod in libello contuliſti proba. Bal. pulchre conſ. xxxvii. col. j. uol. ij.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nāque in dicta l. ſi tibi. idcirco mutata præſumitur, quia teſtator uidetur uoluiſſe hæredem ſuum grauare minus quàm poſsibile ſit l. unū ex familia. §. ſi rē. ff. de lega. ij. Et ſi diceretur, quod hęc ratio militat etiam in caſu dicta l. cum tacitum, ubi idem caſus & tamen mutata non præſumitur, reſpondeo eo caſu non præſumi, quia relinquendo incapaci, tacitæq; rogando hæredem ut relictum ſibi reſtitueret, ipſumque roganti fidem accommodando, ueriſimile, idem uoluiſſe etiam in ſecundo teſtamento, quanquam dictum non ſit. c. quia ueriſimile. de præſumptio. Sentit glo. in d. l. cum tacitum. & bene. ergo. ex quo tollitur etiam aliud quod ex interuallo maxime præſumatur, quia nō eſt uerum, niſi factum fuerit declarata, uel (ut diximus) probatum, & ita loquitur Bald. in dicto c. Cumana. Imò quod ſemper arguitur & communiter ualetque argumentum à perſeuerantia uoluntatis præſumptione ut hic & in l. ſi mihi & tibi. in §. interdum. ff. de lega. j. & in l. ſi chorus. ad finem. ff. de leg. iij. & in l. ſancimus. C. de teſt. & in l. præcipimus. C. de appel. & ita arguit etiā Venaf. conſ. xii. col. i. & ex adductis quoque, ſupra ſatis ſuperque conſtat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod uoluntas & intentio naturaliter mutari poteſt, neceſſarioq; euenit, quia anima hominis nōn ſtat ſemper in eiſdem motibus. l. i. C. de ſacroſanct. l. diui. §. licet. ff. de iure codicillo. Bald. conſil. ccccxxiiii. uol. primo. ſed hoc ipſum probari debet.

Et quod ſi quis ſemel dixerit ſe nolle intereſſe electioni, ut feci ego aliquando iuſtis de cauſis, non eſt ulterius citandus ex quo ſemper eſſe prę ſumitur eiuſdem dei & uolūtatis ut inquit idem Bal. in c. eccleſia ueſtra. col. ij. de electio.

Et quod durare præſumitur, niſi probetur mutata, ab eo qui hoc ipſum affirmat, uſq; ad ſupremum uitæ exitum. l. cum hic ſtatus. §. primo. ad finem. de donatio. inter uirum & uxorem. dicta l. cum tacitum. ſupra eodem. capitulo cum marthe. de celebra. miſſa. Ioann. Monach. in capitulo licet. de procuratori. in ſexto. & ibi in additio. probus egregius ſanè Iuriſconſ. Seyſel. in l. fi. col. ii. C. de pac.

Et quod perſeuerantia uoluntatis præſumitur, uel bona uel mala fuerit, imò etiam fraudulosa. capitulo maiores. de baptiſ. dicta l. non ad ea. ff. de cond. & demon. Bal. in prælleg. c. quia ueriſimile. col. ii. de præſump.

Et quod denique, nec uoluntas hæretici mortui, mutata præſumetur, (quod ferè idem eſt) ut per text. in dicto capitulo maiores. & in l. ambiguitatem. C. de uſufruct. inquit Bellame. deciſio. dclxxxix. columna penultima. & idem in timore & metu eſſe confirmat Caſsiodo. deciſio. iij. nu. ij. de dolo & contu. Finis.

De te-

De teſtibus.

Licinius Rufinus lib. ij. Regularum.

IDONEI NON VIDENtur eſſe teſtes quibus imperari poteſt ut teſtes fiant.

Dubitandi ratione faciebat, qđ teſtes etiam minus idonei admittantur,& quibus imperari poteſt, quia familiares & domeſtici admittuntur. l. conſenſu. C. de rep. Et ciuis pro ciue. l. in tantum. ff. de rerum diuiſ. Et quia denique facultas probationum anguſtari non debet. l. quoniam. C. de hære. c. quoniam. in prin. ut lite non cont. c. fi. de fi. inſtru. c. cum dilecta. §. nos igitur de confir. uti. uel inuti. quoniã principaliter ob bonum publicum introducta eſt l. j. ff. de teſta. d. l. quoniam. Bald. conſi. cccxvii. ad fin. uolu iiij. Et hoc quod dicebat etiam Roma. quod edictum de teſti. debet eſſe amplum in l. de pupillo. in princ. col. ij. ff. de no. ope. nun.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia lites & iudicia ſine ſuſpitione procedere debēt. l. apertiſsimi. C. de iudi. l. omnibus. C. de teſti. cap. quod ſuſpecti. iij. quæſt. ij. eſt uerum quod qui recuſat ſine cã tenetur actione iniuriarum ut ſentit Bal. in cap. ſuper quæſtionum. nu. 1. de offi. deleg.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere. Nõ primum quia plerunq; admittuntur, nõ regulariter, ſed ſpecialiter quo ad ea quæ fiunt in domo, quęque probare debent per eos de domo tradit Bald. in l. quicunque. col. j. C. de ſer. fugi. & melius in l. lex, quæ tutores. C. de admi. tuto. & in l. fin. in §. licentia. C. de iu. deli. & conſi. cccxcii. col. ij. uol. j. & conſi. cccxxxvij. col. j. uol. iij. & Calde. conſil. iiij. de proba. & conſi. ij. de teſti. & conſil. xxv. de teſta. Non ſecundum, quia admittitur ut ibi not. ſi nullum commodum ſibi acquiratur, uel in cauſa uniuerſitatis & urbis, non propria & priuata. d. l. omnibus. C. de teſti. l. nullus. infra. eo. l. ſed ſi hic. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. & ut hic per glo. Non denique & ultimum: quia non anguſtatur, ex qualiter probatio fieri poteſt, alias minus idonei in ſubſidiũ admitterentur. d. l. conſenſu. Bar. in l. j. in repet. nu. 12. ubi etiam Iaſ. lectu. ij. col. ij. C. de ſumma Tri. & fi. catho. Aret. conſi. lxj. ad finem. Crot. in tractatu de teſtib. numero 49. & 71.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod pater imperat filio, dominus ſeruo, & Abbas monacho, nimirum igitur ſi hi non ſunt idonei teſtes ut hic dicitur aduerte tamen, quia eſto quod imperent non tamen imperium habent ut magiſtratus. l. poteſtatis uerbõ. ff. de uerb. ſign. ſiq; imperant id ſolum faciunt ratione patriæ & dominicæ poteſtatis, ut hic no. & in d. l. poteſtatis uerbo.

Et ad idem quod licet magiſtratus omnibus imperet non ideo minus quis idoneus teſtis dicitur, quia adeo ut dictum hic ratione patriæ & dominicæ poteſtatis, intelligatur, alias (ut rurſum hic not. per glo.) nullus eſſet idoneus dicta abſurdiſsimum. l. ueluti. ff. de iuſti. & iu. l. ſi quando. C. de teſti.

Et quod figuratus modus loquendi hic eſt per Methonymiam, & quo tantum eſt dicere, ut teſtes fiant, quantum eſt ſi dixiſſet ut teſtimonium prohibeant, ſiue ut teſtes ſint, qui olim & antiquitus ſuperſtites dicebantur poſtea parte nominis ablata & ſic per aupherēſim (ut grammatici dicunt) teſtes uocati fuerunt. c. forus. ad fi. de uerb. ſignificatio.

Et quod teſtes idonei ſunt qui nulla exceptione repelli poſſunt, ut hic,& in l. teſtis idoneus. infra eo. & in c. j. extra eo. & ibi gl. no. declarat ſicque deſiderantur à forma quaſi irreprehenſibiliter, apti & utiles, & fere duplex habentes donũ.

Et quod denique uerbum uidetur, quandoq; ueritatem importat ut hic tametſi communiter impropriam habeat ſignificationem. l. j. §. deieciſſe. ff. de ui & ui arma. & ſenſus eſt, quod idonei eſſe non uideantur, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant id eſt non ſint, prealleg. l. teſtis idoneus infra eo. & eſt ſimile in l. naturaliter in princi. & ibi no. Aret. & Iaſ. ff. de acquir. poſ. Bart. in l. j. in prin. ff. de uent. inſpi. Finis,

Pomponius lib. xxxiij. ad. Sabinum.

AD FIDEM REI GESTAE faciendum etiam non rogatus teſtis intelligitur.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtis debeat eſſe ad fidem rei faciendam rogatus, alias idoneus non ſit, quia uideo quod in ultimis uoluntatibus regulare eſt, rogari, ſcilicet & quod ignotus admittitur. l. hac conſultiſsima. C. de teſtam. imo plus quod ita etiam de conſuetudine ſeruatur, quibus ſanè utpote illuſtribus perſonis credẽdum eſt ſecundum Bar. in l. de quibus in rep. nu. 11. ff. de legib. minime autem mutanda ſunt quæ longam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. eo. l. imperatores. ff. de præca. not. in d. l. quibus ergo. Et quia ſic etiam ultro deponere uidetur & male l. quæ omnia. ff. de procura. Gul. de mon. landu. in clem. Romani ſuper uer. accerſiti de iurei. Rora deciſio. ccclxxij. in prin. in nouis, Bar. in l. poſt legatum in §. his uero. in prin. ff. de his quib. ut indig.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ubi eamq; de non magno agitur præiudicio, ſufficit quod teſtes deponunt per alterum ex quandoque ſenſibus de quibus in l. teſtium. C. de teſtib. & in l. quod uero. in §. ſi uenditorem. ff. de acquir. poſſ. hic autem agebatur tantum de fide rei geſtę facienda, ergo. Et quia rogi-

tus

tus ad idem non requiritur ut teſtis uideat & audiat id de quo quęritur, imo qđ ſatisfit legi quomodocunq; rei geſtę fides teſtibus conſtet.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, nō primum, quia (ut dicit gloſ. & omnes hic) eo caſu eſt ſpeciale, propter formam traditam à lege & quia de magno etiam agitur præiudicio, & ubi maius eſt periculum ibi cautius etiam agendum eſt c. ubi periculum de elec. in vj. l. j. §. ſed et ſi quis. ff. de carbo. edic. c. fin. de procu. in vj. Et quia ita ēt ſeruatur de conſuetudine (ut ibi teſtatur Saly.) ſtatutq; iſta ſimul quod rogatus non ſit, nec propterea dicatur ignotus.

Non ſecundum, ad propoſitum, quia non eſt uerum ad fidem rei geſtę faciendam, et qui contrarium dicit probet iuxta not. in d. l. de quibus, & in c. j. de conſtitutio. in vj. in ultimis uoluntatibus autem ſic ut ſupra. Non deniq; tertium, & ultimum, quia id (ut in locis ad idem allega. dicitur clare) ad citationem concludit, non quod rogitus requiratur, & nouiſsime habetur in §. ſi uero ignoti in auth. de teſtib. & in l. uxori in §. qui eo. ff. ad leg. Corn. de ſica. Alex. conſ. lxviij. col. ij. & vj. uolum. ij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod exceptio aliquo caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quęſitum. §. deniq; ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. not. in c. cū dilecta de confir. uti. uel inuti. quia ſi rogitus aliquo caſu requiritur ut hic per doc. & gl. ante eos imò quod nec pręſumitur niſi probetur ut not. in l. ſciendum. ff. de uer. obl. & in §. nos autem in authen. de tabellio. regulariter cōtrariū erit uerius.

Et quod ſermo mutilatus ſubauditione iuuādus eſt l. oratio. ff. de ſpōſa. l. j. & ibi no. ff. de teſt. l. quod filiofamilias ſupra mād. nanq; hic dicit, nō rogatus teſtis intelligitur, ſubaudi idoneus, niſi replicetur ex lege præcedenti intelligi dum idonei mentionē facit argumentum in l. non eſt nouum. ff. de leg. & in l. utrum. ff. de peti. hę. not. Soc. in l. j. in prin. ff. de reb. dub.

Et quod quanquam uerbum intelligitur, fictionem importet ut ſonat. l. intelligendus. ff. de uer. ſig. l. ſi familia. ff. de iur. om. iud. l. fin. C. de imp. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſer. urb. prædio. attamen quādoq; etiam ueritatem ſignificat. l. qui ſolidum in prin. ff. de lega. j. & hic, ſenſusq; eſt, non rogatus teſtis idoneus intelligitur idest teſtis idoneus eſt. Cor. conſ. ciiij. col. ij. uolum. j. Curt. iun. olim collega conſ. l. num. 4.

Et quod cum myſterio, ad fidem rei geſtę faciendam dixit hic Iuriſcon. quoniam uerba hæc, non pertinent ad ius teſtandi. l. uerba geſſerunt ff. de uerb. ſig. Bart. in l. j. in §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Bal. in auth. ſacramenta puberum col. ult. C. ſi aduer. uend. nimirum ſi uno caſu rogitus requiritur alio uero non.

Et quod denique quanquam uulgo dici ſoleat quod abundās cautela non noceat. l. teſtamētum C. de teſta. fieri tamen non debet quod factū non releuat. l. hæc ſtipulatio. § diuus. ff. ut lega. no. caueа. Bar. in l. ij. in §. quod obſeruari col. j. C. de iu. Cal. & in l. ad probationem. C. de prob. & in l. liberationem in §. j. in prin. ff. de lib. leg. Finis.

Venuleius lib. ij. de iudiciis publicis.

IN TESTIMONIVM ACcuſator citare non debet eū qui in iudicio publico reus erit, aut qui minor. xx. an. erit.

Dubitandi rationem faciebat, quod reus eiuſdem criminis, uel pupillus poſsit eſſe teſtis, utilitatis publicę fauor & ne delicta (ut aiunt uulgo) remaneant impunita. l. ita uulneratus. ff. ad legē aqui. c. ut fame de ſen. exco. Nequiſsimorum hominum enim in probitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non ſolum utile eſt reip. ſed etiam neceſſarium inquit Cic. in familiar. lib. xii. Et qua ratiōe amplius, Taliōis pœna conſuetudine abolita eſt, quia territi homines rigore iuris antiqui non accuſabant, & ſic delicta impunita manebant, ut dicunt Saly. & Ang. in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſ. & in auth. ſed nouo iure. C. ad leg. Iul. de adul. Io. And. in addi. Spec. in §. uiſo ad fi. de accu. et Fely. in c. ſuper his col. iiii. eo. tit. Et quia (ut etiam dicebam in l. idonei) facultas probationum non debet anguſtari. l. quoniam. C. de hære. cum aliis ibi allegat. adde nouiſsime quod hinc ſtatuta ſunt odioſa ſubtrahentia facultatem probandi hac ratione ut inquit. Ancha. conſ. cclviii. col. i. Et plus alibi quod ubicunque quis arguitur de delicto propter difficultatem probationum ſufficiunt probabilia argumenta conſ. cclxxxvi. ad fin.

Contrarium nihilominus hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia infamis nō poteſt eſſe teſtis, ut is qui publici iudicii reus eſt c. licet ex quadam de teſti. l. iii. §. lege Iulia ſupra eo. Bart. in l. Caſsius. ff. de ſenato. Et quia quodammodo ſocius criminis uidetur, ſaltim propter ſimilitudinem, is autem repellitur pariter nec in teſtimonium adduci poteſt. l. quoniam liberi & ibi not. C. de teſtib. ergo et hoc eſt quod dicitur etiam in c. forus in fin. ibi nec enim poteſt iuſticia cū ſcelerato homine habere commercium de uerb. ſig. Et quia (quo ad pupillum ſiue minorem ann. xx.) imbecille eius eſt iudicium. l. i. ff. de mino. ignoretq; ea ætas quid uideat. l. i. C. de fal. mo. Et hinc eſt à ſimili quod eidem lege Aelia ſentia nō permittebatur ſeruum manumittere niſi uindicta apud conſilium iuſta manumiſsionis cauſa approbata fuiſſet ut in §. eadē inſtit. qui & ex quib. cau. ma. li. dixi ego late hæcq; omnia declaraui in l. i. ſupra de offi. eius lectu. iiii. eſt uerum ſi ex officio uellet iudex. d. reum examinare ad informationē curiæ, quod poſſet ut not. alias in l. ii. & ibi plenę etiam dixi. C. de edend. Et pupillum pariter, ſed

non

non ut probet, uerum quale quale faciat indiciū, ut hie dicunt doc.& eſt gl.ſingu.in l.fi.C.ad Syllania.Spec.in §.j.de teſte.nu.33.& 34.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare non primum, quia abſurdum plerunq; roleratur ut ni‑tetur abſurdius, quemadmodum dicitur in d.l.ita uulneratus ad fi.& in ſimili Bar.in l. cunctos populos.in v.oppo.C.de ſumma Tri. & fide cath.& ſic quod delictum potius impunitū maneat quam admittatur quis ad teſtificandum cōtra legem, & qni de iure admitti non poteſt, uel dic quod non remanent impunita ex quo uel aliis teſtibus uel tormentis, & confeſsione rei accuſati ueriſimiliter eruetur ueritas.c.nos in quemquam . ii. qō.j.

Ex quo ſecūdum, quoq; tollitur, qm̄ debet intelligi id ſi poſsit ueritas aliter haberi, uel (ut dicebam) quod non anguſtetur, cum poſsit ex officio examinari & minor ut ſaltim indicium faciat.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod tantum eſt dicere in teſtimonium citari aliquem, quantū eſt ſi dicatur in teſtē Methonymiaq́; figura eſt, uel in teſtimoniū, hoc eſt ad teſtimonium ferēdum, ſiue ut teſtificetur.

Et quod, quanquā apud ueteres (autor eſt Ci. in lib.de ora.) rei dicerentur omnes non modo delicti, ſed etiam illi inter quos de aliqua re eſſet diſceptatio. Et reus nomen ſeu uerbum firmitatis ut per glo.in rub.de duo.re.et ſi ſimplieiter proferatur a lege, qnod de reo debendi intelligi debet.c.diſpendia.§.reus quoque de reſcript, in vj. Bal.in l.j.per illum tex.ff.de duob.re.et reus ſtipulandi, & promittendi, et reus uoti ideſt aſtrictus uoto iuxta illud Mantua, uatis.

Conſtituam ante aras Voti reus, et ſic à re.c. forus uerſ.reus de uerb.ſig.à contractu, ab efficacia & firmitate ſtipulationis, & quandoq́; à ueritate & ut latius per glo.in d.l.j.ubi multa quoq; Ioan. Ronchegallius Gioldus, egregius ſanè Iuriſconſ.noſtra ætate, mihiq́; cum multis officiis tū maxima familiaritate coniunctus & Bal. in l.j. in prin.ff.de uerb.obl. hic tamen à reatu dicitur, quia accuſationis & publici iudicij, mentionem facit tex.& ita legitur etiam in c.j.de re iud.in vj. & in l.Pantonius in §.rei.ff.de acquir.hær.& in l. propter ueneni quæſtionem in §.fi.ff.de S. Conſ, Syllania.& in l.sdulteram.C.ad l.Iul.de adulte.

Et qđ ſicuti hic teſtis eē nō pōt reus criminis, ſic alibi à ꝓcuratoris officio repellit̃ pariter, alia tamē ratione, ut in l.reum eriminis.C. de procu.

Et quod plerunq; accuſator ſiue pars officium executoris ſibi uſurpat, quòd tamen intelligi debet commiſsione iudicis.l.cum qui. §.ſi epiſtola. ff.de fur.uel exponi (ut per gloſ.) quod accuſatus hic citauit ideſt citari fecerit & uerius eſt.l.furti §.mandati (in ea allegat.) ff.de his qui not.infa.

Et quod denique minor quanquam teſtis eſſe non poſsit ut hic poteſt tamen teſtificari de his quæ uidit in pupillari ætate. c. pueris ubi multa dicit Fely.de ſenten. exco.qui tandem concludie quod iſta ſit communis opi.ibidem ad fin. Finis.

Paulus lib.v.Sententiarum.

TESTES EOS QVOS ACcuſator de domo produxerit interrogari non placuit.

Dubitandi rationem faciebat, quod domeſtici poſsint interrogari & eſſe teſtes, & ab accuſatore in cauſa produci, caſus eſt in l.conſenſu.C.de repud.et in l.iij. in §.lege Iulia ſupra eod. & in l.iij. in §.duæ cauſę.ff.de carbo.edict. Et quia facultas probationum non eſt anguſtanda.l.quoniam.C. de hære.maxime quia ſcit bene index quanta ſit fides teſtibus adhibenda.d.l.iij.§.j.ſnpra eod. ibi tu magis ſcire potes.

Contrarium tamen hic deciditnr, et ratio deciſionis eſt, quia ſuſpicatur lex ne pro acccuſatore deponant, uerum quia iudicia ſine ſuſpicione procedere debent, et æqualitas ſeruari inter partes, æque conuenit domeſticos & familiares à teſtimonio repelli et quia nil grauius eſt quam ſnmere teſtes de domo accnſatoris ut tex.met dicit & in l.nimis graue. C. eod. et quia timent dicere ueritatem ut per Ro.conſ.ccclxxxij.col.j. Et quia edictum de teſtibus, prohibitorium eſt certarnm perſonarum.l.j.ſupra eod. inter quas ſunt domeſtici & familiares ut hic & in l.etiam.C.eo.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare nō primo tex.in d.l.conſenſu, quoniam procedit quo ad ea quæ ſiunt in domo, quęque probari nō poſſunt niſi per eos de domo.l.quicunque & ibi Bal. in prin.C.de ſeru.fugi.melins idem Bald.in l.lex quæ tutores.C.de admi.tuto. Aret.cōſ. vij.col.x.

Non etiam tex.in d.§.lege Iulia.& dnæ cauſæ. qnia not.ibi, qnod tempore depoſitionis nō erat domeſticus, igitur nimirū ſi admittitur quanquā fuerit tempore contractus ut pulchre etiam docet Pau.Caſt.in d.l.etiam et bene. Non obſt.ulti. quia ea ratione etiam alius quilibet prohibitus poſſet admitti quod tamen eſt falſum et licet iudex ſciat qnanta ſit fides adhibenda teſtibus, ſcit quo ad teſtes qni poſſunt adhiberi non qui prohibiti ab edicto, igitur non etiam hoc caſu dictū Iuriſcon.in d.§.j.locum habebit.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod inter familiares & domeſticos non eſt differentia ut à teſtimonio repellantur, al iás ſic, quia illi proprie familiares ſunt qui uiuunt expen.alicuius domeſtici uero ſuis.c.fi.de uer.ſig.in vi.l.ſi chorus in prin.ff.de leg.iii.l.ꝓnunciatio.§.familię.ff.de nerb.ſig.

Et quod in criminalibus probationes debent eſſe luce meridians clariores.l.fin.C.de probati. l.qui ſententiam.C.de pœn.l.ſinguli.C.de accuſ. figuratusq́; loquendi modus eſt quem grammatici hyperbolicum nocant, quia tamen generalis eſt lex etiam præalleg. nec crimininali cauſa neç in pecuniaria admittuntur.

Et quod Cic.in ora.pro l.flacco, ibi de ſubſelliis quæror, nil aliud uoluit dicere niſi de domo

accuſatoris

accuſatoris teſtes ſumendos non eſſe ut ſupra.

Et quod quãquam domeſticus accuſatoris repellatur, non tamen repelletur domeſticus teſtis, ex quo prohibitio non eſt extendenda. c. inſinuãte de oſti. de. notandumq; dicit Bald. in l. qui teſtamento in §. quæcunq; col. ii. ff. de teſta. Corſe. in ſingu. teſtis incip.

Et quod deniq; non repellerentur domeſtici forte ſi uel de innocentia probanda ageretur, uel eſſent tres, quia tunc numerus defectum ſuppleret ut tradit Specu. in §. i. uer. ſed nunquid eas de inquiſitio. & Iaco. But. in d. l. iii. et Alex. conſ. v. col. iii. uol. i. qđ nec minus notãdũ eſt pro limitatione huius. l. & d. l. etiam. C. eo. Finis.

ADDITIO.

Quod fieri non debet, quod factum non releuat uulg. l. hęc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. cauea. quia ſi domeſticus examinetur, non faciet indicium. l. maritus. ff. de quæſtio. Ancharan. conſi. ccxlvi. colum. i.

Et quod ſecus foret etiam quam hic dicatur, ſi domeſtici & familiares eſſent epiſcopi uel nobilium dominorum, eſtq; dictum Innó. in c. in literis de teſti. hoc idemq; extollit Bald. & Alex. in d. l. etiam Capel. Tholoſa. deciſi. iiii. et Rauen. in notab. utriuſque iur. col. ii. uerſic. tuſcis. Bonon. ſingul. v.

De ſponſalibus.

Vlpianus lib. vj. ad edictum.

IN SPONSALIBVS CONſtituendis parui refert an per ſe & coram an per internuncium uel per epiſtolam, an per aliud hoc factum eſt, & ferè plerunque conditiões interpoſitis perſonis expediuntur.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſponſalia per nuncium uel per epiſtolam fieri non poſsint, quoniam matrimonii cauſa, ardua eſt, nec facile per alium deberet poſſe explicari. c. fin. de procu. in vi. ex quo ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum. c. ubi periculum de elec. in vi. l. i. §. ſed & ſi quis. ff. de carb. edic. ergo nec ſponſalia per quæ peruenitur ad illud. l. oratio ſupra eo. c. uenieus qui cle. uel uouen. l. in ſponſalibus. l. ſpõſalia. ii. ſupra eo. glo. in c. qui ad agẽdum de procurato. in vi. Et quia moris fuit ueteribus ſtipulari. l. ii. ſupra eo. ſtipulatio fit utroque loquente. l. i. ff. de uer. ob. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia (ut in ipſo met text. dicitur) ferè ſemper conditiones interpoſitis perſonis expediuntur. Et quia omnes contractus, qui conſenſu contrahuntur, inter abſentes fieri poſſunt p nuncium uel per epiſtolam. l. i. §. eſt autem. ff. de cõt. emp. not. in d. c. fi. ſed matrimonium & ſponſalia ſunt huiuſmodi. l. ſufficit ſupra eod. l. mulierẽ infra de ritu nup. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur facile non obſtare. Non primum, quia antecedens uerum eſt, eaq; ratione uidemus quod olim ſola Synodus poterat cognoſcere hodie autem & poſtea ſolis epiſcopis cõmittitur. c. cauſam matrimonii & ibi Abb. de offic. dele. conſequens autem falſum ut in d. §. fin. ergo nimirum ſi idem in ſponſalibus dici debet, eſt uerum quod alius per quem contrahitur ſiue contrahuntur, debet habere ſpeciale mandatum, de quo aliàs plenè in d. c. fin. ubi Gemini. & Franc. late. ex quo tolluntur reliqua ad idem tendentia, quoniam caute tunc procedetur, ſi forma data à lege ſeruabitur, & ſi hoc idem eſt in matrimonio, erit et multo quidem magis in ſponſalibus. Non ob. ultimum quia poteſt fieri ſtipulatio, ſed non eſt neceſſaria ut hic & in d. l. ii. & in d. l. ſufficit & in d. l. in ſponſalibus.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod in non deſiderantibus certam formam non refert quid ex æquipollentibus fieri l. fin. §. fina. ff. mandat. l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran. multa Bart. in l. gallus in §. et quid ſi tantum. col. ii. ff. de lib. & poſthu.

Et quod tantum eſt dicere parui referre, quantum eſt dicere nihil referre uel parum, ut etiã dicitur in l. pædius in prin. ff. de arb.

Et quod raro dicit lex quid fieri per nuncium quod nõ adiiciat id etiam fieri poſſe per epiſtolam, ut hic & in l. mulierem infra de ritu nup. & in l. i. ff. man. & in l. ſi quis mihi bona in §. iuſſum ff. de acquir. hær. & in l. i. & ii. ff. ſi men. fal. mod. di. & in l. diem proferre in princip. ff. de arbit. Et alibi ſæpe.

Et quod hic uerificatur regu. qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff. de admi. tuto. l. certę. ff. de præca. c. qui facit de reg. iur. in vi. l. quod iuſſu alterius. ff. eo. ti. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum præallegat. (licet ad aliud.) ff. de acqui. poſſ. imò quod uere facit quia tractatur de acquiſitionis actu præallegat. l. certe quem tex. dicit ſingu. Bald. in l. unica in §. his ita. C. de cad. & in c. i. in §. iniuria de pac. iura. fir. in uſib. et Iaſ. in l. ſi quis id quod col. viii. ff. de iur. om. iud. & in ix. in prin.

Et quod denique ſponſalia nõ modo pure, uerum etiam ſub conditione quandoq; contrahuntur et matrimonium pariter, uſque adeo ut nõ abre de condit. appoſit. hinc etiam æditus ſit titu. & dicatur hic cum myſterio conditiones plerunque, & ferè ſemper interpoſitis perſonis expediri, quo ad dictum tamen de conditionibus, appoſitis ſeu apponendis quo modo intelligi debeat, & de quibus ſanè declaratur late in c. fin. eo. tit. de cond. appo. Finis.

De ritu nuptiarum.

Papinianus lib.vj.Reſponſorum.

FILIVSFAMILIAS Miles Matrimonium ſine patris volũtate nõ cõtrahit.

Dubitandi rationem faciebat, qnod filinsfami. miles ſine patris uoluntate con erahat,quia nidemus quod ratione militię multa ſanè prinilegia habet,toto titu. de mili.teſta.et dixi ego latè in trac.de priuil. milit. et præcæteris hinc,quod loco patris familias habetur.l.ii.ff.ad S.C.macedonia. Et quod ipſius patris conſenſus non requiratnr eſt tex.in c.ueniens de ſponſa.& in c.per tuas de cõdi.appo.& in c.cũ cã . de rapto. Et ſi reqniritur, id de honeſtate elt nõ quod cogatur filius,ut in iuribus ſupra alleg.

Contrarium tamen hic deciditur, et eſt ampliatio ad tex.in l.ii.ſupra eod. ubi nuptiæ conſiſtere non poſſunt niſi conſentiant omnes, ideſt qni coeunt,quorũcunq; in poteſtate ſint. Et ratio deciſionis eſt propter patriam poteſtatem,quę in aliquo minui non debet ut inquit Bal. in c. contingit.num. 27. de dolo & contu.& qna de cauſa patri reuerẽtia debetur nt loco ſacro,quia et ipſa ſacra eſt.l.neluti.ff.de iuſti.& iu.idem Bald.in c. cum contingat.num.44.de iureiu. & quę ruſum plurimum poteſt in his quæ ſunt de iure ciuili,ut nuptiæ,quantum ad formam & ſolennitatem, ut per glo.appellamus inſti. de iure natu. in princi. Bald.adhuc in l.i.col.iiii.C.qui admi.et eſt unus ex multis effectibus patriæ poteſtatis de quibus in §.ius autem inſti.de pat.pot.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare nõ primum,quia uerum eſt id in caſibus à iure expreſsis quorum hic unus non eſt,ergo ius commune ipſe etiam ſeruare tenebitur.l.in fraudem.§.fin.& ibi idem Bald.ff.de mili.teſta.gloſ.not.in l. fin.C.de ſacroſanc.eccleſ.et quanuis quo ad peculium caſtrenſe habeatur loco patris familias,non tamen id eſt generaliter uerum(ut dixi)alio caſu nõ expreſſo. Non ob.igitur ſecundum,quia id uerum eſt de inre canonico,non de inre ciuili,et una pꝛ cęteris de differentiis inter unũ et aliud ius eſt & arg.in c.gemma de ſponſal.& in l.Titia in §.idem reſpondit.ff.de uerb.ob. unde diſtingue tempora & concordabis ſcripturas,ut inquit gloſ.in l. j.C. de accuſ. Non denique et ultimum, quia imò.d. iure cogi poteſt,ut hic & in d.l.ii.alias nuptię nõ nalerent perinde ac ſi ſimulate fuiſſent ut in d.l. ii.& in l.ſimulate ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,et maxime quod ſi miles non poteſt, ſine conſenſu & noluntate patris nuptias contrahere, nõ poterit pariter doctor filiusfa.tamen. l. aduocati C.de aduo.di.iudic.ibi militant nanq; aduocati, præſertim quia doctoratus eſt dignitas.c.quanto de magiſtr.multa Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo col.j.C.de pact.quæ non excuſat quominus patri & reuerentia exhibeatur,& obedientia præſtetur ergo & multo minus militem excuſabit,qnia militia non eſt dignitas neq; nobilitas.l.j.ff.de mili. teſta.l.ex eo & ibi Bar.ff.eo.Albe.in l.milites.C. loca.idem Bar.in l.j.col.pen.C.de digni. lib.x.& not. Deci. Seni. in d. l. ſi quis in conſcribendo colum.ſecunda.

Et quod lex generaliter loqnens comprehẽdit etiam perſonas priuilegiatas.d.l.in fraudem.§.fi. ff.de mili.teſta.bonus tex.in l. cura in §. fin.ff.de mune.& hono.Curt.iuni.olim collega conſ.lxix. nume. 6. quanqnam hic dictum non fuiſſet. l. ij. ſupra eod.

Et quod quæ dubitationis tollendæ gratia dicuntur,non ſuper abundant neq; uiciant ſcripturas.l.non ſolent.l.quæ dubitationis tollendę gratia.ff.de reg.iur.l.j.§.ſed ſciẽdum.ff.de edil.edic. Bar.in l.priuilegia.nume.1.C.de ſacroſanc.eccl.

Et quod cum illud ſit ratione patriæ poteſtatis, de quo hic & nt ſupra naturalem filium autẽ non habeat pater in poteſtate, uideretur dicendum matrimonium contrahere poſſe, ſine conſenſu & uolũtate patris, tamen dubito.l.parentes ibi una omnibus parentibus debita eſt reuerentia.ff.de in ius uocan.

Et quod deniq; filij appellatione, hic rurſum non comprehenditur emancipatus.l.filius ſupra eod.l.iij.§.ſi emancipatus.ff.de bo.poſſeſ.contra tab.tamet ſi conſilium ſit,ut patris conſenſum requirat ut ibi, & in l.uiduæ. C. de nupt. & utrobique gloſſ. Finis.

De iure dotium.

Vlpianus lib.lxiij.ad edictum.

DOTIS APPELLATIO non refertur ad ea matrimonia quæ conſiſtere nõ poſſunt neq; enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt ubicunque igitur matrimonij nomen non eſt,nec dos eſt.

Dubitandi rationem faciebat,quod dos etiam ad ea matrimonia referri poſsit, quæ conſiſtere nequeunt, quia contrariorum eadem diſciplina eſſe debet.l.j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.l.fi. ff.de leg.iij.not.omnes in rub.ff.de acqui.poſ.ſed matrimonium ſine dote conſiſtere poteſt, ergo & dos ſine matrimonio,dotiſq; appellatio etiam ad ea matrimonia referretur,quæ(ut dixi)conſiſtere nequeunt. Et quia nuptię etiam, quanquam inceſtæ,uel ſimulatæ nuptiæ ſunt, non ſecus ac teſtamentum iniuſtũ ruptũ irritumúe, ac innoffícioſum.l.ij.§.i.ff.quemadmo.teſta.ape.

Contrariũ nihilominus hic deciditur, et ratio deciſionis

deciſionis eſt, quia acceſſorium non poteſt ſtare ſine ſuo principali, & ubi illud non eſt, nec iſtud ſubſiſtere poteſt. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium eod. tit. in vj. l. j. ij. & iij. ff. de pecu. lega. Bar. in quæſtione mulier habens magnũ patrimonium. col. iij. uerum ſi matrimonium, ſiue nuptiæ inceſtæ ſiut, aut ſimulatæ, ut ſupra utique nullius momenti ſunt. d. l. ſimulatæ, ergo nec dotem habere dicentur. d. l. inceſtæ.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere, non primum quia uera eſt regu. quando cõtrariorum eadem eſt ratio, uel ſi in contrariis nõ ſit diuerſa, ut in locis præalleg. not. & nouiſsimè per Alex. in l. neceſſariis. in prin. ff. de acqui. hęr. & Bal. in l. & ſi cõtra tab. in fin. de uulga. & pupil. ſub. & Bart. in l. inter ſtipulantem in §. ſacram. ff. de uer. ob. not. in l. ſi quis negocia. ff. de neg. geſt. & in l. ſecũdum naturam. ff. de reg. iur. ſed hic diuerſa eſt, & non eadem. quoniam bene principale poteſt eſſe ſine acceſſorio, at non econtra, acceſſorium ſine principali. Et ſic matrimoniũ ſine dote conſiſtere poteſt ſed non dos abſque matrimonio, non ab re igitur text. dicit hìc, hiſq́; formalibus utitur uerbis. ubicunque igitur (neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt) matrimonij nomen nõ eſt, nec dos eſt. Et quod regula fallat quando contrariorum non eſt eadem ratio facit in ſimili quia uidemus hic quod pater ſtipulatur filio emancipato, tamen è contra filius patri non, quia uotum patris eſt quod quærat filio non autem filij, quod quærat patri. l. quod dicitur & ibi Bar. col. ult. ff. de uer. ob. Non ob. ſecũdum, quia non eſt uerum, ex quo id non dicitur tale qđ non eſt proprie tale. l. hoc legatum. ff. de lega. iii. l. j. ff. de dona. ſiq́; ſunt ſimulatę inceſtę & nefarię non ſunt proprię nuptię, & ſi ſunt, ſunt abuſiuè quidem ut dicitur. in d. l. ii. in §. j. ff. quemadmodum. teſt. ape. lex autem actus abuſiuos ſpernit & non diffinit ſecundum Bal. in c. bonæ. ii. col. j. de poſtu. prælato. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. l. Paulus. ff. de uer. ſig. pulchrè idẽ Bald. conſ. ccccxcv. col. pen. uol. v. ergo.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod ſi matrimoniũ ſpirituale ſiue ingreſſus, non tenuit, nec rationibus ſupra dictis dos debebitur, quoniam ualet argumentum de uno ad aliud, ut in not. caſu declarat & concludit Calde. conſil. ix. col. j. de regu. & ſtatu regula, Aliàs ſic, ut plene per Anch. conſ. cviij. colum. ij. pendetq́; à not. in c. non ſatis de ſimo.

Et quod ad poſitionẽ actus, non ſequitur poſitio contractus uel quaſi, qui poſsit eſſe remotus, & ſeparatus ab ipſo actu, ut hic, quia (ut dictum eſt) matrimonium, ſine dote eſſe poteſt quo modo arguit. etiam Bar. in quæſtione mulier habens magnum patrimonium præalleg. col. j.

Et quod iudex eccleſiaſticus non modo incidenter cognoſcit de cauſa temporali, ſed etiã qñ uenit acceſſorie ad eccleſiaſticã, ut dos. c. de prudentia & ibi Abb. col. j. de donat. int. ui. & uxo.

Et quod ſi ſtatutum dicat filias dotari debere, nec aliud quicquam petere debeant & poſsint, filiaq́; nolit nubere, ſed in uirginitate uiuere, & uenire pariter ad ſucceſsionem, utique poterit quia ſi matrimonium non contrahit, nec conſequenter debet dotari, de quo tamen fuſius Anch. in repeti. c. canonum ſtatuta col. ccxlij. de conſti.

Et quod denique ſtante adhuc ſtatuto, ſi mulier contraxerit ſecundas nuptias ut teneatur relinquere dotem ſuam liberis utriuſq; matrimonij, quemadmodum eſt mutinæ, nõ tenebitur tali caſu, ſi tempore mortis erat uidua de quo tamẽ uidendus eſt Bald. in l. j. ad fin. C. unde uir & uxor. Finis.

ADDITIO.

Quod ſoluto matrimonio non poteſt amplius dici dos, ex quo dictus titulus dotis, extinctus eſt cum ſine matrimonio eſſe non poſsit ut p Ancha. conſil. cv. col. ij.

Et quod matrimonium & dos ſunt diuerſa nec unum infert in reliquo, poteſtq́; contractus matrimonij per ſe ſtare etiam ſine dote, uſque adeo ut ſolemnitas formalis ipſius matrimonij non extendatur ad dotem inquit idem Ancharan. conſi. ccxiij. ad finem.

Et quod ante contractum matrimonium non poteſt renunciari exceptioni non numeratæ dotis ex quo tunc non dicitur dos ubi non eſt matrimonium, ut ſignanter per iſtum tex. quorundã opi. reprobat Iaſo. in §. fuerat. numer. 91. inſtitut. de actionibus.

Caius lib. xj. ad edictum prouinciale.

RES IN DOTEM DATAE quæ pondere numero menſura ve conſtant mariti periculo ſunt, in hoc dantur ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio eiuſdem generis & qualitatis alias reſtituat uel ipſe uel hæres eius.

Dubitandi rationem faciebat, quod mulieris periculo ſint res in dotem datę, & nõ mariti quia uidetur caſus in l. plerunque in princi. hic etiam in glo. alleg. ſupra eo. ubi ad literam dicitur, res datas in dotem, fieri meliores & deteriores mulieri, & ſi aliquid acceſſerit, uel deceſſerit, rei adhuc in dotem datæ, quòd id ad compendium mulieris pertinet, damnumq́; eſt ipſius. Et nimirum quidem cum maritus non ſit dominus rei dotalis niſi quoad fructus. l. doce ancillã. C. de rei uendi. & ut onera mrĩmonij ſuſtineat l. pro oneribus. l. ubi adhuc C. de iur. do. Alex. in l. diuortio in §. ſi fundũ. col. iii. ff. ſo. ma. & in l. de die. ſ §. i. col. ii. ff. qui ſatiſ. cog. c. ſalubriter de uſu. l. ſi maritus. ff. ſa. hær. Bal. conſ. xciiii. ad fi. uol. j. & cõſ. 87. co. lib.

Contra-

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia res quæ in dotem dantur conſiſtentes pondere, numero, uel menſura, dantur ut text. met dicit, ut eas maritus ad arbitrium ſuum, diſtrahat, & quandocunque ſoluto matrimonio eiuſdem generis & qualitatis aliàs reſtituat, uel ipſe uel hæres eius, nimirum igitur ſi mariti periculo ſunt & non (ut dicebatur) mulieris.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia id uerum eſt & procedit in rebus æſtimationẽ recipientibus, ſi non æſtimatæ dentur in dotẽ, ergo nõ ſi pondere, numero, uel mẽſura conſtent, ut ibi etiam glo. declarat & ſignanter per iſtum tex. ex quo tollitur ẽt ſecundum, quia imò, dominus eſt ut in iuribus ſupra allegatis, & maximè ſi res huiuſmodi fuerint, quoniam dantur (ut dixi) ut maritus eas diſtrahat ad arbitrium ſuum, quod ubique facere non poſſet ſi non eſſet dominus regulariter, argumentum in l. ij. in §. mutui datio. & in §. appellata. ff. ſi cer. peta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod pro argento, in dotẽ dato eueniente caſu reſtitutionis, non poſſet reddi pecunia ære contaminata licet eiuſdem æſtimationis, quia non eſſet eiuſdem qualitatis, quàm ærosam alibi appellat Iuriſcon. licet text. ſit deprauatus, in l. creditor. ff. de ſol. Io. And. in c. quãto. col. ij. de iureiu. & ita ad propoſitum dicebat Bar. quod ſcilicet reddi non poſsit in d. §. mutui datio. & ibi Soci. col. pen.

Et quod creditor non cogitur accipere uinũ uetus pro nouo, quia licet ſit eiuſdem ſaporis, coloris, & ualoris non tamen eiuſdem qualitatis eſſe dicetur, ad idem tamen uidendus eſt idem Soci. in l. cũ quid. col. ij. & iij. ff. eo. ſi cer. peta.

Et quod in hoc contractus dotis à mutuo differre non uidetur, ut etiam dicit hic Fulg. & probatur in d. §. mutui datio. & hinc uidemus à ſimili, quod ſicuti ſpeciale in mutuo eſt ſufficiatq; ſic dicere, quod pari modo idem erit in dote, ut not. in l. ſingularia. ff. eo. unum uerbum Paul. Caſt. in l. j. in prin. ff. ſol. mat.

Et quod oportet res conſiſtentes pondere, numero, uel menſura, functionem recipere in genere ſuo, id eſt ſimilitudinẽ, ut tantũdẽ in gñe reddatur, & quod eiuſdem ſit qualitatis, præalleg. §. mutui datio. Et eſt ſimile in cõpenſatione, antequã obiiciatur, quoniã neceſſe eſt, in illis rebus in quibus opponitur functionẽ recipiat pariter in genere ſuo, & nõ in aliis, aliàs obiici nõ poterit, ut pulchrè Boer. declarat col. xiiij. nu. 1. & 2.

Et quod deniq; quantitas in numerũ, pondus, & menſuram diuidi debet, numerus uerò in duo, tria, quinque, decem, centum, & mille, & pondus in ſextantem, quadrantem, dodrãtem, pondium, & tripondium. Menſura autem & poſtremò in digitum, palmam, pedem, paſſum, ſtadium, miliare, ſeſtarium, congium, modium, urnam, & amphoram, & patet ad ſenſum hisq; it mulier in creditũ, ut in mutuo inquit adhuc Iuriſcon. in d. §. mutui datio. quod nihil aliud eſt niſi cõtrahere & dominium transferre in accipientẽ eumq; ſibi obligare ut tantundem in genere reſtituat. Finis.

De pactis dotalibus.

Paulus lib. iiij. ad Sabinum.

PACTA CONVENTA quæ in diuortij tẽpus collata ſunt: nõ facto diuortio locum non habent.

Dubitandi rationem faciebat, quod pacta cõuenta locũ habeant, ſi alter coniugum moriatur, ſiue & rectius mulier uſq; adeo, ut purificata cõditione, uir, lucretur dotẽ. Et maximè, quia nihil tã congruũ fidei humanę eſt, quàm pacta ſeruare, l. j. ff. de pac. l. ex empto. in prin. ff. de ac. emp. l. nõ minorẽ. C. de trãſa. Bar. in l. ſi pater. in prin. ff. de adop. aliàs uerò graue eſt, nefariũ atq; perfidioſũ fidẽ frangere. l. j. ff. de cõſt. pe. Plus dicit Bal. alibi, quod ea non ſeruare eſt dolus, quodq; iudex pati non debet dolum committi in l. ſi traditio, in prin. C. de ac. emp. poſt gloſſ. in §. precium. inſti. de emp. & uendi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cũ pacta ipſa cõuẽta, collata ſint in tẽpus diuortij, & ſic in uno caſu, diuortij, ſ. nõ habebit locũ ſi mulier (ut dixi) moriatur & ſic in alio, quia tũc deficit cõditio, ſicuti nec in una re facta, aut cũ una perſona, ad aliã perſonã ſeu rem extendi debet, l. ſi unus. §. ante oĩa. ff. de pac. arg. in l. quod ſi pendente. ff. de peri. & commo. rei uend. not. in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. mat. & in l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cau.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primũ, quia nõ eſt uerũ qđ purificata ſit cõditio, ex quo pacta facta erãt in caſu diuortij, & nõ mortis naturalis, ergo ſi nõ diuertit mulier, deficit nec debet cõſequẽter maritus dotẽ lucrari. Nõ ſecundũ quia ſeruanda forent tunc, quando ueniſſet caſus, in quo poterant uerificari, ſed (ut dixi) euenit ſecus, quia nõ diuertit mulier ſed mortua eſt, ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod conditio expreſſa, præſertim in pactis, debet formaliter uerificari id eſt ad literam prout iacet, quia paciſcentes uidentur uoluiſſe eam præexiſtere argumentum in l. qui hæredi. & in l. Mæuius, ff. de condi. & demon. Bal. in c. dudum. col. iij. de præſump.

Et quod in conditionibus adhuc non inſpicimus merum factum, ſed merã ueritatem. d. l. Mæuius, quę eſt, aliud fore quod mulier à marito diuertat, & aliud quod moriatur argumentum in l. cum poſt, in §. gener. ibi cũ inter modũ, &c. ff. de iu. do. tradit in ſimili Cal. conſ. xl. col. j. uol. iij.

Et quod paciſcenti, ſi pactum ipſius fauore factum ſit, & ad ſui commodum quoque, imputãdũ

eſt.præcipuè in caſu præſenri, quod legem apertius non dixerit non modo ſcilicet pacta conferendo in rempus diuortij,uerum etiam mortis argumentum in l.inter ſocerum.in §.cum inter.infra eo.& in l.ueteribus.ff.de pac.& in l.Labeo.& in l.cum in lege.ff.de cont.emp.

Et quod uulgatum illud uerificatur hic, cũ in uerbis non eſt difficultas,non eſt admittenda uoluntatis quæſtio,de quo in l.non aliter.& in l.ille aut ille,in §.cum in verbis.ff.de lega.iij.

Et quod denique argumẽtum à contrario ſenſu ualet,imò quod fortiſsimum eſt in iure.l.j.§.huius.ff.de offi.eius. figuraq́; eſt auxeſeos hoc eſt augumentatio,quoniam alias fortius eſt à ratione inquit Imol.in l.ſi uerò.in §.de uiro.ff.ſolu.mat. Corn.cõſ.lxxx.col.j.uol.ij.& fortiſsimum(ignorantes tamen hanc declarationem, ferè omnes) uocant præſertim Odof.in l.conuenticulam. C. de epiſ.& cleri.& in l.apud antiquos.col. ſecunda.C.de furtis.& in l.ædem.C.loca.& in l.nemo. C.de iur.om.iud.& glo.in c.cum Apoſtolica. de his quæ fi. à præla.ſine conſenſu capi.& alibi alij ſæpè,namque ad propoſitum, ſi pacta haud facto diuortio locum non habent,à contrario habebũt facto,& uir dotem lucrabitur. Finis.

De fundo dotali.

Marcellus lib.vij.Digeſtorum.

FVNDVM DOTALEM maritus vendidit & tradidit ſi in matrimonio mulier deceſſerit & dos lucro mariti ceſsit fundus emptori auelli non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat quod fundus dotalis emptori auelli poſsit, quia nec alienari ſeu uendi potuit,lege Iulia prohibente.l.j.l.iij.l.etiã. ſupra eod.& ſi uenditus fuerit à marito uenditio non ualet, neque dominium in emptorem transferri potuit,quod ex eo probatur etiam, quia exceptio in uno caſu, firmat regulam in non exceptuatis.l.quæſitum.§.deniq;.ff.de fun.inſt.ſed uẽditio ſiue alienatio ſi neceſſaria fuerit ualet.d.l.j. ſupra eo.ergo non regulariter,& indicat uerbum interdũ ibi poſitum,hoc ipſum indicans.l.interdum.ff.de uer.ob.§.interdum.& ibi hoc not.Por. inſti.de re.diui.l.admonendi.ff.de iureiu.c. ſi pater.ad fi.de teſta.in vj.

Contrarium tamen deciditur hic,& rõ deciſionis eſt,quia ſi muliere defuncta,dos lucro mariti ceſsit, ut in tex. dicitur, conueniatq́; uenditionem confirmari ab eo.l.cum uir.de uſucapio. nõ æque dici poteſt,quod emptori poſsit auelli. Idẽ que iuris eſt cum quis rem furtiuam uendidit poſtea domino hæres extitit, ut ſubiicit Iuriſconſ. in d.l.cum uir. ad finem. uel & melius emptori auelli non poſſe dicamus, quia actio de dote non competebit mulieri, uel eius hæredi, neque erat competitura.

Ad oppoſita reſpondetur nihil prorſus facecere, quia uera omnia ſunt, quando dos lucro mariti non ceſsiſſet, quo caſu dominium eidem ſuperueniens, uenditionem prius factam roborat & confirmat.d.l.cum uir.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod ius ſuperueniens autori prodeſt ſingulari ſucceſſori,deducendo ut ſupra.nouiſsimè Alex.conſi.j.col.xiij.uol.v. multa Corn. conſ.lxxix.col.iij.uol.iiij.

Et quod licet alienatio fundi dotalis non trãſferat dominium, habet tamen uim diſtringendi maritum alienantem,ut per d.l.cum uir. dicebat Dec.ſeni.in l.pacta quę cõtra,in prin.C. de pac.

Et quod alienatio etiam ab ipſa muliere facta conſtante matrimonio,confirmatur eo ſoluto,ex que iure ſibi ſuperueniente, ut pulchrè Bertran. probat conſi.xcv.nu.4.uol.j.

Et quod id quod non tenuit à principio, quia feudum non erat apertum,confirmatur tamen ex poſt facto,ſi eidem collatio aperiatur ſecundum Bal.in c.j.col.ij.qui ſuc.feu.da.tenean. in uſib.

Et quod denique regula.l.quod in initio.ff. de reg.iur.& c.non firmatur.eo.ti.in vj.non ſemper habet locum, ſed limitationem præcæteris patitur, ſi cauſa confirmans ſuperueniat, quoniam tunc quod ab initio non ualuit,ſiue potuit annullari,confirmatur,ut inquit Dy.in d.regu.non firmatur,declarat Bar.in l.per fundum. ff. de ſerui. ruſti. prædio. quod tractu temporis ſcilicet non reconualeſcit, ſed alio interueniente ut hic & in d.l.cum uir.refert ſimpliciter,& ut ſupra Dec.in d.reg.quod in initio.nu.10. Finis.

De donationibus inter virum & vxorem.

Modeſtinus lib.vij. regularum.

INTER EOS QVI MAtrimonio coniuncti ſunt, ante nuptias donatio facta iure conſiſtet: etiam ſi eodem die nuptiæ fuerint conſecutæ.

Dubitandi rationem faciebat, quod donatio non ualeat ſi eodem die nuptiæ conſecutę fuerint in præſenti caſu quia facta præſumitur in fraudem,ob temporis breuitatem.l. ſi uẽntri : ad finẽ. & ibi gloſſ.ff.de priuileg.credito. pulchrè Bald. in l. per diuerſas. ad finem. C. manda. & conſil. cccxxij.col.ulti.uol.iij.ſ.j.ij.& iij.ſupra eo.no.in l.ſi ſponſus. in prin. ſupra eo.

Contra-

Contrarinm tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſſe uidetur,quia nihil aliud eſt quàm ſpóſalitia largitas permiſſa à lege, nimirum igitur ſi ualet,ut illa propter nuptias,& cauſa mortis, etiã quod eodem die nuptiæ conſequutæ ſint, ex quo lex ſemper præſumit quod præceſſerit quando ẽt non dixiſſet,& habetur in auth.ut ſpon. largi.in prin.& in l.pe.& fi.& in auth.dos data.C.de dona.propter nup.& in l.ſi eum.in fi. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur uera non eſſe, quia nec ſumus in caſu d.l.ſi uentri, nec in dubio, igitur nimirum ſi ualet, etiam ſi eo die nuptiæ fuerint(at dictum eſt)conſecutæ ad idem conſiderãtes, qđ præſumptio potiſsimũ cadit ſuper dubio iuxta gl.in l.unica.in §.accedit.C. de rei uxo. ac. hic autem dubiũ non eſt, imò quod donatio (ut rurſum diximus) facta eſt permiſsione legis, & congruo tempore quidem,ergo.

Præſtatq; nobis hæc argumentum ad multa,& maximè, quod pœnã non meretur, (annullatio enim actus alias,pœna eſt.l.teſtamento Centurio ad fi.ff.de ma.teſt.l.ſenatus.ff.de cont.emp.Alex. in l.turpia.col.j.ff.de leg.j.Cur.iun.conſi.viij. in prin.)qui aliquid facit lege permittente,ut etiam dicitur in l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adulte. l.in concubinatu.ad fin.ff.de concubi.c.qui peccat. xxiij. q. iiij.

Et quod in dubio ſi non appareat donationẽ eſſe factam ante matrimonium, præſumetur tamen,ſi facta ſit in domo mulieris,ſi uero in domo uiri non, ſed poſt matrimonium cõtractum caſus eſt ſingularis in l.cum in te.C.de dona.ante nup. quem memoriæ commendandum eſſe hic Bald. exclamat, & ad propoſitum ante eum ſic diſtingnens Azo in titu.præallega.col.prima.& eſt utilitas quia primo caſu ualet, ſecundo non.l.prima ij. iij. ſupra eodem.

Et quod in claris coniecturis opns non eſt,uulga.l.continuus.§.cum ita.ff.de uer. obli. nec difficultas in rebus deſideratur nnde Comic.

Nodũ in Scyrpo quæris,& ad reg.multa Cor. conſ.clxxv.ad fi.uol.iiij.& oẽs in d.§.cum ita.

Et quod ſi eodem die facti ſunt duo actus, inter eaſdem perſonas cenſentur correſpectiui, & ſic quod unus ſit factus contemplatione alterius,ut hic donatio propter nuptias, & in ſimili Bald.in l. petens. C. de pact. idem Corn.conſil. cclxxxiij.col.ij.eo. lib.

Et quod denique ſi apud Legiſlatorem contingat de aliquo dubitari,omni alio caſu præſupponitur habilitas uulga.l.qui teſtamento.ff. de teſt. c.j.de ętа.& quali.in vj.nanque ad propoſitum ſi dubitatur, quando eodem die quo facta erat donatio,conſecutæ nuptiæ ſunt,an ualeat, præſuponit neceſſariò ante factam fuiſſe, ergo non eſt ratio qua poſsimus dicere non ualere. Finis.

Paulus lib.ſingulari regularum.

INTER VIRVM ET VXOrẽ exilij cã donatio fieri põt.

Dubitandi rõnem faciebat,qđ donatio nõ ualeat,quia regulariter ꝓhibita eſt,ne mutuo amore inuicẽ ſpolientur uir & uxor,donationibus nõ obtẽperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate, & ita ẽt moribus receptũ eſt ut inquit Iuriſcõ.in l.j.ſupra eo.uel & aliis ſanè rõnibus de quibus in l.ij.& iij.ſ.eo.Et quia in fraudẽ fieri uidetur, ex quo fit cogitatione futuri maleficij & malè adhuc,argu.in l.quæſitum.ff.qui & à quib. & quia benè uerũ eſt quod ualet, ſacta cã mortis,& exilio confirmatur.l.ſed ſi mors.§.proinde,ſupra eo. ergo nõ ſi ſimpliciter exilij cauſa.

Contrarium tñ hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia ſi ualet diuortij cauſa facta.l.ſed interim.§.fi.ſupra eo.l.uitricus.§.diuortij.infra eod. non põt dici cur non ualeat facta ẽt in caſum deportationis,ſeu exilij, & ita arguit & probat Iuriſcon.in d.§.proinde. Et quia deportatus habetur pro mortuo.l.ſi neceſſe. §. ſi deportatus.ff.de bo.lib.ſed donatio cauſa mortis ualet. l.ſed interim.§.j.ſupra eo.ergo & in caſum deportationis, & exilij. Vel & ultimo,quia deportatione diuortium fit,diuortij cauſa,donatio conceſſa eſt, ut ſupra & in d.§.diuortij,ergo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare,nõ primum, quia uerũ eſt, niſi in caſum exilij facta ſit, quia tũc(ut probauimus)licet,ergo hoc caſu ceſſabit rõ legis,& conſequenter prohibitio ipſius, uulga.l.adigere.§.quãuis.ff.de iu.pat. l. gñaliter. C.de epi.& cle.c.cũ ceſſante.de ap. Non ſecundum,quia nec id negamus, ſed dicimus, in caſum deportationis fieri,tunc,cum nulla eſt fraudis ſuſpicio ut not.in d.§.proinde. Non ultimum denique,quia antecedens uerum eſt,ſed conſequẽs falſum,ex ſupradictis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod cauſa in quacunq; diſpoſitione ſemper excepta videtur.l.ſi hominem.ff.manda.l.qui iurato.ff.qui ſatiſda.cog.l.iij.l.etiam.l.j. ſupra de fund.dota.nanque donatio inter uirum & uxorem non ualet.l.j.ij.& iij.ſupra eo. & tamẽ ex cauſa ſubſiſtit,mortis ſcilicet l.ſed interim. §. j.ſupra eodem.Item diuortij.d.§.diuortij, & exilij ut hic.

Et quod mors ciuilis & naturalis æquiparantur, ut eſt gloſſ. nota. in cap. ſuſceptum. de reſcrip.in vj.non regulariter tamen, ſed in caſibus duntaxat expreſsis in iure,ut ibi not.& in c.placuit.xvj.q.j.Cald.conſ.ij.de reb.ec.nõ alie.Alex. conſ.cxxxix.col. ij. nol. ij. quorum hic unus eſt, nanque uidemus,quod donatio cauſa mortis naturalis facta inter coniuges,ualet (ut dictum eſt) ergo & exilij,quæ eſt mors ciuilis.

Et qđ grauatus in uno,in alio releuãdus eſt,ſeu potius ſubleuãdus.uulg. l. eũ qui. ff. de iureiu.ut

in deportationis caſum,ſaltim(ut dictum eſt)do
natio ualeat,& eſt argu. in l. iure ſuccurſum , ibi
ſolacij loco.ff.de iur.do.& in l.fi.C.de inſti.& in
l.ſi cum dotem.in §.ſi autem.ff.ſol.mat.

Et quod afflictio non eſt danda afflicto. l.di-
uus.ff.de offic.præſid.Bal.in l.ſi furioſi.ad fi. C.
de nup.glo.in c.ad audientiam.de cle. non reſid.
in ec.Idem Bal.in l.ubi adhuc,col.iij.C. de nup.
Bal.in l.ex facto.col.x.ff.de uulg.& pupil.ſub.qđ
utiq; fieri uideretur,ſi in caſum hũc exilij ſeu de
portationis,donatio rurſum non ualeret.

Et quod denique humanum eſt, his caſibus do
nationes admittere , etiam quod inter coniuges
factæ ſint,ut ſentit Iuriſconſ.in d. §. proinde . &
eſt argumentum in l.humanum . C. de legi. & in
l. humanitatis. C. de impub. & ali. ſubſti.& in l.
non tantum.ff.de appella. Finis.

De diuortiis & repudiis .

Papinianus lib.xj. de adulteriis.

DIVVS ADRIANVS
eum qui alienam vxo-
rem ex itinere, in domũ
ſuam duxiſſet : & inde
marito eius repudium mi
ſiſſet:in triennium relegauit.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui alie-
nam uxorem duxit,puniri non potuerit,quia ip-
ſa repudij libellum miſerat marito prius,& quod
fit permittente lege,pœnam non meretur, uulga.
l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adul.c.qui peccat
xxiij.q.iiij.Facit etiam Deutero. xxiij. acceperit
homo uxorem & habuerit eam , & illa non in-
uenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam
fœditatem , ſcribet libellum repudij , & dabit in
manu illius, & dimittet eam de domo ſua.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio de-
ciſionis eſt,quia delicta nõ debent impunita ma
nere uulga.l.ita uulneratus.ff.ad legem Aquil.c.
ut famæ.de ſen.excom.qui enim non caſtigat ir-
ritat,dicere ſolebat Domitianus Imp.monſtrum
alit & facinus tegit . Et Mimus publianus , quod
pauciores boni futuri ſunt,ſi impunitas datur ma
lis.Et Cice.in famil.de quo etiam nos alibi ſatis,
quod nequiſsimorum hominum improbitatem
retundi,& non pati impunitate augeri, non mo-
do utile eſt reipublicæ , ſed etiam neceſſarium,
non ab re igitur hic quis ab Adriano,triennio re
legatus eſt,quia alienam uxorem ex itinere in do
mum ſuam duxit , curauitq; marito libellum re-
pudij,ſine cauſa mitti , quæ tamen requiritur , l.
conſenſu.C. de repud. perinde ac ſi ipſe de indu-
ſtria miſiſſet.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quia cũ
miſerit ducentis ſtudio & in gratiam ipſius, atq;
(ut dixi) ſine cauſa miſsio non ualuit , & conſe-
quenter dici non poteſt,quod id lege permitten-
te factum ſit,quo caſu omnino quicquid dicatur
puniri debuit,imò quod pœna, quàm foret deli-
ctum mitior ſanè mihi uiſa eſt.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad mul-
ta,& maximè,quod quãuis diuortium & repudiũ
differant , illud enim eſt inter uirum & uxorem,
iſtud inter ſponſum & ſponſam.l. inter ſtuprũ.§.
diuortiũ.l.inter diuortiũ.ff.de uer.ſig.l. ij. ſupra
eo.promiſcuè tñ legitur hinc inde & largè repu-
diũ,diuortium dici põt ut hic,& in l. cũ hic ſta-
tus.in § diuortiũ.ſupra de do.inr.uir.& ux.& ad
materiã ſciendum eſt,qđ annis 523.durauit poſt
Romam conditã . Et fortè repudium ad diuor-
tij differentiam,dictum fuiſſe,qđ fiat ob rẽ pudẽ
dã(ut aiunt quidã)& hic probari uidetur. Quod-
que erat mos olim eũtibus ab bellũ,mittere uxo-
ribus ipſius repudij libellũ , ut ſi nõ rediiſſent ad
tres annos liceret nubere.& fortè hac de re, is de
quo hic in triennium pariter relegatus eſt. Cice.
Terentiam repudiauit, quod nõ ſatis amplũ uia-
ticum dediſſet Tulliæ filię,cum patri ab exilio re
deunti,obuiam procederet.Cęſar põpeiã,adulte-
rij ſuſpectam,dicens mulierem non ſolum à pec-
cato abſtinere debere, uerum etiam a ſuſpicione.
Q. Antiſtius vxorem,quod cum alia uitæ conta-
minatæ ſemel loqui uiſa ſit.P.Sempronius, quod
eo inſcio ad publica ſe contuliſſet ſpectacula. Et
Philippus deniq; Macedonicus Olympiam.

Et quod diuortiũ iſtud põt dici temerarium,
aliud eſt enim etiam cauſarium, aliud ignominio
ſum,de quibus Bal.pulchrè in c.ex parte.nu.8.de
conſuetudi.cauſarium ſi ex cauſa fiat ignominio-
ſum uerò ſi fiat propter adulterium.

Et quod uolenti non fit iniuria.l.j.§.uſq; adeo
ff.de iniur.nanque dixit tex.hic , quod ex itinere
alienam uxorem in domũ ſuã duxit, ergo uolen-
tem,quia alias traxiſſe dixiſſet,iuxta illud nolen-
tem ducũt nolentem trahunt.l.præſenti. in prin.
C. de his qui ad eccl. confu. nec tam miti pœna
fuiſſet punitus.l.j.C.de rapto.uir.l.raptores. C.
de epiſco.& cler.

Et quod qui aliena ſponſalia dirimere tentat,
puniendus eſt,ex quo legem illam naturalẽ quo-
que offendit & tranſgreditur . Quod tibi non uis
fieri , aliis feciſſe caueto , c.j.j.diſt.& Matth.vij.
quocunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos
eadem facite illis, eſtq; ſecuritas nata cũ ipſo ho
mine,à principio,qñ ſic ſibi dictũ fuiſſe conſtat,
imò quaſi è cœlo delapſa,& naturæ impreſſa, & à
CHRISTO ſeruatore noſtro totidem uerbis
expoſita , ad uitæ noſtræ actionumq; noſtrarum
emendationem .

Et quod denique qui per alium facit per ſe ip
ſum facere uidetur,ut in regu. qui facit de regul.
iur.in vj.& in l.quod iuſſu alterius.ff. eo. & in l.
certe.ff.de præca.& non ab re hic relegatum mi-
ſiſſe repudium marito mulieris dixit cum uxor
fuerit tamen mittens , quod utique notan-
dum eſt. Finis.

Dę pigno. & hypothecis qualiter contrahantur, & de pactis eorum.

CONTINVATIO Rub. facta hic per glo. communiter approbatur, quod cum ſupra dictum fuerit in j. ij. & iij. parte huius libri ſforum. de obligationibus principalibus, ortis ex contractibus tam nominatis quàm innominatis (namque contractus eſt pater inde obligatio mater, actio uero filia. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. not. glo. in l. j. ff. de eden.

Item nominati qui elegans habent nomen, innominati quatuor de quibus in l. iuriſgentium. in princip. ff. de pact. & in l. naturalis. ff. de præſcriptis uerb.) competenti ordine reſtabat uidere de acceſſoriis, ut eſt pignus & hypotheca, ideo de his dicitur.

Contra quam continuationem difficultatem mouet Ripa quia ea attenta titulus de fideiuſſoribus hic annecti debuiſſet ex quo fideiuſſio acceſſoria eſt, ſeu accedit obligationibus principalibus. l. prima. ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſor. ff. eodem. poſtea reſpondet quod reſeruata eſt in tractatu ſtipulationum ex quo fideiuſſor ſine ſtipulatione iure non obligatur. l. blanditus. C. eodem. Et malè quoniam ſatis eſt mihi quod omni obligationi accedit ut dicitur in dicta l. prima, & in d. l. fideiuſſor. & quia imò quandoque etiam ſine ſtipulatione, ualet fideiuſſio. l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſo. tu.

Dicerem igitur ad argumentum, ego quod eſto quod omni obligationi accedat fideiuſſor, non tamen hac ratione tractatus de fideiuſſoribus hic annecti debuit, ex quo quandoque etiam præcedit, & adhiberi poteſt tam futurę quàm pręteritæ obligationi. l. ſtipulatus ſum. §. adhiberi. ff. de fideiuſſo.

Dicit etiam Ripa, quod cum ſupra uiſum fuerit de contractibus, quibus alienā fidē ſequimur, ex quo plerumq; plenè, non confidimus, & pignore nel hypotheca opus eſt. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. ideò ſequitur de pigno. & hypothe.

Quæ continuatio eſt à remotis, ideò prima melior l. ij. ff. de ſta. ho. l. cum delanionis. §. aſinam, ff. de fun. inſtr. ibi quibus proxima copulata ſuccedant, deque his in rub. Iaſo. latè inſti. de actio. in ſecunda col. Nec facit regu. plus cautionis, quia ſolum dicit quod plus eſt pignori incumbere quàm in perſonam agere, & ſic nihil ad propoſitum ad qđ inducebatur. Vel & aliter quod habens pignus ſuperfluo quærit fideiuſſorem. Vel dic iſta ad bene eſſe fore legiſlatoris, quodque plerunque concludens ratio aſsignari nō poteſt, argumentum in l. quia poterat. ad Treb. & in l. non omnium. ff. de legi. & in l. j. in §. pueritiam in glo. ratus. ff. de poſtulan.

Et in materia ita etiam dixit Bar. alibi, quòd non poteſt concludens ratio aſsignari, quare ius pignoris uſucapione non mutatur, pręſcriptione autem ſic in l. j. in §. cum prædium. col. vij. alias nu. 3. infra eo. ubi ſiquis poſſederit rem obligatam, decennio, bona fide, præſcribir, etiam cōtra hypothecam, poſt glo. ibi, & in l. uſucapio. C. eo.

Et ad huiuſce materiæ introductionem ac declarationem, & rerum quæ dicturi ſumus inferius, quoniam ſemper à diffinitione eſt inchoandum. l. j. ff. de teſtamen. l. j. ff. de tute. l. j. §. dolum. ff. de dolo (omnis enim quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re iuſtitutio debet ſemper à diffinitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur, inquit Cice. offi. j.) quæritur quid ſit pignus & reſpondetur, quod eſt res obligata ſcu tradita pro debito, quod quidem fit, ut creditor ſit ſecurus, nec ab re (ut dicebam quoque ſupra) quia plus eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere dicta l. plus cautionis. ff. de regulis iuris. §. furti. inſtitu. de obliga. quæ ex de. naſcun. Arrabonem antiqui pignus uocabant, uerbumq; grauius eſt & acrius, poſtea in ſordidis uerbis haberi cœptum eſt, inquit Gel. in noct. Atti. c. ij. lib. xvij.

Secundò quæritur unde dicatur pignus (non enim ſatis eſt noſcere quid ſit, niſi etiam ſciamus unde nomen pignoris deſcendat, argumentum in l. prima, in prin. ff. de iuſti. & iur.) & reſpondetur, à pugno dici, quoniam propriè loquēdo in rebus mobilibus cōſiſtit, & ꝓpriè dixi ad differētiā hypothecę ut infra, & quia ita ſignanter dicit Iureconſ. in l. plebs. in §. pignus. ff. de uer. ſig.

Tertiò quæritur quotuplex ſit, & reſpōdetur ut per Iaſ. pulchrè in §. item Seruiana. col. j. & ij. inſti. de actio. quod triplex eſt. Prætorium, iudiciale, conuentionale, de quibus per eum ibi. In prætorio eſt exemplum ſi non præſtetur cautio damni infecti, mittitur quis in poſ. bo. uicini, ſed pignus impropriè eſt, quoniam bona immobilia ſunt. In iudiciali ſi mittatur pariter quis in poſ. bonorum condemnati. In conuentionali uerò, ſi conuentione partium præſtetur, & ut ibi latius, & in l. ij. ubi glo. C. qui po. in pig. ha.

Quartò quęritur in quo differāt & rńdetur ut per gl. & Bar. in l. j. ff. de pig. ac. Iaſ. in d. loco.

Quintò quæritur quid differat & in quo pignus ab hypotheca. Et reſpondetur, nihil differre, niſi nōis Sono. l. res. §. fi. infra eod. §. inter pignus. inſti. de actio. quantùm ad hypothecariam actionem, ut ibi, aliàs autē effectu ſic, quia re tradita, dicitur pignus, nō tradita autem nec poſſeſſa hypotheca. l. ſi rem. §. propriè. ſupra de pigno. actio. qui eſt. §. j. Et hypotheca ab hypos Græcè ſub, & theſis poſitio, quaſi ſuppoſitio ſiue obligatio rerum, ut pignus à pugno de quo ſupra.

Et ideò per appoſitionem copulę, &, quæ communiter ſolet poni inter diuerſa ut per gl. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & in c. quærelam. de ſimo. dictum eſt hic de pigno. & hypothe.

Sextò quæritur quo modo pignus cõtrahatur, & hypotheca,& reſpondetur ut clarè per Iurecõ. in l.j.ſupra de pig.act.& in l.cõtrahitur,infra eo. pignus ſcilicet nõ modo traditiõe ſed et nuda cõuentione, hypotheca uerò pacto cõueto ut ibi.

Septimò & ultimo quæritur,quare pignoratitia actio ſit ſeparata,ſiue ſitu.de pigno. actio. ab iſto tracta.& reſpondetur ut per gl.in §.tertij. in proœ.ffſorum.ad quam Bar.hic ſe remittit & bene reſolutioq; eſt ut etiam dicit Ripa,ego clarius poſt glo.in rub.C.de bo.poſ.contra tab.(tametſi poſſit etiam dici ut ſupra, quod iu his quæ ſunt de materia iuris poſitiui ſufficit pro ratione,uoluntas)hoc idem factum fuiſſe, diuerſis reſpectibus,nãque pignoratitia actio perſonalis eſt ideo inter perſonales actiones poſita eſt.l.j.ibi de cõmodato &de pignore edixit ſupra ſi cer.pe.quod uerbum exponitur de pignore,id eſt de pignoratitia actione,hypothecaria uero realis, inter reales & minimè mirum propter ſimilitudinem,arg. in l.in rem.in §.item quæcunq;.ff.de pigno.act. pro abſoluto deniq; habentes,pignoratitiam directam eſſe, quæ datur debitori ad repetendum pignus. Contrariam uerò creditori in pignore decepto.l.ſi rem.§. omnis. l. tutor. §. contraria. ſupra de pignora. actio. ut in actione mandati, & depo. dicimus ſupra manda.uel contra depoſi. uel contra. Et hypothecariam ad euocandam poſſeſsionem rei obligatæ è manu debitoris competere.l.ſi fundus.§.creditor. infra eod. deq; his omnibus latè Moder.Fanen.in tracta. de pigno. in vij.par.inq; j. membro. col. j. ubi unam aliam differentiam ponunt inter pignoratitiam actionẽ,& hypothecariam, quod illa eſt bonæ fidei, iſta autem ſtricti iuris,& bene.§.actionum.inſti. de actio.in ſimili glo.in l.in bonæfidei.C.de pac. & in l.in actionibus.ff.de in litem iu.Cætera die ut per ſcriben.Mod.quia Barto.& alij parum aut nihil dicunt.

Vlpianus lib.lxxiij. ad Edictum.

OBLIGATIONE GENERALI. Quod in obligatione generali ſeu (ut communiter dici ſolet) quando aliquis obligauit in contractu, puta emptionis & uenditionis omnia bona ſua,præſentia & futura nihil excipiatur & omnia pariter comprehendantur, de quibus hic in exemplis poſitis uſque ad l. ſi debitor. facit primum pro dubitandi ratione,uulgatum illud,qui omne dicit nihil excludit l.Iulianus.ff.de leg.iij.c.ſolite.de maio.& obed.

Et ideo hinc dicebat Barto.arguendo de contractibus ad ultimas uoluntates, quod argumentum optimum eſt.l.ſeruum filij.§. eum qui chyrographum.ff.de lega. j. in l. Centurio,col.ix.alias nu.27.ff. de uulga. & pupil. ſubſti. quod eo ipſo quod teſtator dixit uolo bona mea omnia peruenire ad talem,nihil excludit.

Et Ancha.conſ.ccccxxxix.col.v.quod adiectione nominis uniuerſalis, tam fœminæ quàm maſculi comprehendentur.& Bald. in auth. habita. C.ne fil.pro pat.col. iiij. quod ſcholares poſſunt appellare à quolibet grauamine,quia tex. ibi dicit ab omni iniuria.

Secundò dubitandi rationem faciebat,quia indefinita æquipollet uniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ſupra de pig. act. l.ordinarij.& ibi not.C.de rei uend. uniuerſalis autem eſt maioris potentiæ, & plus quam indefinitum.d.l.Iulianus. declarat Corn. conſ. ccxliij. col.ij.uol.iiij.ergo.

Tertiò, quia poſito genere poſita intelligitur quelibet generis pars & ſpecies. l.ſi quid earum. §.inter emptum.ff.de leg.iij.ſed quæ in exemplis prædictis dicuntur hic partes et ſpecies generalis obligationis, eſſe uidentur, ergo ſub ea comprehendentur.l.in generali.ff.de reg.iur.

Quartò,quia non minus debet operari genus quoad genus, quàm ſpecies quoad ſpeciem. l. ſi duo.ff.de admi.tu.l.Gallus.§.inſtituens.& ibi ſignanter not.Bal.col.j.ff.de lib.& poſthu.ergo(ut dixi)omnia comprehendentur.alias.

Et quiutò,uerba ipſa uniuerſalia, generaliſque obligatio parum aut nihil operaretur haud dicendum.l.ſi quando.ff.de leg.j.c.ſi Papa.de priuile.in vj.glo.in l.j.in prin.ff.quod met.can.Bal. in rub.C.de contrahen.emp.q.ix.

Et hoc eſt etiam quod idem Bal.dicebat in l.ſi hæreditas.in §.j.ff.de teſta.tu. quod ſi confirmetur aliquid in ſuo uniuerſali,confirmabitur quoque quo ad omnia particularia.

Et Alex. in l.quod quis.col.iij.C.de proc.q̃d ſicuti procurator ſpecialis non ſubſtituit, pari modo nec ſubſtituit generalis, ſi ad omnia ſubſtituere uelit.

Et maximè ultimo loco, quia ſubeſſe uidetur quid,quod poteſt imputari uenditori cur legem apertius non dixerit argumentum in l.ueteribus ff.de pac.pulchrè Alex.conſ.xxij.in prin.uol.vij. & cur propoſitum in mente retinuerit, quoniam nihil operatur.l.ſi repetendi.C. de cond. ob cau. c.literaturam.de uoto.& cur nõ expreſſerit,quia quę ſpeciali nota ſunt digna ſi non exprimantur, uidentur quaſi neglecta.l.item apud Labeonem. §.hoc edictum.ff.de iniur.Et hoc eſt quod adhuc dicit Bald.a uerbis generalibus cauendum eſſe in l.pactum.col.iij.C.de colla. imò.tex.in l. fin. ad fin.C.de dot.promi.

Tamen iſtis non obſtantibus, contrarium deciditur in l.noſtra, et ratio deciſionis eſt (ut inquit Ripa) quę exprimitur in text. quia generalis obligatio non extenditur ad ea,quæ non fuiſſet in ſpecie uerisimiliter debitor obligaturus. Et male ac perperam, quia dictum eſt Iuriſconſult.et deciſio, non ratio deciſionis,et foret, ſi ratio eſſet, eadem cum dicto, et rurſum male. l. fin.

fin.ff.de offic.procurat.Cæſa.& hinc uulgo dici ſolet uitioſum argumentum fore pariter hoc caſu, quando ſcilicet ratio eſt eadem cũ dicto. Et ad idem eſt text.not.in l. qui inter rogatus et ibi Bartol.ff.de int.actio.Bald. in c. cum inter ad finem. de conſuetu.Angel.in l.ut ujm. in princip. ff.de iuſti. & iur.

Ratio eſt igitur uera et concludens: quia præſumptione legis, non eo animo uẽditor eaq; intentione, ſe obligaſſe uidetur, quanquam obligatio ſit generalis, et ideo actus obligationis non debet operari ultra agentis intentionem ut quæ in text.enumerata ſunt in ea comprehendãtur.l. non omnis.ff.ſi cer.pet.

Et quia ordinata charitas incipit à ſeipſo.l.pręſes.C.de ſerui.et aqua.unde eſto quod obligauerit omnia bona ſua, nõ propterea intelligetur ea quæ ſibi uſuiq; ſuo erant neceſſaria, et in quibus cadebat affectio uoluiſſe obligare.eſtq; argu.in l. cum de indebito.ff.de prob.

Ad oppoſita reſpondetur, nõ obſtare non primum, quia uerum eſt (lex quo tollẽtur etiam deciſiones ad idem inductę) niſi ratio aliud ſuadeat et uериſimilitudo ex quo tunc uerba (quanquam generalia) ciuiliter tamen ſunt intelligenda, ut hic.et in l.ſi cui.ff.de ſeruit, et in l. creditor. in §. lucius.ff.man.et eſt melior.tex.de iure.in l.ſi mihi meuia.in §.fin.ff. de leg.iij.

Vel et ſecundo dico, qđ nec adhuc uerba ſunt generaliter intelligenda, quando inde ſequeretur abſurditas, ſed reſtringenda potius ne ſequatur.l. ſcire.oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto.arg. in l.nã abſurdum.ff.de bon.lib.abſurditas autem maxima foret, ſi ea de quibus hic continerentur ſub dictis uerbis, et obligatione generali ergo.

Vel et tertio, quod reſtringuntur ne euitetur iniquitas, iniquũ autem eſſe (ſicut dixi) prędicta cõprehenderentur ergo.l.in ambigua. ff. de legi. Bar.in l.non dubium.nu.9.C.eo.

Non obſt.ſecundum, quia æquipollet pariter qñ eadẽ eſt omnium, ſub ipſo uniuerſo contentorum, conditio et ratio, ut ibi not.et in c.ut circa de elect. in vj. ſed hic inq; exemplis prædictis diuerſa eſt.ergo.ex quo tollitur, etiam id ad idem quod plus ſit uniuerſale, quam indefinitum, eadẽ ratione et ut ſupra latius dictum eſt.

Non ob.tertium, quia uerũ eſt id quoq; de ſpecie, quę ſub genere contineatur, ſeu parte ſub toto, ex quo genus eſt (ut ait Porphyrius) qđ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. l.ſecunda.ſupra ſi cert.pet.

Et totum, quod ex ſuis partibus conſtat.l.j.ff. de ori.iu.Bart.in l.qui uſumfructum.ff.de uerbo. ob.ſed hic exempla non continentur ſub genere, neque poſſunt dici partes totius, rationibus prædictis, ergo. Vel dic aſſumptum non eſſe uerũ quia poſita ſpecie ponitur genus non è contra ut in d.§.inter emptum.

Non ob.quartum, quod ſolum adducit etiam Ripa hic ſed nouiſſime fuit etiam argumentum. Bal.in l.ſed et ſi quis in §.quæſitum.lectu. ij.col. ij.ff.ſi quis cau.eiq; nõ reſpondet quia id nõ pcedit in his quę ſpecialiter obligari non debuiſſent ita ſignanter Bar.in l.j.C.quę res pi.ob.po.ſubiiciens hac de re, ſi quis in re omne periculum ſuſceperit, quod non propterea uidebitur periculum caſus fortuiti ſuſcepiſſe, et ſi quis obligauerit omnia bona ſua non uidebitur obligare (ut ẽt hic dicitur, ſuppellectilia ſibi quam maxime neceſſaria. Et alibi Albe.quod ſi quis promiſerit p̄ſtare patrocinium contra oẽm hoiem, non tamẽ tenebitur contra ſeipſum, uel cõtra ſuum cõſanguineum id facere. in l. qui accuſare, ubi dicit quoq; q. eſſe ſabbatinã. C.de eden.et in l.humanitatis.C.de admi.tuto.et in l.cum acutiſsimi.C. de fideicom.uel dic aliter ad argumẽtum qđ fallat regu.ſi genus ſit cõtra naturam ſpeciei, ut hic. not.Bal.in l.libertas. C.de communi ſer.pi.dato. ſiue & ultimo, qđ non procedat in caſibus à iure expreſsis, ut per eundem. in l. ſi quis mihi bona in §.iuſſum.ff.de acqui.hęr.quorum hic unus eſt.

Non quintum quia ſufficit quod operetur quo ad alia bona, et ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu. l.damni.§.ſtipulatio.ff.de dam.inf.Bal.in rubr.C.de contrahen.emp.in ix.qõ.Alex.conſi.ccj. col. iij. uol.v.ſed actus et obligatio eſt huiuſmodi hic, ne contenta in exemplis ueniãt, neque comprehendantur, ergo. Imò quod eſt ſatis quod operãtur id quod eſt de mente iuris, ut per Bald. in l.j. in prin.C.de præto.pigno.

Non ob.etiam quod ad idem dicebatur, de cõfirmatione uniuerſalis, quod inde quoque omnia eius particularia confirmari uidentur, quia nullum reſultabat abſurdum, ſeu iniquitas, imò qđ hoc idem ad literam ibi dicebat tex.quod ſcilicet confirmato teſtamento (pater enim inſtituerat filium, et ex eo nepotem cui etiam tutorem dederat filius uiuo patre mortuus eſt) confirmatur quoque tutoris datio, hic autem abſurditas maxima uel iniquitas ſi ſub generali obligatione comprehenderetur et ueniret ſuppellex, ueſtis et ſimilia ut oſtenſum eſt ſupra; ergo ex diuerſis illatio illius caſus, ad noſtrum fieri non poterit.l. Papinianus exuli.ff.de mino.

Non quod procurator generalis ſi ad omnia ſubſtituere uelit prohibitus eſt, non ſecus ac ſpecialis, qui ſimiliter ſubſtituere non poteſt, & ſic a ſimili quod obligatio generalis pariter, hic omnia comprehendat inq; ea omnia contineantur, ex quo bene eſt prohibitus. d. caſu, procurator generalis, ad omnia ſubſtituere, cum ſit electa induſtria perſonę argumen. in l. inter artifices.ff. de ſol.et in c.fin.et ibi not.de offi, del.ſed nõ hic ad omnia generaliter obligatus uenditor, alia ratione, ut ſupra nec termini pares et utraque deciſio uera in caſu ſuo.

Non etiam illud, de quo.in d. l. ueteribus obſtabit, quoniam non tenebatur uenditor ſiue debitor argumentum in l.ſicut in §.non uidetur.ff.

quib.

quib.mod.pi.uel hyp.ſol.et facit uulgatum illud uerba corum quæ tacite inſunt nihil operantur.l. hæc uerba.ff.de leg.j.

Non quod propoſitum in mente fuerit retentum, et conſequenter quod nihil debeat operari quia imò expreſſit uerbis generalibus, obligando omnia bona, ſed paſsiua interpretatione declaratur, nō tamen generaliter intelligi ut comprehendantur eá quæ ipſe debitor non fuiſſet uerisimiliter conceſſurus, ſiue obligaturus.

Non ob.quod dicitur.in d.§.hoc edictū, quia expreſſa fuerunt in genere.l.fin.C.quod cum eo. Bart.in l.j.nu.7.ff.de uulg.et pup.ſub.quanquam (ut dixi) poſtea interpretationem legis patiantur ut hic uel dicamus quod imò nō ſint hæc de ſpecialibus quæ debeant exprimi, et de quibus in d. §.hoc edictum.

Non ultimum denique, quod ſit à generalibus uerbis abſtinendum, quia ſignanter, dicit Bal. ex quo generalis locutio in promptum trahit periculum uerba referri debent ad uerisimile.conſi. ccv.col.j.uol.ij.uel & aliter qđ uerum eſt, quādo reſtrictionem non patiuntur, aliàs ſecus ut hic, et in ſimili.in l.fi.C.ſine Cen.uel reliq.et in præalleg.l.ſi mihi meuia.in fin.ff.de leg.iij. et aliis ſimilibus de induſtria ratione breuitatis inſtitutæ prætermittendis, quia hæc erunt ſatis quo ad hanc not.legem, ſuper qua parum aut nihil ſcribit Bal. et quo ad caſum.

Modo plura obſeruanda ſunt quanquam diximus nos.in d.figuratione caſus ut etiam Odof. uenditorem ſeu debitorem, omnia bona ſua præſentia et futura obligaſſe creditori ſiue emptori, et primo quod hic dicit.Vlpianus Iuriſcon. legis auctor aliquem obligationem generalem rerum quæ quis habebat habiturusúe erat, feciſſe et non bonorum, forte ea ratione quia uerbum eſt generalius.l.j.ibi rei quoque uerbum ut generale prætor elegit.ff.ſi cert.pet.et ibi dixi, ubi alias bona non dicuntur niſi deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de uer.ſig.Bart. in l.ut iuriſiurandi.in §.ſi liberi.ad fin.ff.de ope.lib.

Eſt uerum quod ſic dixit, ſed tamen hanc habet uerbum expoſitionem rerum ſcilicet quæ habuit in bonis ut infra.in l.ſed et quod. Et idem quod hic etiam in l.ſi is qui infra.eod. prout ibi Bartol.intellexit.et ad iſtud pro declaratiōe ſciās rem eſſe in bonis noſtris, quoties poſsidentes, exceptiones habemus, aut poſſeſsionem amittentes actionem ad eam recuperandam, unde uulgatum illud qui actionem habet rem habere uidetur.l.qui actionem.ff.de reg.iur.Bald. in l. j.in j.lectu.ff.de ſta.ho. et ad propoſitum eſt tex. in l. rem in bonis noſtris.ff.de acqui.re.do. extra bona uero res ſacræ & religioſæ, nec in bonis nec extra, ſeruitutes, ex bonis autem quæ noſtro periculo ſunt, ut in prælegga.l.rem in bonis ubi gl. magiſtra.

Secundo obſeruandum eſt ibi uerisimile, quādo aliquid eſt uerisimile quod id dicitur eſſe ſecundum naturale, ex quo uerisimilitudo eſt cognata naturę, ut inquit Bald.conſ.clxxx.uol.iij. Et debet attendi, quia pro expreſſo habetur.l.Titius.§.j.ff.de lib.et poſthu.glo.in l.tale pactum in §.fin.ff.de pac.

Et quod ſemper uerba ſunt reſtringenda ad uerisimilia, ut hic.in l.ſolutum. in §.ſolutum.ff. de pigno.acti. Et facit uulgatum illud Philoſophi de quo idem Bald.in l.j.col.iiij.C.de ſeruis.fugi. et in l.milites in §.oportet.C.de quæſtion.experimentum uerorum ſermonum eſſe ut concordēt rebus ſenſatis et uerisimilibus, quia longe diſtans a uerisimili, eſt quædam falſitatis imago.

Tertio obſeruandum eſt iſtud, de quo hic, qđ ſcilicet in obligatione generali non continentur ea quæ quis uerisimiliter et in ſpecie quidem, obligaturus non fuiſſet præſtare nobis argumentum ad multa.

Et primo ſi quis promiſerit tibi commodare turrim contra omnem hominem quod non propterea uirtute promiſsionis, tenebitur, nec aſtringi poterit, ut id quidem faciat contra ſeipſum uel filium ſuum, uel alium conſanguineum, qui ſit de domo et familia ſua, uel agnatione, ex quo uerisimiliter, et in ſpecie quidem alias iſtud, nō promiſiſſet, et eſt argumentum in l.inquiſitio.C. de ſolu.et in l.ii.ff. in ius uoc. ut eant et in l. lex Cornelia in prin.ff.de iniur.et in c.petitio de iureiuran.et ita dicebat Cyn.in l.cum acutiſsimi ad fi.C.de fideicom.

Secundo præſtat nobis argumentum eum, qui deputatus eſt ad denunciandum generaliter, non teneri denunciare coniunctas perſonas, tum quia eas accuſare non poteſt.l.pe.C.qui accu.non poſ. l.fin.eod.tit.tum quia uerisimile non eſt denunciandi officium fuiſſe ſibi ad iſtud iniunctum, et ita dicit Bart.in l.diuus ad fin.ff. de cuſto.reo.

Tertio præſtat nobis argumentum ſi communitas uendat Gabellam ſalis, et poſtea emat ſal, quod non tenebitur Gabellam ſoluere, ex quo ius exigendi eam, non intelligitur in emptorem tranſtuliſſe, ut ab ipſa cōmunitate uedente exigatur nec uerisimile eſt, quod uendere ſic uoluerit, ſe ipſamq; ad id obligare, et latius ut per Bal. in l.emptor ad fin.C.de hære.uel ac.uen.& Alex. conſ.cxlix.col.ii.uol.ii.

Quarto præſtat nobis argumentum ſi quis in terminis iſtis obligauerit generaliter omnia bona ſua, quod in ea non cōtineatur feudum, ex quo nec uerisimiliter in ſpecie ipſum obligaſſet, abſq; domini conſenſu, eſſetq; actus alias quo mediante potuiſſet uaſallus priuari.c.j.iuncta.gl.de prohib.feu.alie.per Lotha.not.in c.ex parte de feu. in uſib.et ita dicit Specu.in tit.de pigno. in §.i.et Bald. in c.j.col. j.de prohib.feu.alie.per Fed.in uſib.& Alex.conſ.iij.col.ij.uol.iiij.et conſ. cxxij. col.iij.eod.lib.et conſ.xlj.in prin. uol.vj.et conſ. xcv.col.ij.eo lib.

Quinto præſtat nobis argumentum ſi facta ſit commiſſio generalis ſindico, quod non propterea

rea mandatum habuiſſe uidetur ad compromittendum, et maxime ut arbiter habeat facultatem tollere uni parti et dare alteri in parua ſeu magna quantitate,& enormiter lædere,ex quo uerisimiliter et in ſpecie hoc alias eidem non commiſiſſet,ut inquit Cora.conſ.cxlix.col.iij. uol.i.

Sexto præſtat nobis arg.quando princeps non fuiſſet aliâs legitimaturus aliquo caſu aliquem ue riſimiliter,quod neq; poterit legitimari à Comite habente poteſtatem ab eo, ita Paul.Caſt.in l. gallus.in §.et quid ſi tantum.in fin.de lib.& poſt. et idem Corn.poſt eum conſi.ccxlv.colum.j.eo. lib.Alex.conſil.lx.col.peu.uol.ii.et conſil.clxxxviij.col.ij.uol.v.

Septimo præſtat nobis argumentum ſi dominus geſta ab aliquo generaliter approbauerit,qđ approbaſſe non uidebitur, quod ipſe rem uenderet approbantis, nomine proprio, ex quo uerisimiliter et in ſpecie hoc eidem non conceſſiſſet, ut adhuc Cornel.dicit conſ.cclxix.col.iiij. eod.libro.

Octauo præſtat nobis argumentum ſi Papa generaliter recipiat monaſterium, ſub iure et proprietate eccleſię Ro.quod non propterea,eximit à charitatiuo ſubſidio de iure impoſito ex quo idem(iterato dixerim)eidem in ſpecie uerisimiliter non conceſsiſſet.cap.cum uenerabilis et ibi Abb.de cenſi.Gemi.in c.j.de cenſi.in vj. Paul. de Eleaza.in clemen.j.de exceſsi.Præla. idem. Cor. conſ.cccxlij.col.j.eo.lib.

Nono præſtat nobis argumentum quod ſimili modo in generali permutatione ſeu commiſſione permutationis fiendæ in laicum, non ueniunt iura Abbatiæ,quæ ſpecialiter epiſcopus,et uerisimiliter non fuiſſet conceſſurus,ut idē Corne. conſulit et concludit.conſil. cccxlviij.ad fin. eodem.lib.

Decimo præſtat nobis argumentum ſi Princeps reſcribat,Titium poſſe ædificare in loco publico, etiam in præiudicium cuiuſcunque, quod non præiudicabitur uiduæ et pupillo,ex quo nec iſtud in ſpecie uerisimiliter conceſsiſſet.l.j.C.Im pera.inter pup.et uid.argumentum.in c.ex tenore de for.compe.et ita dicit.Bartol.inſtit. de exhæreda.lib.in fin.princip.

Vndecimo præſtat nobis argumentū ad clauſulam reſcriptorum, ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnes defectus, ut comprehendat tātum defectus ſolemnitatis, non inhabilitatis, uel alterius naturalis defectus, quia ſpecialiter et uerisimiliter aliàs non ſuppleuiſſet, ut p Bal. poſt.Spe.in l.ſed et ſi quis.in §.quęſitum.lectu.ij. in prin.ff.ſi quis cau.

Duodecimo præſtat nobis argumētum generalem renūciationem factam omnium exceptionum,non ualere,ne renuncians ſub uerborum in uolucro decipiatur, argumentum.in l.cum aquiliana.ff.de tranſac.et quia uerisimile non eſt per uerba generalia, cogitatum de eo quod ipſe facturus non fuiſſet,ita Gul.Cyn.et Iaco.de Are.& Bald.poſt eos.in d.§.quæſitum.lectu. j.col.ij.ff.ſi quis cau.

Decimotertio præſtat nobis argumentū bona coloni omnia inuecta et illata in fundum cōductum tacite eſſe domino obligata, præter ueſtimenta quotidiana, ut etiam hic dicitur, & nimirum quia non debet plus operari tacitum quā expreſſum, ſed in expreſſa obligatione non uenirent,quia uerisimiliter,non fuiſſet dominus ea obligaturus,ut rurſum hic dicitur, et infra latius ergo multominus tacite, et declarat Bal.in l.certi iuris per illum.tex.C.loca.col.iii.

Decimoquarto præſtat nobis argumen.quanquam rerum ap.ueniāt homines mei. l. omnia ad fin.ff.de legat.ii.l.fin.C.de uer.ſig.dixi.in l.j.ſupra ſi cert. petat. non tamen uenient ſi mihi ſanguine fuerint coniuncti, ex quo (inquit Bald. ſignanter per iſtum text.) in generali ſermone non præſumitur quis loqui contra illos qui ſunt de ſuo ſanguine.in l.j.in j.lectu.colum.j.ff.de ſta. ho. nonnihil ſupra quanuis aliter inducendo tñ.

Decimoquinto præſtat argumentum ſi habētes plenum arbitrium et generale,ſuper bello in ter duas ciuitates, pro recuperatione caſtri donauerint bona fiſcalia, quod donatio non ualebit, ex quo hæc concedi non conſueuerunt à cōmuni,uſque adeo ut nec in mandato includantur ita idem Bald.conſil. cccLxxxiij. colum.ſecunda. volum.iij.

Decimoſexto præſtat nobis argumē. ſi quis ſit prohibitus alienare, quod non uidebitur uenire contra prohibitionem,obligando generaliter,qñ quidem in generali contractu non ueniunt ea, quę quis in ſpecie non eſſet obligaturus ut per Bart.& Bal.in l.codicillis.in §.inſtituto ad fin.ff. de leg.ij.Alex.conſ.xvi.ad fin.uol.ii.et conſi. xx. colum.ii.uol.v.et conſ.x.ad fin. uol.vii.Ro.conſ. clxvi.col.ii.

Decimoſeptimo præſtat nobis argumentum in pedagiis animalium, non eſſe uerisimile uoluiſſe principem hominem includi,quia nec ſpecialiter iuſsiſſet.l.de quibus et ibi Iac.à.S.Geor. ad fin.ff.de legi.

Decimooctauo præſtat nobis argumentum in generali derogatione priuilegiorum,quod princeps non uidetur derogare illis,quibus uerisimiliter in ſpecie non fuiſſet derogaturus ut not.Archi.et Io.And.in cap.ei de pręben.in vi.et idem. Alex.conſ.xxx.col.i.uol.v.

Decimonono præſtat nobis argumentum in generali reſeruatione Papæ non comprehendi beneficia quæ ſint de iure patronatus laicorum; ut concludunt communiter Docto.in c.ij.de prębend.in vj.Lap.allegat. xcvj. Imol.in c.dilectus, de præben.et in c.dilectus de offi.de.Alex.conſil. lxxi.col.j.uol. iiij.

Vigeſimo præſtat nobis argumentum ſi præſidi conceſſum ſit merum et mixtum Imperium cum ampla iuriſdictione, quod tamen noua uectigalia imponere non poterit, quia nec princeps

ceps ueriſimiliter id ſibi in ſpecie permiſiſſet.l.j. et iij.et ibi not.C.noua.uectiga.impo.non poſſ. Imo.conſ.cxxj.ad fin.

Vigeſimoprimo præſtat nobis argumentũ ſtatuta municipij, loquentia de donationibus inſinuandis, non extendi ad eas que fiunt locis piis ſiue eccleſiaſticis perſonis, ex quo de eis uerſimiliter municipium diſpoſiturum non erat alias eſſent contra libertatẽ eccleſiaſticam auth.Caſſa. C.de ſacroſanc.eccleſ.Fulgo.conſ.cv.colum.fin.

Vigeſimoſecundo præſtat nobis argumentum generale compromiſſum, nunquam intelligi de his quæ ſententia uel tranſactione fuiſſent ante deciſa, de quibus uerſimiliter, non fuiſſet quis in ſpecie ſiue ſpecialiter diſpoſiturus,ut per eundem Fulgo. conſi. cxx.col.j.

Vigeſimotertio præſtat nobis argumentum ſi ſaluus conductus & ſecuritas concedatur alicui uerbis generalibus,quod non extendetur, contra perſonas,cõtra quas veriſimiliter princeps alias non conceſsiſſet,ut in pulchro caſu tradit Alex. conſi.ccxxxv.in prin.uol.vj.

Vigeſimoquarto præſtat nobis argumentum quod per generalem clanſulam non obſtante, de qua plene.in l.ſi.C.ſi cõtra ius uel uti. pub.princeps non uidetur derogare illis, quibus non eſt ueriſimile ipſum fuiſſe in ſpecie derogaturum,ut idem adhuc dicit conſil.ccxliij.col.ij.eod.lib.

Vigeſimoquinto præſtat nobis argumentum ſi procurator generale mandatum habeat, quod non uidetur habere id ad faciendum, quod Dominus in ſpecie non fuiſſet conceſſurus. ita idem Alexand.conſ.lxxxij.col.ij.uol.vij.& Corn.conſ. clxxvij.col.j.uol.ij.et Pau.Caſtren.conſ.cccxxxv. col.ii.uol.j.not.in l.j.in prin.ff.de offic. eius cui mand. eſt iu.

Vigeſimoſexto præſtat nobis argumentum ſi quis ſe generali ſermone obliget cõtra alium uni, quod ſemper exceptum intelligatur præter quam contra illum ſiue illos quibus fidem dedit,ex quo ſicut non fuiſſet ſpecialiter conceſſurus cõtra illos, ita dicendum eſt quod in generali ſermone non ueniant.c.ueniẽs.de iureiuran.argumentum in l.fiu.ff.qui ſatiſd.cog. Pau.Caſt.conſil. ccxcv. col.v.uolum.j.

Vigeſimoſeptimo præſtat nobis argumentum. ad iuramentum, quod ſimili modo non extenditur ad id,de quo non eſt ueriſimile actum fuiſſe ſi fuiſſet expreſſum, ut idem Paul.dicit.conſil. cccxlij.col.iij.eod.lib.

Vigeſimooctauo præſtat nobis argumentum quod nec in generali hypoteca,uenit emphiteoſis,quæ ſpecialiter obligari nõ poterat,ait adhuc Pau.conſ.lxviij.ad fin.uol.ij.

Vigeſimonono præſtat nobis argumentum quanquam inſpecta propria ſignificatione et logicali,ſit uerum iſtud,quod tota oratio ſit falſa, ſi quid falſum eſt,non tamen eſt uerum inſpecta mente contrahentium ſeu diſponentium, ex quo uniuerſalis oratio limitatur et reſtringitur ad ueriſimiliter cogitata ut hic & per Dy. & per Ioan. And.in regu.in generali de regul. iur.in vj. tradit Bartol.in l.ſi is qui ducenta.in §.utrum.num. 5.ff.de reb.dub.

Trigeſimo præſtat nobis argumentum ſi in aliqua diſpoſitione apponatur immediate, et ſimpliciter,clauſula generalis, generaliter etiam intelligitur, ſi uero poſt expreſsionem alicuius rei ſpecialis,tunc generalitas reſtringitur ſecundum cauſam præcedentem,ut hic per Ang.quem refert et ſequitur in notab. caſu Deci. conſil. ccclxxix. col.iiii.uol.ii.

Trigeſimoprimo pręſtat nobis argumentum ſi ſtatutum dicat omni caſu uirum dotem lucrari debere,quod non lucrabitur eam ſtantibus liberis ex primo matrimonio.l.hac edictali. C.de ſecund.nup.et ut hic.eſt uerum quod Rom. tenuit contrarium conſ.xliiii.ad fin.poſt Bald.in l.unica. C. de inoffi.dot. et Dec.idem.conſ.ccclxxxix. nu.11.uol.ii.et male ſupra dictis ſtantibus,quod etiam ſentiunt Moder.Fanen.in tracta.de pigno. par.ij.memb.ij.nu.37.

Trigeſimoſecundo præſtat nobis argumentũ ſi hęc uerba reperiãtur in inſtrumẽto.*Li obliga & conſegna*. Quod non propterea importabunt dominij tranſlationem, ut dicit Socin.conſil.xciij. col.ij.uol.j.

Trigeſimotertio præſtat nobis argumentum ſi quis promiſiſſet accommodare arma contra quẽcunque, quod non intelligetur contra ſe,nec de ſcendẽtes ſuos, ut in ſimili de turri dictum eſt ẽt ſupra.nouiſsime facit tex.in l.humanitatis. C.de excu.tuto.et in l.petitionem. C. de aduo.di.iud. Barba.in l.cum acutiſsimi.col.ix.C.de fideicom. Catald.de poteſtate Pap.multa.nu.48.

Trigeſimoquarto præſtat nobis argumentum ſi dicat quis affero me tibi,et omnia bona mea ad omnia placita tua, quod non uidebitur promittere ſiue obligare, quæ ueriſimiliter et in ſpecie non obligaſſet.c.cum ueniſſent de inſtit.Alex.in l.ita ſtipulatus.col. ii.ff.de uerb.ob.

Trigeſimoquinto præſtat nobis argumentum ſi ſtatutum pœnam imponat opponenti exceptiones,quod non includetur in eo exceptio recuſationis iudicis ſuſpecti,ex quo graue eſt coram eo litigare.l.apertiſsimi.C.de indi.c.quod ſuſpecti. iij.q.v.Deci.in capitu.quoniam contra.colum. xv.de proba.

Trigeſimoſexto præſtat nobis argumentum ſi in reſcripto generalis clauſula derogatoria reperiatur ut dictum eſt de aliia à ſimili ſupra quod non extendetur ad derogandum hiis,quibus non eſt ueriſimile principem derogaturum in ſpecie. Vel & aliter quod non eſt ueriſimile ſummum Pontificem uelle in ſpecie derogare priuilegiis conceſsis in utilitatem membrorum immediatorum ſedis Apoſtolicę.c.cum inſtantia de cenſib. Rom.conſ.cccxlviij.col.pe.

Trigeſimoſeptimo præſtat nobis argumentum ſi donatio omnium bonorum facta ſit,ut non ueniant

niant, quæ in ſpecie nerisſimiliter non fuiſſet quis donaturus de quo alias in l.ſtipnlatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obl.et in l.fi.ubi et nos quoque.C.de pac.

Trigeſimooctano præſtat nobis argumentum ſi uenditio generalis facta ſit, quod non intelligitur uenditum id quod in ſpeciè nerisſimiliter non fuiſſet quis uenditurus. c. ſi uaſallus et ibi not.Alua.colum.iiij.ſi de feu.fue.cont.int.dom. et agnat.

Trigeſimo nono præſtat nobis argumētū ſi generalis translatio bonorum fiat, quod non extendetur ad ea quæ exigunt ſpecialem conceſsionem c.quod translationem de offi.del.mnlta Bertran. conſ.cviij.nu.14.uol.ii.et iſta ſufficiant quoniam deus impare nnmero gaudet.ſe piu ne uuoi ſtudia et li trouerai tu da te ſteſſo. Et Ripam uide hic ad multa inferentem.et Moder.Fancn.in tractat. de pigno.fuſius.par.ii.memb.ii.

Eſt uerum quod in nno not.caſu.forte dici poſſet regu.fallere quando quis non haberet niſi unā rem tantum quia tunc ueniret in obligatione generali quanqnam alias non fuiſſet eam uerisſimiliter obligaturus, ne obligatio reddatur inutilis et fruſtratoria ut in ſimili per Bal.in l.liberti circa medium.C.de ope. lib. et fuit ſingul. dictum Gerar.à pet.ſanc.in ſuis.35. Adde tu bene facere rationem, quia genus, quod non poteſt uerificari niſi in una ſpecie tantum ſpecies. eſt l. ſi optio ff.de opt.lega.Bald.in auth.hoc inter liberos, in princ.C.de teſtam.ſed ſi hic ſi unam rem tantum habeat quis, non in genere ſed in ſpecie, obligatus uidetnr ergo non mirnm.

Quarto redeundo eo unde diſceſsimus, ibi, ut puta obſeruandum eſt, dictionem hanc ſeu aduerbium exemplificatiuum fore, quemadmodum ēt in l.ſunt perſonę.ff.de religio.& in l.prima, ad finem.ff.de noua. et in l.uero procuratori.in prin. ff.de ſolu. et in l. et per iuſiurandum. in §.j.ff. de acceptila. et in l. Iulianus. in §. fina. ff. dę actio. empti. uel dic quod loco aduerbij poſitum ſit pro ſcilicet.

Quinto obſeruādum eſt, quod ſuppellex (priſci enim ſic dicebāt, nos ſuppelectilem.l.j.l.ſuppellectilis.ff.de ſuppel.leg.) eſt de illis rebus, quę in generali obligatione bonorum non ueninnt, ex quo ad uſum quotidianum patrifamilias parata eſt d.l.ſuppellectilis, nec uerisſimile in ſpecie eam obligare unquam uelle, dicta de cauſa. Et ad idem facit tex.in l.fin.ff.eo.Et addendum in ſuper ſuppellectilis appellatione, menſas, trabes, ſcanna, lectos culcitras, & reliqua mobilia ut uaſa, uitrea, eſcaria, et potaria, et id genus plura enumerata.in l.de tapetis.et in l.iij.ff.eod. contineri Et mobilia dixi quia ſuppellex rurſum domeſticum patris famil. inſtrumentum eſt, quod neq; argento neque auro, facto uel ueſti ènumeratur id eſt res mobiles non animalia. l. j.et ii.ff. eo.

Sexto obſeruandum eſt, ſimiliter de his rebus fore ueſtem et hac de re debitori obligato relinquendam. Et nota quod neſtem à ſuppellectili diſtinxit Iuriſconſ.quia (ut Labeo, Offilius, et caſſellius dicebant) ſuppellectilis appellatione non cōtinet.l.qui ueſtē.l.Labeo in prin. et in §. j. ubi ēt de penula & toga.ff.eo.pennla eīn erat ad pluuiam arcēdā, de qua ēt in l.ueſtis.ff.de au. et arg. lega.quod nullibi intellexit Accur.unde. Quint. ſi non pluit tibi penula opus non eſt, ſi pluit ego. utor lib.vj.c.iij.& xlvj.ita Galbe roganti reſpondit, toga commnnis omnium Romanorum, à tegendo dicta de qua præceteris Caſsius ad Cice. eſt enim tua toga omnium armis fęlicior.

Verum quia ueſtis ſimpliciter mentio fit tantum hic, et nihilominus eſt multiplex; Toga & penula (ut dictum eſt) Conchyliata, latus clauus, Sagum, Pallium, Trabea, domeſtica, forenſis, Pinguis, Snpparū, Clamys, [illegible], ſtola, Abolla, Palmeta, coccinea, ſynteſis, Plagula, Prætexta, Citroſa Clæna, Theriſtrium, Palla, Ependites, Subucula, Maſtruca, Strigium, Renones, Tallaſsina, Byſsina, Pereniganda, Endromis, Oloſſerica, Blattea, Dibaphum, Lacerna, Epheſtride, Hyacintina, Ciclada, Treche dipna, Epitogium, Xerampelina, Cucullus, Bardiacus, Toga, Præſidiaria, Singilio, Tunica galbina, Birrus, Leua, Coa, Syrma, Batrachis, dubitatur quid iuris, an ueniant nec ne ueſtis appellatione, & an ſint de his quæ non contineantur in generali obligatione (quæ enim ſint hę ueſtes, quales & quorum, declarabo in fine legis) & breuiter reſpondetur quod ſic, quoniam indefinita æquipollet uniuerſali.l. ſi pluribus.ff.de lega.ſecundo, quando maxime eadem eſt ratio omnium contentorum ſub ipſa ut ibi declarat Barto. nu. 6. & dictum eſt etiam in figuratione caſus. Et quia eſto quod dici ſoleat communiter, quod id non dicitur tale, quod non eſt ſimpliciter tale l.hoc legatum. ff.de legat. iij. l. j. ff. de dona. l. j. ff. ut lega. no.ca. tamen ſi in adiuncto eadem ſit ratio pariter, quæ eſt in eo cui adiungitur ut hic, Idem de eo iudicamus qđ de alio, deq; actu primo ut pulchre declarat Pau. Caſt. in l.ſerui electione in §.labeo. ff. de lega.j. & uidetur caſus in l.parentes.ff. de in ius uocan. pulchre Bald.in cap. innotuit ad fin. de electio. dixi ego late in d.l.hoc legatum in collectane. & ad propoſitum an omnes ueſtes comprehendantur facit tex. in dicta l. ueſtis. ff. de aur. & argen.lega.

Septimo & ultimo obſeruandum eſt, ibi nec ex mancipiis, quod mancipia in obligatione generali neniunt quæ uerisſimiliter debitor, ſeu dominus in ſpecie, non obligaſſet, uel ratione myſteriorum quæ ei ſunt quàm maxime neceſſaria, uel propter affectionem dominicam, cujus etiam habenda eſt ratio, argumentum in l. cum ſeruus. ff.manda. Intereſſe enim triplex eſt ultionis. l.ſeruus. ff. de ſer. exportan. applicationis.l.i. C. de ſenten. quę pro eo quod int. & affectionis, ut hic & in d. l. cum ſeruus. Bald. pulchre in d. l. pen. ad finem ſi manc. ita fue. alie. ad idem tendunt

cætera

cætera, de quibus in tribus legibus ſequentibus ex hisque gloſ. nihil habentes, pro expeditis habeantur, ideo aliter non inſiſto, & finis ſit pariter huic nota. legi, ſi tamen declarauero primum uobis (ut pollicitus ſum) quæ ueſtes ſint, & quales de quibus ſupra & qui denique eiſdem utantur. Conchyliata igitur, (de Toga et penula dictum eſt nec repeto) purpurea eſt, latus clauus ſenatoria, ſagum militaris, Pallium græcorum, unde Comediæ Palliatæ ſcriptæ ſecundum græcos. Trabea æquitum Roman. qui idibas Quintilibus ab æde honoris equis inſilientes in capitolium tranſibant. Domeſtica quam portamus in domo, exuta Forenſi Toga, Forenſis qua utimur in foro, ſiue foris. Pinguis hyberna. Supparum, puellare ueſtimentum lineum quod etiam nos ſubuculam appellamus. Chlamys ueſtis militaris. αντραχινον. lugentium à carbone qui. αντραξ. dicitur. Stola ueſtis matronalis. Caligula enim liuiam proauiam ſuam, quia erat uafra, appellabat Vliſſem ſtolatũ. Abolla rurſum militaris. Palmata, in pace cõſulis erat, in uictoria triumphantis. Coccinea rubea. Syntesis qua utebantur Romani in ſaturnalibus, indutusque hac ueſte ſyntheſiatus dicebatur. Plagulæ ueſtimenta muliebria. Prętexta inſigne magiſtratuum ethruſcorum Citroſa à Citreo inter ueſtes appoſito, ut oppius ait, à Neuioque ſic ob id appellata. Chlena, hyberna à calefaciendo dicta Theriſtrium æſtiua. Palla Senatoria. Ependytes exterior. Subucula interior. Maſtruca hac utuntur Sardi. Strigium hac Hiſpani. Renoues his Germani. Tulasſina coloris æque marinæ. Bys ſina purpurata. Pereniganda, non intermiſſa ſed continua. Endromis hyemalis & uiloſa. Oloſerica tota Serica purpura. Dibaphum bis tincta, delicacior & honoratior. Lacerna militaris. Epheſtridę, militares adhuc, hyacintina. à uiola nomẽ accipit. Cicladá fœminea in rotunditate formata. Trechedipna paraſitorum Epitogium quæ Toge ſuperimponitur. Xerampelina coloris roſæ ſiccæ. Cucullus Bardiacus Gallica. Toga præſidiaria præſidis. Singilio Barbara, ut eſt etiam uerbum ipſum. Tunica Galbina, ruſticorum & uilium, nos uulgo & lingua Italica, Gabanos uocamus, Birrus gallica, leua, ut Chlamys ſupra coatenuiſsima quam Bombicinam uocamus. Syrma Tragedorum. Batrachis, uiridis, ſeu praſini coloris, qua utebatur. Caligula.

ADDITIO.

Supra oſtenſum eſt, quod hic dicitur fallere, quando quis haberet niſi unam rem tantum, namque tunc ueniret etiam in obligatione generali. Ex quo obligatio alias foret inutilis & fruſtratoria. l. fundus qui locatus erat. ff. de fun. inſt. Adde ſimile in regalibus quæ ſunt reſeruata principi, inſignum ſupremę poteſtatis nec intelliguntur conceſſa uerbis quantumcunque generalibus, niſi exprimatur. c. quod translationem de offi. le. & ibi not. et tamen ſi in loco non haberet niſi regalia de aliis intelligi non poſſet, illaque conceſſa intelligerentur, ut inquit Cuma. ſignanter per d. text. conſ. clxij. col. ij.

Et ſi dictum fuiſſet in cõtractu locationis, cõductorem teneri ad obſeruantiam capitulorum initorum inter contrahentes, nec alia ſint capitula niſi ea ad quę uerba contractus poſſunt referri, ad eorum obſeruantiam quoque tenebitur tantũ, ita Alexand. conſ. xxxj. in princip. uolum. ij. & de intellectu. d. l. fundus ponit ibidem. col. iiij. & cõſil. xxviii. in princ. uol. i.

Qui ad propoſitum dicit etiam alibi quod uerba teſtatoris ſunt referenda ad futura teſtamenta, cum ad alia referri non poſſunt. conſ. clxiii. nu. 4. uolum. vii.

Et Soci. in l. i. nu. 45. ſupra. ſi certum. petatur. ſi teſtator mandauit ſolui omnia credita, nec mandatum poſsit referri niſi ad debitum ex cauſa fideicommiſsi, quod erit perinde ac ſi ſpeciale mandatum factu fuiſſet, & ſubiicit quod text. in d. l. fundus Bal. habet ſemper in ore.

Et ideo dixit in ſtatut. pręſcriptio. num. 12. & in l. quibus diebus. in §. dominus. ff. de condit. & demonſtrat. & Fely. in c. ſic ut. in uer. priuilegium ad fin. de reſcrip. quod ſimili modo, ſi mandauerit omnia ſua credita teſtator ſolui, nec alios habeat creditores niſi eos contra quos præſcripſit, in quibus mandatum poſsit uerificari, ea quoque ſoluere tenebitur hæres.

Et hinc eſt etiam, quod uerbum trahitur ad ſenſum improprium, ſi in proprio uerificari non poteſt. inquit Soci. in l. in conditionibus. in §. ſi patronus. col. ij. et in præallegat. l. quibus diebus. in §. dominus. in princ. ff. de cond. et demonſt. Iaſ. in l. gallus. in §. etiam. col. iiij. ff. de lib. & poſth. Ro. conſ. xiiii. ad fin.

Dicit etiam quod pax facta intelligitur de delicto ad quod refertur, & quod prodeſt, nec delictum (quanquam poſsit iterari) præſumetur iteratum, niſi probetur. conſ. ccccxlix.

Et Bald. in l. fin. col. ii. C. de uerb. ſignificatio. quod uerba latiſsime ſunt interpretanda, maxime ne caduca fiat diſpoſitio, & hac ratione in ſimili Ancha. tradendo intellectum ad text. in l. fi. C. de verbo. ſigni. in c. canonum ſtatuta in repetitione. colum. cclxxix.

Et Regien. in l. ſi quis in fundi uocabulo col. ii. et xii. ff. de le. i. quod licet ap. cartarum non ueniant cartę ſecundum quid ſcripię ſcilicet, ueniũt tamen, quando non ſunt alię.

Et in pulchro caſu Socin. quod ad cauſam propter quam debitum contractum eſt, aliis non apparẽtibus debet fieri relatio. cõſ. xvi. col. i. uol. iij.

Et Bald. alibi ſi teſtator dixerit cuilibet ſeruo meo lego. x. quod offendentibus iniuriam remiſiſſe uidetur, & legatum reliquiſſe ſi omnes offenderint ut diſpoſitio aliquid operetur. in l. in ipſius ad fin. C. fam. hær.

Et

Et in l. finali, colnmna quinta, C. de hære-dibus inſtituen. quod ſermo qui non poteſt in-telligi ſano modo intelligetur abuſiuè & impro-priè de quo etiam ſupra aliis uerbis tamen, l. li-brorum. §. quid tamen Caſsius. ff. de lega. ter-tio, d. l. fundus, qui locatus erat.

Et in l. maximum uitium columna quarta. C. de libe. præte. quod certa dicitur ratio, quæ ſola reddi poteſt.

Et in l. prima, colnmna prima, lectura pri-ma. ff. de ſtatu hominum, ſi dictum ſit, dono ti-bi omnia quæ habeo in domo, quod non ueniunt uenalia puta frumentum, niſi in caſu, quando aliud non haberet. Idemque Pic. in l. Titia, in §. Titia, columna ſexageſimaquarta, ff. de le-gatis ſecundo.

Et in l. item, ff. de procuratoribus, quod procurator ſimpliciter conſtitutus, ad futura conſtitutus uidebitur ſi ſint connexa præſenti-bus, ne mandatum ſit inutile, & idem dicit Cu-ma. in l. damni. in §. ſi is qui uicinas, col. prima, ff. de dam. infect.

Et conſil. ducenteſimo ſeptuageſimoprimo, uolumi. ij. quod in dubio teſtator de legato ſen-ſiſſe uidetur, ut ualeat.

Et alibi Modern. Hiſpan. quod diſpoſitio ca-pituli quanquam, de uſuris in ſexto, quanquam loquatur in teſtamentis, extenditur tamen etiam ad codicillos, ne reddatur eluſoria in capitulo ad noſtram, columna tertia, de empti. & uen-diti. & iſta ſufficiant ad ornatum, dicta l. fundus, qui locatus erat.

ELENCHVS VESTIVM
DE QVIBVS SVPRA.

A

Abolla.
αντραχνιον.

B

Batrachis.
Birrus.
Byſsina.
Blattea.

C

Chlamys.
Chlena.
Ciclada.
Citroſa.
Coa.
Coccinea.
Conchiliata.
Cucullus Bardiacus.

D

Dibaphum.
Domeſtica.

E

Endromis.
Ependites.
Ephęſtridæ.
Epitogium.

F

Forenſis.

H

Hyacintina.

L

Latus Clauus.
Leua.

M

Maſtruca.

O

Oloſerica.

P

Pallium.
Palla.
Palmata.
Penula.
Perenigauda.
Pinguis.
Plagulæ.
Prætexta.

R

Renones.

S

Sagum.
Singilio.
Synthesis.
Syrma.
Strigium.
Subucula.

T

Talaſsina.
Theriſtrium.
Toga.
Toga præſidiaria.
Trabea.
Trechedipna.
Tunica Galbina.

X

Xerampolina, nu. 49. ſunt.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS SECVNDAE DIGESTORVM PARTIS AEQVILIBRII Scholaſtici Mantuæ. Laus Deo Optimo Maximo, Danieli, Proſdocimo, Antonio Confeſſori, Iuſtinæ, Sanctiſsimis Protectoribus noſtris.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE LIBER PRIMVS,

Primæ Codi. partis.

DE SACROSANCTIS Eccleſiis, & de rebus ac priuilegiis earum.

Imp. Honorius & Theod. A A. P. V.

NEMO MARtyres diſtrahat, nemo mercetur.

Dubitandi rationem faciebat, quia contrarium uidemus quotidie obſeruari & ſic arguendo à ſolitis, ut arguit Iuriſcon. in l. certi condictio, in §. ſi nūmos ibi. cum quotidie credituri mutuā pecuniā; ab alio poſcamus. ff. ſi cer. pe. & in l. quod ſi nolit in §. reſtitui. ff. de ædil. edict. Nanq; multi hinc inde mercatores, reliquias ſanctorum emunt & mercātur, eaſq; regibus & principibus poſtea uēdunt, imò & corpora ipſa, deque loco ad locum transferunt, & ſic diſtrahi (quicquid dicatur) ac mercari poſſe uidentur.

Contrariū tamē hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia prædictarū rerum ut liberi hoīs ęſtimationē non recipientis. l. liber homo. ff. de uer. obl. cōmercium interdictū eſt, tum maximè propter religionem. §. nullius aūt. inſti. de rer. diui. & quia ſacra à locis ſacris non ſunt auellenda, uſq; adeo (ſi ſecus actū fuerit) ut uenditio non ualeat nulla ſit, & contrahentes extra ordinē arbitrio iudicis puniantur, ut hic not. & bene. l. non dubiū. C. de legi. l. iubemus. §. ſanè. infra eo. l. ſanctio legū. l. hodie. ff. de pen. arg. in l. j. ff. de iur. delib. & in l. j. ff. de extraordi. cri. & in l. quid ergo. in §. pęna grauior. ff. de his qui not. infa.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, ex quo fit, ſed tamen dico fieri non debere, nanq; dicitur alibi, nō qđ fit, ſed qđ fieri debet Inſpiciendū eſt, in l. ſed licet. ff. de off. pręſi. & in l. pe. ff. de iuſt. & iur. & quod non omne quod licet honeſtum eſt. l. quod ſemper. ff. de ritu nup. c. magnæ. de uoto. Vel dicamus emi non poſſe, uel mercari, ut retineātur, ſed ut in eccleſia ponantur ſic. Prima ſol. tñ magis placuit, quia (ut dixi) hęc in nullius bonis ſunt, nec æſtimationē recipiūt, ſeu pñt ī ſtipulationem deduci. d. l. liber homo. ff. de uerb. obli.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè, qđ religionis ſemper habenda eſt rō. l. ſunt perſonę. ff. de relig. & ſump. fu. & ibi dixi ego ſatis. nimirū igitur ſi martyrum reliquię uenales eſſe nō debēt. Olim. n. Imp. & reges ſacerdotes erant, quippè qđ nihil ſine religione fieri pōt. Iulianus Imp. ſacra tā religioſe coluit ac reuerēter ut uulgo uictimarius diceret. Turcę chartā humi inuētā celeriter arripiūt, putātes ſi quid in ea ſcriptū ſit, nomē Dei cōponi potuiſſe, ſin minus ſcribi. & qm̄ ab Hoſtilio cōtēpta eſt, fulmine ictus periit. Obiter tñ dcm̄ ſit, hoíem religentē eſſe oportere, religioſum uerò nefas. ex quo noīa in oſus uiciū habent ut dixi in Milleloq. centu. v. & religioſus

ſuperſtitioſus dicitur, hinc religioſi dies, triſtes & infames, qui ẽt nefalti uocãtur, famoſus tutor, actio, latro, & ſimile quiddam. ex quo inepte, in §. nullius. inſti. de rer. diu. tex. loqui uidetur, & in §. religioſum. co. ti. & lib. & ineptius, qui dixit ẽt de relig. & ſump. fun. cogitabis.

Et quod ubi reſiſtit lex nulla oritur obligatio. l. cum lex. ff. de fideiuſſo. Bald. in l. cum quis. col. ij. C. de iur. & fac. igno. ẽt naturalis ut ibidem, & per Iaſ. in l. frater à fratre. col. xxj. ff. de cond. ind. ad idem ponderando text. in l. donationes. C. de dona. int. uir. & uxo. ibi nõ licet. & ibi nõ poterat qđ cũ lex reſiſtat pariter ne pater donet filio, ſi donauerit, qđ nec ẽt naturalis obligatio oriri uidetur ita ſit Abb. in c. cum contingat. col. j. de iureiu. Caſsindo. deciſio. v. nu. 2. de iur. pat. uſq; adeo ut hoc caſu, nec poſsit contractus firmari iuramento, ex quo regulatur ſecundum naturã actus ſuper quo interponitur. l. fi. C. de non nume. pe. l. non dubiu. C. de leg. no. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. Abb. in diſputatione ſtãte ſtatuto. col. j. & facit ẽt text. in l. pactum quod dotali. C. de pac. ubi pactum de quo ibi nõ ualet quãquã conferatur in tẽpus habile cũ filia erit ſui iuris, quia lex reſiſtebat ab initio, ut per Bar. in d. l. cũ lex. & i l. ſi minor. ꝑ illũ tex. ff. de ſer. expor.

Et quod lex prohibitiua actus (& ferè idẽ eſt) redditur impoſsibilis. d. l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccl. Corn. conſ. cclxxxvij. col. j. uol. iiij.

Et quod uerba hęc diſtrahere & mercari ꝓut ſunt diuerſa, ad perſonas ẽt diuerſas referuntur, illud ad uenditorem. l. j. C. de bo. mat. & alibi ſæpè, illud uerò ad emptorem, argumentũ in l. plenum, in §. æquitij. ff. de uſu & habi.

Et qđ deniq; Martyrũ appellatione, nõ cõprehẽdunt, ſeu in eorũ numero nõ cõtinẽt, qui qualicũq; intẽtione ſe ipſos uolũtarie occiderũt, ſiue occidũt. c. duxiſti. c. placuit. xxiij. q. v. Finis.

Impp. Honorius & Theodoſius, A A. Aſclepiodoto.

AD INSTRVCTIONES itinerum pontiumq;, etiam diuinas domos, & venerabiles eccleſias, tam laudabili titulo, libenter adſcribimus; quia non eſt inter ſordida munera numeratum.

Dubitandi rationem faciebat tex. in l. placet. ſupra eo. quod eccleſia ad hæc munera minimè teneatur, ubi indefinite legitur, qđ à neceſsitatibus urbiũ eccleſiæ ſingularũ debẽt eſſe immunes. & clarius in concilio Lateraneñ. hoc ipſum quoq; deciſum eſt, in c. non minus. & in c. aduerſus extrà de immu. eccle. Abb. conſ. xiij. col. ij. uol. ij. & eſt argu. in l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fu. ibi, ſumma rõ eſt quæ pro religione facit, ubi & nos multa diximus, alias non diſtingueretur à priuato, neq; foret melioris conditionis quàm priuatus, haud dicendum. l. fi. infra eo. arg. in l. nec honore. ubi glo. C. de epi. & cle. & in l. iij. ibi ſed cur non in milite diuerſum. ff. de mili. teſt. & idẽ quo ad diuinas domos, id eſt Imperiales, hac ultima ratione dici debet, quod non teneantur, & uidetur caſus in l. j. C. de priuile. domus auguſtæ. lib. ij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum refectio prædicta uiarũ & põtium ſpectet & pertineat ad utilitatem publicam officiumq; pietatis ſit, nec munus (ut tex. met dicit) inter ſordida numeratum, æquè conuenit, ut contribuere teneantur.

Ad oppoſita reſpondetur uera fore quantũ ſit ad munera extraordinaria & ſordida, à quibus bene excuſantur, ſed non ab his quæ inter illa (ut diximus) non enumerantur, & ita uerba d. l. placet. intelliguntur quanquã indefinite loqui uideatur, ex quo ſtatim ſe declarat, & quando etiam nõ diceret ita tamen ex aliis iuribus idem dicentibus, declarari deberet. l. non eſt nouum. ff. de legi. l. utrum. ff. de peti. hære. c. ſuper q̃onum. in prin. de offi. dele. nec facit qđ ſumma rõ ſit quæ pro religione faciat, quia ſatis eſt, quod ab aliis muneribus extraordinariis excuſentur & ſordidis arg. in l. tutori. C. de neg. ge. ibi, ſufficit ſi in paucis amici laboribus cõſulatur. Bart. in l. quid ergo. in §. pęna grauior. col. iij. ff. de his qui no. infa. & quia priuilegiatus uti non debet priuilegio contra pariter priuilegiatum. §. ſed & hoc p̃ſenti. in auth. de ſanc. ep. Abb. & alij in c. in prę̃ſentia. de prob. Nec ita ſumus debitores diuinis domibus & eccleſiis ut piæ cauſæ iniuſtitiam faciamus. c. ex tepore. de foro competen. l. aſsiduis. & utrobique not. C. qui pot. in pig. habe. & minus quod ſic à priuato non different, quia ſatis eſt (ut dixi) quod differant & diſtinguantur quo ad alia munera, quia cum his de quibus hic ſimilitudinẽ habent ut adhuc dictum eſt ſupra & in habentibus ſymbolum facile fit tranſitus. l. in rẽ. §. itẽ quæcũq;. ff. de rei uend. iuxta illud ẽt Balbus præter Balba nihil intelligit Craſsisq; craſſa cõueniũt ait alter.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod quanquam comites palatini, & monetarij Imperatoris, ſint immunes ab omnibus muneribus nõ tamen ſunt à contributione refectionis murorũ ciuitatis, quia nõ modo neceſſaria eſt uerũ ẽt utilis, uſq; adeo ut nec eccleſia excuſetur ut hic tradit Bal. cõſ. cccxij. col. j. uol. iij.

Et quod etiam qui prætextu numeri liberorũ ſe excuſant, exaudiuntur & ab his duobus tantum ſunt immunes, à perſonalibus ſcilicet & extraordinariis, cætera omnia ſubire tenentur, & præſertim refectionis uiarum, pontium, & murorum, ut in d. conſi. legitur, ad fi. ubi nititur Bal. oſtendere murorum refectionẽ adhuc munus extraordinarium non eſſe, & bene quia edicto perpetuo continetur, ut hic not. omnes.

Et quod licet antiqua querela laicorum ſit, eccleſias de die in diem ditari, & laycos ipſos oneribus

ribus ſtrangulari, ubi alias ipſe eccleſię immunes ſunt.d.l.placet.ſupra eod. auth. item nulla communitas,infra de epiſco.& cle.eas tamen, ubi de uiarum,pontium,& murorum ciuitatis,& pręciſa & repentina neceſsitas incidit,compellere debet epiſcopus contribuere adhibito tamen moderamine, quoniam ſic inq; iſtis incolumitati eccleſiarum,& publicæ ſaluti prouidetur, ut hic, & poſt Anto.de Rambal.Iuriſcon. Excellentiſs. ita etiam dixit idem Bald. conſil. ccxlvj. ad finem. eodem lib.

Et quod prouiſio aliàs facta à prioribus Aretij Caneuæ ſeu penoris pro utilitate publica ciuitatis, poteſt dici pia ex quo legatum pro refectione uiarum,& pontium, pium pariter dicitur, ut hic & nota. Nicol. de Neapo. in l. prima, in §. ad municipium. ff. ad municipa. latè Deci.conſ. lxxij.col.iij.uol.j.

Et quod denique ſubire munera patrimonialia teneretur eccleſia tunc quando poſſeſsio per ipſam acquiſita foret aſcripta dare pro ſolido & libra ac ſoluere collectas, & eſt prouiſio laicorum, cuius meminit Barto. in l. reſcripto. in §. fina. ff. de mune.& hono. & Bal.remiſsiuè conſil. præallega. ccxlvj. & fuſius in c.j.in §.j.col. v. de pace Conſtan.in uſib. Finis.

ADDITIO.

Quod de Epiſcopo dictum eſt proximè, quia ut hic nota.) eccleſia compelli ad contributionem non poteſt per iudicem ſecularem, nouiſſimè declarat Paul. Caſtren. conſ. ccccxxiiij.col. iij.uolumi.ſecundo,& Bertran.conſi.clx.num.5. uol.primo,nonnihil Boer.deciſio. ccxlvj. nu. 4. par. ſecunda,& Guid. Papæ deciſio. lxxviij. poſt Cyn. hic.

Et quod fortè hæc lex correcta eſt per authē. præallega. item nulla communitas, infra de epiſco. & cleri. quanquam non ſeruetur in aliquibus locis de quo alias Guid. Papæ ſingul. ccccix. & per Docto.hic. Idem Guid. Papæ conſil.lxvij. nu.6.Abb.conſ.iij.col.iij.uol.j.

Et dato quod iſta contributio fiat debet fieri ad ſolidum & libram, etiam ſi eſſet eccleſia mendicantium habentium tamen in loco bona, quoniam alias ſecus, ut per Bald. in præallega. titu. de pace Conſtan. in uerbo munitione ciuitatis, late Bertran. conſil. cxxiij. col. prima. uolu. primo, & nume. 6. ibidem poſt Caſtren. hic, allegantem uulgatum illud.

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis,eſtq; argumētum in l.unica. in §. pro ſecundo uer. neque enim ferendus eſt. C. de cadu. tol. l. ſecundum naturam.ff.de reg.iur.

De Epiſcopis & clericis, Orphanotrophiis, & Xenodochiis, & prochrotrophiis. Et aſceteriis, & Monachis, & priuilegiis eorum, & caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum uetitis ſeu permiſsis.

Imppp. Valentin. Valens & Grat. A A A. ad Cataphronium.

PRAESBYTEROS DIAconos,Subdiaconos,atq; Exorciſtas, & Lectores, Hoſtiarios,& Acolythos etiam, perſonalium munerum expertes eſſe præcipimus.

Dubitandi rationem faciebat,quod hi de quibus hic munera perſonalia ſubire teneantur, neque immunes ſint, quia uidetur caſus in l. de his ſupra eo.ibi ſublimis auctoritas tua(Tauro enim loquitur Conſtantin.A. præfec. præto.) eos nequaquam ſtatuat excuſari.& quia ſic excuſarētur ēt à tutela,cū tamen ſit uis atq; poteſtas in capite libero ad tuendū eū qui propter ætatē ſe nequit defendere.l.j.ff. de tute.Et conſentaneum eſſe uidetur,quia uidemus etiam quod tenentur cōtribuere,ſi de reficiendis uiis, uel pontibus ageretur.l.ad inſtructiones.ſupra titu.proxi.Imò not. in l.placet.ſupra de ſac.ſan. ec. quod oēs munera ſubire debent.tum maxime cū ſint in minoribus ordinibus cōſtituti,pro maiori parte.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quoniam priuilegium habent â lege, ut ab aliis diſtinguantur perſonis.l.j. ſupra eod. argu.in c.non minus.de immu.eccle.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primū,quia id uendicat ſibi locū in præſtationibus regularibus,ſiue illatione Canonica, & tributorum ad quę tenent̄,nos aūt perſonalia & extraordinaria ac ſordida, quæ nō ſubit eccleſia, nec eccleſiaſtica perſona.ex quo tollitur ſecūdum quia reſpectu ſeculariū & laicorū intelligit̄, ut dicunt oēs. & minus tertium, quia id eſt(ut ibi declaramus) quia uiarum pontiumq; refectio pertinebat ad utilitatē publicam, officiumq; pietatis eſt, non enumeratum inter munera ſordida, ut ibi dicit tex.& bene.Non ob.quartum,quia uerum eſt quoque niſi uacationem habeant ut hic, & not. in d.l.placet. Non obſt.ultimum,quia eſto quod ſint in minoribus ordinibus conſtituti, gaudent tñ priuilegio immunitatis, quia ita lege expreſſe cautum eſt hic & ubi legē habemus ab ea recedere

non oportet,l.ſi non fuerint,ubi gloſſ. ff. pro ſocio.l.proſpexit.ff.qui & à quib.& facit illud,legẽ habemus , & ſecundum legem debet mori , & eſt argumentum in c.ſi qui.xxij.diſt.& in c.cos. xx. q.iij.& in c.j.xxiij.q.j.& in c.nullus.de fo. comp. & in c.ſi iudex.de ſen.exc õ.in vj.Archi.& Ioan. And.in c.nullus.de temp.ord.eo.lib.

Præſtatq́; nobis hæc,argumentum ad multa,& maximè , quod clericorum genus audax eſſe debet, cum lege defenduntur, quia dicitur etiam in ſacris literis(lexq́; Dei aſt)noli tangere Chriſtos meos.§.ſanctæ.inſti.de rer.diui.glo.degeneri. in §.uult enim in auth.de non alienan.Feli.in c.eccleſia S.Mariæ.col.xxv.de conſtitu.

Et quod quanquam clericus ſiue præsbyter, ab aliis hic enumeratis diſtinguatur,quo ad immunitatem tamen munerum perſonaliũ ęquiparâtur, quoniam ita lex ulterius diſponendo præcipiendoque proceſsit cui(ut diximus)acquieſcendum eſt,& nouiſsimè probatur in l.j. in §. is qui nauẽ. ff.de exrcitio.ubi temere à lege ipſiusq́; uerbis, recedendum non eſt, quæ maximè faueat religioni & perſonis eccleſiaſticis ut hic & eſt argu. quoq́; in l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fun. Græca uoce tamen ueteres uerbo præsbyteri , dignitatẽ ſignificabant,ſicq́; uocabantur olim Epiſcopi.

Et quod uulgatum illud commode hic rurſum poteſt uerificari,plus & minus ſpecie non differre.l.fi.ff.de fun.inſt.Bar.in l.j.col.iiij.ff.de act.& obl.not.in l.imperium.ff.de iur.om. iud.

Et quod iura non conſiderant niſi effectum rei de qua agitur,argumentum in l.ij.C.cõia de leg. l.nomen filiarum.§.habere.ff.de uer.ſig. l. iij. C. de inſtitutio. exempli gratia quod hic perſonæ enumeratæ , priuilegio immunitatis gaudeant, quanquam gradu diſpares ſint.

Et quod denique etiam quod non expreſsiſſet lex immunitatemq́; generaliter conceſsiſſet perſonis prædictis,nihilominus intelligi debuiſſet ſic, quoniam ſemper interpretatio fieri debet etiam ut minus quàm poſsibile ſit,præiudicetur diſpoſitioni iuris communis.l. ſi ſerui ueſtri . C. de noxal. act. Finis.

De Iudæis & Cœlicolis.

Impp. Honor. & Theodo.
AA.Aureliano.P.P.

SI QVA INTER CHRIſtianos & Iudæos ſit contentio; non à ſenioribus Iudęorum, ſed ab ordinariis iudicibus dirimatur. D. XIIII. Kal. Nouemb.Honorio xij. & Theodoſio viij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, id quod dicitur Deutoro.xxj.Si genuerit homo filium contumacem,& proteruum qui non audierit patris & matris imperium & coercitus obedire contempſerit apprehendent eũ & ducent ad ſeniores ciuitatis illius,& ad portam iudicij,dicentq́; ad eos. Filius noſter iſtæ proteruus & contumax eſt , monita noſtra audire contemnit , comeſſationibus uacat,& luxuriæ,atq; conuiuiis, lapidibus eũ obruet populus ciuitatis & morietur , ut auferatur malum de medio ueſtri,& uniuerſus Iſrael audiẽs pertimeſcat.Facit & illud Matth.xvj.Exinde cœpit IESVS oſtendere diſcipulis , quia oporteret eum ire Hieroſolymam , & multa pati à ſenioribus,& Scribis,& Principibus,Sacerdotum, & occidi,& tertia die reſurgere. Et quia ſi Chriſtianus agat & Iudæum conueniat debet ſequi forum illius iuxta regulã.l.juris ordinẽ.C.de iur. om. iu.

Contrarium tamẽ hic deciditur,quia nõ ęquæ conuenit, cum Iudęi ſint infames ſpurij , & ſerui Chriſtianorum ut not.in c.Iudæi.de teſti.& in c. per uenerabilem.qui fil.ſint legi.Ro. in l. prætor ait.ff.de in ius uo. quod à Iudæis quanquam ſenioribus,iudicentur,& quod minus dignum trahat ad ſe magis c.quod in dubiis de conſec. eccl. uel alta,& ideò non ab re eſt ſi hic rurſum decidi tur , ſi qua contentio fuerit inter Chriſtianos & Iudæos,a iudicibus ordinariis dirimi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil òbſtare,nõ primum,& ſecundum,quia id erat in l.ueteri,& antequam crucifigeretur CHRISTVS cuius morte Iudæi omnia priuilegia amiſerunt , & quia hic ſecus ſtatutum eſt & noue quidem,& cum eſt cõtentio (ut diximus) inter ipſos & Chriſtianos. Eſt uerum ſi inter Iudæos tantum foret quæſtio, quod lex Moſayca ſeruaretur ut not. in l. Iudæi. de Iudæ. Soci.in l.j.col.vj.ff. ſi cer. peta.

Et ſi (à ſimili)teſtamentum iudęi, foret manu periti ſcriptum in l.Moyſis, quod eidem ſtãdum eſſet,inquit Cald.conſ. ij. de conſuetudi. Non ob.ultimum,quia uerum eſt regulariter, non hoc caſu,odio ſectæ Iudaicę , & quia non æquitas ſed rigor ſeruandus eſt in cauſis Iudæorũ, ut per glo. in c.multorum. de Iudæ. & hinc eſt quod moram purgare non poſſunt ut not. in l. ſi inſulam. ff.de uer.ob.Ro.in rub.de arb.col.ij.quodq; etiã,quod dicatur aliter in l.Iudæi.ĩ.eo.ibi cõi iure uiuẽtes, inter eos & nos quo ad tramites legũ, nõ eſt differẽtia,eſt tñ ubi hoc reperitur expreſsũ, ut hic, & fuſius declarat Feli.in d.c.multorum, ad fi.

Præſtatq́; uobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod licet ſtatutum contra regu. l. iuris ordinem,non ualeat.C.de iu.om.iud. & ibi Bar.not.ac Feli.in c.cum ſit generale . in prin.de for.comp.ualet tamen lex, ut hic.

Et quod iure ueteri,ſeniores Iudæorum,cauſas iudicabant,ſedantes cõtentiones ſi qua inter eos orta fuiſſet.Num.nanq; xj.& Deutoro.xxviij. legit,tpe Moyſis à Deo ſenes lxx.conſtitutos fuiſſe ut cũ eo curã haberẽt populi,dicebãturq́; iudices ordinarij,fiebatq́; recurſus ad illos in dubiis cãis

bus agitur Math.etiam.xxiij.ibidem ſuper cathedram Moyſi,ſederunt ſcribæ & phariſęi. Et prius xv.ibi , tunc acceſſerunt ad eum ab hieroſolimis ſcribæ & phariſęi dicentes.

Et quod huius limitationis non eſt recordatus Soci.regu.x.actor ſequitur forum rei. Et minime mirum quia omnium habere memoriã & in nullo penitus peccare , diuinitatis potius eſt opus; quam humanitatis.l.peregre.ff.de acquir.poſſeſſ. l.ij.§.ſi quid autem.C.de uete.iu.enuclean. Vnde uulgatum illud.quoq; prodit,quandoque bonus dormitat Homerus de quo alias in l. Clodius ff. de acquir. hęre. Barba. in l.ſciendum.colum.j.de uer.obl. ſed de hoc nihil.in d.l.clodius,melius.in c.ſi quis.xxxij.q.vij.

Et quod omnes homines omnia ſciunt , unus autem omnia ſcire non poteſt.

Et quod ordinarij iudices dicũtur proprie qui ordinariam habent iuriſdictionem & immediate poteſtatem à lege,ad delegatorum differentiam qui nihil proprium habere uidentur.l.more maiorũ ff.de iur.om.iud.l.j.§.qui mandatam.ff.de offic. eius.Bal.conſ.xc.uol.j.

Et quod denique ultima derogant prioribus, ut hic noua lex ueteri.l.non eſt nouum. l. ſed & poſteriores.ff.de legi.argumentum in l.pacta nouiſsima.C.de pac.& in c.non debet , de conſanguini.& affi.& in l.lecta.in §.fin. ff.ſi cert. petat. & in l.regula.in §.fin.ff.de iur.& fac.igno.& in l. pen.C.de inſtitutio.& in c.ſecundo requiris , de appella.cum ſimilibus.Quibus prouerbium illud quadrat etiam,res uenit ad triarios, hij enim ultimi ſunt , qui aciem labantem ſemper reſtituebant fortiores, ultimo loco(ut inquit Sidon. appollina.)ſeruati.Et hinc eſt quoque,quod arguimus á poſteriori,ex effectibus ad cauſas , quia, ſi ius efficit bonos & æquos ſequitur neceſſario,qđ ius bonum & æquum ſit.l.j.& ibi Bal.in princip. lectu.ij.col.ij.ff.de iuſtit.& iu.Et ſic in actu , maxime non exercitio ſed exercendo in futurũ, quoniam natura legis eſt quoq; futuris dare formam negociis , non præteritis. l. leges. C. de legib. c. fina.de conſtit.declarat Bald. pulchre. in l.is poteſt de acquir.hær. Finis.

De iuris & facti ignorantia.

Imp.Conſtantinus.A.Valeriano uicario.

QVANVIS IN LVCRO nec fœminis ius ignorantibus ſubueniri ſoleat,tamen cõtra ætatem adhuc imperfectam locum hæc nõ habere,retro principum ſtatuta declarant. Da.iij.Kal. Maij. Gallicano & Symmacho.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat tex.quod fœminis ius ignorantibus,non ſuccurratur. in l. error. ff.de iu.& fac. igno. ubi indefinite dicitur iuris errorem fœminis in compendiis non prodeſſe.indefinita oratio equipollet uniuerſali . l .ſi pluribus.ff.de leg.ij.ergo. Et idem in l.regula.ff.eo.in prin.quod ignorantia iuris,cuique nocet ad differentiam facti , quod quandoque etiam prudentiſsimos fallit.l.ij.ff.eod.& perpendi debet uerbũ cuique,quod pariter indefinitum eſt,& not.in d. l.ſi pluribus. Alex.conſil.lj.colum.iij.uol.v.l.qui filiabus.§.j.ff.de legat.ij.idem Alexan.conſ.ccvij. col.ij.eo.lib.

Contrarium tamẽ hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ætas eorũ qui ſunt minores , quid uideat ignorat.l.j.C.de fal.mo.unde non ab re eſt ſi minoribus.xxv.an.ius ignorare permiſſum eſt, & maxime fœminis etiam propter ſexus infirmitatem,ut hic,& in d.l.regula.in princi. ff.de iu.& fac.igno.& eſt argu.in l.j.& in l.auxilium.in §.in delictis.ff.de mino.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum quia uerum eſt in dubio,quando lex non declaraſſet,fore uerum niſi eſſent minores at hic clarum eſt,& ut in d.l.regula,unaq; lex,& legis pars alteram declarat.l.utrum.ff.de peti.hær.not.in l. j.ubi Soci.plene.ff.de reb. dub.nec horum duorũ dubij ſcilicet & clari, par ratio.l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de uer.ob.ergo,imò quod nec etiam nocet fœminis maioribus ſi peritiores conſulere nõ potuerunt ut not.in locis pręalleg.& in l.iuris ignorantiam.C.qui admi. & in l. bonorum poſſeſsio. ff.de bo.poſſ.uel dic quod regula indefinite (ex quo præter cætera dicta proxime , aliud quoque tolletur) fallat , ſi non ſit eadem ratio omnium comprehenſorum ſub ipſa indefinita ut not.in d. l.ſi pluribus ubi etiam ego in collectan.& in c.ut circa de ele.in vj.gl.in l.uxori.ff.de leg.iij.Bal.in l.ij.ff.de lib.& poſth.& in l.tres fratres.ff.de pac. Dy.in rub.de reg.iur.in vj.Et hinc dici ſolet , qđ non ſemper æquipollet , et maxime hoc caſu , ratione prædicta , ut pulchre declarat Corn.conſ. clxij.col.ij.uol.iiij.uerum eadem ratio nõ eſt hic imò diuerſa,minorique ratione ætatis ſuccurendum,(ut dictum eſt)ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,Et maxime quod ætati omnino eſt ignoſcẽdum l.qui cum maior.§.j.ibi ignoſci ei debere quia minor cæpit.ff. de bon. lib.& in l.pupillus.ff.de acquir.hær.& in l.fin.C.de mili.teſta.ea de re apud ueteres Minores Bullam à pectore pendentẽ geſtare ſolebant ut deſignaretur eam ætatem conſilio regẽdam eſſe quam βουλη uocabant gręcę hoc eſt conſilium,hinc Saty.

Dic ſenior Bulla digniſſime.

Et quod in partibus purgationis (ut eſt etiam apud rhetores)eſt imprudentia,qua is qui arguitur aliquid ſciuiſſe negatur , & ignorantiæ excuſatione defenditur.

Et quod ius ignorantibus non eſt ſuccurendũ, niſi

niſi ætatis adhuc imperfectione excuſentur ut hic dicitur ex quo fatui ſunt.l.regula.ad fin. ff. de iu. & fac.igno. l.Domitius labeo,ff.de teſta. Marga. Bal.error,nu.3.

Et quod mulieres non excuſantur ab ignorantia iuris niſi in caſibus à iure expreſsis.l.fi. iuncta glo.C.de iu.& fac.igno.Fely.in c.quoniam. col. ij.& iij.de ſimo.quorum unus hic eſt præcipuus.

Et quod denique minor præſumitur ignorare beneficium ſibi à lege conceſſum , niſi eſſet certioratus , quoniam tunc illud perdit.c.cum cauſa & ibi Burg.hiſpan.not. colum. xiij. de empti. & uenditi. Finis.

Impp.Valentin.& Theod.A A.
Flauiano,P P.

CONSTITVTIONES PRINcipum , nec ignorare quenquam , nec diſsimulare permittimus.D.iij. Kalen. Iul.Tatiano & Symmacho Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,qđ imò utrunq; permiſſum ſit,nanque.in l.j.ſupra de iuris & facti igno.quis ſcire debebat , quod peremptoriæ exceptiones opponuntur poſt litem conteſtatam,& ante ſententiam , quia poſtea opponi nō poſſunt et tamen excuſatur, prætextu ignorantiæ.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin.non poſſ.not. in l.exceptionem.C.de proba.Et hoc idem ad literam dici uidetur.in c.j.ibi poteſt probabiliter ignorare & in c.ij.ibi ligari uolumus ignorantes, de conſtitutio.in vj.Et ad idē ac quo ad diſsimulationē facit tex.in c. afferte mihi gladium de præſump. ubi Solomonis hiſto.ponitur, nota, ſimulantis, uelle infantem diuidere,ut cognoſceretur mater.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia cum ſint promulgatę,& generales,earum ignorantia prętendi non poteſt,nec eo prætextu diſsimulari,& allegari.l.leges.j.C.de legib.c.j.§.uerum de poſtula.pręlato.l.ſed & ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtito.ac.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum quia loquitur id,uerumq; eſt in milite,quē ſcire potius arma quam leges ſacratiſsimus legiſlator exiſtimauit,ut ibi dicitur,& in l.fi.C.de iure delib.& eſt argumentum.in l.j.ff.de mil.teſta. & in l.pen.C.eo.& dixi ego alibi ſatis. Non ſecundum quia loquuntur iura illa pariter in ſtatutis & conſuetudinibus locorum particularium , quę cū ſint facti & in facto cōſiſtant,probabiliter poſſunt ignorari,ut ibi dicitur & in c.ut noſtrum, ut ec.be.ſi.di.confe.& in l.ij.ff.de iu.& fac. igno.

Non denique & tertium,quia aliud eſt ſimulatio aliud diſsimulatio , illa utique permiſſa eſt & dolus bonus,quando ea utitur quis,ut inde aliquid boni eueniat,ut in exemplo prædicto, & ut in Poliphemo Vliſſes.iſta uero prohibetur & dolus malus eſt.l. j.§.nō fuit.ff.de dolo. Et ut hic ēt declarat glo.ſimulatur quod non eſt diſsimulatur uero quod eſt.l.j.ff.de concuſ.ad quod facit illud uulga.Aeneid.iiij.diſsimulare etiam,ſperaſti per fide tantum.Et proprie diſsimulare eſt , aliquid pertranſire conniuentibus oculis , ut dicit Iuriſconſ.in l. iiij.ff.de manumiſsio, nonnihil in l.ij. C.de bo.lib.in l.ij.ſupra de legi & in l. ſi eccleſię ſupra de epiſ.& cler. & in l.libertus.ij.ff.de in ius uo.hincque Luchret.v.

Cum quaſi conniuent,& aperto lumine rurſum.
Omnia conuiſunt. Græci.

σκαρδαμυττειν ; hoc eſt ſcardamictim dicunt cōniuere.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod cum iura pro roſtris pateant omnibus ſunt uel eſſe debēt nota.d.l.leges pręallegat. §. proſcribere,tradit Iaſ.in l. ſed & ſi quis. in §.queſitum.col.iiij.ff.ſi quis cau.

Et quod poſitioni iuris non eſt reſpondēdum l.ornamentorum.ff.de au.& argen.lega.not.in l. ij. in §. ſed quia ueremur . C. de iur. cal. ex quo omnibus innoteſcit , & certum eſt , ſicque reſponderetur ſuper eo quod eſt certum, & notum & male ut idem Iaſon. dicit in loco præallegat. & ego in centuria Milleloq. nume. 2. ſatis & pluſquam ſatis.

Et quod lata culpa eſt ignorare illud , quod omnes ſciunt , uel ſcire debent.l.latæ culpę.ff.de uer.ſi.Bar.in l.quod nerua.ff.dep.Ferrarien. in l. iuris ignorantiam col.ij.C.qui admi.

Et quod Minos rex ſapientiſsimus hac de re leges ſuas quotannis Aeri inſculptas,ter circunferri per omnem cretam uolebat ut eſſent uulgo notiſsimæ nec ignorantia prætendi poſſet.Et in ſimili Hiere.ij.legitur, ibi, & factum eſt uerbum domini ad me dicentis , uade & clama in auribus Hieruſalem.

Et quod denique diſsimulans , largo ſumpto uocabulo dicitur falſarius,& fraudator ut inquit Bal.in rub.de offi.iudi.nu.4.& Rom.in l.emptor col.ij.ff.de aqua plu.ar.Nec ſimulator ille laudādus eſt,qui aliud gerit in corde aliud in ore,quique aliud ſentit & aliud loquitur , qui bilinquis eſt & duplex,quemadmodum cæpæ ut uulgo dici ſolet,& ut habetur in l.obſeruandum. ff.de offic.præſi.ſicq; Pompeius(ut in familia.etiam ait Cice.)aliud ſentire & aliud loqui ſolebat.lib.viij. uicioque Ioui olim uertebat Home.quod ſic rurſum , aliud oſtenderet , aliud in animo haberet , uel quod obliqua eſſent eius conſilia, Non ab re igitur ablatum ſimulato præſidis iuſſu reſtitui debet & delictum quoq; cohercerī inquit Iuriſcon. in d.l.j.ff.de concuſsio. Finis.

De

De præcibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus ſupplicare liceat.

Imp. Conſtantinus. A. ad populum.

NEC DAMNOSA FISCO nec iuri contraria poſtulari oportet. D. Prid. Kal. octob. Conſtantio. ij. & conſtante. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum, dictum quia remittere crimen ſupplicantibus, fiſco damnoſum eſt, & tamen ſi impetretur reſcriptum ualet. l. reſcripta. ad fin. infra eod. Et quo ad ſecundum, quia ſubſtitui muto puberi non poteſt pariter de iure, & nihilominus reſcriptum impetratum à principe ualet. l. ex facto. in princi. ff. de uulga. & pup. ſub. Et quia priuilegia ſunt iuri cõtraria. l. iij. in fin. C. de legi. c. priuilegia. iij. d. l. j. C. theſau. lib. x. & tamen ualent & cõceduntur facile. §. plane inſtit. de iu. natu.

Contrarium tamen hic deciditur. et ratio deciſionis eſt, fiſci fauor. l. minime. ff. ad municipal. & ſpecialitas, ut dicit Specu. in titu. de diſputa. in §. poſt hoc. num. 15. uerſ. uel illud ſpeciale eſt. Et quia non eſt uerisimile quod princeps ius uelit ſubuertere tot uigiliis excogitatum. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. uſque adeo ut per importunitatem potius impetratum uideatur. l. j. C. de peti. bo. ſub. lib. x. c. ſi. de reſcrip. in vj. Et ideo nec damnoſum fiſco nec iuri contrarium, ſi fuerit impetratum ualebit. ut etiam Paul. ij. Corinth. viij. dicit & Leo Pap. iiij. in c. fin. in fin. xxv. q. j. & figuratus modus loquendi eſt, quandoquidem ſolo uerbo plura determinentur, et zeuma ut dicunt Grammatici. Et hoc eſt quod dicebat Bald. alibi, quod in prohibitis quid præſumitur conceſſum per importunitatem (ut dixi) uel per mendacium in l. j. C. ſi nuptiæ ex reſcrip. petan. Areti. aliquid in c. fin. col. ij. de conſtitu. & in c. j. col. iiij. de reſcript. Et alibi adhuc Bal. quod ſtatuta cum deliberatione emanant, reſcripta cum importunitate in l. j. col. iij. C. qui bo. ced. po.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia in damnum non reputatur, (niſi bona fuiſſent incorporata) cum fiſcus in pœnis habeat cauſam lucratiuam. l. j. C. pœnis fiſca. credito. præfer. lib. x. l. apud celſum. §. de auctoris. ff. de exceptio. do. Non ſecundum quia dicto caſu eſt conſonum ſaltim rationi impulſiuæ, & ſic non iuri contrarium, ſed præter legem & tolerabile quidem, & ut hic etiam per Bald. latius. Non ultimũ denique quia iuri contraria. j. deuiantia, à ſolito priuilegiorum curſu, exponi debẽt ut per gl. in c. cauſamque de teſtib.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod iniuſta ſupplicatio admitti nõ debet, iuxta illud Catonis. Stultum eſt petere, qđ iure negari poteſt, de quo per Bal. in l. epiſtola in §. pactum. ff. de pac.

Et quod ſi in præceptis iuris id eſt præcipuum, ne ledamus alterum (primum enim eſt honeſte uiuere, & ultimum, ius unicuique tribuere. §. iuris præcepta. inſti. de iuſti. & iu.) multo minus læ di debet fiſcus, ut hic.

Et quod quanquam ſtatuta contra ius cõe fieri poſſint, ipſius mentione etiam non facta, ex quo urbibus data eſt poteſtas hæc. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & quia utrunque ius eſt, in reſcriptis tamẽ ſecus quandoquidem iuris eſſe debeant ut hic & pulchre Calde. tradit. conſil. iiij. col. j. de conſtitutio.

Et quod tolerantur reſcripta ſeu conceduntur, ſi de modico dãno fiſci agatur, uel alterius ut hic not. & in l. quotiens ſupra eod. Bald. in c. cũ adeo nu. 15. de reſcrip. & in c. ſuper quæſtionum. nu. 8. de offic. de. ex quo parum & nihil equiparantur. l. quanuis. ff. de condi. & de. argumentum. in l. ſcio ff. de reſti. in int.

Et quod denique ſi emanent reſcripta contra ius, non ualent, ex defectu præſumptæ uoluntatis principis, ut hic & in d. l. reſcripta infra eod. & in l. non dubium not. C. de legib. Corn. conſil. cccxij. nu. 3. uol. iij. & mirum eſt cum tamen uoluntas principis pro lege habeatur. l. j. ff. de conſtit. princip. §. ſed & quod principi placuit inſtitut. de iure natu. Idem Corn. conſil. clxj. colum. j. uolum. iiij. Finis.

Si contra ius uel utilitatem publicam uel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum, uel impetratum.

Imp. Conſtantinus. A. ad Baſſum. P P.

PVNIRI IVBEMVS decem librarum auri multa iudices, qui uetuerint pręcum argui falſitatem. D. Kal. octobr: Conſtantino A. iij. & licinio Cæſ. iij. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod iudices hoc caſu puniri non debeant, quoniam (ut nulgo dicitur) quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. ſed lex eiſdem permittit ut probationes negent opponenti. l. j. ſupra eo. & literis principis credant. clem. litteris de probatio. in quo ſemper præſumitur ueritas ut inquit Cyn. in l. reſcripta. C. de precib. Imp. offe. & Bald. conſil. cccxxvij. col. pe. uol. j. ſignanter per tex. in d. clemen. litteris ergo. imò quod puniuntur potius iudices,

dices, exceptiones admittentes cõtra reſcriptum principis.l.ij.ad fin.ſupra de legi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſic quaſi delinquere uidentur & facere litem ſuam, imò & doloſe agere non faciẽtes id ad qđ tenentur, maxime quia pręceptum id ex tribus unum eſt, ut ius ſuum unicuiq; tribuant alterumve nec quenquam lędant. l. j. C. de pœn. iud. qui ma. iudi. & inſtit. de obl. quæ ex qua. del. naſ. in prin. l. dolus. ff. man. §. iuris præcepta inſti. de iuſti. & iu. argumentum. in regu. non debet. ff. de reg. iu. Et ut ueritatis indagine, inde ſententiá ferre ualeant. l. fin. ad fin. infra de ap.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id uerum eſt eum opponitur mendacium impetrantis, & in eo quidem quod literas non uiciabat, quo caſu probatio fruſtratoria non eſt admittenda argumentum. in l. ſi prætor. ff. de iudi. & in l. j. ff. de inoffi. teſta. & in l. hæc ſtipulatio in §. diuus. ff. ut lega. no. cauea. Non ſecundum, quia & id quoque in his quæ à principe diſpoſita ſunt procedit, non autem in his quæ narrantur per partem, ut etiam doct. hic dicunt, maxime Bal. ex quo tollitur quoq; ultimum, uerum pariter, ſi uoluntati & poteſtati principis opponatur, falſum uero, ſi uoluntati, quod ab eo non emanauerit reſcriptum, uel quod non ſit de intentione ipſius, aut fuerit unquam. l. aduerſus. C. de cri. expi. hære. l. ex facto. ff. de uulga. & pupill. ſubſtitu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod male faciunt prælati, qui cõtra literas Papę propter reuerentiam ſedis apoſtolicæ, oppoſitiones quanquam legitimas nõ admittunt ut etiam hic dicit gloſſ. & in §. deinde in auth. de manda. prin. & doc. hic.

Et quod ſi papa rurſum mandet aliquibus monachis ut aliquem recipiant, ei poterunt nihilominus crimina & defectus opponere ſecundum Iaſ. hic poſt Io. de ligna. in c. ad audientiam col. ij. de reg. Et nimirum quidem, quia literę per importunitatem impetratæ & conceſſæ uidentur & quia ſi ea quę opponuntur intellexiſſet forte non conceſsiſſet. c. fin. de reſcript. in vj. l. j. C. de petit. bo. ſub. lib. x. l. ex facto. ff. de uulga. & pup. ſub.

Et quod ſic etiam in eo quem mandauit princeps aliquando collegio noſtro, ampliſsimoque ordini Iuriſconſultorum aggregari determinatum fuit quia eidem, oppoſitio facta eſt quod requiſita ſtatutorum non haberet, nec admiſſus eſt, princeps quæ benigniſsimus acquieuit, ſtatutaq; ipſa libentiſsime & liberaliter confirmauit.

Et qđ adhuc ſi ſcribat officiali, ut faciat aliquẽ ſuſpendere niſi ſubſit cauſa, ſuperſedere debebit triginta diebus. l. ſi uindicari. C. de pœn. idem Iaſ. hic qui ſubiicit quod ſuaſu Do. Ambroſij ab Imppp. Grat. Valen. & Theod. l. illa condita fuit, & bene. c. cum apud. ij. q. iij. adde tu eundem in l. cunctos populos lectu. ij. col. iij. C. de ſumma tri. & fi. catho. hoc idem ad principis clementiam applicantem, & rurſum bene, quoniam text. in d. c. cum apud ad fin. ſic formaliter dicit ibi, quo locus miſericordiæ, uel (ſi res tuliſſet) pœnitentiæ non periret. & dicit alibi quod literis aureis tex. in d. l. ſi uindicari ſcribi deberet. in l. debitoribus col. iij. ff. de re iud. nonnihil ante eum Abb. in c. j. col. x. de mut. petit. prædictaq; omnia ferè Veronen. caute. ij. col. ij. uerius quam alius, quare. d. l. uindicari condita fuerit, & a ſolo Theodoſio tantum narrat F. Leáder hiſto. bon. ſcriptor lib. iiij. deca. j. quod & Iaſ. in locis præallegat. & frater. Rob. licien. ſermo. xx. ad Ferdinan. Neap. regem ad fin. ignorauit.

Et quod denique pœna delictis eſt commenſuranda, nanq; hic decem librarum auri eſt, alibi quinque in l. ſi eccleſię ſupra de epiſ. & cler. quádoque triginta. l. ij. ad fin. C. de legi. & ita dicitur in l. ſancimus. C. de pœn. & in c. non afferamus. xxiiij. q. j. & Deuteron. xxv. ibi pro menſura peccati, erit & plagarum modus diuerſęq; pœnę ſunt quia diuerſę etiam ſunt uiolationes delictaq; diuerſa, ut in d. l. ij. not. & intelligi debet ſecundum qualitatem perſonarum ac delictorum, quia uicium ferula dignum non debet gladio uindicari nec dignum gladio ſcelus ferula eſt coercendũ inquit D. Hiero. in ep. & eſt argumentum in §. illud ad fin. in prohe. digeſtorum. Et quoniam lib. auri mentio facta eſt hic, & in locis ſupra allegat. Obiter dictum ſit (ut inquit Iaſ.) quod aurei. lxxij. faciebãt libram olim, & habetur in l. quotienſcunque. C. de ſuſcepto. & prępo. lib. x. adde tu gl. ita dicentem etiam in l. quicunque. C. de ſer. fugi. Et olim dixi, quia hodie ad pondus florenorum. lxxxvj. ſufficiunt ut declarat Bar. in rub. C. de uet. num. po. lib. x. & Fely. in c. j. in prin. de iude. & fuſius ſi uidere & ſcire cupias, uide Boer. melius quam alium declarantem deciſio. cccxxvij. col. j. par. ii. & dixi etiam in d. l. quicunque. Finis.

De diuerſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus.

Imp. Conſtantinus. A. ad Lyſitanos.

SIQVA BENEFICIA, PERſonalia ſine diè & conſule fuerint deprehenſa authoritate careant Do. vij. Kal. April. Probiano & Iuliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat text. quod authoritate haud careant quanquam ſint ſeu fuerint ſine die & conſule in l. cum tabernam. in §. j. ff. de pigno. ubi per epiſtolam pignus contrahi poteſt nec propterea uitiatur contractus, quanquam ſolemnitate prædicta careat. & idem dici uidetur breuiter. in l. j. in §. penult. C. de nouo Codi. fa. &

quia

quia ſic uidemus hic quoque, qđ editiones fiunt ſine die & conſule.l.j.§.editiones. ff.de eden.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia pro forma duo hæc ſunt quam maxime neceſſaria & plus quod ubi appoſita non reperiuntur, actus ipſo iure nullus eſt l. qui rome §.flauius.ff.de uer.ob.l.ſcio ibi quaſi forma quadam obſtrictus.ff.de app.l.cum hij.§.ſi prætor.ff. de tranſac.ergo nimirum ſi dicit Imp.deprehenſa ſunt ſine die & conſule,authoritate carere.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum quia text.ille loquitur in priuata ſcriptura; ſiue inſtrumento quod fit ratione cõtractus, non autem in reſcriptis à principe emanantibus, quæ maxime fiunt ad probandum quæque ab eo hac ratione conceduntur, ut inquit Cy.& Bal.ergo ex his quę diuerſa ſunt inferri non poterit,de uno ad aliud uulga.l.Papinianus exuli.ff.de mino. et ad probãdum(intellige)tempus,ſeu temporis prioritatem, quia quantum ad probationem debiti ſecus.l.publia.ff.depo.haud prætermittentes, qđ in inſtrumento publico ſemper dies apponi debet. l. optimam. C.de cont.& commit.ſtip.Fuſius.Idem Bal.in d.§.j. Non ſecundum facit,quia id eſt ex quo reſcriptum erat clauſum in corpore iuris,nimirum igitur ſi ſolennitas huiuſmodi non requiritur ut ibi etiam dicit glo in uer.præſcriptę & hic remiſsiue, ſicq; hoc caſu authoritate nõ carent. Non denique & ultimum,quia Iuriſconſul.met ibi rationem aſsignat, illud ideo eſſe in editione,ne quid fraudis excogitetur, quod & ibi rurſum glo.latius declarat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod exempla non reſtringunt regulam.§.hactenus inſti.de gradi.l.damni infecti ſtipulatio pertinet ad fin.ff.de dam.infec.nanque eſto quod de perſonalibus hic facta ſit mẽtio, attamen locum habet quo etiam ad realia ut inquit Cy. Io. Fab.hic & Iaſ.quoniam diuerſitatis ratio aſsignari non poteſt.

Et quod ſi plura ſint eandem rationem habentia,unius autem facta ſit mentio exemplariter facta intelligitur, non reſtrictiue,ut inquit Bald.in l.de quibus col.xiiij.ff.de legi.& probatur etiam in l.imperium.ff.de iuriſ.om. iudi. & ita quoque Alex.arguit conſil.lxxv.col.j.uol.v.

Et quod uerba legis ſunt aptanda ſenſibus, & exponenda ſecundum naturam tituli ſub quo ſituata eſt lex.l. eas cauſas & ibi gl.ff.de cõd.& de. l.Imperatores.ff.de in di.ad. Et formaliter hic beneficia,ideſt reſcripta,ut intelligunt omnes,& eſt argumentum in l. in commodato, in §. ſicut. ff. commod. & in c.j.ad fi.de feu.cogni.in uſib.Bal. in l.ex arrali ad fin.C.de act.empt.

Et quod maxime ſcriptura cum die & conſule exhibenda eſt,ſi ipſius pars petat copiam,quia intendat eam redarguere de falſo ut per gl.tempora in c.quoniam contra de probat.ſi nihilominus petẽs prius inſcribat ſe ad pœnã taliõis, de quo tñ per Bal.in l.fin.col.fin.C.de fide inſt.

Et quod denique paria ſunt, reſcripta contra ius elicita eſſe,uel quod ſubſtantiali careant forma,quoniam utroque modo auctoritate carẽt pariter & ipſo iure ſunt nulla,ue in l.reſcripta de pcib.Imp.offe.& dictum fuit ſupra. Finis.

De ſtatuis & imaginibus.

Impp.Theod.& Valentinus.AA. Florentio.PP.

IN NOSTRAE SERENItatis imaginibus ac ſtatuis erigendis priuatę collectionis iniuriã propulſari pręcipimus ne quid in eo ſuũ collator cognoſcat.Da.iij.Non April. Theodoſio.A.xvii.& Feſto.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod priuati conferre teneantur,quoniam cum in ipſius principis honorem erigatur ſtatua, & honor principis ſit etiam ſubditorum, æquæ conuenit ut ipſi quoque ſicuti ſunt honoris participes, ita pariter ſint & oneris argumentũ in l.ſecundum naturam. ff.de reg.iur.& in l.unica.in §.pro ſecundo ad fin. C.de cad.tol.alias princeps à priuatis non differret.l.& uirtutum ad fi.infra eod.& male. l.iij.ibi cur non in milite diuerſum.ff.de mili. teſta. & eſt argumentum in l.ij.ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia aliorum honores,aliis occaſionem damnorum afferre non debent ut in d. l.ſeq. dicitur. Et quia conuenit etiam ad cuius honorẽ erigitur eiuſdem expenſis propriis,& non alienis erigi,ut ibidem ad fin.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia licet honoris participes eſſe uideantur ſubditi inde tamen nullum conſequuntur, ergo nec incommodum ſiue onus, et ſic non ſumus in caſu regul. d.l.ſecundum naturam. Non ſecundum quia ſatis eſt quod differat alio caſu & regulariter,quanquam nulla ſit tunc differentia, uel ab eo uel à priuato optime merito erigatur ſtatua,argumentum in l.in fraudem.in §.fin.ff.de mili.teſt.Non denique tertium,& ultimum, quia id quoque uerum eſt,ut iudex loci ſui præſentiã faciat, & adſit, ſed non ut conferat, uel ſtatuam adoret,quoniam dixiſſet utique,uerum dixit cõtrarium potius, ut ibi, quod adorationis ambitioſum omittatur faſtigium, igitur ab ea recedẽdum non erit. l. ſi non fuerint ubi gloſſ. ff. pro ſocio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſtatuæ & imagines inuentæ ſunt & pertinent ad principis reuerentiam, quod apparet ex eo, quia in honorem ipſius tantum erigi poſſunt,uel ab aliis poſtulari,concediq; ſolum

his qui uirtute præditi, ſic (ueluti premio quodã ampliſsimo) cohoneſtari merentur. l. j. & fin. ſupra & infra eod.

Et quod quanquam ſtatuæ & imagines hic poni uideantur ut diuerſa, idem tamen ſignificant, quoniam imago eſt repreſentatio alicuius rei, & ſtatua quæ ſtatum alicuius repreſentat pariter. Vel ex eo differre ſolum aliqui putabant, mihiq; uerius uidetur, ut in Tiberio ait Trãquil. ibi etiã ſtatuas atque imagines, niſi permittente ſe poni prohibuit, quod ſtatuæ lapideæ uel æneæ erant, imagines uero cereæ ſeu pictæ & conferunt hæc alias ad tex. in l. ſi idẽ. C. de codici. & ut hic, ſic ẽt. M. T. Cice. pro Archi. ibi ſtatuæ & imagines non animorum ſimulacra ſunt ſed corporum.

Et quod iniuria, ſi qua ſubditis inferatur, permiſsione principis eſt propulſanda, ut etiam dicitur in l. ut uim. ff. de iuſti. & iure, & quod ſit lege permittente (princeps enim eſt lex animata in terris. §. fi. in auth. de conſul.) pœnam non meretur. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulte.

Et quod regulariter imperatur id quod præcipitur, uſq; adeo ut fieri debeat & omnino neceſſe ſit, & ſi non fiat pœnam habeat. c. ſi. xiiij. q. j.

Et quod denique ſubditi, à principe ſunt affectione paterna tractandi, & non incommodis afficiendi, ut hic ubi inuiti haud ſunt cogendi, ad collationem in erigendis ſtatuis ac imaginibus principũ, quod uicio datũ eſt Verri, à Siculis, inuitis quoq; pecunias ad ſtatuas (ſupple erigẽdas) exegiſſe ut idem Cice. ait iiij. ibi. Iã igitur eſt ita perſpicuum, ut negare non poſsis: nullam tibi ſtatuam uoluntate cuiuſquam datam: nullam pecuniam ſtatuarum nomine niſi ui expreſſam, & coactam.

De officio præfecti prætoriorum, Orientis, & illyrici.

Imp. Alexander. A. Theodoro.

LIBELLVS, PRAEFECTO prætorio datus, pro conteſtatione haberi non poteſt. D. prid. Kalen. Octobr. Agricola & Clementino Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod libellus uim habeat litis conteſtatæ ex quo huiuſmodi effectũ habet porrectus etiam principi, ut dicit gl. & eſt tex. in l. j. ſupra quando lib. prin. datus. princeps & præfectus prætorio ęquiparantur. l. j. C. de ſen. præfecto præto. & ut infra in l. ſeq. ſecundum cõmunem intellectum. l. j. ff. a quib. ap. nõ li. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad hoc ut fiat litis cõteſtatio offerri debet in iudicio, & ipſius propoſitione, reſecuta reſponſione (animo tamen litem conteſtãdi) ſit l. j. auth. offeratur. C. de lit. cont. alias autem non & ſententia foret nulla. l. prolatã. C. de ſent.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quia id uerum eſt quantum ad effectum perpetuandæ actionis, non quoad ordinem proceſſus, ut ibi Cy. & Bald. declarant & bene, imò quod nec eſt litis conteſtatio, licet uim litis conteſtatę habeat. l. ij. C. ubi in rem actio. glo. eſt ſingu. in l. non diſtinguemus in §. cum quidam. ff. de arb. Bar. in ſimili. in l. ſi maritus. in §. legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de ad. Vel dicamus, licet quoad quid æquiparẽtur, quia ita lege cautum inueniatur, quoad hoc tamen differre.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod unum & idem uerbum relatum ad plura indiuidua debet regulari ſecundum naturam illorum. c. olim de reſcrip. c. cauſamque de iudic. l. pater ſeuerinam. §. conditionum. ff. de cõd. & dem. pulchre. Bal. de uerbo cancellationis in l. ſi non ſortem in §. adeo. ff. de condit. indeb. Alex. conſil. clxiiij. col. ij. uol. vij. nanque libellus hic porrectus præfecto prætorio, pro conteſtatione non habetur, porrectus uerò principi, (ut diximus) ſic.

Et quod mutilatus ſermo ſupplendus eſt adiectione uerborum. l. oratio ibi, ut ſuppleatur qđ orationi deeſt. ff. de ſponſa. l. j. ff. de teſta. l. j. & ibi Odof. no. C. de fideicõ. Nanq; hic pro conteſtatione dicit, igitur ſupple litis ut dicitur etiam in l. j. præalleg. ſupra quando lib. princip. dat. & hoc ideo quia cõteſtatio etiam aliud ſignificat ut not. Bar. in l. nõ ſolũ. in §. morte. nu. 11. ff. de no. oper. nun. l. ij. C. de his qui per met. iud. non ap.

Et qđ in iudicio regulariter fit litis conteſtatio per reſponſionem relatiuam ad libellum conuentionalem, ut inquit. Bald. in c. dudum. ij. num. 10. de electio.

Et quod facta ſemper præſumitur per oppoſitam contradictionem, ex quo iſta eſt diffinitio ipſius ſemperq; præſumitur ſuo diffinito ineſſe. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. Bald. in c. cum in iure peritus. nu. 4. de offic. del. alias non ſi libellus tantum porrigatur, & ideo hic dicitur qđ pro conteſtatione haberi non poteſt imò quod nec uim citationis habet. l. libertus aduerſus. ff. de in ius uo.

Et quod denique pręfectus prætorio erat iſte, qui ad tuẽdam principis ſalutem excubias agebat ſublimiſsimaq; prætoriana præfectura dicebatur, ut in c. anteriorum. ij. qõ. vj. & ampliſsime. in l. duos. C. de ſuſcepto. lib. x. nõ tamen principi par, niſi in caſibus à iure expreſsis, ut in ſimili inquit Bartol. in l. quod nerua. col. vj. ff. depo. & Bal. cõſ. cccxlvij. ad fin. uol. v. & Inno. in c. cum. P. tabellio. de fide inſt. Finis.

Alexander

Alexander. A. Reſtituto.

FORMAM A PRAEFECTO prætorio datam, & ſi generalis ſit, minimè legibus uel conſtitutionibus contraria, ſi nihil poſt ea ex authoritate mea innouatum eſt, ſeruari æquum eſt. D idib. Aug. Seuero & Quintiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod præfectus prætorio, legem generalem condemnare nõ poſſit, quia (ut proximè dicebam) eius officium erat tantum ad principis ſalutem tuendam excubias agere, ergo nõ ut legem cõderet. Et maximè quia ſolus princeps hoc idem facere poteſt, l.fin.C. de legi. Bar. in l.j.ff. quod quiſq; iur.

Contrariũ tamẽ hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia habebat merũ imperium, & maximũ quidẽ (ſublimiſsima.n.& ampliſsima (ut dixi pariter ſ.) erat prætoriana præfectura) quod ẽt in condenda lege conſiſtit, ut tradit Bar. in l. imperium, nu.8.ff. de iur. om. iud. nimirum igitur ſi legem generalem condere poterat.

Ad oppoſita reſpõdetur, parũ facere, nõ primũ quia eſto qđ id officiũ eius eſſet, nõ iõ minus ampliſsima erat in eo ptãs, ẽt cõdẽdę legis, quia hinc uidemus quoq; qđ nec ob eius ſnĩa appellare licebat, l.j.ff. à quib. ap. nõ li. l.j.C. de ſen. præf. pret. Non ſecundũ, quia licet dicat tex. ſolũ principẽ, id facere, nõ propterea præfectũ prætorio excludit, alias excluderet ẽt ſenatũ, qđ tñ dictu abſurdiſſimũ eſt, l. non ambigitur, ff. de legi. Bar. in d.l. imperium, nu. præallega. Et quia etiã ibi ſolum exponimus, id eſt nullũ alium ſolum, tradit Bar. in l. omnes populi, col. j.ff. de iuſt. & iu. multa ego qđ alij nõ excludãtur ob id, in d.l.fi. in collectã. & noniſsimè Lactan. uerba faciunt, de falſa religione, lib. ij. c. xvij. ibi, Sic.n. mundus à Deo regitur ut à rectore ꝓuincia, cuius apparitores nemo ſocios eſſe in ea regenda dicit, quãuis illorum miniſterio res geratur. Et illud Io. viij. & ſolus IESVS remanſit, cum quo tamen erant diſcipuli. & Luc. xxiiij. ibi, Tu ſolus peregrinus in Hyeruſalem, & hæc ignoras? Et Home. Iliad. ſolus enim hic ſeruabat urbem, & Mænia longi ambitus. Et alibi. Solo ſtabat Hectore Troia.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa & maximè quod ubi apud legislatorẽ contingit de aliquo dubitari, omni alio caſu ſupponit habilitas, l. qui teſtamento. ff. de teſta. c. nonne, de præſump. multa ego in d.l. qui teſtõ, in collectan. nãq; hic dubitatur eſt lex gñalis, à præfecto prætorio condita, legibus uel conſtitutionibus contrariæ Imperatoris, ſeruanda ſit, ergo præſupponit quod præfectus prætorio legem generalem condere poſsit.

Et quod forte male ſenſit glo. hic, quod cõdat ut princeps, quia dubitatio eſt non parua, cum princeps condere poſsit legem, quæ etiam ſit cõtra ius cõmune, & tamen in pręfecto prętorio ſecus ut hic, & ut per Albe. latius.

Et qđ nec epiſcopus põt facere legẽ generalẽ, cõtra cõſtitutiones papę pariter uel imperatoris, ut p iſtũ tex. & alia iura dixit Bal. cõſ. ccxvij. uol. y. nõnihil idẽ Alb. hic idẽ Bal. conſi. ccccvj. uol. j.

Et qđ auctoritas cõdẽdæ legis quibuſdam cõceſſa. cæteris denegata vř. l.j.ff. de offic. eius. l. cũ prætor. ff. de iud. Bal. in ſtatut. auctoritas. num. 2.

Et quod deniq; nec Synodale ſtatutũ cõtra ius cõmune ualet inquit Ro. cõſ. ccxxviij. col. ij. & ſingularẽ dicit tex. iſtũ alibi qđ habẽs poteſtatẽ cõdendę legis, ſibi à principe conceſſam, illã tamen nunquam habere cenſetur per quã aliis iam cõditis derogare poſsit cõſ. ccxviij. col. ij. Bar. in §. quibus, in j. Cod. cõſti. & Bal. in l. nulli, C. de ſen. & Dec. cõſ. xvij. col. ij. uol. j. & in legato de latere in dubitatũ eſt qđ cõtra ius reſcribere nõ põt, ut ex multis oñdit Cor. cõſ. cccxij. col. ij. uol. iij. Finis.

ADDITIO.

Quod alius quàm Imp. Papę uel Rex, priuilegium concedere põt, maximè ſuis ſubditis, ſicut legatus in prouincia ſibi commiſſa, c. fi. de offic. leg. Guid. Papæ deciſio. cccliiij.

Et quod nullus inferior à principe, imò ſi ſit ẽt prętectus prætorio, põt derogare legi (ut ſ.) & clauſulam non obſtante apponere, ex quo nullus pręter principem legibus ſolutus eſt, l. digna uox, C. de legi. l. princeps, ff. eo. gloſſ. in c. fin. de hære. in vj. Alex. & alij in l. nemo poteſt, in prin. ff. de leg. j. & conſi. cj. col. iiij. uol. j.

Et quod Curia parlamenti ęquiparatur pręfecto prætorio, & conſequenter legem condere poteſt ut præfectus prætorio, alias æquiparatio bona non eſſet, l. ſi quis ſeruo, C. de fur. Bar. in l.j.ff. quod quiſq; iur. Guid. Papæ conſ. lxxij. col. ij.

De modo multorum, quæ à Iudicibus infliguntur.

Impp. Seuerus & Antoninus, AA. firmo.

MVLTA DAMNVM FAmę non irrogat. D.v. idib. April. Antonino A. & Geta vtriuſque ii. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod infamiam irroget fortè, quia hoc idem ad literam dici uidetur in l.j.ff. de his qui not. infa. & in l. athletas, in §. fi. eo. titu.

Contrarium tamen hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia arbitrio iudicãtis infligitur extra ordinẽ, l. aliud, l. ſi qua pęna. ff. de uer. ſi. ad differentiã pœnæ, quæ à lege ſtatuta eſt ut ibidẽ in §.j. inque, d.l. aliud, igitur infamia haud notat ſic multatus, ut hic etiam dicit glo. de his qui ſic Bononiæ condemnantur, & glo. in d.l. aliud, ad fi.

Ad oppoſita reſpõdetur parũ facere, quoniam

id uerum eſt quod dicitur in d.l.j. quãdo aliquis publico iudicio fuiſſet condẽnatus,& nõ extra ordinẽ,ac iudicis arbitrio & uerè,ſen tanquã uerè faciens & non pro ſimplici cõtumacia,ut hic. Sicq; olim(author Liuius)Multa dicta eſt Cn. Tremelio Trib.Pl. quod cum M. Aemilio lepido Pont. Maximo iniurioſe contenderat . quomodo tollitur etiam quod dicitur in d.l.athletas . & latè declarat Bar.cõſ. iij.col.fi.& Cald.cõſ.j.col.ij.deaccuſ.& Iac.de Belui.in praxi ſua cri.de diuer.pęn. col.ulti.Boer.pulchrè deciſio.lxiiij.nu.9.par.j.

Præſtatq; nobis hæc lex quanquã parua & breuis,argu.ad multa,& maximè,quod licet damnũ diminutio patrimonij ſit,l.iij.ff.de dam.inf.attamen ad famã põt ẽt applicari, an fame ſcilicet dãnum fiat,ſiue irrogetur multa ut hic.

Et quod multa ſcribi debet,& nõ mulcta,quãuis Hoſt.& Io.And.in c.j.de cõſt.dixerint ſine,c. eſſe pluralis numeri & accuſatiui caſus,cũ c.uerò numeri ſingularis,& caſus nõiatiui & malè,oſtẽdoq; ego multis(quãquã ẽt indifferẽter qñq; ſcripſerim) ĩ l.j.nu.12.ff.ſi quis ius di.nõ ob.& ĩ uol. qđ enchyrid.Rerũ ſingu. inſcribitur.li.iij.c.lxvj.

Et ꝙ,cũ fama ſit theſaurus hoĩs inæſtimabilis, & iucundus dans ſuauitatẽ odoris ut lilium,quẽadmodũ dicit Bal.in l.j.col.iiij.C.de cõfe. Brun. in tracta. de indi. & tortu. q. j.col.xx.non facile eidem damnum inferri debet .

Et quod pręcæteris multa à pęna maximè differt,de quibus in d.l.aliud.& in d.l.ſi qua pœna, quia illa regula quod qui non habet in ære luit in corpus,l.quicunque,C.de ſer. fugiti. in pœna procedit & non in multa,ut not.in l. illicitas , in §.fi.ff.de offi.præſid.

Et quod denique bannum & multa æquiparãtur,l.j.§.ex hoc reſcripto,ff.de uen.inſpi.d.§.fin. & utrobique not. uſque adeò (ſi multa non infamat) ut idem dicamus in banno ; de quo tamen Pau. Caſt. uidendus eſt , conſil.ccccl xvij.colum. ij. uolumi.j. Finis.

De edendo.

Imp.Alexander A.Valentinianæ.

NON EST NOVVM, EVM à quo pecunia petitur,implorare rationem creditoris,ut fides ueri conſtare poſsit.PP.vii.id.Mart. Maximo ii.& Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat ſi is à quo pecunia petitur,ſolutã aſſerat,quia neceſſe erit oĩmodo ſolutionẽ probare,alias cõdẽnabitur.l.qui accuſare.C.de eden.bonus tex.in l.j.C. noua uectiſti.non po.ibi,quod in libello cõtuliſti alleg.& in l.cũ ſuppoſiti,ibi, apud rectorẽ prouinciæ accuſatione inſtituta id ꝓba.C.ad leg. Cor. de fal. cõſiderãdo ẽt,nimis graue eſſe ꝙ arma ſumantur de domo aduerſarij,l.nimis graue.C.de teſti.poſſetq; probabiliter dicere creditor ſic uulg. illud. Heu patior telis uulnera facta meis , ad ꝙ facit ẽt quia nemo ſe ipſum prodere tenetur , c. quis aliquando,§ itẽ illud,de pœ.diſt.j. pulchrè Alex. in l.cũ quidã.in §.ꝙ dr̃,col.ij.ff.de acqui.hæ.& quia in principio iudicij magis fauetur actori quã reo, l.de die,& ibi not.omnes,ff.qui ſatiſ.cog.& quia denique ſi reus non edit actori, d. l. qui accuſare, l.fi.infra eo.c.j. de proba. æquè conuenit ut neq; actor edat reo cum ſint correlatiua,l.j.C.ne li.poten.l.fi.C.de indic.uid.tol. & diſpoſitum in uno ex eis intelligatur regulariter etiam diſpoſitũ in altero,d.l.fi.vnde Io.viij.ſi me ſciretis forſitan ſciretis & patrem meũ.l.fi.ff.de acceptila.

Contrariũ tamen hic deciditur, & rõ deciſionis eſt,(ꝙ ẽt dicitur in tex.) ut fides ueri cõſtare poſsit, idẽq; in l. ſeq. & iſte eſt editionis finis ut not.Doct.in l.ij ꝫ.eo.ibi ad inueſtigãdã ueritatis fidẽ,debetq; iudex omni conatu laborare ut eã inueniat,c.iudicantẽ,xxx.q. v. l. ubicunq; ff. de inter.ac.l.ſi eũ,in fi.prin.ff.ſi quis cau.multa Deci. in l.unica,in vij.not.C.de ſen.quæ ꝓ eo, quia potiſsima eſt iudiciorũ radix iuſtitiaq; in proponẽdo,ueritas uerò,in obtinẽdo inquit Bal. in c. ſup qõnũ,nu.7.de offi.del. & alibi ꝙ eſt mater iuſtitiæ,in l.libertini,ff.de ſta.ho. Corn.cõſ. 239.col. iij.uol.ij. Pind.ueritatẽ Iouis filiã ẽt fingit,nec ab re,quia à Deo uenit,imò Deus ipſe ueritas eſt.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil obſtare,nõ primũ,quia uerũ eſt in eo qui agit nõ in eo qui excipit ut hic,quo caſu cõiter tenetur actor eidẽ edere ut exceptionẽ probet,l.fi.& ibi Bar.ſignãter ꝑ iſtũ tex.infra eo.not.in c.j.de prob. ex quo tollitẽ ẽt ſcđm qđ idẽtidẽ procedit in actore petẽte ſibi edi non in reo qui in hoc eſt fauorabilior,l. fauorabiliores,ff.de reg.iur.l. Arrianus ff. de actio. & obli.c.cum ſint partium,c. fauorabiliores,de reg. iur.in vj. Non ob.tertium, quia ẽt hoc caſu finis iudicij eſt,cum de ſolutione probanda agitur, & eſt exceptio perẽptoria,§.appellantur aũt, inſt. de excep.quo fit ut dici non poſsit quod ſimus in principio iudicij. Et minus ultimum, quia nõ eſt par eademq; ratio correlatiuorum,quomodo ſolet regu.limitari ut not.in locis præalle. & tradit Alex.in l.ij.col.j.ff.ſol.mat. Bar.in l.ſtipulationũ quædam,in §.qui illud,ff.de uer.ob.bonus tex.in l.uxores,ff.de his qui not. infa. nanque actor à ſe ipſo inſtructus eſſe poteſt,reus uerò non,nimirũ igitur ſi rationem creditoris implorare poteſt, l. ſi quando,C.de dila.l.ſi quis ex argentariis,§.prętor ait,ff.de eden.not.in d.l.fi.intra eo. & in prę allega.c.j.de proba.bonus tex.eſt etiam in l. pure ad fi.ff.de excep. do.dictaq; æquitas defenſionis ex parte rei,l.qui æquitate,ff.eo. ex parte actoris uerò militat rigor indignationis,d.l. fi. infra eo. declarat Por.& Iaſ.in addi.ipſius in §.item uerborum obligatio,col.ij.inſti.de inutili.ſtip.

Præſtatq;

Præſtatq; nobis hæc lex arg.ad multa,& maximè quod quando iudex uidet aliquē calumnioſè agere,pōt ipſum a iudicio repellere.l.qui cū maior.§.ſi patris,ubi glo.not.ff.de bo.lib. Imo. in l.pe.in §.ad crimen.ff.de pub.iud.Ferrarien.in d.l.ij.in ult.not.ſupra eo.Alex.ultra eos in l.iiij.in §.hoc autem iudicium.col.vj.ff.de dam.infec.not. in l.j.ff.de offi.aſſeſ.

Et quod appellatione inſtrumētorum , ueniūt etiam rationes priuatę.l.notionem.§.inſtrumentorū.ff.de uer.ſi.no.in l.fi.infra e.& in l.j.ff.de fi.inſt.ſed nō ècōtra. l.ſi quis ex argētariis.§.rōnem ff.de eden.ex quo ſunt ſpecies ad genus inſtrumētorum.l.ſi quid earum.§.inter emptum.ff. de leg.iij.& not.in d.l.fi.

Et qđ actor nō modo inſtrumēta reo edere tēnetur ad exceptionē probādā, uerū ēt rōnes priuatas,ut hic,& in d.l.iuſtū.infra eo.& in l.qui accuſare.& in d.l.fi.quæ uenit ad declarationē & interpretationē d.legū,& ſentit Soci.ibidē. col. ij.

Et quod inſtrumenta edere tenetur quæ habet (quod pro intelligentia notandum eſt) non quæ ſunt apud notarium,& plus quod deriſorium foret iſtud dicere ut pulchrè declarat Corne.conſi.ccxxiij.nu.10.uol.ij.

Et qđ deniq; editio rōnum fieri debet ad merā defenſionē ſeu exceptionē fundandam, alias ſi impugnationem contineret ſecus, de quo tamen per Alex.in d.l.fi.col.ij.nonnihil Purpu.in l.j.nu.73.C.de tranſactio.

ADDITIO.

Si uerum eſt(ut ſupra)rationum app. non uenire inſtrumenta , hæc lex de rationibus loquitur , & l.iuſtum quæ ſequitur,& tamen ad inſtrumenta ēt extenduntur,ut cōcludunt oēs in d.l.fi. & eſt no.tex.in l.nomē debitoris.in §.fi.ff.de leg.iij.Adde id eſſe, quia ratio ueritatis explorandæ, inſtrumenta etiam complectitur,ut ibi not.Por.nouiſsimè in d.§.item uerborum obligatio . col.ij.præallega.argumentum in l.regula.in §.& licet ff.de iur.& fac.igno. Finis.

Imp. Alexander A.Vranio.

IVSTVM EST DESIDERIUM eius à quo petitur, licet nomine publico vt rationibus publicis exhibitis conſtet quantū ſub nomine ſuo ſolutum ſit . PP.xvi. kalen.Decemb. Maximo ii. & Aeliano. Coſſ.

Dubium faciebat , rationes publicas edendas non eſſe,quoniam fiſcus eſt perſona multum priuilegiata, uſque adeò ut (quemadmodum priuatus)ad editionem non teneatur , ſi reus excipiat, & ab eo edi petātur.l.ſi tutores.C. de compenſa. l.ne quiſquam.ff.de eden.& uidetur caſus clarus in l.in fraudem.in §.neque.ff.de iur.fi. ubi ſignāter dicitur quod fiſcus acta contra ſeipſum edere non tenetur,aliàs à priuato non diſtingueretur & malè argumentum in l. iij. ibi cur non in milite diuerſum.ff.de mili.teſta.glo.ſingu. in l. nec honore.C.de epiſco.& cleri.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,ut rationibus publicis exhibitis(quēadmodum dicitur in tex. ipſo) conſtet quantum debitoris nomine fiſco ſolutum ſit. Maximè quia ſunt quaſi cōmune inſtrumentum,quod ab actore editur reo,uſque adeò ut petentis iuſtum deſiderium ſit,argumentum in l.prætor air.in prin.ff. de eden.& idem dicitur in l.proxima.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum,quia uerum eſt in caſibus à lege expreſsis, aliàs utitur iure priuati.l.item ueniunt.§. in priuatorum.ff.de iu.fi.argumentum in l. in fraudem in §.fin.ff.de mili.teſta.Saly.in l.fin.C.de iu.dot. in princip.Non ſecundum quia imò tenebitur ſi cum priuato agat ut hic,& in d.l.non eſt nouum ſupra eod.& in l.procurator infra & in l.illatę.C. de fid.inſtr.nec ſibi uelle uidetur aliud,tex. in d.§.neque.ſed quod a tertio acta contra fiſcum nō edantur uel & latius ut hic,& ibi per glo.ex quibus ultimum quoque tollitur,quia ſatis eſt(ut diximus)quod diſtinguatur aliquo caſu , & facit ꝙ in ſimili dicit glo.in l.fi.C.de ſacroſanct.eccle.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa,& maximè quod quanquam ab actore reo rationes edātur ut hic & in l.non eſt nouum. ſupra eod. alibi uero dicatur,reum non edere actori inſtrumenta in l.qui accuſare.ſupra eod. non tamen leges iſtæ ſunt diuerſæ,ſed diſſeparatæ prorſus , ex quo ſuper eiſdem terminis non diſponunt,ſed ſuper facto diuerſo,& not.Bāl.in l.fi.in prin.infra eo.

Et quod maior ratio eſt in rationibus priuatis,edi debere ſcilicet ab actore reo , quàm in inſtrumento publico,ex quo ille non facile ab aliis poſſunt haberi,inſtumentum autem ſic , à tabellione ſcilicet,ut not.in d.l.fin.eſt uerum(ut dixi proxime)ſi illud habeat actor,quod edit pariter. Et perpetua annotatione dignum eſt ad huius legis & materię propoſitum,quod ex his non ab re hic dixit Imp.iuſtum eſſe deſiderium petētis, rationes ſibi edi,& ſupra in l.ꝓxima , nouū nō eſſe, quod reus pariter rōnem creditoris imploret.

Et quod conſtare quantum nomine debitoris ſolutum ſit ut hic dicitur, editionis rationum eſt effectus,uel ut fides ueri(quod idem eſt)conſtare poſsit,ut in d.l.non eſt nouum. & not. Ferrarien.in rub.ſupra eo.in pe.col.ad fi.

Et quod fiſcus in editione paſsiua non priuilegiatur,in actiua ſic.d.l.ne quiſquam.ff.eo. Purp. in l.j.col.iiij.ſupra eo.

Et quod denique exhibitionis mentione facta in lege ut hic , de reali intelligi debet , pro ut differt a datione copiæ , & declarant Paul.Caſt. & Alexan.in l.quædam.in prin.ff.eodem,& not. in l.ij.ſupra eodem.

De in ius vocando.

Imp. Alexander A. Trophinio.

SICVT BONIS MORIbus conuenit reuerētiam manumiſsoris vxori præberi: ita re exigente in ius eam ſine permiſſu pretoris vocari prohibitum eſt. P P. iiij. Kalen. April. Agricola & Clementino Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat quod uxor patroni poſsit a liberto in ius uocari ſine uenia, quia edictum de in ius uocando, prohibitorium eſt. l. quique. §. j. ff. eo. in prohibitoriis nō debet fieri extenſio de una perſona ad aliam. l. eum quidam. ff. de lib. & poſthu. ubi odia ſiue odioſa reſtringi debēt & nō ampliari, quod ēt not. glo. in l. furti. in §. fi. & in l. ſolet. ff. de his qui not. infa. ergo. Et quia ſā liberto ſinguli de uniuerſitate poſsūt in ius uocari pariter abſq; uenia. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. ergo & uxor patroni. Et uidet̄ caſus ultimo in l. liberti. C. de ope. lib. ubi maritus patronæ poteſt in ius uocari ſine uenia, ergo & uxor eius, quia ſunt correlatiua & diſpoſitum in uno ex duobus intelligitur etiam diſpoſitum in alio uulga. l. fin. ff. de acceptila. l. fin. C. de ind. uid. tollen.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ut tex. met dicit, quoniam bonis moribus cōuenit ut eadē reuerentia quæ debetur marito debeatur etiam uxori, argumentum in l. fœminę. ff. de ſena. Maximè quia quodā modo domina eſſe cenſetur. l. j. ff. de ac. rer. amo. Imò ꝙ ſunt duo in carne una. c. hæc imago. xxxiij. q. v. Socij diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de cri. expi. hæ. & (ut ita dicam) una anima in duobus corporibus, tradit in ſimili Bald. in l. ut uim. col. ij. ff. de iuſti. & iur.

Ad oppoſita reſpondetur parū facere, nāq; primò ad primū dicimus, quod qñ in edicto expreſſum nō fuiſſet fieret extēſio ex idētitate rōnis iuxta not. in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. & in l. ſi uerò. in §. de uiro. ff. ſolu. mat. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. Sed dico amplius in edicto expreſſum fuiſſe, ergo dubitatio fatua, quia à uerbis legis non eſt recedendum, & cum in eis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis ff. de lega. iij. l. j. §. in re igitur dubia. ff. de exercito. act. Non ob. ſecundum, quia non eſt libertus ſingulorū ſed uniuerſitatis d. §. qui manumittitur. l. in tantum. §. uniuerſitatis. ff. de re. diui. ni mirū igitur ſi ſinguli de uniuerſitate poſſunt (ut dicebatur) in ius uocari. Non ultimū deniq; qm̄ correlatiuorū nō eſt par eadēq; rō, ut no. in d. l. fi. nāq; uxori per uirū bene fit honor, ſed nō è cōuerſo. per uxorē uiro. d. l. fœminæ. l. j. ad fi. & ſeq. ff. de iniur. §. patitur. inſti. eo. & ut per gl. hic ēt fuſius, honeſtumq; eſt uxores defendi à uiris (ut ibi dicitur) non uiros ab uxoribus.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa, & maximè ꝙ quantūcunq; nupta maneat in ptāte patris, nec deſinat eſſe agnata. l. ſi uxorē. C. de cōd. inſer. §. j. ad fi. inſti. ad Tertul. in pluribus tamē ſequit̄ uirum quo ad forū, quo ad dignitatē, & quo ad familiā, & quo ad effectum ēt de quo hic l. cū quędam puella, in prin. ff. de iuriſ. om. iudi. l. exigere dotem. ff. de iudi. l. turelas, & ubiq; not. ff. de cap. di. fuſius Corn. conſ. xxvj. col. ij. uol. iiij.

Et qđ mulieres (uulgatumq; dictū eſt) corruſcāt radiis maritorū. l. fœminæ, alleg. ēt ſ. ff. de ſenato. §. hoc itaq;, in auth. de cōſul. l. fi. C. de incol. lib. x. l. mulieres. C. de dign. lib. xij. l. ſi auguſtę. ff. de leg. ij. Solq; maris ſimulacrū eſt, fęminæ uerò Luna, quæ non à ſe ſed a ſole lumen habet. Corn. conſ. præallega. & conſ. xlj. nu. 10. eo. lib. Feli. in c. ſuper eo. col. j. de teſti.

Et quod mulier popularis nupta in domo nobilis ex ſ. dictis, erit nobilis & nō amplius popularis, & (ut proximè dicebā) de familia mariti, & nouiſsimè tradit Bar. in l. fi. ubi ēt alij. C. de uer. ſig. & in l. quicunque. C. de re mili. lib. xij. Albe. in l. pe. in §. Iulianus. ff. quod fal. tuto. aucto.

Et quod quanquam æquitas multifariam multiſq; modis cōſiderari poſsit, ut not. in l. j. C. de legi. æquitas ea eſt tamē proprie, quę ſemper una eademq; permanet ut ſignanter per not. hic dicit Bal. in ſtatut. æquitas.

Et quod deniq; id fieri debet a nobis, quod bonis moribus conuenit, aliàs nō, ſed ſperni potius & reiici. l. filius. ibi. nam quæ facta lædunt pietatem, æſtimationem, uerecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt. l. conditiones. j. & ij. ff. de condi. inſti. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Roſanę.

QVI IN POTESTATE PAtrum agunt, aduerſus eos experiri non poſſunt. Si igitur emācipata es. Venia edicti petita, hoc facere non prohiberis. quod & in matris perſona eſt obſeruandum. PP. viij. idi. Nouemb. Diocletiano ii. & Maximiano AA. Coſſ.

Dubitādi rōnem faciebat, quod filius ēt in poteſtate exiſtēs, agere poſsit aduerſus eū, ſalti in petita uenia, caſus eſt ī l. Imperator. ff. ad Treb. ubi pater, filio agēti cogit̄ fideicōmiſsū reſtituere ēt añ euentū condōnis, ergo nō erit uerū qđ hic dr̄, nec cū uenia nec ſine, agere poſſe, q̄ quā (ut ſubiicit)

cit)in filia emãcipata ſecus ſit,uel ſi contra matrẽ agere uelit. Et ad idem eſt etiam tex.in l. ſi quis à liberis.in prin.ff.de libe.agnoſcen.& in l.quæſitum.ff.eo.de in ius uo.& in c.ſi annum.de iudi.in vj.& quia denique ſi poteſt emancipatus, ut dixi, & ſi ut hic eidem permiſſum eſt, non eſt ratio cur non poſsit etiam filius in poteſtate exiſtens, cum ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ poteſtatis.§.nullam.in auth.de hęred. ab inte.ueni.Bar.in l.peto.ad fi.ff.de lega.ij.& in l.illud.in §.fi.ff.de bo.poſ.contra tab.

Contrariũ nihilominus hic deciditur,& rõ deciſionis eſt,quia actiones inuentę fuerũt propter iudicia.l.j.ff.de edẽ.& quia actio eſt ius perſequẽdi in iudicio,qđ nobis debetur.§.j.inſt.de ac.iudiciũ aũt inter patrẽ & filiũ eſſe nõ põt.l. lis nulla. ff.de iudi.declarat Bar.in l.frater à fratre, nu.11. ff.de cõd.ind.ergo.quę tñ(cũ iſtud ſit de quo diſputatur)eadẽ cũ dicto eſſe uidetur & malè.l.fi.ff. de off.procu.Cęſa.Igitur alia aſsignatur,ꝙ iſtud ideò ſit,rõne patrię poteſta.ut per glo.in l. ne cũ filiofamilias.ff.de fur.& maximè quia eſt ẽt de iure ciuili.l.nam ciuiũ.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu.eoq; iure pater & filius unã eadẽq; perſona. l. ex facto.ubi Bar.col.iij.ff.de uulga.& pupil.ſub. idem Bar.in d.l.frater à fratre.nu.pręallega.ita ꝙ aduerſus ſe ipſum ageret & experiretur, ſi iudicium inter eos eſſe poſſet,& malè.l.ij.ff.de ſtipu. ſeruo.c.fi.de inſti. & quia etiam filius non habet legitimã perſonã ſtandi in iudicio abſq; cõſenſu patris.l.fi.§.neceſsitate.C.de bonis quę libe.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primũ,quia illud ideò eſt à iure proditũ, ex quo pater fideicõmiſsũ ipſum, ſeu bona relicta filio ſub conditione dilapidabat. Specialemq; rationẽ habet ſecũdũ,quia ſcilicet alimenta ſibi decerni petebat,ſui natura fauorabilia,& quorũ gratia multa ſtatuta ſunt, quæ regulariter non procederent aliàs l.Mela.ff. de ali. & ciba. lega. Quo ad tertiũ uerò quod ut alius non ut filius agebat argumentum in l.ſi paterfam.ff. de adop. & in l. tutorem. ff.de his quib.ut indi. Non ob.tex. in d.c.ſi annum,quia id iure canonum quoq; procedit, quo patria poteſtas,nõ curatur,& in ſpiritualibus quidem,non regulariter ut per Abb.in c. in præſentia.col.xviij.de proba.Bal.pulchrè conſ.ccccxxx. uol.j.ego latè in dialo.lxxviij.lib.iiij. Non deniq; & ultimum, quia id uerũ eſt & locum habet in ſucceſsionibus,non alio caſu ut hic,& declarat Bar.in d.l.illud.& Bal.cõſ.ccxv.ad fi. uol.iij. & minimè mirum(ut ſubiicitur) quo ad dictũ de emancipata,quia refutatur extranea de iure ciuili.§.emancipatos.inſti.de hæ.quæ ab inte.def. & quo ad ueniam ob reuerentiam quæ parentibus debetur.l.parentes.ff.de in ius uo.

Sed iñ dubiũ facit,quia ualet ꝓceſſus, quãquã uenia petita nõ fuerit ut per Bar.hic. Solu.ualet, quia a patre non eſt oppoſitum, quaſi uoluntate ipſius factũ præſumatur.l.quanuis.ff.eo. argumẽtum in l.fi.in §.ueterani.ff. de procu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè ꝙ effectus patrię poteſtatis(multiplex enim eſt ut not.in §.ius aũt.inſti.de pat.poteſta.)unus hic pręcæteris legitur,ꝙ pater nec cũ uenia,nec ſine poſsit in ius uocari.

Et quod ſi aliquis cũ quo fuiſſes litẽ conteſtatus a te arrogaretur, ſtatim ſolueretur iudicium, propter patriam poteſtatẽ.l.ſi a me,ff.de iudi.uel quia etiam (ut ibi dicit glo.) deuenta foret tunc res ad eum caſum a quo incipere non potuiſſet. l. exiſtimo,l.pluribus.§.& ſi placeat.ff.de uer. obl.

Et quod filius non poterit eſſe ceſsionarius cõtra patrem ut not.in l.ſi pater.in §.j.ff.de iu.dot. & in l.actiones.ff.de ac.& ob.& declarat Bal.hic. Vnde infero ego,ceſsionem hoc caſu fieri nõ debere,quia non releuabit,regulareq; eſt.l. hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut lega.no.ca.fieri non debere quod factum non releuat,ut ibi.

Et quod quanquã agenti & uocãti in ius patrẽ ſine uenia,pœna ſtatuta ſit,ſolidorũ 50.l.fi.ff. de in ius uo. in caſibus in quibus iudicium inter eos eſſe poteſt,ſecus eſt tamen ſi uocet eum adhuc ſine uenia,quoniam foret actus abſque dubio nullus,& ex actu nullo pœnam non incurreret. l. filium.§.j.& ibi Bar.ff.de lega.præſtan.l.j. ubi etiã Bal.ad fi.not.ff.quod quiſque iur.

Et ꝙ deniq; emancipatio bene liberat filium a patria poteſtate,ſed tñ eũ nõ liberat a reuerentia quæ omnibus parentibus eſt debita.l.parẽtes . ff. de in ius uo.arg.in l.iura ſanguinis.ff.de reg. iu. & in l.ius agnationis.ff. de pac. uenia igitur hoc caſu opus eſt,in memoriam quoque patriæ poteſtatis præcedentis argumentum in l.fin.ff. de decur.& in l.unius.in §.ſeruus.ff.de quæſtio.

Imp.Seuerus & Antoninus AA. Valeriæ.

POSTQVAM LITI DE prædio motæ renunciaſti: cauſam finitã inſtaurari poſſe nulla ratio permittit.PP.iiij. id.Februa.Albino & Aemiliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat tex.in l.ſi pecuniam.ff.de cond.ob cau.quod pœnitentia locum habeat,ubi de contractibus ad iudicia arguentes, quod arg.planè optimum eſt.l.iij.§.idem ſcribit. ff.de pecu.Bar.in l.j.nu.10.& 18.C.de lit. cont. implemento contractus non obſtante pœnitentia locum habet,ergo & hic pariter,quanquam liti de prædio motæ fuerit renuntiatum . Et maximè quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam, ſoletq; iſtud fauorabile reputari.l.ſi unus. §. pactus.uer.quod in ſpecie.ff.de pac.glo. in c. ſtatutum.de præb.in vj.& quia (ut etiam dicitur in c. admonet.de renun.) facta renunciatione intelligitur renunciatum inſtantiæ tantum.

Contrarium tñ hic deciditur , & rõ deciſionis eſt,qa a priuatione ad habitũ ĩpoſsibilis ẽ regreſ-

 ſus.

ſus.l.homo liber.ff.de ſta.ho.l.qui res. §.aream. ff. de ſol. Et quia remittentibus iura ſua non amplius datur regreſſus.l.item quæritur.§. fin. ff. de ædil.edi.argumentum in l.ſicut.C.de act.& obli. & in l.ſed & reprobari.ff.de excu.tut.& in regu. quod ſemel.de reg.iur.in vj.

Ad oppoſita rñdet̃ parũ facere, nõ ꝑrimũ, quia eo caſu reſultabat contractus innominatus do ut facias, quo regulariter, re exiſtẽte integra & quãdo implementum eſt ex parte unius tantum, pœnitentia admittitur, conceſſaq́; eſt, hic autem iam cauſa finita: igitur inſtaurari poſſe nulla (ut dicit tex.) ratio permittit. Non ſecundum, quia uerum eſt quando actus conſumatus non eſſet nec quæſitum ius parti ut hic, quod ſibi auferri non debet.l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.l. fi. ff. de pac. Non deniq; & ultimum, quia id quoq; in beneficialibus procedit, & quoniam renunciatio fieri debet in manibus ſuperioris ut ibi, & in l.legatus.ff.de offi. præſid. longe diuerſa à caſu noſtro, uſque adeo ut diuerſum ius quoq; ſtatui debeat uulga.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſ.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi renunciatio fiat iuri de pręſenti & ſic cadat ſuper certo, ualebit, ſiue præſente parte facta ſit ſiue abſente, ut etiam per iſtum tex.& per not.in l.non ſolum.in §. ſi liberationis uerba.ff.de libe.lega.dixit Bal. in l. ſed & ſi quis. in §.quæſitum.col.iiij.ubi de materia etiam multa.ff.ſi quis caut.

Et quod odio litium cauſa ſemel finita inſtaurari non poteſt, imò quod ualet renunciatio etiã inter abſentes hac de re, & ut ſupra dictum eſt, uimq́; nihilominus habeat pacti ut idem Bal. ait in l.ij.in prin.ff.de pac.poſt glo.hic.& Inn. in c. cum pridem.eo.tit.idem Bal.in c.accepta. col. j. de reſti.ſpol.& non ab re litium odio, quia regulariter pactum inter abſentes, non interueniente organo medio parit exceptionem doli ſecundum glo.in d.§.ſi liberationis uerba.& in l.in duobus. ff.de pac.idem Bal.in loco præallega.

Et quod electionem acceptans, ſi poſtea iuri ſuo renunciauerit in iudicio, ſtatim aperit uiam nouæ electioni, ſine aliqua iudicis interlocutione ut per iſtum tex. adhuc Bal. decidit in c. cum inter.col.ij.de electio.

Et quod per inſtrumẽtũ finis omne ius ſublatum intelligitur inquit etiam idem Bald. conſil. cxcij.col.ij.uol.j.

Et quod denique ubi renuntiatum eſt inſtantiæ actioni & cauſæ non amplius locum habebit diſpoſitio l.ubi cœptũ.ff.de iudi.& declarat ultimo Bertran.conſ.cccxlviij.nu.4.uol.j. Finis.

ADDITIO.

Quod cum renunciatio largo ſumpto uocabulo poſsit dici trãſactio, fort è tex.in c. ſollicitè. de treſt.ſpol. ibi de renunciatione loquens, & iſte pariter, habebit quoque locum, & uerificabitur etiã in tranſactione, & ſentit Soci.in l.rem quæ nobis in ix.q.ff.de acqui. poſ.

Et quod lis dicitur cum adhuc non eſt conteſtata, cauſa uero (utriuſque enim hic facta eſt mẽtio) ante & poſt lit. conte. ut not.in l.cauſas. ubi Bal.Saly.& omnes.C.de tranſac.Bar.in l.qui Romæ.in §.Calimachus.ff.de uer.ob.Feli. in c. cum dilecti.col.vj.de accu.

Et quod dictum hic in renuntiatione litis, ex quo indefinitum eſt, locum habebit tam in tacita quàm in expreſſa, ut ad ius ſemel renunciatum, haud redire poſsit ipſe renuncians, de expreſſa clarum eſt, de tacita poteſt exemplificari in uaſallo, ſi efficiatur clericus, quoniam tunc tacitè feudo renunciare uidetur.c.j.§.j.& ibi Alua. & omnes, de feu.femi.in uſibus.

Imp.Alexander.A.Mucrataulio.

SI PASCENDA PECORA partiaria id eſt vt fœtus eorum, portionibus quibus placuit, inter dominum & paſtorem diuidantur, Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur: fidem pacto pręſtare compelletur. PP.iiij.Kal. Octobr. Alexandro A.ij. & Marcello Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod pactũ ſeruandum non ſit, quia ſocietas inſtar fraternitatis habet.l.uerum. ff. pro ſocio. qua ratione dicebat Bal.quod unus ſocius non poteſt facere aliũ carcerari propter inopiam, in rub.C.eod.ad fi.inter fratres autem debet ęqualitas ſeruari.l.ut liberis. C.eo.de colla.& nimirum quoniam inæqualitas eſt cauſa diſcordiæ.l.cum pater.§.dulciſsimis. ff. de leg.ij.ergo & inter ſocios. l. ſi non fuerint. ff. pro ſo.Bal.in l.j.col.ij.C.eo.hinc Saluſt. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabũtur. Et quia hoc idẽ maximè deſideratur inter cõtrahentes.l.pe.C. communi diui. cum hic pactũ fuerit inæquale, ualere non deberet, utpote iniquum & ſic non ſeruandum.l.iuriſgentiũ.§.prętor ait.ff.de pac.l.pacta quæ contra. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nihil congruit magis fidei humanæ, quàm ſeruare ea quæ partibus placuerunt.l.j. ff.de pac. Contractusq́; legem accipiunt ex ipſarum conuentione.l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l.legem.infra eo.& ad idem quoque prætor ait, pacta ſeruabo, in l.iuriſgentium, in §.prætor ait. ff. eo. & Matth. xx. amice non facio tibi iniuriam, pacto enim conueniſti mecum. & hęc eſt potiſſima cauſa ingratitudinis, ſi pacta ſcilicet nõ ſeruentur, qua donatio reuocari ſolet. l.fi. C. de reuo.do.c.j.§. ſi id propter qđ quę fue. prima cauſ. be.amit.in uſib.Bal.conſ.xviij.in prin.uol.j.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare (ad idẽ

cum

enimt endunt)quia uera ſunt niſi ſocij pacto ſibi legem imponant, à qua poſtea recedere nõ liceat quanquam inæqualitatem contineat, quia cõtractus à principio ſunt uoluntarij, ſed ex poſt facto neceſsitatem habent l.ſicut.C.de ac.& ob.& probatur.in l.ſi nõ fuerit & in l.ſi ſocietatem.ff.pro ſo.uerum hic pactum initum eſt inter dominum & paſtorem ergo, & hoc eſt quod alibi dicebat idẽ Bald.conſ.cccxxvij.in princ.uol.j.quod actui perfecto nihil addi uel detrahi poteſt niſi de partium conſenſu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ubicunque occurit nouus cõtractus, is decidi debet à ſimilitudine legis, quæ ſit ſibi magis ſimilis.l.j.§.ſi quis ſeruum.ff.depo. l.j.ff.de æſtima.ac.l.ſi olei.C.loca.& ut hic Socidæ per legem de ſocietate loquentem & pulchre not. etiam Stepha. Fede. in tractat. de int. iu. colum.lxxxij.

Et quod ubicunque ſocietas inter duos cõtracta eſt lucri & quæſtus, non declarato aliter pro quibus partibus, ſemper intelligi debebit contracta proportionabiliter.proq; partibus æqualibus.l.ſi non fuerint.ff.pro ſo.

Et quod ſic in dubio uidentur contrahentes uoluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis uulga.l.hæredes mei.§.cum ita. ff. ad Treb.& ibi not.omnes.

Et quod ſocietas(quanquam hic dixerit text. portionibus quibus placuit) leonina eſſe non debet.d.l.ſi non fuerint.§.j.Corn.conſil. lxj. col. v.uol.j.& conſi.cclxxij.col.ij.cod.lib.dictumq́ue eſt Caſsij prout Ariſto refert in præallegat. §. j. per comparationem, & ut in Aiace Home.Iliad. lib.ij.ibi ſtetit igitur Aiax.inops conſilij, leoninoq́ue aſpectu nouum tumultum intuebatur.

Et quod denique colonus partiarius eſt is qui quaſi iure ſocietatis damnum & lucrum cum domino fundi partitur ut hic Apollinaris, ea de re dixit tex.pecora partiaria, & ut alias in l. ſi merces in §.uis maior.ff.locat. & in l. cum duobus in §.quidam ſagariam.ff.pro ſo. Finis.

Impp.Valerian.& Gallien. A A.&
Valerian.Nobilis Cæſar.
pactumeio.

PACTVM QVOD DOTALI inſtrumẽto comprehẽſum eſt, ut ſi pater uita fungeretur ex æqua portione ea quæ nubebat, cum fratre hæres patri ſuo eſſet, neque ullam obligationem contrahere neq; libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuit auferre.P P.x.Kal.Mar. Aemiliano & Baſſo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum ualeat ſeruandumq́ue ſit, quia(ut proxime etiam dicebam)ait prætor pacta ſeruabo, qđ ultra tex. in d.l.iuriſgentium.in §.prætor ait. ff. de pactis. probatur quoque in l.ſi.ff.de tritic.& in l.uinum. ff. ſi certum petatur. & quia contractus etiam ex conuentione partium, l. accipiunt. d. l. legem ſupera eo.d.l.j.§.ſi conueniat.ff.depo.l. cõtractus.ff.de reg.iu.graueq́ue fidem fallere.l.j.ff. de conſti.pe.Et nihil tam congruum humanę fidei quam ſeruare ea quæ nimirum partibus placuerunt.l.j.ff.de pac.imò quod non ſeruare dolus eſt, nec debet pati iudex dolum committi ut inquit Bal.in l.ſi traditio in prin.C. de act. emp. Et maxime quia pactum adhuc eſt inter patrem & filiam emancipatam, reducens eos amplius ad diſpoſitionem iuris communis.l.maximum uitiũ C.de lib.præte.quod ſolet fauorabile reputari. l. ſi unus.§.pactus uerb.quod in ſpecie.ff.de pact.c. ſtatutum ubi gl.de pręben.in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò non ualeat neq; ſeruandum ſit.& ratio deciſionis eſt, quia aufert liberam teſtamenti factionem, inducitq́ue uotum captandæ mortis, quo caſu cũ ſit hac duplici ratione contra bonos mores etiam de iure canonico non ualet neq; ſeruandum eſt l. j. C.de ſacroſanc. ec.c.ne captandæ de conceſsio. præb.in vj.not in ſimili in l.fin.infra eod.& in c. quamuis.eo.tit.in vj.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obl.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, poſſeq; ſolo uerbo omnia reſolui, uera fore niſi pactum ſit à lege improbatum prædictis rationibus, & probatur.in d.§.prætor ait & in d.l.pacta quę cõtra,& facit in argumentum etiam quod dicitur. in l.filius& in l.conditiones.j.& ij.ff.de cond.inſtit.Nec officit quod ex eo reducantur paciſcentes ad diſpoſitionem iuris communis, quia uerũ eſt ſed cum tamen reſiſtat lex, nec pactum huiuſmodi fieri potuerit factũ non ualebit, neque paciſcentes releuabit.d.§.prętor ait.l.hęc ſtipulatio §.diuus.ff.ut leg.no.caue.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod cum in teſtamento prædicta uera ſint, forte in donatione haud procederent, ex quo donans rem date non prohibetur ea lege ne donatarius poſsit libere de ea diſponere ut not.in l.ſi ita quis.in §.ea lege.ff.de uerbo.obl.& in l.legem ſupra eo.

Et quod ſicuti pactum hic de ſuccedendo non ualuit pari modo nõ ualeat mulieris renunciatio, ſeu promiſsio de non ſuccedendo patri ut ſignãter ex not.hic tradit Pau.Caſtren.conſ.xxix.col. ij.uol.ij.

Et qđ renũciatio matris habet tacitã cõditionẽ ſi ſucceſsio ei deferatur uſq; adeo ſi tacita hęc cõditio nõ eueniat ut pro nõ facta habeat̃ ſecũdũ Alex.hic late Dec.conſ.clxxxj.col.iij.uol.j.

Et quod aberrant multi qui accipiunt filiã diuitem, pacto ut pater ſibi poſt mortem, hæreditatem

tatem relinquat, quia (ut dictum eſt) non ualet quod declarat Iaſ. in addit. Port. in §. cum autem col. iij. inſti. de adop.

Et quod denique hac ratione in æternum ſocietas coiri non poteſt, neque ultra mortem porrigi ex quo ſcilicet libertas ſic iudicij ſupremi cōſtringi poſſe uideretur, & male ut hic & in l. nulla. & in l. ſi fratres. in §. idem reſpondit. ff. pro ſo. Bertrand. pulchre conſ. xl. nu. 4. uol. iij. Finis.

Impp. Carus Carinus & Numerianus. A A A. Deximacho.

PACTVM QVOD BONA fide interpoſitum docebitur, & ſi ſcriptura non exiſtente, tamen ſi aliis probationibus rei geſtæ ueritas comprobari poteſt, præſes prouinciæ ſecundum ius cuſtodiri efficiet. P P. ix. Kal. Iuliis ijsdem Coſſ. quibus ſupra.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſcriptura requiratur, alias probatio non ualeat, quia uidetur caſus ad literam in ſimili in l. j. C. de mandat. princ. ubi non creditur alicui mandatum principis alleganti, niſi illud etiam inſcriptis oſtendat. Et idem in l. generaliter. C. de non num. pecu. ubi confeſsio debiti in ſcriptis facta adeo efficax eſt, ut contrarium probari non poſsit niſi per aliam ſcripturam. Nec ſecus breuiter in authen. hoc ius porrectū. C. de ſacroſanc. ec. & in l. j. C. de ſuffra. & in l. j. C. de iudic.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia (ut alibi dicitur in l. ij. ff. de cont. emp. & inſti. de obl. quæ ex conſen. naſ. in princ.) ſufficit eos qui negotia gerunt conſentire. Et maxime quia ſcriptura inuenta eſt, non quod regulariter ſit neceſſaria ſed ut negotia facilius probentur. l. contrahitur. ff. de pigno. uerum ſi aliter rei geſtæ ueritas probari poteſt (ut hic dicitur) ſatisfit legi, ex quo non refert quid ex æquipollentibus fieri. l. fin. §. fin. ff. manda. paremque uim habēt cōmuniter teſtes & inſtrumenta in exercendis litibus. l. in exercendis. C. de fi. inſt.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare non primum quia in mandato principis (ut ſonat inductio & titulus illius legis) loquitur idq; uerum eſt, quia hæc literis Bullatis & ſigillatis fieri ſolēt ut inquit ibi Alb. & bene Itiluſque in talibus ſeruandus eſt. c. licet. c. quam graui de crimi. fal. c. in cauſis de re iud. nimirum igitur ſi in ſcriptis oſtēdi debet. Et cum hoc caſu ſit ſpeciale, contrarium erit in cæteris iure communi. l. quod uero contra l. ius ſingulare. ff. de leg. c. præſenti. §. loca. de prębend. in vj. Non ſecundum, quia ita conuentum erat ibi, ut ſcriptura conficeretur, ergo non mirū ſi deſideratur. l. contractus. C. de fide inſt. argumentum. l. j. in §. ſi conueniat. ff. de depo. Non tertiū quia eo caſu quoque ſpeciale eſt in alienatione bonorum eccleſiaſticorum, quæ fieri non poteſt niſi ſeruata forma legis, & pręceteris qđ in ſcriptis redigatur. Non ob. quartum, quia ſi, qui agere poterat ex nudo pacto ibi releuatus eſt in eo, debet in alio grauari ut probet alienationem in ſcriptis factam fuiſſe. l. eum qui. ff. de iureiurand.

Non quintum, & ultimum, deniq; ex quo forte etiam id eſt cum de ingenuitate probanda agitur propter cauſę arduitatē. l. placet. C. de peda. iud. not. in l. Imperium. ff. de iur. om. iud. & ut latius hic in gloſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod exceptio in uno caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quęſitum. §. deniq; ff. de fund. inſtr. not. in c. cum dilecta de conf. uti. uel inuti. nanque multi ſunt requirentes ſcripturam, quique per eam probari debēt, & de quibus alias in c. j. de de cenſi. lib. vj. ergo nō regulariter ut hic, aliisq; modis probatio fieri poterit.

Et quod ſcriptura non auget effectum, qua de re neq; pręſumetur contractus in dubio factus in ſcriptis inquit Bald. in l. cum res colum. ij. C. de probatio.

Et quod in materia quandoq; ordo facti deſignat ordinem intellectus quodq; non erit adhuc neceſſaria etiam ſi dicatur, quia primo cōtractus ſiue pactum fiat ut hic, de quo tamen per Bald. in d. l. contractus col. ij.

Et quod credere regulariter quod in cōtractu requiratur ſcriptura, eſt ignorare ius & lata culpa (adeo uerum eſt quod hic rurſum dicitur) & not. Iaſ. in l. quod te col. pe. ff. ſi cert. pet.

Et quod deniq; bonum eſt (quanquam neceſſarium non ſit) de omnibus rebus de quibus contrahimus ſcripturam facere, ne probatio pereat ca ſu. l. ſicut. C. de lib. cau. tradit pulchre Bald. conſ. cccclviij. ad fin. uol. j. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. A A. & C C. Martiali.

TRADITIONIBVS ET VSV capionibus dominia rerum non nudis pactis transferuntur. P P. Kalend. Ianuar. ipſis. v. & iiij. A A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad primum dictum, quia maritus eſt dominus rei dotalis. l. doce ancillam. C. de rei uen. Bal. in l. in rebus col. iij. C. de iu. do. Bartol. in l. ſub conditione. col. j. ff. de ſol. & tamē ipſius traditione dominium nō transfertur in accipientem ut inſti. quibus alic. lic. uel non, in princ. Et quia minor etiam huiuſmodi eſt & tamen nec ipſe tradendo ſiue alienando dominium transfert pariter. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. & minus dominus, etiam ſi ſibi precium

non

non ſoluatur uel ſi de precio in uenditione fides habita non ſit.l.quod uendidi.ff.de cont. empt.§. uenditę inſti.de re.di.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi uerum eſſet ſolo pacto transferri, iam obligatio dandi non eſſet in rerum natura & male. Vel quia principia naturalia nõ poſſunt in totum remoueri ab actibus hominum, naturaliter autem dominium à poſſeſsione cæpit ergo traditione acquiretur ut per Bal.in l.ea lege in prin.C.de cond.ob cau.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum quia non eſt dominus niſi ad tempus, neque habet dominium liberum ſed reſtitutioni ſubiectum, nimirum igitur ſi non transfert ut declarat Alex.in l.diuortio in §. ſi fundum. col. iij. ff. ſol. mat. Ange.in l. in his.in §.j.ff.eo. imò inquit Bal. conſ.j.in prin.uol. iij.quod iuris intellectu interim mulier remanet domina. Non ſecũdum, quia in minore etiam eſt ſpeciale.d. l. lex quæ tutores. l.j.ff.de reb.eo.l.magis puto. §.non paſsim.ff.eo.

Non denique & ultimum, quia precium eo caſu etiam eſt de ſubſtantia emptionis & uenditionis l.pacta conuenta.ff.de cont.empt.§.item precium.inſti.de empt.& uend.

Quo ad dictum ſecundum dubium etiam faciebat.lex.in §.furtiuæ inſti.de uſuca.ubi a nõ domino traditur res, & tamen non uſucapitur.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ſicuti traditione facta a domino ex cauſa habili ad dominium transferendum fit translatio, ita hoc caſu pariter uſucapiendi paratur conditio, ne dominia ſint ſemper incerta, ſiue in incerto.l.j.& ij.ff.de uſucap.

Ad oppoſita reſpõdetur illud ideo eſſe ibi quia res uitio non carebat, & ut paretur uſucapiendi conditio oportet quod accipiens bonaſide capiat & res etiam uitio careat.d.§.furtiuæ & ibi not.eſtque locus hypotheticus à conditionali proloquio, ſi res furtiua eſt ſcilicet, uſucapi non poſſe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa.& maxime cum in contractibus loquatur, & poſita ſit in titulo de pactis, quod in ultimis uoluntatibus erit ſecus, nimirum igitur ſi dominiũ rei legatę recta uia tranſit in legatarium. l.à Titio ff.de fur.Bar.in l.ſi quis ita.ff.de cond.inſti.Alex. in l.ſi tibi homo.in §.cum ſeruus.ff.de lega. j.col. ij.declarat Dec.in l.j.col.v.ſupra eo.

Et quod reſciſio contractus non eſt ſufficiens, ad dominij reſolutionem, ex quo neq; ſolus cõtractus dominium tráſfert ut hic.Anch.in rep.c. canonum ſtatuta.col.cxciiij.de conſtitutio.

Et quod hoc idem quod nuda uoluntate ſcilicet dominium in alium transferri non poſsit, non alia ratione dictum eſt, niſi iſta, quia difficulter à nobis abdicatur.l.ſi quis ui.§.differentia.ff.de acquir.po.declarat adhuc Dec.in præalleg.l.j.

Et quod exempla non reſtringunt regulá neq; dubitationem inducũt, inſerta in lege ut inſtruamur tantum.§.hactenus inſti.de grad.l.ut reſpõſum.C.de tranſac.l.damni infecti ſtipulatio pertinet ad fin.ff.de dam.infec.unde aliæ etiam ſunt cauſæ dominij acquirẽdi, & ſanè multæ, quanquá hic duæ tantum fuerint expreſſæ, uel & aliter ut pulchre per Odof.dicas.in l.j.col.ij.ff.de publi.

Et quod denique hic ponitur effectus iuriſgẽtium, quod ſcilicet dominia transferantur rerum traditionibus (de uſucapione non loquor, ex quo effectus eſt tunc iuris ciuilis) & adeo quidem efficax eſt ut à contrahentibus impediri non poſsit, à lege aũt uel à teſtatore ſic ut per Iaſ.in l.filiusfamilias.in §.diui col.xij.ff.de leg.j. Finis.

ADDITIO.

Quod ſolus titulus dominium non transferat uerißimum eſſe ut hic, & late dixi in collectan. nouiſsime tamen fallere in quatuor caſibus annotatis.in l.fin.C.de ſacroſan.eccl.remiſsiueque aduertit etiam Corne. conſ.xxxv. nu.xxix.uolu.j. Et idem dicit in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum, quod ex ſolo titulo ipſius pariter dominium adhuc translatum non erit. quodq; donans poterit teſtari conſi.cclij. num.4. uol.iij. poſt Bal.& Ang.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de uerb.obl.

Impp.Dioclet.& Maximian.A A.
&.C C.Honorato.

FILIVS PACISCENDO aut debitum accipiendo nihil detrahit patris obligationi. P P. xvij. Kal. Decemb. Sirmij ipſis vij.& vj.A A.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod poſsit filius paciſcendo præiudicare patri, quoniam ipſe etiam eodem tempore uiuente, quodammodo eſt dominus.l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. ut rex filius regis, quia eidem in regno ſucceſſurus eſt.l.ij.ff. pro hære.l.nihil.C.eo.Corn.conſ.cxciiij. col.fin. uol.iij.uſque adeo ut uerbũ deuoluta propter dominij continuationem & hęreditatis non cadat in ſuis & declarat idem Corn.conſ.ccxix.col.ij.eod. lib.& facit uulgatum illud.pſal.cix.dixit dominus domino meo ſede à dextris meis ideſt mihi ęqualis æſto, ut ibi Cartuſian.ait & quia cum patre adhuc eadem eſt perſona fictione unitiua l.fin.C.de impub.& al.ſub.Bald.in l. qui in prouincia. in §. diuus col.ij.ff.de ritu nup.& uidetur caſus deniq; quod poſsit facere patris conditionem non modo meliorem uerum etiam deteriorem eique præiudicare.in l.fin.C.de acquiren.poſſ.& in l. ſi quis ſeruum. in §.etiam.ff.de pecu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia filius nihil iuris habet in bonis patris uiuentis.l.ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculũ. ff.commo.argumentum.in l.iij.in §. ex contrario

ff.de

ff.de acqui.po. Et quia pactum unius alteri obeſſe non debet.l.ſi unus §.ante omnia.ff.de pac.argumentũ.in l.j.& toto tit. C.res int.ali.ac.& in l.ſæpe.ff.de re iudi.& in reg.non debet.ff.de regu.iur.neque debet poſſe filius facere conditionem ipſius patris deteriorem ut in d.l.fin.C.de acquir.poſſ.imò quod nec coniunctæ perſonæ ſolui poteſt niſi habeat ſpeciale mandatum.l.uero procuratori.ff.de ſol.& ibi not.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum quia uernm eſt quo ad ſpem ſuccedendi,nõ quod patri uiuenti poſsit in aliquo præiudicare, ea de re utitur uerbo ibi Iureconſ.quodam modo quod improprietatem ſignificat.§. igitur ibi duo ſunt quodammodo teſtamenta, inſtit.de pupilla.ſub.l.id tempus.ff.de uſuca.l.pecuniam.ff.de ſol.l.filius.ff.quod cum eo.l.ſi me in uacuam & ibi not.ff.de acquir.po.l.prætor ait.§.j.ff.de edend.l.ſi quis ſeruo in princip.ff.de leg.ij.Non ſecundũ quia id quoq; uerũ eſt ficte(ut iam dixi)fictione ſcilicet nnitiua,quę nõ plus dēr operari in caſu ficto,quã operetur ueritas in caſu uero, neq; imagine naturæ ueritas ipſa obumbrari ut dicitur in l.filio quem pater.ff.de lib.& poſthu.& liquet ex uerbo intelliguntur poſito in d.l.fi.cuius natura eſt fictionem importare.l.intelligẽdus.ff.de uer.ſig.l.ſi familia.ff.de iur.omn.iud. l. j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum. ff.de ſer.urb.prædio.l.aliquando.ff.de condi. & de.

Non denique tertium & ultimum, quia in acquirendis forte id poſſet procedere; inque rebus peculiaribus, non acquiſitis & paternis quidem ut hic not.& alias.in l.j.C qui admi.& in l.ei qui in §.neque & utrobique Alexand. ff.de acqui.hę.ibi col.v.hic.ij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime ad uulgatum illud.quòd exempla non reſtringunt regulam.§.hactenus inſtitut. de grad.l.damni infecti ſtipulatio pertinet ad fin.ff.de dam.inf.quanuis igitur loquatur in filio non poſſe ſcilicet facere conditionem patris deteriorem eidemque præiudicare, idem tamen dicendum erit quoq; in ſeruo.cum bonum ſit argumẽtum alias de uno ad alium regulariter tamen & ſi non poſsit diuerſitatis ratio aſsignari inter eos.§.Idẽ iuris inſti.de ſtip.ſer.& probatur in l.ſeruus ſupra eo.& in d.l.fin.ad fin.C.de acquir.poſſ.& in d.l.j.C.qui admi.not.& hic.nonnihil Soci.in d.l.frater à fratre.col.iij.ff.de condic.indeb. Nec ſecus in Monacho.ſecundum Bald. in d.l.ſeruus & Bart.hic.

Et quod ficta confeſsio filij rurſum ratione cõtumaciæ non nocebit patri ex prædictis ut uoluit Ange.in l.cum filius in princip.ff.de uerb. oblig.& probatur in l.eius qui delatorẽ.ff.de iu.fi.multa Corn.conſ.cxciiij.nu. 14.uol.j.Et cõſ.cclxxxj.nu.14.uol.iiij.

Et quod negligentia eiuſdem in agnoſcenda bo.po. contra terminum datũ a lege bene nocet ut in d.l.j.neq; alia ratione niſi ut ſupra dictũ eſt.

Et quod difficilius a nobis ius quæſitum abdicamus quã querẽdũ quia ſic uidemus ẽt qd facilius uno caſu præiudicat filius patri quam alio ut hic,& probat ad propoſitũ in l.qui aũt in prin.ff.quę in frau.cre.& in l.ut pomũ in.§.fi. & ibi Flo.multa.ff.de ſeruit. & in l.ſeruitus.ff.quemad.ſer.amit.imò quod enormis læſio dicitur quæ tollit ius quæſitum, non quæ derogat quærendo.l.ſi ſpõſus.§.ſi maritus.l.fin.ff.de do.inter.ui.& uxo.l.j.§.confertur.ff.de collat.bo.uſque adeo ut neq; hoc prætextu,poſsit aut debeat minor in integrũ reſtitui,ſi iuri quęrendo renũtiauerit qđ ex multis oſtẽdit Sauilian.conſ.cxiiij.nu.15.uol.j.

Et quod denique indefinita oratio legis æquipollet uniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de leg. ij. l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.urba.prædio.dictumque in filio (ut declarant doctor. hic)locum habet ſiue ſit in poteſtate patris ſiue fuerit emancipatus, imò qđ maior dubitandi ratio erat in filio in poteſtate ut ſupra.ſi ergo is non poteſt patri in aliquo præiudicare,multo minus poterit emancipatus. l.relegatorum §.conſtitutum & ibi Bar.ff.de int.& rel.c.ſi paulus.xxxij.qõ.v.l.nec ex uera.C.de acquir.poſſeſſ. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian. A A.
& C C.Euhemero.

DEBITORVM PACTIONIbus creditorũ petitio nec tolli nec mutari poteſt.S.iiij.Kal.Maij.C C.iij.Coſl.

Dubitandi rationem faciebat quia modus non curatur dummodo effectum habeamus. l. ſi maret.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac,Bartol.in l.Gallus in §. & quid ſi tantum.col. ij. ff de lib. & poſthu.Et quia contrariorum eadem eſt diſciplina.l.j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur. tantumq; operatur oppoſitum in oppoſito quantum propoſitum in propoſito.l.fi.ff.de leg. iij.l.tria prædia.ff.de ſerui ruſtico.prædio.Barto.in l. ius alimentorum in §.j.col.ij. ff. ubi pup. edu. deb. Et quia rurſum par eſt potentia contrariorum dicit etiam Bal.in l.cum mulier.col.xiiij. ff.ſolu.mat.ſed creditores poſſunt paciſci & præiudicare debitoribus.l.& ſuum in fin.& l.ſeq.ff.de pac.ij.& ibi Alexan.in l.j.ff.ſol.mat.ergo & ipſi debitores hic,& eſt argumentum in l.fi.C.de indic.uid.tol.& in l.fi.ff.de acceptila.& uidetur caſus in l.cum ab uno.ff.de leg.ij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia pactum ſeu conuentio inter aliquos facta tertio non prodeſt neque præiudicat.l.ſi unus.§.ante omnia.ff.de de pact.argumentum in rub.& in l.j.C.res inter ali.acta.& in l.ſæpe.ff.de re iud.Et quia non debet alteri per alterũ iniqua conditio afferri.l.non debet.ff.de regu.iur.l.tranſactione matris & ibi glo.C.de tranſactio.Et quia denique nec cogitur creditor mutare debitorem

torem etiam ſi magis idoneus offeratur. l.ſi mandato meo.§.j.ff.mand.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare non primum, quia uerum eſt quando ex uariatione modi non uariaretur effectus, ut in locis ad regu.al legat.not. ſed hic uariaretur utiq;, ex quo debitor ſi efficeretur pauper & non ſoluendo præiudicaret creditori ergo. Non ob. ſecundum, quia id ẽt procedit & adhuc uerum eſt, quo ad cognitionẽ d.l.j. non quoad iuris ordinationẽ, maxime quãdo non eſt eadem coutrariorum ratio, ut hic & p Alex. in d.l.ij.ff.ſol.mat. tradunt omnes in rub. ff. de acquir.poſſ. Non denique & ultimum quia dicto caſu ſpeciale eſt dotis fauore, ut mulier tantum unum excutiat, quod hic Paul. Caſt. declarat & latius Cy. in l. pro hæreditariis in princip. C. de hæred.ac. ergo ius commune in contrarium. l. ius ſingulare. l. qđ uero cõtra.ff. de legib. c. prẹſenti. §. loca de præben. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod ex parte rei non poteſt fieri procurator in rem ſuam niſi creditor conſentiat, ita Bald. in l. debitori. C. de pact. quia debitorum pactionibus (ait ibidẽ) creditorũ petitio nec tolli nec mutari poteſt, ut hic.

Et quod ſubditi non poſſunt facere ligam, & conuentionea, ſecundum Bal. & Saly. hic in prẹiudicium dominorum ſuorum, non nihil Inno. in c. olim de reſti.ſpo. & Abb. in c. conſtitutus de religio.domi.

Et quod ſunt quoad iuris diſpoſitionem ſeparandi, illi ſemper quos non equitatis paritas, & rationis idemptitas nectit, ut in l. illud & ibi Bal. in prin.ff. ad leg. aqui.

Et qđ ſi ſint duo rei inſolidum obligati, unus autem ab altero habeat inſtrumentum quo conſeruetur indemnis non propterea creditori præiudicabitur, quo minús excutiat quem uoluerit, deq́ue hoc alias late in l.iij. in §.fin. & in l. reos. ff. de duo.rei. & per Bar. in l. cũ plures in §. ueſtimẽta. ff. loca. Bal. & alios hic.

Et quod denique dictio nec, ſolet poni inter diuerſa. l. item quia. ff. de pact. ut in ſimili de copula, &, inquit gloſ. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & in c. quærelam de ſimo. imò inquit Corne. quod copulatiue uirtus eſt incluſa. in d. dictione. conſi. lxxvj. ad fin. uol. iij. nimirum igitur ſi (ut hic etiã not.) aliud. eſt tollere & aliud mutare, in totum, & pro parte ſeu de perſona in perſonam & ut dictum eſt in l. edita ab omnibus. C. de eden. Finis.

De tranſactionibus.

Imp. Alexand. A. Enocato.

CVM TE TRANSEGISSE cum hærede quondam tutoris tui profitearis, ſi id poſt legitimam ætatem feciſti, fruſtra deſideras, ut à placitis recedatur, licet enim (ut proponis) nullum inſtrumentum interceſſerit, tamen ſi de fide contractus, confeſsione tua conſtet, ſcriptura, quæ ſolet probationem rei geſtæ continere, neceſſaria non eſt. P P. Kal. Martij Albino & Aemiliano Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod tranſactio ſcripturam requirat, quia ſententia & tranſactio equiparantur. l. non minorem infra cod. l.ij.ff. de iureiur. c.j. de lit.cont. in vj. ſententia ſcripturam requirit. l.j. C. de ſenten. ex pe. recitan. c. fin. de re iud. in vj. glo. in c.j. de cenſi. eod. lib. ergo & tranſactio. Et quia idem dicimus in laudo, quod ſcilicet ſcripturam requirat. d. l. j. & laudum tranſactio quædam dicitur auth. ſi uero contigerit & in corpore unde ſumitur. C. de iudic. ergo conſiderantes eo magis iſtud uerum fore quia omnino magna eſt ſcripturæ auctoritas eique plus creditur abſque dubio quam teſtibus. l. iij. C. ſi mi. ſe ma.dixe. & uidetur caſus in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. ec. & in l. generaliter. C. de non nume.pecu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſcripturæ officium eſt, non inducere ſed probare, ad id principaliter ab hominibus inuenta. l. publia ad fin. ff. depo. l. contrahitur. ff. de pigno. l. cum res. C. de probat. ergo non de ſubſtantia, ut hic rurſum formaliter dicitur, & quia nulla maior eſt probatio quam ipſius partis confeſsio. d. l. generaliter. C. de nõ nu.pe. ſed prima melior & uerior ut hic per Bal. Salyc. & alios.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia equiparátur, prætérquam in caſu iſto, & minime mirum, quia differunt etiam in multis aliis ut not. in d. l. non minorem. & in d. l.ij.ff. de iureiuran. unde & bene dixit glo. in d. l. nõ minorem, quod non minoris auctoritatis eſt tranſactio quam res iudicata, quoad deciſionem litium & quoad exceptionem parandam, ſed non quo ad alia. l. ſi diuerſa infra eod. l. diffamari de ingenui. Non obſt. ſecundum quia id in arbitrio uerum eſt, ex quo arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum. l.j.ff. de arb. non in arbitratoribus ut p Bar. in l. quod ſi epheſi ff. de eo quod cert.loc. & Bal. in l. fin. col. iiij. C. de cont.emp. Tertium ſecũ reſponſionem habet, id eſſe ſpeciale in probatione ẹtatis, quia difficile eſt memoria tenere annos & eorum numerum. l. iij. §. duæ. ff. de carbo.edict. ſcripturẹque potius credendum dicto caſu quam teſtibus, ergo non regulariter. l. ius ſingulare. l. qđ uero cõtra. ff. de legi. Non ob. ultimum quia ut ró bique ibidem ſcriptura erat de ſubſtantia, ut etiã dictum fuit in l. pactum quod bona fide ſupra de pac. nimirum igitur ſi neceſſaria eſt etiam dictis caſibus. l. certum. ff. ſi cert. petat.

Prẹſtatq;

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quod.l.fin.C.de edi.diu. Adri. toll. quam locum habet etiam in teſtamento nuncupatiuo ſi id tamen inſcriptis redigatur,habebit etiã locũ in nuncupatiuo confeſſato à parte ut ibi per Alex. col.vij.quia confeſsio ſcripturæ ęquiparatur, quodque nulla poteſt eſſe efficacior probatio, quam illa quæ reſultat ex confeſsione, imò quod in ſpecie probationum hæc eſt tanquam ſol & luminare maius,ut ẽt habetur in l. fin.C.de fideicom.tradit Alex.conſ.xlvj.nu. 15. uol.vj.

Et quod quanquam in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia.l.ſi pecuniam. ff. de condic.ob cau.ſecus eſt tamen in tranſactione litium odio, & ut ẽt minuantur quod fauorabile eſt.l.quamuis infra eod.& in ſimili dictum fuit in l.poſtquam liti ſupra de pac.

Et quod tranſactio eſt,contractus, innominatus.l.iuriſgentium.in prin. ff.de pact. l.ſiue apud acta infra eo.l.j.& ij.ff.de iureiuran. ex illis quattuor correſpectiuis de quibus in l. naturalis in §.j.ff.de pręſcript.uerb.do ut des, quanquam non dicatur.

Et quod non ſemper uerum eſt ex effectibus cauſas cognoſci.l.licet.§.ea obligatio. ff. de procu.quoniam(ut dixi)tranſactio eſt cõtractus innominatus, & tamen in eo pœnitentia locum non habet.

Et quod denique factum ante legitimam ætatẽ reſcindi poteſt,& minor tranſigendo lęſus in integ.reſtitui.l.j.C.ſi aduer.tranſac. Finis.

Imp.Gordianus.A.Iunio.Militi.

TRANSACTIONIS PLACITUM ab eo interpoſitum cui cauſę actionem, nõ deciſionem litis mandaſti nihil petitioni tuæ derogauit.PP. xiiii. kal. Ianuar. Gordiano.A.& Auiola Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, procuratorem tranſigere poſſe, quia habens mandatum ad agendum, illud habere uidetur etiam ad omne neceſſarium conſequens.l.ad legatum.l.ad rem mobilem.ff.de procu.l.ij.ff.de iur.om.iud.ergo & pariter ad tranſigendum. Maxime quia tranſactio fauorabilis eſt finemque litibus imponit.l.quamuis,& ibi Bar.infra eod.& uidetur ad idem caſus in l.procurator.ff.de procu.& in c.qui ad agendũ eo.tit.in vj.Et quia ſententia & tranſactio æquiparatur.l.non minorem infra eod. ſitque procuratoribus.l.nulla.C.de procu.ergo & tranſigit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi. l. diligenter, ff. manda. capitulo cum dilecta, de reſcript. l. tertia, §. in bello, ff. de re milita. & quia procurator hic datus eſt liti exercendæ,non deferendæ ſeu diffiniendæ per tranſactionem,quo caſu mandatum ſpeciale etiã requiri uidetur.l.j.& ibi Bal. infra ſi aduer.tranſac.l.mandato generali.ff. de procu. nimirum igitur ſi tranſigere non poteſt.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum,quia regula uera eſt,ſed non quod tranſigere ſit conſequens neceſſarium cum (ut diximus) requiret ſpeciale mandatum, ex quo eſt ſpecies alienationis, & nulla alias aliquo non dato, uel retento, ſeu promiſsio.l.tranſactio infra eo.pręalleg.l.mandato generali;d.l.j.ſi aduer. tranſac.

Non ſecundum quia uerum eſt pariter, quãdo fuiſſet facta ab eo qui trãſigere potuiſſet. Vel quia dominus uel quia ſpeciale mandatum habuiſſet à domino. Non ob.tertium quia text.ille procedit in procuratore habente mandatum cum libera ergo non ſi ad agendum ſimpliciter ſit datus,ut hic ex quo tollitur etiam quartum dicto caſu quoque generale mandatum habebat ad omnia ut tex.ibidem ſignanter dicit. Et ultimum ſanè quia non in omnibus æquiparantur. ut in d. l. non minorem, not. quo caſu ſtant iſta ſimul quod ſententiam audiat ratione ſupra dicta, & tamen alia non tranſigat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod quis oppoſitum operari non debet eius quod lex permittit ad unum finẽ,ut inquit Bal.in.ſtatut.iudex.nu.11.

Et quod quam criminis executio ſi atrox fuerit,cuilibet permiſſa ſit,quoniam uniuerſiſ etiam iniuria inferri uidetur.l.Manicheos.C. de hæret: non tamen cuilibet remiſsio permiſſa eſt, inquit idem Bald.ratione prædicta,in loco præalleg.

Et quod quemadmodum procurator ad agendum conſtitutus non tranſigit,pari modo nõ cõpromittit,quia compromiſſum uim tranſactionis habet.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorum. ff.pro ſo.auth.ſi uero contigerit,C.de iud.Bal.in l.ſi qui ex conſenſu.col.ij.C.de ep.aud.& in l.præſes col.ij.infra eo.& in l.ij.C.ubi & apud quem.

Et quod tranſactio ſpecies pacti eſt nõ gratuita.l.j.ſupra eo.l.tranſactio nullo infra eo. quo fit ſicuti non poteſt tranſigere, ut nec etiam poſſit paciſci ratione ſupra dicta,& quia nemo alteri ẽt poteſt hoc idẽ facere.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de uerb.obli. l.item quia.§.fin.ff.de pac.

Et quod denique nec iuſiurãdum deferre poterit,quoniam ſpeciem tranſactionis continet. l.ij. ff.de iureiuran.niſi mandatum habeat cum libera uel ſi hoc ipſum ſibi nominatim mandatum ſit, uel ſit procurator in rem ſuam ut in l. iuſiurandum quod ex conuentione.in §.fin.iuncta.l.ſequ. ff.de iureiuran. Finis.

Imp.

Imp. Gordianus. A. Licinio.

DE ALIMENTIS PRAETERItis, ſi quæſtio defertur, tráſigi poteſt, de futuris autem ſine prætore ſiue præſide interpoſita tránſactio, nulla auctoritate iuris cēſetur. PP. x. Kalend. Ianuar. Pio & Pōtiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod etiam de futuris alimētis tranſigi poſſit ſine prętore, quoniam tranſactio fauorabilis eſt propter receſſum à lite. l. ſi pro fundo. l. quanuis & utrobique Bar. infra eo. Et quia contractus ex cōuentione partiū legem accipiunt. l. j. §. ſi conueniat. ff. depo. imò nihil tam congruum eſt fidei humanę, quam ea quæ placuerunt cuſtodire, inquit Iuriſconſ. in l. j. ff. de pac. idem in l. non minorem infra eo. Et uidetur caſus in l. cum frater. in §. planè. ff. eod. Et quia non minor eſt auctoritas rei iudicatę quam tranſactionis. l. nō minorē infra eo. ſiq; pōt ſuper futuris iudicari ut in d. l. cū hi, conſequens eſt ut poſſit etiam tranſigi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ex futuris alimentis pendet uita hominis, nō ex præteritis, ideo (ut hic dicit Bal.) fauorabiliora ſunt futura, quā ſit de ſe tranſactio, ut ſcilicet fieri nō poſſit, niſi prętore auctore, & ita dicit ēt añ eū Iaco. But. & ſi aliter facta fuerit, non ualeat. Vel dicamus (ut dicit Iuriſcon. in d. l. cum hi in prin.) quod ſine prętore ſiue prſide nō ualeat, quia ille cui alimenta debentur, facile tráſigeret eaq; remitteret contentus modico, iuxta illud uulg. ad præſens oua cras pullis ſunt meliora, qđ etiam Claudian. ſentit quādo dicit pariter. Omne futurū deſpicitur ſuadentq; præſentia fructum. tradit gloſ. ibidem. & Bald. in c. cum dilecti col. ij. de dolo & contu.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum, quia uerum eſt ſi debito modo facta fuerit, prætore auctore ſcilicet alias non modo tranſactionis nomē non habebit uerum erit etiam nulla, ut in d. l. cum hi dicitur, & bene. Ex quo tollitur etiam ſecundum, & tertium, ad idem tendētia, contractus ex conuentione partium legem accipere, ſi ſecundum legem fiant, & pari modo quæ placuerunt cuſtodiri, iuri ac legi conſona, aliàs non. l. iuriſgentium. §. prætor. au. ff. de pact. l. pacta quæ contra. C. eo. Non obſt. text. in d. §. planè, quia ibi alimenta inter uiuos erant debita, & nō relicta in ultima uoluntate ut hic, quo caſu plenius eſt etiam exequenda. l. in teſtamentis. ff. de regu. iur. ubi alias qua prouiſione ſunt acquiſita eadem etiam poſſe remitti permiſſum eſt argumentum in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in c. j. extra eo. & ut hic per Saly. latius. & not. in l. eleganter in §. item ſi ob tráſactionem. ff. de condic. indeb. Cui Sol. obſtare aliquantulum uidetur tex. in l. fin. in §. licētia. C. de iure delib. ubi plus fauetur creditoribus ex contractu quam ex ultima uolūtate, ſed nihil eſt quoniā procedit id, & uerificatur (ut idem Saly. ait) in exigendo nō in remittendo. Non ultimum, denique facit, quia licet non minor ſit res iudicata quam tranſactio, poſſitq; etiam ſuper futuris alimentis iudicari, non propterea ſequitur quod hoc caſu poſſit tráſigi quia (ut dictum eſt ſupra) ita lege cautum eſt, & ſtatutum oratione diui Marci in ſenatu recitata. d. l. cum hi in princ. reique iudicatę auctoritas non parua, quæ in tranſactione ceſſat, ſi auctore prætore facta non ſit, ca de re non ualet, aliàs autem ſic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod caſus ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparandi, quos non equitatis paritas ſiue rationis idemptitas nectit, ut hic alimentorū præteritorum & futurorum. l. illud & ibi Bald. in prin. ff. ad leg. Aquil.

Et quod bonum eſt habere in quocunque actu iudicis auctoritatem, ut idem Bald. dicit in l. j. in §. nunciatio in princ. ff. de no ope. nun. & conſil. ccccxlviij. ad fin. uolum. j. & Bartol. in l. creditores in lectu. in prin. C. de pigno.

Et qđ ubi iudicis auctoritas interuenit, præſumptione iuris abeſt dolus & fraus, imò qđ tūc facit licitum quod alias non eſſet. l. ait prætor. §. permittit. ff. de mino. l. ſi. §. fin aūt hi ad fin. C. de bo. auc. iud. po. Pau. Caſt. conſ. lv. ad fin. uol. j.

Et qđ ubicunq; aliquid pro forma requiritur ſi negligatur, actus erit ipſo iure nullus ēt qđ fauorabilis ſit. l. j. C. de prædi. decu. lib. x. l. qui romæ. §. flauius. ff. de uer. obl. Bald. in l. ij. col. ij. C. ſi cont. ius uel uti. pub. & conſil. cccxviij. col um. ij. uolum. iij. & conſ. ccccxl. ad fin. uol. iiij. & conſil. lxiij. in princ. uol. v.

Et qđ deniq; minor fauor ad maiorē cōparatus odiū ē, ſeu dici pōt l. ſi apud. ff. de mino. Bald. in c. in pręſentia. col. iij. de prob. nanq; tranſactio fauorabilis eſt pp receſſū à lite ſed fauorabiliora ſūt lōge magis (ut dicebā. ſ.) alimēta, nimirum igr̄ ſi auctore ptore, ſeu præſide fieri dēt rationibus prædictis aliter non ualeat. Finis.

Valerianus Gallienus. A A. & Valerianus nob. Cæſar Primo.

PRAESES PROVINCIAE exiſtimabit vtrum de dubia lite tranſactio inter te & ciuitatis tuæ adminiſtratores facta ſit, an ambitioſe id, quod indubitate deberi poſſet, remiſſum ſit. nā priore caſu ratā manere tráſactionē iubebit, poſteriore noceri ciuitati gratia nō ſinet. P.P. xvj. Kalē. Mart, Aemiliano & Baſſo Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod adminiſtratores ciuitatis non potuerint tranſigere quia trãſactio alienationis ſpecies eſt, neq; fieri pōt abſq; ſpeciali mandato, l. tranſactionis placitum, infra eo. l. item magiſtri, ff. de pac. l. quam tuberonis. §. alia, ff. de pecu. & ita exiſtimauit præſes. Et uidetur caſus in l. qui Romæ, in §. Calimacus, ff. de uerb. obl. ubi non poſſunt dilationem concedere, ergo multo minus tranſigere. Et quo ad ſecundũ dictum quoq;, quod gratiã debiti facere poſsint, ſeu id gratis remittere, probatur clarè in l. aduerſus, infra de uſu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia adminiſtratores loco domini habentur, uſq; adeo ut tacitè inſit in mandatis, eoſdem liberam adminiſtrationem habere, quamuis dictum non ſit, & ut hic per Bal. latius. Quo uero ad ſecundum dictum, quia donatio non eſt in adminiſtratione patrimonij, l. contra iuris regulas, §. fi ff. de pac. argumentũ in c. ij. de dona. Et quia donatio eſt dilapidatio, l. filiusfamilias. ff. de dona. eiſdemq; commiſſum non uidetur ut dilapident, l. creditor, §. Lucius, ff. manda. nec quod gratis remittãt, quoniam remiſsio huiuſmodi eſt, & ambitio, nonnihil Bal in l. ſi procurator, col. j. C. de procu. Corn. conſ. cclxviij. col. ij. uol. j. plus dicit Alex. quod hæc arguunt hominem non ſanæ mentis, conſ. x. nu. 8. uol. vj.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum quia fortè id uerum eſt in mandato ſingularium perſonarũ, nõ in adminiſtratoribus uniuerſitatũ, ut per eundẽ Bal. hic. Non ſecundũ, quia eo caſu mandatũ erat limitatũ, nimirum igitur ſi termini prorogatio fieri non poterat. l. ſi hoiem ff. manda. l. in agris, ff. de acqui. re. do. Nõ deniq; & ultimũ (de quo hic per gl. quę ad dicta in pręal leg. l aduerſus, ſe remittit) qa ibi nihil pacto fuit remiſſum, ſed negligentia adminiſtratoris potius præſcriptio decurſa erat, quo caſu tolerabile eſt potuiſſe uniuerſitati præiudicari, quandoquidẽ tunc liberatio legis ſit non hominis ut not. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maxime quod à ſimili nec tutor pōt debitũ remittere ſicuti nec adminiſtratores ciuitatis ſi liquidum tamen ſit qm̃ aliàs ſecus l. interdũ, §. qui tutelã. ff. de fur. & mirũ eſt cum loco domini habeatur ut ibi & in l. qui fundum, in §. ſi tutor, ff. pro empt. niſi reſpondeamus (ut ſupra) haud poſſe, quia remittere eſt dilapidare & ambitio, reprobata à lege ut hic & per Bar. ad propoſitum conſ. xlvij.

Et quod generale mandatum cum libera, ſufficit in requirentibus ſpeciale ut hic dicit Alexan. poſt Bal. in l. j. in § j. ff. de mino. late Dec. conſil. v. col. iij. uol. iij.

Et quod quanquam alibi a pari procedant, pactũ gratuitũ & nõ gratuitum ut in l. tranſigere, C. de tranſa. hoc eſt, ut qui unum pōt, poſsit & reliquum, non tñ ſemper æquiparatio bona eſt, ut hic, & in l. pactum curatoris, ſupra de pac. declarat Deci. ſeni. in d. l. tranſigere, & bene in prin.

Et quod exempla non reſtringunt regulam, §. hactenus, inſti. de grad. l. damni infecti ſtipulatio pertinet, ff. de dam. infec. nanq; alia & requiruntur, licet dubię litis tantum, mentio hic facta ſit, ut tranſactio ualeat, l. j. ff. de tranſac. l. tranſactio nullo, infra eodem.

Et quod deniq; adminiſtratores nõ poſſunt facere conditionem ciuitatis deteriorem argu. in l. ignorantis, ff. de procu. & inſti. de aucto. tuto. in prin. debitũ liquidum remittendo, quod peritraſtice hic indubitate deberi dicitur. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Alexandro.

SI MAIOR TRANSEGISTI ad reſcindendam tranſactionem de dolo conteſtatio nõ ſufficit. S. kal. Decemb. Ipſis AA Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat de dolo conteſtationem, ſufficere, quia dolus dans cãm contractui ipſum uitiat, l. & elegãter, in prin. ff. de dolo, l. interpoſitas ſupra eo. Et quia ſi proteſtatio fiat animum proteſtantis declarat l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mo. pi. uel hypothe. ſol. not. in l. non ſolum, in §. morte, ff. de nou. ope. nun. & probatur in l. dolus, ff. manda, & in l. j. C. ad leg. Cor. de ſica. ubi dolus præſumitur, eaque ratione tranſactio reſcindi debet.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia pro ipſa tranſactione præſumitur quæ fauorabilis eſt propter receſſum à lite (ut proxime dicebam) & ualet ſeu ualuit, & qui contrarium dicit probet, argumentum. in l. ab ea parte, ff. de proba. & in l. nec codicillos. C de codicil. & in l. manumiſsio. ff. de manu. uind. Felin. pulchre in c. quoniam contra. col. xxj. de proba.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nõ primum, quia uerum eſt ſi appareat, uel probetur ex quo non præſumitur aliàs, l. dolum. C. de dolo, l. quotiens §. qui dolo, ff. de prob. Imò quod ex pręſumptione naturæ præſumitur dolus abeſſe inquit Bal. in l. in bonæ fidei, col. ij. C. de reb. cred. & in l. cum ita, in §. ſpecies, ff. de leg. ij. Non ſecũdum, quia à ſola proteſtantis uoluntate non depẽdet ut not. in d. l. Neſennius, & in d. §. morte. Nõ ob. tertium, quia nõ fecit ille id ibi, ad quod erat obligatus & tenebatur quo caſu non mirum eſt, ſi dolo non caruit, l. non poteſt, ff. de reg. iur. l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. man. Bart. in l. tutor qui repertorium, col. iij. ff. de admi. tuto. Et quia homicidium eſt de genere prohibitorum non ab re ſi etiam doloſum præſumitur in caſu d. l. j. C. ad legem Cor. de Sica. ut ibi not. et in d. l. dolum, ubi Bar. in ſpecie, C. de dolo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè; quod in genere permiſſorum dolus

non

non præſumitur niſi probetur,d.l. dolum, & ibi Bar.in ij.lectu.C.de dolo.

Et quod idem dici debet in culpa maximè lata quæ dolo proxima eſt,l.quod nerua, ff. depo. ut ſcilicet non præſumatur,l.chyrographis,ff.de ad mi.tut.not.in d.§.qui dolo,ubi ego etiam latè.

Et quod à ſimili nec malitia præſumetur, debebitq; per allegantem probari,alias ſuccumbet, & ex qualitate perſonarũ probabitur exẽplificando ut in l.fi.ff.de ac.& ob.& in l.non oẽs,in §. à Barbaris.ff.de re mili.& in c.ad noſtrã,de emp. & uẽdi.& in c. illo uos, de pigno. & fuſius ut per Bal. in c.ſuper literis.nu.12.de reſcrip.

Et quod in dubio ſtatur inſtrumẽto, ſi nõ probetur pariter id ſimulatè confictũ,l.cũ precibus, C.de proba. Imò quod probata probatio dicitur & euidens, c.cum dilecti, & ibi Abb.in j.not.de dona.Bar.in §.ſed & ſi, col. ij. in auth. de inſtru. cau.& fi.& in l.j.col.ij.C.de iura.calu. Bal. in c. conſuluit,nu.14.de offi.dele,Ro.conſ.DXVIIJ.latè ego lib.iij.loco.communi,c.lv.

Et quod denique non aliter etiam in ceſsione dici debet,quod ſcilicet ſine fraude facta præſumatur,ut nouiſsimè inquit Alex.in l.qui ſtipendia, in prin.C.de procura.& hoc regulariter, quoniã alias in clerico, & de iure canonico fortè ſecus eſſet dicendum,ut ibidem,& eſt not.limitatio ad glo.in c.abſit,ij.q.iij. Finis.

Dioclet.& Maximian.AA. & CC. Marcellæ & Quirillæ.

SI MAIORES XXV. ANN. cũ patruo ſiue auunculo veſtro trãſegiſtis,vel eĩ debita donationis cã ſine aliqua condõne remiſiſtis: non idcirco, quod hoc huius captandæ hæreditatis cauſa & ſpe futuræ ſucceſsionis vos feciſſe proponatis, aliis ei ſuccedentibus inſtaurari finita debent. S. ij. id. April. CC. Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod tranſactio reſcindi poſsit, quia remiſsio eo animo facta fuerat ut remittens inſtitueretur hæres, quod cum factum non fuerit deberet(ut dixi)tranſactio reſcindi poſſe:& in priſtinã obligationem patruus ſeu auunculus cui remiſsio facta eſt,reponi,l. donationis,& ibi Alex.ad fi.infra eo.l.ſi quis,ff. de cond. ob cau. Et quia actus agentiũ nõ operãtur ultra eorũ intentionẽ,l.non omnis,ff.ſi cer.pe.& uidetur caſus in l.ſi donaturus.ff.de cõdi.ob cau.

Contrarium tamen hic deciditur,& rõ deciſionis eſt,quia cauſa ſemel finita per tranſactionem ſuſcitari amplius non poteſt,l.cauſas,ſupra eo. argumentum in l.poſtquam liti, ſupra de pac. & in l.quæritur,in §.ſi uenditor,ff.de ædil.edic.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primum,quia licet eo animo facta fuerit,ob id tamẽ reſcindi non debet, ex quo propoſitum in mente retentum nihil operatur,l.ſi repetendi.C. de cõdic.ob cau.l.fi.infra de poſthu.hę.Inſti.Iaſ.in l.ſi ita legatum,in §.j.nu.2.ff.de leg.j. Ex quo tollitur quoq; ſecundum uerum adhuc,ſi intentio fuerit expreſſa uel ſubintellecta.l.ſi is qui,§.fi.ff.cõmo.Ang.in l.obligationum ſubſtantia, in §. j. ff. de ac.& ob. Non ob ultimum, quia dicto caſu etiam apparebat eo animo datam fuiſſe pecuniã ſponſo ſi nuptiæ ſecutæ fuiſſent.alias redderentur numeranti,hic autem(ut dixi)non,igitur nec in rum ſi tranſactio reſcindi non poteſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod non eſt ſatis uelle aliquid niſi diſponatur,l.quidã cũ filium,ff.de hæ.inſt.Alex. conſ.lv.col.fi.uol.iij.& cõſ.ccij.col.j.uol.vij.

Et quod imputandus ſemper eſt quis, qui potuit legem apertius dicere ſi tacuit argumentum in l.ueteribus.ff.de pac.l.Labeo,l.cum in lege,ff. de cont.emp.Hinc Socrates adoleſcenti,quẽ ſibi pater commendatum fecerat,ut ab eo cognoſceretur,loquere(ait)ut te cognoſcam.

Et quod uoluntas contrahentium potius quã uerborum conceptio inſpici debet, ſi appareat tamen quid actum ſit,quoniam alias plus ualet ſcriptura,l.ſi alij,ad fi.ff.de uſuf.le.declarat Bar.in l. in ambiguo.ff.de reb.dub.plenè Dec. in reg. ſemper in ſtipulationibus,col.j.ff.de reg.iur.

Et quod in dependentibus à uoluntate duorũ, tacitũ pro omiſſo haberi debet,l.quicquid aſtringendæ,ff.de uer.ob.l.ſi cum dotem,in prin.ff.ſol. mat.Bal.in l.cum quid,col.fi.ff.ſi cer.pet.

Et quod deniq; donatarius non poteſt dici ingratus,ſi donans ab eo non inſtituatur hæres, ut hic per Bal.& alios,& bene quoniam alias donatio poſſet reuocari,l.fi.C.de reuo. do. & tamẽ nõ reuocatur,quia nec iſta eſt de cauſis(adde tu)enumeratis in §.aliud quoque capitulum,in auth. ut cum de ap. cog. ſeu quibus alias reuocatio conceſſa eſt. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Dionyſiadæ.

TRANSACTIONE MATRIS filios eius non poſſe ſeruos fieri,notiſsimi iuris eſt.S.idib. April. CC. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod mater poſſit tranſactione præiudicare filiis, primũ perſonarum idemptitas,l.fi. C. de impube. & aliis ſubſti. l.fi.C.de cu.fu.argumentum in l. nec in ea. ff. ad legem Iul.de adulter. & quia ſi filius ex cauſa diſtrahi poteſt,l.ij.C. de pat. qui fil. diſtra. non eſt ratio cur non poſſit prætextu tranſactionis etiã de ſtatu eius diſponi. Et quia denique etiam eidem pupillariter ſubſtituitur. §.j. inſtitu.de pupilla.ſubſtitutio.l.ij.ff.de uulga.& pup. ſubſti.&

exẽplariter à matre, l. humanitatis, C. de impub. & ſic de rebus eius diſponi, ergo & de perſona, quia de re ad perſonam ualet argumen. l. ſi quis inquilinos, §. ſi ita, ff. de lega. j. l. qui furere, & ibi Albe. & Bal, ff. de ſtatu ho. Imò quod mater præiudicet filio, probatur in l. j. in §. fi. de carb. edic.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia libertas ineſtimabilis res dicitur, l. libertas, ff. de regul. iur. uſque adeò ut nec debeat poſſe hac ratione ſtatus liberorum in tranſactione deduci & lædi. Et quia ius noſtrum non debet ſine facto noſtro pariter, poſſe à nobis inuitis auferri, l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de pac. Neque alteri per alterum iniqua conditio afferri, l. nõ debet, ff. de reg. in. & ut ẽt hic in glo.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum eſſe ficte quod ex uerbo intelliguntur elicitur de quo in d. l. fi. l. intelligendus, ff. de uer. ob. l. ſi familia, ff. de iur. om. iud. l. nuda. ff. de dona. l. aliquando, ff. de cond. & de. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. non uerè ut tradit etiã Bal. in l. qui in prouincia, in §. diuus, col. ij. ff. de ritu nup. & in patre tãtum, ergo non ea ratione ut ſtatus liberorum lædi poſsit, imò quod nec etiam pater poſſet, ut infra ergo multo minus mater, l. relegatorum, §. cõſtitutum, ff. de int. & rele. Non ob. ſecundum, quia ſpecialiter procedit id in cã famis, ad conſequentias non trahendum, l. ius ſingulare, l. quod uerò contra, ff. de legi. c. quæ à iure, de reg. iu. in vj. Non tertium, quia in utroq; caſu id filij cõmodũ eſt & fauor, hic uerò incõmodũ & odium, de uno ad aliud arg. non procedit, l. cum quidã, ff. de lib. & poſthu. l. ſed & ſi poſſeſſori, §. fi. iuncta l. ſeq. ff. de iureiu. & ibi Iaſ. not. Barba. in c. nonnulli, in prin. num. 12. de reſcrip. ergo. Vltimum ſecũ reſponſionem habet id eſſe propter ſententiam latam dicto caſu contra filium non contra matrem quia alias illi non præiudicaret, ut ibi per glo.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè, quod res inter alios acta tertio non præiudicat, ut in rub. & in l. j. C. res int. ali. acta. & in l. ſæpè. ff. de re iudi.

Et quod quanquã in matre loquatur quia fortè ita euenerit de facto, locum habet nihilominus etiam in patre, quia ſi non poteſt diſtrahere filiũ niſi ex cauſa famis, l. ij. C. de pat. qui fil. diſtrax. & ut ſupra regulariter non poterit alias ipſum ſeruum facere, & ſic eiuſdem ſtatum lædere, l. quæſitum, §. denique, ff. de fun. inſtruc.

Et quod negatiua dictio, præpoſita uerbo põt priuat potẽtiã & inducit neceſsitatem præciſam, l. j. ff. de uerbo. obli. l. nemo poteſt, ff. de leg. j. glo. in c. j. de reg. iur. in vj.

Et quod ſi tranſactione liberorum ſtatus lædi non poteſt, quæ fauorabilis eſt propter receſſum à lite, multo minus poterit alio contractu mediante l. relegatorum, §. conſtitutum, & ibi Bar. ff. de interdi. & relega.

Et quod denique notiſsimi iuris eſt, & ſine dubitatione hoc idem, quãtum ad legiſlatorẽ, quomodo intelligitur quod etiam dicitur in l. fi. ibi manifeſtum eſt, ff. de offi. eius, & in l. certi iuris, C. de mili. teſta. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. non dubiũ. C. de lega. & in l. iij. ff. de nata. reſti. & in c. nõ dubium, de ſen. excõ. & ibi Fel. not. non quo ad nos, ut pulchrè tradit Bar. in l. ubicũque, col. vij. ff. de inter. ac. quo caſu dici ẽt ſolet quod quælibet lex, debet eſſe de caſu dubio uulga. l. quod Labeo, ff. de carbo. edi. & quod potentes dubitare facile ſoluunt. l. ſi tutores, & ibi Bald. C. de compenſa. unde Iulianus Marcellum notat, quod quæſtionem indubitabilem propoſuerit in d. l. ſi quis Titio ff. ex quib. cau. maio. & quanquam uerbo procul dubio uſus ſit Iuriſcon. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. om. iud. & in l. ſi pecuniam, ff. de condic. ob cauſ. utrobiq; tamen dubitabatur, ut dixi ego in d. l. ſi conuenerit, lectu. ij. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA.
& CC. Catoni.

SANVM MENTE LICET ægrum corpore, rectè tranſigere menifeſtum eſt: nec poſtulare debueras improbo deſiderio, placita reſcindi valetudinis corporis aduerſæ velamento. S. vii. idib. Maii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod tranſactio reſcindi poſsit, prætextu ægritudinis, quia uidetur caſus in l. hac conſultiſsima, in §. at cum humana fragilitas, C. qui teſta. fa. poſ. ubi imbecillitas corporis, mentis imbecillitatem arguit, & idem in l. quoniam indignum, C. de teſta. pulchre Bal. conſ. xx. ad fi. uol. v. Ro. cõſ. ccclxiij. col. ij. Corn. cõſ. cxxiiij. nu. 22. uol. ij. & magis in terminis quod facta ab infirmo non ualeat probatur in l. medicus, ff. de uar. & extraordi. cogni.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia quilibet præſumitur ſanæ mentis niſi probetur contrarium, l. nec codicillos. C. de codicil. c. fi. de ſuc. ab int. Bal. in l. quidã, in prin. ff. de cõdi. inſti. Ex quo is ſtatus naturaliter ineſt homini inquit per iura ſupra dicta idem Bald. in l. filium, ad fi. ff. de acqui. hæ. Alex. in l. is poteſt, col. iij. ff. eo. unde ſtant iſta ſimul quod æger ſit corpore, & (ut dicit tex.) mente tamen ſanus.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, nõ primum, quia uerum eſt, ſed non ut æger præſumatur inſanus, l. ij. §. debilitas. ff. de uaca. mu. c. j. de renun. ubi quanquam corpus langueat uigent tamen uires intellectus. Ideò conſtitutus in articulo mortis, matrimonium etiam contrahit, diſponit de rebus ſuis, & in teſtem quoq; examinatur, l. quoniam indignum, præalleg. & ibi Ang. l. iubemus, C. de teſta. Alex. in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthu. & in d. l. hac conſultiſsima. col. pe.

& ibi

& ibi Bal.ante eum.C.qui teſta.face. poſſ. idem Bal.in c.j.in §.uaſalli,col.ult.de pac. Conſtan.in uſib.& in c.innotuit,col.v.de elect.Feli.in c.præterea,ad fi.de offi.ordi.Barba.in c.Raynutius.in j.not.de teſta.Dec.conſ.clxxv.col.vij.uol.j.& minus quod dicitur in d.l. medicus (ad propoſitum redeũtes) obſtat,quia inciuile & meticuloſum me dici cũ infirmo factũ fuiſſe uidetur, quod, nõ ab ab re ẽt (ut ibi habetur) pſẽs cohercuit, & ut per Bar.quoq; in l quiſquis.C.de poſtu.& in l.pe. ff. de cal.& in l.interdum,in §.qui furem. §. de furt. Bertrand.plenè conſil.cclxv.colum.j.uolumi. iij. Saly.& Iaſ.hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod ſicuti conſtitutus in articulo mortis teſtatur,matrimonium contrahit,& ut teſtis deponit ut ſupra,ita etiam feudũ dat,quoniã materia eſt prohibitiua, & quilibet hoc idem facere poteſt,niſi ſit à iure prohibitus.& tradit Car di.ſignanter per illum tex.conſ.xxxiiij.in prin.

Et quod tabellionum praxis, licet hoc uerisimiliter neſciant ut per Bar.in l.j.ff.de iur.codic. quando dicunt ſanus mente intellectu licet corpore languens, deſumpta eſt , ex iſto tex. & not. in l.ij.ubi Bar.& alij.ff.de teſta.

Et quod breue Apoſtolicum potuit aliàs & poteſt expediri à Papa in articulo mortis conſtituto pariter nec erit ob hoc de falſitate ſuſpectum, ut ex prædictis oſtendit Deci. conſil. præallega. clxxv.col.vij.uol.j.

Et quod quanquam hæc uera ſint regulariter, quandoque tamen præſumptio eſt mentis alienatæ infirmitas grauis, quo caſu ſi dubitetur medicorum dicto ſtandum eſt (quod nota quia quotidianum) ut per Bar.in d.l.ij.ff.de teſta & aduertit Pau.Caſt.conſ.cccxxxij.ad fi.uol.ij.

Et quod denique ſtandum eſt inſtrumento, re cognito ab eo qui etiam ſit (ut dictum eſt) in articulo mortis conſtitutus, nec poterit impugnari ut ex multis oſtendit Bertrand. conſil. ccx.nu.7. uol.primo. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA. & CC. Hammoni.

TRANSACTIONEM, QVAE dominij tranſlatione,uel actione parta , ſeu perempta, finem accepit:cum ea amicis interuenientibus re verò oſtenditur proceſsiſſe:metus velamento reſcindi poſtulantis profeſsio detegit improbitatẽ.S.ix. kal.Decemb.Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod tranſactio reſcindi poſsit, quia ſi metu facta eſt, æquè conuenit ut per actionem quod met.cauſ. etiam reſcindatur,l.j.§.quæ onerandæ.ff.quã. rer. actio. non de.melius & magis in terminis in l.interpoſitas,& ibi Bar.ſupra eodem,l.metum,ff.eodem. Et quia dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris ipſum uiciat,l.eleganter, & ibi Bal. in prin. ff. de dolo , tranſactio eſt contractus huiuſmodi, §.actionum,inſti. de actio. inque metu ineſt dolus,l.non debet,ff.de dolo, ergo.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt,quia amicorum ſeu coniunctorum præſentia,metus purgatur,aliàs amicum ſiue coniunctum contrahere non permitteret argumentum not.in l.ut uim, ff.de iuſti.& iu.& in l.cum auus, ff.de condi. & demon. & in l. is qui amicitia ductus,ff. de nego. geſt.

Ad oppoſita reſpondetur,parum obſtare,quia ex his ſublata uidentur, procedunt enim & uera ſunt regulariter, uerum hoc caſu fallere,non ſecus ac ſi facta fuiſſet tranſactio, iudice preſente & in iudicio, quoniam tunc tollitur omnis præſumptio metus, & doli,l.j.C.de præd.decu.lib.x. Bal. in c.ſicut.ad fi.de re iud.Iaſ.in l.pacta nouiſsima, col.ij.C.de pac.Ro.conſ.ccclxvij.col.iij. Bart. in l.creditores,in prin.in lectu.in prin C.de pigno. latè Dec.in l.ſingularia,nu.12.ff.ſi cer.pe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi teſtamentum fiat præſentibus uicinis & cõſanguineis,metus & dolus abeſſe præſumitur ita Bar.in l.ſi quis in principio teſtamenti, nu.11.ff.de leg.iij.

Et ꝙ ſi pater emat à filio rẽ peculij caſtrenſis uel quaſi, ſeu aduentitij cuius uſumfructũ nõ habeat,ualebit uenditio,palã & bonafide facta præſumitur,ſi facta ſit pręſentibus conſanguineis uel amicis,& ceſſabit prorſus omnis ſuſpicio,inquit idẽ Bar.in l.frater à fratre,nu.5 t.ff.de cõd.inde.

Et in terminis noſtris ꝙ tranſactio facta interuentu honeſtarũ perſonarũ & iudicis,ſemper facta pręſumetur pro utilitate minoris, ut ſignãter per iſtũ tex.& per not in l.Polla,ff.de his quibus ut indi.dixit Bal.conſ.ccj.ad fi.uol.i.

Et quod cautela optima eſt , quando uxor con ſentit marito,uel filius patri,aut filia,ne cogi uideantur metu reuerentiali ad aliquid faciendum ſiue ad cõſentiendũ,ut interueniat præſentia cõiunctorum,& amicorũ,quam docet Iaſ.in §.quadrupli,nu.63.inſti.de actiõ.poſt Bar.Bal.& Saly. hic,Feli.multa in c.cauſam matrimonii,col.ii.de offic.deleg.

Et ꝙ deniq; mulieres facile ſeducuntur,quandoq; minis, quandoque blanditiis & pollicitationibus, Vſq; adeò ut ſtatuta æquiſsima uideantur, quod non poſsint contrahere uel aliter ſe obligare niſi cum conſenſu conſanguineorum ſuorum, & adeò quidem ut nec eiſdem poſsit renunciari hac de re etiam cum iuramento,ut not.Bar. in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.not.Bal.in l.nõ dubium.C.de legi.& in l.ij.col.vi.C.de reſcio.uendi.eſt uerũ ſi conſanguineos nõ haberent, ꝙ obligarentur,& contractus ualeret ut hic not. tradit idem Bal.in l.i.C.unde uir & uxor. Corn. plenè conſ.v.nu.3.uol.iiij. Finis.

ADDITIO.

Quod quando dantur tutores pupillis, coniuncti & amici pupillorum citandi ſunt, ipſorumq; iudicium ſequi debet iudex deq; eis cõfidere plurimũ, de quibus etiã confidit lex, ut hic per Bar. Bal. & alios, idem Bal. in auth. ſacramẽ. puberum, col. iiij. C. ſi aduer. uen. idem Bar. in l. fi. ff. quod met. cau. & in l. ſcire, in §. fi. ff. de tuto. & cura dat. ab his, Inno. in c. fi. ad fi. de tranſac. Corn. conſi. clxiij. ad fi. uol. iiij.

Impp. Dioclet. & Maximian. A A. & C C. Achillæ.

SI MAIOR ANNIS XXV. tranſegiſti: quanuis dari tibi placita repræſentata nec dũ probentur, nec offerant ii, qui cõueniũtur: ne quid amplius ab his exigi poſſit, exceptionis proficit æquitas, S. vi. id. Decembr. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod reus non poſſit obiicere exceptionẽ tranſactionis, qui promiſſa non ſernat nec ſoluit, quia ex eo uel tn eo quod quis nititur impugnare, ſiue non ſeruat, nõ debet poſſe ſe fundare, c. ex eo, de reg. iur. in vj. l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffi. teſta. l. qui fidem, ff. de tranſa. Bal. in l. cum pater, in §. libertas, ff. de lega. ij. Alex. in l, lecta, col. vij. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. j. col. xvj. ff. de uulg & pup. ſubſti. Et quia frangenti fidem, fides frangetur eidem, l. cũ proponas, ſupra de pac. Bal. in rub. de treu. & pace, nu. 9. glo. in l. ſi inſtituta, in prin. ff. de inoffi. teſta. quando quidem graue etiam ſit, atque nefarium fidem fallere, l. j ff. de conſti. pecu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ne fortè propter moram, quam debitor purgare poterat aute litem conteſtatam, & ẽt poſt uſque ad ſententiam, plus ab eo exigatur quã dare conuenit ex cauſa trãſactionis, maximè quia (ut uulgo dici ſolet) contractus ex conuentione partium legem accipiunt, l. legem, ſupta de pactis, l. prima. §. ſi conueniat, ff. de po. l. contractus, ff. de reg. iur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia eſto quod debitor non ſoluat neq; promiſſa ſeruet, non ob id propterea tranſactionem impugnare dicitur, maximè quia poteſt (ut dixi) moram purgare, ad quod odium litium accedat etiam, ne ad eas ſemel tranſactione finitas partes reuertantur ut hic ad fi. declarat Pau. Caſt. & benè argumentum in l. cauſas, ſupra eo. l. poſtquam liti, de pac. Non ſecundum, quia eodem modo reſponderi poteſt regu. procedere, quando morã purgare non poſſet, neque ſe ipſius tranſactionis exceptione tueri, ſed hic poteſt ergo id admitti non debebit, ut in ſimili, in l. cũ mota, & ibi Cur. iun. olim Collega in prin. ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi mora ante litem conteſtatã commiſſa eſt purgari poteſt, poſtea uerò non. Si uerò commiſſa ſit poſt litem conteſtatam quod purgari poterit uſque ad ſententiam ut hic not. & in l. ſiue apud acta, ſupra eo. tradit etiam Paul. Caſt. conſ. lix. ad fi. uol. ii. & melius conſil. cxlvii. col. i. eodem lib.

Et quod exceptio nititur æquitate, ff. de exce. doli, Bal. in l. ſcimus, in §. i. in prin. C. de iure delib. Imò dicit ad idem Signo. de Homode. conſil. cxxxix. col. ii. quod æquitas eſt exceptionis mater, nonnihil Bar. in l. ſi unus, in §. pactus, col. iii. ff. de pact. & alibi Bal. quod ubi non eſt æquitas ibi non cadit exceptio, ex prouiſione legis (& eſt intellectus) ex prouiſione hominis autem ſic in d. §. pactus, col. iii. & quãquam tex. ad idem allegari ſolitus in d. l. qui æquitate, loquatur in exceptione doli, hoc idem generale eſt tamen in omni æquitate ut idem Bar. dicit in l. non ſolum, in §. ſi liberationis uerba, col. i. ff. de lib. lega.

Et quod quam maximè quiſque animaduertere debet, ne quid iudicando uel conſulendo iniquum dicat, ut hic not. & admonet Pau. Caſt conſil. ccc. col. ii. uol. ii. & nimirum ultra cum quoniam iniquitas æquitati contraria eſt, omniaque præcipitat, Imò quod fumo iniquitatis combuſta olim fuit Angelorum uirtus, mala mentis qualitás, nil aliudq; peccatum quàm iniquitatis opus c. inter hæc, c. totam, de pœn. diſt. iii. & facit illud Pſal. quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Et quod ſi aliquo caſu legislator ſit æquitatis fautor, quia ſcripta ſit, à iure legeq; ſcripta aliàs recedere debemus ut hic & in l. i. C. de legi. Bal. pulchrè conſi. cccclxxiii. col. i. uol. v.

Et quod deniq; tranſactio longe magis ſeruanda eſt, quàm alius contractus propter receſſum à lite, quod fauorabile ſolet reputari, l. i. ff. de tranſactio. l. quanuis, ſupra eo. & ibi Bar. not. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Baſiliſſæ.

PROMISSIS TRANSActionis cauſa non impletis, pœnam in ſtipulationem deductam, ſi contra factum fuerit, exigi poſſe conſtat. S. xii. kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pœna exigi non poſſit quia tranſactio eſt contractus innominatus, l. iuriſgentium, in princi. ff. de pactis, l. ſiue apud acta, ſupra eod. In contractibus innominatis habet locum pœnitentia, l. ſi pecuniam, ff. de condict. ob cauſ. ergo pœna exigi non poterit, quia quod ſit lege permittente

pœnam

pœnam nō meretur.l.Gracchus.C.ad legem Iul. de adulr. Et quia adiecta maxime uidetur in fraudem uſurarum.l.Iulianus.§.idem Papinianus. ff. de act.empt. Et quia nemo poteſt ſibi ipſi legem imponere à qua recedere non liceat. l. ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.iij.& uidetur caſus in ſimili in l.iij.in princ.ff.de arb.ubi ſententiæ non ſtatur & tamen pœna non petitur.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia nihil tam congruum eſt fidei humanæ quam ſeruare ea quæ partibus placuerūt. l.j.ff.de pac.l.j.ff.de conſti.pecu.l.non minorem. C.de trāſa.in trāſactione quoq; cōſiderabile, quę ſpecies pacti eſt, non gratuiti, ut ibi & in l.j.cod. tit. Et quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.j.§.ſi conueniat. ff.depo. l. legem.C.de pac.l.contractus.ff.de regu.iur.conſiderantes etiam quod pœna per ſtipulationē promiſſa eſt cęteris contractibus firmior ut inſtitut. de uer.ob.in princ. Quodq́ue clauſula in contractibus apposita debet aliquid operari argumentum in l.ait prætor in prin.ff.de iureiu. l.ſi quando.ff.de legat.j.& in d.c.ſi Papæ de priui.in vj.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nanq; dici poteſt quod ad primum quod licet cōtractus innominatus ſit non tamen in eo locum habet pęnitentia, quoniam à lite receditur ut per Bar.in l. quanuis ſupra eod. Et ideo exigi poterit. Non obſt.ſecundum quia uerum eſt qn̄ adiicitur quantitati, quo caſu tex.in d. §. idē Papinia. loquitur non ſpeciei uel facto ut hic. Veriusq; tertiū quia procedit pariter in dependentibus à uoluntate unius tantum, & non duorum ut hic. Non obſtat ultimum quia ſententia ibi non ualuit in fauorem tutoris lata pupillo indefenſo, eaq́; ratione proditum eſt, pœnam nullo modo peti poſſe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod adhuc ut pœna peti poſsit, oportet quod in ſtipulatione deducatur. l. ſeruus ea lege. ff.de ſer.exportan.tradit Bal.in l.in his.§. uxor diuortio.ff.ſol.mat.

Et quod hac ratione ſi primum compromiſſum expirauit & denuo factum ſit, ſi in ſecundo non fuit appoſita pæna nec tacite intelligetur repetita quanquam ſit de natura cōpromiſſi & ita tenuerit Pet.de Bellapert.et male ut idē Bal.dicit & probat in loco prælleg.

Et quod appoſita pœna in contractu non pręſumetur per ſtipulationem promiſſa, niſi appareat odio pœnæ.d.l.ſeruus ea lege.argumentū in l.quanuis.C.de uſur.idem Bald. in l. j.colum.ſecunda.C.eod.

Et quod eſto quod pactum incontinenti appoſitum iuxta contractum, dicatur ipſius cōtractus pars.l.fundi partem.ff de cont.emp.ex eo tn̄ pœna nō debetur ut inquit glo.in d.l.ſeruus ea lege. et adhuc Bal.noſter.in d.l.quanuis. C.de uſu.

Et quod denique triplex eſt intereſſe, applicationis de quo in l.j.C.de ſen.quę pro eo.Item affectionis deq́ue iſto in l.cum ſeruus.ff.madat. Et ultionis ut hic & ī d.l.ſeruus ea lege declarat Bal. in l. ea quidem. colum. ij. C. ſi mancip. ita fue. alienat. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. A A.
& C C. Theodotioni.

TRANSACTIO NVLLO dato, uel retēto ſeu promiſſio, minime procedit. S. viij. kal. Ianuar. Nicomedię. C C. Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat quod quanquam nihil horum interuenerit ualeat tamen tranſactio, in primis quia habemus tritā regulam quod quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter poteſt que apponere legem quam uoluerit rebus ſuis et facto proprio.l.in re mandata.C.mandat.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hær.maxime quando à lite receditur quod fauorabile eſt.l.quanuis ſupra eod.& uidetur caſus in l. ſi ſuper poſſeſsione ſupra eod.& in l.tale pactum in §.qui prouocauit ff.de pac. Et quia etiam arbitramentum eſt tranſactio quedam, auth.ſi uero contigerit & in corpore unde ſumitur.C.de iudi.& nihilominus arbitrator pōt in totum abſoluere, & ſic nullo dato uel retento.l.utique.§.fin.& ibi Bartol. ff.de eo quod cer.lo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad eſſe tranſactionis hoc ipſum requiritur.l.j.& ibi not.ff.de tranſactio.declarat Bal.in l.fi.col.ij.C.de execu.rei iud.ergo ſi nihil datū ſit uel retentum nō ualebit.l.cum his.§.ſi pretor.ff.de tranſac.

Ad oppoſita reſpondetur & maxime ad primū uerum eſſe niſi uelit lex certam formam ſeruari quoniam tunc ſecus.l.nemo poteſt. ff. de legat.j. ideo dicebat idem Bald, quod in actibus hominū ſeruari debet, quod eſt uniformis, quodq́ue mutari non poteſt, nec eidem renunciari, quia non ſtat in partium conſenſu in rep.l.in ſuis.col.viij. ff.de lib.& poſthu.neceſſariumq́ue eſt, licet à lite recedatur aliquid dari uel retineri. Non ob.ſecundum, quia in pacto non in tranſactione procedit ut ibi per glo.quæ aliter etiam reſpōdet qđ licet eo caſu actori non detur, reoq́ue dimittatur res, tranſactio tamen eſſe poteſt ut detur à reo qa ſufficit actorem aliquid capere poſſe, quādoquidem haud ſteterit per eum quo minus caperet. l. cum ea ſupra eo. Et primo modo tollitur quoque inductio.d.§.qui prouocauit. Vltimum ſecū reſponſionem habet, quod ſit tranſactio improprie & largo ſumpto uocabulo ut inquit Bart. in d.§. fin.qua de re ſuper tutela etiam non fit ex quo nihil dari poteſt.l.in eos.ff.de tute.tradit Bart, in l. ius dandi.ff.de tuto.& cu.dat.ab his.& Roma.in ſingu.ſuis.cccclxv.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, &

ta,& maxime quod in tranſactione ſolet quis dare rem ſuam ut liberetur à lite & ſic aliquo dato uel retento ut hic & in l.ſuus ad fin. C.de repud.. hær.Corn.conſil.lvij.col.iiij.uol.iij.qui ita dicit etiã tradẽdo intellectum ad tex. in l.fi.ff.de tranſac.conſ.cxxxix.nu.4.eo.lib.

Et quod habet peculiarem naturam,quę conſenſu partium remoueri non poteſt, & inter cætera quod fiat de lite incerta præſenti uel futura, & (ut dixi) aliquo dato uel retẽto,ita Dec.ubi alia multa conſ.ccclj.col.ij.uol.ij.

Et quod uerba ablatiuorum abſolutiuorum reſoluuntur in conditionẽ.l.â teſtatore.ff.de cond.& de.l.fideicommiſſa.§.cum eſſet.ff.de legat.iij.l.euictis.ff.de uſu.Bart.in l.j.in prin.C.quando nõ pet.par.ideſt ut tranſactio nõ ualeat,ſi nihil datum uel retentum ſit.

Et quod ſi detur modus in actu celebrando, tunc forma dicitur tradita,ut not.in l. cum hij in §.ſi prætor.ff.de tranſac.Goza.Bononien.cõſ. xl. nu.1.Vel ſi in eo ſit clauſula annulatiua ut hic & not.in l.j.ff.de lib.& poſthu. & in l.non dubium C.de legi.& in l.nemo poteſt.ff.de legat.j.& in c. cum dilecta de reſcrip.

Et quud denique omiſsio formæ uiciat actum ut not.in c.piſanis de reſti.ſpol.& in d.c.cum dilecta.& in l.qui romæ.in §.flauius.ff.de uerb.ob. Bertran.conſ.cliiij.in princip.uolum.ij.& conſi. ccclxiiij.num.2.eo.lib.ego late in d.§. Flauius in collectan. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian.A A. &.C C. Martianæ.

QVANVIS EVM, QVI PActus eſt,ſtatim pœniteat,trãſactio reſcindi, & lis inſtaurari non poteſt.Et qui tibi ſuaſit, intra certum tempus licere à tranſactione, recedi, falsũ ad ſeuerauit.S.Kal.Ianua. Syrmij.C C.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod a tranſactione recedi poſsit,quia contractus innominatus eſt.l.ſiue apud acta ſupra eod. l. iuriſgentium in princip.ff.de pac.in contractibus innominatis pœnitentia locum habet.l.ſi pecuniam. ff. de cõdic.ob cau.ergo lis ſemel ſopita per tranſactionem, inſtaurari poterit.Et probatur etiam in l. eleganter in fin.princ.ff.de condic.ind. ubi tranſactio facta eſt & nihilominus pœnitentia locum habet. Et poteſt(ut adhuc innuere uidetur tex. in l.fin.infra de erro.aduo.) ab ea quoque intra certum tempus recedi. & a ſimili alibi obligatio ſemel extincta ſuſcitari in l.ſi quis accepto tulerit.ff.de cond.ob cau.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ne lis ſui natura odioſa ſemel extincta per tranſactionem inſtauretur.l.cauſas. l.fratris. ſupra eod. l. poſtquam liti de pac. & fauore liberationis etiam,qui maximus eſt l.tale pactum in princ.ff.de pac.l.iij.in prin.ff.de cond.ob cau. l.Arrianus.ff.de ac.& ob.l.eius qui in prouincia. §.j.ff.ſi cer.pet.c.ex litteris de probatio. Et hinc eſt quod exceptio facilius conceditur quam actio inquit Bart.in l.j.in §.nunc tractemus col.j.ff.de tute.& ra.diſt.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum,quia uerum eſt id regulariter, ſpeciale uero hic minuendarum litium gratia. c. finem litibus de dolo & contu.c.iurgantium de re iudi. l.ſi pro fundo ſupra eo.Non ſecundum, quia nec illud eſt ibi ex capite pœnitentiæ, ſed ex defectu modi & cauſæ,nanque ſi reus non implet,nec offert ipſe aperit uiam actori, & probabiliter dici poteſt quod tacite utrunque pęniteat argumentũ in l.ſi diuerſa ſupra eo.Non obſt. tertium quia id rurſum eſt ne aduocati error litigatori noceat argumentum in regu.non debet.ff.de reg. iur.& in l.ſępe.ff.de re iud.Et(ut dictum eſt ſupra)quo ad ultimum hic ſpeciale in tranſactione.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& quod tranſactio eſt ſpecies pacti nõ gratuiti.l.j.ſupra eo.& eſt ſimile in l.ij.ff.de adopt, ubi adoptio in arrogationem & adoptionem diuiditur,& ſic pactum in pactum & tranſactionẽ Alibi factum in facere & nõ facere.l.naturalis & ibi Bar.in princ.col.ij.ff.de præſcript.uer.& ſic uerbum præſes ut genus & ſpecies alibi ſtare uidetur.in l.j.& in l.illicitas in §. qui uniuerſas. ff.de offi.præſid. Nec ſecus prohibitio, quæ in opere atq; in ſpecie cauſat interdictum de no.ope.nun. in genere uero quod ui aut clam, & declarat Alexandrin.olim collega in l.non ſolum in §. morte nu.162.ff.de no.ope.nun.& eſt argumẽtum a generis diuiſione,ut per Bal.in l.conuenticulã. col. iij.C.de ep.& cler.& idẽ deniq; in uerbo defendi etiam dicit gl.in l.rete.ff.de iudi.

Et quod hic uulgatum illud uerificari uidetur quæ a principio uoluntaria ſunt effici poſtea neceſſaria,ut in l.ſicut.C.de ac.& ob. Alexand.in l. qui rome.in §.flauius col.iiij.ff.de uerb. oblig.& hinc dicitur quod uoluntas mutari non põt propter uinculum obligationis,quando res non eſt integra, & quãdo ſecum executionem traxit.l.in commodato,§.ſicut.ff.commo.l.fin.ff.de pact. l. et quia.ff.de iur.om.iud.l.qui ob rem non defenſam.ff.de cond.ind.Bal.in l.ſi cum dotem in §.eo autem tempore.ff.ſo.mat.

Et quod a priuatione ad habitum impoſsibilis eſt regreſſus l.qui res.§.areã.ff.de ſol. l. homo liber.ff.de ſta.ho.& ideo ſi mulier recuperauerit dotem uiro ad inopiam uergente,non propterea eam recuperat,licet eidem ſuperuenerit opulenta hæreditas ut per Bal.in l.ubi adhuc colum. vj. C.de iure dot.

Et quod remittentibus iura ſua(quod ferè idẽ eſt)non datur amplius regreſſus, maxime in trãſactione,ut hic & in l.quæritur in §. ſi uenditor.

ff.de

ff.de edil.edic.c.quam periculoſum.vij.q.j.Inno. in c.ueniens de renuncia.Ancha.cóſ.clxxiiij.col. j.conſ.clxxx.col.j.Rom.conſ.cclj.col.ij.pulchre Bal.conſ.ccccxxxvij.col.ij.uol.j.

Et quod deniq; non facile credendum eſt alicui aliquid aſſerenti,quoniam plerunque aſſeritur quid,quod falſum eſt & a iure pœnitus alienũ ut hic, quod a tranſactione recedi potuerit intra certum tempus , & ut per glo.in c.ſi quis prępoſtera.l.diſt.& in c.innocens.xxij.q. iiij.quæ plus dicit quod facile credere uituperabile, eſt , non nihil Abb.in c.licet hely.colum.ij.de ſimo.multa Bar.in l.j.in prin.ff.de eo per quem fac.erit.& facit illud etiam eccleſiaſtici.xiij. & xix.non credas multis uerbis,non omni uerbo credas.& xix. qui cito credit leuis eſt corde. Finis.

De poſtulando.

Imp.Alexander.A.Polydoro.

NEC CAETERORVM Liberti nedum mei quidem ſi ita ſunt literis eruditi ut patrocinia deſiderãtibus pręſtare poſſunt prohibẽtur hoc facere.P P.Non.Mart.Iuliano ij.& Criſpino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat , quod libertus ſeu liberti pro alio poſtulare non poſsint , quia nec miles poteſt. l. militem. l.qui ſtipendia.l.ita demum , infra de procu.l.filiusfamilias.§.ueterani.l.neque.ff.co.gloſ.in l.pe.de iudi.Spe.in §.j. nu.xxj.de procu.ergo multo minus libertus.

Et quia ſuppoſitus alterius poteſtati patronus eſſe non poteſt.l.nemini infra tit.proxi.ergo nec libertus qui eſt ſuppoſitus poteſtati patroni ſui.

Et facit etiam titulus ſi ſeru.aut liber ad decuriona.aſpira.lib.x.

Et quia deniq; debet haberi reſpectus ad pręcedẽtem ſeruitutem ut in ſimili inquit Iuriſconſ. in l.fin.ff.de decu.& eſt argumentum in l. quodcunque in §.j.ff.de uer.ob.pulchre.Bald.in l.Caius col.ij.ff.ſol.mat.& in l.ad teſtiũ in §.j.col.ult. ff.de teſta.

Contrarium tamen hic deciditur , & ratio deciſionis eſt,quia edictum de poſtulando eſt prohibitorium certarum perſonarum.l.j.§.j.ff.eo.libertus non eſt prohibitus ergo admittetur. l. nec nõ.§.qđ eis.ff.ex quib. cau. maio.l.magĩatus ubi glo.ff.ad municipa.& ita arguit etiam Odof.in l. ſicut in prin.C.de rep.hæ.& Bartol.in l. edita in materia cumulationis col.v.C.de eden . Et quia defenſio eſt iuris naturalis. l. j.§.cum arietes.ff.ſi quad.pau.fe.di.clem.paſtoralis de re iud.nec ſibi neganda.l.ut uim.ff.de iuſtit.& iu. c.ſignificaſti. ij.ad fin.de homicid.ergo nec cum patrocinium pro alio ſuſcipit.

Ad oppoſita reſpodetur nihil facere, non primum,quia id eſt ne terribilis appareat aduerſario argumentum in ti.& l.j.C.ne ſi.pot.& de his qui po.no.& melius ne a militia auocetur.l.milites.ff.de re mil.in liberto haud conſiderabile & no.in d.l.militem.Non ſecundũ quia id eſt uerũ in ſuppoſito poteſtati publicę perſonę,non in liberto qui ad obſequia & operas reuerentiales tãtum tenetur l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond. ind.toto tit.ff.de obſeq.pat.præſtan. Non tertiũ quia non eſt dignitas à qua libertus literis eruditus arceatur,& ſi aſſeſſor eſſe poteſt.l.ii.ff.de offi. aſſe.multo magis poterit patrocinium præſtare. Nec facit quod habetur ultimo in d.l.fin.ex (quo alia ſimilia quoque tollentur.ff.de decu.quia cõtrariorum non eſt par eademque ratio quandoquidem unum fauorabile ſit alterum uero odioſum , edictumque illud prohibitorium (ut diximus) certarum perſonarum inter quas non eſt libertus .

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quando ſunt plura eandem rationẽ habentia , unius autem fiat mẽtio quod exemplariter fieri dicitur & non reſtrictiue.l.imperium. ff.de iur.om.iud.Bal.pulchre in l.de quibus col. xiij.ff.de legi. unde eſto quod dicatur de libertis literis eruditis,non propterea tollir,qđ nõ poſsit pro alio poſtulare ſi fuerint illiterati quotidiano tamen uſu approbati , & praxi ac rerum negociorum ſiue factorũ peritia & cognitione. l. penult. ubi not.caſus.C.de iudi.hic etiam in gl.allega.

Et quod exempla non reſtringunt regulam, tamet ſi declarent . l.damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam.inf.§.hactenus inſtit. de gradib.

Et quod dictio nec,eſt ſui natura implicatiua negatiuę non affirmatiuę quodque eam ampliat ut in l.nec apud.C.de hære.inſti. & ibi Saly. not. in l. nec emãcipati.C.de colla.dixi ego late in tractat.diction.ſuper iſto uerbo.Corn.plene conſil. cxciij.nu.8.uol.iiii.

Et qđ aſsidere patrociniumque pro alio præſtare,ſiue poſtulare,æquiparari uidentur, ut hic p gl.& in l.liberti.ff.de offi.aſſe.

Et qđ deniq; lex debet eſſe de caſu magis dubio.l.quod Labeo uulga.ff.de carbo.ed.c.cum in iure peritus de offi.de.glo.egregia in l.cõtra maiores.C.de inoffi.teſta.nanq; de procuratore hic nihil dicitur ex quo id utique fuiſſet indubitatũ, cum infamis etiam & Iudęus eiuſdẽ officiũ exercere non prohibeantur.§.fin.inſtit. de exceptio. Seyſel.in rubr.ff.de iuſtit. & iur. & alibi dixi ego ſatis. Finis.

Impp.

ingreſſus & inuitis neceſsitas auferatur. D.iij. Non.Auguſ.Conſtantinop. Arcadio.iiij.& Honorio.iij.A A.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod aduocati poſsint eſſe collectores.tex.in l.curiales.C.de decu.lib.x. ubi à curialibus ciuitatum munera compleri debent, prouincialeſque functiones ſuſcipi quáquam à muneribus extraordinariis immunitatem habeât.Et licet inuiti hoc idem facere cõpellantur, nõ eſt propterea quod non admittantur etiam uolentes,ex quo regulare eſt,quemquã fauori ſuo poſſe renunciare uulga.l.ſi quis in cõſcribendo. C.de pac.l.in re mandata.C.manda.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.he.Et ſi non admitteretur officium ſuum ſibi damnoſum foret.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmo.teſta.ap. Et ad idem facit etiam tex.in l.uacuatis.C.de decu.eod.libr.x.ubi omnes ciuilibus neceſsitatibus ſunt aggregandi.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia in uilipendium togæ (mitto qđ ambientibus(ut dictum fuit)claudatur ingreſſus ex quo eo ipſo ſunt ſuſpecti. l. quæ omnia. ff. de procurato. Et inuitis neceſsitas,cum publica ſit.l.ſi quis magiſtratus.ff.de mune. & hono. auferat) non debent uilia miniſteria exercere argumentũ. in c.qualiter & quando.ij.de accu. & in clemen. pe.de ſen.excom.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere non primum, quia loquitur in curialibus, qua de re hic rurſum formaliter dicitur minime curialibus nexibus alligatus,ergo non in aduocatis qui ſunt de corpore togatorum locum id habebit ut poſsint uolẽtes uel inuiti publicas ſuſcipere functiones.

Non ſecundum,quia non eſt in eorum fauorẽ ſingulariter denegatum ſed totius ordinis argumentum in c.ſi diligenti de foro compe. ubi not. tex.igitur non debet nec poteſt dicto fauori poſſe renunciari ex quo tollitur quoque reg. d. l.ſed ſi quis ex ſignatorib.cum non ſit ſibi permiſſum (ut diximus)ne toga uileſcat, & auctoritas. Non ultimum denique quia uniuerſale uerbum ibi ad curiales reſtringi debet ut ſupra uulga. l. j. C. de ſacroſan.ec.l.ut gradatim. §.& ſi lege.ff.de mu.& ho.l.inter omnes iuncta.gloſ.ff.qui ſati ſd.cogan. l.qui autem.§.fin.ff.de conſti.pecu.gloſſ.in l.fin. C.ſi cen.uel reliq.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod Decor ſeruandus eſt nihilq; cum dedecore agendum fore, unde hic uidemus, perſonas illuſtres uel ſuperilluſtres, per procuratores agere, ne aut ſedere cum iudicibus aut ſtare ut litigantes cogantur. §. j. in auth. ut ab ill.& qui ſuper eam dig.ſunt.§.in ſumma inſt. de iniur. l.fin.C.eo.l.pe.C.de procurato. argumentum in l.ad perſonas egregias.ff.de iureiu.& bonus text. ad idem eſt etiam in l.unica in §.ne autem ibi puta ſi honorata perſona.C.de cad. toll.Et in l.ij.in §.deinde cum neceſſarius eſſet.ff.de ori.iu.ubi ueſpertinis temporibus haud conueniens erat magiſtratibus in publicum eſſe atq; indecorum patrem à filio regi inquit alibi Iuriſconſ. in l.is qui ff.de tu.& cu.dat.ab his.Et hac de re ad Corinth. ij.Paul.c.iij.quod ad populum locutus eſt Moſes uelata facie.dixitque Cincinato uiator nudis pedibus plenoque pulueris ore inuento, cui dictaturam detulerat. Vela corpus ut tibi ſenatus populique Rom.mandata proferam.

Et Bald. noſter adhuc in c.intellecto col.ij.de iureiu.quod rex qui non ſeruat honorem coronę eſt unum pecus. Et Phillippus deniq; Alexandro cum audiſſet quodam in loco ſcite admodum cecinitſe, non te tui puduit tam belle canere.

Et quod ſi quid ambitioſe petatur id cõcedi nõ debet quodque potius tanquam temerarius petẽs eſt reppellẽdus.l.j.ff.ad legem Iul. ambi.pulchre Bar.in l.Barbarius nu.2.ff.de offic.pręto.imò(ut dicitur in d.l.j.)quod punitur & efficit infamis.

Et quod toga ſecum dignitatem habet,quę nõ dẽt uileſcere.c.qualiter & quando de accu.clem. pe.de ſcten.excom.prælleg.

Et quod(ut etiam Hora.inquit)non minor eſt uirtus quam quærere parta tueri, hoc eſt dignitatem partam uirtute propria aut quam maiores noſtri nobis reliquerunt conſeruare.

Et quod denique nihil eſt aduocatis iniungẽdum, quo eorũ dignitas ſanè in aliquo lędi poſſe uideatur.l.ſancimus infra eo. pulchre Aretin. conſ.xciiij.in princ. Finis.

Impp.Theod.& Valentin. AA.Cyro. P.V.

QVIDQVID ANIMI LARgitate & principali magnificentia præſtitimus togatis p Orientem eminentiſsimæ præfecturæ reuerentia ſtudiorum, id ſibi præſenti ſanctione præſtitum eſſe cognoſcant patroni cauſarum Illuſtris urbicariæ præfecturę.D.vij.Kal.Ianuar.Conſtãtinop.Theodoſio.xij.& Valentiniano ij.A A.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod priuilegia quibuſdam conceſſa, ad alios non transferãtur,quia ſtricte ſunt interpectanda. c. priuilegia iij.di.c.porrò de priuileg.l.ſi quando.C.de inoffic.teſta.ergo quibuſdam conceſſa,non debẽt(ut diximus)ad alios extendi ut ibi & in c. ſi de cætero eo.ti.Fely.in c.poſtulaſti in prin.de reſcrip. Bal.in l.omnia.C.de ep.& cle.& in l. qui ex relationibus in prin.C.de legi. Et maxime quia uerba generalia obſcuritatem pariunt. l.prætor edixit in prin.ff.de iniur.l.de ętate.§.nihil.ff.de int. ac.nec probabiliter dici poteſt,quod ſic ad alios transfe-

transferantur, & eſt argumentum in §.planè inſtit.de iure natu.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia priuilegia uires accipiunt ab intentione concedentis.l.ex facto.ff.de uulg.& pupill.ſub.ea autem nulla alia fuiſſe uidetur niſi ut extenderentur,ex quo reuerentia ſtudiorum cõceſſa fuerunt,ergo conceſſa togatis per Orientem extendentur etiam ad patronos cauſarum urbis. Et concordat etiam text. in l. hiiſdem infra eod. imò quod cum largitate & munificentia principis(ut dicit tex.)præſtita ſint,beneficia dici poſſunt,& conſequenter extendi.l.fin. ff.de conſtit. princip.& precipue quia ipſius principis liberalitas fræno non ſubeſt , neque debet cohereeri.l. pe.C.de duna.int.ui.& uxo.not.in pręallega.l.fi.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare , nõ primum,quia uerum eſt quando reſtrictionem patiuntur ſed hic adeo plana ſunt & lata ut reſtringi non debeant ita Ange.in d.l.fin.col. iij.ubi ẽt Iaſ.col.vij.& uterque poſt But.in c.olim.de uer. ſign.ex quo tollitur etiam ſecundum quoniam id quoq; uerum eſt & procedit quando uerba ſunt dubia quomodo ad idem allegata intelligũtur,ergo ſecus ſi clara,nimirum igitur ſi transferuntur.

Non ob.tertium & ultimum, quia id etiam in priuilegio perſonali procedit, quod perſonã non ęgreditur,hic autem ſecus,ex quo reuerentia ſtudiorum(ut diximus)conceſſum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime , quod legis habet uigorem,quod principi placuit,imo lex eſt l.fin.C.de legi. §. ſed & quod principi placuit inſtit. de iu.natu.nanq; hic priuilegia rurſum quibuſdam conceſſa ſunt à principe quorum natura eſt(ut diximus)ad aliàs nõ extendi perſonas,iuribus pręalleg.& ſanctione eiuſdem principis extenduntur ſicut fecit etiã Bonifacius(ut inquit Bart.hic & Bald.poſt eum) qui priuilegia conceſſa fratribus minoribus & ꝓdicatoribus,conceſsit etiam fratribus hæremitarum.S.Auguſtini,& hoc eſt quod dicit Angel.in §.ut autem in auth.de non alienan.quod iſti gaudent priuilegio aliorum.

Et quod ſcholares ſunt ad ſtudia incitandi,reuerentiaque illuſtriorum doctores priuilegiis ampliſsimis cohoneſtandi.l.j.C.de aſſeſſo. auth.habita & ibi ego plenè dixi ubi etiam plenius acutiſsimus Juriſcõ. olim diſcipulus meus Horatius Lucius Callien.C.ne fili.pro patre.

Et quod dictio quidquid ſeu uerbum, ſimplex eſt non geminatum,ut inquit Bart.in l.baliſta.ff. ad Treb.& eſt ſimile in l.his uerbis.ff.de lega.iij. & in l. quæſitum in §.j.ff.eod.& in l.in fideicommiſsi in §. cum pollidius. ff.de uſur.& reſoluitur (ut idem Bar.in loco pręalleg.declarat)quidquid ideſt id quod,imò tex. noſter hic paulo inferius.

Et quod non eſt admittenda uoluntatis quæſtio,ubi uerba ſunt clara.l.non aliter. l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de legat. iij.nec iſto in caſu interpretatio reſtrictiua,ſeu de ea aliter tractandum, ut inquit Bartol.in l.ab executore.colum. iij.C.de appellatio.melius Bald.conſi.cccxxvj.ad fin.uol.j.

Et quod denique ſanctiſsima res eſt,ciuilis ſapientia , precio nummario non æſtimanda . l. j. §.proinde.ff.de ua.& extraordi.co. qua de re dictum eſt alibi quod ius eſt ars boni & æqui,cuius merito quis nos ſacerdotes appellat in l. j.i prin. ff.de iuſti.& iu. Et in tex.noſtro , ſtudiorum reuerentia conceſſa eminentiſsimæ præfecturæ, etiam illuſtri urbicariæ , fore præſtita ſanctione præſenti. Finis.

ADDITIO.

Quod ſtudiorum cauſa fauorabilis eſt, eorũq; gratia multa concedi quæ regulariter non concederentur alias , nanque hic uidemus quod donatio inter patrem & filium,facta non ualet.l.frater a fratre & ibi not.ff.de condi. inde. & tàmen ſtudiorũ gratia ualet & ſuſtinetur.l.Pomponius Philadelphus.ff.fam.hær. Et ſi eadẽ die qua ſalarium Doctori promiſſum eſt, cõtractũ ſit pariter aliud debitum,doctor ſine dubio præferetur ut no.in l. fin. ff.de reſti.inint.hæc tenebitur filius libros ſibi emptos à patre conferre, cum diſtinctione tamen de qua per Bal.ubi prædicta fuſius etiam declarat in l.j.colum.v.& vj.ff.ſol.mat.

Impp.Theod.& Valen.AA.Thalaſio. P P.per Illyricum.

ISDEM PRIVILEGIIS potiri Togam Illuſtriſsimę per Illiricum præfecturę,quibus fruitur Toga per Orientem excelſæ prætorianæ ſedis , decernimus. D. vij.id.Septemb.Conſtantinop.Thedoſio. A.xvij.& Feſto Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat,priuilegia nõ extendi , quia ipſorum natura eſt ut reſtringantur potius quandoquidem priuatæ leges ſint, c. priuilegia iij.diſt.Neque uti perſonales , egredi debent perſonas , quibus cõceſſa ſunt.§. planè inſti. de iu.natu.l.iij.ad fin.C.de legib. l. ſi ſic.§.ſi quis ita.ff.de legat.j.l.ex pluribus.ff.de admi.tuto.ergo immunitas qua fruitur Toga prætorianæ ſedis per Orientem non debet extendi ad Togatos illuſtriſsimæ præfecturæ per Illyricum .

Contrarium tamen deciditur hic , & ratio deciſionis eſt,quia priuilegia (ut dicebã etiam ſupra)uires accipiunt ab intentione concedentis.l. ex facto.ff.de uulga.& pup.ſub. Vt beneficium.l. neratius.ff.de reg.iur.& ſtatutum.l.fin.C.de legi. & reſcriptum.c. cum eccleſiaſticæ & ibi Inno.de excep.Bal.in l.j.lectu.j.col.ij.ff.de conſti.princi. quæ ad propoſitum nulla alia fuit niſi ut extẽdãtur.& quia togę honor maximus eſt,uſq; adeo ut nõ mirũ ſit,ſi quibuſdã cõceſſum ad alios quoque ex identitate rationis extendi debet.

Ad oppoſita reſpondet uera fore (ambo enim argumenta tendunt ad idē) niſi præcipuo fauore quodā contrarium conſtet (ut diximus) de mente cōcedētis. Et hoc eſt quod pulchrè dicebat Bald. alibi qđ ubi mens eſt certa ibi nō eſt tractādū de reſtrictiua interpretatiōe, cōſ.cccxxvj.col.fi.uol. j.imò qđ expreſſe dictū eſt & extenſio facta ab ipſamet lege, et cū in uerbis nō eſt difficultas nō eſt admittēda uolūtatis, q.l.nō aliter.l.ille aut ille.§. cum in uerbis.ff.de leg.iij.l.ancillæ.C. de fur.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod id nō eſt ſimpliciter tale, quod nō eſt proprie tale.l.hoc legatum.ff.de leg.iij.l. j. ff. de dona.cau.mor.c.maiores.§.item quæritur, de baptiſ.namque hic priuilegiū uocatur, & tamen ad alios extenditur ut ſupra quod nihilominus de natura priuilegiorum haud eſt, c.porrò.de priui. c.ſanè.eo. titu. c. fin. de offi.archi.Alex.conſ.x. nu.8.uol.vj.

Et quod legi ulterius procedenti diſponendo ſeu declarando ſtandū eſt, ut inquit etiam Bal. in l.quod fauere, col.pe.C.de legi. & in l. generaliter, col.ij.C.de ept.& cle.& in l.ij. in prin. C. de epiſco.aud.Pau.Caſt.in l.cum hi, in §. eam tranſactionem, ad fi.ff.de tranſac.

Et quod legis uigorē habet imò lex eſt, quod principi placuit.l.i.ff.de conſti.prin.§. ſed & qđ principi placuit, inſti.de iu.natu.cum declaratione tamē ut not.in d.§. ſed & qđ principi placuit.

Et quod ſi de ſententia nulla eam aliquā facere poteſt, ut dicit Rota deciſ.ccccxix.ad fi.in nouis, multo magis pōt, & facilius quidem, extendere priuilegium de una perſona ad aliā, auth.multo magis.C.de ſacroſanc.eccl.

Et quòd denique uerbum decernimus eſt demonſtratiuum noui iuris, ut per glo.in cle.per literas, de præben.& in cle.generalē, de ęta.& qual. & in c.eos, de ſen.excō.in vj. Fely. in c. decernimus.ad finem.de iudi.latè Corn. conſ. cclxxviij. col.iiii.uol.iii. Finis.

Impp. Theod.& Valentin.AA.
Apollonio P.P.

SI QVIS DE TOGATIS FOri celſitudinis tuæ, vel Illyricianæ, ſeu vrbicariæ, ſiue de iis qui in prouincialibus iudiciis cauſarum patrocinium profitētur, electione tuę ſedis regendę prouinciæ munus pſtātemq; ſuſceperit: poſt peractā integre ac ſine vlla opinionis labe adminiſtrationē, & ad illud officiū, vnde abſtractus eſt, & vnde ſibi vitę ſubſidia cōparabat, remeādi habeat facultatē, nec cauſas orare denuò quadā prohibeat inuidia. D.xj.kal.Septembr. Conſtantinopo. Eudoxio & Dioſcoro Coſſ.

Dubitandi rōnem faciebat, qđ aduocatus ad unū officium aſſumptus, nō poſsit eo finito ad priſtinū aduocationis exercitiū redire, qa unius electione alteri renūciare vř, c.quæris.de cōſec.diſt. iiii.multa Abb.in ſimili, in c. cū ad monaſteriū. col.iii.de ſta.mon. Maximè quia nō minus facto quā uerbis uoluntas & aīus facientis declaratur & datur intelligi, l.Paulus reſpondet.ff.rem rat. ha.l.reprehēdēda.C.de inſti. imò plus facto quā uerbis ut pulcherrimè inquit I.Cō.in l.ſi tā, in §.ei qui.ff.de ædil.edi.& ſignanter not.in l.quiſquis.C.de poſtulan.qđ qui fuit iudex, aduocatus amplius eſſe non poteſt. Et quia remittentibus iura ſua non datur amplius regreſſus.l.quęritur. §.ſi uenditor.ff. de ædil.edict.

Contrarū tā hic deciditur, & rō deciſionis eſt (qđ lex.met dicit) ut ſubſidia uitæ poſsit ſibi cōparare, neuē cās orare denuo, inuidia quadā prohiberi uideatur, uel improbari is qui iam probatus eſt.l.liceat.ſupra de aſſeſ. Alias officiū ſuū ſibi ſic dāmnoſum foret, haud dicendū.l.ſed ſi quis ex ſignatorib.ff.quēad.teſt.ap.ſuoque iaculo (ut eſt in pꝛuerbio) ſeipm feriret, haud uerisimile.

Ad oppoſita rńdet nō obſtare non primū, quia uerū non eſt, nec uerisimile pariter, arg.in l.cū de indebito, ff.de proba. aliás (ut fatuę mulieres faciūt ſępè) cōtra pꝛpria cōmoda laboraret.l.ſi př, C.de ſponſa.& ut dř in d.l.quiſquis, in §.apud urbē, quod ad laudis augmentū fit, ad ipſius electi uituperiū et dedecus retorqueretur et malè, l.qđ fauore.C.de legi.c.qđ ob grām.de reg.iur.in vj. Nō ob. ſecundū, quia et ipſum quoque uerū eſt in eadē cā non in diuerſis, in quibus ceſſat ſuſpicionis rō, & ſuſius ut in d.l. quiſquis.not.Bar. in q.iudex maleficiorū, col.i.Bal.in l. ne in arbitris. col.ii.C.de arb.Capel.Tholoſ.deciſ.cxlij. Ex quibus tollitur ēt ultimū, quia de renunciatione nō apparet, qđ ſi appareret eſſemus in caſu claro, et opus dubitatione nō eſſet. l.cōtinuus.§.cū ita.ff. de uer.ob.et iō ad priſtinū offm oīo reuerti pōt.

Præſtatq; nobis hęc lex arg.ad multa, et maximè qđ adeò laudabile eſt offm aduocati.l. laudabile.infra tit.ſeq.de aduo.di.iud. ut aliquādo ad regēdas prouincias deſtinent, ꝙ ſentit hic ēt Bal. et bene, qm corū ſapiētia totū ēt illuſtrāt orbem, auth.habita.C.ne fil. pro pa.et dicebat Plato Beatas fore reſp.ſi à ſapientibus gubernentur.

Et ꝙ aduocati ſubſidia uitę cōparant, verū adhuc (ut hic dř) niſi magno abūdēt cēſu et eſt arg.ī l.ſi quis à liberis, in §.ſolent.ff.de libe.agno.

Et ꝙ ſi Abbas deponat, non iō minus uocē hře deſinet capitularem ut monachus. de quo tā idē Bal.hic dubitat propter illa uerba.poſt peractam integre, ac ſine ulla opinionis labe adminiſtrationē, quę à ſenſu cōtrario obſtāt, à quo rurſum non diſſentio, cū reatus oēm honorē excludat ut dř in l.i.ad fi, C.ubi ſenato.uel cla.l.i.§.miles.ff.de his

qui no.infa.Bal.in trac.de teſti.(inter illos Bar.) col.iij.& ī l.ſed & milites,in fi.prin.ff.de exc.tut.

Et uulgatum illud hic probari quoq; vr̄, quod unaquæq; res de facili reuertitur ad ſui priſtinam naturā,l.ſi unus,§.pactus,uer.quod in ſpecie, ff. de pac.imò quod ſolet fauorabile reputari,c. ſtatutum,ubi glo.de præb.in vj.

Et qđ denique inuidia eſt magis quàm inopia pertimeſcenda,quodq; uirtuti bellū indixit perpetuū.Et qđ eo ꝓprior eſt,quo maior eſt gloria,ſolita egregios conatus,nō ſecus ac umbra lucē comitari.nimirū igitur ſi dicitur hic.nec cauſas orare denuo quadam prohibeatur inuidia. Finis.

Impp.Valentin.& Martianus AA. Palladio P. P.

BINOS, QVI PRIORES IN tui culminis ſede inueniuntur, ad patronatum fiſci ſingulis quibuſq; annis accedere, paribus dignitatibus & priuilegiorum inſignibus ambiendos eſſe præcipimus, quibus ante hac utebatur is, qui fiſci ſolus credebatur patronus. D. xiiij. kalend. Iuli. Conſtantinopo. Harculano & Aſporatio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,ſi plures eligantur,quod non utatur quilibet priuilegiis quibus utebatur qui ſolus ad officiū eligi ſolebat, qm̄ ſi uerum foret unicuiq; integrū ſalariū deberetur, & tn̄ unicum æqua lance diuidi debet,l.reſtituendę in prin.infra tit.ſeq.& hoc modo daretur multiplicatio priuilegiorū,& malè,l.in fraudem,§.fi. ff.de mili.teſt.argumentum in l.j.C.de bon.mat. & in l.cum poſt,in §.gener,ff.de iur.do.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia priuilegia ſui natura ſunt indiuidua,nō tn̄ quod conueniat eiſdē fraudari plures, quibus unus tm̄ gaudebat quanquā indiuidua ſectionē nō recipiāt,c.j.§.pterea,de prohi.feu.alie. p Fed.in uſib.Alb.in §.diſcipuli,col,ij. in procœ. ffor ū,Fel.multa ī c.q̄ ī eccleſiarū,col.36.de cōſt. Ad oppoſita reſpōdetur parū obſtare, nō primū, quia unicum præſtari debebat, & conſueuerat amplius,uſq; adeò ut adiectione perſonarum diuidi debeat,l.reos,§.cum in tabulis,ff.de duo. reis, l.cui fundus,ff.de cond.& demon.l.Seio,in prin. ff.de ann.lega. Nou ſecundum, quia multiplicantur participatiuè,nō cumulatiuè,ex quo unus ſolus eiſdem uti ſolebat,argumentum in l.fœminæ,ff.de ſena.& in l.ſi auguſtæ,ff.de leg.ij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod labor & pecunia diuiſionē recipiunt,præalleg.l.Seio,in prin.ff.de an.leg. l. ſi ſeruus,communis Mæuius & caſtren.peculij,§.fi. ff.de ſtip.ſer.argu.in l.qui inſulam,in §. qui ædē, ff.loca.& in l.diuortio,ff.ſol.mat.Bal.in l. at qui natura,in prin.ff.de neg. geſt.

Et quod illi qui priores ſunt in aula principis, debent etiam dignitatibus & priuilegiis cohoneſtari ante alios,arg.in reg.qui prior,de reg.iu. in vj.honeſtumq; ac rōnabile, qui prius ſeminauit, ut primus ēt metat,& fructus colligat,ſiq; in laborū undarumq; fluctibus uixit,ut in portū nauiget & cōquieſcat,laborumq; ſuorum fructus & premium ante alios(ut diximus)colligat & aſſequat̄.

Et qđ patronus fiſci dignitatē habet,alias à patrono priuatorū nō differret,haud dicēdū,arg. in l.iij.ff de mil.teſt.ſed cur nō in milite diuerſum, optima glo.in l.nec honore,C.de epiſ.& cle.

Et quod non ſolum habet dignitatem uerum etiam priuilegia,ut hic uerba innuunt & probatur in l.laudabilem,prealleg.infra tit.ſeq. & premium,quod optat(ut eſt in prouerbio) omnis labor,l.fi.ubi gl.C.de alluuio.c.cum ſecundū Apoſtolum,de preben.Albe.multa in l.fi.C. de ſtatu. & imaginib.unde dicitur in d.c.cum ſecundum, qui altari ſeruit de altari uiuere dēt,& Pſal.xviij. de fructu oris replebitur uenter eius.

Et quod deniq; uerbū decernimus eſt noui iuris promulgatoriū ut dixi ēt in l.iiſdē priuilegiis ī.eo.addo nouiſsimè tex.in c.paſtoralis, ubi ego pariter poſt Dec.multa in j.not.de exce.Crot.in l.ſi conſtante,col.xxx.ff.ſol.mat. & utrobique declaratur an ſit indiſtinctè uerum. Finis.

De aduoca. fiſci.

Impp. Valerianus & Gallienus AA.Frequentio.

POTES AVCTORIBVS nobis aduerſus fiſcum patrocinium quoque exhibere priuatis;dum eā ſcilicet cauſam, quam tu cum fiſci aduocatus fueras,fortè tractaſti,ſuſcipere declines.PP.vj.kal. Mart. Valeriano II.& Galieno AA.Coſſ.

Dubitandi rōnem faciebat,quod nō poſsit cōtra fiſcū poſtulare,qui ſibi præſtitit patrocinium alias in cā,tex.ad literā in l.j.ī.eo.ubi qui cām fiſci egit,patrociniū aduerſus eū,præſtare prohibetur.Et maximè quia perſonā quā ſemel approbauit reprobare nō pōt,l.ſed & reprobari, in prin. ff.de excu.tu.auth.offerat̄,C.de lit.cōt.argu.in l. inter cās,in §.abeſſe,ff.mād.& ī l.iij.ff. de fideiuſ.

Ad idē ēt conſiderantes fiſcū priuilegiatū eſſe arg.in l.ne quiſquā, ff.de edē.uſq; adeò ut nec debeat cōtra eū poſſe poſtulari pariter, priuilegiis tutū non ſecus ac clypeis & thoracibus ſiue gladio & iaculis miles,ut dicitur in l.aduocati. ſupra de aduoca.

de aduoca.diuer.iudi. & eſt ad propoſitum argu. in clem.ne Romani,de elec.& in c. cum inferior, de maio.& obed.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio decisionis eſt, quia edictum de poſtulando, prohibitorium eſt certarum perſonarum, certorumq; caſuum, l. j. ff. de poſtul. ut in ſimili in edicto de teſti. dicimus,de teſta. de accuſa.& ſimilibus, l. j. ff. de teſti. l. ſi quæramus.ff.de teſtamē.l.non ignorat, C. qni accu.non poſſ. iſte caſus non reperitur prohibitus, ſed permiſſus potins, cum à fiſco is qui coutra eum poſtulat & patrocinatur ſalarium ſeu honorarium non habeat nec ei promiſerit, et cauſa ſit pœnitus diuerſa ergo. Maximè quia officium ſum ſibi damnoſum eſſe non debet,neque ſeipſum ſnoque gladio (nt aiunt nulgo) iugulare, l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadmo.teſta.ape. c.cum pro cauſa, de procu. l.ſi quando,C.de teſti.Bal.in c. fin. nu.10.de fer. imò quod cum hoc faciat auctoritate legis, iuſte facit nec reprehenſionem mœretur argu.in l. iuſtè poſsidet,ff.de acqui.poſ.Flo.in l. qui occidit, in prin.ff.ad legem Aquil.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum,quia uerum eſt in eadem cauſa (ut text. hic ſubiicit & glo. ibidem) non in diuerſa, & in eadem quidem, ex quo ſecreta quæ ſibi communicauit fiſcus poſſent propalari, & ut ſuſpicio hæc rollatur, prohibet lex, ne contra fiſcum agat, in diuerſa autem ſic, quia ſuſpicio ceſſat, & de his alias in l.fin. ff. de poſtu.eſt uerum quod ſpeciali aliquo caſu etiam in eadem cauſa admittitur,d. l. fi.l.pen.ff.eo.ſed quia id non eſt regulare,attendi non debet,l.ius ſingulare,l.quod uerò contra, ff. de legi.c.præſenti,§.loca, de præb. in vj. Ex quo ſecundum quoque tollitur, quia perſonam fiſci approbauit tunc & in eadem cauſa quidem (ut diximus) non autem nunc, cum ſit diuerſa, ergo nimirum ſi reprobari poteſt. & ſic non ſumus in caſu,d.l.ſed & reprobari,& ſimilium,ff. de excuſ. tuto. Non obſt.ultimum, quia imò fiſcus utitur iure priuati præterquam in caſibus qui exprimnntur a lege.l. non puto,ff.de iur.fiſ. l. item ueniunt.§.in priuatorum,ff.de peti.hęre.argumentum in l. in fraudem. in §. fin. ff. de milita.teſta. maximè quia iſtud idem hic clarè diſponitur, in claris non eſt opus coniecturis, uulga. l. continuus, §.cum ita,ff.de uerbo.obliga.ergo nec priuilegio hic erit tutus quod ſibi a lege (ut diximus)conceſſum non eſt.

Præſtatq; nobis hæc argumentum ad multa, & maximè quod auctoritas magiſtratus excuſat à dolo,l.ſi quis id,quod,& ibi Iaſ.col.viij.& ix.Scy ſel.ff.de iuriſ.om.iud.

Et quod (ferè ad idem)qui inuadit poſſeſsionem iudicis auctoritate,non incidit in pœnam,l. ſi quis in tantam,& ibi Bald.col.v.C.unde ui,Deci.multa in l.non uidetur, in §. qui iuſſu,per illum textum, ff. de regulis iuris,& utrumque dictum probatur in illis uerbis nobis auctoribus.

Et qnod uerbum poteſt, ſiue potes, in prima perſona ut hic, eſt extenſiuum in futurum quod etiam firmat Bar.in l.ſi quis ita,in prin.ff. de leg. ij.& in l.qui Romæ,in §.duo fratres,in vj.q.ff.de uerb.obl.Regien.conſ.vij.nu.38.uol.j.

Et quod exceptio in uno caſu firmat regulam in non exceptuatis, l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruc. inſtrumentoq; lega. nanque ſi in eadem cauſa non poteſt aduocatus contra fiſcum agere, (ut expreſſè dicitur in tex.) poterit utiquè ſi alia diuerſaque fuerit,eſtque argumentum in l.cum prætor,ff.de iudi.

Et qnod denique id ſemper fieri poteſt qnod ratione non caret, argumentum in l. filius ibi, nam quæ facta lædunt pietatem, æſtimationem, uerecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, ff. de condit. inſti. & maximè in caſu præſenti aduerſus fiſcum patrocinari. Sic CHRISTVS ſeruator noſter,non ab re,eiecit ementes & uēdentes de templo, quia domus mea domus orationis uocabitur, ait tunc, & legitur Matth.xxj.c. Finis.

Imp. Conſtantinus A. Aeliano Proconſuli Africæ.

FISCI ADVOCATVS POEnas metuens, caueat ne fiſcalia commoda occultet, neve in vllo negocio exiſtente, fiſci nomine priuatis audeat calumnias cōmouere D. vii. idi. Nouembr. Tyberiade. Conſtantino. A. iii. & Licinio Cæſ. iii. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat text. in l.j.ff. de offi.procura. Cæſa. ubi ratum habere debet Cæſar quod agit eius procurator: & facit etiam qđ dicitur in l. nam & nocere, ff. de pactis, & in l. ſolutum, in §.fin. cum l. ſequen. ff. de pigno.ac. & in l. inſiurandnm quod ex conuentione, in §. fin. ff. de iureiuran. & maximè quia fiſci aduocatus pręſumitur habere mandatum cum libera argumentum in l. procurator cui, ff. de procura. not. in d. l. j. aliàs (ut dicebam proximè) officium ſuum ſibi eſſet damnoſum & malè, l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtam. aperiun. l. ob negocium & ibi Alexan. C. de nego. geſt.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò nihil occultare poſsit, nec etiam priuatis calumnias commouere nomine fiſci. Et ratio deciſionis eſt, quia occultando furtum facit,l.prima.ff. de fur.infamatur uerò propter calumniam.l.j. ff. de his qui not.infa.

Ad oppoſita rñdetur parū facere, nāq; primū uerum nō eſt indiſtinctè,ſed ita demū ſi quid fiat

quod fiſci commodum reſpiciat, at occultare aliquid incōmodū eſt & dānum fiſci, ergo. qūo tolluntur alia ad idē quoq; adducta, & probat in d. l. j. ad fi. Bellenzi. pulchrè deciſio. xlviij. ad fin. in tract. de charitati. ſub. Nō ēt ſecundū, quia eſto ꝙ habere præſumatur, non præſumetur tñ his caſibus, rationibus ſupra dictis, ex quo nec uēdit, uel tranſigit, aut donat, d. l. j. ergo multo minus occultabit commoda fiſcalia, uel calumniā cōmouebit priuato. argu. in l, cum de indebito, ff. de proba. Non ultimū deniq;, quia non procedit regu. in eo qui modo indebito, officium ſuum exercet l. non eſt ignotum, C. de admi. tuto. ubi tutor agit nomine pupilli, & ipſe tutor non pupillus in expenſis condemnatur, fitq; etiam in bonis ſuis executio, ut declarat Bar. in l. edita, col. x. C. de eden. & ſic à ſimili, officium ſuum ſibi damnoſum eſt hoc caſu ut uel negligentia ipſius tutoris puniatur, uel temeritas. quod apparet quia quo ad cauſam principalem ſecus eſt, l. ſi ſe nō obtulit & ibi Iaſ. col. ij. ff. de re iud.

Præſtatq, nobis hæc lex argumen. ad multa, & maximè quod pœna inobediētes cohercet, l. j. ff. ſi quis ius di. non obtemp. l. ij. ff. ſi quis in ius uo. non ie. l. j. ff. ne quis eum qui. nanque ſi aduocatus fiſcalia cōmoda occultabit, uel priuatis commouere calumniam auſus fuerit, punietur, metu pœnæ igitur caueat (ut hic dicitur) neque hæc (cum à lege prohibeantur) peragat.

Et quod oderunt peccare boni, uirtutis amore (uulgatumq; eſt) Mali uerò formidine pœnæ, gl. in l. j. ff. de iuſti. & iu. & in c. irrefragabili, in §. j. de offi. ordi. tu dic fuſius quod ab his, ſiue à delictis (pœna enim delictum ſupponit, cuius mētio facta eſt hic) abſtinemus, ratione, amore, & timore. Ratione, quia facti ſumus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, Gen. c. j. l. ſi quis, C. de pœn. Amore quod noſtrum gratia crearit mundum, nos uerò præſides fecerit animalibus cunctis, iuxta illud Pſal. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius &c. Timore uerò & nūc ad propoſitum propter pœnā.

Et quod aduocatus fiſci nō debet. occultare ea quæ ipſi fiſco erant nocitura, aliàs dolo id facere dicetur, nec pœnam euitabit, l. j. §. diuus, ff. de iur. fiſci, clem. conſtitutionem, de electio.

Et quod non debet alicui calumniam commouere maximè nomine fiſci, aliàs actione iniuriarū tenebitur, & conuictus puniri poterit pariter, l. item apud Labeonem, §. ſi quis non debitorē appellauerit, ff. de iniur. Bar. in l. ſi quis repetere, in §. j. ff. ad Turpil.

Et quod deniq; uerbum audeat, in malam capitur partem unde etiam audacia deſcendit, §. illud autem, in proœ. fforum, l. quātæ audaciæ, ff. de publica. & uectiga. l. ſi quis in tantā. C, unde ui, cle. j. de offi. ordi. Dec. conſ. xxxvij. col. iiij. nol. j. Naſciturq; rurſum audacia ab inſcitia, quoniam prudentia fiant ſegnes homines neceſſe eſt, hinc Philoſophus ad pauca reſpicientes de facili enunciāt uerum id unum eſt tamen, permitti quādoq;, atq; ēt in bonā partē capi poſſe. Hinc uulgatū illud:

Audaces fortuna iuuat timidoſq; repellit.

Inquit etiam Feli. quod huiuſmodi eſſe debēt clerici, ex quo defenduntur lege Dei dicēris. Nolitā gere Chriſtos meos, ī c. eccleſia S. Mariæ, col. xxv. de conſti. imò glo. in §. uult enim, in auth. de non alienan. Audacia iuxta Speuſippum eſt ſecuritas qua quis malum neq; futurum expectat neq; præſens perrhoreſcit. Audaci Crocodilus fugax eſt, timido audax, & niſi cauillo audacter Vliſſes ſociiq; ſudem in Cyclopis oculum infixiſſent (autor eſt Home.) utique malè conſuluiſſent rebus ſuis haud omittentes etiam in l. Gallus, in §. uidendū, ff. de lib. & poſthu. notari, quodque audax uerbis quis dicitur rebus uerò ignauus. Finis.

Imppp. Grat. Valentin. & Theod. AAA. ad Amianum Com. R. P.

RATIONALES PRIVATAE rei cauſis, vel ſacri ærarij præſidentes, examen præſente fiſci aduocato ſuſcipiant. D. xiiii. kal. Ianua. Merobaude ii. & Saturnino Coſſ.

Dubitandi rationem facit, quod ēt abſente aduocato fiſci, cognoſci poſsit cauſa inter eū & priuatum, nec præſentia requiratur, quia alias ſequeretur quod ſententia ſic lata, ſine præſentia ſcilicet aduocati, poſſet reſcindi & tamen iſtud eſt falſum, l. uelamento, ſupra de poſtulā. & quia de hoc nihil eſt dictum in l. prolatam, C. de ſen. imò qđ iudex ēt ſupplet quæ deſunt aduocatis, l. j. C. eo. ut quæ deſ. aduo. & quod damnum fiſcus, ſua culpa paſſus ēſt, ſibi debet imputari, ut in regu. damnum, de reg. iur. in vj.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt quia aliàs ius defendendi cauſam publicam ſibi adimi uideretur & malè, l. ij. §. j. ff. de iu. fi. & quia cauſa erat mixti imperij nec poterat cognoſci niſi à maioribus iudicibus, l. ij. C. ſi aduer. fiſ. l. ſi fiſcus, l. non intelligitur, §. diuus, ff. de iur. fi. not. in l. j. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. ergo conuenit etiam ut cognoſcatur pariter aduocato fiſci præſente. Vel dicamus quod ſit ipſius ſpecialitas & caſus in iure expreſſus, quandoquidē multa alia habeat onera, argumentum in l. non puto, ff. de iure fi. & in l. item ueniunt, in §. priuatorum ff. de peti. hæredi. & in hoc debeat releuari, l. eum qui. ff. de iureiuran. & ad propoſitum not. etiam in c. j. ut lit. non conteſta. & in l. j. C. de ſen. aduer. fiſ. lar. lib. x.

Ad oppoſita reſpōdetur parum obſtare nō primū, quia uerū eſt id in priuato, & regulariter, l. abſentem, ff. de pœ. nos autem loquimur in fiſco, qui inter cætera ſpecialia hoc ipſum habet quod præcipuum eſt ut ſupra. alias ab aliis non diſtingueretur haud dicendum argumentum in d. l. ij. in prin. & in §. ſenatus, ff. de iur. fiſci, eſt uerum ſi ſententia pro eo lata fuiſſet, quod ualeret quodq; aliquo

aliquo prætextu reſcindi non poſſet,l non eo minus,C.de procu.l.acta,§.fi.ff.de re iud.l. ſi pupillus,ff.de arb.glo.in l.non intelligitur,in §. multa,ff.de iure fiſci. Non ob.ſecundum,quia ſi nõ eſt dictum ibi , dictum eſt hic , regulareq; etiam quod una lex declaret alteram,l.non eſt nouum, l.ſed & poſteriores,ff.de legi.c.ſuper quæſtionũ, in prin.de offi.dele.& noua per antiquam, ut no. in auth.offeratur,C.de lit.cont.& in l.ſciendum, ff.qui ſatiſ.cog.Et quia ſpeciale eſt in fiſco,& qđ dicitur in d.l.prolatam regulare , & communiter uerum.igitur minus obſtabit tertium , quia ſupplet tantum ea quę ſunt iuris ut no.in d.l.j.Bal.in c.cum ordinẽ,col.ij.de reſcrip.& cõſ.cccciij.col. iij.uol.iij.Ro.in l.iiij. in §. hoc autem iudicium, col.ij.ff.de dam.infe. quæq; deſunt aduocatis priuatorum non fiſci, quia oportet formaliter quod ſint præſentes,ut hic dicitur.Non deniq; & ultimũ,quia in culpa fuit aduocatus,nõ fiſcus,quę ſibi obeſſe nõ debet,arg.in regu.non debet , ff. de reg.iur.& in l.ſi unus,in §. ante omnia,ff. de pac. glo.in l.tranſactione matris,C.de tranſa.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod rationalis erat procurator Cæſaris ut not.in l.procurator,C.de eden. qui longo diſtabat interuallo à procuratore fiſci, ex quo ille patrimonium ipſius adminiſtrabat,iſte uerò curam habebat publicam . Vel dicamus quod rationalis erat Cæſaris & fiſci,ut per Bal.cõſ.cclxxj.col. iij. uol.j.dixi ego in l.j.nu.45.ff.ſi quis ius di.nõ obtemp. Et quod penes hunc (ut cunque ſit)magna erat auctoritas,ut inquit Modeſt. ad Theodo. A. de offi.procu.Cæſa.

Et quod ubi maius eſt periculum ibi cautius agendũ eſt,(ſicq; uulgo dicitur)c.ubi periculũ,de elect.in vj.l.j.§.ſed & ſi quis,ff.de carb.edic.l. ne cauſas,C.de appell.Bal.in l.fi.C.de int.mat. Nimirum igitur ſi hic etiam præſente fiſci aduocato examen ſuſcipi debet.

Et quod uerba præſentis tẽporis appoſita in lege,niſi actus certo modo ſeu forma,uel ſolemnitate fiat,efficiunt ut ipſo iure aliter ſit nullus,l.in criminali,ubi glo.ſingula.C.de iuriſ.om.iudi.l.ſi quis in tantam.& ibi Saly.C.unde ui,Imò dicendo ſuſcipiant,quod eſſe uidentur imperãtis uſq; adeò ut neceſſitatem inducant , §. ſi uerò quis & ibi Bar.in auth.ut nulli iud.

Et quod non ſemper ablatiui abſoluti reſoluũtur in conditionem,iuxta not.in l.à teſtatore . ff. de condi.& dem. ſi id uerba non patiantur,ut hic & eſt argu.in l.plautius,ff.de auro & arg.leg.latè Bar.in extrauag.ad reprimen.in uer.ruptis.

Et quod deniq; ærariũ olim ſacrũ dicebãt, utpote quia in Saturni æde,collocatum erat,qua ratione poſtea Macrob.Saturn.j.declarat. Vel quia ſacrum id uocabatur(ut inquit adhuc lib.iij.) qđ diis deſtinatum erat. Finis.

De errore aduocatorum.

Imp.Alexander A.Aureliæ.

EA QVAE ADVOCATI præſentibus iis quorum cauſæ aguntur,allegant, perinde habenda ſunt,ac ſi ab ipſis dominis litium proferantur.PP.kal.Mart. Albino & Maximo Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat,quod allegata domino haud noceant quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri inquit Iuriſcõ. in l.nõ debet,ff.de regul. iur.imò & regulare quod res inter alios acta tertio non proſit neq; præiudicet,l.j.& toto titu.C.res inter al.act.& in ſimili dicit etiam tex.in l.ſi unus,in §.ante omnia,ff.de pac.quod ante omnia aduertendũ quàm maximè eſt ne conuentio cum una perſona facta alij noceat,ergo nec(ut diximus) quod patronorum allegata noceant domino .

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt,quia qui ſcit mandare uidetur , l. qui patitur,ff.mand.& quia per ſe ipſum facere uidetur,qui facit per alium,l.ita antẽ.§.geſsiſſe, ff. de admi.tu.l.certè,ff.de præca.c.mulieres.de ſen. ex commu. Conſiderando hinc etiam,quod ſcientia ac intelligentia tacitum inducit conſenſum,l. ſæpe,§.ſciẽribus,ff.de re iudi.l.diuus,ff.ad leg. Fal.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,quoniã procedunt & uera ſunt(unica enim ſolutione tolluntur omnia quia tendunt ad idem)in ignorantibus ſeu abſentibus non præſentibus & ſcientibus ut hic & eſt argu.in l.j.C.de diuer.reſcrip.eſt uerum(ut dicunt Doct.& benè)ſi pars uellet reuocare aduocati dictũ , quod poſſet nõ ſecus ac ſuũ, probando erraſſe,l.fi.infra eo. ubi error aduocati poteſt reuocari uſque ad ſententiam , latè Bal. in l.error,col.j.ſupra de iu.& fac.igno.alias non, & quod ſint paria quod loquatur pars uel eius aduocatus , quodq; dictum ab eo reputetur dictum partis,ut ẽt dicitur in l.ſi defenſor,ff.de int.ac.tradit idem Bal.in l.j.col.j.ff.de eden. & ad intellectum,d.l.fi.dum tridui mentionẽ facit nota(obiterq; dictum ſit)facti accidentiam continere non myſterium iuris ut declarat Cy.in d.l.error,& eſt ultra eum ſimile in l.pe.in §. fi. ibi triennio exacto,ubi etiam Alex.ff.ad legem Falci.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè , quod interrogationi aduocati reſpondendum eſt, ſicut interrogationi partis , ut hic per Bal.& not. in d.l.ſi defenſor,idem Bal. in præalleg.l.j.col.j.ff.de eden.& in c.cum cauſam, nu.1.de appella.

Et quod præſentia includit intellectũ,l. coram, ff.de uer.ſig.l.diem proferre.§,coram,ff. de arbi, uſque adeò ut dictum de parte præſenti , debeat

 etiam

etiam ad eam intelligentem referri, ex quo nō dicitur præſens qui non intelligit, ut idem Bal. inquit hic,& in l.nec quicquā, §.ubi decretum,col. iiij.ff.de offi.procō. in pupillo infante & furioſo exemplificat Ro.in l.de pupillo.in §. nunciationem,ad fi.ff.de no.ope.nuu.& in l.j.in §. fi. ad fi, ff.de aqua plu.arcen.

Et quod ſi pars non intelligeret aduocatum latinæ loquentem,maximè prædictis ſtantibus, eidem, aduocati dictum non noceret, de quo alias Bar.in d.§.coram,idem Bal.in l.ſi ſine,in ij.q. C. ad Velleia.& in l.fi.in §.neceſsitate,C. de boniſque lib. Alex.in l.ij.in §.uoluntatem,col.iiij.ff.ſolu.mat.Feli.in proœ.Decret.ad fi.idem Alex. cō ſil.clxxiiij.nu.3.& conſ.ccxij.nu.31.uol.vj.Et iō non ita ruditer intelligi debet eiuſdem Bal. theorica in c. cum in ueſtri,nu.3.de elec,quod ex præſentia præſumatur intelligentia, quia his caſibus inque his perſonis uerum non uidetur.Cogita.

Et quod inter aduocatum & procuratorē maxima eſt differentia,l.laudabilem,C.de aduo. diuer.iud.§.fina.inſtitu. de excep. Vileq; officium iſtius,honorabile autem illius,d.§.fin.l.ſi quis de togatis.C.eodem,de aduo.diuer.iud.l.j.§. in honorariis,ff.de uar.& extraor.cogni.

Et quod denique aduocati non ſunt domini litis, & in hoc deterioris conditionis eſſe uidentur quàm procuratores,qui poſtquam lis conteſtata eſt tales ſanè efficiuntur,l.procuratoribus.l.nulla,C.de procu.l.j.§.j.& ibi not.ff.de poſtu.Bal.in prælleg.c.cum cauſam.nu.1.de appell. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. A A. & C C. Vlpiæ.

SENTENTIIS FINITA negocia reſcriptis reuocari non oportet, nec enim quæ conſtituta ſunt,vt aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari poſſunt: cum te præſentem neque cauſæ palam ex continenti, id eſt triduo proximo,contradixiſſe: neque poſt ſententiam appellationis remedio,ſi tibi hęc diſplicebāt, víam eſſe proponas. D.vj. Kal. Septembr. Viminaci CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod finito negotio ſententia poſsit reuocari, quia regulariter ueritati error præiudicium afferre non debet, l. error.ſupra de iur.& fac.igno.l.j.de erro.cal. argumentum in l.illicitas,in prin.ff.de offi.præſid. Et quia uidemus in ſimili etiam quod error calculi retractari poteſt,d.l.j.& uidetur caſus clarus in l.j.infra ſi aduer.rem iud.& in l. quæſitum, ff. quando actio de pecu.eſt annal.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia Vlpia quę errorem aduocati non correxit,quod utique facere poterat,l.j.ſupra eo. (intellige uſq; ad ſententiam quanuis dicat text. triduo proximo,ut facti accidentiam notaret, ex quo triduo qu oque cauſa durauit, nō myſterium juris)neque à ſententia appellauit (& uerus ſenſus huius literæ eſt)iudicatis acquieuiſſe uidetur, l.ab eo,C.quomodo & quando iud.l.hi qui,C.de app.Bar.in l.ij.nu.4.ff.de iureiu. & quia error iuris nocet, quanquam facta aliàs prudentiſsimos quoq; fallant, l.j.ff.de iur.& fac.ign.l.iuris ignorantiam, C. qui admi.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere quia uerum eſt id, ante ſententiam & antequam negotium finitum ſit, ut utrobique legitur, ergo non quando fine debito terminatur,quod dicitur etiam in d.l.illicitas.conſiderātes,procedere quo ad iudicem non quo ad partem. Non obſt. ſecundum,quia ibi etiam eoq; caſu error eſt in facto conſiſtens,non in iure ut hic,& extra iudiciū, hic uerò in iudicio,argumentum in l.cum oſtendimus,in §.fi.ff.de fideiuſſo.tuto. Non tertium, quia l.illa prima in minoribus loqui uidetur,nos autem im maioribus.Vel dicamus quod error facti recurrit uſque ad ſententiam communi iure,ſpeciali uerò poſt,l.minor xxv.ann.ff. de mino.l.uerò quæſitum ſpeciali caſu pariter odio patris,qui probauit filium uiuere, cum tamen eſſet mortuus.Vel quod ibi eſſet cōmunis error, quia dicebatur filium eſſe mortuum,cum tamen uiueret,uſque adeò,ut nec actio de peculio locum habeat l.j.ff.eo.& not.latius in d.l. error.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod à priuatione ad habitum (ut uulgo etiam dici ſolet)non facilè datur regreſſus l.qui res,§.aream, ff. de ſolu.l. homo liber. ff. de ſta.ho.l.cauſas,C.de tranſa.& ut hic in negociis ſententia finitis ſignanter in querela ita etiam dicit Iaſ.quod per tranſactionem finita inſtaurari non poteſt,in l.cum mota,per illum tex.col.ij.C. eo.& idem dicitur etiam in l.quæritur,in §. ſi uēditor.ff.de ædili.edict. quod ſcilicet remittentibus iura ſua,non amplius datur regreſſus.

Et quod qui facere aliquid potuit, & neglexit non alium quàm ſeipſum imputare debet, l. ſi auiam,C.de ingenu.ma.

Et quod negligere eſt culpa, ut etiā dicit Bal. in l.ſi ſeruum,in prin.ff.de uerbo.obliga. per illum tex.in l.ſi ab hoſtibus,in §.ſi uir,ff.ſolu.mat. & qui fatuus eſt in culpa ſit ſapiens in pœna, c. niſi ubi idem Bal.nu.2.de offi.lega. nanque pœna eſt quodammodo, quod non poſsint finita negotia ſententiis reuocari,argumentum in l.teſtamento Centurio,ff.de ma.teſta.

Et quod taciti & expreſsi par eſt uirtus. l.cum quid.ff.ſi cer.pet.quæ reg.quanquam generaliter uera non ſit, hoc caſu tamen procedit quam maxime,quia (ut dictum eſt etiam ſupra) paria ſunt quod expreſſe appellationi renuntiatum ſit uel ta

cite

cite,ſi intra tempus à lege præfixum, appellatum non ſit.& ſic eadem etiam ratio. l. inter ueſtem. ff.de au.& ar.le. Alex.conſ.lix.col. j.uol.iij.

Et quod denique uigilantibus & nõ dormiẽtibus atq; ignauis iura ſubueniunt. l. pupillus ad fin.ff. quę in frau.cred.argumentum in l.nõ enim ff.ex quib.cau.ma.& in l.fin.ubi etiam Bal.C.de po.& in l.ueluti.ff.de edẽ.& in c.paſtoralis in gl. ult.de excep.idem Bal.in l.fi.in §. & ſi præfatam ad fin.C.de iure delib. uſque adeo ut Demoſthenes aduerſus Philip.dixerit Athenienſium fortunam ſic in uigilantia ſibi poſitam eſſe, aduerſam uerò in ſocordia. Finis.

Ex quibus cau.infa.irrogatur. Alias ſic. De cauſis ex quibus infamia irrogatur.

Impp.Seuerus & Antoninus. A A.Demetrio.

NEMO OB ID, QVOD BOnis paternis ſe abſtinuit, infamis eſt.PP.v.Idib.Ianuar. Antonino.A.& Geta.ij.vtriſq; Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod efficiatur infamis, quia ſi pater hæredem non habeat, afficitur iniuria.l.& quia.ff.de int.ac.§.adhuc autem inſti.de bon.poſſeſ.l.primo gradu.ff.quę in frau. cred.pulchre Boer.conſ.liij.col.j.Bald.ante eum pulchrius in l.fin.C.de neceſſa. ſer. hær. inſtitut. ergo filius ſi abſtinuerit ſe ab hæreditate patris, deberet notari infamia. Et maxime quia ſi(ut dixi)hæredem non habeat fama eiuſdem lædi propter creditores & non parum quidem uidetur.§. j.inſti.qui ma.non po. Et quia etiam filio cõſultum eſſe põt per inuentarij confectionem.§.hinc nobis in auth.de hære.& fal.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia non delinquit neq; prętextu delicti condemnatus eſt,imò quod lege permittente quid fecit quod infamiam nõ irrogat. §.ſed his permittit pretor inſti.de hæ.qual.& diffe.l.j.ff.de his qui not.infa.argumentum. in l. gracchus. C. ad legem.Iul.de adult.& in l.ſancimus.C.de pen. & in c.ij.de conſtit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, tolliq; poſſe unica ſol.ſi dixerimus, ob id non effici infamem d.l.j.ff.de his qui not. infa. alias quod in eiuſdem filij fauorem inductum eſt, quod patri ſuccedat iuxta illud uulga.filius eſt,ergo hæres,in quo omnes omnium populorum leges cõueniũt quodque dominus ſit quodammodo etiam uiuẽte patre l.in ſuis ff.de lib.& poſthu.ad eius lęſionem retorqueretur, ſi abſtinere nõ poſſet,& male,uulg.l.quod fauore.C.de legi.c.quod ob gratiam de reg.iur. in vj. Vel & aliter quod licet filius abſtineat ſe,habet tamen pater uenientes ab inteſtato hæredes,ſibiq; ſuccedentes. l. ſi quis cũ teſtamento.l.conficiuntur.ff.de iu.codicillo. Vel ſi non ſint qui ſuccedant ſibi habebit fiſcum, qui hæres eſt,ſiue & melius loco hæredis & ſucceſſor anormalus.l.ſi conſtante.§.fin.ff.ſol.mat. Bal. in c.in preſentia col.v.de prob.not.in l.ſi uacantia. C.de bo.uacan.lib.x.

Vel ad ſecundum reſpõdeamus(primum enim ex his ſublatum eſt,quod cum poſſint creditores experiri aduerſus hæredes ab inteſtato (ut diximus)uenientes, uel fiſcum, eiſdem non exiſtentibus,quo ſibi conſultum eſſe poſſit.l.fin. §.licẽtia.C.de iu.del.iam teſtator ſiue pater,iniuria affici non uidetur.

Ad tertium uero & ultimum quod ex eo non propterea infertur, ſi abſtinuerit ſe filius,nec patris hæreditatem adire uoluerit,confecto inuentario, quod efficiatur infamis, ex quo infamia pœna eſt.l.ictus fuſtium. ff. de his qui not.infa. argu.in l.teſtamento centurio.ff.de manu.teſta. hinc Catul.quandoquidem meos amores, cum longa uoluiſti amare pœna. Et quod ſit lege permittẽte pœnam non mœretur d.l.gracchus.C.ad leg.Iul.de adul.c.qui peccat.xxiij. q.iiij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quod filius in poteſtate exiſtens eſt hæres ipſo iure lege xij.tab. re & effectu, de iure prętorio uero nomine tantum ex quo habet licentiam abſtinendi.d.§.ſcilicet his permittit pretor inſtit.de hæ.qua.& diffe.idemque de media iuris prudentia,deque iure Codicis,ut pulchre deducit Iaco.de Belni.in q.ſuis.j.poſita ſub tit.de trien.& ſemi.in auth.col.iiij.nimirũ igitur ſi abſtinẽdo ſe ab hæreditate patris nõ efficitur infamis.

Et quod quanquam patris hæreditas filio debita ſit,naturali ratione & uoto ipſius patris. l. ſcripto.ff.unde liberi.l.cum ratio. ff. de bon. damnato. l.nam & ſi parentibus. ff.de inoffi. teſta. attamen eam adire non compellitur ſi nolit, maxime(ut dixi)de iure prætorio.

Et quod beneficium non confertur in inuitum l.inuito.ff.de reg.iur.præſertim quando abſtinet ſe ab hęreditate patris uel repudiat ur in totum.l. cum hæreditate.ff de acqui.hæ.not.in l. unica in §.his ita.C.de cad.tol. Et hoc eſt ad propoſitum quod dicebat etiam Deci.in l. ſ. col. vij. confirmando opi.Bar.ibi.C.de pac.quod ius nobis acquiſitum ſine facto noſtro, ex legis diſpoſitione uel teſtatoris,põt ſimplici repudiatione tolli ſignanter per iſtam regulam.

Et quod etiam (eſtq; ferè idem)non poteſt liberalitas acquiri nolenti.l.hoc iure. §.non poteſt ff.de dona.unde eſt quod ſeruus domino inuito acquirat quoque.l.etiam inuitis. ff. de acquir.re. domi.l.ſeruus uetante domino.ff.de uerbo. obli. l.placet.ff.de acquir. hær.attamen obligationem ſibi acquiſitã repudiare poteſt,ut in d.l.ſeruus uetante domino not.

Et quod denique efficitur infamis, qui prętorem

rem decipit.l.debuit.ff.de his qui not. infa.exemplum in l.notatur & ſeq.quæ præcedunt.ff.eod. hic filius prætorem non decepit, ſed audiuit potius,ſe abſtinendo.d.§.ſed his permittit prætor, igitur infamis non erit. Finis.

Impp.Seuerus & Antoninus.A A.Læto.

NEMINEM SEQVITVR INfamia ob defenſa negocia publica patriæ ſuæ. P P.xij. Kalend. Mart. Antonino. A. & Geta vtriſque.iii.Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat,quod notetur infamia, qui negotia publica patriȩ defendit,& ſic ſi litera affirmatiue legatur,quia cõuentus actione iniuriarum damnatus eſt, ea actio autem eſt, famoſa.l.j.ff.de his qui not.infa.l.decuriones ſupra eod.l.iniuriarum parua.ff.de iniur. dictaque eſt iniuria,quia non iure fit,ſiue contumelia doloſa.l.j.§.j.ff.eo.l.ſed & ſi.§.j.ff.ad legem. Aquil. Bald.conſil.ccccxliij.ad fin.uolum. iiij. ergo efficietur infamis.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia ſicuti nemini iniuriam facit,qui iure ſuo utitur.l.nullus,ff.de reg.iur.l.iij.§.is poteſt.ff.de lib.ho.exhi.l.fluminum.§.fi. ff.de dam. infec.pari modo nec facere dicetur qui defendit negocia publica patriæ cui naſcimur primum.l. j.§.& generaliter.ff.de uen.in poſſeſſ.mitten.damnatus tamẽ,ſuo nomine efficitur infamis, nõ ſi alieno.l.j.præalleg.l.athletas.§.fin.ff.eo.

Ex quo oppoſitum tolletur, quoniam uerum eſt(ut dixi)ſi ſuo nomine damnatus fuerit.l.furti.§.ſi quis alieno.ff.eo.

Si negatiuè autem legatur,ob non defenſa ſcilicet,aliter dicendum eſt,quod dubitationem faciat, adhuc infamen effici quia quilibet patriam defendere tenetur,cui(ut dicebã proximè)naſcimur primum poſtea parentibus & amicis.l.ueluti ff.de iuſti.& iu.præalleg.§.& generaliter.l.aduocati.C.de aduo.di.iud.l.fallaciter infra de abolitio.l.minime.ff.de religio. unde uulgatum illud prodiit pugna pro patria,ut etiam dicit gloſ. hic.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia nemo inuitus cogitur alium defendere.l.inuitus infra de procuratori.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.eo.

Ad oppoſita reſpondetur uerum fore,ſed non tamen inuitus,& ſi nolit haud compelletur, ergo nec efficietur infamis.l. j. ff.de his qui not. infa. eſt bene uerum ſi non defenderit, quod erit impius,quoniam chari ſunt liberi, chari parentes & amici, ſed una omnes charitate complexa eſt patria ut inquit Cic. in ſomn.Scipio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime,quod de bono opere(ſi affirmatiue literam habemus)nõ debet quis(ut uulgo aiunt) lapidari.nanque ſic eueniret hic, ſi defenſa patria notaretur infamia,& male.l.illud, §.fi.& l.ſeq.ff. de bo.poſſ.con.tab.quod ingratiſsimus omnium impiusq; tamen facit Agricola, qui apes poſtquã in aluearia Mel ſibi longo conceſſerunt examine, fauisque diſtinctum,comburit inhumaniter, interficit necat.idq́ue pro ſimbolo ſibi iam pridem non ignobilis ille,Italicȩ linguȩ Poeta, Arioſtus Ferrarien.aſſumpſerit.

Et quod non facile quis notatur infamia quoniam(ut alibi inquit Bal.)

Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat.
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

in l.ij.in fin.C.de lib.& eo.libe. eſtq́ue fama hominis, Theſaurus ineſtimabilis & iucundus dans ſuauitatem odoris ut lilium inquit adhuc in l. j. col.vj.C.de confeſſ.& poſt eum Brun.de indic.& tortu.in j.q.col.ij.

Et quod hac de re etiam non infamatur quis, niſi in caſibus à iure expreſsis.l. j. ff.de his q not. infa.& eſt modus ſoluendi,præceteris in materia pręcipuus.argumentum.in c.ſuſceptum & ibi gl. de reſcrip.in vj.& in c.ſi diligenti ubi etiam But. de præſcrip.in ſimili Bald.conſ. ccccxlvij. ad fin. uol.v.alias fruſtra enumerarẽtur caſus de quibus in d.l.j,ut inquit idem Bald.in l,cum mulier col. xiij.ff.ſol.mat.

Et quod ſi nõ cogitur quis defendere patriam (ſi literam legamus negatiuȩ)multominus cogetur defendere priuatum hominem ut iura ad idẽ alleg.loqui uidẽtur,& quia ſi de quo magis ineſſe uidetur & non ineſt ergo nec de quo minus.c. ſi paulus xxxij.q.v.l.relegatorum. §. conſtitutum & ibi not.ff.de int.& rele.l.nec ex uera. C.de acquir.poſſeſſ.

Et quod denique optimum augurium eſt pro patria pugnare,dicebat Hæctor homeritus polydamanti in bello Troiano, tametſi non cogatur id facere quisquam. Et ad idem bonum ſimpliciter hominis, Bonum domus melius, Patriæ uerò, optimum. Et breui.nil dulcius patria, lacones enim tria pręcipua diſcebant,obedire magiſtratibus,pacientes eſſe laborum & pro patria denique uincere uel mori. Finis.

Impp.Seuerus & Antoninus.
A A.Seuero.

INIVRIARVM EX PERſona quoq; ſerui damnatus infamia notatur.PP.iiii.kal. Auguſt.iiſdem Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non notetur infamis, quia iure ciuili ſtatus ſeruorũ fuit anichilatus.l.ſeruitutem.l.quod atinet.ff.de reg. iur.imo quod pecudibus comparantur, ueniunt, rei appellatione æſtimationemq́; recipiunt ad liberi hominis differentiam.l.ij.ff.ad legem Aqui. l.omnia.§.fi.ff.de legat.ij.l.liber homo.ff.de uer.

oblig.& uidetur caſus in §.ſeruis inſtit. de iniur.

Contrarium tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſt,quia iniuria illata ſeruo dicitur illata domino,ſed ſi domino illata fuiſſet, condemnatus efficeretur infamis,ergo & pari modo ſi illata fuerit ſeruo argumentum in l.cum pater in §.donationis.ff.de legat.ij.l.j.ff.de iniur.§.patitur inſtitut.eod.vulgatumq́ue illud uerificari uidetur ſeruum comtemplatione domini fore honorandum non iniuria ac plagis oneràdum,lingua Italica uerò.Si riguarda il Can per il patrone.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum,& ſecundum quia uerum eſt id ſui perſona inſpecta,non domini,qui cum agat,iniuriatus uidetur,& non ab re qui iniuriam intulit,cõdemnatus notatur argumentum nouiſsime in l. & ſi non ſint in §.perueniemus.ff.de au.& ar.leg. ubi generale illud non id quod eſt,ſed id propter quod eſt quid,attẽdi debere. Et minus ultimum quia licet iniuria non fiat ſeruo , ob perſonę(ut dictum eſt)uilitatem , & ut ibi legitur , fit tamen domino cuius perſonam repreſentat. Vel(ut inquit gloſſ.)id uerum eſſe dicamus inſpecto iure ciuili,non gentium & naturali,& cum in dominũ refundatur,nõ põt condemnatus iniuriás(iterato dixerim)non notari.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod qui offendit filium,offendere dicatur patrem,ex quo de filio ad ſeruum , argui non infrequenter ſolet.§.idem iuris inſtit.de ſtipu.ſeruo.quanquam tamen non ſemper argumẽtum ualeat , ſed à regula non recedemus.l.ab ea parte.ff.de prob.l.regulariter.ff.de peti.hę.

Et quod relinquens hæreditatem uel legatum ſeruo,domino reliquiſſe uidetur,& idem in filio ut ſupra & in l.placet.ff. de acquiren.hęredita.& in l.ſed ſi plures in §.in arrogato ad fin.ff.de uulgar.& pup.ſub.

Et quod relictum rurſum ab extraneo factum epiſcopo,intelligitur factum intuitu eccleſię,vnde cathedralis de illo poterit canonicam petere portionem.c.requiſiſti de teſta.

Et quod nõ ab re dictum eſt alibi noli tangere Chriſtos meos.ideſt Sacerdotes,quia qui ſecus facit tangit Chriſtum ut hic Dominum ſi iniuria inferatur ſeruo.§.uult enim ubi glo. de generi,in auth.de non alenan.Bal.in conſi.ſciſma.quod eſt poſitum ſub titul. C. ſi quis aliq.teſtam.prohibi. quodq́; diuinum ſæpe appellat Iaſo.maxime in l. j.in princ.ff.de cond.ob turp.cau.col.viij.& ideo excommunicatur.c.ſi quis ſuadẽte diabolo. xvij. queſtio.quarta.

Et quod denique ex,dictio, nõ ſemper cauſam immediatam proximamq́; denotat, ſed quãdoq́; etiam remotam,& ex,ideſt propter,exponitur.l. j.§.ex incendio & ibi not.Bartol.ff.de incen. rui. nauf.dixi ego in libello dictionum uer.uigeſimo primo,ſenſusq́ue eſt hic damnatum iniuriarum ex perſona ſerui id eſt propter iniuriam illatam ſeruo,infamia notari. Finis.

Imp.Alexander.A.Herennio.

DEBITORES QVI BONIS ceſſerũt licet ex ea cauſa bona eorum uenierint infames non fiunt.P P. x. Kal.Maias.Maximo ii.& Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod notentur, quia inſpecta cauſa & modo cedendi cõmuniter uituperoſe & turpiter fit omnino ceſsio.l.ictus furtium.ff.eod.nanq́ue hic natibus lapidem percutiunt ter,quẽ uituperij uocant alta uoce dicendo cedo bonis.olim uerò Romæ ad columnam idẽtidem anum ſiue podicem inquit Bald.in l.fi.C. qui bon.cede.poſſ.col.j.flebile adiutorium eſt.l. pen.C.eo.& miſerum hominem facit ac pauperem ut uix ſibi ſubucula ſuperſit pediculorum plena fuſius Bal.in d.l.fin.Et quia bonorum alienatio iniuria eſt.§.licet inſti.quibus ex cauſ.mali. multo magis iniurioſum erit bonis cedere : & quia deniq; qui cedit fraudat fidemq́; frangit creditoribus.l.fi.infra eo.nõ igitur(ut ibi dicitur) is efficietur infamis?

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia iſte caſus non eſt de his qui ponunt in l.j.ff.de his qui not.infa. Neque paupertas de genere malorum,quæ cedentem excuſat.§. fin.inſti.de ſuſp.tuto.Et quia non delinquit , qui impoſsibile non facit l. impoſsibilium.ff.de reg. iur.Et quia denique cedit auctoritate legis, quo fit ut pœnam(infamia enim pœna eſt. l. ictus furtium.ff.de his qui not.infa.argumẽtum in l. teſtamento cẽturio.ff.de ma.teſt.hinc Catul.ut dicebam etiam ſupra in l.nemo eo.tit.

Quandoquidem meos amores,

Cum longa uoluiſti amare pœna.)non mereatur.l.gracchus.C.ad legem Iul.de adul.c.qui peccat.xxiij.qõ.iiij.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primum,quia non eſt generaliter uerum niſi in quibuſdam locis,ut hic (quemadmodum diximus) & Romæ , imò quod nec ſtatutum hic, quod ad Diui Antonij Confeſſoris poſtulationem conditum fuit , nec Romanorum conſuetudo ualet ſeu ualuit . ut pote contra bonos mores quod planè Alber. oſtendit & admiratur in ſtatut.q.xxxvij.par.j.& Bal.in ſtatut.pariter cedere. num.3.memini ego in auth.ex cau.lectu.ij.col.j. C.de lib.pręte.& in hiſce locis dato quod ualeant & ſeruentur uerum erit de facto nõ de iure qđq́; grauatur eorum opinio apud graues & bonos uiros,& quod nocet amplius,non parumq́ue operatur quo ad quędam ut in l.nullam infra eodem ſed non (ut dixi & repeto) regulariter & de iure.d.l.j.ff.de his qui not.infa. Non ob.ſecundum quia id ſimiliter uerum eſt & procedit ac in iniuria facti intelligi debet non iuris. & ita debet declarari text.in d.§.licet. Non ultimum deniq;

quia

quia audacter negatur, ex quo id quod facit neceſsitate coactus facit, quæ nulli lege ſubiecta eſt prẹſtátiſsimus. o. Doctor inquit Xenoph. Socraticus de uita Cyri. facitq́; ꝓbabile ꝙ aliàs nõ eẹ̃t. l. iij. §. fi. ff. de offi. procon. l. aliqñ. ff. eo. c. conſiliũ de obſerua. Ieiu. c. remiſsionẽ. j. q. j. l. ij. C. de pat. qui fil. diſtra. l. j. ff. de offi. conſu. l. qui potuerunt ff. de ma. teſta. l. j. ij. ff. de fundo dota. Corn. conſ. clxvj. col. vj. uol. ij. Bald. pulchre conſil. ij. col. j. uol. ii. non igitur ob id dici poteſt quod efficiatur infamis.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod cum miſerabile auxilium ſit bonorum ceſsio. d. l. fin. C. qui bo. ced. poſſ. per conſequentiam quandam haud erit doloſorum præſidiũ arg. in l. cũ pṛtor. ff. de iudi. & in c. nõne de prẹſump. qua de re falliti infamiã nõ euitãt, neq; gaudẽt beneficio legis, hoc eſt ceſsionis bonorum, imò quod more maiorum, ac ſecundum legem antiquã deberẽt potius dari creditoribus lacerandi, ut not. in l. i. C. qui bo. ced. poſſ. & ad propoſitum probatur in l. fiua. in §. fina. ff. quæ in frau. credi. & eſt argumentum in l. pe. ff. de iu. do. pulchre Bal. conſi. cclxix. col. i. uol. i. fuſius Boer. deciſio. ccxv. nu. 6. par. ii. Seueri. de debitor. ſuſpe. q. i. col. ult.

Et quod non ab re in lege Iulia dicebatur, lata de ceſsione bonorum (eſtq́; ferè idem) *Qui æri alieno ſine dolo malo ſatisfacere, haud poteſt, Bonis cedendo liberetur*. l. iiii. C. qui bo. cede. poſſ. & in C. Theod. eo. ti. ergo in doloſo ſecus ut diximus.

Et quod ſimiliter dolo non careret & notaretur, ob id. & à d. ceſsionis beneficio reppelleretur condemnatus, ſi cito ad mãdatũ alterius iudicis, poſt condemnationem primi daret aliquid in ſolutũ creditori. l. fi. ff. de ceſsio. Bono. Bellame. deciſio. cclxi.

Et quod hic uerificari uidetur Platonis prouerbiũ, de legib. ꝙ habet. Nec Deus unquã cũ neceſſitate pugnabit, ſatisque dictum eſt ſupra.

Et qđ deniq; (ferè ad idem) neceſsitati omnia ſuccumbunt. nanq; ſi bos in ſpecum decidat, eũq́; pater fam. adhibitis opis liberet ferias nõ polluit licetq́; remedii cã ouẽ fluuio merſare. iuxta illud Maro. poetẹ alioquin omni diſciplinarum genere peritiſsimi.

Balantumq́; gregẽ fluuio merſare ſalubri. Finis.

Imp. Alexander. A. Donato.

SI TE EXPILASSE HAEreditatem ſententia prẹſidis conſtitit. non ex eo qđ non & alia tibi pœna irrogata eſt, furis improbioris infamiam euitaſti. P P. Kal. Iul. Iuliano. ii. & Criſpino Coſſ.

Dubitãdi rõnẽ faciebat qđ expilator hæreditatis nõ infametur, quia nulla eidẽ ꝑ iudicẽ pẹna fuerat impoſita, ſed ſolũ modo ſuper crimine ꝓnunciatum. Vel quia iudicis arbitrio extra ordinẽ non ordinaria punitus eſt arg. in l. ſi poſsidoniũ, ad fi. ff. eo. Et quia furti tempore non erat pſona, hẹreditate iacente, cui furtũ fieri poſſet. l. i. ff. de fur. §. furtũ inſti. de ob. quæ ex del. naſcun.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia improbior fur eſt expilator hæreditatis, & ſi improbus furti damnatus infamis ẽ longe magis erit improbior auth. multo magis. C. de ſacroſanc. ec. Maximè quia crimen expilatæ hæreditatis intendi poteſt, loco actionis furti, uel quia furti tunc agi non poteſt, ante aditã hæreditatem, ſed ſi ageretur furti damnatus notaretur, ergo & ſi crimine expilatẹ hæreditatis. l. ii. ff. de cri. expi. hæ. arg. in l. ſi eũ in §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. & in §. fuerat inſti. de actio.

Ad oppoſita reſpõdetur parum facere, nõ primum, quia infamia ex ſententia procedit, & non ex genere pœnæ. & quia ineſt ẽt pœna à lege cuius arbitrio reſeruatur. l. i. §. i. ff. ad turpi. Non ſecundum, quia imò infamatur quanquam pœna ordinaria non ſit. l. quid ergo. §. pœna grauior & ibi not. ff. de his qui not infa. Non ultimum denique, quia non refert, ſatisque eſt (ut diximus) quod crimen expilatẹ hẹreditatis intendamus. d. l. ii. & ut ſupra latius.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime ꝙ fur qui occultè & clam furatur improbus eſt, improbior ſi hæreditatem expilet, improbiſsimus aũt ſi ui rapiat, ut hic & in l. i. ff. de fur. & in l. ſi cum exceptione in §. qui uim. ff. ꝙ met. cau. inſt. ui bo. rap. in prin. (ſingula ſingulis. redde) & gl. hic ẽt notat & Bart. in l. j. in §. i. ff. de effracto. & Caſſane. in cõſuet. Burgũd. fo. 42. col. ii. namq́; hic rurſum cũ improbioris furis mẽtionem faciat poſitiuum & ſuperlatiuũ prẹſupponit arg. in l. ubi aũt nõ apparet. ff. de uer. ob. Et ad ꝓpoſitum ita quoq; dicebat Paul. Caſt. in aut h. ſed nouo iure ad fi. C. de ſer. fugi. non nihil Bal. in l. j. col. xii. C. qui accu. non po.

Et quod furtum fit hæreditati iacenti, ſed tamen uerũ nõ uidetur. l. ii. l. fi. ff. de cri. expil. hær. Bar. in l. hẹreditariæ. ff. de fur. & in l. ſed nec legatarius. num. 5. ff. de condit. fur. alias daretur actio furti, & nihilominus crimen expilatẹ hæreditatis intenditur, & datur actio in factũ. d. l. ii. l. i. ff. eo. titu. Et dici poteſt, quod improprie fur ſit & large, improbior tamen fure ut inquit tex. & legitur inſtitut. ui bo. rap. in princip. allegat. etiam ſupra Et ratio eſt quia furtum fit inuito domino, & clã atq́; occulte unde græcè κλέπτης fur dicitur, & Clepſidra olim ab aque furto, quod eam uelet uel rapiat, & Clypeus pariter ideſt tego & abſcõdo, hæreditas iacens autem dominum non habet tametſi defunctum repreſentet, & clarius quã alibi in l. i. §. ſceuola. ff. ſi quis teſtamen. libe. eſſe iuſſus fue. ergo.

Et quod uerbum alia, notat ſimilitudinem iuxta gloſſ. uulga. tamen in l. ſi fugitiui. C. de

ſer.

ſeru.fugi.uſque adeo ut infamia pœna dicatur & tetigi in l.proxi.& in l.nemo ſupra eo.nouiſsimè probatur in l.aliud eſt fraus in §.j.ibi uerum capitis & æſtimationis.ff.de uerb.ſig.

Et quod ubi ſunt plura eandem rationem habentia,(ut etiam alibi diximus)unius autem fiat mentio exemplariter fit,non reſtrictiue. l. imperium. ff.de iu.om.iud.Bal.in l.de quibus colum. xiiij.ff.de legib.nanq; damnatus hic efficitur infamis,ergo etiam pactus quia crimē confiteri uidetur.l.quoniam.ff.de his qui not.infa.& expreſſe dicit tex.in l.j.in prin.ff.eo.

Et quod denique ſententia notorium inducit c.neſtra de cohab.cle.& mu.Anch.conſ.cccxxij. in prin.Saly.in l.ſi cum qō.C.de euictio. Finis.

ADDITIO.

Quod pronunciato crimine ſubintelliguntur impoſitæ pœnæ, quæ ipſius prætextu ueniebant imponendæ.l.j.§.j.ff.ad turp.ſentit Bar.hic & in d.l.j.col.ij.Gramma.deciſ.vj.nu.12.

Imp.Alexander.A.Inuentio.

EA, QVAE PATER TESTAmento ſuo filios increpans ſcripſit, infames quidem iure non faciunt, ſed apud bonos & graues opinionem eius, qui patri diſplicuit, onerant. xiij.Kal.Nouemb.ipſo A.iij.& Dionyſio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod filij infamentur ex increpatione patris,quia ſi quid ipſius iuſſu faciant excuſantur,neque notantur infamia l.qui iuſſu.ff.de his qui not.infa. ergo a contrario ſecus(argumentum enim ualet frequens eſt & probabile.l.qui teſtamento.§.muliet.ff. de teſtamen. l.j.ff.de offi.eius cui man. eſt iu.) & maximè ſi increpetur,ut hic,& ut uerba ac increpatio aliquid operentur.l.ſi quando.ff.de leg. j. c.ſi Papa. de priui. in vj. Et quia ut dicit etiam text. in l.pen.iu fin.ff.de cura.furio.) non bene præſumendum eſt de filio,quem pater minus idoneū iudicauit. Et quia ſi cum aliquo conuicio ipſum nominauerit uel ex adulterio natum dixerit, recte exhęredatus uidebitur.l.iij.ff.de lib.& poſth. Et quia ſi ſententia infamat(ut proxime dictum eſt pari ratione infamabit pater.§.diſponat auth. de nup.ubi à lege ad teſtatorem arguitur & à ſententia ad ultimam uoluntatem. Et uidetur facere etiam tex.in l.liberi.C.de inoffi.teſta.ubi filij exhæreditati præſumuntur ingrati,& in l. iij. C.de pat.pot. ubi poſſunt caſtigari iure patriæ ptātis.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia infamia ex delicto oritur. l.j.ff. de his qui not.infa.hic non eſt delictum ſed increpatio ergo. Et quia etiam caſus iſte non eſt de enumeratis in d.l.j.quibus delinquentes infamantur. Vel adhuc quia non ea ratione pater increpauit filiū ut notaretur infamia, unde actus agentis non dēt operari ultra eius intentionem.l. non omnis.ff.ſi cer.pet.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere nō primum, quia reſultaret abſurdum quem infamari etiam quod non præcedat crimen, unde oriatur infamia,&(ut diximus)male, nec argumentum à cōtrario tunc ualet formatum ut ſupra l. ij. & ibi not.C,de cond.inſer.dixi plene in l. j.præallega. ff.de offi.eius.ſatisque operantur uerba & increpatio,quia grauatur ſaltim(ut text. ſubiicit opinio apud uiros graues,& de facto non de iure. Et plus quod quādo expreſſe ſunt improbata nō habet locum quod dicitur in l. ſi quando pręalleg.ut inquit Saly.in l.j.C.de pac.pigno.nec operantur,quando operari non poſſunt argumentū. in l. obligationum ſubſtantia. ff.de act.& obliga.

Non ob.ſecundum quia non ob id propterea ſequitur,quod notetur infamia, ex quo(ut dixi) non eſt de caſibus enumeratis in d. l. j. ff. de his qui not.infa.& ita tertium quoque tollitur adiicientes fore ſatis qđ uideatur exheredatus, abſq; eo etiā quod infametur, argumentum in l.diuus ibi ſatis ſuo furore punitur.ff.de offi.præſid. iiij. fallax,eſt,cū nec ſemper ualeat arg.nanq; damnatus eſt propter delictum uno caſu & iudicialiter, alio uero extra iudicium, & à patre increpante, quidem qui non ob id (ut diximus) efficere poteſt,quod infamia notetur argumentum in l.priuatorum conſenſus.C.de iuriſd. om. iud.& not. in l.illicitas in §.ueritas.ff.de offi.præſid. d.l j.ff. de his qui not.infa.Non ob.quintum quia ingratitudo adhuc non infamat nec ad propoſitum facit hac de re,quanquam ingrati ratione exheredationis præſumantur,& quod non ſine cā exhęredatio facta ſit cōſtet amplius,ut in §.aliud quoque capitulum in auth.ut cum de ap.co.d.l.j.nec ex diuerſis infertur(ut uulgo dici ſolet.) l. Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acqui.poſſeſ. Non denique & ultimum, quia bene caſtigari poteſt ſed non(ut diximus)infamari nec repetimus.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod infamia duplex ſit iuris & facti l.j.& ibi glo.in princip.ff.de his qui not.infa. fuſius Bald.in l.j.col.iiij.C.de ſumma Tri. & fid. catho.& in c.j.colum. j. ac remoue.debe.teſt. in uſib.remiſsiue Iaſo.in §.ſic itaque.nume.22. inſtitut.de actio.

Et quod tantum eſt dicere grauatam opin.eſſe eius qui patri diſplicuit ſiue aliàs ſigillatā, apud bonos & graues,quantum eſt dicere quod eſt infamatus infamia facti.l.apud celſum. §.aduerſus. ff.de excep.doli.eſtq; circunlocutio ſeu periſraſis & figuratus modus loquendi.

Et quod non ab re,quæ ſcripſit pater teſtamēto ſuo filios increpans, opinionem eius qui eidē diſplicuit,apud bonos & graues onerant.Ex quo repellit à dignitate,attenuat teſtimonium,repellit,à

lii à querela, eaque inducit. l. in arenam. l. ſi filia l. frater. C. de inoffi. teſta. c. infamibus de reg. iur. in vj. not. in l. nullam infra eo. Bal. fuſius in d. l. j. C. de ſumma Trini. & fid. catho. & in ſtatut. infamia nume. 2.

Et quod infamia iuris, efficit ut homo reputetur uilis, inquit idem Bal. in loco præalleg. ſtatutorum, ad fin. quandoquidem æſtimatio & fama ex delicto ipſius lædatur legũ auctoritate, quo nihil uilius & turpius. l. cognitionũ. §. j. ff. de uar. & extraordi. co. not. in l. tranſigere. C. de tranſac. Ideò cum myſterio dicitur hic ex increpatione patris filium non infamari infamia iuris quanquã opinio eius, apud bonos & graues, oneretur.

Et quod denique ſic oneraretur, quoque uerbo iudicis dicto partibus uel ſi ſine cauſæ cognitione fuiſſet interlocutus. l. uerbum infra eod. ex quo non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari. l. illud ff. ad legem Aquil. Bal. in l. de quibus col. xiiij. ff. de legib. & dicemus in l. interlocutio ſtatim infra eodem. Finis.

Imp. Gordianus. A. Domitiano.

FVSTIBVS COESVM, CVI per preconem ita dictum eſt ϲυκοφαντίϲας: calumniatorem uideri notatũ, ideoque eſſe famoſum, manifeſtum eſt. P P. iij. kalend. Aug. Sabino & Venuſto Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat text. in l. nullam ſupra eo. ubi ad literã dicitur quod fuſtibus cœſus nõ efficitur infamis & clarius in l. ictus fuſtiũ ff. eo. & minus ſi ſibi dictũ ſit Sycophanta ut in l. uerbum quæ eſt ſeq. infra eo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia qui calumniæ cauſa in iudicio condemnatur efficitur infamis. l. j. ff. de his qui not. infa. eſtq; unus de caſibus. d. effectum parietibus, ut ibi dicitur.

Ad oppoſita reſpondetur primum uerum fore quia ſententia non precceſſerat (ut tex. dicit ibidẽ ignominiæ maculam irrogans. Verius item & ſecundum quia id pariter ſine cauſæ congnitione ſibi dictũ fuerat, uſque adeo ut nõ conueniat ex eo infamia notari.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod præco de more præibat condemnatos, dicendo eos Sycophantas & calumniatores, nec ab re hic rurſum dictũ eſt. cui per præconem ita &c. Sic plaut. in Amphit.

Nimis hic ſcitus eſt Sycophanta, quanquam ſit meus pater. Clamitent me Sycophantam, hæreditatem perſequi mendicum. Archid. in c. multi. iij. q. vij. Et ſimile eſt in l. ſi duo patroni in §. fi. ff. de iureiurã. ibi, προπετῶς μὴ ὄμνυε. Temere ne iura. Imò quod intereſt ſic reip. infames manifeſtari, inquit Bart. in l. eum qui nocentem in prin. ff. de iniur. Sicq; ue mos erat Iudæorum criminã damnatorumq; ue cauſas ſupra eorum caput inſcribere. Immeriti amplius propriis uocari nominibus, iuxta illud euange. ecce mulier in ciuitate peccatrix. Sycophantam etiam Thraſimachũ Carthaginenſem dixit Plato. Et in iudiciis Sycophantię cauſa uerſari, à Philaſtrato uerò inter Sophiſtas ponitur.

Et homines nequã Sycophantasq; rurſũ Rhetores in Plutone Ariſtophanes, appellauit.

Et quod nõĩa inoſus deſinẽtia, uitiũ habent ut etiam dicit Bal. in terminis de famoſo ut hic idẽ pleno infamia in l. ij. in §. fin. ff. de his qui notan. infa. & in Marga. uerba. num. 1. hinc nigidius (uetusq; prouerbium eſt) religentem eſſe oportet, religioſum nefas, quia religioſus idem quod ſuperſtitioſus ſonat. pecunia ærosa rurſum, ære contaminata. l. creditor. ff. de ſol. Religioſi dies, triſtes & infames, qui etiam nefaſti uocantur. & id genus plura ſunt de quibus ẽt in §. ſuſpectus inſti. de ſuſp. tut. dixique ego alibi ſatis.

Et quod ſi ludorum præco olim laudes uictoris, canere ſibique etiam honoris coronam imponere ſolebat iuxta illud.

Victorem magna præconis uoce, Cloanthum.
Declarat, uiridiq; aduelat tempora lauro.

Longe magis (cum actus iudiciarius iſte ſit) debuit ſic de more à pręcone iudiciorum delinquẽtis uicia propalam dici ac uulgari.

Et quod damnatus ex inquiſitione de furto nõ infamatur, niſi genus pœnę ſubſequutũ infamet. l. ictus fuſtium pręalleg. ff. de his qui not. infa. declarat Bal. ad propoſitũ in l. ẽt in prin. C. de furt. & in c. conſideramus nu. 2. de elec.

Et quod denique infamia de qua hic interior eſt, ex quo prouenit à legis diſpoſitione. a diffamatione uulgi ut per Bal. in c. teſtimonium. nu. 7. de teſtib. & in præallegat. cap. j. an remoue. deb. teſt. in uſib. Finis.

ADDITIO.

Dum præconis mentionẽ facit, quod proprie ipſius uox horrida eſſe dicetur cuius mentio fit, in l. dies feſtos. C. de fer. ibi ſileat horrida præconis uox. ſic Turino pedibus appenſo fumoq; necato ipſius præconis uox rurſum horrida, olim audita eſt, fumum uendidit (hiſtoria nota) fumo necatus eſt. nec à fure præconis uoce ſalutari adhuc poterat Alexander Seuerus chriſtiana Mammea genitus. cauſamq; dicturo pro foribus Areapagitarum ſtans dicere ſolebat. *Proœmio epilogone non utare.*

Imppp. Carus Carin. & Numerian. AAA. Ariſtocrati.

INTERLOCVTIO PRAEſidis, quæ dicta eſt, infamem eum, de quo quæris, feciſſe non uidetur, cum non ſpecialiter

ob

ob iniuriam vel admiſſam vim damnatus ſit, ſed ita præſidis verbis grauatus & admonitus, ut ad melioris vitæ frugẽ ſe reformet. PP. x vij. kal. Feb. Carino ii. & Numeriano AA. Coſſ.

Dubitandi ratlonẽ faciebat, quod generalibus uerbis infametur quis, ex quo ſic etiam per increpationem patris filio factam id euenit. l. ea quæ. ſupra eod. ergo & multo magis aduocatus in caſu pręſenti uel qui uis alius. Et quia etiam diffinitiuã ſententia & interlocutoria æquiparantur iuxta not. in l. prolatam. C. de ſen. uerum diffinitiua infamat. l. fuſtibus. ſupra eo. ergo & interlocutoria. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & maximè quia ſemper eſt pro iudice præſumendum. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. c. in præſentia. de renun. l. uir bonus. ff. iudi. ſolui.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia (ut text. met inquit) non ſpecialiter ob iniuriam uel admiſſam uim condemnatus eſt, ſed uerbis præſidis admonitus potius, ut ad meliorem uitæ frugem ſe reformaret.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere nõ primum, quia uerum id eſt de facto, ſed non de iure, quod etiam hic non negatur. Non ſecundũ, quia ęquiparantur in caſibus à iure expreſsis. & quando cauſæ cognitio fuiſſet adhibita. l. uerbum. ſupra eo. ſecutaq; inde etiam cõdemnatione, quod non eſt hic, & not. Bald. in l. etiam. in prin. C. de fur. igitur non notabitur infamia. Non denĩq; & tertium, ex quo uerum eſt id quoq; quando iudicialiter procedit non interloquẽdo & ad effectũ de quo ſupra. & not. in c. quoniã contra. de prob.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod uerbum præſes de quo hic ſiue nomen eſt generale. l. j. ff. de offi. præſi. ut uerbum prætor. l. ubicumq;. ff. de reg. iur.

Et quod interlocutio ſiue interlocutoria ſentẽtia dicitur quæ fertur inter principium & finem cauſæ ut per glo. in cle. j. de ſeq. po. & fructu. Bal. in l. qui reſtituere. lectu. j. ad fi. ff. de rei uend. pulchrè Abb. in rub. de re iu. col. fi. Anch. cõſ. cccxlij. col. j. Areti. conſ. xx. in prin. latè conſ. cv. col. ij.

Et quod uerba generalia diſpoſitionem non inducunt, neq; operantur id quod operarentur aliàs ſi ſpecialiter prolata fuiſſent, argumen. in l. ex hac ſcriptura cum not. ibidem. ff. de dona. & in l. obligationum ſubſtantia. ff. de actio. & obli.

Et quod ẽt conſenſus ac uoluntas ſunt radices humanorum actuum, (ſubſtãtiamq; uocamus, d. l. obligationum ſubſtantia, ex quo aliàs nulla eſt ſine his ſubſiſtentia inquit Bal. conſ. cccxxvj. col. ij. uol. j. & facit etiam quod dicitur in c. cum ſuper. de offi. dele. & ferè idem eſt quod ſupra.

Et quod denĩq;, ſententia ex mente actorum, ita ſuum robur habere debet, ſicuti habent contractus ex mente contrahentium ut dicit Cy. in l. j. col. ij. C. de erro. calcu. dicta ergo hic correctionis gratia, ſeu admonitionis, ut quis ad melioris uitæ frugem ſe reformaret, non infamant ex quo non ſpecialiter ob iniuriã uel admiſſam uim damnatus eſt ut text. met dicit. Finis

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. fortunato.

IMPROBVM FOENVS exercentibus, & vſuras vſurarum illicite exigentibus, infamiæ macula irroganda eſt. S. xvii. kal. Mart. ipſis AA. & Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod fœnerator in caſu præſenti, haud notetur infamia, quia damnatus, reddere tenetur uſuras extortas & uſuras uſurarum condictione indebiti, uel condictione ex hac lege tantum, in condictionibus autem ignominia ceſſat. l. ceſſat ff. de act. & obl. l. ſi non ſortem. in prin. ff. de condic. indeb. ergo. Et idem pari modo ſi ageretur contra eum ſtellionatus crimine, quandoquidem illius loco omnino condictio indebiti detur, quæ adhuc non infamat. l. infamem. ff. de publi. iud Et quia ſi uſuræ permiſſæ ſunt iure ciuili. l. eos. C. de uſur. declarat Bar. in l. cunctos populos. in v. oppoſi. C. de ſumma Trinita. & fid. catholi. non utiq; uſuræ uſurarum (utpote acceſſoriæ) uidebuntur prohibitæ. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium. eo. titu. in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, negociationis improbitas omnis enim uſura appellatur dolus & crimen loquendò tamẽ de iure canonico, uel etiam ciuili ſi legitimum excedat modum. c. quia in omnibus. c. ſuper eo. de uſu. Bal. cõſ. cxxxv. col. j. uol. j. imò quod æquiparatur furto & fœnerator furi, ut per Inno. in c. ad noſtram. de iureiu. idem Bal. conſ. clxxxiij. ad finem eodem libro, pro abſoluto habentes aliàs, quod dicitur perſona uilis. c. inter dilectos. & ibi Abb. de exceſsib. prælato. Alexan. conſ. xciij. nu. 10. uol. vj. imò inquit alibi, quod Deum contẽnit audacius. naturam expreſsius; ſcripturas deterius, & iura ac leges efficacius cõſil. xlv. col. ij. uol. iiij.

Ad oppoſita rñdetur nihil facere, non primũ, quia uerũ eſt ſi ſnĩa ſuperinde ferat, quę nó infamat, qñ factũ eſt hmõdi, ut non poſsit ex eo oriri actio famoſa, uerũ ipſo iure hic intelligit, igr nõ obſtabit, & eſt caſus ẽt nõ enumeratus in l. j. ff. de his qui no. infa. Nõ ſcdm, quia codẽ modo rñderi põt, uel & aliter dici ꝙ non teneatur crie ſtellionatus, ex quo agitur ex cõſenſu & ex promiſsione partis. Et quia uolẽti nõ fit dolus. l. j. §. uſq; adeò. ff. de iniur. & d. crimẽ ſtellionatus ceſſat. & q̃ ceſſat actio de dolo, ubi põt agi ex contractu in quo dolus interuenit. l. eleganter. in priu. ff. de dolo. Bald. conſ. ccxl. uol. ij. Et ſic male locutus uidebatur Curti. qui idem tenuit quod ſupra conſ. xix. &

conſ.clix.uol.iij. Non ob.ulti.deniq; quia imò prohibitę ſunt,loquendo ēt de iure ciuili,ex quo permittuntur limitatè, & ſic non idē in acceſſorio quod in principali ut no.in d.l.eos.C.de uſu. & in d.l.cum principalis.ff.de reg.iur.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè,quod cum improbitas furi æquè conueniat ut not.in l.ſi te.ſupra eo.& ibi dixi, fœneratorq; furi æquiparetur in præſenti caſu inquit Bal.cōſ. præalleg clxxxiij.ad fi.uol.j.non ab re improbus etiam appellatur,ſeu improbum fœnus hic, inq; primis uerbis dicitur,utpote non probatum à lege,nec bonis moribus conueniens, coniunctum enim nomen rei eſſe oportet, & rebus de quibus loquimur cognatos ſermones,inquit tex.in §.eſt & aliud.inſti.de dona.& in l.fi.C.de legi. & Bal. in conſ.ſciſma.quod eſt poſitum in titu.C.ſi quis aliq.teſta.prohib.col.vij.& optimè ad idem facit tex.in c.quanuis.de pac.in vj.ibi improbet lex.& in l.ſi deportationis ibi improbè conatur. C. de ſen.pa.& melior in l.ſi tibi ſeruitutis.iuncta glo. C.de lib.cau.& in l.ſi is cōtra quē.C.de ædif.pri. nec alienum id unum Poe.

Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis?

Et quod iuramentum non defertur in cā uſuraria,ex quo delictum intentatur, & quia uſurarius poſtquam detectus eſt,efficitur infamis, ita Bal. & ſignater per iſtum text. in l. in bonæfidei .col. ij. C. de reb.cred.

Et quod decretalis quāquā de uſu.in vj. debet intelligi de fœneratore de quo conſtet, quod ſit talis,& à uulgo notatus de uſuraria prauitate amplius,ut idē Bal.pulchrè declarat conſ. cccclxvij. col. ij. uol. v.

Et quod non modo uſura pagina utriuſq; teſtamenti reprobata eſt,& de iure Canonico,uerū ēt de iure ciuili,ſi legitimum excedat modum, ꝙ ēt no.in l.eos.C.de uſu.& in l.ſi nō ſortē. in prin. ff.de condi.ind.Corn.conſ.xix.in prin.uol. iij.

Et quod deniq; uectigal eſt ex omni prædio, ſęnus uerò ex ipſo ſolo, & naturalis fructus ſęnū herba ſicca, (ut ridiculè dicit Accur.) poſtea ad uſuram uerbū tranſlatum eſt, quaſi pecunia per ſe fructum producat ſicut terra,ita ualla elegantia.iiij,c.ccxlj. Finis,

Impp. Diocletian. & Maximian, AA. Statio.

SI FRATRES TVI MINOres dumtaxat ætate in ludicræ artis oſtenſione,ſpectaculum ſui populo præbuerunt: inuiolatam exiſtimationem obtinent. D. v. kal.Septemb.ipſis.AA.& Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod minores notentur infamia,quia in delictis ex animo prouenientibus non eſt eis ſubueniendum. l.j. infra ſi aduer.del.l.auxilium.§.in delictis.ff. de minor.& in terminis quod exercentes ludicram artem notētur infamia uidetur caſus in l.j.ff.de his qui not.infa.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia æquè conuenit,cum lubrico ætatis labantur,ut uenia omnimodo ſint digni.l.j.ff. de mino.d.§.in delictis & facit illud etiam Pſal. Dn̄e ne memineris delicta iuuētutis meę. xxiiij,

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare non primum,quia id uerum eſt in delictis ex quibus, damnum & læſio alteri infertur, eoq; caſu quo, in factum iam damnatum incidebat. Et ſicuti hoc caſu ſpeciale eſt,ita eſt etiam pari ratione in caſu.l.fin.eo.ti. ſi negligentia non petatur tutor, ſeu mortis defuncti uindicta non fiat,l.j.C.in quibus cau.in integ.reſtitutio non eſt ne. Non ſecundum,quia ille tex.uidetur probare contrariū, ut dixi ſupra & in illis uerbis maximè, niſi quatenus miſeratio ętatis &c. ſed nihil eſt ex quo id uerum eſt mitigatione pœnæ, non quod ei omnino & in totum ſubueniatur,ideò dic aliter id in delictis grauibus procedere, non in leuibus ut hic, agere enim Hiſtrionē in ſcœna leue eſt & peccatum uenia dignum,ſi à minore commiſſum ſit. argumentum in l.quanuis. ff. de condi, & demon. & in l.ſcio.ff. de reſti. in integ. Non deniq; & ultimum,quia uerum eſt in maioribus,non in minoribus,alias nulla eſt inter eos differētia,& malè quandoquidem ætatis etiam habenda eſt ratio argumentum in d. l. j. ff. de mino. & in l.j. C,de falſ. monet.

Præſtaiq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod prohibitio teſtatoris ualeat ne diuiſio fiat intra certum tempus, ne minores ſua facilitate labantur.l.in hoc iudicium.§, ſi cōueniat.ff.communi diuidun.l.ij.C.de uſuca. pro empto.Bal.conſ.lxxij,col.ij.uol.ij.

Et quod dictum illud Philoſophi uerificatur, iuuenibus omnia fore nimis, quippè quod ante maturam ætatem, omnia pariter, eiſdem ſunt facilima,ut etiam refert Bal.conſ.ccclxiij.ad finem uolumine tertio.

Et quod non ab re Q. lectorius legē tulit, quā lectoriam ab auctore non ſecus ac Falcidia, Trebellianica, Aquilia & ſimiles) ſic uocabant, qua pœnam prætoribus promittebat, ſi adoleſcentes decipi permiſiſſent.

Et quod ætatis ratione lex conſilio eorum,qua ſi parum firmo,ſemper reſiſtit ut in not. caſu inquit aureus tex.in l.ſi minor.ff.de ſeruis expor.

Et quod denique ſi excuſantur, imò reſtituuntur lapſi aduerſus dolum in omittendo, & p̄ſumptum.l.minor.xxv.ann.omiſſam.ff.de mino.argumentum in l.j.ad fi.ff.de edē,Bal.in l.inter minores.lectu.iij.col.ij.ff.de reſti.in integ. longe magis excuſari debent, ſi ſpectaculum ſui populo præbuerint,ea de re(dicit adhuc tex.hic)eos inuiolatam exiſtimationem obtinere. Finis.

De pro-

De procuratoribus.

Imp. Antoninus. A. Pancratiæ.

ACTIONEM EI, QVI ABſentis nomine agere vult, ſi non eum defendat, denegari oportere: iam edicto perpetuo expreſſum eſt. iiij. kal. Mar. Duobus & aſpris Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod in mãdato ad agendum non ueniat defenſio ſi dictũ non ſit, quia ſtricti iuris eſt. l. diligentet. ff. maud. c. cũ dilecta. de reſcrip. & ideò ſi agens reconueniatur, procurator ipſum defendere non tenebitur, ex quo cauſa eſt à principali omnino diuerſa, ut inquit Spec. in §. j. nu. 29. de procura. Et ſignanter probari uidetur in l. ſeruum quoque. in §. fi. ff. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia qui regulariter mãdat unum, ui detur ẽt mandare aliud ſine quo illud expleri nõ poſſit. l. ad rem mobilẽ. l. ad legatum. ff. eo. & quia (ut inquit Bal. in d. §. fi. per illum tex.) in iudiciis debet tum paritas tum æqualitas ſiue equitas ſeruari. c. in iudiciis. c. nõ licet actori. de reg. iur. in vj. & nẽ reus ẽt per diuerſa iudicia litigare cogatur. c. diſpẽdia. §. reus. de reſcr. in vj. l. cũ Papinianus. C. de ſen. & fuſius ut hic per Docto.

Ad oppoſita reſpõdetur, leuia eſſe & nõ obſtare, nõ primũ, quia uerũ eſt, ſed non ut non poſſit nec teneatur procurator hoc caſu mandati fines egredi, qm̃ qualitas diuerſa eſt, nec fit dominũ cõditio deterior ſed melior. l. fi. §. fi. ff. mãd. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. & ibi Ale. in prin. ff. de acqui. hæ. uel & melius quod fines mandati. cuſtodiuntur licet ad connexa extendatur ut hic, arg. in l. quæ religioſis. ff. de rei uen. & in c. tranſlato. de conſtitu. Iaſ. in l. j. col. j. C. de tranſa. Non ob. ſecundum, quia tex. ibi loquitur de procuratore in rem ſuam, facto ex cauſa non lucratiua qui ad hoc non tenetur, nos autem in ſimplici, & ut ibi latius atq; hic etiam per Saly. ad fi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod ſi nomine abſentis quis agere tenetur multo magis ipſum defendere debet, ex quo defenſio longe fauorabilior eſt, arg. in c. cum inter de excep. Abb. in c. poſt electionem, col. ij. de conceſ. ptæb.

Et quod quanquã mandatum ſtrictè interpretetur (ut ſupra dicebã) ad cõnexa tamen extendi debet, & nouiſsimè facit quaſi in terminis, quia procurator conſtitutus pariter ad defendendum admittitur nihilominus ad excuſationes allegandas. c. meminimus. de accuſa. & ibi Feli. col. pen. de accu. c. expoſuit. de dila. Inno. in c. cum contingat. de teſtib.

Et quod deneganda eſt actio illi qui non uult facere id ad quod tenetur & obligatus eſt, quandoquidem tunc dolo carere nõ uideatur, doluſque nemini patrocinari debet. l. dolus. ff. manda. l. ne ex dolo. ff. de dolo. c. ſedes Apoſto. de reſcri.

Et quod digreſsio à tenore, ſeu a uerbis mandati, non uiciat, dummodo effectualiter ſeruetur inteutio mandantis. d. l. fin. ff. manda. nouiſsimè Bal. in d. l. ſi quis mihi bona. in §. ſed quid ſi. ff. de acquiren. hæredi.

Et quod deniq; non ſolũ forma ſed ẽt utilitas mandati attendi debet. l. ſi hominem. ff. mãd. Bal. in rub. extra de procu. in prin. Et qui pinguius mandatum ſeruat formam adimplet inquit Iaſo. in l. puberem. col. ij. C. de iure delib. & cui ultimo etiam mandatum eſt, experiri per modum magis periculoſum, eidem mandatum uidetur abſque dubio etiam experiri per modum qui minus periculoſus ſit, d. l. ſi quis mihi bona. §. pater. Alex. in l. non ſolum. col. ij. ff. ſol. mat. imò qđ in genere quoq; mandans cogitaſſe uidetur, ex quo tibi & non parum quidem proficit. l. iij. C. de lib. præte. l. cum de indebito. ff. de proba. uulga. l. quod iure militari. ff. de mili. teſta. Finis.

Imp. Alexander. A. Martiano.

REVM CRIMINIS CONſtitutum defenſionem cauſæ ſuſcipere non poſſe, antequam purget innocentiam ſuam, incognitum non eſt. vj. Kalen. Mar. Maximo ij. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rõnem faciebat, quod accuſatus de crimine pro alio procurator eſſe poſſit, quia uile officiũ eſt, & infamis etiam admittitur ad huiuſmodi onus. l. j. §. hoc edicto. ff. de poſtul. §. fin. & utrobiq; not. inſti. de excep. l. ſi quis procurationem. C. de decu. lib. x. & uidetur caſus ad literam in l. ita demum. infra eo. & quia ſi nõ repellitur à contractu, non etiam à procuratione repelletur, quando quidẽ ualeat argu. de contractibus ad iudicia. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Bar. in l. j. nu. 18. C. de lit. conteſta. Cy. in l. j. C. cõmoda. Alias tolleretẽ alteri defenſio ſi ab accuſato defendi non poſſet & malè. l. ut uim. ff. de iuſt. & iu.

Contrarium tamen hic deciditur & rõ deciſionis eſt, quia cũ debeat ſe defendere prius, uacare utiq; nõ poſſet defenſioni alterius. l. fi. ff. eo. l. nemo. ⁊. de aſſeſſ. ibi ne cũ in utrũq; ſe ſtinet neutrũ bene peragat, & facit ut ibi not. uulgatum illud. Qui binos lepores una ſectabit hora, uno quũq; qñq; carebit utroq; & habetur ẽt in l. j. C. de reis poſtu. lib. x. Vel quia lata ſnia condẽnatoria, non poſſet in procurationis officio perſiſtere. l. is qui reus. ff. de pub. iud. Imò neq; accuſatione pendente, quia certum eſt eui obſtat ſnia quod eidẽ obſtat pariter litis pẽdẽtia. l. Iulia. uerũ debitorẽ. ff. de cond. ind. prima tamen melior eſt & cõior.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum

mum, quia infamiæ prætextu non repellitur, uerũ quia crimiuis reus eſt, alieniſq; negotiis ſupereſſe nõ poſſet cũ in ſuis ſollicitus eſſe debeat, & latius ut ſupra ẽt dictũ eſt. & tex. met ſenſit ibi, ſuſcipere nõ poſſe, antequã purget innocentiã ſuã, argu. in l. præſes. C. de ſerui. qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit ne quidquã ſapit. inquit in fami lia. Cice. Trebatio ſcribẽs. vij. Non ob. ſecundum quia & id quoq; uerum eſt ſi non opponatur ut hic per glo. & eſt argumentum in l, filiusfamilias in §. ueterani. ff. de procu. plenè Guid. Papę deciſ. ccxxj. col. ij. Non deniq; & ultimum, quia falſum eſt, ex quo ſic arguitur de minori ad maius affirmatiuè (contractus nanq; reſpicit utilitatẽ priuatã procuratio autem publicam in caſu præſenti) & ad propoſitum malè. l. relegatorũ. §. poteſt. ff. de inter & rele. Nec eſt uerũ quod tollatur defenſio, quia id uerum eſt, in defenſione corporali nõ rerum ut hic & maximè quia alium habere poterit ſiue ſibi conſtituere procuratorem.

Præſtatq; nobis argu. hæc lex ad multa & maximè quod qui negligens ab officio abiit nõ debet in eodem reponi, ita per iſtum tex. Veronen. caute. ccvij. ad fin.

Et quod quanquam notarius pẽdẽte accuſatione, poſsit conficere inſtrumenta de quibus rogatus eſt, argumentum in l. quod ſi fortè. in § j. & in l. reo. ff. de ſol. nouum officium tamen aſſumere non poteſt, inquit Bal. per iſtum text. pariter in c, fin, de teſtib.

Et quod non debet quis ſentire commodum ex ſua malitia propria. l. itaque fullo. ff. de fur. l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. uſq; adeò ut ab accuſato poſsint mutuo data peti licet ipſe pendente accuſatione pro alio petere non poſsit, ut hic per Bar. Dec. ſen. in l. edita. col. viij. C. de eden.

Et quod de inhabilitate perſonæ potiſsimum aduerſarius excipere debet, non qui procuratorẽ conſtituit, ex quo perſonam eius approbauit. l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. d. l. ita demum. infra eo, Pau. Caſt. conſ. xxxij. col. ij. uol. ij.

Et quod denique non ſemper uerum eſt id uulgatum, quando dictio negatiua præpoſita eſt uerbo poteſt, quod priuat potentiam, quodq; inducit neceſsitatem præciſam, de quo in l. j. ff. de uer. obli. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & in c. j. ubi glo. celebris, de reg. iur. in vj. cum aliquo caſu pẽdẽte accuſatione procurator eſſe poſsit, ut ſupra, alibiq; plures dedimus inſtantias quas hic breuitatis inſtitutæ ratione non ſcribimus. Finis.

ADDITIO.

Pro dubitandi ratione adduci etiam poterat regulariter admitti, quoniam procuratoris officium publicum eſt & fauorabile. l. j. §. uſus. ff. eo. de procu ra. Sed nihil facit quoniam id uerum eſt niſi prius ipſe, innocentiam ſuam expurgare debuiſſet ut hic dicitur in tex.

Imp. Alexander. A. Manſueto.

QVOD QVIS SIBI DEBItum exigere tibi mandauit, ante litis conteſtationem tu alii petendum mandare non potes. viii. Kalend. Septembr. Maximo ii. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod poſsit aliũ ſubſtituere, tex. in l. ſi procuratorem. in §. j. ff. mãda. ubi ad literam dici uidetur, quod imò poſsit quandocunq;. & cum in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. Et clarius in l. illam. infra de dona. & quia ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. §. fuerat, inſt. de ac. Io. And. in c. j. col. iij. de iur. pat. in vj. imò qđ qui per alium facit, uere per alium facere uidetur. c. qui per alium, de reg. iur. in vj l. ita autem. §. geſſiſſe. ff. de admi. tuto. l, certe. ff. de præca. Et ad idẽ ſimiliter adducitur tex. in §. ſi quando. in auth. de ſanc. epi. ubi ad literam dici pariter uidetur, quod etiam ante lit, conteſtatam procuratoris ſubſtitutio fieri poterit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia regulariter procurator à domino conſtitui debet. d. l. j. ff. eo. Subſtitutio autẽ à procuratore, poſt litem conteſtatam, ex quo dominus litis tunc effectus eſt. l. neq;. l. nulla. l. procuratoribus. infra eo. ergo non ante.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerũ eſt (ut dicunt oẽs) in procuratore ad negocia imò tex, met ibidem, nos aũt in procuratore iudiciorum loquimur, ergo. Et nimirum adhuc quia primo caſu, non agitur de tã magno ac graui præiudicio, ut in iudiciis. c. ſi. de procu. in vj. Gemi. in c. j. eo ti. & lib. Non ſecundum, quia ille tex. ſimiliter intelligitur, quando quis eſt procurator in rem ſuam, non in procuratore ſimplici ut hic, eſtq; argumentum in l. actionem. ſupra eo. & in l. ſeruum quoque. in §, fi. ff. eo. Minus facit rurſum regu. d. §. qui iniuriarum. & ſimiliũ, quia uera ſunt & procedunt pariter facta litis cõte. non ante ratione ſupra dicta, & ut per Bart. in l. neq; in prin. infra eo. Non ultimum deniq; ex quo procedit in prælato eccleſiæ ſpecialeq; eſt, quandoquidem ſit quaſi dominus ut ibi & not. etiam idem Bar. in loco præallegato.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, aliqua poſt litem conteſta. licere, quæ tamẽ ante nõ permittunt à lege, ex quo tunc res deſiit eſſe integra, l. ante litẽ conteſtatam. ff. eo. arg. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe.

Et quod quãquam procurator ante litem conteſt. adhuc loco domini habeat, dominũq; repreſentet, quantũ ad ſtipulationem iud. ſolui, nõ tñ eſt dominus litis, alias ſubſtituere poſſet, cuius

contrarium

contrarium dicitur hic.l.Titius.ff.de procu.l.ab executore.§.fina.ff.de appell.Bal.in c.j.nu.15.ut lite non conteſta.

Et quod in aduocato eſt ſecus,ex quo nunquã fit dominus litis ut not.in l.j.ff.de poſtul.nec habet ius procedendi in cauſa ſeu patrocinandi.nimirum igitur hic ſi tex in procuratore loquitur, & fuſius tradit Bal.in c.cum cauſam,nu.1.de ap.

Et quod ratione ſupra dicta idem facere poterit ſubſtitutus procuratoris,quod ꝓcurator.d.l.ab executore.idem Bal.in præall.c.cũ cãm, ad fi.

Et quod deniq; idem erit in ſubdelegato principis qđ poſsit ſcilicet ſubdelegare, quaſi dñs iuriſdictionis factus,ut procurator dñs litis.tamen Bal.adhuc in loco præallc.dubitat,nec ab re.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi. ideò cogita.

Imp.Gordianus A.Sabiniano.

NON EO MINVS SENTENtia aduerſus te lata iuris ratione ſubſiſtit, quod aduerſaria tua minor vigintiquinque annis conſtituta, cauſam ſuam marito ſine curatore agendam mandauit. minoribus etenim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit.iij.Non.Octobr.Gordiano A ij.& Pompeiano.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, ſententiam nõ ualere,quia regulariter minor abſq; curatore procuratorem conſtituere non põt.l. neq; ſupra eo.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uer.obl.Et quia ſñia adhuc lata contra minorem indefenſum nõ ualet l.acta.§.minorem.ff.de re iud.ergo nec in ipſius fauorem ualere debet,ut ęqualitas in iudiciis ſeruetur.l.fi.C.de fructib.& lit.expẽ.arg.in l.petendæ.C.de tempo. in int.reſti.pet.& ne iudicium claudicet.l.ſi cum dies.§.pe.ff.de arb.

Contrarium tamen hic deciditur,& rõ deciſionis eſt(ut tex. met dicit) quia minoribus in dãnis ſubueniendum eſt,ratione ætatis.l.j.ff.de mino.quæ ſibi in lucris & proſpere geſtis obeſſe non debet.pro quã Albe. hic duo ſimilia pulcherrima inducit tranſactionis alimentorum, & alienationis bonorum immobilium ut per eum.Ro.multa conſ.cccxvj.col.j. & quia minor etiam quo ad fauorabiliter geſta & quo ad acquiſitionẽ pro maiore habetur.l.neq; infra de cont.& commi.ſtip.

Ad oppoſita reſpõdetur parum facere tolliq; poſſent oĩa ſolo hoc uerbo, regularia fore,hic uerò ſpeciale rõnibus ſupra dictis. uel & ſigillatim ad primũ dicamus,ꝙ imò ualeat ne ipſius minoris fauore inductũ ad eius læſionẽ retorqueatur, ꝙ utiq; foret,ſi ſententia nõ ualeret & male.l.qđ fauore.C.de legi.c.quod ob grãm.de reg. iur. in vj.Ro.in loco ſupra alleg.& cõſ.ccccliij.in prin.

Ex quo tollitur et ſecundum quod nec æqualitas ſeruetur hoc caſu,iudiciumq; claudicet, quãdoquidem ætatis(ut diximus)priuilegium ſit,& rationabile quidẽ,indultum minoribus à lege,pulchre Corn.conſi.clxiiii.nu.2.volu.iiii.& fuſius tradunt Paul.Caſt.Iaſ.& alij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentũ ad multa & maxime,quod in ſimili ſi mulier, cum aliquo contraxerit ante matrimonium,vel poſt,iſq; cõtractus ſibi fuerit vtilis, valebit, nec poterit poſtea ab eo recedere vel iuri ſibi quæſito renunciare,ſine licentia mariti, ita Pala.ruuios in rub. de dona.int.vir.& vxo.in vi.effectu traductionis nu.11.argumento ſumpto ex hac lege.

Et quod quanquam prodigo interdicta ſit adminiſtratio,nõ iõ minus prohibita eſt ſibi acquiſitio ut ex multis oñditur à Doct.maximè Mod. in l.is cui.ff.de uer.ob.Aliàs(ut diximus in figuratione caſus) quod in ipſius fauorẽ inductũ eſt, ad eius læſionem retorqueretur,& malè.

Et quod collector Papæ,quãuis nõ habeat ſpeciale mandatum uel cum libera,poterit nihilominus cõpoſitionẽ facere,ratione ſupra dicta, quia ſcilicet utile erit cameræ Apoſtolicæ.l. cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſa.& ut hic, declarat Bellen. & ita decidit in tracta. de charitati. ſubſid.q.xlviij.ad fi.

Et quod ſi minor haud eſt defenſus nec in proceſſu nec in ſententia, ipſa protinus & ipſo quidem iure erit nulla aliàs naleret.l.acta.ff.de re iudi.l.inter minores.& ibi Bal.hæc not.col.j. lect.j.ff.de reſt.in int.plene Gui.Pap.deci.cccxciiij. Et nulla dixi ipſo iure,quoniam lata alias pro minore ab eo debet ratificari,ut per Bar. hic,aduertit Nicel.in concordan.eiuſdem Bar.clxxxviij.

Et quod deniq; laici in cauſa criminali ſic poſſunt pro clericis teſtificari, contra uerò non, ut declarat Abb.pulchrè in c.cum P.manconella.ad fi.de accuſa. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC.Cornificio.

LITEM TE REDEMISSE contra bonos mores, precibus manifeſte profeſſus es; cum procurationem quidem ſuſcipepere(quod officium gratuitum eſſe debet) non ſit res illicita. huiuſmodi autem officia non ſine reprehenſione iuſcipiuntur. S.iii. Non. April. Bizantii. CC. Coſſ.

Dubitandi rõnẽ faciebat pactũ ualere,ſeruandumq; fore, quia uidemus omnino ſibi ſemper aliquid dari .uſq; adeò ut mandatum gratuitum non ſit.l.ſi remunerandi.in prin. l. ſalarium. ff. manda. nec pactum de quota litis efficiat ob id

 ut paci-

ur paciſcens ab agendo repellatur, l.j.§.& ſi nomine ff.de uar.& extraor.cogn. Maximè quia officiũ uile eſt, idq; ẽt exerceat infamis permiſsione legis ut no.in rub.ſupra eo.& in §.fi.inſti. de exce. Scyſel.multa in rub.de iuſt. & iu.col.j.& quia (ait prætor ẽt) pacta ſeruabo.l.iuriſgentiũ. §. prætor ait.ff.de pac. diciq; rurſum ſolet quod cõtractus ex cõuentione partium legẽ accipiunt.l.j.§.ſi cõueniat.ff.depo. l. legem. C. de pactis. l. contractus.ff.de regulis iuris. & quod in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata, C.manda. tritumque prouerbium. *Figulus Ollis anſas ponit*. Et uidetur deniq; glo.quod pactum ualeat in l.ſumptus.ff.de pac.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi pactum de quota litis ualeret pręberetur occaſio delinquendi, ex quo per fas & nefas is quæreret uictoriam cõſequi, & ad idem oẽs ingenij neruos tenderet, & male.l.conuenire. ff. de pac.dotal.l.iuriſgentiũ.§.illud.ff.de pac. vnde Aſylum Romuli quod ſontium erat perfugiũ dirui mandauit Auguſtus, quippè quod peccãdi occaſionem præbebat.

Ad oppoſita reſpondetur parũ facere, nõ primum, quia id uerũ eſt ſuſcepto mandato, quãdoquidẽ id quod ſibi datur, remunerationis cã datur.l.ſi contra.infra mand.d.l.ſi remunerandi. & nimirum quia labor premium optat, & dum labor eſt in uanum mortalis creſcit egeſtas.d.l.ſumptus, & ibi Bar.ff.de pac.multa Albe.in l.fi.ſupra de ſtatuis & imagi.eſtq; fraudare labores iniquũ namque premium meretur aduocatus identidem, ut res, Medicus ut corpus, Eccleſia, ſeu Prælatus, ut animam tueatur, iuxta illud Pſal.xviij. De fructu oris replebitur uenter eius. Non ob.igitur ſecundum, quoniam dicta ratione infamis non repellitur, hic ſic ex quo pactio erat illicita & reprobata à lege, quam nec promittens ſeruare tenetur de quo etiã in l.ſi qui.ſupra de poſtul. Et quo ad ſalarium ſciendum eſt quoq;, ſi mandatũ fiat ſimpliciter abſq; ſalario, à domino, quod tunc proprie erit mandatum, gratuitum ſcilicet orieturq; actio mandati.l.j.& ij.ff.de man.ſi cum ſalario uerò iſto caſu erit locatio.l.naturalis.§.at cum do. ff.de præſcrip.uer.in eo qui operas locare conſueuit aliàs contractus innominatus do ut facias, ut ibidem & in §.ſeq. Non ob.tertium, quia nec id eſt negandum, niſi pacta & conuentiones ſint improbata improbatæúe à lege, ut hic & in d.§.prætor ait. Qua reſponſione tollitur quoq; quartum quod adhuc procedit niſi lex reſiſtat.l.dudum.C. de cont.emp.& ut hic, & nor.Corn.conſ. cccxxj. col.iij.uol.iiii.Ange. pulchrè in l. libertas. ff. de ſta. ho. Non ob. ultimum denique ex quo id uerum eſt rurſus ſi pactum factum ſit in caſu uictoriæ, ex quo tunc ceſſat prohibitionis ratio.l. adigere.§.quanuis.ff.de iur.pat.uulga.c.cum ceſſante.de appell.& ut hic per Iaſ.latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod quanquam in procuratore locum habeat, argumentum in l. Imperator. qui uideatur tex.iſte, tum ex uerbis, tum quia eſt ſub titu.de procu. argumentum in l. Imperator. ff.de in di.adie. procedit nihilominus & locũ habet quoque in aduocato.l.ſi qui. ſupra de poſtulan.& in repub.l.ij.C.ne fiſc.uel reſp.ſed non tamen in conſorte.l.fi.ff.manda.Bal. in rub. de offic.iudi. nu. 34.

Et quod uerbum lis, proprie ius deductum in iudicio ſignificare uidetur, ut etiam habetur in l. j.C.de ſenten, & in l.dominus.C.de appell.& differt ab inſtantia.l.properandum. C. de iudi. l. & poſt edictum.§.j.ff.eod. eſt uerum quod quando promiſcuè ponuntur & lis pro inſtantia.l.iii. ff. quæ in frau.credi.l.cum lite mortua. ff. iudi. ſol. ſed propriè differunt ut ſupra & nor. etiam in l. poſtquam liti.ſupra de pac.

Et quod maliciis & fraudibus hominum obuiandum eſt, l. fundo. ff. de rei uendi. imò quod intereſt reip. obuiare fraudibus ut ibidem & in cle.j.de uſu.& in l.ſancimus.C.de dona.

Et quod fieri non debet quid, quòd bonis moribus repugnet, quoniam factum non modo non releuabit facientem, uerum etiam non ualebit, & erit nullum, l.non dubium.C.de legi.l. ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.j.l.conditiones.l.filius. ff. de cond.inſti. Bal. in pacto in l. pactum. q. xix. C. de colla.

Et quod denique nec officia ſuſcipienda ſunt, quæ reprehenſionem habent argumentum in c. cum decorem.de fil.præsby.imò quod ſuſcipientes priuantur, & puniuntur amplius, ut hic & in l. fœminæ.ff.de eden.& in l.neq;.ff.de procu. & in l.ij.ff. ad Velleia.& in l.fœminę.ff.de reg. iur. in Specu.in §.j.nu.1.de procu. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Dioniſiæ.

ALIENAM SVSCIPERE DEfenſionem, uirile eſt officiũ, & extra ſexum muliebrem eſſe conſtat. filio itaque tuo, ſi pupillus eſt, tutorem pete. xii. kalen. Febr. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod mater poſsit filium defendere, ex quo regulare eſt quod quilibet admittatur, ad alium defendendum. l. ſeruum quoque.§.publicè. ff.de.procurato. ergo & longe magis mater hic (ut dixi) filium. l.fin. C.de cura.furio.l.iſti quidem.ff.quod met. cauſ. l. nec in ea. ff. ad legem Iuliam de adulte. Et quia ſi admittitur ad defenſionem patris. l. fœminas. ff. de procura. non eſt ratio cur non admittatur etiam ad defenſionem filij, maximè pupilli, authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et uidetur caſus inductione clariſsimus in l.j.ff.de ap.recip.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de-

ciſionis

ciſionis eſt(ut in tex.)quia alienam ſuſcipere defenſionem uirile officium eſt,ergo mater uti fœmina admitti non debet.l.fin.ff.de tute. l.fœminæ.ff.de reg.iur.l.neque.ff.de procu. Et quia ſexus ratione haud conuenit, quod ſe cœtibus uirorum immiſceat, repugnatque matronalis pudor l.maritus infra eo.l.j.§.ſexum.ff.de poſtul.c. ij.de iudi.in vj.

Ad oppoſita reſpondetur,nihil facere nō primum,quia uerum eſt id,quo ad allegandas abſentiæ cauſas,non quo ad plenam defenſionē de quo etiam in l.pe.in §.ad crimen.ff.de pub.iud. Vel & melius dicamus quod uerba illa reſtringantur ad perſonas habiles ratione prędicta.l.j.C.de ſacroſanc.eccl.l.ut gradatim.§.& ſi lege.ff.de munc.& ho.Non etiam facit ſecundum quia non poterat ei aliter per tutorem conſuli ut hic pupillo igitur nimirum ſi eo caſu admittitur hic uero non, ſed bene ad petēdum,ei tutorem dari ut tex. met ait.

Nec ultimum denique,ex quo ſpeciale ibi ē in cauſa appellationis pariter,quando quidem poſſit perueniri ad diffinitiuam contra filium,quod non eſt in principali.l.apud Iulianum.ff.quib.ex cau.in po.ea.&ut per Bar.hic fuſius quem tamen impugnat Bal.ſed Pau.ipſum tutatur dic ut p eū, & uidetur eſſe de mente text.in d.l.j.ibi ſed & cū mater filij, rem per ſententiam uerſam animaduerteret prouocauerit,pietati operam dando dicendum eſt & hanc audiri debere clarius glo.hic pulchre Pet.duenna.reg.cccxj.fal.xiij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè ad uulgatum illud,quod nemo debet ſe immiſcere rei & officio ad ſe non pertinēti.e.non eſt ſine culpa de regu.iu.in vj.l.culpa.ff. eo.Aucha.conſ.clvij.col.ij.uanque uirile officiū eſt procuratoris,haud conueniēs ſexui muliebri, igitur non mirum eſt ſi alienam ſuſcipere defenſionem prohibetur.

Et quod ſi alienum non ſuſcipit, pro ſe inque cauſa ſua tamen admitti debet argumentum in l. Pomponius ſcribit in §.j.ad fin.ff.de procu.& in l.ut uim.ff.de iuſti.& iu.& probatur in l. qui abſentem,ad fin.ſupra eo.Spec.in §.j.in prin. eo.ti. plene Duen.in reg.prællleg.fal.viij.

Et quod pupilli fauor quam maximus eſt.l.ex pluribus ad fin.ff.de admi.tut.ſed non omni caſu ei faueri debet,iſto maximè, cum de tutore ſibi poſſit prouideri, ut in ſimili dicit gl.admodum not.in l.fin.C.de ſacroſanc.ec.

Et quod adhuc uerificatur dictum hic de quo in l.tutori.C.de nego.geſt.ibi,ſufficit ſi in paucis amici laboribus cōſulatur. Ex quo ſatis eſt ꝙ pupillus multa alia priuilegia habeat abſque eo qđ mater eius defenſionē ēt ſuſcipiat. Vel quia ſatis eſt qđ pro eo ſāltim poſſit prouocari pietati operam dando.d.l.j.ff.de ap.recip.

Et quod denique uirtus quinta præceteris hic eſſe uidetur legis quandoquidem cōſulant Cæſares Diouyſiæ mulieri,ſi filius ſuus pupillus eſt, ut ei tutorem petat,& eſt ſimile in l.his qui deſtinauit.ff.de rei uend.gloſſ. in l.legis uirtus. ff. de legib.ego late infra in libel. qui pentareton inſcriptus eſt,de.v.uirtute legis. Finis.

Impp.Diocle.& Maximia. AA.& CC.firmo.

SI PRECIVM QVID ACTOribus alienis fundum vel ſeruum citra mādatum tibi diſtrahentibus dediſti, & neque præceſſiſſe,neque ſecuta contractum domini declaretur uoluntas, in rem autē eius id precium proceſsiſſe prouinciæ præſes cauſa cognita perſpexerit, hoc tibi reſtitui iubebit.Prid.Id.Mar.CC.Coſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod hoc caſu licet res domino reſtituatur, ipſe tamen precium non reddat,quia ſi quis rem furtiuam emerit pariter,ea domino uendicanti reſtituere tenebitur, ipſe uerò precium minime.l.in ciuilē. C.de furt. l.mancipium infra de reuen. Et rem furtiuam dixi, quia(ut inquit gl.hic & bene)qui eā emit à nō habente mandatum ſpeciale,uel cum libera, furtum facit.l.ſi liberam infra quod cum eo. Inque pœnam quodammodo emptoris hoc idē eſſe uidetur,rem à non domino emptis,& ab eo qui mādatum ad alienandum non habebat,argumentum in l.fin.ff.de rei uend.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia non æque conuenit quod rē habeat & precium ſimul dominus imò iniquum atque iniuſtum foret, & plus quod locupletaretur cum ipſius emptoris iactura & male. l. nam hoc natura.ff.de cond.ind.c.locupletari de reg.iur.in vj.l iure naturæ.ff. eo. l.ſi quis mancipiis.§.fi.ff. de inſtito.ac.qua ratione uidemus hinc quod remedium.c.reintegranda.iij.q.j.non modo clericis uerum etiam laicis competit ut tradit But. in c.cum ad ſedem de præſcrip.referi & ſequit Bertrand.& atteſtatur ita communiter teneri conſil. ccxcjnu.4.uol.ij.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere nō primum,quia uerum eſt ſi precium in utilitatem domini uerſum non ſit, alias reddi debet ut hic, & ita iura iſta debent conciliari, ne pugnent.ratione ſupra dicta ex quo ſecundum quoque tolletur uerum adhuc,quod eo caſu furtum fiat, ſed falſū quod dominus precium reſtituere non teneatur, cum declaratione tamē ut ſupra & ſic emptor nō punietur cum non deliquerit, uerſa pecunia(ut diximus)ſeu precio,in ipſius domini utilitatem. l.ſancimus.C.de pœn.c.pœnitētia de pœn.di.iij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime, quod ſi creditor uēdiderit pignus ipſum emptor reſtituere tenebit domino hoc eſt debitori uendicanti,ipſi uero dominus precium, ſi in utilitatem eius uerſum ſit & cum uſuris quidem

dem medij temporis.l.fin.§.emptor. C.communia deleg.Bar.in l.ſi debitor.ff.quæ in frau.cred. Corn.conſ.cxlvij.ad fi.uol.ij.

Et quod idem in executoribus teſtamentariis dicendum erit ſi alienauerint bona non ſeruata ſolemnitate debita, quia poterit alienatio reuocari ab hærede, ſi tamen reſtituerit, & ipſe precium uerſum in utilitatem hæreditatis,& ita conſuluiſſe refert Paul.Caſt.hic quem ſequitur Iaſ.& ambo poſt Bar.in l.alio.ff.de ali.& cib. lega. nu. 15.Et nimirum quia ubi plura ſunt eādem rationem habentia unius autem fiat mentio utique fit exemplariter & non reſtrictiue. l. Imperium.ff.de iur.om.iud.Bal.in l.de quibus col. xiiij.ff.de legib.

Et quod ratificatio æquiparatur mandato, nāque iſta uerba tex.neque ſecuta contractum domini declaretur uoluntas non aliud ſonant quanquam à doctor.non dicatur deque hoc aliàs in c. ratihabitionem de regu.iur.in vj.& in l.fin.C.ad Macedo.& in l.ſi quis mihi bona in §. iuſſum.ff. de acquir.hær.Et ad propoſitum plus dicebat Curt. Iun.olim Collega cōſ.lxiij.nu.4.quod eſt mādatum fictum,ſignanter per tex. in d.l.fin.

Et quod ubicunque cauſa huiuſmodi eſt ut in ea ſententia faciat magnum præiudicium,ibi ſēper requiritur plena cauſæ cognitio.l.iudices. C. de iudi.Bart.in l.ſi conſtante. nu. 9.ff.ſol.mat.& in extrauagan.ad reprimen.in uer.abſentia.nimirum igitur ſi hic dicit tex.præſes prouinciæ cauſa cognita perſpexerit.

Et quod denique mandatum non præſumitur niſi probetur.l.j.C.de mand.princip.not.in c.p̄terea de dila.& in c.cum in iure peritus de off.de, Et nimirū.l.in bello.§.factę.ff.de capti.& poſtli, re.l.quæcunq; ad fin.ff.de publicia.not.in l.ſciēdum.ff.de uer.ob. Finis.

Imp.Conſtantinus.A.ad Baſſum.P.V.

PROCVRATORIBVS INſtitutis, &poſt conteſtatam litem dominis effectis,ij,qui mandauerant, nō habeant facultatem negocia perſequendi , niſi capitales, inimicitiæ, uel morbus,uel alia neceſſaria cauſa interceſſerit, tunc enim inuitis his transferri lis poteſt. D. xiij. Kalend.Iul.Conſtantino A.& Licinio Cæſ.ii.vtriſque.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator poſsit remoueri quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C.mand. l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæ.facitque uulgar. illud(ut alibi diximus)Figulus ollis anſas ponit. Et quia non minus uulgatum eſt id, quod nemo ſibi ipſi legem imponere non poteſt à qua recedere non liceat.l.ſi quis in principio teſtamenti. de leg.iii.l.j.C.de nili.ag.nō rump.& ibi Odof. l.fin.C.de legi.l.iudiciū ſoluitur,ff.de iud.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia ſi dominus in ſe litem transferat cenſetur procuratorem reuocare, quod tamen facere nō pōt ſine cā et quidē poſt litē cōteſt. ergo neq; negocium ipſe perſequi,neq; procuratores remouere niſi ex cauſa.l. poſt litē cōteſt.l.mutari l.filiusfamilias.§.*.ff.de procura. Et quia ius ipſi procuratori iam acquiſitum per litis conteſtationem,non debet ſibi & ab eo quidem inuito, poſſe auferri.l.fin.ff.de pac.l.id quod noſtrum. ff.de reg.iur.Nec perſona ipſius ſemel approbata reprobari.l.ſed & reprobari.ff.de excu.tuto.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare non primum quia nihil concludit nec ad propoſitum facit,ex quo id verum eſt,re exiſtente integra,ſed hic factam litis conteſtationem præſupponimus qua procurator fit dominus litis ad quod etiam lex iſta ſolet allegari & habetur etiam in l. ſequ. ergo.eſtque argumentum in l.ſicut.C.de actio.& oblig.& ibi Bald.ad fin. & in l.ii.in §. circa. ff.de excep.do.Non etiam & ad idem ſecundum quia id quoque procedit,in dependentibus à uoluntate unius tantū,& in ultimis uoluntatibus.l. quarta.ff.de adimen.legat. ibi ambulatoria eſt enim uoluntas teſtatoris uſque ad ſupremum uitæ exitum nos autem a duorum, & in iudiciis quidem in quibus quaſi contrahitur. l.iii.§. idem ſcribit. ff.de pecu.Bar.in l.i.nu.18.C.de lit.cont.& contractus duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus.l.i.ff.de pac.ſiue(ut dicitur in l.Labeo in §.contractum.ff.de ver.ſig.)ultro citroq; obligatio quedam.Nec adhuc facit ultimo text. in d. l.iudicium ſoluitur, & in d.l.fin.quia loquuntur in principe,& in magiſtratibus iubentibus iudicare nos autem in domino & procuratore, quorum non eſt par eademque ratio, igitur adduci non meruerunt,nec dubium faciunt in caſu præſenti & utrobique not. fuſius ibidem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod litis conteſtate uis maxima ē uſque adeo ſecuti hic poſt eam fit procurator dominus litis, ita alibi fit actio popularis agentis propria.l.licet & ibi Bar.in prin.ff.de procu.

Et quod pari modo,tunc dicitur & eſt preoccupata iuriſdictio ſemper. l.cum quedam puella & ibi late nos alias.ff.de in.om.iud.

Et quod contumacia procuratoris, nocet domino dicto tempore,quo ad præiudicium totius cauſæ,alias non ante.d.tempus.l.Titius.ff.de procu.Bal.in c.i.nu.15.ut lite non cont.

Et quod dicto tempore etiam ſubſtitutus procuratoris fit dominus, ad effectum ut poſsit ſubſtituere ipſe pariter,ut procurator, ita idem Bal. in c.cum cauſam nu.6.de ap. dictumque eſt in l. ab executore in §.fin.ff.de ap.eſt uerum ſi ſubſtituens moriatur quod cum ſubſtituto agi non poteſt

eſt abſque nouo mandato ut not. Pau. de Eleaza. in cle.fi.de procu.Bellame.deciſio.vj.eo.titul.

Et quod denique procurator efficitur dominus poſt litem conteſtatam inſtantiæ(quod ad declarationem nota)non cauſæ & ideo in cauſa ap. ſi adhuc non ſit facta litis conteſtatio poſſet reuocari,ut idẽ Bellame.dicit deciſio.dxxxj.eo.tit. de procurato. Finis.

ADDITIO.

Quod quanuis lit.conteſtationis mentio facta ſit hic,nihilominus idem erit ſi pro conteſtata habeatur, ut per iſtum tex.& in l.neque ſupra eo.& in l.ſeq.infra eo.inquit Corn.cõſi.cclxiij.colum. j.uolum.j.

Et ſi oriatur dubitatio circa probationem qđ iuramentum deferri poterit procuratori facto domino litis p litis conteſtationem in caſu de quo per eundem Corn.conſ.xxxi.nu.13.uol.ij.

Et quod iura atque actiones ex actibus iudicialibus queruntur procuratori, quanquam utiles tamen ex ipſius perſona tranſeant in dominũ. l.in cauſæ.l.ſi procurator meus.ff.de proc.Corn. adhuc conſ.lxxxvj.col.ii.eo.lib.

Imp.Iulianus.A.Secundo.PP.

NVLLA DVBITATIO EST, poſt cauſam in iudicio agitatam, ut potę dominum litis procuratorem effectum,etiam poſt exceſſum eius qui agendam uel defendendam litem mandauerat, poſſe inchoatã cauſam iurgiumq́; finire, quippe cum & procuratorem poſſe eum inſtituere,veteres iuris uoluerint conditores lect.ij.Non.Feb.Iuliano.A.iiij.& Salluſtio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod inchoatá cauſam iurgiumq́; finiri non poſsit, poſt litẽ conteſtatam, ſi dominus moriatur, quia mandatum morte finitur.l.mandatum infra manda. §.finitur inſti.eo.argumentum in l.ſi per epiſtolam. ff. de acquir.hær. nec conſequenter hac ratione alium procuratorem conſtituere.& eſt argumentum in §.deinceps in auth.de nupt. Et uidetur caſus in cle.fi.de procurato.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia(ut ſæpe dictum fuit ſupra) procurator poſt litem conteſtatam efficitur dominus litis nec expreſſe reuocari poteſt, ut l.proxi. ſupra ergo nec tacite per mortem domini.l.ſi defunctus.l.Titius.ff.eo. Et quia Poteſtas procuratoris adhuc poſt litem conteſtatam nõ dependet à uoluntate domini,ea de re licet una finiat morte alia tamen manet,& ut per Bal.hic latius.

Ad oppoſita reſpondetur nihil aut parum facere, non primum quia uerum eſt, re integra ſed litis cont.deſiit eſſe integra. l. more. l.& quia.ff. de iu.om.iud.l.ſi defunctus.l.ante litem.l.poſt litem.ff.de procu.not.in d.l.mandatum ergo.

Non ſecundum quia ſpeciale eſt in prælato.d. caſu ſeu rectore eccleſiæ,& illum tex.ad idem hic Iaſ.dicit not.pulchre Bald.in d. l.mandatum col. iii.infra man.& in l.filiusfamilias in fi.prin. ff.de procu.& conſ.ccclxxxix.col.pe.uol.ii. Bertrand. late conſi.liii.nu.1.2.uol.iii. Vel reſpondeamus ut ſupra quod finiatur morte.d.caſu, etiam quod ille text.in prælato loquatur,re exiſtente integra alias non, ut intellexiſſe uidetur Ro.conſi.cxix.

Prima ſolu.tamen eſt melior intelligendo id maxime in procuratore à prælato conſtituto nomine ſuæ eccleſię, & fuſius ut in locis præallega. not.& quia tex.in d.cle.fi.eſt ſatis clarius.& ut ẽt declarat Gui.Pap.in deciſio.ſuis.cxix.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod in iudiciis res non dicitur eſſe integra poſt litem conteſtam,nec morte finitũ mandatum,ſed procuratorem effici dominum inſtantiæ,ut per iſtum tex.& per tex.in l. ſi procurator.ff.de excep.do.dicit etiã Fulgo.conſi.l.col. ii.& conſ.clxxxii.col.i.& ij.

Et procurator litis conteſtatione adhuc, ſibi ius directum acquirit, utile uero domino, ut per iſtum tex.pariter & per tex.in l.cauſę.ff.de proc. inquit Rimi.in l.j.col.ix.ff.de iur.om.iud.

Et quod poteſt procuratorem ſubſtituere licet hoc ipſum in mandato non habeat, ratione ſupra dicta,inquit idem Rim.in l.more col.ii.ff.eo.imo ipſe met tex.hic innuit,& dictum eſt alibi ſæpe.

Et quod procurator citandus eſt non dominus hoc caſu in que eum ſententia ferenda. l. i. C. de ſen.Boer.(ubi dictum etiam ſupra)deciſ.cclxxxv. col.j.par.ii.

Et quod denique dubitatio hic, non eſt apud nos ſanè non parua,ut ſupra & ita debent declarari leges hoc modo loquentes ut hic & in l.apud hoſtes.ff.de capti.& poſt li.re.& quod habetur in l.quod Labeo.ff.de carbo.edic.Bar.in l.ubicunq; ff.de int.act.col vii.Siue in abſtracto, quoniam. ſemper eſt certa & indubitata. l. cum quidam.§. ſuum.ff.de acquir.hær. l.ſi pater.ff.de ſol.in concreto aũt ſic,ut not.in tub.ff.de reb.dub.multa in l.unica.C.quando non pet.par.

Ne liceat potentioribus patrociniũ litigantibus prę ſtare,uel actiones in ſe transferre.

Imppp.Arcad,Honor.& Theod. AAA.Ioanni.P.P.

SI CVIVSCVNQVE MODI actiones ad potentiorũ fuerint delatæ perſonas: debiti creditores iactura mulctentur aperta enim

enim credentium uidetur eſſe uoracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores. D.V.Id.Iul. Honorio vii.& Theodoſio.ii.A A.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ceſsio fieri poſsit tex.in l.pen.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.ubi cedens actionem, debiti iactura (quicquid hic dicatur) non afficitur idemque in l. ſed & milites in princ.ſecundum inductionem Bal.Saly. & aliorum.ff.de excu.tuto.Et quia regulariter unicuiq; actionum ceſsio conceſſa eſt l.illum. C. de dona.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia (ut in ipſo met text.dicitur) ſic aperta eſſe uideretur credentium uoracitas, qui alios ſuarum actionum redimunt exactores, quæ cum ſit legis eidem acquieſcendum eſt, & ad alia tranſeundum.

Et ad oppoſita reſpondendum parum obſtare, Nanque primum nihil facit, quoniam nõ eſt potentior ille cui fit ibidem ceſsio ratione officij ut hic ſed ratione diuitiarum loci & ſimilium, non officientium quo minus ceſsio ualeat. Non etiam ſecundum, quia ceſsio facta fuerat, pariter æque potentiori. Ex quibus ultimum quoque tollitur, uerisſimum, niſi fiat potentiori ratione officij ut ſupra & ut per Cy.hic pro reſolutione materię latius diſtinguentem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod potentes communiter ſolent opprimere imbecilles, qua de re curare debẽt proconſul & præſes, ne opprimantur. l.ne quicquam §.fina.ff.de offic.proconſul.prouiſumque eſt nimirum hic ne illis fiat ceſsio alias iactura cauſæ afficiantur.

Et qđ potentium inuidia ob id comprimenda eſt ut ibidem dicitur.

Et ad idem quod humiles à potentibus iniuria affici non debent, quandoquidem iſtis pares eſſe non poſsint. l.illicitas.§. ne potentiores. ff. de offic.præſid.

Et quod hac de re rurſum ſtatuta plerunque fiunt, quod nobilis ſuſcipere non poſsit, ceſsionẽ contra popularem. l.j.§.ſed ſi iure & ibi Bar.ff.ad leg.Cornel de fal.

Et quod deniq; etiam potentior qui ſe immiſcet, & cui ceſsio facta eſt, puniendus uenit, extra ordinem, officio iudicis, quanquam hic non dicatur, c.ij.de alienat. iud.mutan.cauſ. facta. & ibi not.Spe.in tit.de ceſsio.actio.in §.j.nu. 1. Et ideo ad propoſitum conſilium eſt, ne cedẽs iactura afficiatur cauſæ ut dictum eſt, quod agens lites ſuo marte diſcurrere permittat, hoc eſt non accerſitis aliunde adminiculis maximè potentum, ſed ſuis uiribus & in pulchro caſu diſputàt ẽt Bald.conſi. clj.uol.j.an uetula quædam iura ſua cedere potuerit Cancellario Illuſtris principis Marchionis Motisferrati contra quoſdam aduerſarios ſuos, an ualeat ceſsio, & an ipſa punienda ſit, comprehendaturque hic inque deciſione præſentis legis. Nimirum emanatæ, quoniam ubi leo figit pedem inde alia ſilent & quieſcunt animalia, inquit Ancha.conſi.cciiij.col.j. Finis.

Vt nemini liceat ſine iudicis authoritate ſigna rebus imponere alienis.

Imp.probus.A.Octauio.

SAEPE RESCRIPTVM eſt, ante ſententiam ſigna rebus, quas alius tenebat, imprimi non oportere, & ideo ea rebus aut fructibus apud te conſtitutis illicite impoſita, poteris ipſe licite detrahere, ut amotis his, cauſa, quę ex officio tibi infertur terminetur. D.iiii.kal.Iul.Probo. A.ii. & Lupo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod alienis rebus ſigna imprimi poſsint, quia uidetur caſus clarus in l.ij.in prin.ſupra titu.proxi. Et quia adhuc ſententia non lata res integra eſſe uidebatur, & conſequenter licuiſſe imponenti id facere, pro quo eſt præſumptio, quod id etiam non ſine ratione fecerit argumentũ in l.merito.ff.pro ſocio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nemo ſibi ipſi ius dicere poteſt, l.j.infra ne quis in ſua cau.l.nullus ſupra de Iude. l.proxime per locum à ſpeciali.ff.de his quę in teſtam.del. Et hinc uidemus hac ratione proditum fuiſſe remedium ſeu interdictum quorum legatorum, contra legatarios in ſimili ius ſibi dicentes & legata propria auctoritate occupantes. l. j. ff. quo legato.quodque alibi exponitur uerbum per iudicem in l.uinum.ff.ſi cer.petat. ideſt mediante officio iudicis, hac de re & alibi ſæpe alias à ciclopibus haud eſſemus differentes, qui (ut Home. inquit) nec iudicia habent, nec fora, & quiſque ſibi etiam ius dicit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia nõ eſt uerum & totum contrarium dicitur ibi & imprimenti amplius ultimi ſupplicij pœnam imponit.& dato quod uerum ſit id, hoc idemque dicat tex. debet utique intelligi cum auctoritate iudicis, & probat in illis uerbis quæ præceptione iudicis competentis, alias propria auctoritate remouentur ut hic & ibi.& probatur ex uerbis in rub.hic, quia ſi nemini licet, ſine iudicis auctoritate ſigna imponere rebus, quas alius detineatur, ſequitur à contrario quod cum auctoritate eius liceat, Non obſt.ſecundum quia negatur quod res integra ſit. l. ſi defunctus, l. poſt litem. ff.de

ff.de procu.imò quod pendente lite nihil eſt innouandum ut in rub.& nig. ff. nil no. ap. pen. & iſta ratione ceſſat præſumptio quod hoc idē non ab re etiam fecerit, ſtante maxime prohibitione legis.ex quibus etiam leguncula ſeq.quæ ferè eadem eſt,deciditur,nec dubium habet.

Præſtatq́; nobis hæc plane argumentū ad multa, & maxime quod ſicuti attentata ap.pendente reuocantur ut not.in l.j.ff.nil no. ap. pen. ita etiā corriguntur & reformantur imò puniuntur quoque ea quæ dolo uel malitia partium fiunt lite pēdente nec ab re allegauimus not. ſupra in rubr.& nig.nil no.ap.pen.ita pulchre Bal. (quod not.)in c.j.in §.ſancimus. col. ij. quo tempo. mi. in uſib. poſt Iuno.(dicentem ob hoc,in ap. non eſſe ſpeciale)in c.bonæ ad fin.de ap.

Et quod ſi inter duos mercatores contentio ſit de ſigno,agēs ipſo uti non poterit pendente lite, ut hic per Bal.niſi (adde tu) eo uteretur auctoritate iudicis ut dictum eſt ſupra.

Et quod,nec eadem ratione debet quis uocari epiſcopus,uel Cardinalis,pendente. q. epiſcopatus, ſiue Cardinalatus. Ex quo ſemper dici poteſt,quod utrunq; dictum,iſtud & ſuperius,uulgatum illud.Grammatici certāt, & adhuc ſub iudice lis eſt,ut in ſimili inquit idem Bald. in l. tres denunciationes col.i.C.quomo.& qn̄ iud.& in l. j.col.iij.C.ſi a non comp.iud.& in l.j.in princ.C. de execu.rei iud.

Et quod illicite facta poſſunt auctoritate legis, licite amoueri, ut in caſu præſenti ſigna alienis rebus impoſita,& quod fit lege permittente pœnam non meretur.l.gracchus.C.ad leg.Iul.de ad. c.qui peccat.xxiij.q.iiij.

Et quod denique in odium & deteſtationem ſigna imponentis alienis rebus lite pendente datur, ut poſsit quis ideſt dominus rerum prædictarum ius ſibi dicere, quia quæ male ac perperam facta ſunt & arroganter(ut ita dicam) ac de facto, debent etiam de facto tolli & amoueri ut eſt glo. in l.minor.xxv.an.notab.ff.de eui.l.uerū.§. ex facto & ibi Bar.ff.de mino. Finis.

Ne fiſcus uel reſpublica procuratores alicui patrocinij cauſa illicite prȩſtet.

Imp.Gordianus.A.legitimo & aliis.

REIPVBLICAE IVRIbus adiuuari te ſub obtētu quantitatis,quam eidē reipublicæ debes, contra iuris rationem deſideras. iij.Id.Ianuar.Gordiano.A.ij. & Pompeiano.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod fiſcus defenſionem ſui debitoris ſuſcipere poſsit,quia uidemus quod per procuratoris Cæſaris officium ſic debitores debitoris fiſci ſoluere compellūtur debitum fiſco,ſi ſateantur.l.iij.infra quan. fiſ.uel priua.Et quia uidebatur fore licitum etiā eidem fiſco pro ſuo intereſſe,& ut creditum ſuum etiam conſequeretur, nanque alias ſi patrocinium eius implorans ſuccumberet, ſorte bona poſtea non ſufficerent, nec eidem ſatis fieri poſſet. & quia fiſcus adhuc non debet eſſe deterioris conditionis quam priuatus argumentum in l.non ſolum.ff.de inter.act. ſed priuatus ſui debitoris defenſionem ſuſcipit.l.ſi cui.C.de nonnume.pecu.ergo multo magis fiſcus auth.multo magis.C.de ſacroſan.ec.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia ſi homines potentes prohibentur procurationem ſuſcipere patrocinij cauſa.l.j. & toto tit.ſupra ne li.poten.multo magis prohibetur fiſcus,qui eſt omnium potentiſsimus, ne iniuriarum inde naſcatur occaſio unde iura naſci & oriri debent.l.meminerint. C. unde vi.& uulgatum illud ad idem facit, quod non debet inde pariter naſci ſcelus,unde ſalus expectatur.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere non primum, quia uerum eſt in ſubſidium debitore exiſtente non ſoluendo,ſed non ꝙ ſpōte actionem patrociniumq́; ſuſcipiat contra eos. Ex quo tollitur etiam ſecundum, falſum ratione prædicta,quandoquidem uni haud debet patrocinium præſtari ut alteri terrorem incutiat argu. in c.ex tenore de fo.comp.Non obſ.tertium quia etiam fiſcus adhuc pro ſuo intereſſe poſſet comparere.ſi debitor in fraudem ipſius excep.non numeratæ pecuniæ omitteret.d.l.ſi cui ſed non ob hoc quod ſimpliciter ſit debitor ipſius uel reip. & ut ꝑ Doc.hic latius & ex his plane ēt.l. iij. & iiij. quæ ferè idem continent,decidentur.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod fiſcus eſt durus aduerſarius habens multos fauores.l.ſi conſtante.§. quotiens. ff.ſoluto matrimonio.Iaſ. in rubri. C. de ſucceſ. edic.col.iiij.& ibi Dec.j. imò priuilegiatior eſt, quam pupillus.l.ſi tutoris.& ibi Bal.C. de compenſa.nimirum igitur ſi ſui debitoris defenſionē ſuſcipere non poteſt.

Et quod fieri non debet,quod factum non releuat.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut lega.no.caue. hinc prouerbium, *Actum ne agas.* hoc eſt ne fruſtra labores.quia nec fiſcus admitteretur,ſi debitoris patrociniū ſuſciperet, & plus quod iactura cauſæ afficeretur debitor l.j. ſupra ne li.pot.

Et quod quemadmodum peti non debet quod honeſtè nō petitur.l. j.§.proinde,ff.de uar.& extraor.co.pari modo haud ſunt deſiderāda ea, nec concedenda, quæ contra ius ſint uel iuris rationem.l.conditiones.ff.de condi.inſti.l.ſanum mēte, C.de tranſactio.

Et quod principes deberent habere in ore ferè ſemper id unum de quo in l.filius.ff.de cond. inſti.ibi *Nam quæ facta* lędunt pietatem æſtimationem

nem uerecundiam noſtram,& (ut generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt nec nos facere poſſe credendum eſt.

Et quod denique nec huic legi, ex quo eſt ꝓhibitiua, renunciari poſſet. l. j. & ibi gloſ. C. ne fideiuſſo. do. den. Bar. in l. Modeſtinus col. ii. ff. de dona. Iaſo. in l. & ſi quis in §. quæſitum col. v. ff. ſi quis cau. Finis.

Imp. Gordianus. A. Tertullo.

CVM ALLEGAS PARTEM rerum uel actionem dimidiã fiſco, quo magis iuribus eius protegaris, uelle te donare, huiuſmodi litium donationem admitti, temporũ meorum diſciplina non patitur. Vnde ius tuum, ſi quod tibi competit, citra inuidiam fiſci mei tueri ſolemniter cura. S. vi. Non. Auguſt. Gordiano A. ij. & Pompeiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum, ualeat, quia eſto quod in priuato ſit penitus improbatum l. litem ſupra de procurato. & ibi dictũ eſt, attamen in fiſco tolerabile uidebatur, eiuſdem fauore, qui maximus eſt, toto tit. ff. & C. de iur. fi. libr. x. Et quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege §. conſuluit. ff. de peti. hære. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & hoc eſt quod dicit alibi Bald. in c. clerici ad fi. de ui. & ho. cle. quod de uoluntariis ſe non intromittit lex & alibi Iuriſconſ. qđ per quam durum eſſet ſi quis ad ſui libitum de re ſua rurſum diſponere non poſſet in l. proſpexit ad fi. ff. qui & a quib.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ne præbeatur occaſio delinquendi, ex quo quæreret ſpe lucri omni uia per fas & nefas, conſequi uictoriam, terrorem incuteret aduerſario, & rem faceret quæ nota reprehenſionis foret digna. igitur nec pactum nec donatio ualebit. l. conuenire. ff. de pact. dotal. l. iuriſgentium, §. illud ff. de pact.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare nõ primum, quia in fiſco ſpeciale non eſt, niſi in caſibus à iure expreſsis imò quod regulariter utitur iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de peti. hæ. l. non puto. l. quod placuit. ff. de iu. fiſ. imò quod ſi in priuato reprobatum eſt, multo magis reprobatur in fiſco, quod ex uerbis illis etiam ſtenditur in tex. poſitis huiuſmodi litium donationem temporum meorũ diſciplina non patitur.

Non ſecundum ex quo reliqua omnia ad idem tendentia tolllentur pariter) quia & id quoq; uerum eſt, niſi lex reſiſtat ut hic & in l. cũ lex & ibi not. ff. de fideiuſſo. & in l. dudum ad ſin. C. de cõt. emp. Cor. cõſ. cccxxi. col. iii. uol. iiii. nõ ergo hoc caſu ſufficiet pro ratione uoluntas, nec prouiſio hominis, tollet prouiſionem legis, ex quo nõ ſunt actus dependentes à mera uoluntate diſponentis ut inquit idem Corne. conſi. ccxcviii. col. pe. uol. iii. notandũq; eſt ad limitationem. l. quia poterat ff. ad Treb. & l. fi. C. de pac. conuen.

Præſtatq; nobis arg. ad uulgatum illud.

Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe crimē habet.

quanto maior qui peccat habetur. quamobrem Iulius Druſus Publicola non immerito claruit, qꝛ eius domus ex pluribus partibus uicinis cõſpicua erat. Et cum quinque talentis faber quidam ſuo ſumptu promitteret ei, ſe commodius directurã, decem dabo inquit ſi totam ita exponas, conſpicuam ut uniuerſi ciues non modo uicini proſpicere queant qua domi meæ ratione uiuatur. Si pactum igitur de quota litis à priuato fieri non poteſt, multo minus fieri poterit à rep.

Et quod princeps nõ debet audire nec admittere petentem quid, qđ à ratione ſit penitus alienum, qua de re non mirum eſt ſi Gordianus hic, Imp. legis huius autor, hic utitur uerbis, temporum meorum diſciplina nõ patitur & in ſimili ſic etiam dicitur in l. fi. C. de pact. & in l. fi. C. de mil. teſta. in §. fin. inſti. de lega.

Et quod iuſte depræcantibus non eſt denegãdus aſſenſus. l. ij. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. alias ſic ut hic, & in l. uelamẽto. C. de poſtu.

Et quod nec damnoſa fiſco, nec iuri contraria poſtulari oportet. l. nec damnoſa. C. de precib. Imp. offe. c. nec damnoſa. xxv. q. ij.

Et quod denique donatio quæ non à mera liberalitate donantis proficiſcatur, ut in l. j. ff. de dona. ſed ſub conditione fiat, neque in ſe ẽt turpe aliquid habeat & probroſum, admitti non debet. d. l. j. c. fin. de ſponſa. in vj. not. in l. j. ff. ſi cert. pet. Gozad. Bononien. conſi. lxxxiij. nu. 12. l. j. l. ſi ob turpem cauſam. ff. de cond. ob turp. cau. l. ij. C. de dona. int. uir. & uxo. l. miles ita. §. miles. ff. de mil. teſta. l. mulierem. ff. de his quib. ut ind. l. affectionis. ff. de dona. & ibi not. Iaſ. in l. miles in princi. col. iij. ff. de re iud. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Achilli.

AD FRAVDEM CREDITOribus faciendam, inuidiã fiſcalem contra ſæculi noſtri tranquillitatem implorari non decet. Redde itaque, quod fiſco noſtro debes & ſi cõuentus uelut à creditore fueris, quem tibi numeraſſe pecuniam negas exceptione nonnumeratæ pecuniæ ſecundum leges uti potes. D. xvj. Kal. Ianuar. Sirmij. C C. Coſſ.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat, quod reſp. & fiſcus poſsit iuuare debitorem ſuum aduerſus aliũ quia defenſio ſui natura fauorabilis eſt, & de iure naturali, negáda nemini. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. l. j. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. fe. di. c. ſignificaſti. de homi. Ergo hac de re debitor priuati & fiſci deberet poſſe ſoluendo debitum fiſco, ab eo auxilium implorare, contra creditorem priuatũ. Et eo magis, quia non ut fiſcus ſed ut procurator ipſum defendit, idque officium publicum eſt. l. j. §. uſus. ff. de procura. Et quia etiam priuatus admittitur, & ſic multo magis Reſp. ſeu fiſcus, ne ſit deterioris conditionis. l. ſi cui. C. de non nume. pecu. argumentum in l. non ſolum. ff. de int. act. & uidetur ultimo eſſe caſus in l. ſolutionem. ff. de ſol. ubi quis pro alio admittitur.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia incuteret terrorem creditori, quo ſi ut hac de re, nõ poſsit ipſius patrociniũ implorari. l. j. ſupra ne lit. poten. tradit Pau. Caſt. in l. j. ſupra eo. & quia etiam fieri non debet uſqueq̃naque id quod in maximũ reip. dedecus & fiſci reſultaret arg. in l. filius. ff. de cond. inſti.

Ad oppoſita reſpõdetur nõ obſtare nõ primũ, quia antecedens uerum eſt, cõſequens aũt falſum ex his. Ex quibus quoq; ſecũdũ tollitur, q̃m eſto quod fiſcus ut procurator defendat, officiũq; publicũ ſit, non tñ admitti debet, ut creditoribus fiat fraus, ideóque ſubiicit tex. redde quod fiſco debes, & ſi conuentus adhuc a creditore fueris, quẽ tibi pecuniam numeraſſe neges, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ ſecundum leges uti poteris.

Non ob. tertium, quia colluſio eo caſu conſiderabilis eſt, hic nulla erat. Non denique & ultimũ, quia adhuc id uerum eſt dicto caſu, in quo de tertij non agebatur præiudicio, hic autem ſic, creditoris ſcilicet, igitur admitti non debet, quia nec iuris eſt nec ratio ipſa patitur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumen. ad multa, & maximè quod fiſci potentia non modica eſt, ut per Bal. in rub. C. de priui. fi. nſq; adeò ut inuidiã aliquam habeat iuxta illud quo maior eſt gloria, eo propior inuidia. & proximè innuere uidetur etiam tex. in l. cum allegas. ſupra eo.

Et quod reſp. & fiſcus idem ſunt. l. inter publica. §. j. ff. de uer. ſig. l. non eſt ambigendum. ff. de bo. po. Bar. in rub. de iu. fi. lib. x. fuſius col. ij.

Et quod ubicunque aliquid indecore petitur, ut Achilles hic, & de quo in ſupraſcriptione legis, in eum quadrabit prouerbium. *Camellus ſaltitat*. idque in Heluidium torquet D. Hiero. Sic Camellum uidimus ſaltitantem.

Et quod numeratio, quæ eſt actus naturalis & facti. l. ea quæ. ff. de acqui. rerum do. non præſumitur niſi probetur. l. in bello. §. facte. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. quæcunq;. ff. de publicia. ad fi. not. in l. ſciendum. ff. de uer. obli.

Et quod denique exceptio non numeratæ pecuniæ, nõ erat cognita de iure fforum ut pulcherrime tradit Areti. in l. lecta. in prin. ff. ſi cer. pe. &

ideo dum hic legum ſit mentio, opponi poſſe ab eo qui negat pecuniam ſibi numeratam fuiſſe, debet intelligi legũ, ſiue de legibus iudicis hoc ipſum permittẽtibus, & ſi ſit intra tẽpus olim anno rũ quinq;. §. fi. inſti. de lit. ob. hodie uerò biẽnij, ut in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pe. Finis.

De negociis geſtis. ſiue alias. De negociorum geſtorum actione.

Impp. Antoninus & Seuerus. AA. Tryphonio.

OFFICIO, NEC MINVS obſequio liberti functus, negociorũ geſtorũ actio nẽ cõtra patroni filias pupillas habere nõ põt. PP. xiij. kal. Iul. Geta & Plautiano. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod libertus agat hic actione nego. geſtorum contra patroni filias, quia mater hinc pariter, expenſas repetit ſi quas utiliter fecit, & probabili more in rebus filiorum, ut expreſſe dicitur in l. alimenta. infra eo. & in ſimili eſt etiam tex. in l. Neſennius. ff. eo. Et quia (ut uulgo ẽt dici ſolet) officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſt. ape. l. ſi ſeruus. §. idque euidẽtius. ff. de fur. Bar. in l. iij. in §. j. nu. 6. ff. qđ quiſq; iur. alias cum iactura liberti locupletarentur, nõ dicendum. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. c. locupletari. de reg. iur. in vj. Conſiderando in materia etiam id unum, quod negocio utiliter geſto, gerenti ſemper datur actio nego. geſtorum. l. ex maleficiis. §. j. ff. de ac. & obli. l. quæ utiliter. ff. de neg. geſt. Maximè quia in dubio nemo præſumitur uelle ſuum iactare. l. cum de indebito. ff. de proba. Et uidetur ultimo loco eſſe caſus in l. ſi quis à liberis. in §. ſolent. ff. de lib. agno. ubi alere non compellitur, ergo ſi aluerit repetet.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia ex neceſsitate ad id tenebatur libertus. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. ind. ob immenſum libertatis munus, quod a patrono eſt conſecutus, uſque adeò ſi aluit, ut debitum impendiſſe uideatur, non autem indebitum ſoluiſſe, alias periculum deſerti obſequij ſubiret, & malè. l. ij. C. qui pe. tuto. & quia ad id naturaliter rurſum tenebatur, d. §. libertus, naturalis obligatio, ſoluti repetitionẽ impedit. l. naturaliter. ff. de conditio. indebi. l. naturales. ff. de actio. & obligatio. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia eo caſu id materna liberalitate non fecerat, imò quod erat proteſtata uelle repetere ut ibi not. hic autem libertus ex neceſsitate tenebať. Ex quo ſecũdum quoque tollitur, quod in officio uoluntario procedit, non autem neceſſario

ut hic,& eſt argumentum in l.ſi fideiuſſor.in §.ſi neceſſaria. ff.qui ſatiſ.cogan.ubi actus neceſſarij a uoluntariis diſtinguuntur,quorum non eſt par eademque ratio. Nec ob id locupletari dicentur cum iactura liberti,& ſi locupletantur id faciunt, auctoritate legis,ut in uſucapione dicit in l.j.ff. de uſuca.Cy.pulchrè in l.iubemus.col.j.C.de ſa. ſanc.ecc.argu.in l.proculus.ff.de dam.infe.Non ob.tertiũ,quia id eſt regulariter uerũ, fallit in liberto,ex ſupra dictis.Et minus quartum,quia(ut in inductione dictũ eſt)id procedit in dubio,nos aũt in caſu claro,dubij & clari diuerſa eſt ratio. l. Continuus. §. cum ita.ff.de uerbo.obl.ergo. Nõ ultimum denique,ex quo id quoq; uerum eſt, & intelligitur,qñ filij habent unde ſe alãt, at hic qñ non habent,igitur non obſtabit pariter.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa,& maximè quod officium & obſequiũ differunt ut hic ẽt notat glo.& nimirũ quidem ſi ut diuerſa ponũtur in tex.officium nanq; inter hominem & hominem eſt,obſequium uero inter patronum & libertum.l.ſeruus.ff.de ſer.expor.l.j.& in rub.infra de obſeq.pat.præſtan.Adde tamen, uulgo etiam Terentian.illud,& ſæpe quidem,dici ſolere.Obſequium amicos ueritas odium parit.

Et ꝙ quanquã operę quędã ſint obedientiales, reuerentiales,& honorificæ, generali uocabulo tamẽ oẽs,obſequiales ab obſequio, poſſunt appellari,ut per Bal.in l.liberti.col.iij.C.de ope. lib.

Et quod dictio negatiua præpoſita uerbo põt, priuat potẽtiã & inducit neceſsitatem præciſam. l.nemo poteſt.ff.de leg.j.l.j.ff.de uer.obli.glo.in c.j.de reg.iur.in vj.uſq; adeò ut non poſsit libertus hic quicquam repetere,etiam ſi fuiſſet proteſtatus,ex quo ſumus in depentibus a legis diſpoſitione,& quia ei non datur actio ad repetendum qui fecit quod debuit.d.l.alimenta.infra eo. Bar. & alij in l.non ſolum.in §.morte.ff.de no.ope. nuncia.l.decem ſtipulatus.& ibi Seyſel. col. vij. ff.de uer.obl.Gui.Pap.conſ.v.in prin.

Et quod qua mente aliquid fiat,animaduertendum eſt ſemper.l.pe.ubi not.tex.ff.ad exhib.Bal, egregiè conſi.cclxij.col.j.uol.ij.

Et quod denique fungi agere eſt,& functũ officio quẽ,ſeu obſequio,qui officiũ ſiue obſequiũ peregit,& in ſimili in l.diem functo.ff.de offi.aſſe.& in Cęſare de accuſatione geſtorum conſulatus eius,ibi functus conſulatus. Memmio Lucioq̀ue Domitio prætoribus,&c. Finis.

Imp.Antoninus A.Euphratæ.

SI AB EO, QVI NEGOcia tua geſsit, hæres ex duabus vnciis inſtitutus es,etiam ſi adeas hæreditatem, in reliquis decẽ vnciis aduerſus cohæredem competit tibi petitio, ſi quam aduerſus defunctum habuiſti actionem. PP. vj. idib. Mart.Romę.Sabino & Aemilia. Coſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod aditione hæreditatis debitum confundatur, tex. clarus in l.debitori.C.de pac. ubi ad literam dicitur quod aditione facta in bonis debitoris per creditorem actiones confunduntur. & eſt argumentum etiã in l.j.in §.ueteres.cum not.ibidem.ff.de acquir. poſ.Et ad idem quoq;,quia debitor uidetur omnino uoluiſſe cõpenſare.l.ſi cõpenſare.infra de hære.inſti.Maximè quia ſi heres ſentit cõmodũ debet utiq; etiam incommodum pati,quo ad hæreditaria onera.l.unica.§.pro ſecũdo.ad ſi.ibi neque enim ferendus eſt.C.de cad.tol.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.l.j.in prin.ff.de inſtito.ac. l.ij.§.non ſolũ.ff.de hæ.uel ac.uen.hinc Comic. neceſſe eſt ſumptum facere qui quærit lucrum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia creditor adeundo non præſumitur uelle iactare ſuum.l.cũ de indebito.ff.de ꝓba. Et quia ẽt in additione ipſa id quod in unciis decem habebat ſibi reſeruaſſe uidetur,argu.in l.aliã ff.de noua.Nec cõuenit quod cohæres cũ iactura creditoris locuples fiat,quoniã hoc ipſum natura nõ patitur.l.nã hoc natura.ff.de cõd.inde.l.ſi quis mancipiis.§.fi.ff.de inſtito.ac.l.iure naturę. ff.de reg.iur.c.locupletari.eo.ti.in vj.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primum,quia confunduntur pro hæreditariis portionibus ut ibi not.Ex quo tollitur ẽt ſecundum. uerũ.non in totũ,ſed pro parte cõpẽſare uoluiſſe.Et ſimiliter tertium, quia non ſentit cõmodũ niſi duarũ unciarũ,ergo in commodo affici non debet,quo minus,quo ad alias decẽ(ut dicit tex.) aduerſus cohæredem agat & experiatur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod hæreditas diuiditur in xij.vnciis.§.hæreditas inſti.de hære.inſti.quodq; diuiſio quædam eſt naturalis de qua in l.ligni.ff. de leg.iij.quædam uerò ciuilis,de qua in ti.de uſuf. earum rerum quæ uſu conſu. & quædam etiam quottatiua de qua hic,& in d.§.hæreditas.& ut latius quoque not.Et exemplificat Flo.in l.uiæ itineris nu.3.ff.de ſeruitu.

Et quod actiones actiuè & paſsiuè tranſeunt in hæredem.l.j.C.ut actio.ab hæ.& con.hære.l.j. & toto ti.C.de hæ.actio. Ex quo fingitur & cenſetur eadem perſona hæres cum defuncto.§.j.in authen.de iureiu.a mo.praeſt.Iaſ.in §.actiones.nume.1.inſti.de actio.

Et quod uncia(cum de unciis loquatur text. hoc ipſum declarandum eſt quoque)duodecima pars eſt aſsis, quam dragmæ octo ſeu ſcrupula uigintiquattuor, faciunt. eſtque ad idem dragma etiam, genus ponderis, quæ tribus ſcrupulis conſtat, nec aliud ſcrupulum quàm dragmæ pars tertia.

Et quod in dubio non uidetur quis eligere uiam ad impugnanda ſua iudicia. l. tertia. ff. de mili.teſta.

mil. teſta. hinc Philoſophus nemo rationem habens certũ eligit dãnũ. aliàs ſuo ſe gladio iugularet, ſiue (ut turdus) malũ ſibi ipſi cacaret. nãq; (ut dictum eſt) licet hęres pro parte hęreditatẽ adeat, non propterea renunciat iuri & actionibus ſibi competentibus, alias aduerſus cohæredem intentandis, argumentum in l. cum de indebito. alleg. ſupra ff. de probatio. Bertran. conſil. xcv. num. 6. 8. uolumi. ij.

Et quod denique, nemo experitur ſine actione. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de nego. geſt. Bal. in c. dilecti. nu. 7. de iudi. uſque adeò ut de ineptitudine libelli hoc caſu ſemper poſsit opponi, inquit Bar. in l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol. & not. in l. uir bonus. ff. eo. nec inde ſententia ferri debeat, quoniam lata foret nulla l. Bebius. ad fi. ff. de pac. dota. iuncta l. j. §. j. ff. ſi men. fal. mo. di. non abre igitur debet ſemper expreſſè, uel tacitè proponi, ne opponatur libello, & ſi amplius hic, text. dicit, ſi quam aduerſus defunctum actionem habuiſti. Finis.

Imp. Alexander A. Secundo & aliis.

SI SERVVM ALIENVM non inutilem domino conſtitutum ægrum curaſtis: negocium non inutiliter geſiſtis, & competente vobis actione ſumptus recuperare poteſtis. PP. xij. kal. Decemb. Alexandro A. ij. & Marcello Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui ſumptus fecit in ſeruo alieno, ægro curando, eos non repetat, ex quo imputandus eſt cũ iure obligationis ad id non teneretur ut in regu. damnum, de de regu. iur. in vj. l. ſi poſteaquam. ff. de pecu. ſuo. enim quodammodo (ut dicebam proximè, eſtq; in prouerbio) gladio iugulauit. Et maximè quia nemo inuitus obligatur, l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & obli. ſed abſens nolle ſe obligare præſumitur. l. ij. §. fi. ff. ſol. mat. ergo. Ad idem conſiderantes, ſumptus prædictos factos eſſe uerisimiliter contra domini mentem, argumentum in l. cum de indebito. ff. de proba. & quia etiam quo ad impendentem, culpa non caruit immiſcere ſe rei, ad ſe non pertinenti, onus enim domini erat, non extranei, ut in regu. culpa. ff. de regulis iuris. & in regu. non eſt ſine culpa, eo. tit. in vj. & in l. ij. ff. quod quiſq; iur. & ideò prouerbium eſt. Artẽ quã quiſq; nôrit in ea ſe exerceat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cũ negocium abſentis utiliter geſſerit, conuenit quoq; ſumptus inde repeti poſſe. l. quę utiliter. infra eo. l. ij. ff. eo. l. ex maleficiis. §. j. ff. de acti. & obl. & quia nemini officium ſuum damnoſum eſſe debet, quod præſertim huiuſmodi ab homine expenſum eſt. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredita. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſta. aper.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum, quia non eſt uerum, ex quo homo, homini Deus eſt, & hominem beneficio affici hominis intereſt, d. l. ſeruus ea lege. l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. & ſi iure obligationis, ideo (quia negocium abſentis utiliter geſsit) imputandus nõ eſt. Non obſtat ſecundum, quia antecedens uerum eſt, ſed conſequens falſum, quandoquidem uerisimiliter ipſe dominus feciſſet, quod fecit negociorum geſtor, cum ſeruus utilis eſſet (ut dicitur in text.) & propterea uoluiſſe ſe obligare potius præſumendum eſt, quicquid dicatur, quoniã (ut inquit Philoſophus) experimentum uerorum ſermonum eſt ut concordet rebus ſenſatis & uerisimilibus. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. Bal. in l. j. col. iij. C. de ſer. fugiti. Ex quo tollitur tertium quoque, quia imò, hoc ſtante quod ſeruus nõ inutilis erat domino, facti uidebuntur ſecundum eius mentem, & eſt regulare quod una præſumptio alterã tollat, ſi præpotens maximè fuerit. l. diuus. ff. de reſti. in integ. l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſtib. Socl. conſil. xxxvij. col. penul. uol. iij. Non ob. ultimum, quia imò etiam quantum ad iſtud, debet ſe immiſcere, quandoquidem ipſum inuitet lex, & natura, quę inter nos cognationem quandam conſtituiſſe uidetur, d. l. ut uim. Omnia nanque quæ in terris gignuntur (ut Stoici aiunt) ad hominum uſum creantur, homines autem hominũ cauſa, generatos eſſe ut ipſi, inter ſe, alij aliis prodeſſe poſsint, in hoc naturam ducem ſequentes.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa & maximè ad uulgatum illud, uoluiſſe ſat eſt, qui fecit quod potuit legem adimpleuit, ex quo peti poterunt a negociorum geſtore, ſumptus, quanquam ægro non profuerint puta quia mortuus ſit ſeruus, cum per eum quoq; non ſteterit, argumentum in l. intra utile. ff. de mino. & in l. qui operas. ff. loca. & in l. ſi uehenda. in §. idem iuris. ff. ad legem Rhod. de iac. & in l. ſi pecuniam. ff. de condi. ob cau. & in l. j. in §. diuus. ff. de ua. & extraor. cogni. & in l. Meuia. ff. de an. leg. & in terminis eſt tex. (etiam hic in glo. allega.) in l. ſed an ultro. in §. j. ff. eo. de neg. geſt.

Et quod ubicunq; rõ eſt generalis, tametſi dictum ſit particulare, nihilominus extenditur & ampliatur ad limites rationis. l. tegula. §. & licet. & ibi Bar. ff. de iur. & fac. igno. l. meium. §. aiaduertendũ, ubi idem Bar. ff. quod met. cau. l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. iij. multa Alex. conſil. xlviij. col. iij. uol. iiij. uſq; adeo ut dictũ hic in ſeruo ægro, qđ in eo curando ſumptus facti poſſunt peti, locũ habeat &, ſi pro ipſius defenſione in cã noxali facti fuiſſent. l. qui ſeruũ. ff. eod. & ut hic etiam per glo. licet non hoc modo deducat.

Et quod ubicunque pariter (eſtq; ferè idem) duo ſunt caſus, eandem rationem habentes, ſi unius fiat mentio, exemplariter fieri dicitur nõ reſtrictiuè. l. impetiũ. ff. de tut. om. iu. Bal. in l. de

quibus col. xiiij. ff. de legi. & in l. ij. col. iij. C. de pat. qui fil. diſtraxe. quoniam eſto quod in ſeruo alieno ægro curando hic dicatur, nõ ideo minus ſumptus peti poterunt, ſi utiliter facti fuerint, puta (ut dixi proxime) in eo defendendo, in cauſa noxali, uel ſi amici inſula fulciatur. d. l. qui ſeruum. prætalleg. l. ſed an ultro.

Et quod uerba legis ſunt ſemper interpretãda ſcd'm naturã tituli, ſub quo ſituata eſt lex. l. Imperatores. ff. de in di. adie. nãq; hic actionis ſimpliciter fit mẽtio, debetq; hac rõne intelligi negociorũ geſtorum eſtq; ſimile in l. qui ſe patris. C. vñ lib. ubi mentio fit pariter bo. po. deq; unde lib. intelligi debet ut ibi declaro ego in not. & not. gl. in ſimili in l. ſi remunerandi. in §. apud Iulianum ff. mand. & in l. j. C. de don. cã mor. & in c. ne innitaris. de cõſti. Bar. in l. cũ uir. nu. 5. de conſti.

Et quod deniq; argumentum a contrario ſenſu fortiſsimum eſt in iure. l. j. §. huius rei. ff. de officius. Odof. in l. conuenticulam. C. de ep. & cle. & in l. apud antiquos. col. ij. C. de fur. & in l. edẽ. C. loca. & in l. nemo. C. de iuriſd. omn. iudi. & quare fortiſsimũ, declaraui in lect. anni M. D. LIX. nu. 33. & 35. & ſic fortiſsimum (ignara tamen quare ut alij) glo. dicit in c. cum Apoſtolica. de his quæ ſi. a præla. ſi igitur impendit quis utiliter in alieno ſeruo ægro curando utili domino quid, idque actione nego. geſtorum petat, a contrario petere non poterit impenſum, in ægro curando inutili domino. hæcq; negantia appellantur, grecè αποφατικα ut in lib Topico. inquit Cice. alias tex. hic ſimpliciter dixiſſet, id repeti poſſe, quod in ſeruo (rurſum) alieno, ægro curando, impenſum fuiſſet ut infra in l. quod in uxorem. eo. titu. Et quia uerba ocioſa eſſe non debent l. quod ait lex. in prin. ibi non ocioſum (ſic enim legi debet, & non occiſum) ff. ad legem legem Iul. de adult. l. ſi quando. ff. de lega. j. l. ait prætor in princi. ff. de iureiuran. Finis.

Imp. Alexander A. Aquilæ.

QVOD IN VXOREM TVAM erogaſti ægram, non à ſocero repetere, ſed affectioni tuæ debes impendere. In funus ſanè eius ſi quid eo nomine quaſi recepturus erogaſti: patrem, ad quem dos rediit, iure conuenis, PP. vii: kal. Nouemb. Agricola, & Clementino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quo ad primum dictum, erogatum repeti poſſe, quia non animo donãdi cũ onus eſſet patris, maritus erogaſſe uidetur. arg. in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. ſi cum aurum. ff. de ſol. Et quia ſi hoc idẽ eſt in matre dicendum. l. alimenta. infra eo. l. Neſennius. & utrobiq; not. ff. eo. not. in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nuncia. multo magis id in marito dici debebit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum matrimonium duret onera ſubire tenetur, ſiq; non ſubit nec ex pacto nec ex lege municipii dotem lucrabitur. l. pro oneribus. C. de iur. do. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſol. mat. l. ex morte. C. de pac. cõuen. l. hæreditas. ubi Odof. C. eo. & hoc eſt quod dicebat Bald. etiam quod uir rurſum debet ſuſtinere onera matrimonij quę competunt uiro, & è contra uxor quæ competunt uxori conſ. clxxvj. col. ij. & conſil. cxxxj. uol. iiij. Et quia maritali affectu impenſæ factæ uidentur ut dicitur & in l. j. ſupra eo, quia ſunt ſunt ſocij diuinæ & humanę domus. l. aduerſus. C. de cri. exp. hæ. & duo in carne una, c. ſciſcitatur. xxx. q. iiij. Et ultimo loco etiam quia dum uxor eſt infirma in obſequio uiri eſſe uidetur. l. arboribus. §. de illo. ff. de uſufru. l. cum hæres. §. Sticchus. ff. de ſtatulib.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere nõ primum, quia ex his non eſt uerum, nanq; onus patris eſt dotare filiã non alere. l. fi. C. de dot. prom. l. obligamur. §. lege. ff. de ac. & ob. & cum maritali affectu (ut dixi) factæ impenſæ præſumantur repeti non poterunt, donatæq; præſumentur potius & ſic præſumptione iſta illa d. l. cum de indebito tolletur. l. diuus. ff. de reſtitu. in integ. l. ob carmen. §. ſi teſtes ff. de teſtib. & ad idem ſciendum eſt, quod alimentorum appellatione ueniunt etiã medicinæ, aliaq; neceſſaria. l. uerbo uictus. l. cætera. ff. de uerb. ſig. Non ob. ſecundum, quia in matre id quoq; procedit, & prę ſertim ſi proteſtata fuerit, ex quo onus patris eſt alere filios. l. ſi quis a liberis. ff. de lib. agno. ergo non in marito etiam ſi proteſtetur.

Quo modo ad dictum ſecundum, dubitãdi rõnem facere uidebatur, maritũ teneri iuſta facere uxori, ut dicit tex. ſic reſtituendus (dicit. n. Buſta, & uult dicere iuſta. in l. ij. ad fi. ff. de in ius uo.) ſiue debito funere iuſta perſoluere (ſic enim olim Achilles Homericus, ſe balneũ ingredi nole, nec ablui, cum nec liceret tunc prinſquam patrocli & Rogi, & ſepulturę iuſta perſoluiſſet. Et patroclo adhuc loquẽs moriẽti, nõ tibi patrocle prius iuſta perſoluam, quam huc tui magnanimi interfectoris arma & caput attulero. Sic Hector rurſum moriens, orabat Achillem ne ipſum apud naues canibus uorandum relinqueret, ſed ut corpus ſuum redderet parentibus ſuis, ut debito funere & rogo Troiani Troianorumq; nurus ſibi iuſta perſoluerent.) quia ad propoſitum iſtud dici uidetur in l. in eum. & in l. Celſus, & in l. ſic pro rata. ff. de religi. & ſumpti. fune. & rationem aſsignat tex. in l. quod ſi nulla. ff. eodem. ne ipſius iniuria quondam uxor inſepulta relinqui uideatur. Et quia non eſt teſtatus id eſt proteſtatus. l. at ſi quis. §. ſed interdum. ad finem. ff. eo. & quia ſumma ratio eſt quę pro religione facit l. ſunt perſonę. ff. eo. l. ueluti. ff. de iuſti. & iur.

Io.And.in c.cũ Apoſtolica. de his quæ fi. à prgl. col.iij.Ro.in auth.ſimiliter.col.xj.C.ad leg.Fal.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia finito matrimonio per mortẽ oĩa ſoluẽtẽ.§.deinceps.in auth.de nup.finita ẽt ſunt onera ad quæ maritus tenebatͣ ut ſupra,argu.in l. adigere.in §.quanuis.ff.de iu.pa.& in c.cũ ceſſante.de app.igitur æquum eſt patrem teneri ad quẽ dos reuertitur.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iu. l.unica.§.pro ſecundo. ad fi. ibi neq; enim ferendus eſt &c.C.de cadn.tollen.

Ad oppoſita reſpõdetur facile, quia leuia ſunt & parum facientia,uera eſſe ſcilicet, pro ea parte teneri maritũ, quæ ad ipſum perueniſſet & ſic ꝓ rata(ut aiũt)aliter non,niſi uxor forte mortua ſit & ſine hẹrede quidẽ,nec pater amplius,ſoluendo eſſet,qm̃ iſto caſu quoq; teneret maritus inquantũ facere põt,& ita loquatur tex.in d.l.qđ ſi nulla.& per not.hic declarat pulchrè Bertran.conſi. cxxv.nu.6.uol.ij.Non ob.tex.in d.§.ſed interdũ. quia opportunum eſt, nõ neceſſariũ hoc caſu ut ibi dicit glo.argu.in l.hæc ſtipulatio.in §.diuus. ff.ut leg.no.ca.Nõ deniq; & ultimũ,quia religioni fauendũ eſt & nõ negamus,ſed nõ cũ præiudicio mariti,eiq́; ininſtitia fiat,c.ex tenore.de for. cõp.c.nuper.de don.int.uir.& vxo.not.in l. aſſiduis.qui pot.in pi.hab.inſra Feli.in c. eccleſia S. Mariæ.col.xix.de conſtitutio.

Præſtatq; nobis hæc lex arg.ad multa,& maxime ꝙ ex identitate rõnis extenſio fieri debet de uno caſu ad aliũ,ut dicebã ẽt ſ.in l. proxi. & nouiſſime quoq; hr̃ in auth.quas actiones.C.de ſac. ſan.eccl.& in l.ſi cõſtãte.ff.ſol,ma.& in l.ſi uero. in §.de uiro.ff.ſol.mat. nanq; eſto quod in uxore egra loquatur tex.nr̃, quod eidẽ maritus prouidere tenetur,uendicabit tñ ſibi locũ ẽt in ea quã expulit de domo, dũmodo ipſi culpa imputari non põſsit,& hoc idẽ ex ſupra dictis,uulg.l. a Titio. ff.de uer.ob.l.illud,cũ ſimi.ff.ad leg.Aqui tradit Bal.hic,& in ſtatu.in §.dos.nu.x. nec hẽr dubiũ.

Et qđ maritus debet uocare medicos, quibus cõſultum eſſe poſsit uxori egrotãti,alias dotis lucrũ amittit,ut ſupra dictum eſt,adde qđ qui non facit id ad quod tenetur & obligatus eſt,dolũ cõmittit,ſine dolo carere nõ vſ.l.dolus. ff.mãda. ex dolo ſuo aũt quis lucrũ cõſequi nõ debet.d. §. ſi uir.l.ſi legatarius.ff.de dolo.Cy.in l.præſcriptione.col.ij.C.ſi con.ius uel utiil.publ.ergo eſt uerũ (quod nota)ſi dicatur maritũ lucrũ amiſiſſe quia medicos nõ uocauit quod negatiua probari debebit ut no.in d.§.ſi uir.& ita cõſuluiſſe Piſis & Spõleti teſtatur Corn.ubi oñdit pariter quõ hæc negatiua(ſui natura.u.improbabilis eſt.c.bonæ. de elec.l.actor quod aſſeuerat & utrobiq; not.C.de proba.)probari poſsit & debeat,conſ.cxxiij. col. ij.uol.j.& conſ.cv.col.iiij.uol.ij.& adhuc ſciendũ eſt,atq; ad idẽ,ſi rurſum imputetur maritus,quod medicos non uocauerit dicta eã, debere ſane intelligi,ſi facile erat eos habere,ut declarat Bar.in d.§.ſi uir.& in l.idem erit.ff.pro ſo.Et ſi locus eſſet inſignis ut hic Bononiæ,Papiæ,Romæ,Peruſij,& ſimilium,quod tũc eos habere potuerit ſemper præſumetur,arg.in c.ſtatutum.de reſcr.in vj.

Et quod ubi apud legiſlatorẽ contingit de aliquo dubitari,om̃i alio caſu prẹſupponitur habilitas.l.qui teſtamento.ff.de teſt.c.j.ad fi.de æta.& qual.in vj.nãq; hic dubiũ eſt in uxore ægra,ergo pro cõſtanti habetur ſi ſana fuerit,quod eam alere teneatur,ẽt(ut dixi ſupra,)de domo expulſam, & ſic atq; multo magis in domo.d.l. ꝓ oneribus. l.ſi cũ dotẽ.§.ſi autẽ in ſeuiſsimo.ff. ſol.ma.& tradit Alb.hic & Soc.iun.cõſ.cxxiij.nu.45.uol.iij.

Et quod qui uxori nõ ſuccurrit,dote abuti dr̃, caſus eſt in d.§.ſi autẽ.in ſeuiſsimo, & ſic nõ uti, & non modo ſpernere calamitatem uxoris(ut ad hũc ibi dicitur)uerum ẽt opprimere, quale illud Homericum Iliad.xiij. ſimile tñ. Manus etenim nobis natura dedit,non modo ad uim propulſandã(dic tu gladium)uerum etiã ad inferendã. non modo cunctorum aĩs iniecit uim bellãdi,ſed etiã debellãdi.Et in uita Aeſopi phrygis.nõ modo Xãtum ridebat ipſe,uerum etiam deridebat.

Et quod deniq; affectionis aliquando habenda eſt ratio,eſtq; argu.ad idem in l.is qui.ff.eo.& in l.libertus.qui ſoluẽdo.ff.de bon.lib. & in l. cũ ſeruus.ff.man.& in l.congruit.C.de loc.prædio. ciui.lib.x.& in l.lex quæ tutores, in §. nec uero. C.de admi.tu.hinc Actius Medicus,ſua ætate prẹſtantiſsimus cum antidotum docuiſſet ęgroto cuidam uile,mi dicas(ait) ob rei uilitatem, ex quo affectionis etiam habenda eſt ratio. Finis.

ADDITIO.

Quod uxor ſic ali a marito nõ deberet, ſi adulterium cõmiſiſſet quia tunc perdit dotem.c.plerumq;.de do.int.uir.& uxo. & idem ſi eidem uenenum propinaſſet.l.cõſenſu.C.de repu. Cuma. conſ.clxxv.col.ij. & quoniam relatiua ſunt uir & vxor,idem adhuc in uiro dici deberet,ſi maxime adulterium cõmiſit,quoniam cum in lege matrimonij peccauerit,non debebit ex dote ali,& premium conſequi ex eo quod nixus eſt impugnare,præallega.§.ſi uir.declarat Bal.in l.ubi adhuc. col.v.C. de iure do.

Impp.Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Pomponio.

OB NEGOCIVM ALIEnum geſtum, ſumptuum factorum vſuras præſtari,bona fides ſuaſit : quo iure contra hos etiam, quorum te neceſsitate compulſum negocium geſsiſſe proponis, per iudicium negociorum geſtorum vteris. D. viii. kalendas Ianuarias. A A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uſuræ nõ petantur, quia nec ſumptus peti poſſunt. l. iam tamen. § in hac ſtipulatione. ff. iudi. ſol. ergo neque uſuræ, quæ accedere dicuntur, ſuntq́; acceſſoriè ad ſortem. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium, eodem titu. in vj. & maximè quia negociorum geſtor poterat ſe exceptione tueri aduerſus petentem uſuras, quoniam prohibitæ ſunt uſque adeò ut ſit in culpa ſi hoc idem non fecit. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mãda. l. omnes excep. ff. de exceptio.

Contrarium tamen hic deciditur, & breuiter deciſionis eſt ratio, quia nemini officium ſuum ſibi damnoſum eſſe debet. l. uidelicet. ff. ex quib. cau. ma. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſta. aper. l. ſi ſeruus. §. idque euidentius ff. de fur. Bar. in l. j. §. j. nu. 6. ff. quod quiſque iur. uerum ſi nego. geſtor ſub uſuris accepit, uel ſuas etiam impedit (ut inquit gloſſ.) æquè conuenit, ut ſibi abſque controuerſia quoque reſtituantur, quandoquidem utiliter negocium geſſerit. l. quæ utiliter. ff. eodem.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia uerum eſt, ex quo apparebat negociũ, non utiliter geſtum fuiſſe, hic autem ſecus, ergo ſumptus petentur & conſequenter uſuræ, nec debuit dominus locupletari cum iactura ipſius negociorum geſtoris. d. l. cum principalis. l. nã hoc natura. ff. de condict. indebi. l. iure naturæ. ff. de regulis iuris. c. locupletari. eodem titu. In vj. Non ſecundum, quia nõ eſt uerum, nec iure expreſſum inuenitur ſed contrarium potius ut infra & cum utiliter (ut diximus) negocium geſtum fuerit, expediretq́; etiam uſuras accipere uel ſoluere, bona fides quoque ſuadet prẹſtari & ut latius per Docto. in c. ij. de fideiuſſo. & in regu. damnum de regul. iur. in vj.

Et quanquam prẹdicta in gerente ſponte, procedant & uera ſint, multo magis in eo qui coactus neceſsitate officij, ut puta tutore uel curatore, geſsit, & prout etiam declarat glo. locum habebit. ex quo dictat iuris regu. quod lex magis fauet facienti actum ex neceſsitate, quam ei qui facit ex uoluntate. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. ſi ergo (iterato dixerim ne qua dubitatio ſuperſit. l. j. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edict.) qui ſpontè gerit petit uſuras, multo magis petere poterit tutor ſeu curator, qui iuris neceſsitate officium ſuum præſtat argumentum in l. iij. in §. hac actione. ff. eodem.

ADDITIO.

Vel dic aliter caſum figurari poſſe, in eo ſcilicet, qui moram fecit in reddendis ſumptibus, factis in negociis ſuis, an teneatur uſuras etiam prẹſtare nego. geſto.

Et breuiter pro ratione dubitandi uidebatur dicendum quod non, ex quo præcepta iuris ſunt hæc, honeſtè uiuere alterum non lædere, & ius ſuum unicuiq́; tribuere. §. iuris præcepta inſti. de inſti. & iu. quantum impendit nego. geſtor dominus eidem reſtituit, ergo ad uſuras non tenebitur, arg. in l. tutori. in uerbis illis generalibus, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur. infra eo. Et quia grauatus in hoc dominus, ſoluere ſumptus, ei qui ſponte ſe immiſcuit rei ad ſe non pertinenti. l. culpa. ff. de reg. iu. in alio debet releuari, ne etiam ad uſuras teneatur. l. eum qui. ff. de iureiu. Maximè quia (ut ẽt dicebam proximè) ſunt prohibitæ. §. j. in auth. nullum cred. agrico. imò dicit Bal. alibi qđ uſura dolus eſt, & crimẽ ſimile furto, conſ. cxxxv. col. j. & cõſ. clxxxiij. ad fi. uol. j.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia actio negociorum geſtorum eſt bonæfidei, quo caſu uſuræ debentur à tẽpore morẹ. l. uideamus. ff. de uſu. no. in l. ſi inſulã. ff. de uerbo. ob. & in l. quod te mihi. ff. ſi cer. pe.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia antecedens uerum eſt conſequens falſum quandoquidẽ fuerit in mora, quæ efficit ut non modo ſumptus uerum etiam uſuras ſoluere teneatur, ut in iuribus præalleg. not. Non ſecundũ, quia eſto quod immiſcuerit ſe rei ad ſe nõ pertinenti, rem utilem tamen ſecit negociumq́; utiliter geſsit, homo homini Deus non lupus, igitur conuenit ob id quod ſumptus ſoluat, & quia moroſus, uſuras, ita ut non ſimus in caſu regulæ prædictæ. d. l. eum qui. Non denique & ultimũ, quia nec id uerum eſt iure fforum & Codicis. l. eos. C. de uſu. & toto tit. ff. & C. de uſu. ſub quadam diſsimulatione amplius permiſſæ, ut maius malum uitaretur, quemadmodũ ẽt de concubinis dicimus, l. in cõcubinis. & ibi Bar. ff. de concubi. utrumq́; idem Bar. in l. cunctos populos. in v. oppoſi. C. de ſumma Tri. & fi. catho. dolus igitur eſt. & crimen ſimile furto de iure diuino, non d. iure, & ita tenẽdum eſt. Vel dicendum quod tanquam intereſſe debeantur petiq́; poſsint. l. curabit. C. de ac. emp. Bal. conſ. cclxxvij. ad fi. uol. iij. & cõſ. cccxxij. col. fi. eo lib. & in l. uſuras. ad fi. C. de uſu. Paul. Caſt. conſ. cij. col. j. uol. j.

Præſtatq́; nobis argu. hæc lex ad multa & maximè, ad illud uulgatum de quo in l. diuus. ff. de reſti. in integ. ibi & ſi nihil eſt ex ſolemnibus immutandum ubi æquitas tamen ſuadet ſubueniendum eſt. præſtari uſuras ſcilicet, in caſu prẹſenti, quia id bona fides ſuadebat, in ẹquitatẹ fundata. l. bonafides. ff. depo.

Et quod actio negociorum geſtorum, cognoſcitur eſſe bonæfidei ex quo enumerata eſt in §. actionum. inſti. de actio. quando etiam bonẹfidei hic mentio facta nõ fuiſſet, conſequentiamq́; hãc facit glo. in l. in bonæfidei. C. de pac. & in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in l. ii. C. loca. & Spe. in §. nunc aliqua. col. i. nu. 4. de loca. & Ro. in l. ſequitur. in §. ſi uiam. col. iii. de uſucap.

Et quod in odium moroſi, debeatur uſurẹ (mora enim fruſtratio eſt. l. hominem. ff. mãda. l. liberto. §. litem. ff. de neg. geſt. Bal. in l. in fideicõmiſſi. in §. ſi auro. ff. de uſu. imò delictum. §. contumacia. ff. de re mili. l. filius. de inter. ac. idem Bald. in

tur pe-

l.magnam.col.x.ff.de cont.& commit.ſtip.) igitur peti poterunt & (ut dixi) non ab te præſtiridebebunt.

Et quod ubicunque diuerſitatis ratio, aſsignari non poteſt, quæ neceſsitate officij geruntur, haud debent diſtingui ab his quæ geruntur ſpõte. l.à Titio.ff.de uerb.obligationib.l.illud. ff.ad legem Aquil.

Et quod denique tantũ eſt dicere per iudiciũ negociorum geſtorum quantum eſt dicere per actionem, quoniam in iudicio exercetur & eſt argumentum in l.iuriſgentium in §.quinimmo, ibi in omnibus bonęfidei iudiciis.ff.de pac. & in l.uinum, ibi per iudicem.ff.ſi cert.petat.& in l.fina. ff.de rei uendi. & in l. in bonæfidei. C. de rebus credi. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.
& CC. Alexandro.

AB VNO HAEREDE PRO ſolido re ueluti communi uenundata, de precio coheres uenditoris negociorum geſtorũ actione ratam faciens uenditionẽ agere põt D.Idib.Febr.Sirmij.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod agi non poſsit pro communi negocio geſto, text.in l.mater infra de rei uendi.ubi fundus communis uenditus eſt, & tamen uenditionem cohęres ratã non habetur, nec actionem negociorum geſtorum ad precij partem, de quo etiam in gl.hic mentio facta eſt. Et ſi ageretur, petitione hæreditatis, & nõ actione negociorum agi deberet. l.in familię. C. fam.hærciſ.ad fin.uel mandati ut adhuc ibi dicitur in princip.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt quia uendendo rem tanquam communem, communi nomine etiam uendere uidetur, quo fit, ut ratam uenditionem habeat negocium ſuum pro parte efficiat, nimirumq́ue ſi actione etiam negociorum geſtorum ad precij partẽ experiatur & agat.

Ad oppoſita reſpondetur parũ aut nihil facere non primum quia propter oppoſitum in fin.& cũ tex.iſto concordat in princ.uero neque ratam uẽditionem haberi potuiſſe, neque ad precium agi quia nomine eius cuius erat res, uendita non fuerat, ſed nihil eſt quia nihilominus (ut dicit text.) à poſſeſſore, etiam non oblato precio poterit uendicari. Non ob.ſecundum quia id etiam eſt (ut ad hũc ibi dicitur) ex quo res uti propria fuerat uendita, & idem habetur in l.inter cohęredes ad fi.ff. fami.hær. Non denique & ultimum quia uerum eſt quoque ſi mandatum præceſsit, imò ſubiicit rurſum tex.quod actione negociorum geſtorum etiam cohęres agere poterit ut hic, ſi ratam fecerit uenditionem, & ſignanter gloſ.ibidem allegat tex.iſtum & in d.l.mater.

Præſtatq; nobis argumentum ad multa (iterato dixerim) tex.iſte, & maxime, quod quam diligentiſsime animaduertere debet quis, qua actione experiatur, ex quo iudex alias lacerat libellum ineptum etiam parte non opponente ut not. in l. j.ff.de offic.aſſeſſo.Socy.pulchre conſi.cxlvj.col. v.uol.j.ea de re inſtructio traditur hic rurſum q̃d agendum ſit ut actione competenti ad precij partem agi poſsit, & in ſimili dicit Ang. in l. eum cui C.de ac.& ob.quod qui agit ſcilicet, actionẽ cõpetentem proponere debet, & quoniam dixi alibi ſatis tranſeo.

Et quod quanquam ratihabitio æquipararetur mandato.l.fin.C.ad macedo.Bar.in l.ſi pupilli in §.item queritur.ff. de nego. geſt. & in l. pon.ponius col.vi.ff.eo.non tamen ſunt idem argumentum in l quod nerua.ff.depo. nec quantum ad ſpeciem actionis facta eſt æquiparatio, quia mandatum actionem mandati parit.l.licet. §. ea obligagario.ff.de procu.ratihabitio uero nego. geſtorũ ut hic & in d.l.ſi pupilli i §.idẽ ait.ff.de neg.geſt.

Et quod non mirum eſt ſi re communi uendita cohęres ratam uenditionem habens ad precij partem agit, quoniam meum eſt id quod commune eſt, pro parte mea.l.ſerui electione.§.i.ff.de legat.i.l.duo fratres.ff.de acqui.hæ.l.ſuus communis.ff.de ſtip.ſer. & not.in d.§.i.latius.

Et quod ueluti, aduerbium eſt, non ſemper exemplificatiuum, ut in l.ueluti.ff.de iuſti.& iur. & in l.ueluti.ff.de edend. & in l. quanuis.ff.de in ius uo.cum ſimilibus ſed quandoque ẽt ueritatis expreſsiuum ut hic & in l.quotiẽs .C.de iu.do & in l.ſi is qui ducenta in §.utrum.ff.de reb.dub.

Et quod denique precij mentio fit hic, quoniã de ſubſtantia emptionis eſt.§.item precium inſti. de emp.& uendi.l.pacta cõuenta.ff.de cont.emp. Bal.in l.ſuper rebus col.ii.C.eo. quod uerum intellige, cõuentione nõnumeratione, ex quo aliud quoq; ſolui poteſt.l.precij cauſa. C. de reſcindẽ. uendi.& ibi Saly.not.Bar.in l.ſingularia col.ulti. ff.ſi cer.pet.& uenundata dixit, ut in lege.xij.tab. non uendita.l.ſtatuliberos.ff.de ſtatulib.ibi ſtatuliberos uenundari poſſe leges. xii. tab. putauerunt.ne ueneranda uetuſtatis auctoritas forte ut inquit tex.in §.illud in auth.de appellati. l.teſtamenta.C.de teſta.l.ſcimus.§.& hæc quidem.C.de iure delib.ſperni uideretur. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian.A A.
& CC.Theodoro.

NEGOCIIS GESTIS, NON in rem, ſed in perſonam eſt, actio.D.xij.Kalen.Decemb. Nicomediæ.CC.Coſſ.

Dubitadi rationem faciebat, quod actio ſit in rem, non in perſonam, ex quo datur etiam ex re-

ideſt

ideſt ex geſtione & ad res quidem, ut etiam hic dicit glo.& bene quandoquidem nomina debeāt eſſe conſona rebus.§. eſt & aliud inſt.de don.l.tugurij.ff.de uer.ſig.l.ij.§.appellata, ff.ſi cert.petat. maxime adiectiua.d.§.eſt & aliud.Corne.conſili, lxix.nu.28.uol.j.Onomatopœiaque figura eſt. Et uidetur caſus in l.pro officio infra de adm.tu. ubi tutoris & curatoris(ſi debitores exiſtant)bona,tanquam pignoris titulo obligata, poſſunt à minoribus uendicari, ergo actione reali, & non nego.geſtorum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia eſto quod nulla obligatio naſci uideatur ex contractu, uel ex maleficio aut quaſi, naſcitur tamen ex quaſi contractu, receptumque eſt utilitatis gratia negociorum geſtorem & dominum inuicem obligari,deducendo ut in §.j.inſtitut.de ob.quæ ex qua cont.naſ.& in l. ex maleficiis in §.j.ff.de ac.& ob.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum quia eſto quod ex re & ad rem detur,nō propterea ſequitur quod ſit realis, quæ alias duo extrema ſupponit, dominium ex parte agentis poſſeſsionem ex parte rei conuenti,ut in §.omnium inſti.de actio.in l.ſi in rem.ff.de rei uend.hic aūt negotiis geſtis,& prætextu negociorum geſtorū datur,ergo ſtantibus ſupra dictis, perſonalis erit & non in rem.Nec officit quod ſic nomen actionis,conſonabit rebus ipſis, quia uerū foret ſi alia concurrerent.ipſam actionem formantia, ſed nō concurrunt(ut oſtenſum eſt proxime)ergo. Non ob.ultimum,quia nec id eſt regulare,ſed in tutela precipuum & ſpeciale,quandoque realem dari ſcilicet, ut etiam hic not.ergo nec attendendum.c.quæ a iure de regul.iur. in vj.& ſpecialitas dicto caſu arguit ius commune in contrarium. l. ius ſingulare.l.quod uero contra. ff.de legib. firmatque regu.in non exceptuatis.l.quæſitum.§.denique.ff.de fun.inſt.not.in c,cum dilecta de confirma.uti.uel inuti.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod actio realis nullam præſupponit obligationem.d.§.oīum perſonalis uero ſic,& nihil aliud eſt, quam ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur ut inſti.eo.in prin.non ab re igitur hic legitur quod negociis geſtis, actio eſt in perſoam, non in rem ex quo ut dixi inuicem obligantur,dominus & nego. geſtor.

Et quod noſtra intereſt habere potius actionē perſonalem quam realem, quia proprie actio eſt l.actio in perſonam. ff.de actio.& ob.petitio uero in rem ut ibi,item bonæfidei, realis autem ſtricti iuris.§.actionum inſti.de actio.nimirum igitur ſi nititur hic tex.nobis declarare actionē nego.geſtorum (iterato dixerim) eſſe in perſonam non in rem.

Sed obſtare aliquantulum uidetur reg.plus cautionis. ff. de reg.iu.ubi plus cautionis eſt in rem quam in perſonam niſi dicamus,& uerum eſt,nō de actione reali & perſonali intelligi, ut ibi ſenſiſſe uidetur glo.ſed quod longe melius eſt habere rem quam actionem, pignorique incumbere, quam in perſonam agere.§.furti inſtit. de ob.quæ ex del.naſ.l.itaque.§.fin. ff. de fur.& ut ibi fuſius not.eſtq; arg.in l.is qui deſtinauit.ff.de rei uend. & in §.commodatum inſti.de interdic.

Et quod quanquam dicat Bald.in l.eam quam col.ii.C.de fideicom.ſubauditione longe melius eſſe ſermonē ſaluare quam figura, quoniam corrumpit regulam,ornatus cauſa tamen legislator ea ſepiſsime utitur,hicq́ maxime, inque iſtis uerbis negotiis geſtis,eſtq; caſus pro caſu amplius poſitio,quoniam ſenſus eſt,negociis geſtis,ideſt negotiorum geſtorum actio, eſt in perſonam non in rem.Et figura enallage.idemque à ſimili in l. eleganter in §.ſeruus pactionis.ff.de dolo & in c. j.& ibi Hoſti.de iudi.& in l.quod ſi minor in §. ſi ſeruus iuncta gloſ.ff.de minor.& in l.filiusfamil. in §.diui.ff.de mino.

Et ſecundum alium intellectum,quod ablatiui abſoluti regulariter in conditionem reſoluuntur l.à teſtatore.ff.de cond.& de.Negociis geſtis ſcilicet ideſt ſi negocia geſta ſint actio non in rem erit, ſed in perſonam.

Et quod denique,uiciare ſcripturas non debēt quæ ſuperabundant.l.non ſolent. l, quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regul.iur.Bald. in l.j. ad fin.C.de iu.emphit.nanque certum erat actionem negociorum geſtorum eſſe perſonalē, ex ſupra dictis, tamen uoluit hoc non obſtante legiſlator iſtud ipſum paucisſimis uerbis declarare, ut ſciret quiſque eam proponere, & ita in ſimili docet egregie Odoſ.in l. j. colum. iiii. ff. ſi cert, petatur. Finis.

De his quæ vi metusve cauſa geſta ſunt.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA. & C C.Polliæ.

AD INVIDIAM ALICVI nocere nullam dignitatē oportet, unde intelligis, quod ad metum arguendum per quem dicis initū eſſe contractum, Senatoris dignitas aduerſarii tui ſola non eſt idonea.P P. iii.kal.Maii Heracliæ.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod ex dignitate dolus ſeu metus præſumatur,quia uidetur caſus in l.pe.infra eo.ubi ad litteram dicitur, uenditionem alicui factam, qui ſit in aliqua dignitate conſtitutus,condictione ex lege illa reſcindi. Et quia ſi metus arguitur ex præſentia patris. l. 1, §.quæ onerandæ nauis.ff.qua.re.act.non da.ita ut

filius

filius,ſi eidem patri paciſcenti conſentiat,captus in integrum reſtituatur.l.denique.§.ſi quid.ff.de mino.multo magis arguetur ſi cum eo contrahat quis,qui dignitatem habeat. Vnde id unum etiā prodiit.Rogare ducum,ſpecies eſt uiolenta iubēdi.l.cum uerò.§.appatet ibi, uel per dignitatem eorum à quibus relicta eſt.ff.de fideicom. libe.l, pen.ad fi.ff.de fur.Old.conſi.ccix,nu.11.gloſ. in l.j.in §.ſed ego.ff.quod iuſſu, Et cum apud Andrum Themiſtocles,uim & ſuaſionem proponeret petens argentum,ex eo declarauit, ui cepturum ſi non impetraſſet.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, poteſt quia præſumendum eſt, quem dignitate nolle alicui obeſſe (ut par eſt)ſed prodeſſe potius a argumentum in l.ſi longius ad fin.ff. de iud.& in l.ſeruus ea lege.ff.de ſer. expor. not, in c.j.de probat.

Et quia dignitas præſumptionem adhuc boni habet, & non mali.l.j.ad fi.ff.de off.præfec. præto.not.in d.c.j.Non igitur ex ea dolus ſeu metus præſumetur,niſi ab agente probatum fuerit, l. ii. ff.de proba.l.quotiens.§.qui dolo.ff.eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum,quia uerū eſt id quod ibi dicitur in eo, qui habet dignitatem non ſolam ſed cum adminiſtratione iuriſdictionali, hic autem ſine,idcirco nimirum ſi contractus eo caſu præſumitur meticuloſus,hic uerò non niſi(ut diximus)probetur, & ut hic fuſius per Cy.& Alex. ibi Bart. in l. aufertur in §.quod præſide.ff.de iu.fi.Non ſecundum, quia non eſt uerum, niſi alia concurrant Minæ terror & metus,ut hic rurſum declarat Bartol.& Alex.in l.interpoſitas col.j.ſupra de tranſac.ergo non ſola dignitas, hoc ipſum arguet ex quo reliqua ad idem adducta tolluntur,quoniam eſto ꝙ ita dicatur,in principe iuſto tamen, non preſumetur,& ut ad longum not.in d. c. j. de proba.& aliter etiam ut infra,

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod officiales prohibentur in ꝓuincia quam regunt cum eorum ſubditis contrahere.l.j.C.de cont.iud.l. principalibus. ff. ſi cer. pet.l.fi. C.de reſcin.uen.Bal.in tit.de pa. conſti. in uer.pactiones & in uer.pro infectis. Iaſo.in §. quadrupli col. ix. inſtitut. de actio. ſubiicientes contractus hoc caſu nullos fore ſi fiant,uſq; adeo ut actione quod met.cau.non ſit opus.

Et quod ſi clerico laicus actiones cedat, ſitque clericus talis ut poſſit aduerſarium terrere,poterit ſine dubio impugnari ceſſio, alias non ut hic & in l.j.C.ne li.po.Bal. pulchre in l. per diuerſas in xix.q.quæ eſt ad fi.legis.C.man.

Et quod ad reſciſionem contractus actione ꝙ met.cau.Experimur,ſi metus ſit qui cadat in cōſtantem uirum,ut in d.l.pe.infra eo.& in l. metū j.& ij.& in l.j.ff.eo.quoniam ſi aliter foret metus uerecundiæ ſolum aut reuerentiæ de quibus in l. fin.in §.j.ff.eo.& in d.§.quæ onetandę tunc officium iudicis,imploraretur de primo eſt exemplū ſi ſpoliaretur, mulier, & diceret quis aut te ita ſpoliatum dimittam ut ab omnibus conſpiciaris aut mihi.x.promittas,de ſecundo,ſi promitteretur patri,uel & melius marito, aut patrono & latius ut per Bald.in d. l. interpoſitas ad fin. C. de tranſactionib.

Et quod preces principis nō inducunt iuſtum metum, niſi ſint importune, quia tunc metui æquipararentur.c.præſens.xx.q.iij.c.inſinuante. cum not.ibi, qui cle.uel uo.Inno.in c.cum inter R.eo.tit.& in c.petitio de iureiuran. bonus text. in c. Oſius de elect. pragma.multa in c.licet in §. item nec credit in gl.precibus.

Et quod denique bene prohibitum eſt iudicibus emere ab his qui ſunt de ſua iuriſdictione, (quod pro declaratione nota)ſi ſunt iudices temporales non ſi perpetui. Et ſi emant à ſuis ſubditis & ab his qui ſunt de ſua iuriſdictione, nō autem ſi ſunt de aliena, quia tunc ceſſat ratio potentię & impreſsionis reſultantis ex officio, & ut latius oſtendit Gui.Pap.in deciſ.ſuis.excv.ad fin. & etiam in prin.

Et qđ preces ſi importune fuerint, ut ſupra,& quomodo id intelligi debet de quo ſupra. Rogare durum &c. Vel ſi litterę præceptum comminatorium contineant, inducant iuſtum metum aliàs nō ut hic tradit in pulchro caſu Deci.conſ.ccxix. col.j.uol.ij. Finis.

Impp.Honor.& Theod.A A. ad populum.

VENDITIONES, DONAtiones, tranſanctiones,quæ per potentiam extortę ſunt, præcipimus infirmari. D.xiij.kal.Mar. ipſis.AA.viii.& iii.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod extortum ēt per potentiam ualeat, & quia nec ex dignitate præſumitur metus,uel dolus.l.ad inuidiam ſupra eo.ergo nec uenditio,uel donatio aut tranſactio infirmabitur hic, Maxime, quia uoluntas coacta uoluntas eſt,l.ſi mulier.§.pe.ff.quod met.cau. Et quia ſi filiusfam.cogente patre duxit uxorē, quā non duxiſſet ſit ſui arbitrij fuiſſet matrimonium tamen contraxit.l.ſi patre cogēte.ff.de ritu. nup.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia cōtrahere debet eſſe liberi arbitrii,iniuſtumque deſiderium poſtulantis,hoc idē aliter fieri.l.nec emere.C.de iure del. l. inuitum. ff.de contrahē.emp. & ad idem facit etiam tex.in l.i.ff.quod met.cau.& quia dolus regulariter dans cauſam contractui ipſum uiciat.l.elegante r.ff.de dolo Bal.in l.j.in §.adeo. ff. de pact. ſed in metu dolus ineſt. l. ſi cum exceptione. §. eum qui. ff. eod.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nō primum,quia uerum eſt in habente dignitatem ſine admini-

adminiſtratione ut ibi eſt diximus, at hic cũ adminiſtratione intelligitur, ergo nimirum ſi diuerſum ius ſtatuitur. Vel & aliter dicamus, quod hic de metu conſtabat, ibi autem non, propterea cõtractus ibi rurſum ualet, hic uero non. Non etiam ſecundum, quia eſto quod uoluntas ſit eſt tamen coacta, & habet diſſenſum ſimul ſitq; permixtio cõtrariorum in eodem ſubiecto & reſultat quoddam mixtum in anima, quia eiuſdem animę libertas diſſentit, ſed ſenſualitas conſentit, ne maius detrimentum patiatur declarat Bald. in c. cum inter col. ii. de elec. & hoc eſt quod dicit tex. in c. ſacris de his quæ ui metuſue cau. fiu. quod pati potius uidetur quam agere is qui per metum cõtraxit, nimirum igitur ſi per potentiam extortum infirmatur. Non ob. ultimum, quia filius præſumitur conſenſiſſe ratione paternæ uoluntatis, uel dic quod hac ratione fingatur, quodque hoc caſu non minus debet operari fictio quam ueritas maxime fauore matrimonij argumentum in l. patre furioſo. ff. de his qui sũt ſui uel alie. iu. & in c. cũm matrimonij de offi. del.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod exempla non reſtringunt regulam. §. hactenus inſtit. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. inf. nanque eſto qđ hic uenditionum donationum & tranſactionum, mentio facta ſit, generaliter tamen quod hic dicitur locum habet quia dicitur in l. j. ff. eod. qđ metus cauſa, geſtum erit, ratum non habebo, uerbaq; prætoris ſunt & eſt ſimile in l. traditionibus C. de pact. & in l. j. & ibi Odof. in principio. ff. de publicia.

Et quod potentia dicitur, eius, qui magnas uires habet, opes & poteſtatem ſummam, unde non ab re factus eſt hinc etiam titulus, ne li. poté. pat. liti. præſta. Sicuti igitur patrocinium potentiorũ recipiens punitur iactura cauſæ, & præſtans arbitrio iudicis. l. j. ne li. pot. ita hic contractus per potentiam extorti (ut text. dicit) infirmantur. l. ſi per impreſsionem ſupra. codẽ. l. j. C. ſi quacunque præd. pot. l. j. C. ſi rec. prouin. & proprie potentia dominatus eſt.

Et quod uerbum extorquere, ſonat ui uel metu aliquid factum fuiſſe, non libere & ſponte, ut regulariter fieri debet, & à lege permiſſum eſt, tñ l. extat. ff. quod met. cau. l. i. C. ne fi. pro pat. l. i. C. ſi tu. uel cura. c. ſtatutum. §. pe. de reſcript. in vi. c. conquerente de cle. nõ reſi. in ec. c. ij. de arb. auth. ſacramenta pub. C. ſi aduer. uen. & ibi dixi.

Et quod præcipere eſt imperare, uſque adeo ut neceſſe ſit id etiam facere, quod imperatur. c. fin. xiiii. qõ. i. neceſsitate tamen cauſatiua ſi uoluerit is, cui per potentiam uenditio, donatio, ſeu tranſactio extorta eſt l. fi. ff. de ſepara. quia beneficium non confertur in inuitum. l. inuito. ff. de reg. iur. l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet. Bart. in l. quidam æſtimauerunt. ad fin. ff. cod. & in l. hoc iure in §. non poteſt. ff. de donatio. Alexand. multa in l. quãuis col. iii. ff. ſol. mat.

Et quod denique etiam ad idem quãdo lex aliquid præcipit quod reſpiciat cõmodum tantum eius cui præcipitur, conſilium potius eſt quã præceptum. l. i. & ibi Bart. col. ii. ff. de cond. ex le. late Abbas in cap. nam concupiſcentiam. colum. i. de conſtitutio. Finis.

De dolo malo.

Imp. Gordianus. A. Aquilino.

NON POSSVNT OBESſe tibi tempora, quæ in actionem de dolo ſolent computari, quibus reipublicę cauſa (vt allegas) occuparis, ſed ex inde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præſtituta tempora cæperis obtinere. PP. Idib. Auguſt. Sabino. ij. & Venuſto. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non deducatur abſentiæ tempus, quia actio de dolo durat biennio continuo, currit abſenti & ignoranti, ac alio modo etiam impedito. l. fi. infra co. & maximè quia ſubeſſe uidetur quid quod agenti poteſt imputari, cur labi tempus permiſerit, unde damnum quod ipſe ſua culpa paſſus eſt & patitur ſibi debet imputari ut in reg. damnum de reg. iur. in vi. Et etiam quia actio de dolo famoſa eſt l. nõ debet. ff. de dolo, & cum expirarit amplius non debet utique reuiuiſcere. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. l. qui res. §. aream. ff. de ſol. l. homo liber. ff. de ſta. ho.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad hoc ut tempus currat, oportet quod ille cui datur actio habeat, facultatem agendi. l. i. ff. de di. & tempo. præſcrip. ſed abſens hic fuit impeditus, quia cauſa reip. aberat, ut dicitur in tex. igitur non mirum ſi dictum abſentiæ tempus deduci debet.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerum eſt hodie non iure ueteri, quo caſu lex iſta loqui uidetur. l. fina. infra eo. nanque illa Cõſtantini eſt iſta uerò Gordiani, & propterea diſtingue tempora & concordabis ſcripturas ut inquit glo. in l. i. C. de accu. imò (ut etiam dicit Pau. & Saly. & bene) quod dicto caſu etiam daretur reſtitutio ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe uidetur de qua in l. i. ad fin. & in l. ſed & ſi per prætorem in princ. ff. ex quib. cau. ma. & not. in d. l. fin.

Ad ſecundum reſpondetur abſentia excuſari, & cum fuerit impeditus, tempus ſibi non cucurriſſe unius anni utilis quod olim ſtatutum erat. l. i. C. de anna. excep. ubi uulgatum illud impedito

& non nalenti agere nõ currit præſcriptio. quod admodum naturale eſſe dicit Bal.in auth.niſi triẽnale in princip. C. de bon. mat. nſque adeo hac de re, nt nec culpa ſibi poſsit imputari,& rem quę culpa caret in damnum nocari non conuenit.c. cognoſcentes de conſtitutiõ. Non ob. ultimum quia eſto quod famoſa ſit, anno tamen durabat, ſique impedimentum iuſtum eſt, non expirauit (nt dixi) immo niuit, ergo nec de ea extincta ſuſcitanda agi uidebitur, indubitatumqne eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod abſentia ex cauſa.reip.dicitur neceſſaria & probabilis, ad differentiam probabilis tantam,& neceſſariæ tantum & fuſius nt per gl.in l.fin.ff.de reſti.in int.

Et quod negatina præpoſita nerbo poteſt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam l.j.ff.de uerbo.obl.l.nemo poteſt.ff.de legat.j.c.j. ubi etiam glo.de reg.iu.in vj.ita ut ſenſus ſit nullo modo obeſſe tempora impedito & abſenti ex cauſa reip.quę ſolẽt in actione de dolo cõputari.

Et quod qnanuis notoria releuent, ob onere probandi, non tamen releuant ab onere proponendi & allegandi, ut eſt gloſ.not.in l.ſi adulterium cum inceſtu in §.idem pollioni. ff. ad legem Iul.de adult.& in cle.appellanti de appelationib. Alexand.in l.non hoc in ii. col.C.unde legi.& in l.j.col.j. C.ut quę de.adno.Rom.cõſ.clxiij.col.ij. Cur.Iun.Ollim Collega.cõſ.lx.nu.5.& conſ.lxj. nu.7.Idem Alexand.conſ.ccxxv. num.18.uol.vj. nanqne hic ad propoſitum allegationis mentionem facit,& non probationis legislator, quia forte abſentia ex dicta cauſa erat notoria.

Et quod numerus pluralis in ſingularem reſoluitur, ex quo dicit tempora hic tex.& tamen hoc iure(ut dictum eſt)anno utili tantum actio durabat, l.falſa demonſtratio.ff.de condi. & de. Corn. conſi.cccxx.in prin.nol.iii.eſtque figura exallage l.Lucius.§.caio.ff.ad Treb.l.ſi.§.filium. ff.de leg. ii.l.ſi chorus in princ.ff.de legat. iii. plenè Alex. conſil.cxxxvj.colum.ii.nolum.iii.& conſi.clxvii. col.iiii.eo.lib,

Et quod denique abſens non habetur pro præſente, niſi in caſibus à iure expreſsis, ex quo eſt q̃dam fictio.l.iii.hæc uerba.ff.de nego.geſt. Barto. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. Milis in §.abſenti num.3.

Et cum de ipſius abſentis præiudicio agitur, maximè(ut dictum eſt)quando abſentia eſt ex cã reip.& ſic neceſſaria ac probabilis. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.
& CC.Hymnodæ.

DOLVM EX INDICIIS perſpicuis probari conuenit. D.Kal.Decemb.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod dolus prę ſumatur, quia hoc idem ad literam dici uidetur in l.dolus.ff.manda.ubi ſi quis nolit perſequi, qđ perſequi poteſt.aut ſi qnis non exegerit quod exigere poteſt, uel ſi nolit ſoluere quod exegit in dolo eſt, nec alia requiritur probatio.Et ad idem eſt etiam text.in l.dolo.ff.ad leg.fal.ubi dolo carere non uidetur, ſi iam mora controuerſia hæreditatis, legata det quis ſine cautionibus. Et idem in l. i.C.ſi aduer.credito.ubi minor in mutuo aduerſus creditorem, reſtituendus eſt, quia præſumitur læſus,& dolo ſe uerſatus in mutuando argumentũ in l.i.ff.ad macedo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis aſsignatur quia dolus eſt, delictum, licet non cadat in ſpeciale nomen delicti. l. in omnibus.§.nunc tractemus.ff.de tute.& ra.diſtra.Bal. in ſtatut.in §.arbitrium.num.31.l.iii.ff.de crimi. ſtel.Corn.lxvii.num.2.uol.iii.in dubio quis non præſumitur delinquere.l.merito.ff.pro ſo.c.i.de ſeruti.fa.l.quotiens.§.qui dolo. ff.de proba.Bald. conſil.ccv.col.ii.uol. i.idem Corne. conſil. ccxi. col.ii.uol.ii.melius conſi.cccxiiii.col. iii.uol.iii. & conſil.cxlvii.col.ii.uol. iiii.igitur probari debet & indiciis atqne præſumptionibus urgentibus quidem, cum in animo conſiſtat cuius Deus ſolus cognitor eſt & ſcrutator, nec directo probari poſsit ut per glo.in c.de occidendis. xxiii.qõ.v. Angel.conſil.cclxxiiii.colum.ii.not.in §.alie.inſtitut.de actio.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia regulariter ubi qnis omittit id ad qđ tenebatur & erat obligatus, tunc dolo carere non uidetur uſqne adeo ut hoc caſu hac ratione etiam præſumatur nec probatione opus ſit, & ad iſtud. d.l.dolus ſolet allegari,& probatur etiam in c.cũ æterni de re iud.in vi.Ancha.conſ.cccxvi. col.ii. Bal.in l.cum mulier col.ii.ff.ſol. mat. Cy. in l. ii. C.ſi aduer.del.Pau.Caſt.conſi. xxxii.nu.6.uol.ii. Et eſt dolus proprie præſumptus ad ueri differẽtiam qui(nt diximus)ex manifeſtis & perſpicuis indiciis apparere debet & ut hic etiam dicitur, declaraque Alex.conſ.ciii.col.vi.uol.i.& conſ. clii. col.ult.uol.v.& conſi.cxliii.col.ii.uol.vi.& conſ. cxc.col.iii.eo.lib.

Ex quo tollitur etiam ſecundnm, quandoquidem hæres à legatariis cautionem non acceperit de legatis ſibi reſtituendis, caſu pro ſibi fuiſſet euicta hæreditas. Et ſic(nt dixi)omiſit id ad quod tenebatur,& erat obligatus, nimirũ igitur ſi dolo caruiſſe non uidetur. Non obſt.ultimum, quia id eſt in odium fœneratorum indnctum, argumentum in d.l.i.ff.ad Macedo.& not. ibidem, & per Cy.in authen.hoc ius portectum. colum. ii.C.de ſacroſanc.ec.Alexand.in l.ſingularia colum.v.ff. ſi cert.petatur.

Nouiſsime etiam dubitandi rationem faciebat tex.inl.i.C.ad leg.Cornel.de ſica.ubi dolus præſumitur, ſi non probetur contrarium, exempli gratia ſi homicidium commiſſum ſit, præſumetur doloſum, ergo probatione opus non eſt ut hic dr̃ & in d.§. qui dolo.Sol. in genere prohibitorum

dolus

dolus præſumitur, & ita loquatur tex. ibi, in genere permiſſorum non, ideo probari debet ut hic per Bar. in ii. lectu. & in d. §. qui dolo. not. ſentit Areti· conſi. lxxx. in princ. deque hoc etiam in l. ſi non conuicij. C. de iniur. nonnihil Fely. in c. nõnulli in §. ſunt & alij colum. viij. de reſcrip. Corn. conſi. ccv. col. j. uol· ii. & conſ. ccvij. ad fin. eo. lib. & cõſ. lxi. nu. 23. uol. iii. idem Fely. in c. j. col. iiij. de præſump. Et ideo qui allegat hominem occidiſſe habet præſumptionem contra ſe cum homicidium ſit de genere prohibitorum Bald. in l. matrem. C. de proba. Seyſel. in l. ut uim in repet. col. xviij. de iuſti. & iu. Alex. conſi. iij. col. j. uol. j. & conſ. ciij. col. vj. eo. lib. & Soci. in l. j. num. 33. ff. ſi cert. petatur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod emens rem furtiuam, fraudis particeps dicetur, & uerum erit ac probabitur, ſi emerit ſæpe, ſi clam, & modico precio, ita Bal. in l. inciuilem. C. de fur.

Et quod ſi contractus ſit contra ius, puta ſimulatus, in fraudem uſurarũ, & qui uis alius factus in fraudem legis poterit utique probari fraus & dolus per indicia, ut etiam per iſtum textum ſignanter inquit idem Bald. conſil. cccxii. in princip. uolum. v.

Et quod amicitia & inimicitia, quæ affectione animi contrahitur, coniecturis probari debet, ut hic dolus, qui (ſicuti dictum eſt ſupra) in animo pariter conſiſtit, & pulchre declarat Abb. in c. repellantur in prin. de accuſa.

Et quod dolus (ferè idem eſt) conſilium occultum eſt, ac malum quo ſpecie boni (ut inquit Magnus Baſili.) ad decipiendos proximos utimur, & ideo cũ directo probari nõ poſsit, ad indicia eſt recurrendum & coniecturas.

Et qđ deniq; de animo conſtat, ex his, quæ quis prius dixit uel fecit ut in l. fulcinius in §. ſed is qui & ibi gl. animus. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. tradunt pulchre Regien. conſ. iiij. nu. 10. uol. i. Finis.

Diocletian. & Maximian. AA.
& CC. Sebaſtiano.

SI MAIOR QVINQVE & uiginti annis hæreditatem fratris tui repudiaſti, nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sanè ſi eius uxoris tibi ſubſtitutæ dolo factum eſt, actionem de dolo contra eam exercere potes. D. xvj. Kalend. Maij. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod repudians poſsit habere regreſſum ad hæreditatem ſibi delatam, & eam adire repudiatione non obſtante, quia uidetur caſus clarus in l. fin. infra de repud. hęre. ubi quis hęreditatem repudiauit, & nihilominus uſque ad trienniũ aditio ſibi permiſſa eſt. Et quia dolus dans cauſam contractui ipſum uiciat. l. eleganter. ff. de dolo ergo & repudiationem in caſu præſenti, quia nõ poteſt diuerſitatis ratio, aſsignari l. à Titio. ff. de uer. ob. ĩ ſimili Bal. in l. de quibus col. xiii. ff. de legib. ergo poterit adiri hæreditas repudiatione non obſtante; dolo uiciata. Et quia dolus uxori ſubſtitutæ (ut hic dicitur) patrocinari non debet. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. itaque fullo. ff. de fur. l. in fundo. ff. de rei uen. c. ſedes apoſtolica de reſcrip. Nec dari actio de dolo ei cui ſit de alio remedio ſuccursũ. l. i. §. ait. ff. de dolo. l. & ſi ſine. §. i. ff. de mino.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia remittẽtibus iura ſua non datur, amplius regreſſus. l. quęritur. §. ſi uenditor. ff. de ędil. edic. & quia à priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſus. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. l. homo liber. ff. de ſtatu ho. Et penitentia ſera, cũ res non ſit integra, argumentum in l. ſicut. C. de ac. & oblig. & not. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cau. iure etiam iam alteri quæſito, quod ſibi auferri non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur. l. fin. ff. de pac. Et quia eſt etiam reg. iuris uulga. qđ ſemel placuit amplius diſplicere non poſſe, ut in c. quod ſemel de regu. iur. in vi. argumentum in l. ſed reprobari & ibi not. ff. de excu. tuto. & quia ẽt non poteſt repudians (iterato dixerim) uenire cõtra factum proprium, & ſe ipſum corrigere. l. poſt mortem. ff. de adoptionib. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonſt.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere. nõ primum, quia loquitur in ſuo adeũte & permiſsione legis ſpeciali ratione, propter ſuitatem, & repudiatione non obſtante, ac intra certum tempus, de quo ibi, nos autem in extraneo, quorum non eſt par eademq; ratio, igitur non mirum ſi repudians amplius adire non poteſt, ſique aduerſus inducẽtem eum ad repudiandum, actione de dolo ſuccurſum eſt ſibi argumentum in l. eum qui. ff. de iureiuran. ad intereſſe ſcilicet ut infra. Non ſecundũ quia poteſt reſponderi quod imò non uiciet ex quo eſt ſtricti iuris. §. actionum inſtitut. de actio. uel quod non uiciet, quia ſecum trahit executionem ut uenditio ſecuta traditione, uſque adeò ut annulletur per actionẽ de dolo ſed nõ ut agens ad hæreditatem admittatur ſed intereſſe conſequatur in bonis uxoris ſubſtitutæ de qua hic, & ut per gloſ. & clarius Pau. Caſt. eam declarantem. Nec dolus vxori ſubſtitutę patrocinabitur ex quo aliud tolletur) quia omnino tenebit ad intereſſe, ſuaſerat enim hæreditatem damnoſam, cũ tamen eſſet lucroſa. Non ob. ultimum, quia id in minore uerum eſt, cui non datur actio de dolo ex quo in integrum reſtitui poterat, & ita loquatur text. in d. §. ait prætor & in d. §. j. at nos loquimur in maiore, igitur ad propoſitum adduci non meruit.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime quod quanquam maiori repudianti hæreditatem, non detur amplius facultas adeũdi,

datur

datur tamen minori ad id faciendum reſtituto, caſus eſt in dicta l. & ſi line. in præallega. §. primo. & in l. ait prætor. in §. penulti. & ſequen. ff. de mino. & eſt limitatio ad reg. de qua hic & in l. ſicut. C. de repud. hæ. & in l. prima. C. de repud. bon. poſſ. & ad propoſitum facit etiam text. in l. nam poſteaquam. in §. ſi minor. ff. de iureiu. ubi prętor cognoſcere debet an captus ſit & ipſum in integrum reſtituere.

Et quod uulgaium id Poetæ probari hic euidentiſsime conſtat, de quo etiam Bald. in l. ſecunda. ad finem. C. de libe. eo. & lib. Facilis deſcenſus Auerni.

Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis
Sed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras
Hoc opus hic labor eſt.

Nanque antequam repudiet quis, hæreditatem ſibi delatam, penſitabit, quia poſt quærere non poterit, nec ulla ſibi dabitur inde adeundi facultas, ut hic dicitur & in dicta l. ſicut. ponderandaque ſunt uerba utrobique, ibi non poteſt iuxta glo. poſitam in capitulo primo. de regulis iuris, in ſexto. & hic nulla, quæ dictio uniuerſalis negatiua eſt. l. nulli. C. de epiſco. & cleri. l. nullam. C. ex quibus cauſis infam. irroga. Alexand. pulchrè conſil. clxxxv. columna ſecunda. uolumi. ſecundo.

Et quod imputandus eſt hic Sebaſtianns, qui credulus fuit, ut in ſimili inquit Iuriſconſul. in l. prima. in fin. princip. ff. de eo per quem fac. erit. Vnde Eccleſiaſti. qui cito credit leuis eſt corde. Felin. in capitulo cum contingat. colum. penul. de reſcrip.

Et quod doloſus demeretur ſemper. l. Lucius. §. Lucius Titius damam. ff. de legat. tertio. Corne. conſil. ccxl. nume. tertio. uolumine quarto. Sed mirum uidetur hoc ſtante, quod uxor ſubſtituta hæreditatem repudiatam, non reſtituat repudianti. Cogita. Vel dic non reſtitui, quoniam imputandus eſt is qui ſibi credidit ut ſupra & quia uulneraretur regula, non admittendum, argumentum in l. ab ea parte. ff. de probatio. Vel dicamns fore perinde ac ſi reſtitueretur, quia omnino ratione doli tenetur ad intercſſe.

Et quod denique uerba illa, actionem de dolo contra eam exercere potes, hanc habent expoſitionem, relata repudiantem, ſi uolueris, quoniam nemo inuitus agere cōpellitur. l. j. C. ut nemo inuit. age. co. quod intellige directo & principaliter, ex quo per obliquum & cauſatiuè ſecus, quandoquidem ius ſuum amittat ſi non agat ut ibi per gloſſ. & eſt argumentum in l. ſi eo tempore. C. de remi. pi. l. diffamari. & ibi dixi latè. C. de inge. ma. l. Titia. & ibi Barto. ff. de accuſa. Finis.

De in integrum reſtitutionibus minorum uigintiquinque annis.

Imp. Gordianus A. Alexandro.

EO TEMPORE, QVO SOROR tua auxilio ætatis iuuabatur, ſi patris inteſtati bonorum poſſeſsionem accipere debuit: licet quinque filios ſuperſtites, habuerit, non tamen ideò minus ad edicti prærogatiuã pertinet: ſcilicet ſi nunc per ętatẽ beneficiũ reſtitutionis largitur. PP. viij. Id. Auguſt. Pio & Pontiano. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod liberorum numerus ætatem ſuppleat, quia ſi ſunt quinq;, & ipſa Alexandri ſoror, ætatis annorum uiginti, pro quinque annis pariter computabuntur, & ſi intra annum bo. poſ. ſibi delatam non agnouerit ut in l. j. in §. largius. ff. de ſuc. edic. & in l. pe. ff. quis ordo in bo. po. ſerue. & in §. liberis. iuſti. de bo. poſ. æquè conuenit ut à reſtitutione in integ. excludatur, quæ minoribus tantum concedi ſolet, ut in locis præallega. not. & in l. ij. C. qui admi. Et quia hac de re, fingitur maior, nec minus debet operari fictio in caſu ficto, quam ueritas in caſu uero. l. ſi filiusfamilias. & ibi not. ff. ſi cer. pe. l. qui ad certum. ff. loc. l. ij. C. de his qui ueni. ætа. impe. Et eſt arg. ultimo in l. ad rẽpub. ff. de mune. & hono.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ubi reperitur ætas minor & læſio ibi habet locum reſtitutio. l. minoribus. l. pe. infra eo. l. regula. in prin. ff. de iu. & fac. igno. l. nam poſteaquam. §. ſi minor. ff. de iureiu. & ideò hic non agnoſcens haud debet excludi. Imò inquit glo. hic & bene, quod hodie ſeruatur illæſa hæc Alexandri ſoror in tali præſcriptione & quidem ipſo iure. l. fina. infra in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſa.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, nõ primũ quia nõ eſt uerũ niſi in quibuſdã caſibus, nec id iure cautum reperitur, arg. in §. ſinautem. ibi nec eſt lex tale aliquid dicens, in auth. de non eligen. ſe. nub. uulga. §. conſideremus. in auth. de trien. & ſe. Ex quo tollitur ſecundũ quoq;, quia nec probabiliter dici põt id uerum fore adhuc, cũ ſit ſuper eo quod eſt impoſsibile per naturã & de iure, ꝙ ſit annorũ xxv. qui tantum attigit uigeſimum eodem tempore, ergo nihil operabitur, & ceſſabit. d. l. qui ad certum, not. in l. iij. in §. ex contrario. ff. de acquiren. poſ. Imò dicit alibi Iuriſconſul. in l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthu. quod non debet obumbrari ueritas imagine naturæ. & fuſius ut ibi dixi in Collectan. Non obſt. ultimum, quia & id etiam procedit in patre, quo ad

hoc,ut ad honores admittatur,ante annũ xxv. ſci
licet,uel quod annus rurſum xxv.cœptus pro ple
no habeatur,& ſic fauoris cauſa in honoribus cõ
ſtitutum , ut ibi ſignanter inquit Iuriſcon, ergo
non regulariter,ut minor a beneficio reſtitutio-
nis in integrum excludatur . l. ius ſingulare.l.qđ
uero contra .ff,de legi .c,prǽſenti.§. loca de præ-
ben. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta,& maximè quod minor auxilio ætatis iuuatur.
ſi læſus ſit,& probetur lǽſio , quia non præſumi-
tur.d.§.ſi minor.Maior verò(quãquã hic nõ dica
tur)ex clauſula ſi qua mihi iuxta cauſa ſubeſſe ui-
debitur.l.j.ad fi.l.ſed & ſi per prǽtorẽ, in prin. ff.
ex quib.cau.ma.l.fi. C.ubi & apud quem.

Et quod(ferè idem eſt)beneficio reſtitutionis
in integrum, eiuſdem minoris petitio , aduerſarij
circumuentionis allegationẽ continens ſiue erro
ris proprij ueniã cohoneſtanda eſt . l. præfecti ẽt
prætorio.ff.de mino.l.minoribus.infra eo. eſt ue
rum ad propoſitũ, quod una altera eſt fauorabi-
lior,illa ſcilicet,quǽ rõne minoris ætatis fit,ut in
l.fi.ff.de reſt.in integ.arg.in l.ſi apud.ff.de mino.
Bal.in ſimili in c.in præſentia col.iij.de proba.

Et quod cautela eſt , ne læſio poſsit allegari &
reſtitutio peti,ſi actui iungatur principis auctori
tas,quoniam tex.noſter hic loquitur ſimpliciter,
nanque tunc poterit dicere minor,expiraui, actũ
eſt,iacta eſt alea.Ita Io.And.& Archid.in c.j. de
pac.in vj.Alex.conſ.ccxl.ad fi.uol vj.Sauilian.cõ
ſil.v.col.ij.uol.ij.

Et quod quanquã mẽtio facta ſit annorũ xxv.
attamẽ,intra quadriẽniũ poſt,ẽt peti põt,licet ad
huc nõ dicatur.l.fi.C.de tẽp.in int.reſt.petẽ.Inn.
in c.corã.de reſti.in inte,ſed una lex alterã decla-
rat.l.utrũ.ff,de peti,hæ.Soci.in l.j.ff. de reb.dub.
l.non eſt nouum.l.ſed & poſteriores.ff. de legib.

Et quod denique reſtitutio in integ. quanuis
hic beneficium appelletur, ſtricti iuris eſt tamen
reſtringiq; debet ſemper. l. in honorariis . §. ſed
cũ reſciſſa.ff.de ac.& ob.Bal.in c.de appellatio-
nibus,in prin. de appel. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA.
& C C. Rufo .

MINORIBVS IN INTE-
grum reſtitutio,in quibus ſe
captos probare poſſunt, & ſi
dolus aduerſarii non probetur,compe
ti. Ante impletum etiam quintum &
viceſimum annum, de iis , in quibus ſe
captos exiſtimãt minores, poſſe in in-
tegrum reſtitutionem implorare, cer-
tiſsimi iuris eſt. D. v. kal. Maii. Hera-
cliæ . AA. Coſſ.

Dubitandi rationen faciebat, quo ad primum
dictum,probatione opus non eſſe, ex quo ſtatim
quod cõſtat aliquem eſſe minorem,eo ipſo ẽt prǽ
ſumitur læſus,& conſequenter in integrum reſti
tuetur.l. j.& ij.C.ſi aduer.credi.

Contrarium tamen hic deciditur , & ratio de-
ciſionis eſt,quia qui ætatẽ allegat agendo uel ex-
cipiendo,eam probare debet.l.nã poſteaquã. §. ſi
minor.ff.de iureiu.ibi nec enim & c,ubi nõ pro-
batur læſio eo ipſo quod conſtat aliquem eſſe mi-
norem.l.ſi minorem.ſupra eo.argumentum in l.
in bello.in §.factæ.ff.de capti. & poſtli. reuer. c.
cum in iure peritus.de offi.dele.

Ad oppoſita reſpõdetur,id ſpecialiter odio fœ
neratoris inductum argumentum in l.j.ff. ad Ma
cedo.not.ibidem,& in d.§.ſi minor,ergo non re-
gulariter,nec ad cõſequentias trahendum,c. quæ
à iure.de reg.iur.in vj.l.ius ſingulare.l. quod ve-
ro contra . ff. de legi. c. præſenti. §. loca.de præ-
ben. in ſexto .

Quo ad ſecundum dictum, dubitandi ẽt ratio
nem faciebat , ante quintum & uiceſimum annũ
reſtitutionem implorari non poſſe,quia intra di-
ctum tempus poſſet pariter lædi in iudicio, & ſic
reſtitutio ad reſtituendum peteretur,indicio qui
dem meo,abſurdum,ut not.in l. interdum . ff. de
mino. Pau.Caſt.conſ.ccxxiij.ad fi.uol.ij. vnde pe
titio ſanè differri debet,& poſtea peti intra tamẽ
quadriennium, quod , non eſt priuilegiatum ſed
priuilegiatæ rei datum.l. fi. infra de temp. integ.
reſti.peten.l.doli.§.diuerſum.ff.de nouatio.

Contrarium tamen hic deciditur, quo ad iſtud
quoque,& ratio deciſionis eſt , quia lapſo tempo
re,eoq; facto maiore,geſta nempè in ætate mino
ri ratificaſſe uidetur.l.j.& ij. infra ſi maior fac. l.
fi.infra in quib.cau.in integ.reſt.non eſt ne.

Ad oppoſita rñdetur,nec id verũ fore reſtõnẽ
q̃ue fieri tũc ad diuerſum effectum,& propter nõ
uã lǽſionẽ,cõtingentẽ in actis,latius tamen dedu
cendo & declarãdo ut per Pau.Caſt.hic,nonnihil
Cy.in l.j.col.j.C.ſi ſep.in integ.reſt.poſtul.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta,& maximè quod ei qui dicit incumbit proba-
tio.l.ij.ff.de proba.l.actor quod aſſeuerat. C. eo.
l.qui accuſare.C.de eden. fuſius glo. in d. l. ii. &
non ei qui negat , quoniam abſoluitur alias ta-
metſi nihil præſtiterit,actore non probante. d. l.
qui accuſare . Et ideò minor hic qui læſionem al
legat , probet .

Et quod ſuperflua probatione quis nõ eſt one-
randus , imò quod conſuetudo inducens ſuper-
fluas probationes eſt nulla.c. ii. de probati. & ibi
not. Abb.in c.ſollicitè.col.pe. de reſti. ſpol. & in
c.cum eſſes.in prin.de teſta.nimirum igitur ſi hic
rurſum dicitur,quod nihilominus cõpetit reſti-
tutio quanquam dolus aduerſarii non probetur.

Et quod aduerſarius dicitur ille,qui in lite ali-
cui aduerſatur,contendendo de iure uel de facto.
l. ſi aduerſarius . infra de fid. inſtru.c. ſi aduerſa-
rius.de eo qui mit.in poſ. cau. rei ſeruan. c. pro-
poſuiſti,de for.compe.l.i.ff.quarum rer. ac. non

de,dixi

de. dixi ego poſt alios latè in c. j. nu. 9. de iudi.

Et quod minor læſus ſui facilitate, & dolo aduerſari, captus dicitur. l. non ſolum. §. fi. ff. de reſt. in int. l. j. ff. de mino.

Et quod denique nulla actio datur minori petenti reſtitutionem in integrum, ſed iudicis officium imploratur, quod nullam præſuponit obligationẽ, & indicat hic nerbum illud implorare. l. quod ſi minor. §. fi. ff. eo. de mino. l. qni per colluſionem. §. fi. ff. de ac. emp. Azo in ſumma de reſti. in integ. nu. 15. indubitatúq; eſt, apud ipſum legislatorem, quo modo nerba illa paritet declaranda ſunt, certiſsimi iuris eſt, qnia non caret poſtea tota lex, dubitatione quo ad alios, nt ſupra, & ita dicit Bar. in l. ubicunque. col. vij. ff. de inter. ac. & nos alibi ſępe. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. ſententiæ.

SI INTRA AETATEM CVI ſuccurri ſolet, in integrum reſtõnis auxilio lis inchoata eſt, nec ei a te renunciatum eſt: mors eius contra quẽ hæc fuerat implorata, fraudi tibi eſſe non poteſt. D. v. kalẽ. Maij Sirmij CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod inſtantia cauſę non tranſeat in hæredem, quia priuilegium reſtitutionis in integrum à lege conceſſnm uidebatnr intuitn perſonę, quo caſu æquũ ẽt uidetur, ac rationabile nt cũ perſona extinguatur, nec hæredi detur, nec in hæredẽ reſtitutionis petitio. l. quia tale. ff. ſol. ma. c. priuileginm. de reg. iur. in vj. Maximè, quia effectus priuilegij non ſolet in alteram deriuari, arg. in l. cum patronus ibi, quoniam quod illius perſonæ præſtaretur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet. ff. de leg. ij. Ancha. conſ. clxxxvj. ad fin. & uidetur caſus ultimo in c. ſanè, de priuileg.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis aſsignari poteſt, quia ubicunq; beneficium reale eſt, nunquam nec actiuè nec paſsiuè cum perſona extingnitur, nimirũ igitur ſi hic rurſum dicitur mors eius contra quem hæc fuerat implorata fraudi tibi eſſe non poteſt. l. non ſolum. l. minor. §. fi. ff. de mino. l. ex perſona. C. de temp. in int. reſti. pet. l. de tutela. que eſt ſeq. infra eod. & fraudi, id eſt damno exponit glo. adde ſimilẽ in l. j. in prin. ff. ſi quid in frau. pat.

Ad oppoſita rñdet̃ uera nõ eſſe non primũ (ex quo tollit̃ ẽt ſcd̃m, ad idẽ tẽdẽs) quia pſona nõ ẽ cã ĩmediata priuilegij, ſed lęſio, quo fit ut extincta pſona non tñ extinguat̃ cã finalis, nec priuilegiũ expiret & fuſius ut per Dy. in præalleg. c. priuilegium. Feli. in ſimili in c. cum ſit. in prin. de iudę.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa, & maximè, qđ intra cũ myſterio dr̃ in ea, ad differentiã uerbi infra. uſq; adeò ut alibi dici debeat pariter. Qui admi. ad bo. poſ. pñt, & intra ꝙ tp̃s, nõ infra uim uerbi nõ intelligentes. Et nõ ab re quia intra ad numerũ refertur, infra uerò ad dignitatẽ, habetq; illud, relatiuum, iſtud uerò ſupra, fuſius Valla elegan. ij. c. xcj.

Et qđ officiũ iudicis miſericorditer imploratur inquit gl. in rub. ff. de int. ac. Ideò hic ſuccurri minori lęſo dicitur, auxilio reſtitutionis in integrum. Tamen dubito, quia ſic nec libellus nec cauſæ cognitio requireret, & tamẽ requiritur ex quo officio iudicis nobili fit & cõceditur poſtulãti, nt not. in l. nę qnicquã in §. ubi decretum. ff. de offi. procon. l. in cauſæ. §. cauſa aũt cognita. ff. de mino. Ang. in l. fi. in prin. C. de temp. in integ. reſti. pet. & iſtud nerius eſt.

Et quod proprie auxilium eſt reſtitutionis in integ. nt ẽt dicitur in l. j. & in l. auxilium. ff. de mino. & alibi ſæpe. quando ſui facilitate minor decipit̃, quia ſi ad dolũ aduerſarij reſpectũ habuerimns tũc opitulari ſibi iudicẽ dicemus. d. l. j. ĩ prin.

Et quod lis inchoata dicitur, ſiue pendere, pluribus modis per libelli oblationem, per appellationem, per relationẽ factã principi a iudice, per iudicis recuſationem, & per in integ. reſtitutionis poſtulationem deniq; ut hic, & per Io. de Ferra. iu for. reſponſionis rei in uer. exceptionẽ litis pẽdentis, & poſt eũ Gui. Pap. deciſi. cccxxxvij. ad fi.

Et quod deniq; in hęredem non ab re trãſit inſtantia, ex quo dolus aduerſarij defuncti purgatus non eſt. l. j. C. ut ac. ab hære. & con. hære. pulchrè Alex. in l. curatoris. ad fi. de neg. geſt. Finis.

Impp. Honor. & Theod. AA. Iuliano proconſuli Africæ.

MINORIBVS IN HIS, quæ vel prætermiſerunt, vel ignorauerunt, innumeris authoritatibus conſtat eſſe conſultum. D. Non. Maij Conſtantio. V. C. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod in omiſsis minor nõ reſtitnatur, quia à ſimili nidemus, ſi q̃rela omiſſa ſit, quod præiudicat omittenti, quodque eidem tacitè renunciatum uidetur. l. j. ſupra eo. Et quia ſi quæ iuris ſunt ignorentur, ignorans nullam habebit excuſationem. l. j. l. iuris ignorantia. l. regula. in prin. ff. de iur. & fac. igno. Et quia denique præſentia curatoris, iudicium minoris, ſemper ſupplere uidetur argumentum in l. bonorum. infra qui admi. ad bo. po. poſſunt.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt breuiter, quia eo ipſo quod lædũtur minores, ope auxilioq; reſtitutionis in integ. iuuãtur, nãque ſibi hoc ipſum pollicetur prætor nõ ab re, cũ eorum conſilium ſanè infirmum ſit, fragile, & multis captionibus expoſitum. l. j. ff. de mino. Ancha. conſ. cccxxvij. col. ij. bonus tex.

in l.ſi minor.ff.de ſer. expor. Et ideò prohibitio teſtatoris,diuiſionem non fieri à filiis intra certum tempus ualet,ne minores ſua facilitate labātur.l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat. ff. communi diuid.l.ij.C.de uſucap.pro empto.Bal. conſil. lxxij.col.ij.uol. ij.qui dicit etiam alibi quod ſunt omnes nimis & ante maturam ætatem faciles ad pecunias profundendas cōſ.ccclxiij.ad fi.uol.iij. uidemuſq; hinc,ſeu legimus, olim Bullam à pectore pendentem portare ſolitos, quam Græcè βολυν uocabant, non aliud ueteres ob id ſignificare uolentes,niſi eam ætatem fore conſilio regendam,quia βολυν idem quod conſilium ſonat. Expreſsitq; ſic Iuuenal.alibi Saty.xiij. dic ſenior Bulla digniſsimè.& Bullati inde pueri ingenium appellabantur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum,(ex quo ſecundum quoq; tolletur) quia id in maiore ſibi uendicat locum,ergo non in minore beneficio ætatis(ut diximus)tuto.quāquā pręcipuum meretur fauorem, ut in ſimili in pupillo inquit Iuriſcon.in l.ex pluribus.ad fi.ff.de admi. tuto. Non ob.ultimum,quia nec id uerum eſt, quando eſt circumuentus & læſus,aliâs quod eius fauore inductum eſt, ad eius odium & læſionem retorqueretur non dicendum,uulga.l.quod fauore.C.de legib.c.quod ob gratiam. de regul.iur.in vj.non adeò ſupplet igitur, quo minus auxilio reſtitutionis in integrum iuuetur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod minor in quolibet actu pōt petere reſtitutionem in integrum. l. minor xxv. ann.omiſſam. ff.de mino.tradit Bar.in l.ante ſententiam.nu.1.ff.de ap.re.non ab re igitur hic etiā dicitur,quod eidem conſultum eſt, in omnibus, quæ prætermiſerit uel ignorauerit.

Et quod quanquam par eademque ratio non ſit,debita amittere & lucra non capere ut in l. ſi. fi.dicitur ad fin.C. de codicil. in minore tamen erit abſq; dubio (ut ex uerbis prædictis elici poteſt)nanque prætermittere ad lucrum & ignorare ad damnum referretur.

Et quod ſi inuentarium nōn fecerit,ad faciendum reſtituetur.§.pupillus. in auth. de hære. & fal.Bal.in l.ait prætor. in prin. inque prima lectu. ff. de mino.

Et quod argumentum per locum ab auctoritate ualet frequēs eſt & probabile,de quo tamen late per Bar.in l.j.& ibi diximus alias in lectu. & in collectan.ff.ſi cer.peta.

Et quod denique ornatus modus loquēdi eſt, ponere infinitum pro finito,quandoquidem tantum ſit dicere innumeris auctoritatibus minori hoc caſu eſſe conſultum, quantum eſt ſi dixiſſet infinitis §.j.in auth.ut omnes ob.iudi. prouin. & quia etiam quandoque è contra ponitur finitum pro infinito,quale illud Hora.in arte poetica.

Romani pueri longis rationibus, aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. Finis.

Si tutor vel curator interuenerit.

Imp.Alexander A.Martianæ.

MINORIBVS XXV. ANnis etiam in his, quæ præſentibus tutoribus vel curatoribus in iudicio vel extra iudicium geſta fuerint, in integrū reſtitutionis auxiliū ſupereſſe,ſi circumuenti ſunt placuit.

Dubitandi rationem faciebat, quod minores, hoc caſu non reſtituantur,ex quo præſentibus tutoribus uel curatoribus,lædi non uidentur.l.fi.& ibi not. ſupra de reſti. in integ. Et maximè quia prætoris edictū, reſtitutionē pollicetur, ſi actus cum minore geſtus ſit.l.j.§.j.ff.de mino.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia actus geſtus nō pręſumitur ea diligētia qua uti debuit,& qua uſi fuiſſent ipſi minores ſi maiores actū geſſiſſēt. Et ī facto experiētia docet magiſtra rerum efficax.c.quam ſit.de elec. in vj. quoniam minus uident in alieno homines quanquam ſapientes, quam fatui in proprio inquit Pau.Caſt.in l.ij. col. ij. C. de fideiuſſo. mino.ea de re ſtatutum eſt ut læſi rurſum, etiam tutoribus uel curatoribus præſentibus, reſtituantur. Imò quod etiam ſi pater gerat actum pro filio & lędatur, reſtitui poterit, in quo maior dubitatio uidebatur,quandoquidem ſe diligentius habuiſſe,quam extraneus pręſumatur.l. ēt. ff. de mino.& caſu quo(intellige)tutor uel curator eſſe poſsit,ut not.in d.l.etiam.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere,nō primum,quia quamuis dici non poſsint læſi propter pręſentiam tutoris uel curatoris,ſi lęſi tamen ſint uerè & appareat reſtituentur.l.nam & poſtea. §. ſi minor.ff.de iureiu. Non ſecundum,quia uerū eſt id quoq;,ſed ratione prędicta edictum ad caſum iſtum quoq; extendi debebit, ſi pręſente tutore ſcilicet,uel curatore ēt geſtus fuerit,ſicq; declarabitur(interpretationis enim ſpecies eſt extēſio,ut dicit glo.in l.j.ff.de ori.iur.) quod dicitur in d.l.j.ff.de mino.eſtq; argumentum in l.utrum ff.de peti.hæ.latè Soci.in l.j.ff.de reb.dub.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod dictio etiam implicat. l. j. C. qui admi.l.Centurio.ff.de uulga.& pupil. ſubſti. & infra in l.ſeq.Corn.conſ.cccij. nu. 15. uol. iii. & eſt ſenſus, quod non modo minor ſimpliciter uenit reſtituendus,ſi lęſus ſit, uerum etiam ſi tutoribus uel curatoribus præſentibus, lædatur.& eſt in ſimili etiam glo.in l.magiſteriæ.C.de iur. om.iud.& in c. Romana. in §. contrahentes. de for.compe. in vi.Alex.In conſi. xvi. in prin. uol. ii. & implicat ad propoſitum, caſum de quo ſit maior uel ſaltim par dubitatio, ut ſignantre

per iſtum

per iſtum text. & l. ſeq. & fin.infra eo.dixit idem Alex.conſ.cxvj.col.iiij.eo. lib.

Et quod lex gñaliter loquens,utiq; ſic ēt generaliter intelligenda eſt, ſi maxmè non ſit rō quæ reſtringi debeat uulga.l.de precio.ff.de publicia. l.j.§.generaliter.ff.de lega.præſtan.l.regula.§. fi. ff.de iur.& facti igno.reſtituendos eſſe minores ſcilicet læſos, uel ciuilis cauſa fuerit ſiue geſtio, uel criminalis. l.clarum (de geſtis ciuiliter indubitatum eſt ut hic & in l. ſeq. infra eod.) C. de aucto.præſtan.

Et quod reſtitutio in integrum non eſt concedenda minori niſi circumuentus ſit & rationabiliter quidem,ex quo rem quæ culpa caret in damnum uocari non conuenit.c.cognoſcentes. de conſti.l.nam poſteaquã.§.ſi minor.ff. de iureiu.

Et quod conditio nihil ponit ineſſe, neq; ſunt in diſpoſitione, quæ ſunt in conditione, (eſtq́ue ferè idem)l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omi. cau.teſta. nanque dicitur hic, auxilium reſtitutionis in integrum, minoribus concedendum eſſe, ſi circumuenti fuerint, & ſic per monoſyllabam ſi, conditionalem ſui natura, iuxta doctrinam Bar.in l.j.ff.de cond.& de.ergo. ſi circumuenti non fuerint, quia non conſtet uel oſtenſum non ſit,haud concedetur.d.§. ſi minor. & ſupra dicta ratione æquum uidetur.l.iij.§. minorem. ibi ſi captus ſit reſtituatur.ff. de mino.

Et quod denique tutorum ſeu curatorum negligentia minoribus obeſſe non debet quo minus id beneficio ætatis conſequantur,quod appellatio maioribus interpoſita præſtat ut etiam pulcherrimè dicit tex.in l.præſes.ff.eo.l. præfecti et prætorio.eo.tit. Finis.

Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur.

Imp.Philippus A.Alienæ.

ADVERSVS SENTENtiam eius, qui tunc vice principis iudicauit, in integrum reſtitutionis auxilium apud prætorem ſeu præſidem prouinciæ, clariſsimum uirum flagitare nequaquam poteris. nã aduerſus eius ſententiam,qui vice principis cognouit,ſolus princeps reſtituet PP.xviii.Kal.Nouembr. Philippo A. & Titiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod princeps nõ cognoſcat,neq; ſe intromittat de ſnĩa lata ab eo qui ipſius uice iudicauit, quia reſtitutio & appellatio æquiparãtur.l.præſes.ff.de mino.Bal in l.j.in §.pe.ff.de poſtu. ſed ad principem nõ appellatur.§.fi.in auth.de app.l.præcipimus. infra eo. ergo nec reſtituit.Et uidetur caſus in l.fina.infra ubi & apud quem.ubi reſtitutio peti poteſt corã iudicibus ordinariis & aliis,ut ibi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia non æquè cõuenit quod inferior aduerſus ſententiam delegati principis, qui maior eſt quocunque ordinario.c.ſanè.de offi.dele. reſtituat.c.cum inferior.de maio.& obe.clementi. ne Romani. de electio. l. minor autem magiſtratus.ff.de mino.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, non primum,quia uerum eſt in appellatione, nos autem loquimur in reſtitutione.& nimirũ differentię q; rō eſt,quia in appellatione cognoſcitur de iniquitate ſnĩę.l.j.§.j.ff.de ap.unde ſi ad principẽ poſſet appellari,cum ſit idem tribunal.c.ij.de conſue.in vj.cognoſceret de iniquitate ſua & malè.l.j.C.ne quis in ſua cauſa.l.pe.ff.de arb. in reſtitutione autem officium iudicis imploratur.l.quod ſi minor §.fi.ff.de mino.igitur non mirũ(ut diximus)ſi aduerſus ſententiã ipſius qui uice ſua iudicauit etiã reſtituit,& ſic oſtenditur quoque non eſſe uerum quod appellatio & reſtitutio æquiparentur.l.præfecti etiam prætorio.ff.eo.Vel & aliter dicamus, quod imò ibi appellatur ad principem, quanquã alij iudices ab eo poſtea deputati ſuper hoc cognoſcant,& not.in d.l.præcipimus. & ut hic etiã per Bar.ſed ut prius melius. Non ob.igitur ſecundum, quia & id uerum eſt pariter in læſione aliunde proueniente, aduerſus quam reſtitutio petitur,non aduerſus ſententiam à delegato principis latam ut hic,& rationibus ſupra dictis oſtenditur clarè:tradit Bar.in l.in cauſæ.in §. nunc uidendum.ff.de mino.& no.in l. imperium. ff. de iuriſdi.om.iudi.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè ꝙ appellatione ſentẽtiæ uenit diffinitiua quodq; eiuſdem mentione facta in lege de alia intelligi non debet,ut hic,& ſic in potiori ſignificatu.l.j.§.qui in perpetuum. ff. ſi ager uecti. uel emphi.peta.Bal.in terminis de ſententia in c. cum olim.ad fi.de teſti.& hoc ideò quia ſi foret interlocutoria delegatus reſtituit ut in d.l. fi. C. ubi & apud quem.

Et quod delegatus cum primum tulit ſententiam,uel bene uel male, functus eſt officio ſuo. l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. quod dictum & quæ lex maximè in eo procedit.l.ſi ut proponis. & ibi glo.C. qũo & quando iud. c. in litteris. de offi.deleg,Abb.in c.cum I.& A.col. tertia. de re iudica. Iaſ. in l. ſerui electione.col.ij. de legat.j. & nimirum quidem(ut ibi ſubiicit) quia non habet iuriſdictionẽ iure proprio,& benè l. ſolet. & l.more.& ibi not.ff.de iur.om.iu.l.j.§.qui mãdatam.ff.de offi.eius cui man.eſt iur.

Et quod quãquã prætor ſpectabilis ſit, inq; tertio magiſtratuũ gradu.§.ſimiliq; mõ.in auth.de ap. glo. in rub. ff. de offi.præto. attamen clariſsimus

etiam appellatur, ut hic & in l.j.C.de tuto.illuſt. per.& io l.j.ff.de reb.eo.quia terminus generalis eſt, poteſtq́; ad quemlibet dignitatis gradum adaptari & quia ſi ſpectabilis eſt, multo magis clariſſimus dici poterit, quanquam præſes in eo gradu eſſe dicatur, l.j.C.de priua.car. & ut alias fuſius, not. in l.j.ff.de offi.eius cui man.eſt iur.

Et quod delegatus principis, uice eius fungi dicitur, qui mandauit ut formaliter inquit Iuriſcon.in d.l.ſolet proximè alleg.ff.de iur.om.iu. & clarius in c.ſanè ibi uices noſtras gerit, de offi. dele.in pulchra q.Capel.Tholoſa.deciſ. ccxxj.

Et quod denique uerbum ſolus princeps, alios excludit, ſimileq́; eſt in l.admonendi, ibi quibus nunc ſolis uſurus ſit.ff.de iureiu.unde hinc quoque dictum inuenitur. Veh ſoli, quia cum ceciderit non habebit ſubleuantem eum. Soli Deo honor & gloria. Tibi ſoli peccaui.& ſimile quiddã ut Eccleſiaſti. iiij. & j. ad Timoth. j. & Pſal. 50. quanquam uerum generaliter non ſit.l.fi.l.humanum.C.de legi.glo.in l.eum qui. in §. ſi petenti. ff.de publicia.& in l.cũ notiſsimi. in prin. C. de præſcrip.xxx.annorum.& in c.ſinautem.xvj.qõ. vij.Bal.in l.j.in prin.C.de bo.poſ.contratab.Areti.conſ.lxxvij.col.ij. Finis.

Si aduerſus venditionem &c.

Imp.Conſtantinus A.ad populum.

IN INTEGRVM RESTItutione minoribus aduerſus commentitias venditiones, & aduerſus tutorum ſeu curatorum inſidias, ſanctionum præſidio, cautum eſſe, non dubium eſt. D.idi.Aug. Sirmij. Conſtantio ij.& Cõſtante.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non reſtituatur minor, ex quo uulgatum eſt id, contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.j.§. ſi conueniat.ff.depo.l.legem.ſupra de pac.l.contractus.ff.de reg.iur.& ſignanter dicit tex.in §. j. ff. de mino. quod minoribus aduerſus emptorem, non eſt ſuccurrendum. Et cum remedium ordinarium competat, tutelę actio ſcilicet, quo ad tutorem, negociorum geſtorum uerò quo ad curatorem, ut declarat Pau.Caſt.in l.j.ſupra ſi tut.uel cura.interue.l.j.ſupra ſi aduer.lib.reſtitutio locũ non habebit in caſu iſto. ex quo extraordinaria eſt.l.in cauſæ.ff.eodem.not. in l. in prouinciali. ff.de uo.ope.nuncia.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia cum prætor polliceatur auxiliũ minori læſo, reſtitutionis, iſque commentitia uenditione læſus ſit, inſidiiſque tutoris ſeu curatoris, æquè conuenit ut reſtituatur. l. j. & toto titulo. ff. de reſtitutio. in integ. l. j. ff.de mino.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil obſtare, nanque primum uerum eſt ſi non aduerſentur legi, ſi non ſint commentitij, & contra bonos mores, quoniam alias non ſunt propriè contractus, ſed abuſiui. l.pacta quæ cõtra. ſupra de pac. l.iuriſgentium.§.prætor ait. ff. eo. argumentum in l.iiij.in §.condemnatum. ff. de re iudi. & in l. ij.in §.j.ff.quemadmo. teſta. ape. hic autem huiuſmodi ſunt ergo. Nec facit ſecũdum, quia loquitur tex. ille & procedit in rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.l.lex quæ tutores. C. de admi.tuto.quæque fortuitis caſibus ſunt ſubiectæ, ut ſignanter dicitur in præalleg.§.j.ergo non regulariter, ſi uenditio commentitia (ut hic dicitur) fuerit. Non obſt.ultimum quia imò (ut not.in d.l.in prouinciali) concurrunt, ex quo locum habent & dantur contra diuerſos, & ad diuerſa, non contra eundem, quo caſu loquitur cõtrarium, nanque minores reſtitui poſſunt ut hic, poſſunt item & damna perſequi, tutorum uel curatorum, nullo (inquit tex.in l.fiua.ſupra ſi tuto. uel cura. int.) eis præiudicio per electionem generando.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod lex abhorret & repudiat cõmentitios.i.fictos & ſimulatos contractus, ut hic uenditiones, & de quo etiam in l. per diuerſas & in l.ab Anaſtaſio. C.manda.& nil aliud uoluit dicere hic rurſum Conſtantinus autor. eſtq́; argumeotum in l.ſi pœna.ff.de pœn.ibi commentitio iure, quod uerbum tamen nõ intellexit ibi Accur. & melius in l.miles in §.j.ff.ad l.Iul. de adulte. & in l.quanuis.ff.de reb.eor. Cice. in ora.pro ſexto R. ibi ille quomodo crimen commentitium confirmaret, nõ inueniebat & non ab re ſi minor aduerſus eas reſtituitur.

Et quod tutores & curatores domini loco habentur, ſi pupillos ſiue minores tueantur & defendant, non ſi illis ſtruant inſidias argumentum in l.interdum in §.qui tutelam. ff. de fur. & in l. qui fundum in §.ſi tutor ff. pro empto.

Et quod nomen tutorum uel curatorum hoc caſu amittere uidentur quandoquidem reatus (ut uulgo dici ſolet) omnem honorem excludit. l. i. C.ubi ſe.uel cla.

Et quod leges ſanctiooes ſanctæ dicuntur, iubentes honeſta, & prohibentes contraria in quibus regulariter pœnæ contra legum uiolatores, ſanciuntur, ex quo nec eas impune tranſgredi licet.c.ii.de maio. & obe.

Et quod denique deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt l.ii.§.uerba. ff. ad Velleia.c. ſuper literis de reſcrip.c.cum uniuerſorum de re. permu.nimirum igitur ſi dicitur hic ſanctionum præſidio miooribus conſultum eſſe & quod non dubium eſt, ut alibi ſæpe, apud legislatorẽ, apud nos autem & in concreto ſic quanqnam dubitatio fuerit reſoluta ut ſupra & tradit Bart.in l.ubicunque col.vii.ff.de int.ac. Finis.

Si aduer-

Si aduerſus libertatem.

Imp. Gordianus. A. Solanæ.

ET SI MINOR ANNIS (ut allegas) conſtituta ſeruum tuum ab eo circunſcripta in conſilio manumiſiſti, tamẽ uindicta impoſita, qua libertas iuſta munitur, ne obtentu quidem ætatis reſcindi poteſt indemnitati uero tuæ, à manumiſſo ſcilicet ſarciendæ, ab eo, cuius iuriſdictio erit, quatenus iuris ratio permittit, conſuli debet. P P. vj. Id. Mart. Gordiano A. ii. & Pompeiano Coſſ.

Dubtandi rationem faciebat, ſententiam in cã libertatis retractari poſſe minoremq́; reſtitui beneficio ætatis, quia appellatio & reſtitutio æquiparantur, ſiue procedunt à pari. l. preſes. ff. de mino. Bal. in l. i. in §. pe. ff. de poſtu. uerum a ſententia lata in cauſa libertatis, poteſt appellari. l. fi. infra eo. ergo & aduerſus eam minor reſtitui, alias æquiparatio bona nõ eſſet. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & uidetur caſus clarus ad idem in l. i. ſupra eo. & quia dolus nõ debet cuiquam patrocinari. l. nẽ ex dolo. ff. de dolo. l. i. ad ſi. ff. de excep. do. l. itaque fullo. in prin. ff. de fur. l. fina. C. de reb. cred. c. ſedes apoſtolica de reſcrip. Imo quod hac de re prętextu ſcilicet doli, regulare eſt contractum reſcindi. l. eleganter. ff. de dolo. Bald. in l. j. §. adeo. ff. de pactis.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cã ſemel approbata vera uel falſa, non debet retractari, multoq́; minus libertas, quę ſemel competiit. §. ſemel inſti. qui & ex quib. cau. manu. non po. l. iuſta. ff. de mann. uind. l. j. C. de uind. l. ij. C. de fideicomm iſ. lib. Iaſ. in l. ij. in §. j. in prin. ff. de cond. indeb.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia uerum non eſt, nanque appellatio bene permiſſa eſt ibi & in l. illud. ff. de appel. ſed nõ reſtitutio vt hic. & differentiæ ratio eſt quia appellatio reſcindit pronunciatum, & perinde eſt ac ſi ſententia lata non fuiſſet. l. i. §. ſi. ff. ad Turpi. not. in l. tale pactũ in §. qui prouocauit. ff. de pact. quod nõ eſt in reſtitutione, quæ præſupponit cã ualere, quanquam prætextu læſionis reſcindatur. l. præfecti etiam prætorio. ff. de minor. non mirũ igitur eſt ſi reſtitutio locum non habet, & tamen appellatio admittatur. Non ſecundum, quia ibi pronunciatum fuerat libertatem deberi, ſiue ſeruum liberandum, hic autem liberum, quæ duo longe differre uidentur, ergo non ab re ſi reſtitutio rurſum peti nõ poteſt. uerũ eſt (ſubijcit text.) quod actione de dolo, uel in factum ad intereſſe agi poterit contra ſeruum vt indemnitati minoris conſulatur. ex quibus. l. fi. infra eo. etiam declarabitur, dubitando per iſtam, & deducendo ut ſupra. Non obſt. ultimum de dolo, quia uerũ eſt, ſed cum indemnitati minoris aliter conſulatur, patrocinabitur nulli. & minus quod habetur in d. l. eleganter, quia fallit hoc caſu fauore libertatis, ut inquit Iaſ. in d. l. ij. & ut ſupra latius.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum, ad multa & maxime (ſeruitq́; etiam ad text. in l. ij. ff. de offic. eius. & in l. j. C. de lib. & eo. lib. & in §. eadem lege, inſtit. qui & ex quib. çau. ma. non po.) ut dicamus quod conſilium conſeſſus uirorum erat, certis ſtatis anni diebus hoc eſt ſtatutis, coeuntium, qui nume. 20. cum pręſide conſidebant in loco maiorum. l. pe. ff. de iuſti. & iur. & nocabantur peregrini recuperatores, & apud eos inſte dicebantur manumiſsionis cauſę hæcq́; declaratio ſumitur ex his quæ ponit Theop. in uer. ſed dicamus prius inſtitu. eo. qui & ex quib. cau. ma. non lic. & dixi ego alias latius in l. j. lectu. anni. 1559. nn. 38. ff. de offic. eius cui man. eſt iur.

Et quod ſeruus manumittebatur, quando dominus, eius caput, uel aliud membrum tangens, dicebat, hũc hominem liberum eſſe uolo, & emittebat eũ e manu. Seu uertebat, ut iret quo uellet.

Et quod manumiſsio triplex erat, cenſu, vindicta, & teſtamento ſiue, quod his tribus modis ſerui manumittebantur. Cenſu, ſi iubente domino, nomen dediſſent in cenſu. Vindicta, id eſt uirga, ut hic qua lictor capiti imponens ſeruum in libertatem uendicabat, ſolemnia quædam uerba dicens. Teſtamento ſi quis in eoquem liberum ſcripſiſſet. ad idem non omittentes, quod qui iuſtam libertatem conſequebantur, fiebant ciues Ro. Qui minorem latini, ex lege Iulia Norbana. Ex Aelia ſentia uerò dedititij, qui inferiorem. nõ ab re igitur cauit Octauius Aug. (ut Tranquil. ait in uita ipſius. c. xl.) ne uictus unquam tortuſúe quis ullo libertatis genere ciuitatẽ adipiſceretur.

Et quod maius lumen offuſcat minus, minuſq́; a maiori confunditur, ubi duo diſparis poteſtatis concurrunt. l. ſi apud. ff. de mino. l. generaliter ff. de fideiuſſo. l. ſi reus. ff. de duo. reis. hinc lex ſeu ſtatutum potentius operatur quam iudex, qui eſt ſecundarius agens. Potentiorq́; prohibitio teſtatoris & legis quàm contrahentium, & prouiſio hominis denique, tollit prouiſionem legis. l. fi. C. de pac. conuen. non mirum igitur ex his, ſi præponderat libertatis fauor, ætati minorum, quanquam fauorabili alias.

Et quod denique nullitas nulla maior eſſe põt quam ratione incompetentię, unde non ab re hic dicitur, ab eo cuius iuriſdictio erit. l. procurator. C. de pen. cle. paſtoralis. de re indi. cle. j. ubi glo. reputata ſingularis. de conſangui. & affi. Et ideo dicebat Bal. quod acta quæ fi. à iudice incompetenti debẽt lacerari in c. j. in §. ſi acta. col. ij. ſi de feu. fue. con. int. do. & agna. in uſib. Et bene quia fieri

fieri nldentur,ſine citatione,& ſine ordine l. ij.ff. de pœn.l.ſi.C.ſi à non comp.iudic. l.ſi pater. C. ne de ſtat.defun.not.in cap.vt debitns de appell. idem Bal.in c.j.in §.ſancimus.in prin.quo temp. mil.in uſib. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A.
& C C. Tatiano.

IN IVDITIO DE LIBERAlicã ſentẽtiã pro libertate latam, ne quidem prærogatiua minoris ętatis ſine appellatione poſſe reſcindi, ambigi non poteſt. D.vj.Idib. Ian.ipſis AA.v.& iiij.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia libertatis reſcindi poſsit prætextu minoris ætatis,quia(ut dicebam proximè)appellatio & reſtituito æquiparantur.l.præſes.ff. de mino. ſed minor appellat, quod ſanè indubitatum eſt ut hic, ergo & ad ſententiam etiam reſtituetur, & maxime quia minoris fauore reſtitutio ipſa inuenta eſt to.ti.de mino.& de reſti.in integ.& quia à cõtractibus ad ſententiam arguitnr.l.nõ minorem. C. de tranſact.ſed minor aduerſus tranſactionẽ reſtituitur.l.j.infra ſeq.titu.ergo & aduerſus ſententiam.l.à Titio.ff. de uer.obli.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia appellatio eſt remedium commune & ordinarium,in integrum reſtitutio uero proprium & particulare,nimirum igitur ſi appellatio permiſſa eſt non reſtitutio.& quia læſio, quàm adhuc præſupponit reſtitutio, eſt erroris proprij.l.pręfecti etiam prætorio.ff. de min. qui in libertate non admittitur,ergo nec reſtitutio locum habebit ſiue petenti concedetur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum quia non eſt verum regulariter. d.l. præfecti etiam prætorio.dixi ſupra in l. proxi. nouiſsime Bar.in l.illud.ff.de app.Alex.in l. ſi cauſa cognita.col.j.C.de tranſac.Non ſecundum quia & id uerum eſt quoque ſi ipſius minoris perſonam læſio concernat.d.l. præfecti.quod non eſt in ſententia lata contra ipſum minorem & in cauſa libertatis. Non ultimum denique,quia & id ſanè procedit etiam ſi non poſsit diuerſitatis ratio aſſignari,vt no.in d.l.nõ minorẽ.at hic põt,& quidem multiplex, ergo nimirum quoque ſi diuerſum ius ſtatui debet.d.l.à Titio. argumentum in l.Papinianus exuli.ff.de mino.& in l.naturaliter. in §.nihil commune.ff.de acqui.poſ.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod quanquam ius ſingulare facilius tollatnr quam cõmune.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de mili.teſta.l.in honorariis.§. ſed cum reſciſſa.ff.de act.& oblig.Bald.in l. ſi pro ea. col.iij.C.mand.& in l.ij.col.iiij.C.de reſcinden. vendi.& in l.ij.col.iii.C.de iure emphit.Saly. in l.ſi certis annis.col. iij. C. de pact.attamen facilius iſtius proceſſus quam illius admittitur, vt hic dicit idem Bald.& l.liquet ex eo,quia appellatio contra ſententiam libertatis admittitur, non reſtitutio.

Et quód non propterea de ſuperfluitate redarguendus eſt legiſlator,ſi quod in vno loco dicitur in alio repetitur,ex quo diuerſitas titulorum efficit,vt ad diuerſos fines id etiam dici uideatur. nanque ad literã iſtud de quo hic,habetur etiam in l.illud allega.quoque in glo.ff.de appell.& ad propoſitum declarat But.in cap. ſignificantibus. col.i.de lib.obli.

Et quod liberale iudicium appellatur ſiue cauſa,ubi de libertate agitur. l.cognitio. l. ordinata. l.liberalis.ff.de lib.cau.& actiones præiudiciales, quæ ipſius occaſione exercentur.§.præiudiciales inſti.de actio.

Et quod prærogatiua,eſt præſtantia ac excellentia ante latio,& pręeminentia quędã qua quis pręfertur ſiue alteri pręferri debet,vt etiam dicitur in l.omni.C.de ſacroſanc.eccle.& in c. ſi Papa de priui.in vi.& in l.obſeruare in §. magni. ff. de offic. procon. & pulchre in l.prima.ff.de priuile.ueterano.

Et quod denique priuilegiatus non utitur priuilegio, contra eum qui maius priuilegium habet & in quo fauor maior eſt,de quo alias in §.ſed & hoc præſenti in auth.de ſanctiſ.epiſ.& in c. in præſentia de proba.& in l.gallus in §.ille caſus.ff. de lib.& poſth.& in c.cum perſone de priuile. in vj.& ubiq; docto.fuſius. Finis.

Si aduerſus delictum ſuum.

Impp.Diocletia.& Maximia.A A.
& CC. Proculæ.

LICET IN DELICTIS ætate neminem excuſari conſtet,matri tamen, quę filiis tutorem ætatis lubrico lapſu non petiit, eorũ minime denegari ſcuceſsionem conuenit:cum hoc in maioribus matribus tantum obtineat.

Dubitandi rationem faciebat,quod mater etiã minor,priuari debeat filii ſucceſsione, eidem tutorem minime petens, quia in delictis ętas non excuſat. l. i. ſupra eodem.l.auxilium. §. in delictis.ff.de mino.ſed hic mater non petendo tutorem filio delinqnit.l.matres.l.ſciant.C. de legit. hęre.l.ii.§.ſi non.ff.ad Tertul.ergo ſi moriatur in pupillari ætate ſucceſsione eiuſdem priuari debebit. Maxime cũ nõ videat carere culpa,& ſtultus in culpa,fit ſapiens in pœna(ut uulgo dicitur)tradit Bal.in c.niſi.nu.2.de offi. lega.

Contrarium

Contrarium tamen hic decidit ur & ratio deciſionis eſt, quia ætas minor excuſationem habet, & multa minoribus generaliter ſunt tributa quæ maioribus ſpecialiter denegantur, ea de re cum habeat locum in maioribus tantum quæ dicuntur in iuribns ſupra allega. eorumque gratia ſint conſtituta, ad minores extendi non debent, qui ætatis lubrico labuntur, tutorem filijs minime petentes nt ſupra & in l.i.ff.de mino. & etiam quia nõ debent duplici affici damno, & addi afflictio afflictis amiſsione ſcilicet filiorum & ſucceſsionis, ſed leuari potius eiuſdem & triſtitiæ ſuę quaſi ſolatio quodã.l. diuus.ff.de offi.præſ. c.cum percuſsio.vij.q.j.l.fi.C.de inſt.l.j.C.de his qui ante aper.tab.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primnm qui hoc caſu fallit, & in matre eſt ſpeciale, rationibus ſupradictis, & maximè, quia nec nerum eſt, proprie quod non petere tutorem filio ſit delictum quod in faciendo conſiſtit, argumentum in l.ſi mora.ff.ſolu.matr. & multo minus, qđ culpa ſibi poſsit imputari (ex quo aliud quoque tollctur) d.l.i.ff.de mino. argumentum.in l.j. C. de fal.mo.& ideo rem quæ culpa caret in damnũ uocari non conuenit. capitu. cognoſcentes de conſtitutio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod maius eſt delictum in faciendo quam in non faciendo, ex qno tunc non eſt delictum proprie ut ſupra nimirum igitur, ſi in delictis in faciendo conſiſtentibus, non excuſatur. d.§. in delictis,in non faciendo ſiue omittendo autẽ ſic ut hic & in l.minorib.de his quib. ut indig. Deci.pulchre in l.fi. col. v.C.de pact.

Et quod minor ſemper reſtituitur,niſi expreſſe contrarium in iure reperiatur deciſum, ut ſignanter per tex.in d.§.in delictis,& in §. pupillus in authen.de hære.& fal.tradit Bald.in c.i.in §.i. col.ij.quo tempo.mil.in uſib.feudo.

Et quod quanquam in delictis ætas non excuſet delinquentem, delictum tamen mitigat, ut in d.§. in delictis, & declarabitur quod hic dicitur, argumentum in l.utrum. ff. de peti. hære. & ibi glo.& Bald.pulchre in l.quid ergo in §. pœna grauior in rep.col.viij.ff.de his qui not. infa. bonus tex.in l.ſacrilegij.j.ff.ad legem Iul. pecú. idẽ Bald.in l.adminiſtrantes in §.fi.ff.de excu.tut. & ideo licet hic generaliter loquatur, & non diſtinguat,debet tamen diſtingui per alia iura, & ad id quod rationis eſt,reſtringi.l. ij. iuncta glo. ff. de offic.aſſeſſo.l.quæſitum.ff. de teſtib. l. quique. l. quamuis. ff. de in ius uocan.Bal.in l.pactum. col. j.C.de colla.

Et quod uicioſum argumentum eſt apud rhetores, ſi prætextu ætatis,minor ſe excuſet à delicto ſiue a dolo,licet(ut diximus) mitius puniatur, quod & aliarum legum interpretatione hic, pro abſoluto legiſlatores Diocletia. & Maximia. habuiſſe præſumendum eſt, argumentum in l. j. in §.lex falcidia.ff.ad legem Falc.tradit Bal.conſ. cxviij.in prin.uolum.j.

Et quod denique in executionibus pœnarum non datur reſtitutio.d.l.auxilium Bal.in l.fin.C. in quib.cau.in inte.reſti.non eſt nc. & in ſta. homicidium.nume.1.& minus ſi minor fuiſſet periurus,inquit Corn.conſi.xxxj.col.iij. uolu.iij. & nimirum quia periurium delictum eſt, maius ac grauius quam homicidium, & de quo Deus & natura cõtriſtantur ut inquit Bal.in rub.de pact. nume.17.Barto.conſi.ccxvii.maximè quia falſitate non caret vt inquit.D. Tho. ſecunda ſecundæ queſt.xcviij.articu. j. & Bertran. conſi. lxiiij. nu.3.uol.ij. Finis.

ADDITIO.

Quod quanqnam mater minor, non petierit tutorem filio, excnſatur tamen,& ad eius ſucceſſionem admittitur, ſed non ſi fuerit maior, quoniam tunc petere tenebitur intra annum, alias ſucceſsione filij priuabitur, quod tamen olim non erat.l.ij. §.confeſtim.ff.ad Tertul.§.fi.inſti.eo.& ita teſtatur Bald. ſeruari de conſuetudine conſil. cccexxxii. uol.ii.& conſi. cxlii.ad fin.uol.iij. qui ad idem dicit etiam ſi ante decedat pupillus, qđ ſucceſsionem non perdit, conſi.cxxiij.ad fi.uolu. iij. Imo quod ſufficit etiam qđ petat ultima die. l.ſi quis ſic.ff. de uerb.liga.argumentum in l.j.in §.ſi intra.ff.de ſucce.edic.& quod tex.in l.ſciant. C.de legi.hęr. nõ hẽat locũ in matre minore ut hic, ad longum tradit Alexã. in l. ſciendnm in §. poſſeſſor.ij.in princ.ff.qui ſatiſd.cog.quę nec ſucceſsionem perdit ſi efficiatur maior ante pupilli mortem per annum, nec tutorem ei petierit ut per Specu.in titu.de reſtit. in integ. in §.j. uerſic. quod ſi ipſa mulier.& ibi Bald. in additio. Ioan. And.& in l.precibus.C.de impnb.& ali.ſubſti.& in l.i.C.in quib.cau.in integ.reſti. non eſt neceſ. & in l.minoribus ubi etiam Albe.C. de his quib. ut indig.& in Marga.mater.nu.8.nec ſubſtitutionem ipſi filio factam quanquam (ut dixi) tutorem non petierit.l. credendum.§.ſi uero maritus. ff.qui pet.tuto.idem Bald.in d.§.mater. nume.2. Quando pater etiam ſubſtituit pupillariter filio pupillo onus petendi tutorem ſpectat ad ſubſtitutum & non ad matrem,& ſi non petierit priuatur ſucceſsione,& ad matrem deuoluitur ita Bar. in l.ii.ff.qui pet.tu.Bal. in d. l. precibus.& conſi. cxl.col.j.uolum.j.

Si aduerſus fiſcum.

Imp.Alexander.A.Antiocho & aliis.

SI ADVERSVS PRIVAtos in integrũ reſtitutionem,tam tu,quàm fratres tui,deſideratis,præſidis prouincię viri clariſsimi notio eſt, iſque cauſa cognita ęſtimabit,

an auxilium, quod imploratis, conferri uobis debeat. Quod ſi aduerſus fiſcũ id poſtulatis, intelligitis procuratorē meum una cum præſide, prēſente fiſci patrono, adire uos debere. D. kal. Augu. Alexandro A. ij. & Marcello Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſolus rationalis, iudex eſſe debeat, imo ſolus princeps, ſi cauſa agatur, ſeu controuerſia ſit inter priuatum & fiſcum, quia uidetur eſſe caſus clarus in l. ad fiſcum, infra ubi cau. fiſca. ubi dicitur, quod ſolus rationalis debet eſſe iudex (;quoad primum dictũ non eſt difficultas, idq; pro abſoluto habet imperator, & ſine dubitatione eſſe videtur,) imo ſolus princeps ſiue ſecundum alios prēſes. §. arripiat in authen. ut omnes obed. iud. prouin, dubium etiā facit quod prēſentia patroni non requiratur tex. in l. uelamento C. de poſtulan.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis aſsignari poteſt, quia reſtitutio eſt mixti imperij. l. quod ſi minor. §. fi. ff. de mino. no. in l. Imperium. ff. de iuriſ. omn. iud. & cum aduerſus fiſcum petatur, æque non conuenit ut a ſolo procuratore Cæſaris cognoſcatur, ſed una cum prouinciæ præſide, & patrono fiſci etiam prēſente. Et maxime quia firmius eſt iudicium quoque qđ plurium ſententiis roboratur. c. prudentiam, de offic. delega. l. dubium. C. de repud. Ro. conſil. ccccxxxvj. col. iij. Ancha. conſi. clvij. colum. ij. hinc prouerb. c. ij. ubi multa coſilia, ibi ſalus multa. Plus uident oculi quā oculus, periculoſumq; eſt fidem committere arbitrio unius hominis, inquit Archid. in c. Anaſtaſius. xix. diſt. & eſt argumentum. in l. fi. in fi. C. de iu. delib. Aeſimnus Megarenſis auctoritate nemini ſecundus, Delphos ueniens oraculum conſuluit, qui fieri poſſet, ut patria ſecundis rebus uteretur, multa accepit rñſa, & illud in primis bene euenturum ſi plurium conſilio ciuitas uſa fuiſſet autor eſt Pauſanias. Qui ait rurſum, Thebanos, cum nō uni amplius, ſed pluribus reip. ſummā commiſiſſent ſecundiore omni ex parte fortuna uſos fuiſſe. Ob idq; non ab re eſt. Si Antoninus l. uerum fratrem ſibi conſortem fecit imperij, æquiuſqúe putabat conſilium ſequi potius amicorum, quam ipſi ipſius unius uoluntatem ſequerentur, et præſente fiſci patrono, quia alias ius defendendi cauſam publicam, ſibi adimi uideretur & malc. l. ii. §. i. ff. de iu. fiſci. l. fi. C. de aduo. fi. l. fina. C. de ſenten. aduer. fiſ. la. lib. x.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum quia illa lex ſuppletur per iſtam argumentum in l. non eſt nouum & in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. & in c. ſuper quēſtionum in princ. de offi. deleg. plene in l. i. Soci. in princ. ff. de reb. dub. uel & melius dicamus quod id ſit uerum in cauſis ſimplicis iuriſdictionis, non mixti imperij, & ut hic per Cyn. & Salyce. latius. & habetur etiam in l. ne quicquā. ff. de offi. procon. in prin. Non ob. ſecundum quia poſſet dici quod tex. iſte per illum corrigatur, vt ſentit Angle. & gl. hic & male, quoniam iurium correctio, uitanda eſt l. i. C. de inoffi. dot. l. præcipimus. C. de appel. l. ſancimus. C. de teſtam. ex quo expreſſe fieri debet alias. l. fi. in princ. C. de indic. uid. tol. argumentum in c. non debet de conſangui. & affini. unde dici poteſt, ſi ſolus princeps cognoſcit ut prius, quod uidetur eſſe quoque de mente illius tex. dũ pragmaticæ facit mentionem & ibi gl. aduertit, quod illud ideo ſit quia utilitas publica ita expoſcebat, ut ſentit Albe. argu. in l. j. ad fi. ff. de offic. præfe. præto. melius Odof. dic ut per eum. Vel ſi de præſide ſolo (ut dicebant alij) quod ibi agebatur de priuilegio in corpore iuris non clauſo, hic autem ſic, igitur non mirum, & ut latius hic doc. dicunt prēdicti maxime idem Albe. & Saly. Non obſt. ultimum quia id in priuato procedit, nos autem in fiſco loquimur qui in hoc eſt ualde priuilegiatus ratione ſupra dicta, & eſt argumentum. in l. tertia. ibi cur non in milite diuerſum. ff. de milita. teſtamen.

Prēſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod priuilegiatus utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum id eſt quod minor aduerſus minorem reſtitui poteſt, eccleſia aduerſus eccleſiam, & minor (rurſum) aduerſus fiſcum vt hic & in l. uerum ad fin. ff. de mino. & in l. iii. ad macedo. & de materia alias in §. ſed & hoc præſenti in auth de ſanct. epi. & in c. in præſentia. de proba. & diximus alibi ſatis.

Et quod præſes prouinciē erat in gradu clariſſimorum, ut per gl. in rub. ff. de offi. præſi. & in l. j. C. de prima. car. diximus late in l. i. in iii. lectu. ff. de offi. eius cui man. eſt iur.

Et quod reſtitutio in integrum deſiderat cauſæ cognitionem, cum ſit mixti imperii. l. fi. ubi & apud quem not. in l. ne quicquam in §. ubi decretum. ff. de offi. procon.

Et quod executio (fere idem eſt) debet fieri debito modo. l. meminerint. C. unde ui. l. i. C. de executi. rei. iudic. Corne. conſil. clix. ad fin. volumine ſecundo.

Et qđ denique rationalis, & procurator Cæſaris, non differunt niſi, nomine, prout omnes hic dicere uidentur, tamen Bald. alibi aliter dicit, quod procurator Cæſaris eſt qui patrimonium ipſius adminiſtrat, de quo etiam in l. fina. ff. de inter. actio. & in l. prima. ff. de offi. procura. Cæſa. procurator fiſci qui publicam habet curam, & rationalis qui eſt Cæſaris & fiſci conſi. cclxxi. colum. tertia. uolu. primo. dixi ego etiam in l. prima. nume. 45. ff. ſi quis ius di. non obtemp. cogita. Finis.

Si aduerſna

Si aduerſus creditorem.

Imp. Gordianus. A. Caiano.

SI UT (ALLEGAS) MInor annis pecuniam fœnori accepiſti, nec ea in rem tuam uerſa eſt, aduerſus cautionẽ, per quã eo nomine te obligaſti, in integrum reſtitutionis auxilium poteſt ſolemniter poſtulare.

Dubitandi rationem faciebat, quod minor læſus hoc caſu non reſtituatur, quia ſi iſtud dicat, oſtendere debet. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. l. ij. l. quotiẽs. §. qui dolo. ff. de proba. l. nam poſteaquam. §. ſi minor. ff. de iureiur. imo quod ſemper id, quod eſt fundamentum intentionis agentis probari debet. l. in illa. ff. de uerb. oblig. l. eum actum. ff. de neg. geſt. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ij. ff. de iureiur. not. in l. non ſolum. in §. ſed ut probari. ff. de no. op. nun. & in l. & an eãdem in §. actiones. ff. de except. rei iud. Iaſ. late in rub. C. qui admi. colũ. ij. & hoc eſt quod dicit text. in l. j. C. uectiga. no. inſtit. non po. quod in libello contuliſti proba. & maximè, quia hoc idem, de quo hic, in facto conſiſtit, facta non præſumuntur niſi probentur. l. quęcunq;. §. fi. ff. de publicia. actio. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſtli. rer. c. cum in iure peritus de offic. delegã. ergo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, ætas minor, negatio dominij, quod pecunia ſcilicet non extabat, & creditoris mutuantis imò fęnerantis, ſub pignore, odium, quæ omnia efficiunt, abſque aliqua alia probatione, in integrum reſtitui debere. Niſi probetur pecuniam in rem ipſius minoris uerſam fuiſſe, quia tunc teneretur, nec ueniret reſtituendus, quãdoquidem ſic fieri locupletior uideretur, cum ipſius creditoris iactura & male. l. nam hoc natura. ff. de cõd. inde. l. iure naturæ. ff. de regu. iu. cap. locupletari. eod. tit. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur leuia fore & parum facere, nanque ad primum dici poteſt uerum forũ fore regulariter, ſed hoc caſu & in mutuo quidem, ratione prædicta fallere, & quo modo ſolet limitari quod dicitur in terminis in dicto. §. ſi minor. ex quo ſecundum quoque tollitur adhuc verum niſi agens præſumptionem pro ſe habeat, & iã fundatã intentionem ſuam l. j. ſupra eo. Nõ obſt. ultimum quia ſatis probata dicetur læſio, & præſumptione iuris. l. licet imperator. ff. de lega. j. l. fi. ff. de prob. Bar. in l. ſi quis. ex argentariis in §. an uero. ff. de eden. ego in eo collectan. late. inq; d. l. licet imperator. eſt uerum quod probatio pręſumptiua & coniecturalis facilius eliditur quam plena & uera, ut ibi & in l. diuus. ff. de reſti. in integ. Bal. conſi. cclix. col. i. uol. j. & ideo (ut dixi) ſi probaretur pecuniam in rem minoris uerſam, utique reſtitutio locum non haberet.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod probare quidquam idq; allegare, ſunt diuerſa, nanque hic allegatur læſio, ſed non tamen probatur, niſi (ut dixi) probatione præſumptiua & ſimile addi poteſt, quia pari modo notoria probatione nõ egent. l. ſi uero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. Bald. conſi. cccxxiii. in prin. uol. ij. facit dictum in paſſio. domini ibi. Blasfemauit quid egemus teſtibus. bonus text. in c. euidentia de accu. & tamen allegantur ſiue allegari debent, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pollioni. ff. ad legem Iul. de ad. cle. appellanti & utrobique glo. de appel.

Et quod q̃q̃ ex oĩ prædio uectigal ſit fœnus ex ipſo ſolo, & naturalis fructus terræ fœnum, ad uſuram nihilominus poſtea tranſlatum fuit, quaſi pecunia per ſe fructum ferat & producat ſicut terra. & fuſius ualla eleganti. lib. iiij. c. ccxli. Et fęnus rurſum dicitur quaſi fœtus, & Græcæ τοκος, quod eſt parere, quia nummus nummum parit, inque pecunia tantum hęc uera ſunt, quoniam aliis in rebus mutuabilibus alias additamentum ſiue acceſſio appellatur. l. frumẽti. l. oleo. C. de uſu. ex quo propter incertum rerum exitum, non eſt proprie uſura, unde etiam pacto nudo promiſſę, debentur, ut ibi, in fęnore autem ſiue uſura, ſtipulatio requiritur. l. quamuis. C. eo.

Et quod probatio in ſpecie, tollit præſumptionem in genere, tanquam minus potentem, ſi oſtendatur ſcilicet pecuniam in rem ipſius minoris uerſam fuiſſe. argumentum in l. eum de indebito & ibi Bartol. in princ. ff. de proba. & in l. diuus. ff. de reſtitu. in integ.

Et quod ubi cautionis mentio facta eſt, ibi de nuda intelligi debet. l. ſacimus. C. de verbo. ſign. late Bal. in ſtatut. cauere nume. 1. regulariter, quanquam tamen iſtud ipſum multas patiatur limitationes de quibus per Alexã. alias in l. diuortio. in §. interdum. col. j. ff. ſolu. mat.

Et quod denique reſtitutio in integrum, concedi non debet, niſi petatur, ex quo officium iudicis loco actionis imploratur, nec iudex ſupplet in facto. l. quod ſi minor. §. fina. ff. de mino. cap. ij. de offi. iudic. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. not. in c. bone. primo de poſtu. Cardi. in clem. i. in prin. de reſtitu. in integ. & ſolemniter (ut inquit tex. met hic) id eſt cã cognita. l. ij. & ibi Bart. ff. eod. in præſentia partis aduerſę, uel citate & contumacis. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de mino. Bar. in l. ij. eo tit. Specu. in titu. de contuma. §. iij. uer. ſed pone, deq; materia etiam in l. ne quicquam in §. ubi decretum. ff. de offi. proconſ. & lega. Finis.

Si ſe

Si ſe abſtinuit hęredita.

Imp. Gordianus. A. Hærodotæ.

SI CVM AVI TVI TEſtā te hęredē reliquiſſent, hęreditates eorū non adiſti, libetum tibi eſt, repudiata paterna ſucceſsione per in integrum reſtitutionis auxiliū (quo te ętatis in te dicis eſſe munitam) hæredìatem parentum tuorum (licet antea non adiiſti) nunc obtinere, PP. iij. Non. Febr. Gordiano A. ij. & Pompeiano, Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, Hærodotam, paterna hæreditate repudiata, auitam conſequi non poſſe, quia uidetur caſus ad literam in l. qui ſe patris. C. unde libe. ibi, qui ſe patris defuncti negat hæredem, mortui aui paterni facultates ſuſcipere non poteſt. Et maxime qui iam auitam repudiarat, paternam autem adiuerat, & quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, nec reprobari ſemel approbatum, quia nec uariatio & inconſtantia admittenda eſt, ut in regu. qđ ſemel de regu. iur. in vj. & in cap. cum in multis ad finem. de reſcrip. eod. lib. Ancha. conſil. clvj. col. i. Archid. in c. fi. in princ. viii. q. ij. niſi noua ſuperueniat cauſa, eſtq; ciuilis et naturalis ratio inquit Ro. conſi. cccxlv. col. iii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (ut dicebam etiam proxime) minor ætas & læſio, quibus reſtitutionis beneficiū pollicetur lex, ſiue controuerſia petentibus. l. minoribus in integrum reſtitutiō. ff. de reſtitu. in integ. nimirum igitur, Si paternam quanquam aditam hæreditatem repudiare poteſt, & iure auitam tametſi repudiatam, adire & conſequi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum quia id in maiore uerum eſt, non in minore ut hic, & eſt communis intellectus ad tex. in d. l. qui ſe patris, vt hic etiam per Odof. alias pugnarent duo hęc iura ſic diſtinctione concordanda, argumentum in c. cum tu de teſti. & quia ſol. hæc eſt ſatis tealis tranſeo. Nec obſt. regu. quod ſemel, de regu. iuris. in vj. & ſimilium, quia dicam quoque hoc caſu fallere, & limitari legis permiſſione, ut ibi not. & ex cauſa, & in ſimili per Bar. in l. ſicut. infra de repudi. hæred. & in l. diſpenſatorem. ff. de ſol. & in l. ſed reprobari ad fin. ff. de excuſa. tut.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod per iſta uerba nolo eſſe heres uel nolo adire inducitur repudiatio. l. filij. §. i. & ibi Bart. ff. ad Tertul. l. i. §. ſi hęres. ff. eo. titu. l. j. §. qui ſemel. ff. de ſuc. edic. & ita tenebat Iaco. de raue. in l. ii. C. de iur. & fac. ignoran. & in d. l. qui ſe patris & ibi etiam Cyn. C. unde libe. Corne. conſi. cccx. colum. iii. uolum. tertio. & forte nil aliud innuunt uerba illa hæreditates eorum non adiſti.

Et quod plerunque ornatus gratia fit tranſitus de numero plurali ad ſingulare, nanque prius hæreditates auitas dixit, & poſtea hęreditatem, & eſt ſimile in l. ſi pro fundo & ibi Iaſo. ad fin. C. de tranſac. & in §. fuerat inſtit. de actio. & econtra. l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. l. fin. C. de in ius uoc. figuraq; eſt enallage, & ſolœciſmi ſpecies, & facit uulga. illud etiam Poe.

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipſi, uix ea noſtra uoco.

Et quod auus nepotibus non minus quam pater filiis tenetur hæreditatem relinquere. l. liberorum appellatione & ibi not. ff. de uerbo. ſigni. ex quo mortuo patre ſubintrant in locum ipſius, & tenent primum ſuitatis gradum, ut not. in d. l. qui ſe patris, C. vnde lib. & in l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. & in l. ſcripto. ff. unde libe.

Et qđ quanquam in odioſis, parentum appellatione auus non contineatur. l. patri. et ibi Barto. ff. ad legem Iul. de ad. continebitur tamen alias & in fauorabilibus, ut ibidem not. & ſentit tex. hic inq; illis uerbis parentum tuorum, quę exponuntur id eſt auorum & eſt caſus clarus in l. iuſta. ff. de uerb. ſign.

Et quod denique maxima eſt differentia. d. auorum hęreditatem Hærodotę delatam fuiſſe ante paternam, uel poſt, quia ſi ante, tunc (ut inquit gloſ. hic) eam iure ciuili conſequetur, ſi uero poſt, pretorio, & vt latius dixi in d. l. qui ſe patris, Finis.

Si ut omiſſam hæreditatem, uel bonorum poſſeſsionem, uel quid aliud adquirat.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Sarapiadi.

AD BONORVM POSſeſsionem in paternis rebus omiſſam minores in integrum reſtitutionis beneficio admitti iam pridem placuit, reſtituti autem decreto, bona, quę habuerunt mortis tempore patris, debent conferre. D. xvi. kal. Nouembr. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod emancipatus reſtitutus ad agnoſcendam bon. poſſ. non conferat, tex. in l. filiæ. C. de collatio. & in l. nec emancipati. C. eod. ubi utrobique dicitur ad literam

teram, quod emancipatus ad collationē minimè tenetur. & maximè quia diuerſo iure ſuccedere uidetur, & ad d. bo. po. agnoſcendam admitti, iure ſcilicet ſpeciali, per reſtitutionem in integrū, & non cōi. l. ſed cum patrono. ff. de bo. po. Bar. in l. filium. in §. j. ff. de bo. poſ. contratab.

Contrarium tamen hic deciditur, & rō deciſionis eſt, ut ſeruetur æqualitas inter fratres. l. j. ff. de colla. bo. Bal. in l. illud. ff. eod. & not. in rub. C. de colla. Neúe conquerantur illi, quorum opera omnia patri acquiſita fuerunt. l. placet. ff. de acquir. hæ. ratione patriæ poteſtatis, & ut plenè legitur in d. rub. & in l. ſi emancipati. C. de colla. & in l. pater filium. ff. de colla. dot.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primū, quia id ſanè uerū eſt quo ad bona caſtrenſia uel quaſi, nō quo ad alia. l. ea demū. infra de coll. Vel ſi poſt mortem patris quęſita fuiſſent. nos aūt loquimur (ut tex. met dicit) quo ad ea quę habuit tempore mortis patris, nimirū igitur ſi conferre tenetur. veriuſq; ſcd̄m, quod collatio ſcilicet locū non habeat inter ſuccedentes iure diuerſo, ſed falſum quod diuerſo iure ſuccedāt. l. j. ſupra eod. & ad hoc tex. illum & iſtū ibi Iac. à S. Georgio, dicit not. & memoriæ ſemper commendandum.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè quod qn̄ apud Legislatorē de aliquo dubitari contingit omni ālio caſu præſupponitur habilitas. l. qui teſtō. ff. de teſta. c. j. ad fi. de æta. & quali. in vj. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. ff de eden. c. dudum. de conuer. coniugato. quod ſcilicet de filio emācipato reſtituendo agatur, ex quo bo. po. mentio fit illorū gr̄a, qui nō erāt a iure ciuili cogniti a prætore inuenta. §. emācipatos. inſt. de hære. q̄ ab int. def. §. quos aūt. inſti. de bo. poſ.

Et quod ius bo. poſ. à prætore introductū eſt, emendandi confirmandiq; ueteris iuris gr̄a, ad hę reditates deferendas ut inſti. de bo. poſ. in prin.

Et quod bo. po. eſt nomen iuris ut hæreditas. l. iij. §. bonorū. ff. de bo. po. l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de uerbo. ſig. diximus in rub. & in l. j. C. qui admi. ſatis.

Et quod uerba legis ſunt ſemper referēda (eſtque ferè idē) ad intellectū iuris, l. Gallus. §. quidā rectè & ibi Bal. ff. de lib. & poſthu. & hoc iō quia eſto qđ ſit nomē iuris & ita intelligatur hic, bon. poſ. è cōtra tamē poſſeſsio bonorū eſt facti, ut nota. in d. rub. qui admi. & nimirū qm̄ bipartita eſt, ut prius uerò cōpoſita, & bipartita rurſum apprehenſionē requirit, & ſic neceſſario ſonat factū ut plenè hr̄ in l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. cōpoſita aūt & vno nomine concluſa ius. d. §. bonorum.

Et quod deniq; in oībus, bo. poſſeſſores uice hęredū habentur. l. ij. ff. de bo. po. late Iaſ. in l. j. col. j. & ij. ff. de vulg. & pup. ſub. nimirum igitur ſi minor ſicuti omiſſam hæreditatem ſiue repudiatam per reſtitutionem in integrūm recuperat, l. j. ſupra titu. proxi. l. fi. infra de repudiā hæ. ita omiſſam bon. poſ. in paternis rebus agnoſcere poteſt ut hic. Finis.

In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.

Impp. Valerian. & Gallien. A A. Theodoræ.

ADOLESCENTIAE TEMpus non imputari in id quinquennium liberis, cū ius præſcriptio ſeram inofficioſi quæſtionem mouētibus opponi ſolet, manifeſtè ante deſcripſimus. impleta igitur ętate legitima non eſt in integrum reſtitutio neceſſaria: quia non integratio amiſſæ cauſæ datur his, ſed integra cauſa ipſa ſeruatur. PP. ij. idib. Auguſt. Tuſco & Baſſo Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod tempus mouendi querelam ipſo iure currat, quia uidetur caſus clarus in l. j. ſupra de reſti. in inte. ubi filio minori currit & reſtitutio neceſſaria eſt. & cum in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. & quia regulare etiam eſt, ſi non agatur intra quinquennium, ab aditione hæreditatis utique computandum, quod querela amplius intentari non poſsit. l. ſi quis filium. ad fi. infra de inoffi. teſt.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quod ſeruetur illæſus minor & poſt legitimam ætatem, intra dictum tempus iure cōmuni agere poſsit, nec reſtitutione opus ſit, quia (ut text. met dicit) non integratio amiſſæ cauſæ ei datur, ſed integra ipſa cauſa ſeruatur, ſiue (& fuſius) quia ſibi negligentia imputari non poteſt priuilegiumq; eſt, quod ætati conceditur, uſque adeò ut nec iudicis miniſterium deſideretur, ex quo lex ipſo iure producit effectum argumētum in l. j. C. de theſaur. lib. x. & not. etiam in l. Papinianus. in §. fi. ff. de inoffi. teſta.

Ad oppoſita reſpōdetur, parū aut nihil facere, nō primū quia eo caſu filius q̄relæ tacitè renūciauerat, agnoſcēdo iudiciū defuncti, ut ſignāter dicit tex. ibi aduerſus quā reſtituitur, hic aūt nihil fecerat, igr̄ nec mirū eſt, ſi ſeruat̄ illęſus. Et minus ſcd̄m q̄a ſecū rñſionē hēt, id in maiore ꝓcedere, ergo nō in minore ut hic, alias nō eēt melioris cōditiōis q̄ maior haud dicēdū, toto ti. de min. deq; reſt. in int. & eſt arg. in l. iij. ff. de mili. teſt. & in l. ex pluribus. ad fi. ff. de admi. tut. & in l. j. ff. de mino. ex quibus l. j. ēt ſupra eo. deciditur, dubitādo ut per glo. non ulciſcantur, ibidem in prin.

Præſtatq; hęc nobis argumentum ad multa & maximè, ꝙ culpa in omittendo, ſeu negligendo

commiſſa adoleſcenti non imputare, ſimile eſt in d.l.j.ſupra e.& in l.minoribus, infra de his quib. ut indi. ubi non propterea priuatur hæreditate patris, licet inultam eius necē reliquerit.

Et quod ætas legitima eſt annorum xxv.l.ſi.C. de his qui ve.æta.imp.l.pe.C.de his quib.ut ind.

Et quod fieri non debet quod factum non releuat.l.hęc ſtipulatio.§.diuus.ff. ut lega. no. caue. nanque ſi reſtitutio non eſt neceſſaria, utique nec peti nec petita fieri ſeu concedi debet.l.iij. ff. de leg.j.arg.in c.legabatur.de maio. & obe. & hinc ortum prouerbium eſt actum ne agas, hoc eſt ne fruſtra labores.

Et quod nō poteſt reddi ratio quare ſit in querela, præſcriptio quinquennalis inuenta à lege ēt ueteri.l.Papinianus.§.fi.ff.de inoffi.teſt. in ſimili glo. in l.j.in §.pueritiā.in uer.ratus.ff. de poſtul. & eſt arg. in l.non omnium.ff.de poſtu.

Et quod deniq; impedito & non ualenti agere ac munito priuilegiò legis, nō currit pręſcriptio. l.j.C.de anna.exce. quæ regula naturalis dicitur, ubi non eſt negligētia, ibi pœna eſſe non debet, ut pulchrè inquit Bal. in ſtatu. præſcriptio, nu. 17.& eſt argumentum in l.non enim.ff. ex quib. cau.maio. Finis.

Si minor ſe maiorem dixerit.

Impp.Diocletian.& Maximia.AA. Vitaliano.

SI IS QVI NVNC SE MInorem adſeuerat, fallaci maioris ætatis mendaciote deceperit: iuxta ſtatuta iuris (cum errantibus, non etiam fallētibus minoribus publica iura ſubueniant) in integrum reſtitui nō debet. D.ij.kalen. Decemb. Diocletiano ij.& Maximiano AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod minoribus etiam decipientibus, ſubueniatur, quia falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poteſt.l.cum falſa.C.de iur.& fac.igno. Et uidetur caſus clarus, non obſtante quod hic minor mendaciter ſe maiorem dixerit, ſi petierit reſtitui prætextu minoris ętatis, quod audiendus erit in l.minor xxv.annis ex aſpectu in §. planè. ff. de mino.& in l.de tutela.ſupra de reſti.in integ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ut tex.met dicit, quia errātibus & nō decipientibus iura ſubueniunt, idemque in l. ij. in §.uerba.ff.ad Velleia.& in l.ſi ſine. C. eo. & in c.ſuper literis. de reſcript. & in c.cum uniuerſorum.de rerum permu.ubi ſignanter glo. præcæteris quoque allegat tex.iſtum ad idem.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil prorſus facere non primum, quia ibi erat error facti hic aūt dolus, aſſeuerat enim ſe maiorē cum eſſet minor, ut ſecum contrahentē deciperet, qua de re eidē doloſo patrocinari nō debet.l.ne ex dolo.l.itaq; fullo in prin.ff.de fur.l.j.ad fi.ff.de excep.do.l.fi.ad fi. C.de reb.cred.c.ſedes Apoſtolica.de reſcrip. Nō ſecundum, ideſt text.in d.§. planè. quia id etiam procedit in caſu quādo ad reſtitutionem agitur, non contra eum contra quem dolus cōmiſſus eſt, ut hic, ſed cōtra alium. Non ob. ultimo tex. in d. l.de tutela. quia id etiam uerum intelligitur in eo qui ſciebat uel ſcire prǽſumebatur, ratione ſanguinis & conſanguinitatis contrahentem ſecum eſſe minorem, nos autem in ignorāte, nimirum igitur ſi ei non ſuccurritur dicto caſu, hic autē ſic, quia dolus ſcienti non infertur.l.j.§.uſque adeò. ff. de iniur.l.non infertur.l.cum donationis.de tranſa. ſupra fuſius Pau. Caſt.in l.j.ſupra eo.col.ij.

Præſtatq; nobis hec lex argumentum ad multa, & maximè quod qui retro dixit unum, poſtea aliud, & oppoſitum quidem, dolo carere nō vr̄. l. de ætate.§.fi.ff.de inter.ac.argu.in l.j.C. de furt. & in l.mercalem.C.de cond.ob turp. cau. & in l. cum profitearis.C.de reuo.do. & hinc uitioſum fore, nos contrariianti argumentis, ex eodemq; ore frigidum & calidum efflare quod etiam ſic cecinisse uidetur, Dan. Aliger.cant.xxvij. infer.

Che aſſoluer non ſi puo chi non ſi pente
Ne pentir e voler inſieme puoſſi.
Per contradittion, che no'l conſente.

Et quod quāquam alibi mentiri doceat Imp. in l.j.ad fi.C.de bo.mat. Mendacium tamen puniri debet regulariter vt hic, ne minor reſtituatur. Adde quod ſic in pœnā mendacij punitur dominus alibi qui ſeruum eſſe in ſua poteſtate negauit.l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cau.aga. poſſeſſoriǵ; aufertur poſſeſſio, ſi fuerit mendax, etiam quod dominium non probet agens, in reali iudicio.l.fin.ff.de rei uen. & beneficium perdit filius ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt. l. eum qui.ff.quod cum eo. Necat priuilegium. l.& ſi legibus.C.ſi con.ius uel utili.pub. efficiťq; ut hæres teneatur, tametſi hærès non ſit.l.fi.ff.de int.ac. Et filiofam.denique exceptio S.C. Macedoniani denegabitur ſi ſe patremfamilias dixerit. l. j.C.ad Macedo. Nec omittendum eſt quod priſci mendacium vanitatem appellabant.

Et quod qui mētitur facit ſtatim ſe indignum, auth.contra qui propriam.C.de non num. pecu. Feli.in c.ad audientiam.ii.uer.literæ beneficiales col. ii. de reſcrip. Et ſe quodammodo (ut aiunt uulgo) ſuoq; gladio iugulat.

Et quod nō æquè cōuenit, ut mendax cōmodū mendacii cōſequatur.l.ſi ab hoſtibus.§. ſi uir. ff. ſolu.mat.præalleg.l.itaq; fullo.in prin.ff.de fur. l.omnes.§.fi.C.de ep.& cle.l.ſiue hæreditaria. ad fi.ff. de neg.geſt.l.bonafides. ff. depo. l. ſi legatarius.ff.de dolo.Bal.conſ.ccliiii.col.i.uol.ii. Flor. in l.legis Aquiliæ.col.i.ff.ad leg.Aquil.Cy.in l. præſcriptione.col.ii.C.ſi con.ius uel uti. pub.

Et quod denique errantibus eſt ignoſcendum iuxta illud quandoq; bonus dormitat Homerus. Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnú. Si maximè error fuerit facti, qui ẽt prudentiſſimos qñque fallit l.ij.ff.de iu.& fac.ign. Vnde Iſocrat. quoq; fragilitatis humanæ propriú eſt, labi, errare, decipi, nõ (ut hic dr̃) decipiẽtibus. Finis.

De his qui veniã ętatis impetrauerunt.

Imp. Aurelianus A. Catholeti.

EOS, QVI VENIAM ætatis impetrauerunt, ẽt ſi minus idonee rem ſuã adminiſtrare videantur, in integrum reſtitutionis auxilium impetrare non poſſe, manifeſtiſsimum eſt: nequi cum eis contraheret, principali authoritate circumſcriptus eſſe videatur. PP. kal. Iul. Aureliano A & Capitolino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod minor reſtituatur, quia eo ipſo quod lęſus eſt, & probatur læſio ſtatim reſtitui debet auxiliumque legis eſt, quod ſibi negari non p õt, vt ſæpe dictum eſt, ſupra.c.indultum.de reg.iur.in vj.l.minoribus. ſupra de reſti.in integ.l.nam poſteaquam. §. ſi minor.ff.de iureiu.not. plene in l. ne quicquam. in §.ubi decretum.ff.de offi.procon.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (ad quod etiam text. iſte ſolet allegari) quia nemo decipi debet principis auctoritate, & quia ſi pro maiore hr̃ ex quo veniã ętatis impetrauit, non eſt rõ qua dici poſſit ipſum eſſe reſtituẽdum, aliàs impetratio, & conceſsio vana fuiſſet & nihil operaretur, haud dicendum. l.ſi quando. ff.de leg.j.l.ait prætor.in prin.ff.de iureiu.c.ſi. Papa. de priuileg.in vj.

Ex quo tollitur obiectũ, quod dubitationẽ faciebat, quia verũ eſt regulariter id, non hoc caſu, cum ſit (ut dixi) priuilegio factus maior, nec alius quã ipſe imputandus, qui minoris ętatis prerogatiua munitus, veniã impetrauit. & conſequenter eidem nec ſuccurrendum arg.in l.ſi fideiuſſor. in §.j.ff.qui ſatiſ.cog.& in l.ij.in §.ſi quis tñ. iuncta gl.ff.ſi quis cau. Et facit vulgatũ illud. Patẽre legẽ quã tibi tuliſti. Et ſi tibi malũ cacaſti ut tardus, te ipſum imputa.& ꝙ cõtra diſpẽſationẽ legalẽ ceſſet reſtõ, tradit Bal.ĩ l.minorib.col.j.ff. de mino.

Præſtatq; nobis hęc lex arg.ad multa, & maximè, qđ idcirco impetratio venię fit, ut facilius aliciãtur hoĩes ad cõtrahẽdũ, cũ minoribus, ex quo ſciẽtes aliàs poſſe ĩ integrũ reſtitui; id facere quã ſępiſsime deuitãt, ſicq; tuti ſunt, ne ſibi id vnum obiici poſsit, diſce cautius negociari de quo in l. ſecunda, C. de furtis.

Et qđ venia licẽtia eſt, aliàs indulgẽtia ſi delictũ p̃cedat ſicq; uenię impetratio dr̃, ſi de ĩ ius vocãdo parẽtes vel patronos agatur. l.quiq;.ff.de in ius voc.l.venia.C.eo.Bal.in c.j.ad fi.de iur.cal.

Et quod interponere auctoritatẽ, ut minores priuilegio maiorũ gaudeant, ſolius principis eſt & mixti imperij maximi ut declarat etiam Bar.in l.imperium.col.v.ff.de iur.om.iudi.

Et quod volũtas principis qñq; eſt lex naturæ, cũ reſtituit natalibus.l.qua in prouincia.§.diuus. ff.de ritu nup.qñq; grã, cũ reſtituitur fama.l.j.§. de qua aũt.ff.de poſtu.qñq; diſpẽſationis.l.quidã cõſulebãt.ff.de re iu.l.Barbarius.ff.de off.p̃to.qñque auctoritatis ut hic, & in l.ij.ff.de adop.Bal.ſuſius in l.j.col.j.lectu.j.ff.de conſti.prin.

Et qđ deniq; beneficiis nos iuuari non decipi oportet ut ẽt dr̃ in l.in cõmodato in §.ſicut.ff.cõmo.Bal.cõſ.cccxxvij.col.j.vol.j. Et iõ eo ipſo qđ bãnitus citatus eſt, occidi ĩpune nõ põt, quia data vr̃ ſibi ſecuritas cõparẽdi nec debet ſub p̃textu p̃cepti p̃torij decipi inquit idẽ Bal.in l.libertas. ff. de ſta.ho.& conſ.ccccxc.ad fi.vol.i. Finis.

Si maior factus ratum habuerit.

Impp.Dioclet.& Maxi.AA. & CC.Sortiri.

QVI POST VICESIMVM quintum annum ætatis, ea quę in minori ætate geſta ſunt, rata habuerint: fruſtra reſciſionem eorũ poſtulant D.idib.Feb.CC. Coſſ.

Dubitãdi rõnẽ faciebat, qđ reſtituatur qui ẽt maior factus ratificauit geſta in ętate minori, tex. in l.iii.in §.Scio.ff.de mino. vbi minor ſe immiſcuit hæreditati p̃næ, & maior factus, exegit à debitoribus p̃nis, & ſic cõprobãdo, quę in ętate minori fecerat, & nihiſominus reſtituit, ut ſe ab hæreditate p̃na poſſit abſtinere. Et pondera quod dicit ibi ẽt Iuriſcon. reſtituendũ eſſe initio inſpecto arg.in l.regula.in §.& licet.ff.de iu.& fa.ign.

Cõtrariũ tñ hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia ſemel approbatũ amplius reprobari nõ põt, nec diſplicere qđ ſemel placuit, & neceſſaria amplius ex poſtfacto, q̃ à principio & re integra ſũt voluntaria. l.Põponius.ff.de neg.geſt.l.ſed & reprobari.ff.de excu.tu.c.quod ſemel.de reg.iu. in vi.l.ſicut.C.de ac.& obl.cum vulga.

Ad oppoſita rñdet nihil facere, nõ primũ, quia actus factus poſt minorẽ ætatẽ, veniebat in conſequentiã actus geſti in minori ętate, nimirũ igitur ſi trahit ad tp̃s illius actus, ſiq; nõ inducitur ratificatio, hic aũt nõ ueniebat in cõſequentiã, & declarat Saly.Pau.& alii & bene, adde Bal.cõſ. cclv. col.ii.uol.iii.& in l.i.ad fi.C.ſi ſeruus exte.& hoc eſt quod ẽt per illũ tex.dicit Bar.in l.i.ff.qui po. in pig.ha. qñ finis habet neceſſariã conſequentiã ad principiũ, quod principiũ attẽditur, ideq; Bal.

in l.antiſtius.in prin.ff.de acqni.hæ.& conſ. cix. col.i.uol.iiii.& conſ.ccliiii .in prin.co.lib.Nō ēt facit qđ dixerit I.Con.initio inſpecto ibi,quia id rōne ī.dcā dixiſſe vř,ulq; adeò ut ad tex. nřū verba illa applicari nō poſsint,quia facta ſ.poſt minorē ætatē non veniebant in cōſequentiā actus geſti in ætate minori ut dictū eſt,idcirco nō obſtant.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod ſi contractus ſit nullus fauore minoris ætatis, quia non interuenerit decretum, firmatur tamen ſilentio quinquennali,poſt maiorē ætatē & valebit,ita Bal.cō ſ.xlv.in prin. uol. ij.

Et quod facta diuiſione inter fratres,ſine iudicis auctoritate,vel curatoris,(ſi horum aliquis eſt minor)reſcindi nō poterit,ratificata ſilētio quinquennij(ut dictum eſt)poſt ætatem maiorem,qđ tradit idem Bal.conſ.cclxxxij.in prin.cod.lib. & ſentit etiam in præallega.& Corn.conſ.ccvij.col. iij.& Crot.in l.qui Romæ.in §.duo fratres.nu.51 ff.de ver.ob.& vtrumque dictum per iſtum text. qui tamen de quinquennio mentionem nō facit. igitur dic aliter quo ad primum,quod valebit,qđ quæ uim tacitè & ſolēnis diuiſionis habebit (quo ad ſecundum,)ſi longo tempore poſt ætatem minorem tacuit.l.placet.C.cōi diui.argu.in l. ſi certis annis.C.de pac.& in l.cum de in rem uerſo.ff. de uſu.eſt uerum quod dubitat alibi Areti. conſ. cxxvij.col.ij.& iij.ſed nihil eſt dic ut per eum.

Et quod filia quæ renunciauit ſucceſsioni paternæ,effecta maior,ipſam renuntiationem ratificaſſe videbitur, ſi maximè longo tempore tacuit vt ſupra & nouiſsimè tradit Pau.Caſt conſ.cccv. adfin.vol.ij.

Et quod donatio nulla,poſt perfectam ætatem decennij lapſu confirmata,efficitur valida,perindéq; eſt ac ſi a principio huiuſmodi fuiſſet inquit Alex.conſ.cxvij.vol.v.& Dec.poſt eū,cōſ.ccliiij. col.vlti.vol.ij.

Et quod denique legitimatio quæ a principio eſt nulla, virtute ratificationis factæ in maiori ætate conualidatur,ut idem Dec. ex multis oſtendit conſ.ccclxvij.col.iij.& iiij.co.lib. Finis.

Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agenda ſit.

Imp. Antoninus A. Seuero.

SI QVID A PROCVRAtore meo iudicatum eſt, id per in integrum reſtitutionem præſidis ſententia non poteſt reſcindi. princeps enim ſolus cōtra ſententiam procuratorum ſuorum in integrum reſtituere ſolet. PP. vj. kalen. Decembr. Lęto & Cereali Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod alij ēt reſtituāt,tex.in l.in cāç.ij.in §.fi.iuncta l.ſeq.ff. de mino.vbi tam pręfectus vrbis quàm alij magiſtratus pro ſua iuriſdōne in integrum reſtituere poſsūt, tā in aliis cauſis(ſubiicit tex.)quàm cōtra ſuā ſententiā,ergo nō ſolus princeps ut hic dicitur.

Contrarium tamen hic deciditur,& rō deciſionis eſt,quia procurator Cæſaris maior eſt præſide.l.j.ff.de offi.procu.Cæſa. uſque adeò ut nō cōueniat,quod is reſtituat aduerſus maioris ſententiam.c.cum inferior.de maio.& obe.cle. ne Romani.de ele.l.nā magřatus.ff.de arb.l.minor autē magiſtratus.ff.de mino. ergo ſolus princeps ut dicit tex.uel(ſupple tu)ipſe ēt qui iudicauit.

Ex quo tollitur oppoſitum,verum quando nō eſt inferior qui reſtituit,eo aduerſus cuius ſententiam fit reſtitutio,quanquam hic tex.ſoli principi licere dicat,qm̄ ex d.legibus ſuppletur & declaratur,arg.in l.utrū.ff.de pet.hę.cū ibi no.& in l.j. & ibi Soci.ff.de reb.du.l.nō eſt nouū.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.c.ſup qōnū.in prin. de off.de.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod conſtitutionem â ſuperioribus editam,inferiores reuocare non poſſunt,nec conſtitui ab his etiam ea quibus ſuperioris factū lædatur.c.venientes.de iureiu.l.pen.de aqua plu. arcen.Ro.ubi etiam iura ſuperius ad idem facientia & allega.conſ.cxvj.col.j.

Et quod quæ princeps ſibi reſeruat non poſſunt fieri ab inferiore etiā cauſa cognita, niſi ſpecialem habeat poteſtatem. l.j.§.à præfecto. ff. de leg.iij.Bal.ibidem in §.deportatos.

Et quod reſeruata principi, ex quo ſunt extracta an omni inferiori poteſtate cenſentur de iure communi impoſsibilia.ita idem Bal.in l.cum ſeruus.in §.fi.in fi.ff.de leg.j.

Et quod non ob id tamen dictio ſolus,alios excludit, maximè (ut dictum eſt ſupra.& in d.l.in cauſæ fuſius not.) eos qui iudicarunt argumentū in l.fi.C.de legi.& in l.aduerſus.C. ſi aduer. rem iud.Bal.in l.j.in prin.C.de bo.poſ.contratab. Archid.in c.j.ad fi.de hære.in vj. Areti. conſ. lxxvj. ad fi.Ange.in terminis hic.

Et quod denique ſermo inperfectus,ſubauditione iuuandus eſt,maximè ut tollatur abſurdum & contrarietas iuris.l.j.ff.de teſta.l.j. ff. de tute. & ra.diſtra.l.j.§.fi.ff.de hære.inſti.Bar.in l.j. col. ij.in rep.C.de ſacroſanct.eccle.Eſtque apoſiopeſis ſeu liptote figura minus dictum & plus intellectum & de quo etiam in l.cum auus.ff. de condi.& demonſtra.& in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom.& in l.generaliter.C. de inſtitu. Finis.

Impp.Diocle.& Maxi. AA.& CC.Aquilinæ.

QVONIAM EA, QVAE IN tráſactione dari placuerat, te tradidiſſe proponis: cōſequēs eſt,ſi de his repetēdis p in integ. reſtitu

tionem

tionem vel quancunq; aliam cauſam putaueris agendum: eius adire te prouinciæ præſidem, in qua domicilium habent, quos conuenis.

Dubitandi rationen faciebat, quod non in loco domicilij reus conueniendus ſit, ſed celebrati contractus, quia nidetnr caſus clarus in l.ij. C. de iuriſdi.om.iudi.quam dicit not.Bal.in l.j.col. ij.C.an ſer.ex ſuo fac.& Areti.conſ.cxxxv.col.ij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia actor tenetur ſequi forum rei, & maximè, ſi de diſtractu agatur, deque eo repetendo per in integrum reſtitutionem, quod in tranſactione datum eſt, ut ſignanter inquit text. noſter in d. l. ij. l. iij. ff. de alie. iudi. mut. cau. fac. c. ſi clericus. de ſoro comper. Bald. in ſimili in l. de quibus, colum. x. ff. de legi. uſque adeò ut nec ſtatutum valeat contra iſtam regulã ſecundum Bar. in d. l. ij. nonnihil Feli.in c.cum ſit generale.in prin.de ſo.compe.

Ad oppoſita reſpondetur verum fore, ſi de obſeruantia contractus agatur, non ſi de diſtractu ut hic, & eſt intellectus ad regu. not. in l. ij. ff. de eo quod cer. loco. & hic rurſum per Bald. & Paul.dicentem primo anno quo huc acceſsit, interroganti ſe ita ex tempore reſpondiſſe. Cui intellectui tamen, obſtare uidetur text. in l. ſi fundus. ff. de euictio.ſæpiſse adductus per Bar. in l.cunctos populos. C. de ſumma Trinitate & fid. catholi. ubi de diſtractu agebatur & tamen conſuetudo regionis attenditur in qua negocium geſtum eſt. Niſi reſpondeamus de euictione agi dicto caſu, non de diſtractu ut hic & ut in inductione dicebatur, & in ſimili not.Abb. in c.ſi quis contra clericum, de foro compe. refert & ſequitur Boer. deciſio.cxiiij. nume.6.par. j. ſiue & clarius quod id procedat in reſpicientibus ſolemnitatem contractus, non in diſtractu ut hic, & declarat Bart. in d. l. cunctos populos. nn. 14. & 16. Cogita uel dic rurſum procedere pariter, id quod habetur in l. ij.ex quo tẽpore contractus, ibi habebat reus domicilium, ubi contraxit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod releuatus in vno, debet in alio grauari.l.eum qui.ff.de iureiu.pulchrè Saly.in ſimili in l. uerba.col.fin.C. ad legem Iul. de adul. nanque ſi Aquilina reſtituenda eſt, & ſic in hoc (ut diximus) releuata, debet grauari ut in rei foro etiam reſtitutionem petat.

Et quod quando legislator reſpondet conſultationi, ipſamq; determinat ſecundum regulam communem.ius nouum non introducit, ſed commune oſtendit potius glo.in c.ſi diligenti.de fo. compe.& in c.peruenit.de emp.& uend.imò tex. in c.ex multa.de voto.Bar.in l.nemo. C. de ſen. Corſet.in ſingul.conſultatio fuſius, & ut hic clarè colligi poſſe uidetur.

Et quod qui declarat (demq; ferè eſt) nihil noui inducit.l.hæredes palam.§. ſed ſi notam. ff. de teſta.debetq; maximè intelligi uerum quando declaratur id quod eſt aliquid ſed obſcurum, ut hic, quia ſi declaratio faceret alias de nihilo aliquid, tunc ſecus dicendum foret, ex quo non cadit declaratio in eo quod nullum eſt, ita Bal in l. edita col.iiij.C.de eden.Feli.in c.fi.col.fi.de exce.

Et quod non errat qui ſundamentum faciat in regula, ut hic quæ eſt (ut dixi) quod actor debeat ſequi forum rei, a qua nec etiam debemus recedere.l.ab ea parte.ff. de proba. c. in fidei fauorem. de hære.in vj.iuncta glo.Bal.conſ.cccclxviij.col. j.uol.v.Seyſel.in l.ſi quis id quod.col.v.de iuriſ. om.iud.niſi per aliam legem ut inquit idem Bal. in l.iij.ad fi.C.fin.regun.& in c.iudices.col.ij.de pac.iur.fir.in uſib.& in c.quoniam frequenter.in prin.& ibi Feli.col.iij.ut lit. non conteſta. Idem Seyſel.latè in l.qui iuriſdictioni.col.ij.de iur.om. iud.quoniam tunc ſecus non omittentes curioſis quoq; in alieno feſtucam oculo uidere cupientibus, & nõ traben in ſuo (quod aiunt) duas & quinquaginta limitationes, poni ad eam per Feli. præ cæteris in §.j.de competen.iud.ad.per totum.

Et quod denique (ſi uerum eſt tamen quod dicit Bart.in l.quod ſi Epheſi.in §.fi. ff. de eo quod cer.lo.& in l furti.in §.qui iuſſu.ff.de his qui no. infa. quod compromiſſum ſit tranſactio) Patauino & Vicentino contendentibus ſeque compromittentibus in arbitrium Veronenſem, contra alterum ſententiam ſeu laudum ferentem, ſi de compromiſſo & ſic de contractu conqueri uelit debebit adire iudicem Veronenſem & ut latius hic declarat Paul. Caſt. & Bal. ante eum. per iſtum tex.& benè. Finis.

De reſtitutione militum & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

Imp. Alexander A. Petronio Centurioni.

SI QVID DE BONIS eorum, qui reipublicæ cã abſentes ſunt, diminutum eſt, aſtioneve qua cõpetente eis aliquis liberatus fuit: in integrum reſtitutio perpetua iuriſdictione intra annum vtilem permittitur. PP. xiij. kalen. Nouemb. Alexandro A.ii.& Marcello Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod abſens nõ reſtituatur, etiam reip. cauſa, quia vr̃ eſſe caſus ad literam.in l.& qui data.ff.ex quib.cau.maio.& in

l.is qui reip.cauſa.& in l.antepe. ff. eo. ſtudendo breuitati,ubi dicitur ubique abſentibus ex cauſa reip.non eſſe ſubueniendum. Et cum in uerbis (ut dicere ſolemus)non eſt difficultas non eſt ad mittenda uoluntatis quæſtio.l.non aliter.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.iij.

§ Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt,quia ſi abſuit & quidem reip.cauſa ni hil eſt,quod ſibi poſsit imputari.l.non enim.ff. eo.nimirum igitur ſi prætor edicto ſuo, læſo reſtitutionem liberaliſsimè pollicetur dicens. Si qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe uidebitur in integrũ reſtituam.l.j. ad fin.l. ſed & ſi per prætorem.in prin.ff.eo.ex quib.cau.maio.l.ex cõtractibus. ſu pra eo.Bal.in l.ij.col.ij.de reſcinden.uen.infra & in l.in emphyteoticariis.col.xij. infra de iu. emphy.glo.in l.j.in §.ſi quis autem.ff.de itine. actuq́ue priua.& in l.& attilicinus. ff. de ſerui. ruſti. prædio.& in l.j.C.de pat.pot. Bar. in l.j. nume. 17. ff. de condi.inde.& in l.ſi infanti.col. iiij. C. de iur.delibe.Alex.conſ.viij.ad fi.uol.iij. Areti. conſ.ciij.col.ij.multa.Eſtq́; ſaluberrima clauſula,quæ emergit ex genere negocialis ſtatus. generalis,& quæ breuiter complectitur omne iuſtũ impedimentum.d.l.j.ff.ex quib.cau.maio.idem Areti.conſ.clxj.col.vj. Eſt uerum(quod pro intelligentia notabis) reſtitutionem non dari ex dicta clauſula, læſo ſuo conſenſu,non contra pręſumptionem iuris & de iure, nec læſo rurſum ex ſupina & craſſa ignorantia, nec excluſis de iure, nec denique aduerſus longiſsimum tempus.l.j.§. ſi quis & ibi Ang.ff.de dolo.idem Ang.in l.inter ſtipulantem.in §.ſi Stichum.ff.de uer.obl.Bar.in l.j.C.de ſen.aduer.fiſ.lat.lib.x.Inno.in c.fin. col. xxx.de præſcrip.Alex.cõſ.clxiij.uol.ij.Soci. cõſ. clxiiij.& cxciiij.uol.ij.Cur.ſeni.conſ.pe. col. iij. & pulchrè Gozad.Bononien.conſ.viii.col.pe. & fin.qui caſus ad propoſitum firmant regulam in non exceptuatis.l.quæſitum.§.denique.ff. de fun. inſt.not.in c.cum dilecta.de confir.uti.uel inuti.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere nõ pri mum,quia uerum eſt id quod ibi dicitur in abſen tia affectata,nõ aliter.adde rex.in l.pe.C.quomo. & quando iud.& in l.ii.ff.ſi quis cau. & eſt ſimile in tutela quæ ſic non inducit aliquam immunita tem.l.i.& ii.C.de his qui ſpon.mu.ſub.lib.x.& in in legato ſi fuiſſet in itinere deprędatur ut nihil recuperet à populo, quando prorurauit legationem in l.ſi ſeruus communis.in §. quod damno. ff.de fur.multa Fel.in c.non debet.col.ii.de teſti. ad ſaturitatem Barba.more ſuo conſi.lvj. uol.j. Et ſignanter probat alibi tex.quod qui abeſt cau ſa reip.ſi ſit officium modici ualoris,id affectaſſe uideatur in l.ſpadonem.in §.ſi.ff.de excuſa. tuto. quem ad idem not.in ſuis Ro.nxri.Imò quod in eloquentia etiam affectatio, maximo datur ſcribẽ ti uitio,quod Græci κακοζηλον uocant, & Mecœ nas ob id racozelus uocabatur, hoſq́; & antiquarios ſimul, qui ſordes uerborum, & uoces antiquas aucupantur,ut diuerſo genere uicioſos pa-ri faſtidio ſpreuit Auguſtus ut in ipſius uita ait Tranquil. c. lxxxvi. de ſtylo & genere loquendi eiuſdem. Non ſecundum, quia id etiam ibi uerum eſt & procedit in eo, qui procuratorem reliquerat per quem defendi poterat, igitur non ab re ſi ei ſuburniendum non eſt argumentum not. in l.Papinianus exuli.ff.de mino. Non tertium denique & ultimum,quia læſus eſt in ea re,in qua etiam ſi non abfuiſſet omnino læſus fuiſſet, exemplificando ut ibi per glo.& Odof.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod læſio & damnum diminutio patrimonii eſt.l.iii.l. Proculus.ad finem.ff.de dam.infect.Bar.in l.prætor edixit.in §.i.nu.i.ff. de iniur.ex quo non conſideratur niſi reſpectu iuris iam quæſiti ut not. in l. i. in §. ſi quis propter inundationem.ff.de itine.actuq́ue priua. Iaſ.in l. tertia.in §. Labeo.col.iii.ff.de acqui.poſ.lectu.ii. & hac ratione pœna pecuniaria damnum appellari poteſt,quia eſt patrimonii diminutio ad differentiam corporalis & priuatiuæ dignitatis, de quibus in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iud.& in l.quicunque.C.de ſer.fugi. & in l. cognitionum. in §.æſtimatio.ff.de uar. & extraor. co. dixi in l. quid ergo.in §.pœna grauior.in ruiden.ff. de his qui not.infa.

Et quod abſentia reip. cauſa, probabilis eſt & neceſſaria, ad differentiam earum quæ ſunt probabiles tantum, ſtudiorum ſcilicet uel neceſſariæ tantum relegationis,& uoluntarię ut mercatura,de quibus in l.ſi.ff.de in integ. reſtitu. nimirum igitur ſi abſentibus ex dicta cauſa potiſſi mum ſubuenitur per reſtitutionem in integ. ex clauſula ut dictum eſt ſi qua mihi iuſta cauſa.

Et quod quanuis a priuatione ad habitum impoſsibilis ſit regreſſus, & actio ſemel extincta am plius non reuiuiſcat.l.homo liber.ff. de ſtatu ho. l.qui res.§.aream.ff.de ſol.Bar.in l.Meuius. in §. duobus.nu.3.ff.de leg.ii.reuiuiſcit tamen ope ſu peruenientis æquitatis & ex cauſa.l.ii.§.fin.ff. de hære.uel ac.uendi.Soci.in l.ſi debitori.col.iii. C. de pactis.Bal.in l.metum.in §. uolenti. col. ii. ff. quod met.cau.& in l.ſi bonorũ in ſi.C.qui admi.

Et quod etiam iura ſuas mortes habent, & pereunt.l.ſi quis domum.§.j.ff. loca.l. habitatores. l.ſi fundus.l.ſi uno.§.item cum quidam,& ibi no. ff.eodem.Bald.pulchrè conſil.ccclxv.col. i. uol. ii. quæ tamen reſtitutionis miraculo, ut Lazarus olim à CHRISTO, ſuſcitantur, & reſurgunt, ut hic.

Et quod denique hic rurſum uerificatur uulgatum illud. Diſtingue tempora & concordabis ſcripturas,de quo per glo.in l.i.C.de arcuſa.& in l.apud antiquos. C. de fur. & in r. ſi per raucrit. ii. q. i. & in c. ſi eccleſia. xxiii. q. iiii. Bal. in l. ii. C. ad Senatuſconſul. Orficia. & conſi. rcv. in prin.uol.i.& cõſ.cccclv.col.ii.eo.lib.& in c.i.col. ij. de pac.iur.firman.in uſib.& in l.ſiu colum.ij. C.de ſent.& hoc ideo quia quod l.i. dicitur reſtitutionem dari intra annum utilem, uerum eſt

iure

iure ueteri & olim, non hodie, ex quo quadriennium continuum læſo conſtitutum eſt. l. ſuperuacuam quæ eſt fi. infra de temp. in integ. reſti. peten. vbi glo. nor. etiam quæ differentia ſit inter annum utilem & continuum, & quomodo cognoſcatur. Finis.

De temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum, aliarumq; perſonarum, quæ reſtitui poſſunt, quàm hæredum eorum.

Impp. Diocletian. & Maximia. AA. & CC. Dionyſio.

EX PERSONA FRAtrum, ſi tibi eorum quęſita eſt ſucceſsio, potes, contra quem ſupplicas agere: non ignorans, quod ſi minores quinq; & uiginti annis militauerint fratres tui, atque in militia diem functi ſunt, in integrum reſtitutionis eis tempus non ceſſerit, ſed omne ad ſucceſſorem traſmiſerint. S. viij. Kal. Ianu. Philippopoli. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod reſtitutio ad hæredes non tranſmittatur, quia priuilegium eſt a lege conceſſum intuitu perſonæ, quo caſu tranſmiſsibile non eſt l. dabimus. ff. de priuile. cred. l. fi. ff. de tutē. & ra. diſtra. l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. & maximè, quia (ut ibi dicit text.) nō cauſæ ſed perſonæ ſuccurritur, quæ precipuū meruit fauorem.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia cum læſio immediata cauſa priuilegii fuerit, & nō perſona, reale etiā dicetur cōgruenter, & non perſonale, ergo hac de re, tranſibit etiam ad hęredes, vel & aliter dicamus quod cum adhuc non ſit conceſſum perſonę ſimpliciter ſed attenta naturali æquitate, conuenit ea mediante ut tranſeat, & idem in l. ſi intra. ſupra de reſti. in integ. & in l. non ſolum. ff. de mino. & in ſimili in l. hæredes. C. ad Vel.

Ad oppoſita reſpondetur, non multum facere, & breuiter (ad idem enim tendunt) quod dictis caſibus perſona erat immediata priuilegij cauſa uel quod id tantum perſonę conceſſum ſit, non attenta naturali æquitate ut hic, & fuſius ut per Albe. in d. l. non ſolum. & Dyn. in c. priuilegium de reg. iur. in vi. & ad idem eſt bonus tex. in l. cum patronus. ff. de legat. ij Ancha. nouiſsime conſi. clxxxvi. ad fi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod hæres & defunctus cenſentur una & eadem perſona. §. j. in authen. de iur. iur. a mo. præſti. maximè reſpectu eorum quæ habet hæres ab ipſo defuncto, & in his quę perſonam ſequuntur non in aliis, ad differentiam filij, qui una perſona cum patre dicitur per naturam. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſti. l. non in eo. §. fi. ff. ad exhi. l. quęſitum. ff. de præca. Bal. in l. ij. in §. j. ad fi. ff. de prę to. ſtipu. Dec. conſ. cccxx. nu. 8. uol. ij. ſed hic defunctus poterat reſtitutionem petere, ergo & hæres.

Et quod legiſlatori ſuperfluitas obiici non poteſt, ut in §. quibus in prima conſtitu. ſupra. ſiue alias de nouo. Co. facien. quando duæ leges idē continentes in uno eodemq; titulo inueniuntur ut hic & in l. ii, ſupra eo. ſi poſsit aliqua diſsimilitudo doceri quanquam modica, ut not. in c. fi. de exceſsi. præl. Feli. in prohem rex pacificus ad fin. nanque in l. ij. ſucceſsit militans non militanti ſupra eod. hic econtra, non militans militanti.

Et quod fauores ſunt extendendi, alias nō trāſiret reſtitutio ſui natura fauorabilis, argumentum in l. quod ſi minor. in §. reſtitutio. ff. de mino. l. ſi unus. §. pactus uer. quod in ſpecie. ff. de pact. c. ſtatutum ubi glo. numerandum de preb. in vj. ad hæredes, aud dicendum. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. pulchre Bal. in ſtatut. concordia nume. 13. & ideo dicebat alibi, quod in pœnis debemus eligere partem mitiorem in gratiis pleniorem in cap. cum dilecti. nume. xij. de dolo & contu.

Et quod adeo uerum eſt iſtud de quo hic, beneficium reſtitutionis alicui competere & ad hæredem tranſire, ut uerbis generalibus auferri nō poſsit exemplificando ut per Are. conſi. clxi. col. iii. tradit glo. in c. coram. de reſti. ſpol.

Et quod denique beneficium reſtitutionis ad huc, tranſit ad hæredes etiam quod expreſſe nō agatur, alias non, niſi actum ſit, puta quod in ceſſionarium ex cauſa neceſſaria ſic priuilegia tranſeant. l. quod ſi minor in princi. C. de mino. l. ſi minores de reſti. in inte. late Alex. in l. poſt dotē col. pe. ff. ſol. mat. Finis.

De receptis arbitriis, alias arbitris:

Imppp. Carus Carin. & Numerian. AAA. Clementi.

SI CONTRA COMPROmiſſum aduerſarius tuus apud electum arbitrum præſentiam ſui facere detrectauit, placitæ pœnæ videbitur obnoxius. PP. viii. kalen. Ianua. Caro & Carino Coſſ.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat quod ex contumacia in non comparendo, quis haud incidat in penam, primum quia uidetur glo. in l.i.ff. ſi quis ius di. non obtemp. in §.fi. imo tex. hic allega. in l. nō ex omnibus. ff. de arb. ubi clare dicitur, partem non parendo, & ſic ex ſola contumacia, in pœnam non incidere. Et quia arbiter iuriſdictionem non habet l. ait prætor, in prin. ff. de re ind. ergo ſi non compareat uocatus in eum iuriſdictionem non exercebit, quam non habet, non eutium enim, non eſt qualitas. l. eius. qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. & ſic in pœnam non incidet ut dixi. Et quia ſoluens expenſas debet audiri. l. ſancimus. infra de iudic. & ultimo loco, ēt quia contumacia ſimplex non eſt delictum. l. omne delictum. ff. de re milita. ubi non eſt delictum ibi pœna eſſe non debet. l. ſancimus. C. de pęn. cap. cognoſcentes. de conſtitu. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia qui nō cōparet, uidetur uenire cōtra compromiſſum, & dare operam quominus arbiter officium ſuum explicet, nec poteſt altera parte abſente (niſi dicatur) pronunciare, quare non mirum eſt, ſi ex hoc in pœnam incidit. Et quia (ut inquit glo. etiam) non uidetur ſteтiſſe qui ſui præſentiam non fecit.

Ad oppoſita reſpōdetur, parum facere, nō primum quia (ut glo. inquit. Bar. Bal. Pau. Caſt. & omnes) hic fuit expreſſum ibi autem non l. ſi arbiter. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arb. uel dicamus ut in d. §. fi. no. quod imo incidit in pęnam ratione contemptus. Non ſecundum quia licet iuriſdictionē non habeat hēt tñ notionem loco iuriſdictionis ſuccedentem, maxime quia hodie arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum. l. ait prætor. ff. de re iud. l. i. ff. de arbi. argumentum. in l. ex omnibus. ff. de offi. præſi. & quia pœna hoc caſu quoque fuerat formaliter adiecta. Non obſt. tertium, quia & id uerum eſt quādo citatus ueniſſet, at præſupponitur hic nūquam ueniſſe & conſequenter in pœnam incidiſſe, ergo. Non ultimum denique, quia imo delictum eſt (ut diximus) propter contemptum. d. § fi. & ibi not. & quia ita partes etiam conuenerunt argumentum in l. j. in §. ſi conueniat. ff. depo. l. legem, C. de pac. l. contractus. ff. de reg. iur.

Pręſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod compromiſſum eſt contractus quidam, qui conſenſu perficitur, non tamen nominatus, quia iure cautū nō reperitur. l. iuriſgentium in princ. ff. de pact. non innominatus, quia ſecuto implemento parte unius ex cōpromittentibus, orietur actio præſcriptis uerbis. l. naturalis. §. j. ff. de præſcr. uerb. l. cum mota. C. de tranſact. dictu tamen abſurdum. l. cum antea. §. altera. infra eo. nec tranſactio proprię ut not. in l. ſiue apud acta ſupra de tranſac. ſed pactum, qui contractus etiam dicitur iuxta glo. in l. j. ff. de act. & obl. l. i. §. adeo. ff. de pact. l. Labeo. §. i. ff. de arbit. & ita intelligi debet tex. hic dum compromiſſi mentionem facit.

Et quod quanquam iudex ordinarius alibi dicatur arbiter. l. quiſquis iuncta glo. in prin. C. de poſtulan. l. & delegatus. l. arbitro cum ſequē. ff. qui ſatiſd. cogan. attamen proprie arbiter ille eſt ille qui ex compromiſſo conuentionali eligitur ut hic.

Et quod arbiter non poteſt contumacem mulctare pęna extraordinaria arbitrio ſuo, qñquidē his ſolis datum eſt qui iuriſdictionem habent. l. j. in princi. ff. ſi quis ius di. non obtemp. l. ii. §. his datur. ff. de iudic.

Et qđ in compromiſſo conuentionali, pœna omnis neceſſaria eſt. l. nō diſtinguemus in prin. l. litigatores. §. j ff. de arbit. vel aliquid loco pœnæ, ut in præallega. §. i. & not. glo. in d. l. non diſtinguemus. alias arbiter ſententiam dicere non cogeretur, & contumacia partis impunita maneret, & male argumentum. in l. ita uulneratus. ff. ad legē Aquil. & in l. i. in §. j. ff. ſi mul. uen. no. & in c. ut famæ. de ſent. excom.

Et quod idcirco pœna neceſſaria eſt, quia priuatorum conſenſus iuriſdictionem non tribuit. l. priuatorum. infra de iur. om. iud. uſque adeo ut nec in arbitro poſsit uerificari quę dicuntur in d. l. i. in prin. ff. ſi quis ius di. non ob. d. l. ij. §. his datur. ff. de iudi. Finis.

De formulis & impetrationibus, vel alias.
De iuris formulis, & impetratione actionum ſublatis.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Hierio. P. V.

NVLLI PRORSVS NON impetratæ actionis, in maiore uel minore iudicio agentibus opponatur exceptio, ſi aptam rei, & propoſito negocio competentem eā eſſe conſtiterit. D. x. Kal. Maij. Felice & Tauro. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat nomen actionis in libello eſprimi debere, ut reus poſsit deliberare an uelit cedere uel cōtēdere. l. i. ff. de edē. & ne dimittatur incertus quia quandoq; plures actiones ſunt diuerſos effectus habētes argumentum. in l. uideamus. ff. de uſu. & uidetur caſus in l. fi. C. de interd. ubi in limine iudicij quis tenetur actionem exprimere. & in l. non debet. ff. de dolo, ubi actio de dolo non datur contra patrem ſed in factum. & in c. ad aures de præſcr. ibi omnem prorſus actionem excludit & in l. edita. ſupra de eden. & quia uulgo dici etiam ſolet,

let, neminem ſine actione experiri. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia ut actionũ formulæ ſublatæ ſunt. l. i. ſupra eo. ita etiam ſublata eſt actionis expreſſio, & maxime cum ex narratis, aptam rei, & negocio propoſitam eſſe intelligamus, ut etiam hic dicitur, & in c. dilecti. de iud.

Ad oppoſita reſpondetur, apparentia fore, non ſubſiſtentia, non primum quia poteſt deliberare, & facile quidem, nec incertus dimittetur, ex ipſius facti narratione, perinde ac ſi nomen actionis fuiſſet expreſſum, ut dictum eſt & cum hoc idem ſit clarum in d. c. dilecti, quando foret & dubiũ iure iſto, illi ſtandum eſt, c. i. & ij. & ibi not. Abb. de no. ope. nun. ex quo tolluntur reliqua omnia, idem dicentia, quoniam actionem capimus pro libello, ipſam continente ubique ſi guraq; eſt, quam Græci μετονυμίαν uocant & in quo factum ſimpliciter & pure dici debet, unde actionis qualitas poſtea eliciatur, & ut fuſius not. in d. l. edita. & in c. ſignificantibus & utrobique diximus de lib. obl. uel dic quod duplex ſit actio cauſalis & formalis, quodq; illa exprimi debet, & quod expreſſa dicatur cum exprimitur cauſa, iſta non quia tacite ineſt ex facti narratione, nec expreſsio aliquid operatur argumentum in l. iii. ff. de lega. j. d. c. dilecti. Bal. pulchre in d. c. ad aures.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime quod non debet uana uerborum ſubtilitate, ueritas lædi & anguſtari, ut etiam dicit Abb. in c. cauſamq;. col. pen. de teſtib. & ad literam text. in d. c. dilecti. imo quod reiicitur quoque in l. ſicut. in §. ſi debitori. ff. quibus mo. pig. uel hyp. ſol. Alua. in c. j. in §. fina. col. iii. ep. uel abba. & in c. i. in prin. col. iii. de natu. feu. in uſib. eamq; recuſat iudex inquit per d. tex. in §. ſi debitori Bertran. conſi. cc. xiii. nu. ii. uol. ii. bonus tex. in l. i. ad fi. C. ut actio. ab hæ. & cont. hæ. hinc Pau. Caſt. in l. edita in prin. ſupra de eden. præalle. quod Bal. ibi adeo ſubtilizauit, ut ſe ipſum fregerit. & adeo docto. in auth. hoc inter liberos in §. ſi quis autem. C. de teſta. ut ſe non intelligant, inquit idem Pau. ibi. nec ab re eccleſiaſti. 21. ſic dicitur, qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet. & plus quod quandoque riſum excitat. l. nam & ſi fur. §. ſi. ff. ſi cer. pet. ubi Iacob. Butr. Fulgo. & Albe. ob idem Alex. in l ſingularia à Iaſone deriſus eſt, col. viii. ff. eo.

Et quod ius ſemper eſt certum, ſemperq; indici conſtat l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. lega. l. j. C. ut quæ de. aduo. ideo ſi negocium hic narratum tale ſit, quod poſsit actionem producere, utique de ipſius actionis aptitudine conſtare dicetur, & ad propoſitum not. in d. l. edita, ubi purpu. nu. 10. ſiue alias. col. v.

Et quod ſententia diffinitiua, non amittit nomen ſententiæ quanquam iudicium careat ſolẽnitatibus quæ olim requirebantur, ex quo inductę de iure poſitiuo & aliud tolli potuerunt & poſſunt. l. tutelas. ff. de cap. di. ca. non debet de conſangui. & affi. Ferrarien. in l. imperium. col. viij. ff. de iur. om. iud.

Et quod duplex eſt ſolemnitas facti & iuris, illa ſublata eſt de qua hic. & in c. dilecti, iſta non authen. offeratur. C. de lit. conte. l. ij. §. ſed quia. C. de iur. cal. l. fi. C. de poſtul. l. de uno quoque. ff. de re iud. l. prolatã. C. de ſen. Odof. in l. diuus. col. ii. ff. de reſti. in inte.

Et quod denique tolerabile eſt, ſi tollatur ſuperfluitas figurę, dummodo maneat realitas formę, ex quo non curat lex niſi effectum cuiuſq; rei argumentum. in l. iij. C. de inſti. & in c. Marchio. i. q. i. Bald. in c. quia propter numero. vii. j. de elect. & in c. ex parte M. nu. 24. de app. Finis.

AEQVILIBRII SCOLASTICI MANTVAE
Liber primus explicit, Primæ Cod. partis.

AEQVILIBRII SCOLASTICI MANTVAE

Liber ſecundus, primę Cod. partis.

DE IVDICIIS.

Imp. Gordianus A. Iuniæ

SERVVS IN iudicio intereſſe non poteſt:nec ſi condemnatio aliqua in perſonam eius facta ſit, quod ſtatutum eſt ſubſiſtit. D. xv. Kal.Septem. Gordiano A.& Auiola .Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod ſeruus in iudcio eſſe poſsit,quia uidetur caſus clarus in l.ii.in fi.iufra de peda.iud.& clarior i l. lite ordinata.infra de lib. cau.clariſsimus autem in l.uix certis.ff. de iudi.iura inductione clariſsima.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia iudicia ſunt de iure ciuili, ut inſti. de obli.in princ. quo ſeruorum ſtatus annihilatus eſt,cum uilia mancipia dicantur.l.ſeruitutem.l.quod attinet.ff. de regu.iur. argumentum.in l.ii.ff.ad leg.Aquil. & in l.ſi ex duobus. ff.de noxal.& in l.qui duos.ff.de lega. iij.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum quia iudicium de ſeruo fit ibidem, non quod poſsit in eo ſubſtantiari ut hic & in l.doce ancillam.C.de rei uend.Non ſecundum quia non conſtabat ibi quod eſſet ſeruus ſed dubitabatur, imo dicit clare tex lite ordinata ſuper libertate,ſeu pendente ea ſuper ſtatu ſerui,quod interim pro libero habebitur.l.i.C.ubi de cauſa ſtatus.& quia dubij & caſus clari,non eſt par eademq; ratio,argumentum.in l.ſi quis.ex aliena, ff. de iudi. Non obſt.ultimum,quia ſpeciale eſt ibi & uix (inquit iur. conſul.) certis ex cauſis permiſſum eſt ut poſsint ſerui aduerſus dominos conſiſtere,ergo non regulariter.l. ius ſingulare.l.quod uero contra.ff. de legib.l.quæſitum. §.denique.ff. de fun.inſtru.not.in c.cum dilecta de confirma.uti.uel inuti. & hic ſentiunt remiſſiue doct.præſertim.Cy.& Saly.& bene.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod cum arbitria ſint ad inſtar iudiciorum redacta.l.j.ff.de arb. ſicuti ſeruus in iudicio eſſe non poteſt,pari modo compromittere non poterit, ita Bart.in l.licet.in §.ſi ſeruus. ff.de pecu.

Et quod in filio idem dicendum eſt, quod in iudicio ſcilicet eſſe non poſsit non tamen ea ratione,qua ſeruus prohibitus eſt,quia non poſſet tunc etiam cum conſenſu patris,l.qui in poteſtate.ff.de teſta.l.tam is.§.i.ff. de do.cau.mor:& inſti.quib.non eſt per.fac.teſta.in princ. & tamen poteſt.l.fi.§.neceſsitate.C.de boniſq; libe. & ſic non ſemper eſt bonum argumentum de filio ad ſeruum ut in §.idem iuris inſtitu.de ſtipu.ſeruo. quia uidemus etiam quod filius compromittit, ut idem Bar.dicit in d.l.licet.in §.ſed & ſi filius. eſt uerum quo ad primum ſi citetur quod uidetur illico habilitatus (quod nota pro limitatione.d.§.neceſsitate)vt per Inn.in c. eum inter de excep.Bal.in l.cum mulier.col.ij.ff.ſolu.mat. & & Iaſ. in l.fina.in penul.colum.C. de edict.diui Adri.tollen.

Et quod hac ratione, quia ſcilicet ſeruus nõ habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, non mirum eſt ſi dominus & quiuis alius admittitur ad eum defendendum.l. ſe.ui.ff.de appel. l.ſi non defendantur.ff.de pœn.

Et quod non ab re eſt ſi admittitur ad petendã ſiue ad agnoſcendam bo.po.ex quo nõ agnoſcitur in forma iudicij.l ſeruus.ff.da bo.poſſ.no. in l.j.C.qui admi.& in l.fi.eo.tit.& lib.

Et quod denique eadem ratione argentariam quoque exercet, alimenta petit, & ſe defendit atq; tuetur.l. prætor. ait.§. ſed & ſi ſeruus. ff. de edẽ.l.ſeruos.ff.de ali.& ciba.lega.Bar.in l.ſi fideiuſſor in §.j.ff.qui ſatiſda. cog. Finis.

De inofficioſo teſtamento.

Imp.Philippus A. Aphrodiſiæ.

FILIAM PRAETERITAM à matre, ad ſucceſſionem eius citra inofficioſi querelam adſpirare non poſſe, explorati iu-

ris

ris eſt. PP. V. kal. Auguſt. Philippo A. & Titiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod filia ad matris ſucceſsionem admittatur, ſed non querela inofficioſi teſtamenti, quia remedium eſt quod dari ſolet exheredatis. l. i. ii. & iij. l. nam his. §. fina. & toto titu. ff. de inoffi. teſta. & inſti. eo. in princ. quaſi non ſanæ mentis fuiſſe uideatur, quæ teſtamentum inique ordinauit, inquit. Iur. Conſul. in d. §. fina. reſciſſorium, quo imploratur officium judicis, nullam præſupponentis obligationem. l. qui per colluſionem. §. fi. ff. de acti. empt. Bart. in l. poſthumus in §. fi. ff. de inoffic. teſta. Por. in fin. princi. inſtit. eod. ſed hic à matre fuit præterita, præterito datur bonorum poſſ. contratab. §. ſunt autem inſti. de bono. poſſ. l. maximum uicium in princ. C. de lib. prȩte. l. j. ff. de bon. poſſ. contratab. l. poſthumo. C. eod. l. j. ff. ſi quis a pa. fue. ma. ergo. & maxime, quia ſi hoc eſt in patre filium prætereunte, non eſt ratio cur non idem dicere etiam debeamus in matre, quandoquidē ſint correlatiua, & diſpoſitum in uno cenſeatur quoque diſpoſitum in alio. l. fi. ff. de acceptila. l. fi. C. de ind. uid. tol. l. prima & ubique Barto. C. de cupreſſ. lib. x. pulchre Felin. in cap. fina. in princi. de Iudæis.

Contrarium tamen deciditur hic, quod imò querela admitti debet, quodq; hoc ipſum eſt ēt explorati iuris, & ratio deciſionis eſt, quia præteritio matris exheredatio eſt, ſiue pro exheredatione habetur. §. mater inſti. de exhereda. lib. not. in authen. ex cauſa. C. de lib. præte. nimirum igitur ſi datur querela, & rationem aſsignat Bart. in l. pater filium. col. ii. ff. de inoffic. teſtamen. & in l. iij. nu. 1. ſupra eo. titu. habetq; locum iſtud etiā in præteritione matris paſsiua. l. cum filium infra eodem.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere non primum quia edictum bo. poſſ. contratab. non pertinet ad teſtamenta fȩminarū, ex quo ſuos hæredes nō hñt. l. illud. §. ad teſtamēta fȩminarū. ff. de bono. poſſ. contratab. l. i. ff. eo. §. cȩteri inſtitu. de hære. quæ ab inte. def. Non ſecundum quia hac ratione argumentum corruit ut declarat Bal. in authen. quas actiones. col. j. C. de ſacroſan. eccle. & Anchar. in repeti. c. canonum ſtatuta. colū. ccxcj. & ccxcv. de conſti. Bar. in d. l. fi. de acceptila. pulchre Cy. in l. curatorem. C. de inte. mat. Pau. caſt. in d. l. fina. C. de indic. uid. tol.

Præſtatq; nobis hȩc lex argumentum ad multa, & maxime, qđ filius præteritus dr̄, qui nō ē uel inſtitutus, uel nominatim exhæredatus. ut inſti. de exhered. lib. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. quo caſu teſtamentum inutile eſt, ut ibi dicitur, quod rurſum ex iſto tex. elicitur, quandoquidem loquatur in filia, argumentum in l. cum pȩtor. ff. de iudi.

Et quod regulariter præteritio eſt actus prohibitus, exheredatio permiſſus in filio adhuc, quodq; hoc modo, ſeruatur forma legis, illo nō, uſque adeo ut mirum non ſit pariter, ſi actus ſiue teſtamentum nullum eſt. d. l. inter cætera. l. qui romæ. §. Flauius. ff. de uerb. oblig.

Et quod lege compelli poteſt quis ad teſtandum certo modo. d. l. inter cȩtera. l. Gallus. §. in oībus. ff. eo. de lib. & poſthu. Bald. in l. teſtamenti factio in prin. ff. de teſta. argumentum. in l. nemo poteſt. ff. de lega. j.

Et quod præteritio eſt quaſi delictum teſtatoris, quia peccat contra formam, inquit Bald. in l. hac conſultiſsima in §. ex imperfecto. col. prima C. de teſtam.

Et quod unum & idem verbum, relatū ad plura & diuerſa indiuidua, debet regulari ſecundum naturam illorum, ut præteritionis, quia ſi referatur ad patrem, & filium, ſtabit proprie ut dictum eſt, ſi uero ad matrē pro exheredatione capietur ut hic, & eſt ſimile in l. pater Seuerinam in §. cōditionum. ff. de cond. & dem. & in c. olim, de reſcrip. Bal. in l. illicite ad fi. ff. de reb. eo. & argumētum. in l. ſi uno. ff. loca. & uulgatum illud facit ēt

Suſtulit ille matrem, ſuſtulit iſte patrem. Matrem Nero, quam occidi iuſsit, Patrem Aeneas, ex incendio Troianæ urbis ereptum. Finis.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. & CC. Phillipæ & aliis.

TESTAMENTI FACTIONE per teſtationem uos interdixiſſe matri profitentes, iuſtam cauſam offenſæ manifeſte teſtamini D. v. Idib. Kalen. Septemb. CC. Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat quod impune exheredari non poſsit, qui interdixit matri teſtamēti factionem, ex quo id ſibi a lege permiſſum eſſe uidetur, cum teneatur mater, pietate materna hæreditatem ſuam filio relinquere. l. ſcripto. ff. unde lib. argumentum in l. uideamus in prin. ff. de iureiu. & in l. gracchus. C. ad legem Iul. de ad. Et maxime quia affectus non punitur niſi ſequatur effectus. l. j. in fi. ff. quod quiſque iur. l. cogitationis. ff. de pœn. Felyn. in capit. primo. colum. ij. de præſumpt.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia libera debet eſſe unicuique teſtādi facultas. l. j. C. de ſacroſanc. eccle. l. non uſque adeo. ff. ſi quis a pa. fue. ma. l. i. C. ſi quis ali. teſta. prohib. l. j. ff. de lega. ij. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de uerb. obliga. argumentum in l. in remandata. C. manda. & in l. ſed ſi lege in §. conſuluit. ff. de pet. hær.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum quia non eſt uerum, imò quod nec pater tenetur ſi nolit. l. parentibus. & ibi not. ſupra eo. d. l. non uſque adeo & ibi Bar. eſt uerum quod

legitimam

legitimam conſequi poteſt, ſibi inſtinctu naturę debitam.l.nam.& ſi parentibus.ff.eo.auth.nouiſſima.ſupra.co.l.Papinian.§.ſi quis mortis.ff.eo. quæ loco alimentorum ſuccedit.l.iij.§.ſed utrũ.ff.de mino.ſed uia iuris & debito modo, non ſic per indirectum ne ex dolo ſuo lucretur.l.ne ex dolo.ff.de dolo.argumentum in l.j.ibi uim fieri ueto.ff.ut robi.& in l.i.in princi.ff.de mor.inferen.& in l.i.in princi.ff.de uia pub. Non ſecundum quia effectus ſequntus eſt tunc, quanquam poſtea mater & ex interuallo fuerit teſtata.non ab re igitur ſi exheredari filius potuit.§.aliud quoque capitulum in auth.ut cum de ap.co.not.in auth.ex cauſa.C.de lib.præte.

Præſtatq; nobis hæc lex argumẽtum ad multa, & maxime quod impedire aliquem teſtari; eſt magna & grauis offenſa teſtatori,ut ẽt hic dicit Bal. adde quod ei,qui hoc idem facit denegãtur actiones & fiſco locum fore,ut inquit Iur.con.in l.j.in fi.princ.ff.ſi quis aliq.teſta.prohib.

Et quod ſi uerbis blãdis & perſuaſionibus hoc idem faciat forte non erit cauſa ſufficiens qua exhæredetur.l.fi.C.eo.nec ab re tex.hic interdixiſſe dicit, Abb.in c.ii.ad fi.de pecu.clerico.

Et quod forte iſtud in principe locum nõ haberet,quoniam togare ducum ſpecies eſt, uiolenta iubendi.l.i.in prin.& ibi gloſ.ff.quod iuſſu.in ſimili Bal.conſi.xxvi.col.i.uol.iij.

Et quod præteritio matris exhæredatio eſt, ut dicebam proximè per illum text. & ideò docto. hic dę exhæredatione loquentes, matris præteritionem intellexerunt, quia filios in poteſtate non habet.d.l.illud.§.ad teſtamẽta fęminarũ.ff.de bo.po.contrata.qua ratione nec poſſunt filios adoptare,niſi in ſolatium amiſſorum iſtud ipſum ſibi ex indulgentia principis concedatur.§.fœminæ.inſti.de adop.

Et quod denique iuſta cauſa exheredationis, ſeu præteritionis in matre eſt,ſi quis teſtari prohibeatur,non modo olim(ut inquit etiam Pau.caſ.& bene hic)uerũ etiam hodie,unaq; eſt ex enumeratis in §.cauſas in auth.ut cum de ap.co.alias qua ſi non ſanæ mentis fuiſſe uideatur qui ſeu quæ, teſtamentum ordinauit l.ii.l.nam & his.§.j.ff.de inoffi.teſta. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. &
C C. Succeſſo.

TESTAMENTVM MILITIS filii familias in caſtrenſi peculio factum, neque à patre, neque a liberis eius per inofficioſi querelam reſcindi poteſt. D. iij. Non.Decemb.Nicomediæ. C C.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pater à filio exheredatus habeat querelam, quia econtra ſi filius exhæredetur à patre,habet pariter, & teſtamentum reſcindit,vt inſti.de inoffi.teſta.in prin.& in l.j.ij.& iij.& in l.nam & his in §.fi.ff.eo. pater & filius ſunt correlatiua.l.fi.C,de ind.uid.tol. diſpoſitum in uno ex correlatiuis habet locũ quoque in alio.l.fi.ff.de accept.ergo,& quia priuilegium militis non debet in præiudicium inque iniuriam alterius redundare.l.ij.§.merito.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco pub.l.impuberi.ff.de admi.tut.argumen.in l.in fraudem in §.fi.ff.de mil.teſta.& quod parenti legitima portio ſeruanda eſt authen.presbyteros.C.de epiſ.& cler. imò quod non minus debita eſt ſucceſsio filii patri, quàm patris filio.l.nam.& ſi parentibus.ff.de inoffi.teſta.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,publicę utilitatis fauor, ut in caſtrenſibus priuilegium hoc habeat libere teſtandi nec teſtamẽtum eius querele ſubiacet & fuſius ut not.in l.fi.infra eo.ubi Iaſ.& alij, & maxime quia arma potius quàm iura militem ſcire ſacratiſsimus imperator exiſtimauit.l.i.C.de iuris & fac.ignoran.l.fina.de iure deliberan.l.prima.ff.de milita.teſtamento.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, non primum quia correlatiuorum diuerſa eſt ratio,pater enim paganus eſt hic, miles uero filius & ſic argumentum claudicabit ut dixi ſupra.in d.l.filiam, & no.in d.l.fi.de ind.uid.tol.Non ſecundũ quia id uerum eſt præterquam in caſtrenſibus bonis nec procedit argumentum in his quę ſunt liberi arbitrij. Non tertium & ultimum quia iure nouo procedit,non ueteri,ut hic, ideo diſtingue tpa & concordabis ſcripturas ut inquit glo.in l.i.C.de accu.uerumq; eſt id quod dicitur in d.l.nam & ſi parentibus,regulariter, nõ eo caſu quo filius permiſsione legis diſponere poteſt & (ut dixi)in caſtrenſi peculio,argumentum in l.ij.ff.ad Maced.Senatuſconſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod de ſuperfluitate non poteſt redargui legiſlator ſi in uno eodemq; titulo reperiãtur duæ leges,idem continentes, ut hic & in l.fi.infra eod.quia multo plura in dicta l.fina.quàm hic dicta fuerunt.c.ſuper quęſtionum.c.cum te de offi.del.Feli.in prohe.rex pacificus ad fi.& dixi.ſupra in l.ex perſona de temp.in inte.reſti.per.

Et quod quando apud legiſlatorem contingit de aliquo dubitari,omni alio caſu præſupponitur habilitas.l.qui teſtõ.ff.de teſta.c.j.de æta.& qual.in l.nanq; ſi dubitatur hic an teſtamentum filii fa.militis,ſubiaceat querele,neceſſario pręſupponitur quod poſsit teſtari, haud regulare tamen etiã ſi pater conſentiret.l.qui in poteſtate.ff.teſta.l.tã is.ff.de dona.cau.mor.& habetur.in d.l.fina.infra eo.latius.

Et quod una lex per aliam ſuppletur.l.utrum & ibi Bart.& Ange.ff.de peti.hære.l.pretor ait.§.eritque differentia ubi idem Bar.ff.ui bon.rap.c.ſuper qõnum.in princ.de offi.dele.Deci.in l.i.in princ.ff.de reb.dub.quod idem ſcilicet, in quaſi

caſtren-

caſtreſibus ſit, quod in caſtrenſibus, de quibus hic tantum loquitur, ut in l. ſi. præalleg. infra eo.

Et quod caſtrenſium uel quaſi hic & in d. l. ſi. priuilegiatus eſt miles, quodque in aduentitiis ſecus eſſet, in quibus quæritur uſusfructus patri, l. penulti. ad fin. C. qui teſta fac. poſſ. d. l. fin. infra eo. Corn. conſi. lxxxv. col. iij. uol. iij. & mirum eſt hoc caſu quod poſsit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut ibi ſubiicit, & probatur in l. ſi miles. & in l. ſi duobus. ff. de mili. teſta. & in §. non autem. inſti. eo. titu. not. in l. ius noſtrum. ubi regu. in contrarium. ff. de regul. iur. & ibi dixi.

Et quod denique adeò eſt priuilegiatus in his filiusfam. miles ut poſsit etiam facere teſtamentum iure militari, quanuis in expeditione occupatus non ſit, quia tunc foret indubitatum, ut eſt gl. not. in §. j. in uer. communi quanquam ibi dubitet Por. inſti. de mili. teſta. & atteſtatur ita communiter teneri. Tamen ego quoque cum eo dubito, non modo per text. ibi dicentem teſtari debere ſecundum ius commune, & in d. l. fin. infra eo. & in l. tutori. ibi ſufficit, ſi cui uel in paucis amici laboribus conſulatur. l. tutori. C. de nego. geſt. ſed etiam quia ad idem uidetur caſus in l. ſi quando. in prin. infra eo. Cogita igitur & tu quoque interim, quia ex his ego pro nunc finem facio. & unum tantum addo, quod ſicuti teſtamentum ipſius filiifami. pro parte ualet pro parte nō. ut ſupra, ita coiri cum patre ſocietas poterit, & ualebit actus quo ad bona caſtrenſia, uel quaſi, quo ad aduentitia uerò non, & ut fuſius per Cor. conſ. cccx. nu. 5. uol. iiij.

De petitione hæreditatis.

Imp. Antoninus. A. Vitaliano.

IN RESTITVENDA HAEreditate compēſatio eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inq; ſumptum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio, erogaſſe probaueris. PP. kal. Mart. Antonino A. iiij. & Balbino Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod ſumptus infirmitatis & funeris non deducantur, quia vbicunque à pietate cauſatur error, datum ſolutumq; nō repetitur. l. cū is. §. ſi mulier. ff. de cond. inde. ergo nec hic bo. fidei poſſeſſor credēs ſe hæredē impēſas in infirmitate factas uel funere retinebit. Et maximè, quia donare uidetur, qui nullo iure cogente impendit. l. donari. ff. de reg. iur. l. donari. de dona. & uidetur caſus in l. at ſi quis. in §. ſed interdum. ff. de religio, ubi pietatis cauſa factum uel (ut dixi) ſolutum non repetitur. Et quia oportet ſi impendens uult & intendit repetere, quod proteſtetur, ut ibidem & in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & in l. alimenta. & utrobique not. C. eo. argumentum in l. ſi debitor. in §. j. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſolutum per errorem repetitur. l. j. & toto titu. ff. de condi. inde. multoq; magis retinetur. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. eod. l. per procuratorem. ff. de procu. l. & poſt. §. j. ff. de trāſac. l. per retentionem. C. de vſu. & ne etiam cum iactura impendentis hæres locuples fieri uideatur, quod à natura eſt alienum pœnitus. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. cum hi. §. ſanè. ff. de tranſactio. & idem quod hic, dicitur etiam in l. legatum. C. de religio.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere, non primum, quia bifariam reſpondere poſſumus, uel quod ibi de repetitione agatur hic uerò de retentione quæ facilius admittitur, utpote quia etiam fauorabilior eſt, ut in iuribus ſupra alleg. & in l. ij. ubi Bald. in iij. not. C. de fideicommiſ. pulchrè Deci. in regu. cui damus. nume. 3. ff. de regul. iur. vel, quod dicto caſu ſit ſpeciale in dote. l. j. & ibi Paul. Caſtren. in prin. ff. ſolut. matrimo. not. in l. ſingularia. ff. ſi certum petatur.

Non ſecundum, quia & id quoque uerum eſt quando cauſa non adeſſet, at hic adeſt, infirmitas ſcilicet & funus, ergo donum non uidetur. l. cum de indebito. ff. de proba. l. filiusfamiliàs. ff. de donatio. not. in l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. Non ob. tertium, quia hoc animo hic feciſſe non uidetur, credens ſe hæredem, quo caſu retentio abſq; dubio ſiue deductio, locum habebit, quia nec alio animo factum fuiſſe, id eſt pietatis gratia, arbitrabitur iudex, ut ibi dicitur. Et cum ita ſit proteſtatio quoque (ut dicebatur ultimo) haud erit neceſſaria, opportuna autem ſic alio caſu & eſt argumentum in l. ſicut. in §. non uidetur. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod non eſt de ſuperfluitate redarguendus Legiſlator, quanquam idem quod dicit in vno loco, in alio repetat, ut hic & in d. l. legatum. C. de religio. quoniam titulorum diuerſitas ipſum excuſat. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. & ibi Odoffred. not. Felyn. in procem. Rex pacificus. ad finem. c. ſignificantibus. de lib. obl. c. ſignificantibus. de appel.

Et quod exceptio in aliquibus caſibus firmat regulam in non exceptuatis, l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtruc. not. in capitulo cum dilecta. de confirma. util. uel inutil. & hoc ideò quia eſto quod duo hæc retineantur, ſecus tamen eſſet, ſi defuncti creditor fuiſſet, quia tunc par erit cum aliis creditoribus, de quo tamen latè Iaſon. in l. fina. in §. in computatione. col. j. de iur. delib.

Et quod cōpenſatio, retentio eſt, ĕt hic per gl. per quam ita quoq; arguit Dec. in l.fina.num.8. C.de eden.& in c.cum inter. col.pen. ubi etiam Cardin. Pariſiu. poſt eum, de exceptio. diximus nos in c.j.de proba.& nimirum quia ut alibi inquit Bald. uerba ſunt adaptanda ſenſibus in l. ex arrali. ad fi.C.de actio. empt. argumentum in l. ſi uno.ff.loca.& in c.intelligentia de uerb.ſignifica.& in l. ſcire leges.ff.de legi.glo.not. in l. eas cauſas.ff.de cond.& demon. Vnde Pollio, malè uerbis eueniat, ubi quem non ſequūtur. Et Albutius declamator, cum res animum occupauit uerba ambiunt.

Et quod locutio imperfecta ſiue inepta, ſubauditione, eſt iuuanda, nanque hic dicitur in infirmitatem mortui ſumptus factos retineri poſſe, ſiue deduci, quia ſi mortuus erat dici non poteſt, quod ſit infirmus. Ea de re in infirmitatē mortui dum uiueret factos, retineri poſſe, ſupplēdum eſt argumentum in l.eius qui in prouincia. & ibi gl. defuncti.ff.ſi cer.peta.& in l.iij.C.de nup.& in l.ij.C.de lib.& eo.lib.Bal.pulchrè in ſtatut. filius. nu.6. Guid. Pap.ſing.DCXLV.

Et quod denique aſſerenti aliquid, maximè in facto conſiſtens, non eſt credendum, niſi id probarit.l.ij.ff.de proba.l. qui accuſare. C. de eden. l.actor quod aſſeuerat.C. de proba. l. in bello. §. factæ.ff.de captiuis & poſtlim. reuer.l.quæcunq; ad fin. ff. de publicia. not. in l. ſciendum. ff. de uerbo.obliga. Finis.

De rei vendicatione.

Imp. Phillippus A. & Phillippus N. Cæſ. Antonio.

PARTVM ANCILLAE matris ſequi conditionē, nec ſtatum in hac ſpecie patris conſiderari, explorati iuris eſt. PP.iiij. kalē. Nouēb. Phillippo A.& Titiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod partus ſequitur conditionem patris,& non matris, ex quo regulare eſt primum, fœminarum quàm maſculorum longè fore deteriorem.l.in multis.ff.de ſta. ho.& uidetur caſus in l.cum legitimæ.ff. eodem. ubi cum legitimæ nuptiæ factæ ſunt (inquit Iuriſcon.) patrem liberi ſequuntur. & clarius in l. ij.C.de lib.& eo.lib.ubi ſeruus ingratus in ſeruitutem reuocatur, quod etiam filiis naſcituris, admodum nocet, qui conditionem patris ſequentes, ſeruire coguntur.& in l.fi.C.de murileg. lib. x.ubi conchylegulo geniti, eius conditionem ſequi debenr, nec ad aliud officium aſſumi poſſunt, ſique aſſumpti fuerint nulla (quanquem longa) præſcriptione obſtante, reuocantur.l.ſi cohartalis.C.de cohartal.lib.xij.

Contrarium tamen deciditur hic, quod imò partus debet ſequi conditionem matris, quodque is, qui dominus ancillæ eſt, ipſum vendicabit, & eſt ſimile & argumētum in l.idem Pomponius.in §.idem ſcribit.ff.eod.

Et ratio deciſionis aſsignari poteſt, fortè hoc ideò ſic decidi, quia mater ſemper eſt certa.l.quia mater ſemper eſt certa.l.quia ſemper.ff. de in ius uo.no.in l uulgo.ff.de ſta.ho. & etiam partus fauore, cui tribus tēporibus maximè prodeſſe pōt, conceptionis, natiuitatis,& medio.l.& ſeruorum §.ingeuui.ff.de ſta.homi. ubi in patre, aliàs ſola generatio cōſideratur, nec ab re ſi matrimonium à ſimili etiam à matre, dictum eſt,& non a patre, quoniam in prole ipſa uerſatur plurimum, ut inquit & ad longum declarat glo. in ſumma xxvij. q.j.& Præpo. Alexand.in rub.de ſponſa. num.6. & 7.& hoc eſt qđ dicitur in c.ex literis ibi, propter quod magis materno indiget ſolatio, quàm paterno, de conuer.fide. Et ad propoſitum quod illud de quo hic inductum ſit fauore partus tradit Saly.hic, fuſius Bal.in l.fi.C.de ſer.fugi.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere nō primum, quia id uerum eſt in filiis legitimis & naturalibus,& quantū ad agnationē, ex quo agnati nō ſunt, qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iungūtur.§.j.inſt.de leg.agna.tu.l.ſunt aūt ff.de legi.tuto.hic aūt quantū ad dominium conſideratur partus ut ſupra, igitur non obſtabit.

Non ſecundum, quia eo caſu etiā ſpeciale eſt, non quia delictum patris noceat filio, ut dicebatur, ex quo non eſt regulare.l.ſancimus.C.de pę. l.quiſquis per locum a ſpeciali arguentes.C.ad legem Iul.maie.ſed quia nati ex ſeruo ſerui ſunt. nimirum igitur ſi dicto caſu ſeruire coguntur, ſiq; patris ſerui cōditionē ſequūtur, naſcituri rñ non nati (ut ibi dicitur) quia tunc libertate frui deberent. Vel id in deteſtationē ingrati hominis deciſum fuiſſe, dicas, ut in ſeruitutem liber factus reuocetur, naſcituriq́ eiuſdem liberi, etiam ſeruiāt Improbitas enim multis modis excuſari poteſt, Ingratus nullam habet excuſationem. Miles naufragium paſſus, amanter à Macedone hoſpicio exceptus eſt, is à Phillippo Rege Macedonis prædium impetrat, donat Rex, Macedo conquerit, regiq́; negocium narrat, reſtituitur, militi uerò ſtygmata ingratum hoſpitem deſignantia, frōti inſcribi mandat. Et uerè ingrati uicio nihil in rerum natura tetrius eſt, nihil denique publica execratione dignius. Non obſt.ultimum (alia pleraq; dubitationem facere potuiſſent, de quibus etiam hic in glo.& in locis ſupra allegat. ſed hæc pauca uti præcipua, adduxiſſe ſat erit) quia id etiam eſt ratione officij & ſtatus non dominij ut hic, & ita ſentit ibi Barto.& omnes, indubitatumq́; eſt.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod filij ex ancilla nati, ut ſerui

inſpecta

inſpectà conditione matris, legitimationis incapaces eſſe dicuntur, ex quo iuris ciuilis eſt. l. ſeruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Ro. pulchrè conſi. cxciiij. col. ij.

Et quod natus ex monacho & moniali, ſeruus erit monaſterij matris, & non patris, ut tennit Anto. de Prato, in tracta. de ſecun. nup. col. xxx. improbata gl. in c. impudicas. xxvij. q. j. ubi in materia alia multa. à quo nec ego diſſentio, quoniam eſt caſu omiſſus, qui relinquitur diſpoſitioni iuris communis. l. ſi cum dotem. ff. ſol. mat. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodiſsimè. ff de lib. & poſthu. quæ eſt quod partus ſequatur conditionem matris ut hic.

Et qđ lex ſemper debet intelligi & declarari ut ad titu. ſub quo ſituata eſt, faciat l. Imperator. ff. de in di. adie. gloſſ. in capitulo ne innitaris. de conſtitutio. aliàs dici poſſet ut dicit gloſſ. in authen. licet. C. de natu. lib. quid ad rumbum? ab alio prouocatus, alior ſum arma conuertis.

Paleſtinæ interrogaris, reſpondes Aegypto. Aliis lippientibus, vngis oculos non dolentium Si igitur conditionem matris ſequitur partus, utique poterit (ut dictum eſt) a domino uẽdicari.

Et quod partus, eſt portio uiſcerum matris. l. prima. §. ex hoc reſcripto. ff. de uent. inſpi. & ibi gloſſ. concordan. allegat. & talis amplius, qualis eſt mater, inquit Specul. in §. quoniam. nume. 15. de feud.

Et quod denique in honoribus ſecus erit, uel ſi de publica vtilitate agatur, uel ſit in cauſa religionis Chriſtianæ fauor. d. l. cum legitimæ. ff. de ſtatu homi. præallega. l. fin. C. de murilegu. lib. x. c. Iudæi. xxviij. qõ. j. Bartol. in l. ne diutius ad fin. C. de agrico. & cenſi. lib. x. Anto. de Prato in prę allega. tracta. de ſecun. nup. col. xxxj. & non nihil etiam Alber. hic. Finis.

Imppp. Carus, Carinus, & Numerian. AAA. Antonio.

DOCE ANCILLAM, DE qua ſupplicas, dotalem fuiſſe, in notione præſidis, quo patefacto: dubium non erit, vindicari ab vxore tua nequiuiſſe. PP. iij. kal. Mart. Caro & Carino AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod vxor ancillam uendicet, & non maritus; quia rei uendicatio præſupponit dominium ex parte agentis, poſſeſsionem uerò ex parte rei conuenti. §. omnium inſtitu. de actio. l. in rem. l. officium. ff. de rei uendica. l. unica. C. de alie. iudi. mutan. cau. fac. ſed uxor eſt domina dotis. l. in rebus. ff. de iur. dot. ergo. Et uidetur caſus in l. ſæpè. in §. penulti. ibi, experiri paſſus ſit, vxorem de proprietate rei in dotem acceptæ. ff. de re iudica. & clarius in l. utilium. ff. de impen. in reb. dot. fac. ubi mulier tanquam domina tenetur ad impenſas in re dotali factas, ſi eiuſdem uoluntate tamen factæ ſint. & ſenſit Bald. conſilio xcilij. ad finem uolu. primo. dicens dotem, proprium eſſe mulieris patrimonium. Et Alexand. in l. de die. in §. primo, col. ſecunda. ff. qui ſatiſda. cogan. quod cauſa mota contra maritum. ſuper fundo dotali, ad uxorẽ pertinet.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis aſsignari poteſt, quia maritus eſt dominus rei dotalis, ex quo uxor in eum dominium tranſtulit, & ex cauſa habili quidem. l. traditionibus. C. de pactis. §. per traditionem, inſtitu. de rer. diui. nimirum igitur ſi ipſum uendicat & non uxor, ſiq́ue uendicare nequiuerit in caſu præſenti.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum, quia uerum eſt ſoluto matrimonio. Vel dicamus aliter quod maritus dominus ſit de ſubtilitate iuris ciuilis, naturali uerò uel gentium uxor, dominiumq́ue primum potentius, ex quo ille qui dicto iure dominus eſt, agit, exercetur & res dotales defendit, atque tuetur, & ita debet declarari quod habetur in d. l. in rebus. ut per Ange. in l. in his. in §. j. ff. ſol. mat. Cap. Tholo. deciſio. cclxxviij. ad fin. & licet duo uno eodemq́ue tempore eiuſdem rei, domini inſolidum eſſe nõ poſsint. l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. cõmo. tolerabile tamen eſt diuerſis his reſpectibus conſideratis ut hic declarat Paul. Caſt. tamen glo. hic ſentit contrarium & fortè uerius. ideò prima ſol. melior eſt. Vel & aliter adhuc reſponderi poteſt, quod domina ſit dotis prout iuris eſt, ut hæreditas, maritus uerò rei dotalis, quæ corporalis eſt, ea propter non mirum, (ut diximus) ſi ad eum quoque uendicatio ſpectat. Vel & aliter ut infra interim adde Bal. conſ. j. uol. iij. ad iſt. ad.

Non ob. ſecundũ, quia ibi ut ſuam dicebat, nõ ut dotalem, experiebaturq́; ſciente & patiente marito, pulchrè Bal. in c. quanuis. num. 1. de re iudi. & propterea cum myſterio hic rurſum dicitur. Doce ancillam dotalem fuiſſe. Non tertium, ad idem, quia id etiam in reſtitutione dotis procedit & (ut dictum eſt pariter ſupra.) matrimonio ſoluto nos autem loquimur eo conſtante, igitur ex diuerſis illatio bona non erit, uulga. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſ. Non ob. quartum, quia nec ipſum negandum eſt, ſed non quod dominium rei dotalis in maritum non tranſtulerit, & non ſit dominus conſtante matrimonio ut ibi Bald. loquitur. & ut infra latius. ex quo tollitur etiam quintum & ultimum, quandoquidem pertineat ad uxorem, quia res dotalis eſt, non quod interim ſit domina dotis niſi pro ut eſt iuris, ut ſupra.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè, quod maritus dotale dominium proprietatis habet cum quo cõcurrit utile uxoris, ita Bal. in d. l. in rebus. col. iij.

Et quod quanquam maritus ſit dominus fundi dotalis, dominium tamen liberum non habet, ex quo reſtitutioni ſubiectum eſt, vſque adeò ſi incidat arbores fructiferas, ut teneatur actione legis Aquiliæ, ſecundum Alex. in l. diuortio. in §. ſi fundum. col. iij. ff. ſol. ma. Et ad propoſitum qđ dos ſeu res dotalis, ſit in dominio mariti uerè, cõmuniter tenetur, ut teſtatur Alex. in l. pater filiã. col. ij. ff ad legem Fal. & conſ. cxlviij. nu. 11. uol. vj. & conſ. clxxviij. nu. 7. uol. vij. Boer. conſil. vij. nu. 10. Bertran. conſ. cxxiij. nu. 2. uol. ij. nonnihil Por. inſti. quib. alie. licet uel non. col. iij.

Et quod ſi maritus eſt dominus rei dotalis, liberam adminiſtrationem habet. l. in re mandata. C. manda. uſque adeò ut uxor teneatur ſtare colono, & locationi ab ipſo marito factæ. l. filiofamilias. §. fi. ff. ſolu. ma. dixi ego in l. ij. C. de pa. int. emp. & uend.

Et quod ſi promiſſa ſibi ſit & non tradita, imputandus eſt cur eam non exigat. l. ſi fundum. ff. de fund. dota. Boer. multa deciſio. cccxxix. col. j. ij. par. ſecunda.

Et quod denique hac ratione poterit ſeruum manumittere, qui ſibi datus ſit tamen æſtimatus, ipſeq; maritus ſit ſoluendo. l. j. & ibi per Docto. C. de ſer. pig. da. ma. Finis.

ADDITIO.

Quod mulier bona habet triplicis generis, primo dotem, & huius, maritus eſt dominus ut hic, ſecundò quædam, extra dotem uiro tradita, quæ paraſernalia uocantur. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. do. l. hac lege. §. fi. C. de pac. conuen. à para quod eſt iuxta, & φερνὴ dos, quaſi bona ſibi data iuxta dotem, inque his ſit procurator. Quædã uerò non tradita, quorum non eſt, neque dominus neque procurator, ita Bar. in l. maritus. in j. lectu. in j. oppoſi. C. de proc. Guid. Papę deciſ. cccclxviij. col. tertia.

Et quod dare aliquid in dotem eſt alienare, quoniam (ut hic dicitur) maritus eſt dominus rei dotalis. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. l. in rem actio. in prin. ff. de rei uen. l. j. C. de alie. iud. mut. cau. fac. Anch. conſ. cv. in prin. & conſil. ccclxxxj. in prin.

Et quod maritus rurſum ratione uillæ ſibi datæ in dotẽ, in qua cõſiſtat eccleſia parrochialis & ius patronatus cuius ius ſpectet ad vxorem, poterit idoneã perſonã ad dictũ eccleſiã pſentare, circũſcripta ẽt quacunq; cõſuetudine, ut dicit Rota deciſ. ccccxxij. ſub rub. de iurepa. in nouis.

Et quod hac rõne lucrabitur fructus ſuper excedẽtes ẽt onera mrĩmonij. l. dotis fructus. ff. de iure do. l. iiii. ff. de pac. dota. Bal. Nouel. in tracta. de dote. fol. 66. col. iiii.

Et qđ denique uxor, contradicẽte marito, eleemoſinam facere non poterit, ut declarat Abb. in c. ſi quis. de fur. quod ego uerum intelligo, niſi alia habeat bona ut ſupra, ex quo in illis dominus non eſt, & poſſet l. in re mandata. C. mand. l. non uſque adeò. ff. ſi quis à pa. fue. ma.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & C C. Ianuario.

SI IN AREA COMMVNI domũ aliquis extruxit: hanc vobis communem iuris fecit ratio. Cuius portionem ab eo, qui bonafide poſsidens ædificauit, ſi velis vindicare: ſumptus offerre debes, ne doli mali poſsis exceptione ſubmoueri. D. idib. Nouemb. Sirmij. AA. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod ſumptus peti non poſsint, ſiue ab agente offerri, quia ſubeſſe uidetur quid, quod ædificanti imputari põt cum area eſſet aliena. l. ii. ſupra eo. imò quod ędificatũ & ſumptus prędictos ſic donare uidetur, areæ domino. l. i. l. adeò. §. ex diuerſo. ff. de acqui. re. do. §. ex diuerſo. inſti. de re. diui. d. l. ii. in fi. & uidetur etiam caſus in l. planè. ff. de peti. hære. Vbi non de alio quæri debet, qui in rem alienam impendit, quàm de ſe ipſo.

Contrarium tamen deciditur hic, qđ imò offerri debent ne doli mali exceptione ſummoueatur petens portionẽ ſuã rei uẽdicatione, quia nõ æquè conuenit (hæcq; eſt deciſionis ratio) ut lucrum faciat ex aliena iactura. l. nã hoc natura. ff. de cond. inde. l. iure naturæ. ff. de reg. iu. d. l. planè. ff. de peti. hæ. & ſi hoc idem eſt in prędone ut ibi, quantomagis in bonęfidei poſſeſſore dici debet ut hic. l. quanto magis. ff. de iureiur. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccl. c. cum in cunctis. de elect.

Ad oppoſita reſpondetur apparentia eſſe, non ſubſiſtẽtia & uera, nãq; primũ procedit, quantum ad id, qđ in aliena area ædificauit, ſed nõ quantũ ad ſumptus, ex quo erat bonęfidei poſſeſſor, putabatq; areã eſſe ſuã, quo caſu quãquã ædificatũ cedat ſolo, ut iuris rõ dictat præal leg. l. ii. nõ propterea ſumptus negari debent quo minus debeantur & (ut hic dicitur) offerantur agenti. Ex quo tollitur ẽt ſecundũ, tanq; (multa. n. ad hoc dicit Saly. in l. domũ. col. iiii. ſupra eod. ſed quia inuoluit ſe, haud aliter ſunt referenda) audacter cõderi põt, uerũ nõ eſſe, in dubio. l. cũ de indebito. ff. de proba. l. filiusfa. ff. de don. not. in l. ſi cũ aurũ. ff. de ſolu. & iſtud ſufficit, ut pulchrè ex multis oſtendit Corn. conſ. i. col. i. uol. i. & conſ. ix. col. i. eod. lib. maximè (ut dixi) quia bona fide poſsidebat, & aream putabat ſuam. Non obſt. ultimum, quia nec iſtud uerum eſt, niſi in prædone, & malæfidei poſſeſſore, quo caſu dicta l. planè, loqui uidetur. Imò quod quanquam ibi de ſtricto rigore iuris peti non poſsint, nec per exceptionem doli obtineri, de benignitate tamen debentur, & officio iudicis, rõne ſupra dicta, ne petitor ſ. ex aliena iactura lucrum faciat, & pulchrè declarat Bal. in d. l. domum. col. ii. ſupra eodem. & Rom.

conſ.cccxxv.ad fi. & Anto. Cana. in tracta. executio.inſtrumento. q.l. Idem Bal. in l. cum mulier. col.vij.ff.ſol.mat. Imo.in c.peruenit.col.iiij. de emp. & uendi.

Præſtatq́; nobis argumentum ad multa & maximè quod ratio iuris eſt, ſi dicamus, ædificium cedere ſolo.l.ij.ibi iure ad te pertinet,ſupra eod. vbi glo.etiam vulgatum illud adducit.

Quidquid plantatur,ſeritur,vel ædificatur.

Omne ſolo cedit. eſtq́; perifraſis,ſiue circumlocutio,& figuratus modus loquendi à lege nõ alienus.quanquam dicat alibi Bal.ꝙ orationẽ corrũpat in l.eam quam.col.ij.C.de fideicom. & malè ut hic,& plenè in c.forus.de uer.ſig.

Et quod in area dictum eſt cum myſterio, ex quo ædificans in mari uel in littore,ſuum id facit & tunc ſolum cedit ædificio, efficiturq́; occupantis,quãdoquidem ædificet in eo loco,qui eſt omnium communis.l.in tantum.ff.de re.di.l.j.§.nũciatio.ff.de no.ope.nun.& ibi Ro.ubi alia ad limitationem d. reg.multa.

Et quod vulgatum illud hic verificari poſſe uidetur,de quo in l.tutori.C.de neg. geſt. ſufficit ſi in paucis amici laboribus coſulatur,de quo etiam per Bar.in l.quid ergo.in §.pœna grauior.nu.11. ff.de his qui not.infa.nanque ſufficere debet agẽti hic, quod ædificatum cedat ſolo, abſque eo ꝙ ſumptus ædificanti etiam denegetur.

Et quod(ferè idem eſt) ſi agens in hoc eſt releuatus, quod ædificium adhuc ſolo cedat, contra uero granatus ędificans,debet in alio grauari ille ut ad ſumptus teneatur,& iſte releuari,ut ſibi ſoluantur.uulga.l.cũ qui.ff.de iureiu.Saly.in l. uerba.col.pe.& fi.C.ad legem Iul.de adul.Cy.in l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.infa.irro.

Et quod denique exceptio doli generalis eſt.l. ij.§.& generaliter.ff.de exce.do.glo.doli.in l.fin. C.de eden.quæ tamen non eſt propriè exceptio ut habetur in l.j.ff.de excep.& in l.qui ſe debere. ff.de cond.ob cau.& in l.ubi pactum.C.de tranſac.Corn.conſ.ccxcj.nu.10.uol.iiij.dixi ego in l. pe.ff.de conſti.pecu.& in c.j.ad fin.de probatio. alibi tamen dicit text.in l.ſi in area. in fin. ff. de condi.inde.etiam hic in glo.alleg.nullo alio modo quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe. Cogita. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & C C. Calliſtrato.

INDICIA, CAETERAQVE, quæ iure non reſpuũtur, nõ minorẽ probationis, quàm inſtrumenta continent fidem, quo iure,ſi de proprietate domus ambigis, negociumq́; integrum eſt,vti non prohiberis.G.ij.kal.Ianu.Sirmij AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod indicia nõ ſufficiant ad dominium probandum,ſed ꝙ apertè oſtendi debeat,teſtibus uel inſtrumentis, quæ parem uim habent in exercendis litibus.l.in exercendis. C.de fid.inſtru.ex quo hoc idem in ſimili dici uidetur in l.in tempus.in §.fi. ff. de hæred. inſtituen.ubi ſi teſtator plures amicos habeat qui ſint eiuſdem nominis,& unũ ex his ſingulari nomine uſus,inſtituat,inſtitutio incerta erit, neq; valebit,niſi(inquit Iuriſcon.) apertiſsimis probationibus appareat, de quo ſenſerit teſtator. ergo & pari ratione in probatione dominij hic dicendum erit. Et idem dicitur in l.j.infra de fide inſtru.ubi amiſſo inſtrumento crediti,ſi manifeſtis probationibus de debito conſtiterit, ad ſoluendum debitor compellitur. ergo indicia ſatis non erunt.Et ultimo loco in l.ſi quis teſtibus ad fin., infra de teſti.ubi teſtes reiiciuntur ſi liquidis probationibus oſtendatur datione uel promiſsione pecuniarum fuiſſe corruptos. Et quia etiam dicitur alibi in l. fin. infra de probatio. quod probationes debent eſſe luce meridiana clariores. & in c.nos in quenquam.ij. qõ. j. quod ſententia ferri non poteſt, niſi in conuictum, teſtibus uel inſtrumentis,ut ibi gloſſ. declarat, aut ſpontè confeſſum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia dominij ꝓbatio difficilis eſt, ex quo in iure conſiſtit ut not.in l.cum res. infra de proba.& in l.ſi arbiter.ff.eo.& in c.cum cauſam, extra eo.Bal.pulchrè conſ.lxxxix.col.j.uol.j. quo caſu non mirum eſt,ſi argumentis probari poteſt, quod liquido quis probare nequit.l.ij.ad fi. infra de in lit.iur.l.dolum.ſupra de dolo.l. non omnes §.a Barbaris.ff.de re mil.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, ſed concordare potius,maximè,primum,ſecundum,tertium,ad idem tẽdentia,ex quo indicia in caſu iſto ſunt à iure approbata, vimq́; plenè probationis habent,nec minorem fidem continent,quàm inſtrumenta uel teſtes,ut ſignanter dicit tex. & probatur etiam in l.licet Imp.ff.de leg.j.& in l.fi. ad fi.ff.de proba.& in l.ſi quis locuples.ff.de ma.teſta.Bar.in l.ſi quis ex argẽtariis in §.an verò. col. j.ff.de eden. Non ob.quartum, quia id maximè ſibi locum vendicat in criminalibus in quibus agitur de magno præiuditio.l.in ſeruorum.ff. de pœn. & ideò ubi maius eſt periculum ibi eſt agẽdũ cautius.l.i.§.ſed & ſi quis.ff.de carb.edi.c. ubi periculum.de electio. in vi. Non ultimum denique, quia eſto quod de inſtrumentis & teſtibus, dictum ſit, id tamen intelligi etiam debet in conuicto indiciis & præſumptionibus, quod nec gloſſ. ibi declarando negaſſe uidetur,ex quo (ut dictum eſt) apertè & plenè probationi æquiparantur.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè, quod prætendentes ius antiquiſſimum patronatus,neq; ualentes probare,quomodo deſcenderint per matrimonia ſucceſsiua,

& legitimam conſequentiam, ſatis erit id probare per indicia & per fama, ut hic & per Inn. in c. ueniens. de uerb. ſig. tradit Bal. in l. cum ſuper. ſupra eo, ſubiicitq; hoc caſu antiquiſsimam poſſeſsionem valere plurimum, quodque etiam pro titulo habetur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. Pau. Caſt. ultra eum cõſ. ccxcvij. uol. ij.

Et quod ubi admittitur probatio per indicia (eſtq; not. declaratio) illa debent eſſe certa & indubitata, ita Pau. Caſt. conſ. ccij. nu. 7. uol. j.

Et quod fama & cõmunis opinio in antiquis facit ius. l. cum delanionis. §. j. ff. de fun. inſt. l. j. §. j. ff. de flumi. & ut hic, pulchrè Bal. conſ. cclxv. & cclxvij. uol. ij. & conſ. cccx. vol. v. Fulgo. conſil. ccxxvij. col. ij.

Et quod indiciis indubitatis credendum eſt, ut etiam dicit Flor. in l. item mela. in §. ſed ſi plures. col. iij. ff. ad legem Aquil. de quibus hic uериſimiliter intelligitur, quoniam eorũ ſimpliciter etiã mẽtio facta eſt, & ſic in potiori ſignificatu. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emphy. peta. §. ſed ius quidem, inſti. de iu. natu. plenaq; dicuntur, quia eiſdem fit demonſtratio, uſque adeò ut animus in aliquo tanquã in exiſtente conquieſcat, & plus inueſtigare nõ curet, & ut latius ẽt declarat Bal. in l. ea quidem. col. ij. C. de accu.

Et quod denique ſi dictum notabilis viri facit inditium & inducit iuſtiſsimam credulitatem ut not. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demõ. Alex. conſ. lxxvj. nu. 7. exemplificando ut per Bald. hic ad fi. & Feli. in c. cum contingat. col. iij. de reſcri. multo magis fama iſtud efficiet. l. iiij. ff. ad Macedonia. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredi. not. in l. Celſus. ff. de uſucap. & ut per eundem Bal. latius. Finis.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. & CC. Quartillæ.

NON SERVVM, QVEM res tuas detinere adſeueras, ſed eius dominum de rebus repetendis conueniendum eſſe perſpicis. G. kal. Mart. CC. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat quod ſeruus poſſit cõueniri, & eſſe in iudicio, in primis, quia omnibus legibus cauetur ſeruos reos fieri poſſe. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. ſed hic detinet res alienas, ergo. & maximè quia ubi de reo fit mẽtio, de reo debẽdi intelligi debet, ut declarat Bal. in l. j. ff. de duob. re. uerum hic (ut dixi) detinet res alienas eaſque domino reſtituere tenetur, ergo. Et quia rei uendicatio etiam præſupponit dominium ex parte agentis, & poſſeſsionem ex parte rei conuenti. §. omnium. inſti. de actio. hic autem detinet (poſsidere enim non poteſt. l. quod ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſſ. not. in l. ſtipulatio iſta, in §. hæc quoque. ff. de uerbo. obliga.) ergo rei uendicatione poterit conueniri. Ad idem conſiderantes, quàm primum conuenitur, quod uidebitur habilitatus, ut in ſimili etiam dicit in filio Inno. in c. cum inter de exceptio. Bal. in l. cum mulier. col. ij. ff. ſolu. matrimo. Bernar. de Luco regu. lxxvj. Et quia ſic etiam procurator eſſe poteſt, argumentum in §. fi. inſti. de exce. Specu. in §. j. nu. 35. de procu.

Contrarium tamen deciditur hic, dominum, non ſeruum eſſe conueniendum. & ratio deciſionis eſt, quia detinet domino, perindeque eſt ac ſi dominus poſsideret. d. l. quod ſeruus. l. j. §. item acquirimus. ff. eodem. nec habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio regulariter. l. ſeruus & ibi diximus ſupra de iudi. nimirum igitur ſi dominus conueniendus eſt.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nõ primum, quia id verum eſt, quo ad pœnam corporis afflictiuam, quæ cadit in ſeruum, legibuſque publicorum iudiciorum poſſe reum fieri, id eſt criminis prætextu poſſe accuſari, non alia ratione, inque iudicio ciuili conueniri, uſque adeò ut nec inde uerum ſit quoque de reo debendi hic intelligi debere, quia nec ſubiecta materia dictat, nec perſonarum qualitas. l. ſi uno. ff. loca. l. plenum. §. æquitij. ff. de uſu & habi. ſtant igitur iſta ſimul quod detineat res ipſas, & tamen debitor non ſit nec eas reſtituere teneatur, ſed dominus. Non etiã facit ſecundum, quia iam reſponſum eſt, vel formalius dicas, antecedens uerum eſſe, & conſequens uerius, ſed illatio & concluſio falſa, quod poſsit conueniri. d. l. ſeruus. l. quod attinet. l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. Non tertium, quia non eſt uerum in ſeruo. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. argumentum in l. ius publicum. ff. de pactis. Et ſi uerum eſt, id utique debet intelligi, ut ſe defendat, quemadmodum in excommunicato dicit Inno. in d. c. cum inter. non ut res detentas reſtituat quia dominus poteſt & debet ad id conueniri, & ut ſupra latius. Non ob. ultimum, quia uerum eſt id etiam, poteſtque procurator eſſe ad negocia, non ad lites. l. ſeruum quoque in princi. ff. de procu. l. neque, & utrobique not. C. eod. & ita declarat Specu. in loco ad idem allega. & in §. j. nu. 17. de acto.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod aliud eſt detinere & aliud poſsidere, nanque ephippium detinet aſinus nõ poſsidet, & à ſimili hic ſeruus. Vel ad declarationem & melius dicas quod detentatio triplex ſit iuris, quam tenent poſſeſſores & uſufructuarij, alia facti, colonorum & ſeruorum, ac diſpoſitariorum, & aſinina, quę nullo iure tenetur ſed de facto & auctoritate propria, ut per Bartol. Alexand. & Docto. in l. prima. & in l. tertia. & in l. quod ſeruus præallega. ff. de acquiren. poſſeſ. Gom. olim Collega, in regul. Cancella. de anna. poſſ. quæſtio. lvij. nume. tertio, & quod ex his differant arguit id quoque nominum diuerſitas. l. ſi idem. C. de codicil. inuenta, ut ſignificaretur

ut ſignificaretur diuerſitas entium,inquit Bald.in l.uxor.col.i.C.qui accu.non poſſ.Barba.in l.cum acutiſsimi.col.cxii.C.de fideicom.

Et quod æquè conuenit,ſeruum poſsidere aliquid naturaliter uel ciuiliter,cum ipſe à domino poſsideatur.l.ſic eueniet.ff.ad leg.Iuli. de adulte. Specu.in titu. de act.nume.51.in ſimili Bald. in ſtatut. filius. num.8.& Felin.in c.Iudæi.ij.ad fin. de Iudæ.

Et quod ſi duo ſint, quorum unum ab altero pendeat, id à quo pendet attendi debet, non ipſum pendens.l.ceſſat.ff. de actio. & obliga. Bart. in l.i.col. j.ff.de his qui not.infa.Bald.in cap.at ſi clerici. col.iiij. de iudi.nimirum igitur ſi hic pariter dominus conueniendus eſt, & non ſeruus, qui dependet ab illo.

Et quod uerba ſunt ſemper intelligenda ſecundum qualitatem perſonarum.l. plenum. §. æquitij.ff.de uſu & habita. l. librorum. §. quid tamen caſsius,ibi ſtudioſus ſtudioſo.ff. de leg.iiij. & ibi Bart.in §. pen.l.fi.ff. de actio.& obl.quoniam ſic res etiam diſpertiuntur, ecce. Vtili mouetur plebecula,honeſto uiri uirtute præditi, ioco & uoluptatibus pueri,non mirum igitur eſt etiam hic, ſi ſeruum res alienas detinere,dicit tex.quia) ut ſupra oſtenſum eſt)poſsidere non poteſt.

Et quod denique iudicia eluſoria eſſe non debent.l.fi.ff.ne quid in lo.pub.l. ſi prætor.in prin. ff. de iudic. dominus igitur hoc caſu. & non ſeruus ,conueniendus eſt, alias iudicium foret eluſorium.& male.

Impp. Diocletia.& Maximian. AA. & CC. Diodotæ.

CERTVM EST, MALAFIde poſſeſſores omnes fructus cum ipſa re præſtare, bona uero fide extantes, poſt litis autem cōteſtationem uniuerſos. D.iii.kal. Nouemb.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat in primo caſu, quod non de omnibus fructibus perceptis & percipiendis ſeu qui percipi potuerunt teneatur poſſeſſor mala fide, prout præſupponere hic text.uidetur ſed de perceptis tantum quia de hoc eſt caſus in l.ſi fundum.ſupra eo.Abb.in c.grauis. col. iij.de reſtitu.ſpol.

Contrarium tamen rurſum deciditur, qđ imò omnes fructus pręſtare tenebitur,ergo perceptos & percipiendos,ſeu qui percipi potuerunt, quia uulga. regula eſt, qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus.ff. de lega.iij. c.ſolite.de maio.& obe. nec uerba poſſunt cauillari quicquid dicat glo. & ratio deciſionis eſt, quoad perceptos, quia dolo non caret,ex quo eſt in mala fide, ex eoq; ſic lucraretur, & cum iactura domini, & male. l.ne ex dolo.ff.de dolo.l.j.in fi.ff.de except. dol.l.itaque fullo.ff. de fur.c. ſedes apoſtolica de reſcrip. argumentum in l.plane ff.de pet.hæredi.l.nam hoc natura.ff.de condic.indeb.imo dicit Bar.in l.ſequitur in §.fructus.ff.de uſucap.quod hoc caſu dicitur furtum committere, & ſic delinquere, ſed de licto ſuo non debet quis lucrum ſeu emolumentum conſequi.d.l.itaque fullo.l. ſi ab hoſtibus. §. j.ff.ſolu.mat.ergo.quo uero ad percipiendos ſeu qui percipi potuerunt, quoniam culpa & negligētia non caruit, quæ non excuſat etiam ſi haberet titulum,ut in d.l. ſi fundum & ibi Sal.ad fin. l. domum ſupra eod.l.ſi nauis.ff.eod.ergo multo minus ſi non habeat ut hic,& ad declarationem ſciēdum eſt, quo ad perceptos, præſtari ſemper deductis impenſis, ut hic per Pau. Caſtren. & bene quanquam malafide ſit poſſeſſor.l.præterea.ff.eo. l.fundus.ff. famil.hercis.argumentum in d.l.plane. ff.de peti.hæ.Are.conſi.17.col. x.

Ad oppoſitū reſpondetur nihil facere quoniā loquitur in malefidei poſſeſſore,cum titulo, quo caſu a percipiendis excuſatur,ut ibi dicitur, & declarant docto.hic,præſertim Odof.in prin.& rurſum bene, adde Abb.in c.grauis ita ſignanter reſpondentem.col.iiij de reſti.ſpol.

Modo in ſecundo caſu, quod bonæfidei poſſ. fructus præſtare non teneatur,dubitationem faciebat pariter, quia ſi bonafide poſsidebat, nihil eſt quod ei poſsit imputari,quam ob rem ad fructum reſtitutionem teneatur,nanque ſi mala fide poſſeſſor eſt, ut ſupra ergo non qui bona poſsidet argumentum in l.j.ff. de his qui ſunt ſui alie iur. & in l.Pomponius ſcribit.in §.j.ad fi.ff.de procu. & in l.fi.ff.de lega.iij.& probatur amplius in l.& ex diuerſo.ff.de rei uend & in §.ſi quis a non domino inſti.de re.diui.

Contrarium tamen hic quoq; deciditur quod extantes reſtituat, uniuerſos uero poſt litem conteſtatam,& not.etiam.d.l.ſi fundum & in d. l.domum.ſupra eo.& in d.c.grauis de reſti.ſpol. Alexand.conſi.xx.col.ij.uol.iiij.Corn.conſi.cc.ad fi. nume.4. Et ratio eſt quo ad extantes,quia ex re domini percepti ſunt,uſque adeo ut nec iudicantis æquitas,patiatur,poſſeſſoris, (quanquam bona fide) fieri proprios,ipſumque locupletari cum illius iactura.d.l.nam hoc natura.l.iure naturæ.ff. de regul. iur. cum uulga.l.ſi & me & titium.ff. ſi cert.peta,Quo ad uniuerſos uero, poſt litem conteſtatam,quia incipit eſſe male fidei poſſeſſor,qui tenetur omnes pręſtare ut ſupra & in l.prima. de peti.hæreditа.& not. omnes hic poſt glo.& in d. c. grauis.

Ad oppoſitum reſpōdetur,parum facere,quoniam eſto quod a principio nihil ſit quód ſibi poſſit imputari,eſt nihilominus poſtea,lite conteſtata, & propterea ob id tenebitur omnino. Nec obſt. not.in d.l.& ex diuerſo.& in d.§.ſi quis a nō domino, quia fructus.d. caſibus conſumpti erant nec ueniunt reſtituendi, ex quo propter culturā, efficiuntur ſui.& ut per docto.hic & in locis prę allega.latius.

Præſtatq;

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quod ſententia lata in petitorio non præiudicat uolenti agere poſſeſſorio recuperandæ, ut conſequatur fructus a tempore deiectionis perceptos & qui percipi potuerunt, & ut latius declarat Abb.in materia.in c.paſtoralis.col. viii.de cau.po.& prop.

Et quod ſi appellet quis à ſententia, contra ipſum lata,& interim diſsipet fructus, ſequeſtrabuntur, donec appellatio ſit terminata, & ſi ſententia confirmetur per iudicem ad quem,fructus prędictos perceptos appellans à tempore litis conteſtatę reſtituere tenebitur, caſus eſt in c.fina. & ibi Abb.colum.j(eſtq; ratio deciſionis ad illum tex.) de ſeq.po.& fruc.

Et quod malefidei poſſeſſor(quod ad declarationem nota,& quoad effectum de quo hic) diceretur quis, ſi contra eum appellaretur, ne emeret rem appellantis, quoniam appellatio operatur,ut declaretur(ſi ipſam fuerit perſecutus) talis, hoc eſt(ut dixi) malefidei poſſeſſor.l.ſi fundum ſupra eod.l.ſi ſine ad Velleia. Bald.in c.dilecti. num. 2. de maio.& obed.

Et quod ſi abſens portionem ſuam petat à fideicommiſſario cui facta ſit reſtitutio totius,non poterit petere fructus interim perceptos, quia ſunt percepti titulo & bona fide ut ſupra, & per Ang.in l.ille a quo in §.idem mecianus.ff. ad Trebel. tamen dubito,quia ſi non poteſt peti trebellianica aduerſus ſuum confideicommiſſarium,nõ poterit etiam petere fructus qui ſuccedunt loco treb.l.in fideicommiſſaria. ff. eod.& ita ibi tenet Seyſel.ad fi.cogita.

Et quod denique requiritur ſpecificatio fructuum, ut hic in fi.ſentit Cyn.quia in damnis ſecus,& communem opinio.eſſe teſtatur Alex. conſil.cx.col.ulti.uolum. ii. quicquid dixerit Bart.in d.l.ex diuerſo in §.i.ff. de rei uendi.& ſic libellus incertus hoc caſu ſuſtinetur, quod pro limitatione notandum eſt eorum quæ habentur in l.fi. C. de anna.excep.& in l.edita.C.de eden. Finis.

Impp.Diocletia. & Maximia. AA. & CC.Magnifero.

SI MANCIPIVM TVVM per uim uel furtum oblatum alij ex nulla iuſta cauſa diſtraxerunt, uindicanti tibi dominium ſoluendi precii nulla neceſsitas irrogetur. x.kalen.Decemb.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod precium à domino offerri debeat, alias rem ſeu mancipiũ hic uendicare,non poſsit, in primis quia regulare eſt, quando agitur de re uendita recuperanda. l. ii.C.de pac.int.emp.& uen.not.in l.dudum.infra de cont.emp.& ibi dixi ego late,& uidetur etiam caſus in l.i.ad fi.ibi offerente te pecuniam &c. C. ſi uend. pig. aga.& in l.ſi ui uel metu ſupra quod met. cauſa.ibi reddito â te precio reſtituatur. & in l.emptor.ff.de rei uend.& quia non æque conuenit ut locuples fiat,cum iactura emptoris.l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb.l.iure naturæ. ff. de regul.iur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia dominus uendicat rem ſeu mancipium ſuum, & ſine cauſa diſtractum, quo caſu mirum non eſt ſi precium offerre non debet, & ſi id quod ſuum eſt,emi non debet,quod utique eſſet ſi offerre precium teneretur & male.l.ſequitur lana.ff.de uſucapio.l.iii.§.ex pluribus.ff. de acqu. poſſ.§. ſic itaque inſti.de actio. nec debuit potuiſſe ei per alterum iniqua conditio inferri ut in regu. non debet.ff.de regul. iur. & in l. tranſactione matris.ff.de trãſac.uel fieri locuples qui abduxit, ſeu emptor cum ipſius domini iactura.l.nam hoc natura.ff. de condi.indeb.l.iure naturæ(allega.ẽt ſupra.)ff. de regu.iur.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum quia illud uendicat ſibi locum in iure prothomiſeos & congrui,& quando agnationis iure rurſum,quis recuperat rem maiorum ſuorum quo caſu non mirum eſt, ſed hic erat (ut diximus) uendicantis, igitur non ob.& ita loquuntur quæ habentur.in locis præallega.& plene declarat Afflic.& Bald.in tracta.iu.congrui. Non ſecundum tertium & quartum, quia precium ubique erat in uendicantis utilitatem conuerſum,ad quod aduertit etiam glo.hic & docto.& not. in l. mater. ſupra eod.& plene.in d.l.ſi ui uel metu.

Non ob.ultimum quia ſi mancipium ſuum eſt, non fit locuples dominus, nec iactura erit emptoris,ex quo ei ſuccurſum eſt contra uendicatorem, qui ipſum uendidit ſine cauſa.& dato quo ſit tibi imputabitur,qui rem alienam emit, argumentum in l.ſi fideiuſſor in §.j. ad fi.ff.qui ſatiſ. cog.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maxime,quod ſeruus mancipium dici debet proprie uel quod gypſatis manibus uendi ſolebat,uel manumitti his uerbis,a domino, manu ipſum tenente, hunc hominem liberum eſſe uolo, & ſic,è manu emitti,unde poſtea manumiſsio ẽt dicta eſt, ut inquit Feſt.de uerb.ſigni.& uerius uidetur.uel quia manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, quandiu in ſeruitute eſt inquit text.in §.i.inſtitu. de liberti.quanquam tamen mancipium hic dixerit lex, alibi tamen ſæpe dicit ſeruum, & ſignanter infra eod.

Et quod tuum id eſſe dicitur, cuius ius uendicandi habes.l.quintus.§.argento,& §.cui legatũ eſt aurum.ff.de aur.& arg. leg.ſiue tuę poteſtati. & iuriſdictioni ſubiectum. c. ij. de aucto. & uſu pal.c.ij. de his quæ fi.à maio.par.cap.Bald.in l. j. in princip.ff.de ſtat.hom. Vlpia. de Zan. Bonon. pulchre ubi alia multa in §. iuſtitia. col. xix. inſtit.de iuſti.& iur.

Et quod eſto quod res per uim auferatur, & actio ui bonorum raptorum competat, & accu-

ſatio

tio legis iuliȩ de ui etiam inſtitui poſsit, ut plenè not. Bar. in l. extat. etiam de expulſiua, turbatina, inquietatiua, & compulſiua. ff. quod met. cau. attamen rei uendicatione etiam peti poteſt, alias qđ hic dicitur, non faceret ad titulum, & male. l. Imperator. ff. de indi. adi.

Et quod furtum proprie rei mobilis eſt. l. i. ff. de fur. §. furtum. inſtit. de ob. quæ ex delict. naſcũ. uſque adeo ut rei appellatione etiam ueniat ſeruus, nec ob re dicitur hic, ui uel furto mancipium ablatum fuiſſe. l. in actionibus. ff. de in litem iurand. cap. cognoſcentes. de conſtitu. not. in l. prima. ff. ſi cer. pet.

Et quod denique, nihil niſi cum cauſa fieri debet, argumentum in l. ii. in §. circa. ff. de excep. do. nec ab re hic dr̃, ex nulla iuſta cauſa mancipiũ diſtractum fuiſſe. & hr̃ ẽt in l. filiusfa. in §. diui. ff. de lega. j. & in l. qui cum uno in §. fi. ff. de re milita. & incolorate fieri tunc dicitur, quod ſine cauſa tur ſum fit. l. minor. §. j. ff. de mino. c. ex literis de reſtitu. in integ. Bal. in Marga. petitio. nume. 15. & ſine cauſa grecæ Αλλοσ dicitur, ut ſine ratione Αλλογοσ. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Philadelpho.

SERVVM EMPTOR NON traditum ſibi prȩſentem uendicare non poteſt. G. xii. kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uendicari poſsit ſeruus, quia ſi per uenditionem, emptoris factus eſt, inque dominium tranſiuit ipſius, detur q; realis actio domino. §. omnium inſti. de act. cum ſimilibus, non eſt ratio qua aliter dici poſsit. & quia ſi ex inutili contractu poſſeſsio transfertur. l. i. §. ſi uir. ff. de acq. poſſ. multo magis, ex utili, transferri dominium quod eſt iuris, dicemus. & uidetur caſus (arguendo de contractibus ad ultimas uoluntates. l. ſi chyrographum. ff. de legat. iii. l. ſeruum filij. §. cum qui chyrographum. ff. de lega. j. no. in l. quæ de legato. ff. eod.) In l. a Titio. ff. de fur. ubi uulgatum illud, dominium rei legatæ, recta uia tranſit in legatarium, de quo etiam in l. ſi tibi homo. in §. cum ſeruus, ff. de lega. j. & ad propoſitum not. etiam in l. ſi ager. de rei. uendi. & in l. fi. in uer. in rem, per illum tex. quod dominiũ ſcilicet etiam abſque traditione tranſeat ſolo titulo. C. de ſacroſanct. eccle. & plus quod præſentia, hoc idem quoque operari uidetur argumentum in l. i. in §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſſe potuit, quia dominium in emptorem tranſlatum non erat, nanque traditionibus dominia rerum transferuntur, inquit Imp. in l. traditionibus. C. de pact. & rationem aſsignat Bal. quia ſi ex ſolo contractu, ſeu titulo, transferretur, obligatio dandi non eſſet in rerum natura, quod tamẽ eſt falſum. l. ſi dari. l. ſi rem trsdi. ff. de uerb. obli. & quia principia naturalia non facile poſſunt ab hominum actibus remoueri, poſſeſsio ſcilicet à qua dominium ceptum eſt in l. ea lege. col. i. C. de condic. ob. cau. non nihil in c. ſtatuimus. nu. 7. de offic. deleg. nimirum igitur ſi ſeruus uenditus hic uendicari non poteſt. eſt uerum, quod agere poterit ſaltem emptor actione ex empto ad intereſſe. l. j. ff. de action. empti. l. ſi ager allega. etiam proxime. ff. de rei uend.

Ad oppoſita reſpondetur breuiter, nihil facere non primum quia non eſt uerum, ex quo (ut dixi) requiritur traditio, nec ſolus uenditionis titulus ſufficit ut hic declarant omnes. Non ſecundũ quia nec dicto caſu conſequentia bona eſt, ex quo poſſeſsio transfertur etiam ex inutili contractu, quia facta pro infectis haberi non poſſunt, ut dicitur in d. §. ſi uir. l. in libello. §. factæ. ff. de capti. & poſtlim. re. Bald. in l. Barbarius. lect. j. col. pen. ff. de offic. præto. uerum dominium eſt iuris, traditionemq; requirit rationibus ſupradictis nimirũ igitur ſi ex contractu quanquam utili, non tranſfertur. Non ob. tertium, quia id, in ultimis uoluntatibus uerum eſt quod procedit, nos autem loquimur in contractibus, quorũ non eſt par eademq; ratio, & ita tollitur argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, ut in locis ad idem allega. not. & maxime quia tranſit ficte a morte teſtatoris, uere autem ab adita hæreditate, alias autem agere non poſſet primo caſu, quandoquidem requiratur ad agendum quod hæreditas adita ſit, & latius ut per Bald. in d. §. cum ſeruus, uel dic ut inquit gloſ. hic, melius Odoſ. in d. l. ſi ager. quod ſpeciale ſit in ultimis uoluntatibus. l. in teſtamentis. ff. de regu. iur. & quod non habeat perfectum dominium alias, ante aditam hæreditatem, tradit idem Bal. in l. quod ſeruus. ff. de legat. ii. & in l. legatum. ff. eo. & utrobiq; quod fructus percepti ante aditam hæreditatem, non debentur legatario, ſed quod ſunt hȩreditstis. Non ob. tex. in l. ſi ager in ij. reſponſo. ff. de rei uend. quia iam reſponſum eſt id in ultimis uoluntatibus ſibi locum uendicare, & nouiſsime quia adita hæreditate omnia iura in hȩreditatem tranſeunt. l. cum hæredes. ff. de acquirẽ. poſſ. & ibi etiam not. Non etiam quod habetur in d. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. quia id eſt pari modo in eccleſia & ciuitate, fauore perſonæ inductum ad hue not. hic, & in d. l. ſi ager. Bal. pulchre in l. in ſuis in lectu. ad fin. ff. de lib. & poſthu. rationem aſsignat Por. in §. interdũ. col. ii. inſti. de rer. diui. Ad ultimum uero, quod id in poſſeſsione procedit, non in dominio ut hic, & ad effectum ut emptori detur rei uendicatio. quæ ſol. tamen confundi uidetur per tex. in dominio loquentem. in l. pecuniam. ff. de ſolu. ideo dic aliter quod uerum ſit, quando res eſt in conſpectu, & in oculis contrahentium ut not. ibi. & in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Por. in §. interdum. col. ii. inſti. de rer. diui. preallega. at tex. noſter hic, loquitur de ſeruo prȩſente, id eſt, qui non erat

abſens

abſens, non tamen in conſpectu contrahentium, igitur non mirum ſi dominium non transfertur, nec emptor actionem realem habet, qua ipſum uendicare poſsit, deq; hoc magno contrario ad ꝓpoſitum, nullus mentionem facit neq; hic, ueque in d.§.ſi iuſſerim.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod regularis rei diſpoſitio ſemper eſt attendenda, nec a regula recedendum, & qui exceptionem dicit probet neceſſe eſt.l. ab ea parte.ff.de proba.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. c.ij.ad fi.de coniu.lepro.Deci.in c.ſicut.col.ii.de proba.Cur.in trac.iur.pat.nu.140.quæ eſt ad propoſitum,traditionibus, dominia rerum tranferri quanquam fallat alias multis in caſibus, ut ſupra declaratum fuit.

Et quod nobis enthymemate uti permiſſum eſt aliquando,quod etiam docet iure conſ.in l.i. ff.ſi cer.pet. ſic omnis noſtra cognitio debet incipere à genere,uerbum credere generale eſt, ergo bene eſt prius ab hoc uerbo exordiri.adde tu ſimile. Herodoti uictoria ſumptu & labore conſtat.ergo inſignem meretur laudem. uirtute nemo male uti poteſt,ergo uirtus res optima eſt, fuſiuſq; Cic.in topico.lib.nec ſecus hic dicitur nanque dominus rem ſuam uendicat, hic emptor dominus ſerui non eſt, quia ſibi traditus non fuit, ergo nec uendicabit.

Et quod negatiua dictio,præpoſita uerbo poteſt,priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam,ut per glo.in c.j. de regu.iur.in vj. & in l.j. ff. de uerbo.obli.& in l.nemo poteſt.ff. de legat. primo.ſenſuſque eſt, quod nullo modo poſsit, emptor hic ſeruum ſibi nō traditum(ut diximus) uendicare.

Et qđ oratio imperfecta,ſubauditione eſt coadiuuanda.l.oratio.ff. de ſponſa.l.i.ff. de teſtam. nanque hic à contrario ſenſu innuitur traditione dominium transferri,ſubaudi & quaſi,quia ita ē iuris eſt ut not.in d.l.traditionibus.C.de pact. & in l.iij.in prin.ff.de acq.poſſ.

Et quod denique una lex alteram declarat, ut not.in l.j.ff. de reb.dub. c. ſuper quæſtionum in princ.de offi.deleg. ex quo igitur hic indiſtincte dicitur dominium non transferri abſque traditione, declarari debet etiam ſi partes uellent,ita iure Conſul.in l.non ſtatim.ff.de pecu. & not. in l.in traditionibus. ff. de pactis. & in l. cum falſa & ibi Bar.in prima quęſt.C.de iur. & fac. ignorā. pulchre Deci. conſi. cccxliij. ad fin.uolum.ſecundo & quia dixi regulam fallere in pluribus caſibus ut not.in dicta l. traditionibus, ubi ego multa quoque in collectane. adde nouiſsime Port. in dicto §. interdum colum.ſecunda.inſti. de rerum diuiſio. Finis.

Impp. Diocletia.& Maximian. AA. & CC. Sopatro.

RES ALIENAS POSSIDENS licet iuſtam cauſam tenendi nullam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti, reſtituere cogitur. D. viij. Kalend. Ianuar. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod res abſolui non facile debeat,ex quo ſine titulo poſſidet,& ſic mala fide, prædoq; eſt. l.ſi ex ſtipulatione & ibi not.omnes.ff.de acq.poſſ.uſque adeo ut ad rerum ipſarum reſtitutionem, & fructuum teneatur.l.mala fide. infra de cond.ex lege.l.ſi fundum l.certum ſupra eo.& ibi diximus. & maxime etiā quia de iure tertii opponi non poteſt,cuius contrarium hic præſupponi uidetur. l. loci corpus. §. competit.ff.ſi ſerui.uendi.late Bar.in l.ij.ff. de exception. rei iudica. imò quod ipſe reus probare debet ſe iuſte poſsidere.l.circa.ff. de proba.l.cum de indebito.§.ſi autem.ff.de proba.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia unusquiſque probare tenetur id, quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, eoq; non probante,reus abſoluitur,etiam ſi nihil præſtiterit, & quia non de iure poſſeſſoris quæritur ſed de iure prætoris.l.qui accuſare,C.de edend.l. actor quod aſſeuerat.C.de proba.l.ei.qui.ff.eo.c. unico ut ec.benefi.ſi.di.conſe.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nec ad duci meruiſſe, non primum quia non eſt uerum ſi actor in probatione deficiat,ſtant igitur iſta ſimul,quod mala fide poſsideat,& ſit prædo,& tamen ad reſtitutionē aliquam haud teneatur, quia (ut dixi) agens non probauit ſe eſſe dominum.d. l.qui accuſare.c.ex literis de præben. Archi.in c. contra morem ad fi.c.d. Non ſecundum quia imo & hoc caſu de iure tertij opponi poteſt ex quo releuat opponentem ut declarat Bal.in l. cū ſeruus. col.ij.de ſeruis fugi.& eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure ſubiicit Pau.Caſt.& Bart. in d.l.ij.& Alexan.conſi.cxvii.nu.2.uol. vi. Non denique text. in d.l.circa quia eo caſu reus in ſe, probationis onus ſuſcepit, eique(inquit ibi iure Conſ.)mos gerendus erat.& no.in locis ſupra allega.maxime in d.c.unico,& in l.edita.C.de edē. Barba.in c.dilecti.col.v.de iudic.Bar.in l.fundū. ff.de except.qui dicit ibi etiam hoc idem eſſe contra ſolitum iudiciorum ordinem,ex quibus tollitur etiam ultimū,ſic ſpeciali caſu loquens in pupillo ſcilicet,indebite ſolutum repetēte,cuius fauore probandi debiti onus transfertur in reum argumentum.in l.ex pluribus ad fi.ibi pupilli, enim præcipuum merentur fauorem.ff.de admi.tuto.& idem in muliere, in milite, in agricultore & aliis forenſium rerū expertis, uel alia ſimplicitate gaudentibus,ſubiicit tex.in d.§.ſi autem.

Prȩſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod quando actor nihil probat, reus uulgatum illud dicere poteſt, amice quantum ad te, liberas ædes habes. l. loci corpus. §. cō petit. ff. ſi ſerui. uend. etiā ſi ſit prædo inquit Caſſiodo. deciſio. iiij. nu. 8. de reſti. ſpol.

Et quod poſsidēs iuſte uel iniuſte, ſemper habet intentionem fundatam, quia (vt dictum eſt) abſoluitur, ſi actor nihil probat. d. §. competit. & ita per illum & iſtum tex. dixit etiam Alex. conſi. lxxix. col. i. uol. j.

Et quod ſi actor poneret, reum non habere ius in re quam poſsidet, non admitteretur poſitio, ut concludit Archid. in d. c. contra matrem ad fi. c. d. & Albe. hic poſt eum, & bene, quia etiam quod ius non habeat reus, non propterea ſequitur qđ habeat actor & ponens, & ideo fieri non debet, nec admitti conſequenter, quod factum, non releuat ſeu ponentem. l. hic ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. canca. Abb. in terminis in cap. per tuas. col. ij. de proba.

Et quod poſſeſsionis commodum maximū eſt §. commodum inſti. de interd. l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendic. ex quo dominii probatio difficilis eſt inquit Bal. in l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. poſſ.

Et quod denique obtinet in caſu præſenti, ex duplici capite, ex iure ſuo, & ex non iure actoris, ut ſignanter per iſtum tex. & per iura ſuperius allega. tenuit & declarat Corn. conſi. xlvi. col. iiij. uol. iii. & conſi. cxxij. col. ij. & conſi. clxij. col. iij. eo. lib. qui ad idem dicit etiam alibi, quod lata ſententia in fauorem rei, præſumetur lata ſecundum communem curſum cauſarum, quia nihil probatum ſit conſi. cxxvj. in princi. uolu. iiij. poſt Barto. in l. fundum & in l. ſed ſi ante. ff. de exceptio. glo. & omnes in l. Iulianus uerum debito rem. ff. de cond. ind. Finis.

De uſufructu, uſu & habitatione, & miniſterio ſeruorum.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Poſidonio.

VERBIS TESTAMENti, quæ precibus inſeruiſti, uſumfructum legatū animaduertimus, quæ res non impedit proprietatis dominum obligare creditori proprietatem, manente ſcilicet integro uſufructu tui iuris. PP. vj. Id. Maii. Antonino. A. ij. & Geta. ij. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat in caſu præſenti dominum proprietatem obligare non poſſe, ex quo ius & conditio uſufructuarij redditur deterius ſeu deterior eiuſque nullo modo præiudicium fieri poteſt, ut no. in l. fundi trebatiani. ff. de uſuf. lega. & melius in l. niſi & in l. locum in princ. ibi ne deteriorem conditionem fructuarij faciat proprietarius. ff. de uſufr. & uidetur caſus in l. fin. in fi. in §. filiis autem. C. de bonis q; libe. ubi nec filius hypotecę titulo dare poteſt, ſeu pignori aſsignare, proprietatem quam habet in bonis aduentitiis, ne præiudicet patri uſufructuario. & in ſimili uidemus eadem ratione, ne ſcilicet fructuario præiudicet, quod proprietarius adhuc ſeruitutem fundo imponere non poteſt uel amittere. l. ſed ſi quid. §. ſed nec. ff. de uſuf.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia hæres idem eſt quod dominus. l. item mela. §. legis. ff. ad legem Aquil. gloſ. in l. j. ff. ſi cert. peta. ergo debet poſſe & proprietatem obligare & uendere cuicunque uoluerit. l. in re mandata. C. mand. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. unde prouerbium hinc etiam prodiit figulus ollis anſas ponit. alias per quam durum foret de re ſua diſponere non poſſe. l. non uſque adeo. ff. ſi qs à pa. ſue. ma. l. proſpexit ad fi. ibi, nō poſſe mulierem ſeruos ſuos manumittere uel alienare. ff. qui & à quib.

Ad oppoſita reſpondetur non facere ad propoſitum non primum quia non eſt uerum, ex quo fit obligatio ſeu alienatio manente integro uſufructu legatarii, quem capit de manu creditoris, uel emptoris, quandoquidem obligatio ſiue alienatio fiat cum ſua cauſa illiq; loco hęredis eſſe dicantur, à quo ſimiliter legatum habere, & conſequi dicitur legatarius, ſiue uſufructuarius, ut tex. met dicit. Non obſt. tex. in l. fundi trebatiani. ff. de uſuf. lega. quia probat oppoſitum, quod imo fundus de quo ibi uendi poteſt, ergo & obligari, reſtituendumq; eſt uerbum auferre, & legatur offere, quia ſic etiam in Pandec. Flor. legitur, nec alius eſt literę ſenſus. Non obſt. tex. in d. l. niſi & ſeq. quia uerū eſt. d. caſibus, ſed non hic, cū (ut dixi) integro uſufructu manēte fiat obligatio. ex quo tollitur quoq; ultimū. Non ob. tex. in §. filijs autem quia ſpeciale eſt dicto caſu, ergo in contrarium ius commune, ut hic ad fi. dicit Pau. Caſt. & bene. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legib. c. pręſenti. §. loca de præb. in vj. & rationem ibi aſsignat Imp. ut tacitę obiectioni occuramus glo. poſitę in l. filium quem habentem. C. fami. hæreiſ. & dicit amplius, poſſe tamen, ſi ad id patris conſenſus acceſſerit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod bonum eſt uidere & legere uerba teſtamenti, argumentum in l. de his. ff. de tranſact. & in l. j. in fi. prin. ff. quemadmo. teſtam. app. quando quidem in facto conſiſtant, & ex eo ius poſtea oriatur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. l. ex facto. ff. de nego. geſt. unde illud uulgatū prodiit. Nāq; cōſiliū tibi dare nō poſsū, neſcius qua parte pedem tuū torqueat calceus.

Et

Et quod uerba ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionũ notę, uſq; adeo ut non ab re hic dicatur. uerbis teſtamenti aiaduertimus ẽt in l. labeo. in §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. ubi nemo præſumitur dixiſſe, niſi quod prius agitauit mente, imo quod uerbum conceptio mentis eſt, uox uero quæ profertur. & uox rurſum ac uerbum & lingua inſtr̃m cordis inquit Bal. in l. iuriſgentiũ in §. pactorum col. ii. ff. de pact.

Et quod preces ad principis conſultationem ſiue ad ſupplicationem referuntur. l. i. & toto tit. C. de precib. imp. offe. l. precib. C. de impu. & ali. ſub. unde uulgo ſolet ẽt dici, fruſtra precibus imploratur qđ iure cõi conceditur. l. i. C. de Theſa. lib. x. l. j. ff. ad municipal. gl. in c. j. de reſcrip. Rota deciſio. cccxxxvi. de app. in nouis. Bal. in auth. ſed oĩno, col. iij. C. ne vxor. pro ma. Abb. in c. ad noſtram. col. ii. de conſue. idem Bal. in l. ij. C. de ſo rmul. Bart. in l. cum interdicte per illum text. C. arb. tute.

Et qđ uſufructus pars fundi eſt. l. qui uſumfructum & ibi plene Bar. ff. de uerb. obl. uſq; adeo ut dñs, ſi fundum ſeu proprietatẽ obligauerit, ſeu uẽdiderit, non propterea uideatur uſumfructũ uendidiſſe, quando tamen legatus eſt, ut hic, & fuſius dictum eſt ſupra.

Et qđ deniq; uſufructus quidam formalis eſt, quidã cauſalis, de quibus in l. iij. ubi gl. & in l. qđ noſtrum. ff. de uſuf. cauſalis id eſt cũ cã, quæ eſt ipſa proprietas, formalis uero ius utẽdi & fruendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia. l. i. ff. eodem deque iſto hic.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Theodoro.

HABITATIO MORTE FInitur, nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominij uẽdicationem excludit.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatum ualeat, & dominij uendicationẽ excludat, ex quo is qui habitationẽ habet, quaſi propriũ ius quoddam habere uidetur, ut in §. ſed ſi cui inſti. de uſu & hab. uſq; adeo ut (quemadmodũ ibi ſubiicitur) nõ ſolũ in ea degere uerũ ẽt aliis eã locare poſsit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nemo põt plus iuris in aliũ transferre quam ipſe habeat. l. traditio. ff. de acq. rer. do. l. uſufructus ij. ff. de uſu & hab. l. obſeruare. §. fin. ff. de offi. procon. Bar. in l. ſi uniuerſę. C. de lega. ſed qui legat hic, non eſt dominus, ergo legatũ non ualebit. Et maxime cum habitatio finiatur morte. §. finitur inſt. de uſuf. l. habitatio. §. i. ff. de uſu & hab. not. in d. §. ſed ſi cui.

Ad oppoſitum reſpõdetur parum facere, quia ſi ius quaſi proprium habet, utiq; dominiũ proprie nõ habet, qñquidem aduerbium quaſi, improprietatẽ deſignat, & ſimilitudinem quandam. l. ſi quis. dolo. l. iii. §. fi. ff. ad legem Cor. de ſica. l. ij. ff. de uſu. ea. re. quę uſu con. l. i. ff. de eo qui pro tut. Are. in l. ſi quis non quaſi. ff. de acq. hær. Itanique iſta ſimul qđ locet & non ſit dominus. l. cum antiquitas. ſupra eo. ubi. etiam Bar. & propterea (ut diximus) legãdo (& ut hic dr̃ in tex) dñii uendicationem non excludit, habitatione ſeu iure habitandi per mortem finito. qđ nec excluſiſſet, ẽt ſi legatarius fuiſſet coniuncta perſona legantis iuxta not. in l. cũ rẽ alienã. C. de lega. & in l. uxor C. eo. & in l. ſi domus in §. ſi fundus. ff. de leg. j. & ut per Saly. hic latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maxime qđ habitatio ab uſu, & uſufructu differt, tũ q̃a noĩa diuiſa ſunt. l. ſi idẽ. C. de eod. diuerſæ. diffinitiones. l. i. C. de iure emph. & diuerſi deniq; tituli ut inquit Gem. in c. pñtiũ in §. teſtes. col. i. de teſti. in vj. & q̃a inter hæc ẽt copula poſita eſt iuxta gl. in rub. de iur. & fac. igno. & in c. querelã de ſimo. & liquet quia dictum eſt de uſu & hab. alibi. hic uero de uſufru. uſu & hab.

Et quod appellatione mortis debet de naturali intelligi, ex quo ciuilis non cõprehenditur, niſi in caſibus à iure expreſsis. c. ſuſceptum & ibi gl. de reſcrip. in vj. hic ergo habitatio morte naturali finitur, ad differentiã uſufructus qui finitur naturali & ciuili. §. finitur inſti. de uſuf. l. legatũ. ff. de cap. di. l. ſi habitatio. §. i. de uſu & hab. Por. in §. fin. nu. 4. inſti. eo.

Et quod habitatio eſt ſeruitus perſonalis, quæ debetur à re perſonæ. d. l. ſi habitatio. & in §. ſed ſi cui præallega.

Et quod legatum rei alienæ factum, ſeu iuris, qđ quis non habet, inutile eſt, nec in caſu præſenti dominij uendicationem excludit. l. unum ex familia. §. ſi rem. ff. de lega. ii. quod per locum a ſpeciali probatur ẽt in l. cum rẽ alienam. C. de legat.

Et quod denique nemo dat quod non habet d. l. traditio. ff. de acq. rer. do. Vnde teſtator grauãs hæredẽ ut rẽ per fideicommiſſum reſtituat, uidetur uelle neceſſarium antecedens, quod ipſum habeat, quoniam alias reſtitui nõ poſſet, ex quo (ut dixi) nemo dat quod non habet ita Corn. conſil. cxix. nu. 37. 38. uol. ii. Finis.

De ſeruitutibus & de aqua. aliàs.
De ſeruitutibus & aqua.

Imp. Claudius A. Priſco.

PRAESES PROVINCIAE uſum aquæ, quam ex fonte iuris tui profluere allegas, contra ſtatutam conſuetudinis formam carere te non permittet, cum ſit durum & crudelitati

crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmem ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari. P P. vij. kalen. Maij Claudio A. & Paterno Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, vicinos prohibendos non eſſe, quoniã omnino ſubeſſe uidetur, quid, quod domino imputari poteſt, cur permiſerit eos uti aqua dicti fontis, ſeruitutẽq; aquæ ducẽdæ ſibi debitam fore, uſq; adeò ut iure proprio uti prohiberi minimè poſsint. l. ſi tibi ſupra eo. & maximè quia uulgo dici ſolet, quod tibi non nocet & alteri prodeſt, denegare non debes. l. in creditore. ff. de euictio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ordinata charitas incipit à ſeipſo, ad quod etiam tex. iſte ſolet allegari. Nimiſquè durum ac crudelitati proximum eſt, ſitientibus agris noſtris, ad alienum uſum, aquam duci & irrigari. Nanq; in ſimili deſtruit vicini domum pariter uicinus, cum timet ignẽ accenſum in alia, ad ſuã peruenturum. Proiicitq; ſocij merces rurſum ad ſuas ſaluandas. Et incidit nauiũ funes, ut ſuam tueatur & defendat. l. ſi quis fumo. §. fi. ff. ad legem Aquil. l. pe. §. quod autem. ff. de incen. rui. nauf. l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam. l. qui ſeruandarum. ff. de præſcrip. uerb. l. quemadmodum. §. idem Labeo. ff. ad legem Aquil. Felin. in c. ſignificaſti. ad fin. de homici. Hinc Comic. omnes ſibi melius eſſe malle, quàm alteri. & Cic. quod qui ipſe ſibi ſapiens eſſe nequit, ne quicquã ſapit, id eſt ſapientis eſſe primum prodeſſe ſibi, poſtea aliis. Et Cato ſapientiſs. ille omnium. Dilige ſic alios ut ſis tibi carus amicus, relatus per Bal. ad propoſitum in c. ij. nu. 5. de uit. & hon. cleri. Scriptumq; erat in ſigillo Senecæ, Secretum meum mihi. Et rurſum dicebat Socrates aliena ſic agenda eſſe, ut agens non obliuiſcatur propria & quia dixi alibi ſæpè ad ornatum huius texi. tranſeo nunc.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum, quia nõ eſt uerum, ex quo in dubio, nõ præſumitur, niſi probetur. d. l. ſi tibi. l. altius. infra e. argumentum in l. loci corpus. in §. competit. ff. ſi ſerui. uen. & propterea nihil eſt quicquid dicatur quod poſſit domino imputari. & dato quod liberaliter permiſſum ſit id aliquando, ita tamen & taliter intelligi debet, ut non egeat, qui liberalitatẽ exercuit. l. inter eos. ad fi. ff. de re iud. Non ſecũdum, quia nocet domino, ex quo ſitiunt agri ſui, & irrigatione aquæ egent, uſq; adeò ut reg. præal leg. l. in creditore non faciat ad propoſitum.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod conſuetudine non debetur ſeruitus. niſi præſcripta fuerit tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non extaret, & minimè mirum, quoniam tunc habet uim priuilegij & conſtituti, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æſti. l. prima, §. ſi quis autem. ff. de itine. actuq; priuato. & ut per gloſſ. hic. melius declarat Bald. & Saly. diſtinguentes inter ſeruitutem habentem cauſam continuam, & diſcontinuam, ut primo caſu præſcribatur ſpacio decem annorum inter præſentes, uiginti uerò inter abſentes, ſecundo caſu uerò ut hic & in d. §. ductus aquæ. & in d. §. ſi quis autem, ſpacio tanti temporis cuius initij memoria non extet in contrarium, & non ab re, quoniam continuitas actus, efficit, ut facilius eo caſu præſcribatur quàm ſi actus ſit diſcontinuus ut in l. pe. & fulius ut per eos, & ſignanter per Bal. pulchrè ibi, id eſt, in d. l. ſecunda, & quando dicantur ſeruitutes habere cauſam continuam, columna ſecunda, ubi ante eum etiam Bartol. nume. 2. 3. 4. 5. deque materia nonnihil quoq; in l. pe. infra eo.

Et quod præſes, permittere non debet, quod à iure alienum eſt pœnitus. quodq; facere quod iure non permittitur, iniuria eſt, quæ inde prouenire non debet amplius, unde ius oriri ſolet. l. meminerint. C. unde ui. nec inde ſcelus naſci, unde ſalus expectatur. Et ſi in reſcripto reperiatur clauſula de plenitudine poteſtatis, intelligi debet bonæ & laudabilis, non uituperabilis & tyrannicæ, ex quo nec dicitur Imperator poſſe niſi, quod de iure poteſt, ut pulchrè inquit Bald. conſi. cccxlv. col. j. uol. j.

Et quod quiſque abhorrere debet id, quod durum eſt & crudelitati proximum, & obſeruandũ eſt, quod non ſimpliciter dixit hic durum ſed addidit etiam, & crudelitati proximum, argumentũ in l. prolpexit. ff. qui & à quib. & in l. quod Nerua. ff. depoſi.

Et quod qui non habet niſi quantum ſibi ſufficit ad alimenta, nõ tenetur alium alere ſiue ſit pater, ſiue ſit ſit filius, uel alius quiſq;, ut per Bal. hic qui nihil allegat ad idem, adde tu tex. in l. ſi quis à liberis. in §. idem reſcripſit, ibi pro modo facultatum. & in §. de alimentis, ibi arbitraturus quantum ſit in facultatibus, & ibi ſi idonei facultatibus ſint. ff. de libe. agno.

Et quod denique maritus non tenetur reddere debitum uxori ethicæ, uel ſimili morbo laborãti, ſi petat, quod tamen eſt regulare, ut dicit Abb. in c. ij. de coniu. lepro. Signanter hac ratione quia ordinata charitas incipit à ſeipſo. ut hic & in capitulo niſi de aec. & uſu pal. & in cap. non ſatis, lxxxvj. diſt. Finis.

ADDITIO.

Quod quanquam rector parrochialis eccleſiæ minantis ruinam, cogatur ad illius reparationem, non cogetur tamen, ſi redditus uix ei ſufficiant ad alimenta, uel niſi deductis ad idem neceſſariis quibus privari non debet, ut concluditur in Capel. Tholo. deciſ. ccccxcix. in prin.

Et quod in dubio præſumitur teſtatorem potius dilexiſſe animam ſuam, quàm uxorem, in pulchro caſu de quo per Alexan. conſil. lxvj. col, iij, uol. ij.

Et quod non ab re dictum eſt Matthei c. xxij. Dilige proximum tuum ſicut teipſum, & oon quantum teipſum, quia ut ibi inquit D. Thom. hoc idem fuiſſet contra ordinem charitatis.

Et quod nemo honorem ſuum alteri dare debet etiam ſi ſit filius, quia peteretur contra ordinem charitatis ut ſupra tradit Ang. in l. Iulianus. in prin. ff. ſi quis. omiſ. cau. teſt.

Et quod hæc eſt ratio quare dominus inquilinum expellere poteſt de domo aote tempus, ſi ex cauſa ſuperueniente illa indigeat ut diximus poſt Cy. in l. ædem. C. loca. & quare in generali ſermone non includitur perſona loquentis l. inquiſitio & ibi Bal. C. de ſol. & quare imperatiuus caret prima perſona, quandoquidem nemo imperet ſibi ipſi. l. pe. ff. de arb. argumentum in c. petitio. de iureiuran. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximian. A A. & C C. Aniceto.

ALTIUS QVIDEM AEDIficia tollere, ſi domus ſeruitutẽ non debeat, dominus eius minimè prohibetur. In pariete verò tuo ſi feneſtram Iulianus vi vel clam feciſſe cõuincatur: ſumptibus ſuis opus tollere & integrum parietem reſtituere compellitur. D. kalend. Ianuar. Sirmij AA. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quo ad primum dictum dominum prohiberi poſſe, quia uidetur caſus in l. qui luminibus. ff. de ſerui. urba. prædio. ubi qui uult ædificare & luminibus uicinorum officere aliudúe quid facere contra eorum commodum omnino prohiberi poteſt. Et idem in l. j. in §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & in l. in fundo. ad fi. ff. de rei uen. & in l. opus. ff. de ope. pub.

Contrarium tamen hic deciditur, & etiam in l. cum eo, & in l. cuius. ff. de ſer. urb. præd. & in l. fi. ff. de ſerui. & in l. ſeq. infra eo. & ratio deciſionis eſt, quia ſolũ ſiue cœlum naturaliter liberum eſt, & quiſque dominus rei ſuæ debet poſſe facere quicquid ſibi uidetur, ſi domus ſeruitutem nõ debeat. d. l. fi. ff. eo. l. j. ff. de ſerui. urba. præd. l. io remanda. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, quia ſpecialem rõnem habere vĩr, nanq; ad primũ dici põt, id eſſe uerum (ut ẽt hic glo. declarat Saly. & alij) quia ſeruitus erat conſtituta. melius & fuſius glo. ibi & Iaſ. in l. quo minus. col. viij. ff. de flu. ꝙ forma & ſtatutum antiquorũ mutari nõ poterat, ſeu quod impoſita erat ſeruitus ex longa conſuetudioe, nullaq; oouitas fieri poterat, ut etiam dicit Paul. Caſt. conſil. xxx. col. iij. uol. ij. & coosil. cccxxxiiij. ad fi. eo. lib. vnum uerbũ Rim. in l. more. in prin. ff. de iur. om. iud. Ad ſecundũ uerò, ꝙ dicta iura loquuotur & intelligi debeot, quando uellet tollere, ad emulationem uicini, oon ut ſibi proſpiciat ſed ut illi potius obſit & noceat, ut hic declarat Cy, & Pau. Caſt. & fuſius Iaſ. in l. ex hoc iure. columna prima & ſecunda. ff. de iuſtitia & iur. & Veronen. ubi alia multa, io tracta. de ſeru. urb. pręd. c. xxxix. de ſolo ſeu area. Bald. conſil. clxxxviij. in prin. uol. ij. Alex. conſ. ix. col. j. uol. vj. & cõſ. clxxiiij. col. ij. uol. ij. eſt uerum quod in dubio oon præſumitur quid ita fieri, ſi maximè commodum ex ędificio conſequatur dominus. l. fluminum. §. fi. & ibi not. ff. de dam. infe. Seyſel. in d. l. ex hoc iure. col. iiij. & benè. l. meritò. ff. pro ſo. l. & qui data ibi ſine lucro. ff. ex quib. cau. maio.

Quo ad ſecundum dictum, fortè dubitationẽ faciebat, quod Iulianus feneſtram tollere non teneatur, quia multa facta tenent ex poſt facto, quę tamen fieri prohibentur à principio. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & uidetur caſus in l. Sabinus ibi, ut factum tamen opus tollat cogi non põt. ff. cõi diui. Et dato quod teneatur & cogi poſsit ꝙ non tamen teneatur ſuis ſumptibus, quia ſatis eſt quod tollat abſq; eo etiã quod tollat ſuis ſumptibus, afflictio. n. afflicto danda nõ eſt ut dr̃ io l. diuus. ff. de offic. præſid.

Contrarium tñ & in hoc quoq; decidit hic & benè, idemq; in l. pe. ff. de ſerui. & ratio deciſionis eſt, quia ſi ſeruitutem non habet, noo æquè cõuenit ut in alieno ædificet, ex quo ſemper dominus dicere poterit, amicè quantum ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. uẽ. quo fit ut qui ſtultus fuit in culpa, ſapiens fiat in pœna, & ſuis impenſis ẽt feneſtrã tollat, & ut in ſimili pulchrè inquit Bal. in c. niſi. nu. 2. de of. leg.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia uerum eſt ubi agitur de conſeruando in eſſe, quod à principio fuit ualidum, quo caſu regula loqui uidet̃, in d. l. patre furioſo, & ibi not. ſed hic feneſtrãm Iulianus, in alieno pariete facere non poterat, qnam tamen ui uel clam fecit ergo. Nec facit tex. in d. l. Sabinus, quia paries ibi erat communis, tolerabileq; eſt hac ratiooe, & quia poterat à principio ſocius prohibere, quod tamen facere neglexit ut ibi formaliter dicit. Nõ ob. quod habetur io d. l. diuus, ultimo loco, quia regu. uera eſt qnando culpa afflicto imputari nõ poteſt ut ibi, ubi etiam Albe. plenè, & probatur in l. cum proponas. & in l. ſi quis maior. & in l. ubi pactum. C. de tranſa. ſed hic Iulianus feneſtram fecit ui uel clam, ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod Barbarè loquuntur qui text. iſtum ſummant, quod liceat unicuique ædes ſuas eleuare uſque in cœlum ex quo eleuare diminuere eſt, nec ab re tollere ꝓpriè dixit hinc Liu. Q. Fabius meas res res geſtas io Hiſpania elenauit. Et ſueto in Calligula. Verſiculorum quoq; fidem eadem hæc eleuant. & alibi Prop.

Eleuat aſsiduos copia longa uiros.

Et quod

Et quod unicuiq; licet facere in ſuo quicquid uult quanquam alius damnum ſentiat, in alieno autem non, imò nec etiam ſtramenta immittere. l. Proculus.ff.de damno infe.l.ſicut.§. Ariſto. ff. ſi ſerui. uend.

Et quod omnis res pręſumitur libera niſi probetur contrariũ ut inquit Dy.& Bar.in l.ſi prius. ff. de nou. ope. nuncia. & ſignanter per not. hic Bal.conſil.ccccxxix.in prin.uol.j. & conſ. ccxcj. ad fin.uol.ij.& in c.querelam.nu. 27. de electio. Guid.Papæ deciſio.dcxxix.ad fin. Alexan. conſ. clxxiiij. col. j. uol. ij. Et ideo præſcribens hanc libertatem debet credere rem talem eſſe, qualis naturaliter eſſe debet, ut inquit Cy. in l. j. in iiij. q.& ibi etiam Bal. col. ulti. C. de ſerui. & But.in c.ſi diligenti.col.ij de præſcrip.& Alexan. conſil. cxlij.col.ij.uol.j. & quod omnes res, rationes & facultates præſumantur liberè, tradit idem Bald. in c.ſignificante.nu.8.de appel.

Et quod hac ratione omnes ſeruitutes ſunt cõtra ius naturale.de quo tamen per eundem Bal.in d.c.querelam.nu.28.de electio.

Et quod denique adeò uerum eſt quod quælibet res præſumatur libera, ut nec reus (ſi negauerit) interim ſit ad ſolutionem cogendus inquit Iacob.de Belui.in §.ſed neque.ad fin. in auth. de manda. princi. & alibi Bald. in ſtatut. Pons nu. 1.quod nec pontes fieri poſſunt de iure communi, ex quo ſolum publicum pariter debet eſſe liberum, uſque ad cœlum. & ad regulam tandem uide Corn. conſil.ccxxvij. nume.6.uol.j.& conſ. xc.col.v.& ad fin.uolu.ij. & conſ. cliiij. in prin. & conſil. ccxxvii. nume. 16. eodem libro. Idem Bal.in cap.primo.nume. ſecundo. de alie. iudic. mu.cau.fac.Dec.cõſ.cci.col.i.uol.i.& cõſ.ccclx. col.ſecunda.& conſ.ccclxxiii.col.prima, uol. ſecundo, Por.inſtitu.de uſucap.in prin. col. tertia, Bertran.conſ.clxxxii.in prin.uol.primo,& conſ. ccxxxiiii.nu.t.uol.iii.Ferrarien.conſ. cccci. nu. 7.& ccccii.nume.3.uolumi.iii. & ideò iniquum eſt (ut finiamus) his ſtantibus, & non modo odioſum, ingenuis hominibus arbitrium auferre, diſponendi de rebus ſuis ut dicitur in l. non uſque adeò. ff.ſi quis à pa.fue. ma. & contra bonos mores. l. dudum.C.de contrahen.emp.l.nemo exterus.C.de iudæ.pulchrè & quidem in not. q.Sauilian.conſ.vi.nu.t21.uol.i. Finis.

De lege Aquilia.

Imp. Alexander.A.Glyconidi.

DAMNVM PER INIVRIAM datũ, immiſſo in ſyluam igne, vel exciſa ea, ſi probare potes: actione legis Aquiliæ utere.PP. vij. id.Noueb.Alex.A.ij.&Marcello Coſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non teneatur, qui ſic damnum dedit; quia uideo ſi quis vicini ædes interciderit, quod is lege Aquilia non tenetur.l.ſi quis fumo.§.i. ff. eo. imò uidetur caſus in terminis noſtris in l.qui occidit.in §.fin.ff.eo. ubi ſi quis ignem in ſtipulam ſuam immiſerit,& progreſſus alienam ſegetem læſerit, adhuc conueniri non poterit, quia nec damnum dediſſe uidebitur. Et idem in §. præceden. ea. lege, ubi nec rurſum actione legis Aquiliæ tenebitur quis ſi uinum alienum uel frumentum conſumpſerit, quia (inquit text.) nec damnum iniuria dare uidetur.

Contrarium tamen hic deciditur, & etiam in l.fin.infra eo.& ratio deciſionis eſt, quia ita Aquilius Tr.plebis à plebe rogatus ſtatuit, quam legem hac ratione plebiſcitum appellabant. l. i. ff. eo.& ideò ęquum eſt, ſi damnũ dedit quis per iniuriam, ut hic, & in d.l.fin. ut illud reſarciat.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare, nõ primum, quia id facit lege permittente, ne ad ſe ignis perueniret & ſic arcendi incendii gratia, id feciſſe uidetur, vſq; adeò ut non teneatur,& iure id feciſſe exiſtimãdum ſit, argumentũ in l.Gracchus. C. ad legem Iul. de adul. & in c.qui peccat. xxiii. q. iiij. vnde uerſus (ut ibi dicitur.)

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

Hic uerò per iniuriã (ut tex. met dicit) damnum datum eſt, ergo. Non ob. ſecundum, quia dicto caſu etiam culpa caret, quandoquidem omnia opportuna ignem immittens, obſeruauerit, & quia ſubita uis uenti longius ignẽ produxit, aliàs ſi culpa ſibi poſſet imputari, quia die uentoſo id feciſſet, teneretur, ut hic. Non ultimum deniq; quia actio legis Aquiliæ datur ubi aliquid corrumpitur. l.ſi ſeruus ſeruum.§. inquit lex. ff. ad legem Aquil.ibi autem uinum uel frumentum, ad eum uſum conſumptum eſt, ad quem eſt inuentum, ergo actione legis Aquiliæ teneri non debet. eſt uerum quod utilis actio tamen danda erit domino uini ſeu frumenti,& ut ibi latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod uerba debent ſemper intelligi ſecundũ ſubiectam materiam.l.ſi uno.ff. loca.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſu.& deſeruire intentioni non quod intentio deſeruiat uerbis.c.intelligentia.de uerbo.ſignifica.c.ſecundo requiris. de appella.l.ſcire leges.ff.de legi.nanque iniuriæ uerbum de quo hic, multifariã multiſq; modis exponitur, quãdoq; pro omni eo quod iure non fit.l.i. ff. de nou.ope.nun.interdũ pro cõtumelia, ut inſti. de iniur.in prin.& ſæpe etiam pro culpa ut hic & in d.l.qui occidit.in §.fin.ff.ad leg.Aquil. & in l. ſed & ſi.in §.i.& ii.ff.eo.

Et qđ nõ uti, ſed abuti re dicitur quis, qñ non ad eum uſum ad quẽ inuenta eſt, eã diſsipat & cõſumit, ut hic, ubi ignis in ſyluã immiſſus eſt, quæ tñ cedi debebat ſi fuiſſet cedua, quo caſu nec Aquilię tũc daretur actio ſed furti ut hic p gl. & doct. & eſt ſimile in d.l.occidit.in §.ſi quis.ff.eo.

Et quod actiones, ab auctoribus denominantur communiter, leges, & Senatuſconſulta. ut hic Aquiliç, ab Aquilio trib. pl. alibi uerò Falcidia, à Falcidio, Publiciana, à Publicio, ut inquit gl. inſti. de lege Falci. in rub. Iulia, Cornelia, Papia, Pedia, Portia, Aelia ſentia, Pompeia, Cincia, & ſimiles, de quibus aliàs Philelph. Riuali. Zaſius, Ottomanus, & alij, ſcite admodum & pulchrè. & eſt argumentũ in §. eſt & aliud. inſt. de dona. & in l. ius autẽ ciuile. ad fi. ff. de inſt. & iu. & in l. ij. de adop.

Et quod aſſertioni eius cui damnum datum eſt non ſtatur, propterea dicit text. ſi probare potes. & hoc eſt quod dicitur ẽt in l. j. C. de uectig. no. inſti. non po. quod in libello contuliſti proba. & & in l. j. & in l. qui accuſare. C. de eden. & in l. ei qui. ff. de proba. & in l. actor quod aſſeuerat. C. eo. & in c. j. ut ec. be. ſine di. confe.

Et quod deniq; ſi in lege probationis mentio fiat, utique de probatione plena intelligi debet. l. Lucius. ff. de cond. & de. Ro. in l. j. C. de mil. teſt. Feli. in rub. extra de proba. in prin. ut hic. & hoc quia alias ſtatur iuramento damnum paſsi. l. ſi quando. C. unde ui. l. ſi quis pro redemptione. §. pe. C. de dona. Fiuis.

Familiæ erçiſcundæ.
aliàs
Herciſcundç per aſpirationem.

Imp. Antoninus A. Vitiano.

VXORTVA SI MORTVO patre tuo, cui dotem numerauerat, cum hæres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit, familię herciſcunde, aliàs erciſcundæ actionẽ ad exſequendam dotem ſecundum iuris pridem placitum aduerſus cohæredes tuos nactus es, eamq; retines, etiã ſi poſtea, dum tibi nupta eſt, deceſſerit. PP. ij. idib. Febr.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius dotẽ uxoris ſuæ petere non poſsit, nec eam habere prçcipuam, quoniã collatio inçqualitate fundata eſt, & dicitur quaſi in communi latio ut not. in rub. C. de colla. & in l. j. & in l. illud. ff. eo. æqualitas autem inter fratres ſeruanda eſt l. ut liberis. C. eo. l. inter filios. infra eo. ergo. & uidẽt caſus clarus in l. ſi filia. in §. j. ff. fam. her. ubi habetur præcipuam dotem haud poſſe conſequi, nec fore locum iudicio familiæ herciſcundæ.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ſi filia. in §. j. & in l. ſi maritus. ff. eo. & ratio deciſionis eſt, quia dote & fructibus eius onera matrimonij ſuſtinentur, uſque adeò ut communicari non debeant. l. pro oneribus. C. de iur. do. d. l. ſi maritus. ff. famil. herciſ. Bal. conſ. lxxxvij. ad fin. uol. i. & conſil. clxxvi. col. ii. eod. lib. & pulchrè conſil. cxxxi. nol. iiii.

Ad oppoſita dubitationem facientia, reſpondetur, nihil obſtare, nõ primum, quia uerum eſt, ſed non hoc caſu ratione prædicta & quia nihil eſt rurſum de quo fratres conqueri poſsint ut declarat Bar. in d. l. ſi emãcipati. & in l. pater filium. ff. de colla. dot. & not. in rub. præallega. de colla. infra. Non ſecundum, quia eo caſu pater uiuebat, nec ad huc filius ſuſtinebat onera matrimonialia, nec conſequenter iudicium familię herciſcundæ, eſſç poterat inter fratres, ex quo uiuentis, non eſt hæreditas. l. hæreditas. ff. de uerbo. ſigni. l. i. in prin. ff. de hære. uel actio. uend. Paul. Caſt. conſ. cccclxiiii. nu. 3. uol. i.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod cũ mors & emancipatio æquiparentur. l. iii. C. de inſti. l. ſi pater nomine filiæ. in prin. ff. de iu. do. l. ſi ſocer. ff. ſol. matrimo. ſicuti filius poſt mortem patris dotem præcipuam habere debet ut hic, ita debet ſi ab eo fuerit emancipatus, ut etiam ſentit hic Bal. & benè, quia eo ipſo quod ipſum emancipat (inuitus enim non cogitur. l. non poteſt. ff. de adop.) uidetur uelle quoque ſibi dotem ſoluere, nimirum igitur ſi eam ſic ſibi præcipuam habet, etiam patre uiuente pulchrè Boer. dec. cxcv. col. ii. par. i.

Et quod non eſt uera quorundam opinio, tenentium in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimo. quod actio de dote ſumat initium, matrimonio ſoluto, ex quo natura eius eſt, onera ſuſtinere (ut diximus) ipſius matrimonii, & fuſius ut not. in d. l. ſi conſtante.

Et quod ibi dos eſſe debet ubi onera ſunt, inquit formaliter Iuriſcon. in l. ſi is qui Stichum. in fi. prin. ff. de iur. do. quem text. ad idem perpendit Deci. conſil. lxvii. nume. 1. uol. i. argumentum in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.

Et qđ cauſa dotis dicitur oneroſa. l. ex promiſſione. ff. de actio. & ob. Corn. conſ. lxv. nu. 5. uol. iii. idem Dec. in conſ. cclx. col. iii. uol. ii.

Et quod denique facilius in lucro odioſo prçſumeretur aliàs remiſsio, quàm in debito ex cauſa oneroſa, l. cum quædam. §. diuus. ff. de uſur. Bartol. in l. quæ dotis. colum. ſecunda, ff. ſoluto matrimo. Alexand. plenè conſil. ccviii. columna tertia, uolumi. ſeptimo. Et ad propoſitum de quo hic, quod ad maritum onera matrimonii ſpectent. dicta l. pro oneribus. dicta l. ſi is qui Stichum. l. dotis fructus. ff. de iur. dot. tradit Corne. conſil. cclvi. nume. 31. uolu. primo. & conſil. cccxx. colum. finali. eodem libr. & conſ. xxvi. nu. 10. & conſ. xciiii. nu. 11. & conſ. cxlv. nu. 2. eo. lib. & conſ. lix. col. iii. uol. iii. & alii quos non refero inquit Iuriſconſul. in l. prima, ff. ad legem Aquil. breuitati conſulentes, ſtoicorum more, & quia longum eſt, ſi omnia exequi uolueris,

uolueris,dicit alibi in l.etiam.ff.de manu. uindi. imò quod in ſermonibus breuis, ſapiens fit, aiebat Xyſtus Pythagoricus,imperitiæ uerò indiciũ quàm maximum eſt longa & prolixa narratio. l. ampliorem.§.in refutatoriis.C.de app. Finis.

Imp.Philippus A.& Philippus C.Antonio.

INTER FILIOS ET FILIAS bona in teſtatorum parentũ, pro virilibus portionibus æquo iure diuidi oportere,explorati iuris eſt.

Dubitãdi rationem faciebat,in hoc breui text. quod fœminæ cum maſculis æqualiter nõ admittantur,ſed dotentur,& illi omnimodo,in ſucceſſione inteſtatorum parentum præferantur, quoniam per eos conſeruatur agnatio,& familiarum dignitas.l.j.§.quamuis.ff.de uent.inſpi.l. pronunciatio.§.familiæ.ff.de uer.ſig.& quia ſic etiam cõtinebatur in lege xij.tab. Agnatos cognatos excludere hoc eſt eos, qui fœminini ſexus cognatione iunguntur,ut inſti.de legi. agna. tute. in prin. & Deutoro. c. xxvij. & 26.nume.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio decisionis eſt, quia inter filios æqualitas ſeruanda eſt.l.ſi emancipati.C.de colla.not.in rub.de colla.& in l.prima. ff.eodem. & in l. illud. ff. de colla. dot. nec aliud ſibi uult tex.hic, inque his uerbis, æquo iure diuidi oportere,quibus præcipitur etiam ne ſimus accuſatores naturæ. l. maximum uicium. C. de lib.præte.ut enim indignius eſt nihil filio; quàm patrem infamare, ſic nihil difformius eſt quàm(ut dixi)accuſare naturam,ut Theophraſtus moriens.& ut Galli,lege Salica, à ſucceſsionibus priuantes fœminas.

Ad oppoſita reſpondetur facilè, non obſtare. non primum,quia non eſt uerum,niſi lege municipali ſic caueatur,uel ita diſponat teſtator, quoniam dos ſuccedit loco legitimè. qua fraudari nõ poſſunt,& alimẽtorum l.iij.§.ſed uerum.ff. de mino.ſtant igitur iſta ſimul aliàs quod per maſculos conſeruetur agnatio,& familiarum dignitas,& nihilominus ad ſucceſsionem parentum morientium ab inteſtato fœminæ ſimul cum eis admittantur.& maximè hodie(ex quo tolletur quoq; ſecundum)ſublata differentia agnationis & cognationis.§. nullam.in auth.de hære.quę ab int.defe. auth.ceſſante.C.de legi.hære.tradit Bar.in l.cum ita.in §.fi.ad fi.ff.de leg.ij.& Bal.cõſ.cccxlij. col, ij.uol.ij.& Iaſ.in l.fratres.col.iij.C.de inof. teſt. & Ang.in §.in omnibus.in auth. de hære. & fal. Nec officit Deutoro.& nume.auctoritas,quia admitterentur tunc,& procederẽt,in dubio, & quãdo hoc ipſum lege non fuiſſet deciſum,ut not. in l.j.ff.ſi cer.peta.

Præſtatq; nobis hæc lex arg.ad multa, & maximè,quod cũ myſterio dictũ eſt alibi,in multis iuris articulis,fœminarum conditionẽ longè deteriorem eſſe,quàm maſculorũ, ex quo non eſt hoc caſu.Et ſic ſi in multis,l.in eo.§.mulieribus.ff.de reg.iur.l.in multis.ff.de ſta. ho. non in omnibus tamen eſſe dicentur.

Et quod æquũ ac rationabile fuit fœminas ad ſucceſsionẽ admitti cum maſculis hoc caſu ſaltẽ, quicquid lex Voconia ſtatuat aliàs Moſayca & numeri ut ſupra. non modo ratione ſupra dicta, ne accuſatores ſimus naturæ.d.l.maximum uiciũ Verum ẽt quia (ut x. Methaphi. inquit Philoſophus)fœmina & uir nõ differunt ſpecie, ſed ſunt idem, & maſculinum fœmininum concipit. l. j. ff.de uer.ſig.ergo nec debẽt diuerſo iure cenſeri. l. cum qui ædes uulga. ff. de uſucap. Eſt benè uerum aliàs(ut Euripides inquit)quod longe pręſtat uirum unum uiuere quàm mulierculas mille.

Et quod ſtatuta excludentia fœminas extãtibus maſculis ſunt odioſa, & contra ius cõe,ut ẽt hic dicit Pau. Caſt. de quo dic tu aliàs latè ut per Bal.in d.l.maximũ uiciũ.de lib.pręt.Feli.in c.Iudæi.ij.col.ij.de iudæ.Bal.in ſtatu.Odiũ.nu.1. & 2.& hac rõne reſtringi deberi ut not.Bal.in l.illam.de colla.& in l.quicunq; C.de ſer.fug.Corn. conſ.lxxv.nu.7. uol. j. & ſi maſculi noluerint aut nõ potuerint fœmina admittetur,ut declarat Saly.in d.l.maximũ uiciũ.Idẽ Corn.cõſ.pall.nu.12.

Et quod æquitas nil aliud eſt quàm naturalis ratio,ut ẽt inquit Bal.in Marga. ſua æquitas. nu. 1.& 4.nec ab re hic dictum eſt, æquo iure diuidi oportere,& quod aliter accuſatores eſſemus naturæ,ut ſupra,hincq; docente Socrate Plato ille diuinus,quo nihil maius habuit Græcia,iuſtitiam in æquitate conſiſtere,& nos alibi ſatis.

Et quod deniq; lex quandoq; eſt de indubitabili,quod probant uerba hic poſita,explorati iuris eſt,& alibi ſæpè,& in l.iij.ff.de nata.reſti.not. in l.unica.C.quando non pet.par.Dec.in c.i.lec. i.col.xli.de iudi.& ſic contra text. in l. quod Labeo.ff.de carb.edic.& in c.cum in iure peritus.de offi.de. Niſi dicamus & uerisſimum eſt, quo ad ipſum legiſlatorem & in abſtracto non, quo ad nos & in cõcreto;ut per Bar.in l.ubicũq; col.vii. ff.de int.ac.& not.in locis prælleg. Finis.

Impp.Gallienus & Valerianus AA.Rufo.

NON IDEO DIVISIO INter te & fratrem tuum(vt proponis) facta irrita habenda eſt,quod eam ſcriptura ſecuta non eſt: cum fides rei geſtæ ratam diuiſionem adfirmet.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſcriptura requiratur,quia regulariter de his rebus de quibus cõtrahimus,confici ſolet,& nimirũ ne probatio pereat caſu.l.ſicut.C.de lib.cau. Bald.conſil. cccclviii.ad fin.uolu.i. ſed cum fratres diuidunt,

contrahunt & quandam quodammodo permutationem faciunt ſeu uenditionem.l.j.infra com munia veri.iud.not in l.qui Romæ. in §. duo fratres.ff.de uerb.obli.idem Bal.conſ.ccclxxxvj.eo.lib.& conſ.xcj.ad fi.uol.ij.& conſ.cccxij. eo. lib. ergo.& uidetur caſus in l.contractus.ſupra de fi. inſt.ibi nõ aliter vires habere ſancimus,niſi inſtra in mundum recepta,ſubſcriptionibusq; partium confirmata per tabellionem conſcribantur.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia omnino uel confeſsione partium, uel teſtibus probari poteſt,& nihil refert quid ex æquipollentibus fieri.l.fi.§.fi.ff.manda.l.Gallus. §.ſi eius.ad fi.ff.de lib.& poſth.Bar.in l.ſiue apud acta.lect.j.col.fi. C. de tranſact. habitoq; effectu de modo non curamus inquit tex.in l.ſi mater.C. de inſti.& maximè in non deſiderantibus certam formam ut pulchrè declarat Bal. in l.ſi cum dotem.in fi.prin.ff.ſol.mat.& in l.cum mulier. col. pen. ff. eod. & probatur in l.in exercendis.C.de fid. inſtrumen.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primum,quia licet permutare uideantur,attamẽ propriè permutatio non eſt,argu.in l. ſi idẽ.C. de codicil.& dato quod eſſet, non propterea ſcriptura neceſſaria erit,ex quo nõ eſt de cõtractibus eam deſiderantibus,de quibus in l.ubi pactum, ſupra de pac.fuſius glo.in c.j.de cenſi.lib.vj. Imò dicit alibi tex.inſti.de ob.quæ ex conſen. in prin. & in l.ij.ff.de cont.emp.ſufficit eos qui negocia gerũt conſentire,& ſi inſtrumentum fiat, fit ut facilius acta probentur,non quod neceſſarium ſit. l. contrahitur.ff.de pigno.Saly.in l.j. col. j. C. quæ ſit lon.conſue.Ang.in l.ſciendum.in rep.col. iij. ff. de uerb.obli.Feli.pulchrè in c.in noſtra. in uerſ. ſpoliatus.col.j.de reſcrip. Non ob.ſecundum, quia illud ideò eſt ibi,etiam ex quo partes ita cõuenerant,ut contractus in ſcriptis redigeretur, & ibi not.declarat Bal.in tracta.de pac.uer. ſed qualiter.nu.14.& Abb.in c.fin.col.xij.ad fin.de foro compe.Paul.Caſtrẽ.conſi.lij.col.iij.uol.ij. plene Dec.conſ.ij.col.iij.uol.iij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ubicunq; aliquid requiritur pro forma,eo non adhibito, actus abſque dubio erit nullus,etiam ſi fauorabilis ſit,aliàs non, ſed ualebit.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uer.obli.l. ſi quis mihi bona.§.ſi coràm.ff.de acqui.poſ.c.cum in ueteri.de elec.Bal.in ſtatu.ſententia.nume. 2. Bar.in l.placet.nu. 56. C.de ſacroſanct.eccle.idẽ Bal.in l.non omnis.col.ij.ff.ſi cer.pe.

Et quod in dubio diuiſio ſeu cõtractus nõ præſumitur in ſcriptis factus, quandoquidem ſcriptura effectum non augeat, inquit Bal.in l. cum res. col.ij.C.de proba.& hinc Dec.ei.ſen.in l.quod te. ad fi.& ibi Iaſ.col.pe.ff.ſi cer. peta. quod credere ut credunt ruſtici quemadmodum hic dicit Saly. quod in contractu requiratur ſcriptura eſt ignorantius & lata culpa.

Et quod probatio quæ fit per teſtes eſt facilior quam illa quæ fit per ſcripturam, ut etiam dicit Alex.in l.ſeruum filij.in §. cum qui chyrographũ col.j.ff.de leg. j. niſi de facto longinquo agatur, ſeu ualde implicito, quia tunc ſecus ut declarat Pau.Caſt.in d.l.in exercendis.col.ij.C.de fi.inſt.

Et quod obligationes dicuntur obeſſe & prodeſſe partibus,inſtrumentum autem non, ex quo in eo non cõſiſtit obligatio eſſentialite. ſed probatiuè tantum,ſecundum Bal.in c.j.col.j. eo. tit. de fid.inſtru.extra.

Et quod denique nec delictum per ſcripturam probatur,quanquam tex.hic in diuiſione loquatur,quod tamen diſputat Ang.in l.pen. ſupra ad legem Aquil. dic ut per eum. & quod aliàs in diuiſione fratrum neceſſaria non ſit,adde Flor.in l.ſi filia.in §.ſi pater.in prin.ff.fam.her. Finis.

Impp.Diocle.& Maxi.AA.& CC.Liſicrati.

INCERTI IVRIS NON eſt,in familiæ herciſcundæ iudicio earum rerum, quas ex cohæredibus quidam de communibus adſumpſerunt,vel deteriores fecerunt, rationem eſſe habendam, eiuſdemq; rei cæteris præſtandam indemnitatem.

Dubitandi rationem faciebat,quod nõ habeatur ratio rei conſumptæ,vel deterioratę,quia videtur caſus clarus in l.& puto.in §.ſed & ſi dolo. ff. fam. her. ubi ſi dolo uel culpa quid ab uno ex hæredibus factum ſit,in famil.her. iudicium non uenit.& quia antequam fiat diuiſio dominus eſt, & una eademque perſona cum defuncto. §. j. in auth.de iureiu.à mari.pręſti.& ad propoſitum eſt argumentum in l. in re mandata. C. manda. & in l.ſed ſi lege.in §.conſuluit.ff.de peti.her.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratiò deciſionis eſt,quia æquè conuenit ſi quid conſumpſit uel deteriorauit,ut id cohæredi reſarciat,& in iudicium familiæ herciſcundę ueniat, tantoq; minus accipiat,aliàs diuiſio æqualiter fieri non uideretur,ut requiritur.l.ſi emancipati.infra de coll. l.Inter filios. ſupra eo. Societaſq; fœmina foret, fraternitas enim inſtar ſocietatis habet, ut ſocietas inſtar fraternitatis.l.uerum.ff.pro ſoc.& malè l.ſi non fuerint.§.Ariſto.ff.eo.imò quod ſic cum iactura cohæredis prædicti locuples fieri uideretur,& commodum quoq; (quod peius eſt) de ſua malicia conſequi,& rurſum malè. l. nam hoc natura.ff.de cond.inde.l.iure naturæ.ff.de reg.iur. c.locupletari.eo.ti.in vj.l.itaque fullo.ff. de furt. l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir.ff.ſol.matri.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, imò nihil,non primum, quia text.ibi loquitur quando pater uiuebat, quo caſu tacitè id remiſiſſe uidetur, argumentum in l. Procula. ff. de proba.

dc quo

de quo tamen late Salyc. in l.proxi.in vii.q.interim ſol.hanc probat optime ille text.ibi, & ideo ſi uiuo teſtatore.& dicit contrarium paulò ſupra ut hic,& ita tranſcundum eſt. Non ob. ſecundum quia non eſt uerum niſi pro parte ſua. l.ſerui electione.§.i.ff.de lega.j.Barto.in l.ii.§.item ſi in facto.col.i.ff.de uerb.obli.& in l.iiij.in §. Cato.colū.iiii.ff.eod. ea de re in argumentum.facit quod dicitur, in dicta l.in re mandata. & in dicto.§. conſuluit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod aliquando certa eſt & non dubia uel incerta, & male ac contra text.in l. quod labeo.ff.de carbo.edict.& in c. cum in Iure peritus de offi.deleg.Cyn.in l.i.col.iij.& in l.non dubium.col.j.C.de legi.unde Iulianus Marcellum notat quod q. indubitabilem propoſuerit in l. ſi quis titio.ff ex quib.cau.malo. Et Alexandrum tertium Vicentius gloſator in c.conſuluit & ibi aduertit Cardi.de ſeruis non ordi. Niſi reſpondemus ut declarauimus in l.inter filios ſupra eo. dic ut ibi uel & nouiſsime, quod cum ad conſultationem liſicrati conſulenti reſponſum ſit ex accidenti, conſiderabile non eſt an dubium habeat nec ne, ut tradit Fulgo.in rub.de ſeru. fugi.infra Deci.in l.i.in princi. C.de bono.poſſ.contra tab. not. in l. unica.C. quando non pet.par.uel & aliter ut in d. locis. quibus omiſsis; tamen prima ſol. planior mihi ſemper cęteris,uiſa eſt.

Et quod iudicium hoc famil. hercisc.(exponi enim debet herciſcundæ,id eſt diuidendæ,ut per glo.in rub.ff.eod.hinc hæremita & hæreticus id eſt diuiſus.c.hæreticus,& ibi Archi.xxiiij.quęſt. iij & mirum eſt,quia alias lingua ethruſca iduare; diuidere eſt,unde uidua dicta eſt, quaſi iduæ; à uiro diuiſa, ut inquit Macrobi.in Saturnal.diribere alii. & diribitores uocabant eos, qui pecuniam publicam diuidebant. & familiæ rurſum id eſt hæreditatis,quia ſic etiam dicebatur in lege.xij.tab. Agnatus proximus familiam habeto; id eſt hæreditatem) conſtat ex rebus & præſtationibus perſonalibus:l.item Labeo.§.pe.l.his conſequenter.§.ſumptuum.ff.eo.

Et quod cohæres contra cohęredem agere poterit pro culpa ſi talem diligentiam non præſtitit qualem nunc præſtat in rebus ſuis,quia exempla de quibus hic non reſtringunt regulam. l. damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam.infect.§.hactenus inſti.de grad.& ad propoſitum probatus in l.hæredes.in §.non tantum. ff.fam.herc.

Et quod ſimiliter pro fructibus reſtituendis agetur, perceptis ex re hæreditaria.l.item ex diuerſo.ff.eo.diſtinguendo tamen pro declaratione ut pulcherrime declarat Azo in ſumma eodem titulo nume.xxi.

Et quod denique iudicium iſtud intentari poteſt, ſiue actio, præſtationum perſonalium gratia, non modo diuiſionis inter cohæredes,quod que non conſideratur an is qui conuenitur poſſideat nec ne; in agente autem ſic l.i.l.cohæredi-bus.l. fundum.§.fina.l.hæres.§.quantum. ff. eo. plenius Azo in loco prællega. numero xxiij. & xxiiij. Finis.

Communia utriuſque iudicii, tam familiæ herciſcundæ, aliàs erciſcundę ſine aſpiratione quàm cõi diuidundo.

Imp. Alexander A. Euphratæ.

ETIAM SI IS DIVISIO arbitrum dedit, cui dandi ius non fuit, tamen ſi ſocii quondam diuiſioni conſenſum dederint, qđ quiſque eorum ſecundum placita poſſedit, pro parte ſocii dominium nactus eſt.PP.xv.kal. Decemb. Alexandro A.iii.& Dione. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod diuiſio ſeu ſententia, facta à iudice incompetenti confirmari non poſsit, nec ualeat conſequenter confirmata partium conſenſu,quia quod nullum eſt confirmari non poteſt. l. adoptio non iure facta.ff.de adop. & in ſententia probatur clare in l.ſi expreſsim.ff. de appel.not.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iu.& facit etiam quia non entium non eſt qualitas.l.eius qui in prouincia. ff. ſi cert. peta.& quod non eſt rurſum confirmari non poteſt;quia confirmatio quid præſupponit confirmabile argumentum.in l.nam & ſi ſub conditione.ff.de iniuſ. rup. irritoque teſta.& in l.j.ff. de uſuf.Bar.in l.i.ad fi.ff.de uſuf.lega. & quia ſecundum Bald.in l.ſi quis mihi bona in §.iuſſum.ff.de acquir.hæred. ubicunque negotium a principio non habet ſua aſſentialia,tunc partium conſenſu ratificari non poteſt . l. quod ab initio. ff. de regulis iuris.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia partes ipſę,ſine iudice etiam diuidere poterant,ex quo non eſt actus qui ipſius iudicis auctoritatem deſideret, cum ſit uenditio, uel permutatio quędam ut ſupra.nimirum igitur ſi conſenſu partium confirmari poteſt diuiſio facta, ſiue ſententia alias lata à iudice quanquam incompetenti.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare,nãque ad primum dico,quod imo confirmari poteſt ut ualeat, tanquam actus ab ipſo iudice, pp conſenſum. l.i. §.omnia.C.de uete.iur.enu.Bar. in l.more.ff. de iur.omn.iud.& not.in d.l.omnes populi. Non obſt.tex.in d.l.ſi expreſsim,quia non ipſa ſententia confirmatur, ſed diuiſio, & non ut tunc,ſed ex nunc à partibus facta, conuen-

tionalis

tionaliſq; appellabitur,& non iudicialis, ut etiã dicit Saly.hic & Cyn.ante eum, & bene. Non obſt.tertium quia imo ens eſt,argumentum in l. fi.ff.de reb.co.& in l.ii.in §.j.ff. quemadmo. teſta.appel.ergo & qualitas,ergo confirmari poterit,ſed non ut tanquam iudicialis ualeat,& iam dictum eſt proxime, ex quibus ultimum quoq; tollitur, quia imo ratificabitur, & (ut dixi) ualebit ſaltem tanquam ſi pactum partium conſenſu initum fuiſſet & ut fuſius infra.

Prętatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime ad Brocardicum illud. ſi illud qđ agitur non ualet ut agitur,ualeat ſaltem ut ualere poteſt,de quo alias plene Bar.& alij in l.i.in §. ſi quis ita.ff.de uerb.obli.

Et quod ſententia nulla conſenſu partium confirmari poteſt, ut ualeat in uim pacti,non ſententiæ,ut per Bar.in.d.l.ſi expreſsim.& Salyc. in l.j. C.qui pro ſua iur.& hoc ultimum,quia priuati ſine priuatorum conſenſus, iuriſdictionem nõ tribuit.l.priuatorum.C. de iur. omn.iud.& ita declarari debet gl.in d.l.i.ut inquit notabiliter Calde.conſi. viij.de re iud.multa Felyn.in c.dilecti. col.iiii.de fo. compe.

Et quod uicium nullitatis maximum eſt, uſq; adeo ut conſenſu partium purgari non poſsit, ut etiam dicit Abb. in cap. examinati nu.4. de confir.uti. uel inuti.

Et quod uerba legis debent ſemper intelligi in potiori ſignificatu.l.i.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager uecta.uel emphi. pet.§. ſed quidem inſti.de iure natu.quandoquidem uera omnia ſint, quæ de conſenſu hic dicuntur,& in text.ſi conſenſus fuerit expreſſus,ex quo tacitus non ſufficeret, ut idem Calderi.in conſil. præallega. Socin.conſi. ciiii.colum.tertia. uolum. quarto. Sauil. conſil. xxix.nu.6.uolum.j.

Et quod denique, ualidata ſententia conſenſu partium,non inducitur propterea quod exequibilis ſit, quia ſic ualeret ut ſententia,& male, ex quo debet ſeruari ut pactum, pactum autẽ & conuentio partium non eſt exequibilis de iure communi.l.minor xxv.an.cui fideicommiſſum. ff.de mino. Bar.in l.ſocietatem in §.arbitrorum.ff.pro ſocio.Are.conſ.lvj.col.ii.ergo. Finis.

ADDITIO.

Quod ubi nulla eſt iuriſdictio ibi ratificatio nihil operatur.l.i. C.de peda. iud. niſi interuenit traditio ut hic in uerbo poſſedit,quia tunc ſecuta ex quo effectum rei continet.l.diuiſionis placitũ. ff.de pact.Bal.in c.ex parte,nu.13.de reſcrip.

Et quod ſententia nulla non modo conſenſu ratificari poteſt ut ſupra,uerum etiam contradictione ſi implicitum conſenſum habeat. l. cum minor.§.falſus.ff.rem rat.habe. diſſenſu præciſo autem nunquam etiam appellando, uel petendo reductionem ad arbitrium boni uiri.d.l.ſi expreſſim. ff. de ap.not.in l.i.& in l. cũ antea.in §.i. C. de arb.idem Bal.in c.i.nu.2.de re iud.

Et quod quanquam conſenſus hic non ſit loco cauſæ finalis,quamobrem Bernar.& Innoc. reprehendebat Bal.in c.cum olim ad fi.ſecus dicẽtes de offi.dele.attamen ex conſenſu tranſit ius, ut ibi ſubiicit.& in c.inter monaſterium.plenius col.ii.de re iud.

Et quod teſtes recipi, non eſt de ſubſtantia iudiciorum, uſque adeo ut atteſtationes inualidæ poſsint conſenſu partium ratificari,litis conteſtatio autem & ſententia non, niſi (ut dictum eſt) tranſeat in contractum uallatum traditione uel ſtipulatione ut hic in glo.quam dicit ſingula. ad idem Bal.in c.cum cauſam.nu.56.& 57.de teſti.

Et quod nulla lex eſt quæ aliter dicat.ut adhuc Bal.teſtatur.in d.l.cum antea.col.ulti.C. de arb. & declarat in d.l.j.col. ii.C.qui pro ſua iur. & in l. obſeruare.in §. poteſt.col.iiij.lectu.ij.ff.de offic.procon.& in l.eum qui.in ij.col. ff. de iuriſd. omn.iud.Feli.item in c.cum ex officij.col.xv. de præſcrip.Abb.in c. de cauſis. colum.ii.de offic. delega.Alexand.conſi.ccxix.col.pen.uolum.vii. Roma. conſi. clxxiii.ad fin.& conſi. clxxv.ad fin. Pau.Caſt. conſi.cccxliii.col.i. uol.ij. idem Abb. conſi.lxi.col.iiij.& conſi.lxiiii.col.iii. uolumi.i. Cardi. Zab.conſil.lxxiiii.nu.18.Cor.conſ.xxvii. in prin.uol.i.& conſ.lxv.nu.xii.co.li.& alii quos referre non curo.

Impp.Diocletia. & Maximia. A A. Frontino & Gaſirioni.

DE INSTRVMENTIS, QVAE communia fratrem ueſtrum tenere proponitis, rector prouincię aditus apud quem collocari debeant, æſtimabit.PP.vi.Idib.Febrūa.Sirmii.AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod index aliter prouidere nõ tenetur apud quem eſſe debeãt inſtrumenta communia, quia hoc ipſum ſorte dirimendum eſt, uel amicus inueniri, apud quẽ deponantur,uel deponi in ædem ſacram, & inde exempla dari cohæredibus ſi uoluerint ut dicitur in l.ſi quæ ſunt cautiones.ff.famil.herciſcun. imò quod cõuentione ipſorum,hoc ipſum determinari debet,ut ad huc ibidem dicitur, ne etiam ſi iudicet quod ſint potius apud unum quã apud alium,iſtud ipſum ſit etiam diſcordiæ cauſa,ut in ſimili dicitur. in l.cum pater in §. dulciſsimis.ff. de lega.ii.quæ homini adeo inuiſa eſſe debet, ut ſibi etiam ueritas ſi ſeditioſa fuerit diſplicere plurimum debeat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia non debet quis ſibi ipſi ius dicere.l.pen.ff. de arbit.l. i. C.ne quis in ſua cau. l. nullus.C. de indæ.maxime quia tenens inſtrumẽta poſſet interdum eſſe iunior, uel inferioris honoris,uel femina,aut libertinus, apud quos ſtare non debent,ſed econtra apud ſeniorem,uel qui ſit

amplioris

amplioris honoris, maſculus uel ingenuus,& uti pulchre dicitur in l.ſi. ff.de fide inſtr.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primum quia uerum eſt,in dubio & quãdo non apparet quis ſit ſenior,uel dignior,ut ſupra, & ut dicitur in dicta l.ſi quæ ſunt cautiones & ibi egregie Flo.ex quo tollitur etiam ſecundum uerisſimum pariter conuentione poſſe hoc ipſum decidi ſcilicet ſi partes,ſeu coheredes,uoluerint, hic præſuponimus nolle igitur iudicio familiæ herciſ. uel communi diuidundo peti poterit, idque a iudice decidi.d.l.ſi quæ ſunt cautiones in prin. Non ob.ultimum.quia excitaretur diſcordia tunc quãdo nõ ita iuris eſſet,nec iudex iudicaret, ſed quoniam hoc idem non eſt à iure alienum , æquum ac laudabile,d.l.ſi.ff.de fid.inſtr. d.l. ſi.quæ ſunt cautiones.Bal.in l.in emphyteoticariis. colũ. vi. C.de iure emphi.iudex ita iudicat, à quo omnis præſumptio fraudis & doli abeſt.l.i.C. de prędi. mino.ergo.& maxime quia præſtatur cautio cũ res exigeret ut exhibeantur.l. procurator. C. de ed eden.l.ſicut.C. de lib.cau.d.l.ſi quæ ſunt cautiones. imo quod propter diſcordiam iſtud fieri debet, ut hic dicit Bal.

Præſtatq; nobis argu.lex iſta ad multa & maxime,qđ q̃q̃ oriatur officiũ iudicis ſi uerba ad iudicẽ dirigant ut inquit gl.in l.ſi ſoror.C. de coll. non eſt uerum tñ,quando conſtat actionem competere,uerbaque ipſa executionem reſpiciant ut hic,& declarat Deci.in d.l.ſi ſoror.nu.ii. & in l. j.num.xx.C.de eden. & poſt eum in d.l. ſi ſoror. Cur.in l. fina.nu. 37.C.de edict. di.Adr.toll.uel dicamus,quod ſit officium iudicis mercenarium, actioni deſeruiens,de quo alias late Barto.& alij in l.i.ff. de iur. om.iud. eſtq; bonus.tex.ad idem in l.ex facto in uer.declara.ff.de hær.inſti.

Et qđ iudicium diuiſorium non modo ad diuidendum competit,ſed ad aliud etiam, ut inſtrumenta(quę communia ſunt)deponantur, quandoque in edem ſacram , quandoque apud amicum, nonnunquam apud ſeniorem,& fuſius ut dictum eſt ſupra & habetur in d. l. ſi quæ ſunt cautiones,& in d.l.ſi.ff.de fi.inſtru.

Et qđ arbitrium iudicium (uerbum enim æſtimabit exponendum eſt,id eſt aribitrabitur ut ſentit.Cyn.hic.& bene.l.tam dementis. C. de epiſc. audien.l.ſemper.§.eum.ff.quod ui aut clam.l. penul.ſupra communi diui.) debet eſſe regulatum fræno rationis & legis.l.fideicommiſſa. §. quanquam.ff.de lega.iij.& ibi glo.allegat concordan. l.cæteræ.§.i.ff.fam.herciſ.Bald.in l. iuſtitia ad fi. lectu.j.ff. de iuſti.& iur.& in l.i. lect.ii.col.i.ff.de lega.ij.& in l.cum mulier.col.ij.ff.ſolu.mat. argumentum in §. oportet in authen. de iudic. tradit Abb.in c.ex parte.col.ii.de offic.dele.quæ eſt,qđ noſtra deponantur ſiue ſtent apud ſeniorem uel & aliter ut in d.l.ſi quæ ſunt cautiones.

Et quod arbitrio iudicis committuntur , quæ in uarietate facti conſiſtunt, ut hic , apud quem deponi debeant inſtrumenta, & in l.mora. ff. de uſur.Bal.in l.ea quæ in fi. C.quomo. & quando iud.dixi ego in c.quoniam contra,de prob.uarietas facti autem oſtenditur ex dictis in prællega.l.ſi quæ ſunt cautiones , in materia præcipua & ſingulari , & in l.fina.ff. de fide inſtru. allega. etiam ſupra.

Et quod denique non ab re æſtimat & arbitratur iudex , apud quem inſtrumenta communem utilitatem plurium concernentia,collocentur,ne ſequatur abſurdum & inconueniens,de quo alias in d.l.ſi.& eſt argum.in l.æquisſimum.ff.de uſuf. & ut ſupra latius dictum eſt. Finis.

Impp.Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI INTER VOS MAIORES annis uigintiquinque rerum communium diuiſio,relicta uel translata poſſeſsione , finem accepit,inſtaurari mutuo bonafide terminata cõſenſu minime poſsũt. D. Non. Decemb. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod diuiſio poſſit retractari,tex.ad literam in l.pe.ſupra.communi diui.ibi an reſtitui debeat, cauſa cognita præſes prouinciæ æſtimabit. & ad idem uidetur etiã facere quod dicitur in l.maioribus. ſupra eo. ibi, & quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit in melius reformabitur,ubi autẽ eſt caſus legis clarius,ibi nulla dubitatio ſupereſt.l.ancillæ. C. de fur. not.in l.illam.C. de colla.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia diuiſio quaſi uẽditio ſeu permutatio quædã eſſe uidetur,vt alibi dictum eſt ſatis, & habetur in l.i.ſupra eo.& in l.qui Romæ in §. duo fratres.ff.de uerbo.obliga. & ſic contractus, uerum in contractibus quę ab initio ſunt uoluntatis, ex poſtfacto neceſſaria fiunt uulga. l. ſicut. C.de actio.& oblig.c.ſi. & ibi Abb. ne præla.ui. ſuas Bart.in l.i.in §.pen.ff. depo.& quia ẽt quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, nec in contractibus nominatis locus eſt penitentiæ , ut in regu.quod ſemel de regu.iur.in vj.d.l.ſicut. cum maxime diuiſio bonafide,mutuo conſenſu finem acceperit. imò quod à priuatione ad habitum impoſsibilis eſt regreſſus.l.homo liber.ff.de ſta. ho.l.qui res.§.aream.ff. de ſol.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare ſecumq; ſol.habere comitem,nanque primum procedit & uerum eſt in minore, qui ſemper in integrum reſtitui poteſt,cauſa cognita tamen , ut dicit ibi tex.& in l.ſi.C.de temp.in integ. reſti.pet. & toto titu.de reſtitu.in integ.& de mino.& ſpeciale eſt dicto caſu,ut etiam hic dicit gloſſ.& ſic ius commune in contrarium, ut hic l. quęſitum. §.deniq;.ff.de fun.inſt.l.ius ſingulare.l.quod uero contra.ff.de legi.c.præſenti.§.loca de pręben.

in

in vj. ſecundum uero in diuiſione fraude & dolo, facta, quæ nemi prodeſſe debent. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. itaq; fullo. ff. de fur. c. ſedes apoſtolica. de reſcrip. deceptiſq; non decipientibus iura ſub ueniunt. in l. ii. §. uerba. ff. ad Velleia. c. pen. de rerum permu. ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa, & maxime, quod cum diuiſio naturam contractus bonæ fidei ſapiat, decepto ultra dimidiam iuſti precij, ſuccurretur ut ſupra dictum eſt, & ita ſignanter per tex. in d. l. maioribus inquit Bald. conſil. xcj. ad fi. uolum. ij. & conſil. cccxii. in princi. eo. lib. & not. etiam in l. eleganter. in princip. ff. de dolo. & quoad primum, dictum non ab re eſt in text. mutuo conſenſu bona fide terminatam fuiſſe.

Et quod ſi diuiſio fuiſſet erronea pariter poſſet reuocari. l. cum putarem. ff. fami. herciſc. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac igno. Deci. plene con ſi. vj. col. j. uolu. iii. & forte hoc uoluit hic dicere tex. in d. l. maioribus, ibi perperam. l. titius. ff. de conſtitu. pecu. l. ſi ancillam. §. fina. ff. pro ſuo ubi perperam ideſt per errorem exponitur, & bene.

Et quod cauſa in quacunque diſpoſitione ſemper excepta uidetur. l. hominem. ff. manda. l. qui iurato. ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi mater in fi. princi. ibi ex cauſa ſuccurrendum erit. ff. de exceptio rei iudic. nanque diuiſio hic perfecta retractari non poteſt, & tamen ex cauſa (ut ſupra oſtenſum eſt) poteſt.

Et quod non ſemper uera eſt gloſ. poſita in c. j. de regu. iur. in vj. quod negatiua dictio præpoſita uerbo poteſt priuat potentiam & inducit neceſſitatem præciſam, de quo etiam in l. j. ff. de uerb. obli. & in l. nemo poteſt. ff. de lega. i. quia poſita eſt hic dum dicit text. diuiſionem retractari non poſſe, & tamen aliquo caſu, & ex cauſa poteſt, ut ſupra.

Et quod denique contractus ſicuti ſolo conſenſu contrahuntur, ſolo etiam diſſoluuntur, idemq; in diuiſione ut hic quæ uim contractus habet re integra tamen, alias non, quod mirum eſſe uidetur. l. ab emptione. ff. de pact. & ut hic per glo. declarat Bald. in l. i. in prin. C. quando lic. ab emp. di. oportet igitur quod actus uero ſimilis intercedat, ut dicitur in l. præallega. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Gallicano.

SCRIPTVRA TESTAMENti, qua ſpicialiter omnia diuiſa continentur, quominus res quarum teſtator non facit mentionē, heredes inquirere poſsint, nihil impedit. ſine die & conſule.

Dubitandi rationem faciebat, uerbis teſtatoris ſtandum eſſe, quia (ut alibi dicitur, uulgatumquè eſt) diſponat teſtator & erit lex. §. diſponat in authen. de nup. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. legi autem ſtandum eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quib. glo. in l. ſi non fuerint. in §. Ariſto. ff. pro ſocio. ergo & uerbis teſtatoris diſponentis. & ad idem facit etiam text. in authen. de iureiur. à mor præſti. in prin. & in l. ex facto. in §. rerum. ff. de here. inſti. ibi, & totum quidem uoluntas teſtatoris facit, quæ ex uerbis colligitur, quoniã ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. l. Labeo. §. idem iubero. ff. de ſup. lega. & hoc eſt quod dicebat Bald. quod uerba teſtatorum magnum habent pondus, ſemperq; ponderanda ſunt conſi. cxxij. ad finem uolum. j. & alibi quod eorum uoluntati parendũ eſt conſi. clxxxiii. col. ulti. uolu. v.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia uerbis enunciatiuis, non diſponentibus, haud eſt ſtandum. l. ex hac ſcriptura & ibi Bar. plene ff. de dona. l. uerba teſtamenti, infra de teſta. Bal. in l. ex his uerbis. col. i. C. de mil. teſta. Ancha. conſi. lxxxij. col. iii. ad fin. & maxime ubi ueritas eſt in contrarium. l. titia cum teſtamento. §. Caius. ff. de leg. ij. l. i. ad fi. C. de fal. cau. ad. uerum hic ſunt huiuſmodi, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum quia id uerum eſt in uerbis diſpoſitiuis, hic (ut diximus) ſunt enunciatiua, ergo. Ex quo tertium & quartum quoque tollũtur, uera adhuc ſi diſponant, non ſi enuncient, & niſi (ut diximus) contrarium oſtendatur. d. l. uerba, & aliis ut ſupra. l. cerdonem. ff. de ope. lib. & ſignanter Bal. in d. conſi. clxxxiiij. dicit parendum eſſe eiſdem, ſi uoluntas fuerit legitima. Non obſt. text. in authen. de iureiur. à mo. præſti. in princ. quia eo caſu teſtator iurat, & propter iuramentum quoque eidem credendum eſt, authen. quod obtinet. C. de proba. Ange. in d. l. ex his uerbis in lectu. peruſi. & ibi Iaſ. col. ii. infra de here. inſti. Barto. in d. l. ex hac ſcriptura nu. 6. Bald. in l. Titia. col. j. ff. de lega. ii. & nimirum quia iuramentum habet uim clauſulæ codicillaris, ut actus ualeat omni meliori modo quo ualere poteſt iuxta gloſſ. in l. cum pater in §. filius matrem. ff. de lega. ij. cogita tamen ſi de contrario conſtaret, qđ imò enunciarent ſimpliciter non autem diſponerent in teſtatoris peierantis odium.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod quando aliquod factum enunciatur, aliterq; ſe habeat quã teſtator dixerat, uerba enuntiatiua nihil operantur, ut hic. & declarat Iaſ. in dicta l. ex his uerbis, in viij. limita. C. de milit. teſtam.

Et qđ ſi moriens dixiſſet ſibi à ſeruo uim mortis illatam fuiſſe, eidem credendum non eſſet. l. ſi quis in graui. §. i. ff. ad Syllania. Bal. in c. i. in §. uaſalli ad fi. de pa. conſtan. in uſib. & in c. litteras nu. 4. de preſump.

Et quod uerba teſtatoris non officiunt ueritati, ut idem Bal. inquit in l. ſi inſtituta in §. i. ff. de peti. hæred. per illum. tex. ubi negatio eiuſdem te-

teſtatoris

ſtatoris filiationem non tollit.

Et quod uerba enunciatiua ſapiētia cauſam impulſiuam non diſponunt, ut hic, & ad differentiā eorum quæ ſapiunt finalem, quia tunc ſecus. l. unū ex familia. §. i. ff. de lega. ii. l. generali in prin. ff. de lega. ii. Bal. in d. l. uerba. infra de teſta.

Et quod denique probationem nō inducunt eorum quæ geſta eſſe dicuntur extra teſtamentū, ut inquit Bart. in l. cum proponebatur in princi. ff. de lega. ii. nimirum igitur ſi dicitur hic, quo minus hæredes inquirere poſsint nihil impedit. & habetur etiam in l. Aurelius. in §. fina. ff. de liber. legat. & in l. Lucius in §. primo. ff. de lega. tertio. Finis.

Ad exhibendum.

Imp. Alexander A. Syro.

SI CRIMINIS ALICVIVS reus ſeruus poſtulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non cęlari debet. PP. xi. kal. Decemb. Alexandro A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſeruus nō exhibeatur, quia actio ad exhibendum regulariter locum non habet ubi de crimine agitur. l. ſi liber homo. ff. ad exhib. l. iij. §. ſciendum. ff. eo. ſed hic ſeruus, reus criminis poſtulatur, ergo. & hoc eſt quod dicit tex. in l. ii. ff. eo. quod actio iſta inducta eſt maxime propter uendicationes, & quod exhibere eſt facere in publico poteſtatem, ut ei qui agit experiundi ſit copia.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ei qui agit noxali iudicio ut hic, cum non poſsit deſignare niſi ex præſentibus, æquum eſt familiam exhiberi ut noxium ſeruum agnoſcat. l. iii. §. ſi quis. ff. eo.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, quoniam ea omnia uera ſunt quando de crimine criminaliter ageretur, ſed hic agitur ciuiliter actione noxali. d. §. ſi quis. & quidem contra dominū qui actione noxali tenetur adhibita diſtructione Iur. Conſul. de qua in l. ſecunda. ff. de noxalib. actio. ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod de crimine criminaliter agi poteſt & ciuiliter. c. tuæ & ibi Bal. de procu. c. ſuper his de accuſatio. Barto. in l. infamen. col. ij. ff. de publ. iudic.

Et quod ſi quis habeat bannitum in domo uel alium criminaliter accuſatum, ipſum ad petitionem alicuius exhibere non tenetur, de quo tamē in l. requirendi. infra de ſer. fugi.

Et quod conſequens præſupponit neceſſariū antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procu. l. ij. ff. de iur. omn. iud. nanq; (ut dixi) agi non poſſet hic, ſi ſeruus non exhiberetur, ea de re (ut regu. ſonat) exhibendus à domino eſt omnimodo.

Et quod præparatoria neceſſario præmitti debent. l. ordinarii. C. de rei uend. l. incerti. C. de interdic. not. in rub. C. de eden. & ibi dixi late. in ij. iii. & iiij. lect. ſicuti. n. actio ad exhibendum præparatoria eſt rei uendicationis (ut in iuribus ſupra allega. Bar. in l. i. ad fi. C. de priua. del. (ita eſt hoc caſu noxalis actionis, quę (quanquam realis non ſit) eſt tamen in rem ſcripta. l. noxalis. l. bona fide. ff. de noxal. § omnis inſti. eo. not. in rub. ff. ſi cert. pet. ubi maxime Iaſ. col. ij. late.

Et quod denique occultari non debent, quæ neceſſario exhibenda ſunt, alias non exhibendo quis, teneretur ad intereſſe. l. iii. §. ſciendum præalleg. l. de eo. ff. ſi poſt. ff. ad exhib. Finis.

De religioſis, & ſumptibus funerum, & aleæ luſu, & aleatoribus.

Imp. Alexander A. Rimo.

LEGATO A DEFVNCTO tibi relicto, & quod in funus eius uel morbum erogaſſe te uiri boni arbitratu probaueris, præſes prouinciæ ſolui tibi iubebit. PP. v. Non. Iul. Maximo. ij. & Aeliano, Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod in funere uel morbo erogatum eſt peti non poſſe, quia donata hæc potius uidentur, propter legatum quoque eroganti factum, nanque donatio quędam dicitur, à defuncto relicta ab hærede præſtanda. l. legatum parua. ff. de lega. it. l. ſi uero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hęredita. ubi uulga. illud benefacienti benefaciamus, bonus tex. eſt ad idem etiam in l. i. in princip. ff. ſi quis à pa. fue. ma. & certe nullum officium eſt iuſtius, ac magis neceſſarium quam habere gratiam bene meritis, uoxq; iſta non ſolum eruditorum hominum eſt, ſed etiam naturæ, quæ mutuis officiis uoluit homines inter ſe deuinctos eſſe. hincq; aureum illud dictum homo homini Deus. l. ſeruus ea lege. ff. de ſerui. exportan. & quia etiam tacita quædā compenſatio facta uidetur. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. & ibi not. ff. ſol. mat.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia ea omnino in dubio erogata uidētur ut peterentur aliquando, ex quo nemo liberalis præſumitur, uelleque (ut aiunt uulgo) iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de proba. l. ſi cum aurum & ibi no. ff. de ſol. l. filiusfam. ff. de dona. pulchre & late Alexan. conſi. xviij. col. ij. uolum. iiij. Bart. in l. Iulianus. §. j. col. j. ff. de uerbo. obligatio.

Bald.

Bald.in l.generaliter. C.de non nume. pecu.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, quoniam ex his non ſunt uera quæ præmiſſus dicebantur, maxime cum legatum propter merita communiter factum præſumatur. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. l. fœminæ & ibi Bald. C. de ſecun. nupt. vſq; adeo ut alia remuneratione opus non fuerit, nec dicere poſsimus ea ratione in funus uel morbū teſtatoris, errogata fuiſſe. uel dic ad text. in d.§.idem Papinianus, quod eadem res donata & tradita liberto, ſi retradatur patrono, donata ſimiliter prꝑſumetur, nec repeti poterit, at nos in diuerſis rebus loquimur, horumq; omnium non eſt par ratio, nimirum igitur ſi e rogata peti poſſunt, & unum uerbum tetigit hic Pau. Caſt. & bene, ſic declarando tamen ut modo dictum eſt.

Non oblt. ſecundum quia id uerum eſt in debitore neceſſario, hic autem ſecus, in uoluntario ſcilicet, igitur male. l. creditorem. ff. de lega.ij. pulchre Bald. in d.§. ſi pater, ubi etiam differentiæ rationem aſsignat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ad ueritatem copulatiue requiritur concurſus utriuſq; copulati. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſti. c. quia propter de electio. Bart. in l.i.ff. de iuſtit. & iur. & ſic quod non modo legatum legatarius conſequatur, uerum etiam quod in funus uel morbum erogauit(ut ſupra defuncti teſtatoris.

Et quod cauendum eſt, quàm maximè ne inepte agatur qnandoquidem propoſitione actionis ineptę, libellus uicietur l.j. ff. de offic. aſſeſſ. l.prima. ff. ſi men. fal. mo. di. alias hæres hic, abſoluerēt ab obſeruatione iudicij, dixi ego multa in l. edita. C. de eden. & in c. ſignificantibus de libe. ob. & ideo(ut etiam glo. hic declarat & Odofr.) legatum per actionem ex teſtamento petetur. l. i. C. communia de lega. erogatum in funere autem ea actione, funeraria ſcilicet. l. at ſi quis. ff. de religio. & denique in teſtatore curando, neg. geſtorum. l. quod in uxorem ſupra de nego. geſt.

Et quod legatario iſtud ipſum aſſerenti, ſe ſcilicet in funere, & in curando teſtatore aliquid impendiſſe non creditur, niſi probet. l. ei qui. ff. de proba. l. actor quod aſſeuerat. C. eo. l. qui accuſaſare. C. de eden. & notiſsimi iuris eſt.

Et qđ boni uiri arbitratu, erogaſſe iūc q̃s dr̄ in teſtõris funus, uel morbū ipſius quādo nō ſecus egiſſet ac ſi fuiſſet pater uel filius uel qui uis alius conſanguineus ſuus (quod hic non declarant docto.) & probatur pulchre in l. i. in §. cauere. ff. uſuf. quemadmo. caue.

Et quod denique uerbum iubere imperantis eſt, neceſsitatemq; importat. l. ſecunda. & ibi dixi. C. de edendo. l. etiam. C. quod cum eo. l. ſi tibi. C. loca. l.j. ff. quod iuſſu. Finis.

Imp. Gordianus A. Claudio.

STATVAS SEPVLCRO SVper imponere, uel monumēto, quod à te extructum profiteris, ornamenta, quæ putas, ſuperaddere non prohiberis, cum iure ſuo eorum, quæ minus prohibita ſunt, unicuique facultas libera non denegetur. PP. iii. kalen. Auguſt. Gordiano. A. ij. Pompeiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod ſtatuas uel alia ornamenta ſepulchro quis ſuper imponere non poſsit, quia ſi in conceſsione loci, ubi monumētum extructum eſt, nihil dictum fuit, haud æque conuenit, ut imponantur, argumentum in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. ob. & in l.iij. in §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. & in l. ſi ſeruum in §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi uero. in §. de uiro, ibi & hoc labeo quaſi omiſſum annotat. ff. ſol. mat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (et etiam tex. met. dicit) quia unicuique conceſſum eſſe intelligitur, quod lege prohibitum non inuenitur & bene. l. nec non §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. uen. l. l. ab ea parte. ff. de proba. & quia regulariter etiam poteſt quis in ſuo facere quicquid uult, dummodo alium non lædat. l. proculus. ff. de dam. infe. & diximus alibi ſatis.

Ad oppoſita reſpondetur nihil prorſus facere, quoniam eſto quod in conceſsione nihil dictum fuerit, ipſo iure tamen ſubintelligitur. l.i.§. interdictum. ff. de mor. infe. tradit hic Pau. Caſt. & rurſum bene, & eſt ultra eum argum. in l.ii. ff. de iuriſd. om. iud. imo ut dicit ibi tex id eſt in d. §. interdictum, quod intereſſe religionis eſt monumēta extrui & exornari. & propterea maximè mirandum eſt, quod Ven. fratres D. Io. in Viridario, locum conceſſerint hæredibus Paſini olim medici præſtantiſsimi, extruēdi monumentū in eccleſia ſua, nec ipſum tamen ex toto permittant, ſtatua. d. defuncti exornari. contra iſtum tex. & tex. in d.§. interdictum, uſq; adeo ut legum tranſgreſſores ſic eſſe uideantur.

Præſtatq; nobis hæc pulcherrima lex argumētum ad multa, & maxime ad id quod ſtatuarum uſus inuentus eſt, ut ſint locorum ornamentum, & ut ſic uitæ breuitas, poſteritatis memoria conſoletur, inque eorum recordationē amplius quorum gratia monumentis imponuntur. l. ſi quando. C. de ſtat. & imagi.

Et qđ ſtatuarum quædam pariles ſunt, quædam magnæ; & quędam maximè. pariles exiguntur bene meritis, de quibus hic, magnę, regibus & imperatoribus maximè uero, Deo maximo.

Et quod maiorum imagines(ſtantibus his quę

hic

hic dicuntur) ut non uidere fixas, aut reuulſas uideri, ſatis lugubre eſt. l. lex quæ tutores. §. nec uerò. C. de admi. tu. ubi in materia not. tex.

Et qđ quiſq; in re ſua (uulgatumq; dictũ eſt) moderator & arbiter eſſe debet. l. in re mandata. C. man. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæred. vſq; adeò & ut ſufficiat pro ratione uoluntas. l. quia poterat. ff. ad Treb. Corn. conſ. ccxcviij. col. iij. uol. iij. Bal. in c. clerici. ad fi. de uit. & hon. cle. ubi dicit amplius ad idem, quod de uoluntariis ſe non intromittit lex. & eſt argumẽtum in l. j. C. de ſacroſan. ec. & in l. non uſq; adeò. ff. ſi quis à par. fue. ma. & in l. alius. C. de ſerui. & in l. loci corpus. in §. competit. ff. ſi ſer. uend.

Et quod deniq;, ſi permittatur genus (ut hic) ẽt ſpecies permitti uidetur, niſi reperiatur prohibita. l. j. ff. de teſti. l. ex ea parte, ff. de prob. d. §. quod eis. Bal. pulchrè conſ. ccccxxxviij. col. iiij. uol. iij. & hoc eſt quod dicebat quoq; Cald. quod in abſolutè permiſſoriis, haud prohibitum, ſemper intelligitur permiſſum, conſ. vj. de electio. & benè. c. conſuluiſti. ij. q. v. c. ij. de tranſa. c. ad quæſtiones. de rerum permu. c. cum apud. de ſponſal. & ut per eum latius. Et quod ſtatuæ benemeritis erigantur (ut dictum eſt ſupra) & ad perpetuã bene geſtarum rerum gloriam decernantur, liquet ex eo, quia ſic ſtatuã Catoni Vticenſi, erexit Cæſar, utpotè Ciui ro. immortalitati donato. Et Catonis Priſci Cenſorini, in Senatu poſita eſt, ut ciues Ro. exemplar, tam ſancti tamq; innocentis uiri contemplarentur. his inſcripta literis. REM RO. iam in deterius lapſam, Cato cenſor pulcherrimis præceptis ad priſtinum reſtituit decorem. Et in premiũ Horatio Cocliti, qui ſublicio ponti, ueluti clypeo opem tulit contra Porſennã, ne Tarquinus ſuperbus eiectus, in regnum priſtinum (ut ſperabat) mitteretur, eoq; in loco hoc eſt in campo Martio, in quo Magiſtratus creari ſolebant. Et Alexandro Macedoniæ Regi Gadibus in templo Herculis, qua viſa Iulius Cæſar non ſolum exarſit, uerum etiam ad ſummam rerum accenſus eſt. Et cum religionis interſit, Statuis monumenta exornari, d. §. interdictum, eiſdem quoque religio quædam ineſſe uidebitur. l. quæ religioſis. ff. de rei uendi. Paul. Caſtren. in l. ſi ſepulchrum. ſupra eodem. ex quo fit ut olim quoque ob id eſſent tuti ſontes, ad eas confugientes. l. ſecunda. ff. de ſtat. homi. imò quod hoc idem Priſci admittebant etiã tametſi ſtatuæ haud eſſent in templis collocatæ, nanque Syrophanes Aegyptius, homo locuples, filio ſuperſtiti, ſimulachrum domi conſtituit ad quod familiares confugerent, ut domini iracundiam furoremque uitarentur, ut eo modo ueniam conſecuti, filij ſimulachrum floribus ac coronis aliiſque rebus ornarent. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Victorino.

MORTVORVM RELIQVIAS ne ſanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatẽ condi iampridem vetitum eſt. PP. iij. kal. octobr. ipſis iv. & iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod intra ciuitatem corpora ſepeliantur, quia uidetur caſus clarus in l. iij. in §. diuus. ff. de ſepul. uio. ubi ad literam dicitur, corpora in ciuitate ſepeliri poſſe permiſſum eſſe. & ita de conſuetudine ſeruari etiam uidemus quæ eſt legum interpres optima, & minimè mutanda quę longam interpretationem habuerunt. l. minimè. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. l. Imperatores. ad fin. ibi tolerabilia enim ſunt quæ uetus conſuetudo comprobat. ff. de pollic.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (ut in tex. dicitur) quia non debet ſanctum ius ciuitatum ſeu municipiorum pollui, idq́ue quod mundum eſt á rebus immũdis (ut ſunt mortuorum corpora) fœdari. quam ob rem diuus Adrianus reſcripſit aliàs pœnamq; ſtatuit xl. aureorum in eos qui in ciuitate ſepulchrum feciſſent, eamq; fiſco inferri. Et in magiſtratus, qui paſſi fuiſſent, & locum publicari amplius, & corpus inde transferri. in prę al. §. diuus.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia id uerũ eſt ſi lege municipali, ita caueatur, ut ibidem formaliter dicit tex. uel ſi de cõſuetudine ſeruetur cõtrariũ, quæ legem Adriani tunc tollere uidetur, ut ibidem adhuc not. ex quo ſecundum quoq; ſublatum erit quod hodie maximè procedit & non olim ut tex. loquitur hic, inq; illis uerbis. iam pridem uetitum eſt, habentibus relationem ad tex. in d. §. diuus. argumentum in l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. & in l. ij. ff. de fi. inſtru. & in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edẽ.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè quod reliquiæ mortuorũ, ſunt corpora ſeu cadauera, ut etiam dicitur in l. j. ſupra eo. ibi reliquiæ filij tui. Et in Nerone Sueto. c. 50. ibi reliquias gentili Domitiorum monumento condiderunt. Cuius etiam (licet ad aliud) infra in l. ſeq. mẽtio facta eſt. & nimirum Papiæ mandauit Caio Sacus celeberrimus ſui temporis Iur. Con. (ut in libello de uiris illuſtr. diximus) monumento ſuo hoc tantum inſcribi. *Catonis reliquum*. Vidimuſq; etiam & legimus.

Et quod ciuitatum ac municipiorum muri, & portæ, ſancti, ſanctæq; dicuntur, ut in l. ſanctum. ff. de rer. diui. & in §. ſanctæ. inſti. eod. & ideo inquit Bal. alibi in l. etiam. col. v. C. de execu. rei iudi. quod non poſſent in tenutam capi, quem refert & ſequitur Bellenzi. in tracta. de charita. ſub ſid. q. lxxxviij. col. j. inq; lege xij. tab. ſic cautũ erat. Mœnia ſacroſancta ſunto. hoc eſt (ut dicebat Ennius)

nius) religione quadam colenda. Vel & aliter ut in d.l.ſanctum.& in præalleg.§.ſanctæ not.

Et quod uetitum erat corpora in municipiis ſepeliri, adhuc cautum lege duodecim tabularũ, his uerbis, in urbe ne ſepelito, ne urito, ne facito rogum, aſcia ne polito, uon modo, quia ius ſanctum pollui non debet, uerum etiam ne ex cadaueribus habitatores inficerentur.& quia res ſancta ut ſupra uſibus priuatorum deputari non debet ut inquit Albe.in l. nemo. prima. ſupra de ſacroſanct.eccleſ.humoq; quaſi terræ matri redderentur unde poſtea humati dicebantur, & poſthumi hinc, poſt humum patris nati.l. iij. ff. de iniuſt.rup.irritoq; teſt.& ad propoſitum Cic. in familia. ſic. ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent impetrare nõ potui, quod religione ſe impediri dicerent, neq; tñ id antea cuiquam conceſſerant, quod proximum fuit ut in quo uellemus Gymnaſio eum ſepeliremus nobis permiſerunt.nos in nobiliſsimo orbis terrarum Gymnaſio Academiæ locum delegimus, ibique cum (hic fuit M.Marcellus, à P. Magio Chilone familiari ſuo pugione percuſſus) combuſsimus. quid? quod præcipiebat etiam Plato, de legibus ſepulchra fieri in agro infœcundo, & inutili, ne uiuentibus noceret.

Et quod quanquam exſolerit diui Adria. edictum, & xij.tab.lex, conſuetudineq; fuerint ſublata, non tamen eorum auctoritas ſpernenda contemnendaq́, eſt, ſed ſcrutanda potius argumentum. inſti.de teſta.in prin.Odof.in l.j.in prin. ff. quod met.cau.Bal.in §. quibus. col. ij. in prima Cod.conſti.Spec.in §.ſequitur.in prin. de teſta. & ad idem eſt bonus tex.in l.illa inſtitutio.ff. de hæ.inſti.ibi ſatis conſtanter ueteres decreuerunt & in l.qui non militabat.in §.j.ff.eo.& in l.fin.ff. de cond.fur.& in l.ij.in prin.C.de inutil. ſtipul. & in l.teſtamenta.C.de teſta.& in l.ſcimus. in §. & hæc quidem. C.de iur.delib.& in §.illud ibi ueneranda uetuſtatis auctoritas, in auth.de appell.

Et quod ϖαλαιοφολυ eſſe debeamus, id eſt antiquitatis ſcrutatores & imitatores, exemplo admoniti fuimus pulcherrimo Senatorũ olim, qui Calceis lunatis utebantur, hoc eſt Lunæ imagine inſignitis, ad repreſentandam (ut alibi inquit Ci.) uetuſtatis originem.ab Euandro Arcadibusq́ue, qui ſe ante lunam fuiſſe prædicabant.

Et quod deniq; poſteriora derogant prioribus.l.pacta nouiſsima.C. de pac. generaleq́; eſt ut declarat Bal.in l.ij.ad fi.C.de ſuc. edic. & Iaſ. latius in l.ſi quis ante.col.iiij.ff.de acq.po.Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA.
& C C. Dionyſio.

IVS SEPVLCHRI TAM familiaris, quàm hęreditarii, ad extraneos etiam hæredes: familiaris autem ad familiam, etiã ſi nullus ex ea hæres ſit, non etiam ad alium quenquam, qui non eſt hęres, pertinere poteſt. S.iii.id. Nouemb. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad primũ dictũ, quod hæres, ſcilicet in ſepulchro hæreditario, ſepeliri nõ poſsit, quia ad literã alibi hoc dicit tex.in l.iii in §.ſi quis.ff.de ſep.uiol. ubi ſi qs in ſepulchrũ hæreditariũ inferat mortuũ, quãuis hęredẽ, tenebitur ſepulchri uiolati actione.Item exhęredati nõ ſunt hęredes.l.inte cætera.ff.de libe.& poſthu.& tñ inferuntur.l.uel quę in fi.prin. ff.de rel.& ſump. fun. Et quo ad ſecundũ, ꝙ qui de familia eſt ſi nõ ſit hęres, nõ poterit in ſepulchro familiari inferri, qm̃ libertus eſt de familia. l.fi.C.de uer.ſig.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.eo. & tamen excluditur.d.l.uel quę.§.liberti.ff.de relig.& ſump.fune.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi ſepulchrum conſtituit quis ſibi & hæredibus ſuis, æquè cõuenit ẽt ut in eo hæres inferatur, nec inferẽs poſsit prohiberi.& ita dico ẽt quo ad familiare, ut ꝓbatur in l.familiaria ſepulchra, & ſeq.ff.de relig. & ſump. fu. Gentileq́; aliàs à ueteribus uocatur. & ſic Sueto.in Nero.ait c.50.Reliquias Egloge & Alexãdria nutrices cũ Acte concubina, gentili Domitiorum monumento condiderunt.

Ad oppóſita reſpondetur colorata eſſe, ſiue fucata nõ uera, nãq; primũ procedit, quia eo caſu cõtra uoluntatẽ teſtõris intulerat ut expreſſè dicit tex.ibi ſi fortè cõtra teſtõris uoluntatẽ intulit ergo nõ regulariter.d.l. familiaria. & hic.non ẽt ob.ſecundũ, quia id humanitatis gr̃a cõceſsũ eſt, ut ibi tex.dicit.arg.in l.quidã æſtimauerunt.ff.li cer.pe.& in l.proxime.ff.de his quę in teſt.del.& in l.humanitatis.C.de imp.& al.ſub.pulchrè Io. And.in c.ii.in prin.ut lite pen.in vj. Vltimumq́; breuiter uerũ eſt, qñ nomen ſeu uerbũ familię, ad perſonas refertur.l.monumẽtorũ. ſupra eo. ſi ad res aũt ſic, & ita declarat tex.niet in d.l.fi.nõ ab re eſt igitur ſi excluditur, nec inferri poſſunt, quia nõ ſunt de familia, id eſt de agnatione defuncti. & ita debet reſolui oppo.glo.non aliter reſpondentis in d.§.liberti.l.monumentorum.ſupra eo.

Pręſtatq́; nobis hæc lex arg.ad multa, & maximè, quod nomina debent eſſe conſona rebus. §. eſt aliud genus, inſti.de dona.quodq; oportet rębus de quibus loquimur cognatos eſſę ſermones, id eſt familiares & conſonantes ut inquit Philoſophus Ethico.i.& Bal.in l.fi.col.vii.C. de hęre. inſti.nanq; (ut diximus) ſepulchra hæreditaria dicuntur, quia pro ſe & hæredibus conſtituuntur, & ſic familiaria, pro ſe ſcilicet & qui de familia erunt prællega. l. familiaria. l. ius familiarum. ſupra eo.

Et quod ius ſepulchri non tranſit in fideicõmiſſariũ, quia nõ eſt propriè hr̃s.l.ſi filiusfa. §. i.

ibi

ibi effectu enim quodammodo hæres eſt. ff. quod cum eo. Bald. in l. ſcimus. in §. cum autem. C. de inoffi. teſta. de quo tamen aliàs latè Alexan. in l. quanuis. in §. nihil. ff. ad Treb.

Et quod ſummopere laudandi ſunt qui non ſolum ſibi ſed & hæredibus ſuis proſpiciũt. & lõge magis qui familiæ, ut hic, & in l. ſi pactum. ff. de proba. & in l. tale pactum, in §. fi. ff. de pac.

Et quod hæredis mentione facta comprehenduntur etiam extranei in infinitum. d. l. ſi pactũ. l. fi. C. de hær. inſti. l. uiam ueritatis. C. loca. Bald. conſ. cxiiij. col. j. uol. j.

Et quod deniq; ſpurij non dicuntur nobiles neq; de familia nobilium, quia proueniunt à ſanguine putrefacto, inquit Bal. in c. innotuit. nu. 15. de electio. Bar. & alij. in d. l. fi. C. de uer. ſig. & in l. tutelas. de cap. dimi. plenè Corn. conſil. clix. col. ij. & iij. uol. iii. uſq; adeò ut nec ius ſepulchrorum habeant. Eſt benè uerum (& notandum eſt) quod tenetur iniuriarum qui uocat aliquem ſpurium, ex quo non ipſe ſed progenitores ſui inculpãdi ſunt ea de re olim Iacobus à Carraria à Gulielmo filio ſuo ſpurio fuit interfectus, quippè ꝙ ipſum pater, cum milite neſcio quodam (ut aiunt) contendẽtẽ uerbis, quaſi probro ſpuriũ appellarat. Finis.

De rebus creditis, & iureiurando.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Maximę.

SI AD EXCLVDENDAM tutelę actionem pupillus iuſiurandum tutori detulerit. poſtea eãdem litem exercere non prohibetur. PP. Kal. Iuliis ipſis iiii. & iii. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillus cauſam ſiue litem amplius exercere non poſsit, ex quo iureiurando conſenſu utriuſq; partis delato ſemel deciſa, ſic retractaretur, quod tamen nõ eſt admittendum. l. j. ſupra eo. arg. in l. cauſas. ſupra de tranſa. & quia uulgatum eſt dictum, ꝙ ſemel placuit, amplius diſplicere non poſſe, ut in reg. ꝙ ſemel. de reg. iur. in vj. & in l. ſicut. C. de ac. & ob. cum ſimil. imò (& magis in terminis) dicit alibi tex. in l. non erit. in §. dato. ff. de iureiu. dato iureiurando non aliud quæritur, niſi an iuratum ſit. l. poſt rem. ff. de re iud. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. Soci. in l. ait prætor. in §. ſi minor. col. ii. ff. de iureiu.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia pupillus iuſiurandum deferre debet tutela durante, tutore auctore. l. iuſiurandum quod. §. i. ff. eo. hic autem abſq; eo delatũ eſt, quia in facto proprio auctorari non põt. l. i. l. pupillus in prin. ff. de aucto. tu. ergo perinde eſt ac ſi delatum non fuiſſet ergo non mirum ſi litem quoq; poterit exercere. & ut etiam hic per glo.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primũ, quia uerum eſt alio caſu, ſi auctore tutore ſcilicet delatũ ſit, & ſic eo modo quo debuit, hic aũt (ut diximus) ſine, ideò eo caſu retractari non poteſt nec hic exerceri. Non ſecundum quia dicta regu pariter uera eſt, prętérquã in pupillo hic, & generaliter dicit glo. ibi, in omnibus caſibus in quibus a lege uariatio permiſſa eſt, ſed hic permittitur ratione ſupra dicta, ergo. Ex quibus ultimum quoq; tollitur, adhuc uerum quando datum eſt ſeu delatũ ab eo qui deferre potuit ſed hic pupillus (ut dixi) non potuit. ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa, & maximè, quod pupillus præcipuum meretur fauorem l. ex pluribus. ad fi. ff. de admi. tu. l. pe. C. de pi. ſer. da. ma. l. ii. C. de neg. geſt. Alex. in l. ille à quo in §. ſi de teſtamento. in prin. ff. ad Treb. bonus tex. adhuc in l. Titius. in §. fi. ff. de excu. tut. & in l. pupillus. ad fi. ff. de acqui. hæ. & in l. proponebatur. ibi, Senatus enim conſultum pupillo ſubuenit. ff. de magiſtra. conue. dixi latiſsimè in tract. de pupilli fauoribus.

Et quod imputandus eſt tutor, qui paſſus eſt ſibi iuſiurandum ab eo deferri, qui nõ poterat, uſq; adeò ut ſtultus in culpa, ſapiens fiat in pœna, inquit alibi Bal. in c. niſi. nu. 2. de offi. leg. nãq; pœna quodammodo eſt quod iurauerit, & tamen liberatus non ſit. argu. in l. teſtamento Centurio. ff. de mi. teſta.

Et quod fieri non debet quod factũ non releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. ca. Bar. ſignanter in iuramẽto ut hic in l. ii. in §. quod obſeruari. col. i. C. de iu. cal. bonus tex. ĩ l. i. in prin. ff. de iur. deli. idem Bar. in l. ad probationem. in prin. C. de proba. Abb. in c. per tuas. col. ii. co. tit.

Et quod pupillus ſuã conditionẽ meliorẽ facere põt, ſine tutoris auctoritate, non deteriorẽ, & ideò hoc caſu ſemper ei ſubuenit lex ut hic, & in ſti. de auct. tu. in prin. & in l. contra iuris. in prin. ff. de pac. & eſt arg. in l. ignorãtis. & ſeq. ff. de pc.

Et quod deniq; nõ poterit quis ſeipſum à iuro abſoluere ex quo in facto proprio auctorari non põt, ut hic, & in d. l. i. ff. de aucto. tuto. & in cle. ſi una. de reb. eccle. non alie. plenè Ro. cõſ. cccxxv. col. iii. & eſt argumentum etiam in l. ille à quo. in §. tempeſtiuum. ff. ad Treb. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. protogeni.

IN ACTIONE ETIAM DEpoſiti, quæ ſuper rebus, quãuis ſine ſcriptis datis mouẽtur, iuſiurandum ad exemplum cæterorum bonæfidei iudiciorum deferri poteſt. S. v. kal. Decemb. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod iuſiurandum in actione depoſiti nõ deferatur, quia (ut ẽt dicit gloſſ. hic) eſt contractus admodum priuilegiatus, nanque eidem exceptio non numeratę pecuniæ obiici non poteſt, non etiam compenſatio l. in contractibus. §. illo. C. de non nu. pec. l. ſi. C. de compen. ergo nec etiam iuſiurandũ deferri. Et maximè quia regulariter non tenetur niſi de dolo & lata culpa. l. j. C. depo. l. j. §. ſi conueniat. ff. eod. & ſi ſibi deferatur iurare poſſet non teneri, ſiue nõ recepiſſe aliquam rem, & malè, quia ubi non conueniunt uerba legis, ibi nec lex locum habere uidetur. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infec. ergo nõ deferetur. & ultra glo. ẽt, quia tutus clypeo legis, iurare recuſat ut not. in l. manifeſtè. ff. de iureiu. & in l. admonendi. ff. eo. imputandusq́; eſt deponẽs amplius, cur non cautè depoſuerit. §. ſi quis igitur in auth. de fid. inſtru. eiq́; dici poterit ut dicitur alibi in l. inciuilem. C. de fur. Cura cautius negociari, ne in huiuſmodi damna incidas.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia regulariter in contractibus bonæfidei defertur. l. j. ſupra eo. neq; lege alicubi prohibitum eſt. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. ergo deferetur & hoc caſu quoq; quoniã depoſitum huiuſmodi eſt. §. actionum. inſti. de act.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia id fauore deponentis inductum eſt, ergo etiam quod depoſitario iuramentum deferri poſſit, quia fauores ſunt ampliandi odia uerò reſtringenda. c. odia, de reg. iur. in vj. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. Non ob. ſecundum, quia & id quoq; uerum eſt, ſi iuramẽtum ſibi delatum non ſit, ſed hoc non propterea tollit quod ſibi deferri non poſſit, imò quod eidem hoc ipſum maximè confert, & utile eſt, ex quo conſtituitur iudex in facto proprio iuxta not. in l. admonendi præalleg. ff. de iureiu. Non ultimum, quia nõ eſt uerum imò quod iurare cõpelletur, ex quo delatio iſtud præſupponit, nullaq́; cauſa eſt qua poſſit recuſari, ut in locis ad idem allega. legitur. & minus quod imputandus ſit qui de amico confiſus eſt, deq́; eo cuius fidei totum cõmiſſum eſt ut in l. j. ff. depo. maximè quia ſcriptura aliàs neceſſaria non eſt. l. contrahitur. ff. de pigno. glo. in c. j. de cenſi. in vj.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ubi non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, ibi per omnia idem ius ſtatui debet, ut idem ſcilicet dicamus in depoſito, quod in cæteris contractibus bonęfidei. uulga. l. à Titio. ff. de uer. ob. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ita. §. fin. ff. de fun. inſt. l. ij. C. per quas per. nob. acqui. l. ſi. in fin. C. ad leg. Fal. l. iij. in ſi. prin. ff. de iniuſt. rup. irritoq́; teſt. & hoc eſt quod dicit ẽt Bal. in l. illud. in i. lect. in prin. & per illum tex. imò ipſum ſic ſumendo, quod illi quos nectit paritas æquitatis, & rõnis identitas, non ſunt ſeparandi. & in l. pen. ff. de fideiuſſo. tut. quod ubi eadẽ eſt ratio rurſum, ibi idem debẽt eſſe beneficium iuris.

Et quod lex præſumitur fundata in diſpoſitione iuris cõis. l. i. ff. de reg. iur. not. in c. conſultationi. de temp. or. & in c. ex parte. de teſti. Bononiẽ. in rep. l. qui ſe patris. col. xiii. xiiii. & xx. C. unde lib. quia hic in depoſito iuramentum defertur, ut in aliis contractibus nec in eo eſt ſpeciale niſi in caſibus à iure expreſsis, ut in ſimili dicit glo. in c. ſuſceptum. de reſcrip. in vi. & in c. ſi diligenti. de reſcrip. & in c. i. de ſup. negli. præla. Inno. in c. cũ P. tabellio. de fid. inſt. quẽ refert & ſequitur Bal. conſ. cccexlvii. ad ſi. uol. v.

Et quod contractus ſiue actio, dr̃ eſſe bonæ fidei, qui enumeratus eſt, ſiue ennumerata in §. actionũ. inſti. de act. aliàs ſtricti iuris, quã cõſequẽtiã facit etiam glo. in l. in bonæfidei. ſupra eo. & in l. in actionibus. ff. de in lit iur. & ibi dixi.

Et quod ſcriptura regulariter non eſt de eſſentia cõtractus, maximè bonęfidei, inuenta ſolũ ut facilius probetur. l. contrahitur. ff. de pig. l. pactũ quod bona fide. ſupra de pact. Saly. in l. i. col. i. C. quæ ſit lõ. cõſu. Ang. in l. ſciẽdũ. in rep. col. iii. ff. de uerbo. obli. & facit illud de quo in Symb. Reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et dixi ego alibi ſatis.

Et quod deniq; in virtute conuenientia, debẽt ẽt cõuenire in effectu, ut ẽt dicitur in l. i. ff. de lega. i. Bal. in l. cũ mulier. col. xiii. & xiiii. ff. ſo. ma. quia ſi (ut dixi) depoſitũ eſt bonæfidei, in eo deferetur iur̃m, ex quo regulariter in cõtractibus quihmõdi ſunt deferri ẽt ſolet. nec abre dicit hic tex. ad exẽplũ cæterorũ bonæfidei deferri poſſe, ut in ſimili in l. liberto, in prin. ff. de neg. geſt. & i l. j. C. de præc. & ſal. int. & in l. incerti. C. de interd. & in l. ii. ff. de uen. inſpi. & in l. i. in §. nũc tractemus. ff. de tute. & ra. diſt. & in l. huius. ff. quod fal. tu. aut. & in l. ſi præſes. ff. de mag. conue. & in l. i. in prin. ff. de cu. fu. & in l. ſeruo. ff. ad Treb. & in l. i. C. de re. perm. & in l. iii. ff. de iniuſt. rup. & irritoq; teſta. & in l. quod dicitur ad ſi. ff. de mil. teſt. & in l. licet. in prin. ff. ſi quis omi. ca. teſt. & in l. ſi ſeruus pluriũ. in §. ſi quis ante. ff. de leg. i. & in l. ſed & ſi certos. ff. eod. titu. & in l. cum pater. in §. i. ff. de lega. ii. Bar. in l. ſi hæres. ff. de eo quod cert. loco. & ut etiam per gloſſ. in rubri. ff. ſi certum peta. in prin. Finis.

Si certum petatur.

Imp. Gordianus A. Sempronio.

LOS QVI OFFICIA ADminiſtrant, neque per ſe, neque per ſuppoſitas perſonas tempore officij ſui in prouincia fœnus agitare poſſe, ſæpè reſcriptum eſt. PP. viij. kal. Sept. Gordiano A. & Auiola. Coſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod poſsint officiales fœnus exercere, tempore officij, tex. clarus in l. præſidis (etiam in glo. hic allega.) ff. ſi cer. pe. ubi officiales præſidis prouinciæ, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt, cur diuerſum igitur hic? Et quia ſi accipere poſſunt, (ut ibidem dicitur) debent etiàm poſſe dare argumentum in l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. & in l. fi. ff. de leg. iij. not. in rub. ff. de acqui. poſ.

Contrarium tamen hic deciditur & in l. principalibus. ff. ſi cer. pe. & ratio deciſionis eſt, quia debent officio & adminiſtrationi uacare, non autem fœnori inhiare (ut aiunt) & lucro fœneraticio. & propter metum impreſsionis etiam. l. ſi per impreſsionem. ſupra de his quæ ui metuſúe cau. ſi. argumentum in l. j. ſi rector prouin.

Ad oppoſita reſpondetur ſecum ſolutionem afferre & nihil prorſus facere, nõ primũ, quia id in officiali perpetuo uerum eſt, non tẽporali ut hic. & differentię rõ eſt, (ut inquit Are. & benè in d. l. principalibus) ne hoc caſu perpetuo etiam eorum cõmercium impediatur, quod (ultra eum) foret abſurdum ualde uitandum omnimodo. l. nã abſurdum. ff. de bon. lib. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. l. ſed & ſi lege. §. fi. ff. de pet. hę. Non etiam ſecundum, quia accipiunt à non ſubditis, à ſubditis non, & clarè tex. ibi ad fi. loquitur vnde ſi accipere ab eis non poſſunt (& argumentum retorquebitur) conſequens etiã eſt ne dent.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime, qđ qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur ut in reg. qui facit per alium, de regul. iur. in vj. & in l. ita autem. in §. geſsiſſe. ff. de admi. tu. & in l. certè. in §. j. ff. de præ. & ideò nõ ab re dixit hic Imp. neq; per ſe neq; per ſuppoſitas perſonas fœnus agitare poſſe.

Et quod prohibitum ad tempus, poſt tempus, permiſſum eſſe uidetur. l. Imperator. ff. de poſtu. l. ſtatuliberum. §. Stichum. ff. de lega. j. ubi ego in collectan. ad propoſitum latè, & in d. l. Imperator. in lectu. & hinc dicebat Bal. in l. & ſi ſeuerior. in prin. C. ex quib. cau. infa. irro. quod Epiſcopus prohibitus ingredi eccleſiam per annum, poſt d. tempus ingredi poterit.

Et quod legi prohibitiuæ, pedemq; figenti, ut inquit glo. in l. ſi non fuerint. ff. pro ſo. acquieſcẽdum eſt. ſufficiatq; dicere ita uult lex ut inſti. quibus ex cau. ma. licet. & in §. furtiuè. de uſucap. eo. lib. & facit illud de quo in paſsio. Domini legem habemus, & ſecundum legem debet mori.

Et quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Deo & Mammone. Matth. iij. nec hic officium adminiſtrare præſes, & agitare fœnus, & eſt argumẽtum in l. nemo, ibi ne cum in utrunq; feſtinare neutrum bene peragat. C. de aſſeſſo. ubi glo. etiã uulgatum illud. Qui binos lepores una ſectabitur hora: vno quandoq;, quandoq; carebit utroque. Et facit aliud ſimile quia dicit quis, & benè, Duo negocia ſimul obire nequeo. Simul ſorbere & flare non poſſum. Rurſum.

Dum geminis ſedere uolo, utraq; excludor. verèq; pauci unum poſſunt, utrunq; uerò (ut inquit Hiero. aduerſus pelagianos ſcribens) nemo.

Et quod deniq; iure Codicis fœnus erat permiſſũ, ut ẽt habetur in l. eos. infra de uſu. diſsimulatione quadã tñ, & (ut alibi inquit Iuriſconſ. in l. iiij. ff. de manumiſsio.) cõniuẽtibus oculis, ut malum uitaretur, ſicuti ſunt furta, rapinæ, & ſimile quiddam, & declarat Bar. in l. cunctos populos. in v. oppo. C. de ſumma Tri. & fid. catho. & ibi dixi. aliàs non eſſet lex. c. erit autem lex iiij. d. l. j. & ij. ff. de legi. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. pactumeiæ.

NON VNDE ORIGINEM pecunia, quę mutuo datur, habeat: ſed qui cõtraxit, ſi ut propriam numerauit, in huiuſmodi obligationibus requiritur. S. v. Non. Octobr. Sirmij AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod de origine pecuniæ quæratur, quia regulare eſt ut ſpectetur ſemper. l. iij. C. ad Maced. l. ſi procurator. ff. man. l. clam poſsidere. ff. de acqui. poſ. l. cum filius. §. hęres. ff. de leg. ij. glo. in l. ex omnibus. C. de decur. lib. x. & hinc dicebat Philoſophus, quid uerè cognoſci non poſſe, niſi per reductionem ad prima principia, uſq; adeò ſi repetatur mutuũ hic ut exceptio turpis quęſtus opponi poſsit, arg. in l. quintus. ff. de dona. int. uir. & vxo. & in l. etiam. C. eo. Areti. conſ. xxxj. col. ij. & iij. Bal. in l. cum oportet. col. iiij. C. de boniſq; lib.

Contrariũ tñ hic deciditur & rõ deciſionis eſt, quia mutuũ dř, ex quo fit de meo tuũ. l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. pe. no. in l. ſingularia. ff. eo. quo fit ut mirũ non ſit, ſi nõ de crimine quęratur, deq; pecunię origine, ſed an fuerit numerãtis, nec hꝫ dubiũ.

Ad oppoſita rñdetur, friuola eſſe, & nihil facere, nõ primũ, quia fallit regula hoc caſu propter mutuũ, in quo quęritur an pecunia propria ſit mutuãtis, in hocq; cõtractus ſubſtãtia cõſiſtit, igitur eiuſdẽ pecunię origo minimè attẽdi, inſpiciq; aut ſerutari debebit argmen. in l. j. in §. beſtias. ff. de poſtu. & in l. ſi eadem. ff. de offi. aſſeſſ. nec conſequenter obiici exceptio turpis quæſtus. Non ſecundum, quia id ẽt eſt uerum, ut cognoſcatur ueritas, at hic ſatis cognoſcitur, mutuum eſſe ſi (ut dixi) pecunia propria fuerit mutuantis, ſeu numerantis, ergo ad originem non recurremus. & facit etiam quod habetur in l. qui uas. in §. fi. ff. de fur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum, ad multa & maximè quod in cõtractibus ſemper ſubſtãtialia attenduntur, uſq; adeò ſi eiſdẽ caruerint, ut non ualeant. l. pacta conuenta. C. de pact. l. cum precario. ff. de pollicita. l. ubi ita donatur. ff. de donatio. cauſa mor. Cyn. in l. ſecunda. in iij. q.

C.de iur.emphy.Bar.in l.pactum.ad fi.ff. de pac. & hoc eſt quod dicebat Barba. in c.j. col. vij. de proba.quod nulla poteſtas diſponere poteſt contra ſubſtantialia contractus.

Et quod in credito mutui ratione dominium & proprietas deſideratur, quia aliàs (ut dictum fuit) non eſſet mutuum, ex quo oportet ut fiat de meo tuum.d.§.appellata.hoc idemq; Græci ἐτύμο λογιαν uocant, veriloquium Cice. Ariſtotel. uerò συμβολον.

Et quod ex duabus cauſis,immediata & remota,illa potius quàm iſta debet attendi.l. metum, §.ſed licet.& ibi Bal.ff.quod me.cau.l.ſocium. ff. pro ſoc.Deci.in auth.præterea.num.12.C. unde uir & uxor.ſed hic pecunia mutuo dat quæ erat mutuum, non habito reſpectu ad ipſius pecuniæ originem,quo modo ſcilicet acquiſita fuerit.

Et quod quanquam pecuniæ uerbum largum ſit,imò largiſſimum & pro omni re mutuabili capiatur,ſiue conſiſtente pondere,numero, & menſura,ut dicit glo.in l.ij.præallega.in §.creditum. ff.ſi cer.pet.attamen hic propriè capi debet quia additum uerbum eſt numerauit. l. quominus. ff. de flum.Bar.in l.apud aufidium.ff.de ope.le.Bal. in c.licet.col.ij.de teſti.

Et quod denique ſi accidens ſit natura potentius,id debet attendi, ut hic & in l. j. in §. beſtias. ff.de poſtu.præalleg. Vbi ſi leo exarmatus ſit non ſecus ac Tyberij Draco,attenditur, non quod bellua ſit,eoq; caſu edictum de quo ibi ceſſat, ubi et Pau.Caſt.& alij. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.AA. & CC. Frontoni.

CVM QVI MVTVAM SVMpſit pecuniam, licet in res alienas: creditore non contemplatione domini rerum eam fœnori dante. principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet S. xvij. kal.Nouemb.Nicomediæ CC.Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quod non qui mutuam accepit pecuniam creditori ſit obligatus, ſed is cuius nomine accepit, & in cuius rem accipiendo impendit,caſus eſt ad literam in l.ſi pupilli.in §.j.ff.de neg.geſt. ibi aduerſus eū cū quo cōtraxi nullam actionem habeo. Et dictat et ratio quia qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur. vt in regu. qui facit.de reg.iur.in vj. & in l. certè.in §.j.ff.de præca.& in l.ita autem.in §.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.j.§.ſi conueniat.ff. depo. l.legem.C.de pac.l.contractus.ff.de reg.iur.Sed hic creditor mutuans accipientem uoluit obligari ſibi tantum, ipſumq; habere obligatum, ergo non eum cuius nomine accipiebat pecuniam, & in cuius rem uerſa fuerat.

Ad oppoſita reſpondetur parū obſtare, nō primum,quia uerum eſt,ex quo dederat procuratori mutuam pecuniā cōtēplatione domini, quo caſu non mirum eſt ſi aduerſus eum cū quo cōtraxit,nullā habet actionem,quia noluit eū ſibi obligari,ut uoluit hic,eſtq; argu. in l. in hoc iudicio. ff.cōi diu.ex quo tollitur et ſecundū,quod adhuc procedit, dicto caſu, ſi creditor ſcilicet illi cuius nomine quis accipiebat,credere intendebat, non mutuo dare accipienti,& ipſum ſibi obligare.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod propoſitum in mente retentum,nihil operatur.l.ſi repetendi.C.de condi.ob cau.c.lite raturā.de uoto. nanq; (ut et inquit Bal.hic) qui contrahit nomine proprio obligatur, tamet ſi gerat in animo id quod accipit in utilitatem alterius conuertere.

Et quod à uerbis contractus & forma non eſt recedendum,ex quo contrahens,quiq; pecuniam accipit,imputandus eſt ſi nolebat obligari, cur legem apertius non dixerit argu.in l.ueteribus. ff. de pac.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulatione.ff.de uerbo.obl.Alex.conſ.xij.col.iij.uol.ij.

Et quod ſemper quis ſuo nomine contrahere uidetur.l.& magis.ff.de ſol.Bar.in l.liberto.in §. pater.ff.de an.le.& in l.mater.col.ij. C. de rei uē. ut hic accipiēs,maximè quia in perſonam ipſius contracta eſt obligatio,conceptaq; uerba contractus, & animus dantis non alius & ad idem quod alia perſona extrinſecus nō intelligitur.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.de uerb. obli. Bal.in l.ſi patruus.col.ij.C.communia ut.iud.

Et quod inſtrumentum indemnitatis factum inter obligatū & aliū,nō præiudicat creditori, ut idē Bal.inquit hic,nihil allegat, adde tu beneficere uulga.illud,res inter alios acta tertio nō prodeſt neq; præiudicat l.j.& toto titu.C.res int. ali. ac.l.ſæpē.ff.de re iudi.& eſt tex.in auth.de duob. re.in prin.& quia forma contractus à reo mutari non poteſt, eſtq; ratio quam poſtea aſsignat idē Bal.in l.debitorum pactionibus.ad fi. C. de pact. & argumentum ultra eū in l.ſicut.C. de actio. & obl.& in reg.quod ſemel.de reg.iur. in vj.

Et quod denique non cogitur creditor accipere alium debitorem quàm eum qui ſibi obligatus eſt.l.ſi mandato meo.§.j.ff.manda. argumentum in l.ij.in §.mutui datio.ff.ſi cer.peta.Alex.in l.ij. col.j.ff.ſol.mat. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. &,CC. Hadriano.

MVTVAE PECVNIAE quā aliis dedit,creditor,citra ſolēnitatem verborū ſubſcribentem

bentem inſtrumento, non habet obligatum. ſine A A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſubſcriptio noceat ſubſcribenti, quia uidetur caſus clarus in l. fideiuſſor in §. pater. ff. de pigno. etiã hic in glo. allega. ubi qui ſubſcribit contractui obligatur. & quia ſubſcribens omnia approbare uidetur. l. tribunus. §. fi. ff. de milita. teſta. Bald. conſi. clxxv. col. ij. uolu. j. & affirmare quæ ſupra ſcripta ſunt. l. ſi ego. §. dotis de iu. dot. ff. plene Alex. conſil. cxlvii. col. ij. uol. ii. bonus tex. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. griſogonus. ff. de uerb. obli.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia ſi à teſte ſubſcripto facta fuit, nõ æque conuenit ut obligetur, quia officium ſuum ſic ſibi damnoſum foret & male, diceretq; uulgatum illud. *Heu patior telis uulnera facta meis*. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. app. l. ſi ſeruus. §. idque euidentius. ff. de fur. l. uidelicet. ff. ex quib. cau. ma. Bar. in l. iii. in §. i. nu. 6. ff. quod quiſq; iur. Bald. Marga. depoſitarius. nũ. 2. & quod actus agentium non operatur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. cum igitur ſe ſubſcripſerit ut teſtis, non debet ut contrahens obligari, ex quo etiam inducta ad unum effectum haud debent alium ſanè operari. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. l. quod fauore cum ſimilibus. C. de legib.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, imo quod ſecum ſolutionem ex his afferre uidentur, nanque primum uerum eſt, quia filius emãcipatus conſentiebat patri mutuo pecuniam accipienti, & obliganti domum ipſius filii, quo caſu cum hypotecæ conſenſum accomodauerit ſubſcribendo utique etiam tenebitur & erit obligatus, & non ut teſtis ſubſcripſiſſe uidebitur. Et ſecundum pariter uerius, quando à contrahentibus ſubſcriptio facta eſt, quo caſu iura ſupra allega. & auctoritates ad idẽ intelliguntur. l. ſcripturas, infra qui pot. in pi. hab. ergo non quando ab alio, qui ut teſtis ſe ſubſcribat ut hic & in l. nimia ubi glo. infra de act. & ob.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime, quod in dubio non uidetur quis habere animum ſe obligandi, ex quo omnis obligatio eſt odioſa. l. ſi id quod. ff. de reſcind. uen. & præſertim cum nitatur aliquo ſubiecto, à quo ẽt qualificatur ut inquit Bal. extra de pac. in rub. nu. 6. quod non eſt hic.

Et quod ſubſcriptio quædam probatiua eſt, quędam uero perfectiua & ſubſtantifica, illa non obligat ſubſcribentem, iſta autem ſic, ut ſupra, & in dicto §. pater. & in dicto §. dotis, & in dicto §. griſogonus.

Et quod pater non erit obligatus, neque tenebitur reddere rationem adminiſtrationis ſi ut pater & iure patris adminiſtrauerit, alias autem ſic ſi ut tutor extraneus argumentum. in l. ſi paterfamil. ff. de adopt. Bald. in l. ſi is qui in princip. ff. de tut. & cu. dat. ab his.

Et quod uulgatum illud uerificari his poſſe uidetur, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatu de quo in l. tutori. C. de nego. geſt. & hic pariter, quod quis ſe ut teſtis ſubſcribat ad effectum (ut diximus) probationis abſque eo etiam quod obligetur. & in ſimili Bar. in l. quid ergo, in §. pœna grauior. col. iii. ff. de his qui not. infa.

Et quod denique ſi fiſcus contrahat ut priuatus ſeruatur ius cõe, & non priuilegiũ auguſtale. l. edicto. C. ſi aduer. fiſ. Bal. conſi. cclii. col. iii. uolu. i. uſque adeo ut nec obligetur pariter his ſubſcribens, quia ſe ſubſcripſit ut teſtis, & non ut cõtrahens, uel alius. unde cum filium conſulem habuiſſet obuiam pariter Q. Fab. maximus, ut conſuli priuatus, non ut pater, Fabius ex equo deſcendit, dequenia deceſsit, ut par erat. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Charidemo.

NON ADVERSVS TE CREditores, qui mutuam ſumpſiſti pecuniam, ſed eius, cui hãc credideras, hæredes experiri, cõtra iuris formam euidenter poſtulas. S. V. kalen. Decemb. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod debitor audiendus ſit, ſi dicat creditori ut debitorem ſuũ conueniat, uel eius hæredem, quia quod uni prodeſt & alteri non nocet denegari non debet. l. in creditore. ff. de euictio. l. mulier iuncta glo. ff. qui po. in pi. hab. Bald. in conſi. cix. in princ. col. ii. in princ. ff. ſolu. mat. ſicuti enim malignus eſt, qui fontem obtegit ſcatentem, aut prohibet ſolis radios, aut lumen de ſuo lumine accendere recuſat, aut uiam oſtendere grauatur, ita pariter inhumanus erit & impius, qui citra ullum incommodum ſuum non uult aliis prodeſſe, uerum hic creditori non nocet debitorem debitoris conuenire, uel eius hæredem, ipſi autem debitori prodeſt, quia liberatur, ergo denegari non debet. & maximè quia ſatis eſt quod creditum ſuum conſequatur, nec refert â quo, plus ab uno quàm ab alio, argumentum in l. iij. C. de inſtitu. & in l. fin. in §. ſi. ff. manda.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia perſonalis actio ſemper datur contra accipientem uel eius ſucceſſorem uniuerſalem, ergo non contra alium uel ſucceſſorem ſingularem. in l. j. in §. ſi hæres. ff. ad Treb. l. quotiẽs infra de hære. inſti. l. aduerſus de actio. & oblig. l. fin. §. Titius. ff. de contrahen. empt. Areti. conſi. ciiij. col. iiij. & conſi. cxvi. col. j. Alex. conſi. xcij. col. iii. uol. i. Barto. in d. l. frater à fratre. col. viij. de cond. inde. nec ad idem creditor compelli põt, imo ſi hoc petat debitor, (ut inquit tex.) cõtra iuris formã petit, d. §. ſi hæres cũ aliis ut ſupra.

Ad

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere non primum quia uera eſt regula, ſed non hic quod creditori non noceat, nanque ipſius intereſt potius contra perſonaliter obligatum experiri & agere quàm contra alium, ex quo certus eſt ſe creditum ſuum conſecuturum, ergo non cogendus cõtra alium agere, & certum pro incerto (ut Catulus ille œſopicus fecit) dimittere. ex quo ſublatum etiam ſecundum (iſto leuius) manet, quia imò ratione prædicta refert, & eſt argumentum in l. ſi mandato meo in §. i. ff. manda. & in l. plus cautionis. ff. de regu. iur. & dixi in l. eum qui ſupra co. & quando etiam nil aliud eſſet in cauſa, ſatisfactio uoluntatis aliquid eſt, & magnifacienda ſemper. l. pen. ff. de condi. ob cau. l. fi. ff. de uſu & hab. §. præterea inſti. de actio. Imò plus (dicit Bald.) quod ſatisfactio uoluntatis loco intereſſe haberi debet, quando non etiam ita ius diſponeret, in l. pluribus in fi. in j. lo. ff. de procu.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa, & maximè, quod non debet peti id quod eſt contra iuris formam, ex quo ſibi dicetur, ut dixit Christus matri filiorum Zebedei cum filiis ſuis, petenti. ut alter ad dexteram, alter uero ad ſiniſtram in regno ſederet ſuo, neſcitis quid petatis, & ſic libellus ineptus, quem Ro. petitionem propriè uocant. Bononienſes reclamationem, Catti requeſtam, nos libellum, reiiciendus eſt. l. j. ff. de offi. aſſeſſo. l. i. ff. ſi men. fal. mo. di. plene nos in l. edita. C. de eden. multo magis reiiciendus erit, ſi fuerit contra iuris formam, argumentum in l. contra iuris. ff. de pact. & in l. pacta quæ contra. C. eo. & in l. iuriſgentium in §. prætor ait. ff. eod. & in l alia. ff. ſolut. matrimo.

Et quod ius nobis quæſitum non poteſt à nobis, nobis inuitis auferri l. fi. ff. de pact. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. uolentibus autem ſic, quia quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter, uulga. l. in re mandata. C. manda. l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. ff. de peti. hære.

Et quod euidens id proprie dicitur, quod apparet per occultorum inſpectionem. l. ſi irruptione. §. ad officium. ff. fini. regund. ad differentiam manifeſti, quod innoteſcit per quęcunque corporis ſenſum. l. j. §. occiſorum. ff. ad Syllania. Notorium uero quod nulla tergiuerſatione deleri poteſt. c. ueſtra de cohab. cle. & mulie. eſt uerum quod iſtud a manifeſto differt & ab euidenti, quoniam eſſe poteſt quod aliquis cecus ſit, euidentéque maculam patiatur in facie, & tamen notoriũ non ſit, quia forte domo nunquam egreditur & ut p Bal. fuſius ita declarantẽ in l. ea quidem. col. iiij. & ſupra C. de accu. cum igitur legi poſsit in iuribus ſupra allega. hoc idem quod hic dicitur, clare & aperte, maxime in d. §. ſi hæres, qui ad hoc communiter ſolet allegari euidenter poſtulare dicetur debitor contra iuris formam, creditorem agere, contra alium quàm in eum qui ſibi perſonaliter obligatus eſt.

Et quod hac ratione dixit Gui. Pap. & bene, de ciſio. clxxxi. col. ij. quod Stylus Curiæ ſancti Marcellini, quod agatur contra tertium poſſeſſorem, eſt contra diſpoſitionem iuris communis, & bene ut hic præallega. §. ſi hæres. & aliis ut ſupra.

Et quod denique, ſicuti nemo agere compellitur. l. i. C. ut nemo inui. age. con. pari modo nec compelli debet uel poteſt, alium accipere debitorem ſiue contra alium agere, quam aduerſus eum, quem obligatum habet. argumentum in l. debitorum pactionibus. C. de pact. bonus text. in l. ſi mandato meo in §. i. ff. mand.

De condictione indebiti.

Impp. Diocletiã. & Maximia. AA. & CC. Dionyſiæ.

FIDEICOMMISSVM uel legatum indebitũ per errorem facti ſolutum repeti poſſe, explorati iuris eſt. S. v. id. Sept. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod fideicommiſſum ſeu legatum per errorem ſolutum repeti non poſsit, quia uř caſus clarus, in l. cum quis ſupra. de iur. & fac. igno. & maxime ſi is cuius nomine ſolutio facta eſt, eam habuit. & quia melius eſt non ſoluere quàm ſolutum repetere. l. iii. ff. de compenſa. glo. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen l. ſi ſtipulatus eſſes. in princ. ff. de fideiuſſo.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia facta prudentiſsimos homines & fallere poſſunt. l. ij. ff. de iur. & fac. igno. l. uerum. §. ſi locupleti. ff. de mino. unde Philoſophus hinc. iiij. Methaphiſ. ait quod homines decipiuntur in eo quod neſciunt, aut in eo, cuius cognitio non eſt ualde manifeſta. nimirum igitur ſi per errorẽ facti ſoluens hic, repetit. quia etiam (ut inquit Philo. Iudę. in flaccum Auilium) qui per ignorantiam peccat, ueniam meretur, qui uero prudens ſciensque facit iniuriam, excuſationem non habet.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum, quia uerum eſt ſi per ignorantiam iuris ſoluerit ergo ſecus ſi per ignorantiam facti, ut ibidem in fi. dicit. ex quo ſecundum quoque tollit, quia ratum habuit non ſimpliciter ſed utpotè per ignorantiam ſolutum, & tertium pariter, melius eſſe non ſoluere ſcienter, quàm ſolutum repetere, quia repeti non poteſt quod donatum uidetur. l. i. ff. de condi. inde. argumentum in l. ſicut. C. de actio. & obli. & in regu. quod ſemel, de regu. iur. in vi. & ita intelligitur quod habetur in d. l. iii. uel & melius dic, quod ita ibi decidatur ad oſtendendum compenſationem introductã fuiſſe, quia melius eſt debitori conuento non ſoluere, quàm ſoluere & ſolutum repetere, propter la-

bores & expenſas quę in indictis fiunt,& propter tempus quod datur iudicatis,& de quo alias. in l. quod debitori.ff. de iudic. Azo in ſumma. C. de competeu.in prin.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quo Imp.non reſpõdet ad quæſtionem facti,ideo quia(ut dictũ eſt) facta quandoq; etiam prudentiſsimos fallunt, & probatur etiam in l. cum quem temere in §.primo.ff.de iudi.uo omnes in l.i.C. de edend.

Et quod ſi error facti alieni excuſat ut hic,nõ excuſabit proprij.l.ſi is cui.ff.de lega.ij.ubi in legatis alternatiuis,ſi eligit unum legatarius, ſibi præiudicat,quia error facti proprij, nanque curare debebat ſibi particulã teſtamenti edi. quod cũ non fecerit ſibi nocebit, nec poterit uariare.

Et quod ſi aliquis agat ſuper articulo conſuetudinario, conſuetudo allegandaeſt,quia eſt conſequenter facti, &(ut dictum eſt) facta plerunq; etiam prudentiſsimos homines fallunt,aliena ſcilicet,ut pulcherrime declarat Bal.in l.generaliter col.ii.C.de epi.& cle.

Et quod error facti iuſtus eſt,habeturq; pro titulo,& dat cauſam præſcribendi, uſque adeo ſi epiſcopus donet,quod dicat de conſenſu ſui capituli,ut ſufficiat ad dictum effectum,& no.alias in c.cum dilectus de conſue.& in c. de quarta de præſcrip.& de his quæ fi.à præla.in nouis.

Et quod denique,ſi minor Iur.conſ.& doctor iuris, erret, & error ſit facti reſtituendus erit ita Cy.& Albe.poſt eum in l.i.C.qui & aduer. quos. quod igitur ſolutum ſit,poſsit repeti hic, indubitatum eſt & (ut tex.met dicit)iuris explorati.qđ tamen intellige(ut dixi alibi ſæpè)quo ad ipſum legiſlatorem,non quod nos, tradit Bart.in l.ubicunq;.col.vij.ff.de interro.actio.uel dic quod ſit figuratus modus loquendi,auxeſis ſcilicet, id eſt augumentatio,quia nulla lex eſt quæ non habeat dubitationem, uulga. l. quod labeo. ff. de carb. edict. Finis.

Impp. Diocletia.& Maximia. AA. & CC. Zyparo.

CREDITORIS FALSO PROcuratori ſoluenti, aduerſus eum indedebiti repetitio,nõ obligationis liberatio competit. S. Petit. xv.kal.Nouemb.AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod indebite ſolutum non repetatur,per condictionem indebiti)in quo potiſsimum difficultas conſiſtere uidetur)quia locum habet & competit ac intentatur potiſsimum ut detur,præſupponitque dominium in accipientem tranſlatum.l.ſi in area.ff.de condic. indebi.quod tamen hic factum non fuit, ex quo furtum eſt, nanque falſus procurator æs alienum exigendo,citra domini uoluntatem furtum facit.l.falſus allega.etiam hic in glo.infra de fur.ergo. & idem in l.falſus in princ. & in §.i.ff. eo.imò qđ nec poſsit repeti uidetur caſus in l.pro curatori, in princ. ibi à falſo procuratore repeti non poteſt.ff.de cond. ob cau.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia alteri per alterum iniqua condictio afferri non debet uulga.l.nõ debet.ff.de reg.iur.l.tranſactione matris,& ibi etiam gloſſ.ff. de tranſact.quia ſi domino non ſoluit debitor, ſeu procuratori ab eo mandatum habenti,nõ æq; dici poteſt quod ab eo fuerit liberatus.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, non primum,quia imo dominium tranſtulit in accipientem,quia ſe liberatum credidit, quo ſit ut omnino indebiti condictione agat, & ita not. in d.l.falſus,nec dubium habet. Non ſecundum, quia dicto caſu quoque dominus ratum habuit, ratihabitio æquiparatur mandato.l.fi.C. ad Macedo. ſi procuratori habenti mandatum ad exigendum ſolutum fuiſſet, utique etiam liberatus fuiſſet.l.uero procuratori.ff.de ſol.ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maxime quod qui ſcienter indebitum recipit,furtum committit.d.l. falſus. ff. & C. de fur. nouiſsime tradit Corne.conſi.cxxi.col.iii. uol.ij. & dictu mirabile uidetur,quod non teneatur furti,ſed condictione indebiti, niſi reſpõdeamus ut ſupra ex not.in d.l.falſus.

Et quod proprie falſus procurator dicitur,qui nec nomine nec re procurator eſt, falſo mandatum prætendens,quod habuit nunquam,ut pulcherrime declarat Bald.in d. l. falſus in princip. ad differentiam eius qui mandatum habet, ſed poſt eum fuit reuocatus, uel qui habet mandatum adhuc, ipſo iure tamen nullum, & ut ibidem latius.

Et quod indebiti condictio, naturali æquitate inducta eſt, ne quis locuples fiat cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indeb. Bart.in l.prima.colum.quarta. ff. de condict.indebi.

Et quod habet in ſe reſtitutionis cauſam, agêſque reſtituendus eſt ut minor, tradit idem Bart. in loco præallega.col. v.

Et quod denique de modo non eſt curandum, dummodo effectum habeamus, & ſoluens indebite ſolutum conſequatur, argumentum in l.tertia. C. de inſtitut. l. ſed & ſi de ſua in princip.ff. de acquiren. hæredita. l. ſi res aliena.§. ſeruus ad finem.ff. ad Trebellia.l. prima. l. Gallus.§. ſi eius. ff. de lib. & poſthum. Barto. in l. ſiue apud acta. in prima lectu. colum. fina. C. de tranſact. Finis.

De

De condictione ob cauſam datorum.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Stratonicæ.

ADVOCATIONIS CAVſa datam pecuniam, ſi per eos, qui acceperant, quo minus ſuſceptam fidem impleant, ſtetiſſe probetur reſtituendam eſſe conuenit. S. xvij. Kalen. Ianuar. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſalarium reſtitui non debeat, quia uidetur caſus in l. proxima ſupra ubi ſi ob cauſam dedero tibi pecuniam, cauſa non ſecuta, repeti tamen non poteſt. claraq; uerba ſunt ibi, minime repeti poſſe certum eſt. & idem dicitur in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſo: & in l. i. in §. diuus. ff. de uar. & extraor. co. quod ab hæredibus aduocati (& ſic in termi nis) eo mortuo merces repeti non poterit. & idẽ in aſſeſſore ut in dicta l. diem functo. & ut hic etiam in gloſſ.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia datũ ob cauſam, cauſa non ſecuta (ſi maxime is cui datum eſt fuerit in culpa) repetitur, ut toto hoc titu. & ff. eo.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum, quia (ut ſignanter ibi dicit tex.) fortuito caſu ſecuta cauſa non fuerat exemplificando ut ibi per glo. pariter, quæ fortuitis caſibus autẽ eueniunt humano iudicio præuideri nõ poſſunt. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. l. iſ. §. ſi eo tempore. ff. de admi. re. ad ci. perti. ergo non mirum ſi repeti pecunia data non poteſt, hic autem ſic, quia per eum (ut dixi) cui data fuerat, ſtetiſſe uidetur. ex quo tollitur etiam, ſecundum & tertium (idem eſt enim utrobiq; caſus, quia per aſſeſſorem uel aduocatum non ſteterat, nec eſt quid (cum mortui fuerint) quod eis poſſit imputari, ſolutioq; eſt Iuriſcon. in §. diuus, ibi, quia per ipſum non ſteterat quo minus cauſam ageret. a qua recedere nõ poſſumus, quia nec licet. l. proſpexit. ff. qui & à quib. l. ii. C. de cri. ſac. l. ſi nõn fuerint ubi glo. magna ad fin. ff. pro ſocio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè; quod ex defectu cauſæ finalis ſemper agitur condictione ob cauſam, ut in ſimili & in nota. quidem caſu inquit Bal. in l. ſi mater. col. ii. C. de inſti. & ſub. ſub. cond. fac.

Et quod ubi caſus contingit in perſonam conductoris, non nocet locatori cui merces debetur, niſi operę conditionaliter promittantur, quia tũc oportet quod impleatur conditio: ut per iſtum tex. inquit Deci. in d. l. diem. functo nu. 13.

Et quod per locatorem in dubio ſtetiſſe non uidetur, uſque adeo ut hoc idem probari debeat ſi allegetur. l. ei qui. ff. de proba. l. actor quod aſſe uerat. C. eo. l. qui accuſare. C. de eden.

Et quod ubi in lege probationis mentio facta eſt, debet in potiori ſignificatu Intelligi, de probatione aliter quam per iuramentum, quod defertur ubi agitur de modico præiudicio. l. Theſaurus. ff. ad exhiben. Bal. in l. Pomponius. in fin. princi. ff. de procu. & in d. l. qui accuſare. col. i. & in l. fi. ad fin. C. eod. Barto. in l. i. in §. fin. col. j. ff. de præto. ſtipu. & in l. qui bonafide. in §. ſi alie no. col. iij. ff. de nou. ope. nun. Alex. in l. iii. col. ſi. C. de procura. deque probatione (ut dixi) quod in potiori ſignificatu intelligi debeat, probatur in l. Lucius. & ibi Barto. ff. de condi. & demonſt. argumen. in l. i. in §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uect. uel emphit. peta.

Et qđ non manducat qui non laborat. l. ſi ex duobus. §. fina. ff. de noxal. glo. not. in l. quamuis. ff. de dam. infect. dixi ego late in l. i. in §. tollendis in collectan. C. de iuſti. Cod. confir. & etiã ſimile in l. pupillus ad fi. ff. quæ in frau. credit. ubi non addiſcit pariter qui non uigilat. & ad propoſitum Gene. iij. dixit Deus, Ade, cum in peccato foret inuentus, cumque hominem eum feciſſe ob id penituiſſet. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo.

Et quod denique ſtultus in culpa in pœna fit ſapiens, reſtituere enim pecuniam datã cauſa nõ ſecuta culpa accipientis, pœna eſt. l. teſtamento centurio. ff. de ma. teſta. & ita ad propoſitum dicit Bald. in cap. niſi. nume. 2. de offic. legat. & nos alibi ſæpe. Finis.

De condictione ob turpem cauſam.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Rufino.

QVOTIES ACCIPIENtis, non etiam dantis, turpis inuenitur cauſa: licet hæc ſecuta fuerit, datum condici tantum, non etiã uſuræ peti poſſunt. S. vii. Id. Ianuar. Sirmii. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod uſuræ ueniant, quia ad literam alibi dicitur in l. i. ſupra de condi. indeb. & in l. lite. ff. de uſur. ſi petatur ſors quod uſuræ quoque ueniunt & debentur. & maximè quia acceſſorium debet regulari ſecundum naturam ſui principalis. ff. de regu. iur. c. acceſſorium eo. ti. in vi. glo. in l. i. C. per quas perſo. nob. ob. acqui. c. dilecti. de ſo. compe. l. fi. ad fin. ff. de eo quod cer. loc. Bald. in l. & ex diuerſo lect. i. ff. de rei uendi.

Contrarium

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia condictio hæc quæ turpem reſpicit cauſam, ſtricti iuris eſt, ideo ſors tantum peti poteſt, non ēt uſuræ.l.quamuis. C. de uſur. l.uideamus.§. ſi actionem.ff.eod.& quod ſtricti iuris ſit not.in d.l.i.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum, quia illa iura loquuutur in actionibus ſiue iudiciis bonæfidei, in quibus uſurę debentur.d.§. ſi actionem, nos uero in his (ut diximus) quę ſunt ſtricti iuris, quorum non eſt par eadẽque ratio, ut pulchre tradit Bart.in l.ſub. prętextu.j.ad fin. C. de tranſact. Non ſecundum quia fallit regu.hoc caſu.facta in acceſſorio ſpeciali prouiſione ut declarat Dy. in præallega. regula acceſſorium.uel & aliter ut per Cy. in l.eos. col.i. & ſignanter in uſuris.C.eo. quod eſt acceſſorium qđ per ſe ſtare pōt, a ſuo principali ſeparabile, quo fit eſto quod reſtituatur principale, ut non propterea includantur uſuræ.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè qđ ſi turpitudo foret parte utriuſq; tam dantis quàm accipientis, tunc datum repeti non poſſet ex quo (ut inquit tex. in l.ij. ſupra eo.in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis, & quia text. hic dicit quando eſt accipientis tantum.

Et qđ arg. à contrario fortiſsimũ eſt in iure, ut dicit tex.in l.i.in §.huius rei.ff.de offi.eius.gl. in c.cum apoſtolica de his quæ fi.à præla. Odof. in l.conuenticulam.C. de epiſ.& cler. in l. apud antiquos.col.ii.C. de fur.in l.ædem.C. loca.in l. nemo.C. de iur.omn.iud.Bal.in ſtant.nu.1.2. argumentum. auxeſisq; eſt. i. augumentatio quoniam aliquando eo aliud eſt fortius, ut dixi in d. l.i.& ad propoſitum hic, quia ſi turpitudo fuerit dantis, datum condici non poterit.

Et quod datum libidinis cauſa uel meretrici, repeti non poterit.d.l.ii.ſupra eo.l.idem. & ſi.§. j.ff.eo.meretrici quia turpiter datur, quamquam turpiter haud accipiatur, cum ſit meretrix ut ſignanter dicit tex.(& eſt noua ratio) in d.§. j.nõ meretrici, quia parte utriuſq; turpitudo uerſatur, & in pari cauſa potior eſt (ut dicebam proximè) poſsidentis conditio.d.l.ij.l.cum par. ff.de regu.iur.c.In pari eo.ti.in vi.

Et quod non uitiant ſcripturas quę ſuperabũdant.l. non ſolent.ff.de regu.iu.nec ius commune lędunt quæ dubitationis tollendæ gratia dicuntur.l.quæ dubitationis tollendæ gratia. ff.eo. l.i.§. ſed ſciendum.ff.de ædil.ædic.nanque ſi nõ dixiſſet hic tex.non etiam dantis, fuiſſet ſatis dicere, quotiens accipientis turpis interuenit cauſa &c.ex quo dantem excluſiſſet ſine dubio, tamen (ut dixi) improbandũ non eſt, addendumque ultimo loco bonum tex.in l.i.in §. quamuis. ff. de uent. inſpi.

Et quod denique odia reſtringi debent, quoniam econtra uidemus fauores ampliari.l.cũ quidam. ff. de lib.& poſthu.& maxime geminata argumentum in l.baliſta. ff. ad Trebel. ut hic quoniam condictio ob turpem cauſam, odioſa eſt, odioſæ uſurę, nimirum igitur ſi peti non poſſunt, ſed datum tantum, turpiter tamen acceptum, & eſt argumentum.in l.tutori.C. de nego. geſt. ibi ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur. Finis.

De condictione furtiua.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Ariſtæneto.

ANTE OBLATIONEM interemptę rei furtiuæ dãnũ ad furem pertinere, certiſsimi iuris eſt. D. Kal. Maiis. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod damnum rei peremptæ ad furem non pertineat, quia regula eſt interitu rei à condictione furtiua liberari. l. qui decem in princi.ff.de ſolu. & idem breuiter ac ſecundo dicitur in l. penul. ff. eo. & eſt argumentum in l.ſi ex legati cauſa.ff.de uer.obl.no.in l.ſi inſulam.ff.eod.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia fur re ipſa ſemper eſt in mora.l. j.§.rectiſsime.ff.de ui & ui arma.l. i. ſupra de his quæ ui metuſue cau.fiu.l. fina. ſupra titu. proxi. nimirum igitur ſi ante oblationem interitu rei damnum ad ipſum pertinet.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, & tolli hoc ſolo, primum quia ibi per oblationem rei mora erat purgata, nimirum igitur ſi liberatur, & ita ſignanter ibi tex.in fin.princi.dicere uidetur. ſecundum uero, quia forte dominus ibidem adhuc, rem furtiuã nouandi animo erat ſtipulatus, declarando tamen ut hic pulcherrime per Odof. deque materia alias in l. ſcire debemus in §.fin. ff. de uerbo.obli.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod ad hoc ut conſtituatur in mora quis interpellatione eſt opus, quæ ſit facta cõgruo loco & tempore.l. mora.ff.de uſur.diximus in l.quod te.ff.ſi cer.peta.minime tamen neceſſaria in fure, quoniam ſemper & ipſo quidẽ iure eſt moroſus.l.ſubtracto.infra de fur.

Et quod fur non debet eſſe melioris conditionis quàm priuatus.l. licinius.ff.quib.ad lib.procla.non lic.Bar.in l.cum te colũ. j. C. quod met. cau.& in l.ſi de eo in §.ſi ſeruum.col.i.ff. de acq. poſ.imo.in l. hæc condictio prima per illum tex. ff.de condi.& de. nimirum igitur ſi interpellatio non requiritur in fure (ut dixi) alias autem ſic.

Et quod quamquam interitu ſpeciei debitor liberetur ante moram, d.l.ſi ex legati cauſa.ff. de uerb.obli.liberatur tamen nunquam fur qui ſemper eſt in mora, ut in iuribus.ſupra allega. & ma-

maximè

ximè in d.l.fi.ti.ſproxi. ſupra & in l. licet quæ eſt fi.& in l.ſi ex furtiua cauſa,& ibi Bald.not. ff. de cond.furt.l.in re furtiua.§.j.ff. eo.

Et quod nemo condicit rem ſuam præterquã à fure l.fi.ff. uſuf.quemadmo.caue.Barto.in l.ſci re debemus in §. ſi a fure.ff. de uerbo.obli. & in l. cum quis in §.i. colum.j.ff. de ſol.deq; materia in §.ſic itaq; inſti.de actio.

Et quod denique nullus libellus tollitur contra furem ipſius odio quomodocunque agatur ar gumentum.in d.l.fi.Bal.in l.in re furtiua col. j. ff. eo. de condict.furt.uel ad rem uel ad æſtimationem uel ad poſſeſſionem.l.ii.ff. de tritica. & ut per eundem Bar.in d.loco latius. Finis.

De actionibus & obligationibus. vel ſic, De obligationibus & actionibus.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Ruſticiano.

OB CAVSAM PROPRII debiti locatoris conueniri colonos, penſionibus explacito ſatisfacientes, per quàm iniurioſum eſt. PP.P rid.kalen.Ianua.Tyberiadæ Maximo ij.& Aquilino. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod coloni cõ ueniri poſsint à domini,ſeu à locatoris creditore caſus clarus,in l.ſi conuenerit.ff. de pigno.actio. & clarior in l. ii. & penul.infra quando fiſc. uel priua. & in l. ædiles in §.quicunq;.ff.de uia pub.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia ſolutione eius quod debetur tol litur omnis obligatio,ut inſti. quibus mod. tolli. obliga.in princ.& quia ſi coloni poſſent conueniri,bis idem ſoluerent & male atq; iniurioſum ut tex.met dicit,& eſt argumentum. in l. qui bis idem.ff.de uerb.oblig.

Ad oppoſita rñdetur, parum obſtare non primũ quia eo caſu nomem debitoris ſeu colonorũ obligauerat dominus,quo fit ut nec mirum ſit ſi poſſunt conueniri,ergo alias & regulariter non.

Non ſecundũ quia ẽt ibi dominus ſeu locator ſoluendo eſſe deſierat condemnatus amplius,nec ad huc coloni ſoluerant penſiones debitas. & ſpe ciale ultimo loco in d.§.quicunque,quia dominus rurſum uiam reficere tenebatur, quod ſi nõ facit compelli poteſt ad id conductor, & (ut inquit ſignanter Iuriſcon.ibidem) diſpendium in mercede ipſa protinus imputabit.ergo in contra rium ius commune. l. ius ſingulare. l. quod uero contra.ff. de legi. cap. præſentl. §. loca de præb. in vi.& eſt not.limitatio ad regulam, quæ habet, quod obligatio perſonalis ſuum tenet auctorem, uel eius hæredem,non autem extraneum.l.i. §.ii hæres. ff. ad Trebellia.& dictum fuit alibi ſatis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod ineptè agit quis, experiturq; aduerſus eum qui nullu iure ſibi obligatus eſt,uel quaſi. qñ quidem actio ſit ius perſequendi in iudicio,quod nobis debetur, ut inſtitu de actio.in princi.ſi coloni igitur his ſoluunt liberantur,nec amplius conueniri poſſunt, & eſt argumentum in l.licet.ff.nau.cap.ſtab.

Et quod cõductor qui ſolutione liberatus eſt, ſi à creditore locatoris conueniatur, uti prouerbio quodammodo Iur. Conſul. poterit, & dicere. Amice quantum ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus.§. competit.ff. ſi ſerui.uendi. in ſimi li Corn.conſi.xvii.nu.17.uol.iiii.

Et quod quanquam penſio proprie beneficiorum ſit,dicta à pendeo,quoniam à beneficio pen det.ut fructus à proprietate.c.ſi. de pigno. Card. in clem.j.in §.eadem.colũ.ii.q. iiii.de ſup.negli. præla. ut à pendendo,hic tamen pro precio capitur ſimpliciter ſiue pro ſolutione pecuniæ,quę fit a colono rõne rei ſibi locatę.& ſic in l.lecta.ff. ſi cer.pet.& in l.item ſi precio in §. fi.& in l. ſeq. ff.loca.& in l.ædem.C.eo.

Et quod colonus in uilla dicitur (quod nota ad declarationẽ) ut hic,inquilinus uero in urbe l.ędem.C.loca.& qui alienas incolit ædes inquit Ap. Alex.ij.bello.ciuil.uel ille in prædio ruſtico iſte in urbano,tradit Sal.in l.emptorem ad.fi. C. eo. & colonus non(ut quidam uolunt) à colonia denominatur,ſed à colendo potius, quia terram colit,& not.ad propoſitum etiam in §. item ſeruiana,inſti.de actio.& in l.qui pignoris.ff.de acquiren.poſſeſ.

Et qđ deniq; nil aliud placitũ eſt de quo hic pariter q̃, pactum & conuentio, ut in ſimili in l.pactum quod bona fide, & in l.cum proponas. & in l.petens.C.de pact.in l.ex placito.C.de re. permu.ſexcentaq; huiuſmodi ſunt non aliter referenda Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Glyconi.

NEGANTES DEBITORES non oportet armata ui terreri:ſed petitore quidem nõ implente ſuam intentionem, uel exceptione ſubmoto abſolui,conuictos autem condemnari, ac iuris remediis ad ſolutionem urgeri conuenit. D. Idib. Febr.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod habetur in l.ait prætor.in §.ſi debitorem & ibi Bar.ff.quæ in fra.cred.ubi creditor ius ſibi propria auctoritate

tate dixit, & debitorē ſoluere nolentem capit & in carcerem detrudit. & in l.j.C. quando li. vnicuiq; ſi. iud. ſe uend. ubi rurſum contra certum perſonarum genus irrui poteſt, abſq; auctoritate iudiciaria, ergo quanto magis cōtra debitores negantes ſoluere. Imò ꝙ ſunt ſerui creditorum, qđque non ſoluentes, creditoribus debent dari dilacerandi, & in ſeruitutem temporariam ducendi, ut no. in l.j.C. qui bo. ced. poſ. uerbaq; pretoris hæc eſſe debent *Do, dico, addico*. Autorem Sydon. Apollina.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia pugna prohibetur à lege. l. j. C. de gladiato. lib. x. quo fit cum alij ſint modi probandi creditum maximè per teſtes uel inſtrumēta, hoc genus probationis iniurioſam admitti nō debet. nimirum igitur ſi exactio ciuiliter fieri debet & non armata manu & ſi creditor probauerit debitor condemnabitur ad ſoluendum, aliàs abſoluetur. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor qđ aſſeuerat. C. de prob. c. j. ut eo. benefi. ſi. di. confe. Alex. in l. hæres. in prin. ff. de acqui. hære. & idem quod hic habetur ēt in l. extat. ff. quod met. cau.

Ad oppoſita reſpondetur, leuia eſſe, & parum obſtare non primum, quia id in debitore de fuga ſuſpecto proditum eſt & ſpeciale, ut ibi idē Bart. not. in l. dies feſtos. C. de fer. & in §. neceſſitate. col. j. in auth. ut iud. ſine quoquo ſuffr. imò quod non ſimpliciter hoc idem facere poteſt, niſi concurrentibus aliquibus ut per Ang. in d. l. extat. col. ij. & quod idem ſit ibi maximè ex defectu iudiciariæ poteſtatis, not. in locis prælleg. tradit etiam Feli. in c. j. col. vij. de iudi. Non ſecundum, quia id quoque procedit in nocturno depopulatore agrorum, & aggreſſoribus itinerum, quorū odio ob criminis grauitatem licet leges tranſgredi, argumentum in l. per omnes. C. de defenſo. ciui. Inno. in c. j. de conſtitutio. Non tertium denique, ex quo id uerum erat lege xij. tab. contra cuius duritiem tamen aliàs Sext. Cecilius, Philoſophum defendit ut not. in d. l. j. imò quod exſoleuit, & ſecus hic diſpoſitum eſt, & in d. l. extat, uel dicamus quod ſit correcta, quodq; hac rōne attendi non debeat argumentum in l. fi. & ibi Bar. ff. ad legem Cor. de fal. & in §. hunc igitur. de iuſti. Cod. confir.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod ei qui dicit incūbit onus probandi, non neganti, quādoquidem negatiua probari non poſſit. c. bonę. ibi, quia negantis factum per rerum naturam, nulla eſt probatio, de elec. l. ij. ff. de proba. l. actor quod aſſeuerat. C. eo.

Et quod implere dicitur intentionem ſuā petitor cum probat, hincq; teneri ēt quenquam ꝓbare id, quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, inquit in l. cum actum. gl. not. ff. de neg. geſt. tradunt oēs in l. hoc iure. & in l. in illa. ff. de uer. ob.

Et quod cum debitoribus urbaniter ciuiliterquè agendum eſt. l. quidam Hyberus. ff. de ſer. ur. pręd. gl. in c. ad Apoſtolicę. de re iud. in vj. Abb. in c. nouit ubi etiam ponit not. effectum, ad fi. de iudi. & ibi etiam Feli. col. fi. Bal. in l. nō ignorat. col. j. ad fi. C. de fruc. & lit. expen. & Iaſ. in §. ſic itaq;. nu. 41. inſti. de actio.

Et quod arma ſumere non licet, abſq; licentia principis. l. j. C. ut armo. uſus. lib. x. niſi ad iniuriā propulſandam. l. ut uim. ff. de iuſt. & iu. l. j. §. uim ui. ff. de ui & ui arma. c. ſignificaſti. de homi. Albe. in l. ex hoc iure. in prin. ff. de iuſti. & iur. imò plus inquit Bal. fore capitale, quod fit auctoritate priuata per armorum uſum, conſ. ccccxviij. in prin. uol. j. ſignanter per tex. in d. l. j. C. ut armorum uſus.

Et quod denique nullę partes iudicis ſunt, ubi quis confeſſus eſt, uel cōuictus, ſi negauit ut hic, niſi in condemnando. l. proinde. ff. ad leg. Aquil. c. nec in quenquam. q. j. l. qui ſniani. C. de pœn. quia tunc (ut hic ſubiicitur) iuris remedij ad ſolutionem urgeri poterit, & ſic inuitus, ut de uerbo exigere dicimus iuxta glo. not. in l. fideicommiſſa. in §. ſi rem. ff. de leg. iij. & de uerbo urgeri in l. fi. C. unde legi. coniuncta l. iii. §. inuito. ff. de bon. poſ. Finis.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conueniatur.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Achiuæ.

PATRIS NOMINE SVperſtitis filium, nec munerum ciuilium, nec debiti cauſa perſonali poſſe conueniri actione conſtat. S. xii. Kal. Mart. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rōnem faciebat, ꝙ filius poſſit cōueniri pro debito patris. tex. in l. ii. & fi. infra de here. actio. uend. & in l. j. C. de filiofam. & in l. ſi fundus in §. in uendicatione. ff. de pigno. & identitas perſonarum, quando iura prædicta etiā non probarent. l. fi. C. de impub. & al. ſubſt. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. pulchre Bal. in l. qui in prouin. in §. diuus. col. ii. ff. de ritu nup.

Contrarium tamen hic deciditur, quod nec ad debitum patris teneatur filius, nec eo prætextu quoque poſſe conueniri, & ratio deciſionis eſſe potuit, quia non erat obligatus, & obligatio regulariter debet tenere ſuum authorem. l. i. §. ſi hæres. ff. ad Treb. nemoque ex alterius cōtractu obligatur. l. ij. ſupra ne uxo. pro ma. maximè, quia ſi pater uenit (ut hic præſupponitur) filius nihil habet, inanis autem eſt actio quam inopia debitoris excludat. l. nam is. ff. de dolo. ergo.

Ad oppoſita rńdetur facile, quia parū obſtāt, et ad primū maximè, qđ dictis caſibus conuenit

ut hæres, mortuo patre. l. j. C. ut actio. ab hæred. & con. hæ. hic autem uiuebat, ergo nihil ad rumbum ut aiunt, nec ex diuerſis fit illatio quę bona ſit, l. Papinianus exult. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil comune. ff. de acqui. poſ. Minus ob. rurſum tex. in d. §. in uendicatione. (tria enim præcedentia ad idem faciunt) quia benè hypothecaria conueniri poterit ut ibi, unum uerbum hic gl. ſed non perſonali ratione ſupra dicta. Vltimum leue uidetur, quoniam fictę una eademq; perſona eſt, filius & pater, non verè, & quodam modo dominus etiam eo uiuente ut in pręalle. iuribus ſignanter dicitur dicto aduerbio uſis, quod improprietatem deſignat. §. igitur. inſti. de pup. ſub. l. id tempus. ff. de uſuca. & facit ad propoſitum quod dicitur in l. ſi ut certo. in §. ſi duobus uehiculum. ff. commoda.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi ſeruus uel libertus, non tenentur ex contractu domini ſeu patroni, imò nec pater pro debito filij. l. fi. infra eo. & l. ij. ſupra eo. multo minus debet teneri filius pro debito pris.

Et quod notoriè inops habet ſemper aduerſus agentem exceptionem, ut hic filius ſi pro patris debito conueniatur. l. Titius. & ibi not. ff. de procu. Bal. in l. ſi filio. col. j. ff. ſol. matrimo. preal leg. l. nam his. l. itaq; fullo. in prin. de fur.

Et quod filio non poterit dici uulgatum illud Euange. de quo Matth. xx. amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum? l. j. ff. de pactis. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. eo. cum debitum ſit patris.

Et quod pactum factum cum una perſona alteri nocere non debet. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. Pau. Caſt. conſil. ccccclxiiij. col. ij. uol. j. plenè Alexan. conſil. lxxxiij. col. pe. uol. iij. & conſi. clv. col. ultima. uol. vij. & conſ. clxxix. col. ij. eod. lib. & conſ. xxxv. col. iij. uol. iij.

Et quod denique res inter alios acta, tertio non præiudicat. l. j. & toto titu. C. res int. ali. act. l. ſæpè. ff. de re iud. l. debitorum pactionibus, ubi ego multa. C. de pact. Finis.

An ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſsionem teneatur.

Imp. Alexander A. Herodi

PROMISSAE TIBI PECUNIę à ſeruo tuo, ut eum manumitteres: ſi poſteaquam manumiſiſti, ſtipulatus ab eo non es, aduerſus eum petitionem per in factū actionem habes. PP. idib. Septembr. Alexandro. A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſeruus manumiſſus conueniri non poſſet, ex quo promiſsio in ſeruitutę facta eſt, & regulariter poſt libertatem non tenetur caſus eſt in l. proxima. & in l. prima. ſupra eodem. & maximè quia homo nouus eſt, & non ille qui promiſit ſeque obligarat ad dandum. l. qui res. §. aream. ff. de ſol. argumentum in l. homo liber. ff. [illegible]ſta. ho. & dato qd poſsit conueniri, non actione in factum (ut hic dicitur) ſed de dolo conueniri deberet. l. & elegāter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia dominus decipi non debet ex quo peruenit ſeruus occaſione d. promiſsionis ad libertatem, nihilque tam congruum fidei humanæ, quàm pacta ſeruare. l. j. ff. de pac. l. exempto. in prin. ff. de ac. emp. l. non minorem. C. de tráſa. imò graue aliàs & perfidioſum eſſet fidem frangere. l. j. ff. de conſti. pe. poſſetq; hoc prætextu & uelut ingratus in ſeruitutem reuocari ſi uellet dominus. l. ij. C. de lib. & eo. lib. nimirū igitur ſi de æquitate, actione in factum extraordinaria. l. quotiens. ff. de præſcrip. uerb. tenetur, & conueniri poteſt, Bar. in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ad fi. ff. de præſcrip. uer.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare, non primum, quia hoc caſu fallit regula, ratione ſupra dicta. Non ſecundum, quia eſto quod nouus homo ſit & de rigore iuris hac de re teneri non debeat, tenetur nihilominus, de æquitate, nanq; & ſi nihil eſt ex ſolemnibus immutandum, ubi tamen æquitas euidens ſuadet, ſubueniendum eſt, inquit Iuriſcon. in l. diuus. ff. de reſti. in int. & in l. & ſi nihil. ff. de reg. iur. l. in ſumma. §. item uarus. ff. de aqua plu. ar. Non ob. ultimum, quia ibi alius eſt caſus nec dolo caruit ſeruus hic culpa tantum ſiue mora ſibi poteſt imputari, nimirum igitur ſi ibi de dolo, hic autem de æquitate actione in factum agitur. ſi tamen dominus ſtipulatus nō ſit poſteaquam manumiſit, quia tunc actione ex ſtipulatu teneretur ut tex. ſubiicit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod uerba narratiua non diſponunt, quodq; ex eis argumentum ſumi non pōt, idemq; in c. ſi Papa. de priuileg. in vj. & in cle. j. de proba. & in cle. ſi ſummus. de ſent. exco. ex quo actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, nec extenduntur niſi quatenus de neceſsitate inferunt. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. l. fin. C. ne vxor pro mari. ſed intentio Legiſlatoris eſt narrare & non diſponere ergo. namque uerbum promittere in inſtrumento repertum ſtipulationem importat. §. ſi ſcriptum. inſti. de inutili. ſtipula. Bald. in l. prima. col. ij. C. de uſur. & in l. prima. columna ſecunda. C. de dot. promiſ. Iaſon. in l. ſciendum. col. ij. ff. de uerb. obliga. & tamen hic, & in l. prima, C. de ſuffra. ſecus, quia (ut dixi) narrat lex, non autem diſponit, nec in inſtrumento appoſitum eſt.

Et quod dominus à ſeruo ſtipulari nō pōt qm̄

ſtipu-

ſtipulatio eſt iuris ciuilis. §. de pecunia autem conſtituta, inſti. de actio. eoq; iure ſtatus ſeruorum anihilatus. l. ſeruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iur. l. ſeruus. C. de iud. nimirum igitur ſi tex. hic dicit, hiſq; uerbis utitur. Si poſteaquam manumiſiſti ſtipulatus ab eo non es.

Et quod æquitas rigori ſemper eſt præferenda. l. placuit. C. de iudi. c. fi. & ibi Abb. multa, de tranſla. c. abbate. de re iudi. in vj. Bar. in l. ſi filius. ff. de colla. bo. & in l. j. in §. is quoque. ff. eo. glo. not. in d. §. aream.

Et quod improbus homo eſt, qui beneficium ſumit, beneficiumq; reddere neſcit, ut hic ſeruus liber factus qui promiſſam pecuniam ſoluere recuſabat, non mirum igitur ſi (ut ſępè diximus) actione in factum conuenitur. deq; his alibi dictum eſt pariter ſatis.

Et quod denique mirum uidetur cum in eo qui promiſſa non ſeruat, præſumatur dolus. l. j. §. eſt autem. ff. depo. l. dolus. ff. manda. quod tamen de dolo hic non agatur, & certè (ut dictum eſt) quæ brantate la fe es coſa muy rea. quia tamē ſeruus eſt, nec in eo dolus expreſſus eſt, nec uelatus præſumitur, ut ſupra, ſed culpæ potius & morę admiratio ceſſabit & cum Alexandro legis autore, dicemus in factum dari actionem, & non de dolo. Finis.

Quando fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores conuenire poſsit.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & C C. Zoſimo.

NON PRIVS AD EOS, qui debitoribus fiſci noſtri ſunt obligati, actionem fiſcalē extendi oportere, niſi potuerit ꝓbari principales reos idoneos nō eſſe, certiſſimi iuris eſt. S. xii. kal. Maii. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod fiſcus contra debitorem debitoris agere poſsit, quia uidetur caſus in l. ij. ſupra eo. ibi debitores eius conuenti ad ſolutionem auctoritate præſidis prouinciæ compelluntur. Et idem dicitur in l. ſi debitū quæ eſt ſequens. Et præſertim quia fiſcus etiam eſt priuilegiatus, argumentum in l. ne quiſquam. ff. de eden. l. ſi tutores. & ibi Bal. C. dę compenſa.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. iij. in §. multa. ff. de iu. fiſci. & ratio deciſionis eſt, quia ſi cum fiſco non contraxit uel quaſi contraxit, nō æquè conuenir etiam ut contra debitorem debitoris agat. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. & dictum eſt alibi ſæpè maximè etiam, quia nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. Bar. in l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol. Bald. conſilio cxc. ad finem, uolumine ſecundo.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum & ſecundum, (ad idem enim tendunt) quia procedunt & uera ſunt iura illa, ex quo debitor principalis, ſoluendo non erat (ut ēt hic dicitur) quo caſu eo cōdēnato permiſſum eſt, in ſubſidium ad nomina debitorum poſſe peruenire. Vel ad tex. in d. l. ſi debitum. (ut ibi per gl.) dicamus adhuc, quod debitor debitoris ibi ex pecunia fiſcali conueniri poterat, ēt principali exiſtente ſoluendo. Non ob. ultimū, quia eſt priuilegiatus in caſibus à iure expreſsis, non ſemper ut per gl. in l. fi. C. de ſac. ſan. ec. & in l. item ueniūt. in §. in priuatorum. ff. de peti. hæredi. multa ego in l. j. C. de eden.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod multa in ſubſidium conceduntur, quæ directo & principaliter non concederētur aliàs, ut in ſimili ēt diximus ſupra in l. ob cauſam. de act. & ob. & no. gl. in l. his ſolis. ff. de cōd. ind. & Odof. in l. qui hæredis. ff. eo. nonnihil in l. ſi abſentis. C. ſi cer. peta.

Et quod fiſcus utitur iure priuati. præalle. §. in priuatorum. l. quod placuit. ff. de iur. fi. l. exēplo & ibi Saly. in prin. infra de proba. & ideò non ab re fortè ſic dixit Iuriſcon. in l. nō puto ff. eod. nō puto delinquere eum qui in dubiis qōnibus contra fiſcum facile reſpondet.

Et quod actio fiſcalis eſt condictio ex lege. l. j. ſupra de condi. ex lege gl. in l. ſi quis argētū. in §. fi. C. de don. Bar. in l. fi. in §. & ſi pfatā. col. ulti. C. de fur. deli. no. in c. cū libertum. de ſepul. & æquè cōuenit quod actio ipſa ſeu cōdictio ſubſidiaria ſit, ut no. in l. j. ff. de cōd. ex lege. quia in ſubſidiū ēt agit fiſcus, cōtra debitorē debitoris, ſi principalis ſoluendo non ſit, ut ſupra, uel dic aliter ut per gl. ꝙ directa ſit debitoris, utilis uerò fiſci, ſed primo modo melius, ut ipſa met gl. dicebat hic, & in d. l. iij.

Et quod in dubio debitorē eſſe idoneū & ſoluēdo præſumitur, niſi cōtrariū probetur, ut hic tex. innuere uidetur, arg. in c. j. de ſerui. fa. quod tñ ad longum diſputat Benincaſ. Peruſi. Iuriſcō. egregius, & mihi nō uulga. amicus in tract. paupeita. inq; iij. & vj. q. ubi utrobiq; cōtrarium tenere vř, fretus auctoritate Albe. utrobiq; in l. ex perſona. C. de proba. qui tñ (niſi ſim leberi de Cecior) hoc nō dicit ſed tñ quod ex pręſenti pręſumitur in præteritum, & benè, ſiq; pauper quis ſit hodie, quod pręſumetur ēt fuiſſe in præteritum, & eſt regula iuris de qua aliàs in l. ſiue poſsidetis. C. eo. ſed nō quod ob hoc (ut dixi) regulariter pręſumatur paupertas. & tex. hic cōtrarium probare uidetur, ideò cogitandum eſt.

Et ꝙ deniq; aſſerēti aliquid, ēt ſi foret fiſcus, nō eſt credēdum, niſi id probetur. l. ei qui. ff. de proba. l. ſi fortè. ff. de caſt. pec. & ibi not. & maximè ſi tractatur de commodo aſſerentis, ut hic, & plura ad idem congerunt Scriben. in l. j. ff. de offic. eius. Finis.

ADDITIO *ad verbum vltimum.*

Quod certiſsimi inris eſt, apud legiſlatorem, non quo ad nos, ur dictú alibi eſt ſæpè, poſt Bar. in l.ubicunq;.col.vij.ff.de int.ac.uel quod figuratus modus loquendi ſit, figuraq; auxeſis, id eſt augumẽratio, qualis illa quod argumentum a cõtrario ſenſu in iure fortiſsimum eſt.l.j.§.huius.ff. de offi. eius. quod in criminalibus probationes dabent eſſe luce meridiana clariores: & ſimile quiddam.l.fi.C.de proba. & nimirum quia nulla lex eſt, quæ dubitationem non habeat. l. quod Labeo.ff.de carb. edic. c.cum in iure peritus. de offic. deleg.

De actionibus hæreditariis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & C C. Criſpo.

SVB PRAETEXTV AETATIS pupilli debitoris hæreditarii creditorum exactionem differri nõ poſſe, nimis euidens eſt. Vnde cum te tutorem proponas: quemadmodum à pupillis creditoribus ſatisfiat, eniti debes. D. x. kal. Decemb. Sirmii AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſolutio differri debeat in tempus pubertatis, quia uidetur caſus in l.quotiens.ſupra de preci.impe offer. & clarior in l.iij.in §.j. & in l.de bonis.in §.ita demum.ff.de carb.edi. & maximè quoniam pupilli præcipuum merentur fauorem.l.ex pluribus.§.fi. de admi.tu.l.ſi hæreditas.§.ſeruus.ff.de teſta.tu. l.pe.C.de ſer.pig.da.ma.l.iij.ff. qui petant turo. l.fi.§. omnem. C. de admi. tuto. & hinc eſt olim luſtro condito quod cenſus actus eſt (autore Liuio) præter pupillos & uiduas, & ſic legitur Deutoro.xxvij. Maledictus qui peruertit iudiciũ pupilli. & dixi ego intract.de pupilli fauorib. latè.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſſe potuit, qnia cum pupillo nihil factũ eſt, ſed cum eius tutore, quo caſu iniquum foret eius pubertatem quoque expectare ut ſignanter dicit Iuriſcon. in l.apud Iulianum.in §.j.ff.quib. ex cau.in poſ.ea.& ibi glo.per iſtum text.quæ ẽt allegat concordan.ſanè multas ad idẽ de quo hic.

Ad oppoſita reſpondetur, & facile quidem, ex quo parum ob. & ad primnm breuiter, qnod benè poteſt princeps id facere, & concedere, ſed ꝙ ætas non eſt cauſa ſufficiens, quæ moueat ipſum ad id faciendum, ſiue concedendum. Ad ſecundum quod uerum eſt (nt inquit glo.hic) quando ſibi moueretur quæſtio ſtatus, bonorumúe, ſeu ſtatus tantum, ergo non aliter, quia exceptio aliquo caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quæſitum.§.denique.ff.de fun.inſt.not.in c.cum dilecta.de confir.util.uel inuti. Non ob. ultimum, quia (ut dicebam ſupra in fiſco) id qnoque procedir & fatendum eſt, in caſibus à iure expreſſis & non ſemper.l.j.§.præterea.& ibi gloſſ. ff.de ſeparatio.argumentum in l.fi.ubi ſimilis gloſ.C. de ſacroſanct.eccle.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod priuilegium unius non debet trahi ad iniuriam alterius.l.impuberi.ff.de admi. tuto.Bar.in terminis inque pupillo in l. idemq; col.ij.ff.qui pot.in pig.ha.& in l. hac conſultiſsima. in §.ex imperfecto, in prin. C. de teſta. præſertim (ut dixi) quia cum eo nihil actnm eſt, nec hoc caſu eſt priuilegiatus.

Et quod ætatis habenda eſt ratio, quando agitur de re cum ipſo pupillo geſta, aliàs non.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.præalleg.l. ex pluribus.ff.de admi.tuto.d.§.ſeruus.

Er quod iniquum eſt creditoribus ſolutionẽ multum differri, ne facilè cõſequantur id, quod utique ſuum eſt.l.j.ff.de eo quod cer.lo.l. tatum. l.quod dicimus.ff. de ſol.

Et quod nimis euidens eſt id quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.c.ueſtra.de coha. cler. & mulie.c.ordinarij.§.cæterum.de offi.ord.in vj. not.in c.conſtitutionem.de uer.ſig.eod.lib. ſiue qnod patet expreſſè, quia (ut prouerbialiter dici ſolet) nec probare eſt neceſſe. l. comparationes. C.de fid.inſtru.l.ſi irraptione.§.ad officium.ff.fini.reg.Bal.conſ.ccl.col.j.uol.j.

Et quod denique pupillorum bona obnoxia ſunt creditoribns, uſque adeò ut à tutore uendi & alienari poſsint eiſdemq; ſatisfieri quod tamẽ intellige uerum ſi ex cæteris rebús eiſdem ſolui nõ poſsit, nec idem fieri abſque decreto.l. ob æs. C. de prædi.mino.l.j.§.j.& ibi not.ff.de reb.eo.l.magis puto.§.non paſsim.ff.eo. Finis.

De Probationibus.

Imp. Antoninus A. Vito.

PROPRIETATIS DOMInium non tantum inſtrumento emptionis, ſed ex quibuſcunque aliis legitimis probationibus oſtẽditur PP. Kal. Nouembr. Alexandro A. iii. & Dione Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat in præſenti caſu quod nec inſtrumento, nec teſtibus dominium probari poſsit, primo quo ad inſtrumentum quia uidetur caſus clarus in l. cum res infra eo. & quo ad teſtes. ſecũdo, quia dñium ius eſt ꝙ non cadit in ſenſum teſtis.l.teſtium.C.de teſtib.

l.quod

l.quod meo.§.ſi uendito rem.ff. de acqui.poſſ. & quia ultimo præſupponitur hic,quod ſit dare do minium proprietatis,& malè, cum non uideantur differre,& dominium ſit ipſa proprietas, & è contra proprietas dominium.l.iiij.ff. de uſuf.

Contrarium tamen deciditur hic, non modo inſtrumento,ſed quibuſcunq; aliis legitimis probationibus etiam oſtendi poſſe, & ratio deciſionis eſt, quis probatio fide tabularum & teſtibus conſtat ut dicitur in c.forus.de uer.lig. in §.probatio.duoq; hæc exempli gratia, exempla nō reſtringunt regulam.§.hactenus. inſti. de gradi. l. damni infecti.ſtipulatio pertinet.ff.de dam. infect.ergo non mirum ſi non tantum inſtrumento emptionis,ſed aliis etiam quibuſcunq; legitimis probationibus oſtendi poteſt, & fuſius dicit Bal.in rub.ſupra col.ij. iſtud ipſum probans, qđ eſt fides ueri legitimis modis temporibus facta cauſæ cognitori.

Ad oppoſita reſpōdetur,parum facere nō primum,quia inſtrumento id probare non poterat, ex quo non habebat,ergo aliàs ſic, & omnino facit pro deciſione iſtius tex. quia licet dominium probare non poſſet inſtrumento, poterat tamen aliis modis,ut ſubiicit ibi & ut etiam hic dicitur, & benè,quia non refert quid ex æquipollentibus fieri.l.fi.§.fi.ff.manda.l.iij.C.de inſtitutio.& ſub ſti.ſub cond.fac. Non ſecundum,quia ſano modo intelligi debet cauſas probari, ex quibus dominium inferatur,quia tunc in ſenſum teſtis cadent,exempli gratia quia dicant emi uidiſſe tradiq; poſſediſſe & ſimilia,& ut latius not. in l. ſolam.infra de teſti. Non ultimum deniq;, quia (ut glo.hic dicit huius contrarii timore) reſoluitur hic.Proprietatis dominium, id eſt dominium quod eſt proprietas. d. l. iiij. & not. omnes hic. quod tamen poſtea ad longum diſputant aliqui hic rurſum,& Iaſ. latius in l.naturaliter. in §. nihil commune.lectu.j.col.j.ff.de acqui.poſſ.

Prçſtatq; nobis hæc lex arg.ad multa, & maximè quod legitima probatio eſſe dicitur ea quç fit per inſtrumentum.l.cum precibus.infra eo.Bar. in l.j.col.ij C.de iura.cal.Bal.in l.fi.ff. de fi. inſt. idem Bar.in §.ſed & ſi.col.ij. C. de inſtru. cau.& fi.& euidens inquit Abb.in c.cum dilecti.in j.nota.de dona.& adhuc Bal.in l.Imperator.col.i. de ſta.ho.& Gramma.poſt eum deciſio.xlv.nu.9. ꝙ eſt probatio probata nō probanda,& veritas quidem apparens non nihil Ang. in §. ſciendum. in rep.col.iiii.ff.de uer.obl.

Et quod idem in teſtibus dici debet,quoniam parem uim in exercendis litibus obtinent. l. in exercendis. infra de fid. inſtru. c. cum Ioannes. eo.ti.Corn.cōſ.ccxcii.col.ii.uol.iii.

Et quod lex faciens mentionem de inſtrumentо tantum,ſiue de probatione quæ fit per inſtrumenta,locū habet ēt in ea, quç fit per teſtes rōne ſupra dicta.& eſt caſus in l.creditor.& ibi Odof. declarat.C.de uſu.in not.caſu Bar.in l.fi.col.vii. C.de edi.di.Adria.toll. & multo magis hic,quia dicit tex. ſed etiam ex quibuſcunque aliis legitimis probationibus.

Et quod dictio alius, niſi aliud ſubiecta materia dictet,eſt ſimilitudinaria,iuxta glo. not. in l. ſi fugitiui.C.de ſer.fug.l.i.C. de theſau. lib. x. l. quidam relegatus.ff.de reb.dub.not.in l.in bonę fidei.ſupra de reb.cred. multa Bal. in Marga. alternatiua.nu.6.Corn.conſ.clii.col.ii.uol.iiii. & conſ.ccix.col.ii.uol.ii.

Et quod denique facta mentione probationis in lege,de uera & legitima intelligi debet, quia falſa & illegitima non eſt probatio ut dicit Bal. in d.rub.ſupra eo.col.prçalleg.ii. & eſt argumentum in l.ii.in §.i.ff. quemadmo.teſt. aper. & in l. Paulus.ff.de uer.ſig.& in l.eleganter.in §. qui reprobus.ff.de pigno.ac. Finis.

Imp. Gallienus A Sabino.

EXEMPLO PERNICIOſum eſt, vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi adnotatione propria debitorem conſtituit. Vnde neque fiſcum, neq; aliū quemlibet, ex ſuis ſubnotationibus, debiti probationem præbere oportet. PP.iii.Non.Mart. Gallieno A. vii. & Sapinillo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod adnotatione propria poſſit quis ſibi debitorem conſtituere, quia ſi ſcribat ſe alii debere, ſibi præiudicat, auth.contra qui propriam.infra de non nu. pec. ergo conuenit etiam ut ſibi proſit ſi debitorem aliquem adnotatione propria,conſtituerit, eiq; credatur,quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina, & tantum debet operari oppoſitum in oppoſito,quantum propoſitum in propoſito.l.i. ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l.fi.ff.de leg. iij. not.plenè in rub.ff.de acqui.poſ. & longe magis huc idem in fiſco uerum erit, qui ius ſibi dicit in facto proprio.l.proximè.ff.de his quæ in te.del.

Contrarium tñ hic deciditur,& in l.inter chartulas.C.de cōue.fi.deb.lib.x.& rō deciſionis eſt, ne præbeatur occaſio falſum fabricãdi,ſed tollatur potius,arg.in l.conuenire.ff. de pac. dota.& probatur in terminis in l.ii.in §.diem.ff. queād. teſt.ap.& in auth.at qui ſemel.infra eod. & in c. fraternitatis.de teſti.Inn.in c.Albericus.ad fi.eo. ti.& in c.abbate.ad fi.eo.ti.in vi.hacq; rōne idem in fiſco qui utitur iure priuati, niſi de priuilegio appareat. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de peti.hæredi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primū,quia cōtrariorū diuerſa eſt rō, quo caſu arg. claudicat ut plene not.in rub.prçalle.de acq.po. & liquet ex eo quia ſi ſcripſerit ſe debitorem, confitetur,nec creditorem ad probandum grauat

in confeſſum nullæ ſunt iudicis partes niſi in condemnando.l.proinde.ff.ad legem Aqui.c.nos in quenquam.ij.q.j.ergo ſi autem ſe creditorem faceret,ius diceret,inq; facto proprio eſſet teſtis,quod alienum eſt pœnitus eſt ab omni ratione,idcirco ei non eſt credẽdum ut hic in l.nullus.ff.de teſti. eu eſt glo.not.in l.quędam.in §.nummularios.ff. & eden. Non ob.ſecundum,quia & id quoque derum eſt,ſi in forma publica ſcriptura facta eſt auth. ad hæc.infra de fide inſtrum. non in forma priuata ut hic & fuſius declarat Saly.& Albe.hic, & Pau.in l.rationes.ſupra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod exemplo pernicioſa quàm maximè ſunt uitanda deteſtanda & nullo pacto tolleranda,ut etiam dicitur in l.ſi quis aliquid. in §. qui abortionis poculum.ff.de pen.l. omne delictum.§.qui in acie.ff.de re mili.latè Barba. conſ. lvj. col. ij. uol. j.

Et quod ſi exemplo pernicioſa, ſunt uitanda, laudabilia & bona ſequi debent.l. an apud. ff. de manu.uind.§.j.inſti.de codicil.Bal.in l.nemo. in prin.C.de ſen.& int.om.iud.& imitari, quia ſic Ro.Duces,Camillos,Fabricios,Regulos, & Scipiones imitabantur,pariter. Sic Philoſophi, Pithagoram, Socratem, Platonem, & Ariſtotelẽ, Oratores lyſiam,Demoſthenem, & Ciceronem. Poetæ Homerum,Virgilium,Menandrum,Terẽtium,& Plautum.Hiſtorici, Thucididem, Saluſtium,Herodotum,& Liuium.Iuriſcon. deniq; Sceuolam,Papinianum,Vlpianum.Paulum,Sulpitium, & alios iuris corypheos propemodum innumerabiles.

Et quod lex generaliter loquens comprehendit etiam perſonas priuilegiatas.l.in fraudem. §. fi.& ibi not.Bal.ff.de mili. teſta. & hoc quia dictum hic de fiſco, declarationis gratia dictũ eſt, & ne qua dubitatio ſupereſſet. l. quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de reg.iur.l.j.§. ſed ſciendum. ff. de edil. edict. ex quo deciſio locum habuiſſet etiã ſi non dixiſſet. d. §. fi. dixi ego poſt alios in l.j.C. de eden. latè.

Et quod quiſque eſt moderator & arbiter in re ſua,poteſtque ſcribere quicquid uult, ſed non ad præiudicium tertij,& erit declaratio ad uulgatam regulam.l.in re mandata.C.manda.& no. in l.fundum.ff.de euictio.& in l.ij.in §.aduerſus. ff. ne quid in loco publi. pulchrè Paul. Caſtren. conſ.cxxx.nu.4.uol.j.

Et quod denique fieri non debet, imò uanum fatuumque uidetur, quod factum non releuat.l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. no. cauea. niſi dicamus releuare aliquo caſu quia cum aliis fidem faciat, & ſi quod ſcriptum eſt probetur ut declarat idem Paul. in d. l. rationes. in prin. ſupra eodem. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC.Publicio & optato.

FRVSTRA VEREMINI, ne ab eo, qui lite pulſatur, probatio exigatur. PP. xiij. kal. * Baſſo & Quintiano Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat,quod reus probet quia eſt caſus clarus in l.j.ſupra eod.ubi debitor onere probationis grauatur, & maximè quia in exceptionibus actor eſt. l. in exceptionibus. ff. eo.& adhuc quod reus probet eſt tex. in l. circa. ff.eo.negabat enim quis cui fuerat mota quæſtio ſtatus ſe eſſe ſeruum, & tamen probat quod eſt ingenuus.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia actor probare tenetur,ut ſæpè dictum eſt ſupra l. actor quod aſſeuerat. infra eo. l. ei qui. ff. eod.ergo non reus. Et nimirum ſi eo non probante reus abſoluitur.l.qui accuſare.C.de eden.c.j.ut eccl.ben.ſi. di. conſe. & quia negantis factum per rerum naturã nulla eſt probatio.c.bonæ.de ele.c.quoniã contra. de proba. c.ex tenore.de teſti.Alex.conſ.xlj.col.iiij.uol.ij.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere,non primum, quia incluſam habebat affirmatiuam,nec erat mera negatiua (ex quo etiam ſecundum tolletur)quia dicebat debitor ſoluiſſe, & oportebat neceſſario ſolutionem probare, & ut in locis ſupra alleg.latius probatur. Non ob. ultimum, quia ibi uoluit in ſe onus probationis ſuſcipere,eiq; (inquit Iuriſcon.) mos gerendus eſt nec uolenti fit iniuria.l.j.§.uſq; adeò.ff. de iniur.& eſt etiam ad idem bonus text. in l. quod ſi poſſeſſor. ff. de rei uen.Barba.in c.dilecti.col.v. de iudi. Rota deciſio. lxviij. de reſcrip. in nouis. Fel.in c.cum cauſa.in prin.de re iud.Cy.in l.i. C. ſi aduer.cred.nec habet dubium.

Præſtatq; nobis hæc lex (quanquam breuiſſima)argumentum ad multa, & maximè quod dictio fruſtra,nullitatem actus deſignat.l. ſicut. ff. de fideiuſſo.l.cum donationis.C.de tranſa.& fieri non debere,ſiue exigi, ab eo id, quod iure non poteſt,argu. in l.ſanum mente.C.de tranſac.

Et quod metaphoricæ reum, lite pulſatum dicimus,de quo etiam in c.j.in §.ſi clericus. de pac. tenen.in uſib.& in l.ij.in §.legatis.ff.de iudi.& in l.de ætate.in §.qui interrogatus.ff.de int.ac.

Et quod rei ſunt fauorabiliores actoribus, ex quo onere probationis non grauantur,ut hic dicitur & in l.fauorabiliores.ff.de reg. iur. actores autem ſic.d.l.actor quod aſſeuerat.infra eo.l.qui accuſare.C.de eden. ibi,& nihil ipſe præſtiterit. & maximè quando negant, ratione ſupra dicta. quia ſi partes actoris ſuſtineant ſecus (ut dictum eſt pariter ſupra) d. l. i.ſupra eodem.d. l. in exceptionibus.ff.eo.

Et qđ reus obtinere dicitur,ex non iure actoris

ris, ſi ipſe non probauerit id quod eſt fundamentum intentionis ſuæ.d.l.qui accuſare.d. l.actor quod aſſeuerat.l.fi.C. de rei uend.Corn. conſil. lxxxvii.col.iii.uol.iii.& conſi.cxlij.col.iii.co.li. & conſi.ccxix.col.i.uol.iiij.

Et quod denique uerbum probatio, includit etiam iuramentum, licet propriè probatio non ſit l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fi. ibi, per indeq; haberi, atq; ſi probatum eſſet.ff.de iureiur. quoniam ſi actor non probauerit, reus abſoluetur, etiam ſi non iurauerit.ita Barto.in §. ſi tamen.ad fi. in authen.de inſtru.caute.& fide. Finis.

Imppp. Grat. Valentin. & Theod. AAA.Floro.PP.

SCIANT CVNCTI ACCVſatores, eam ſe rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita ſit idoneis teſtibus, uel inſtructa apertiſsimis documentis, uel iudiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.

Dubitandi rationem faciebat, quod præſumptiones ſufficiant ad effectum ut inde quis ueniat etiam condemnandus, caſus clarus in l. ſi hi qui adulterij. C. ad legem Iul.de ad. ubi adulterii in crimine accuſatus, ſe prætextu affinitatis excuſauit, poſtea nuptias ſiue matrimonium cum muliere contraxit (dicit text.) id ſeueriſsime uindicari debere ipſumque reum ueluti conuictum, confeſſumq; facinus puniri. & idem dicitur in §. pe. in authen ut licet. mat.& auiæ.ubi ſi quis denunciet Titio ne cum uxore ſua loquatur, ſi ſpreta denuntiatione repertus fuerit loqui puniendus eſt.& ultimo loco Solomonis iudiciũ induci poteſt, qui præſumptionibus fretus, iuſſit ſurripienti filium, ut ipſum matri ſuæ reſtitueret, de quo in cap. afferte. mihi gladium de præſumptio.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. abſentem de pœn.& in l. qui ſententiam. C. eo. & in l. ſingulari.infra de accuſ. quod ſcilicet probationibus luce meridiana clarioribus conſtet, ſi deſq; fiat, maximè ubi agitur de ſalute hominis, deq; pœna corporis afflictiua, & ratio deciſionis eſt, quia ubi maius eſt periculum ubi cautius eſt prouidendum.c.ubi periculum de elect.in vi. l.i.§. ſed ſi quis.ff. de carbo.edict.§.cogitatio. §. plurimos autem in authen.ut iud. ſi quoquo ſuf. pulchre Pau. Caſt.conſi. clxviij.col. ii.uol.j.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, imo concordare, quoniam primum & ſecundum ideo concludit reum utique fore puniendum, conuictumq; eſſe, ex quo indicia erant indubita & luce meridiana clariora à lege amplius (ut talia) approbata quia ſic utroque etiam diſponendo ſtatuit, à qua recedendum eſt. l. proſpexit ff.qui & à quibus.gloſſ. in l.ſi non fuerint.ff.pro ſoc. Non obſt.ultimum, quia licet iuſſer Solomon (ut diximus) ſurripientem reſtituere filium matri, non tamen eam de plagio condemnauit ut in l.i.& to.ti.C.ad legem fau.de plagia. quod etiam Albe. hic ſentit & bene, ſed dici ẽt poteſt, quod probatio dubia potens ſit ad condẽnationem, quando lex præſumit ſeu diſponit ſuper ipſo dubio (ut proximè declarabam) tradit nouiſſime Flo.in l.item mela. in §. ſed & ſi plures. colũ.ij.ff. ad legem Aquilia. deque materia omnes in l. prima. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod ſi probationes luce meridiana clariores eſſe debent, iuramentum deferri nõ poterit, ut per Barto.in l.iij.in princi.& in l. admonendi.col.xj.ff. de iureiur.

Et quod hac ratione nec ueniæ petitio delictũ arguit ut eſt glo.not.in cap. exhibita de homici. Ro.in l.j.in princi. ff. de no.ope.nun. ſignanter etiam per tex.hic.

Et quod rurſum non ab re eſt, ſi teſtis etiam non interrogatus debet reddere rationem ſui dicti, alias non probaret in criminalibus ut hic per Saly.col.i.refert Alex.conſi.xv.col.iiij.uol.i.

Et quod in ciuili cauſa datur tantum una dilatio.l.in pecuniariis.ff.de fer.in criminali plures, ex quo ibi cautius eſt agendum ubi maius eſt periculum ut ſupra et hic uidemus quod hoc caſu probationes magis liquidæ requiruntur quàm illo ut hic & declarat ſic Bald.in d.l. in pecuniariis in penul.col.

Et quod denique licet nobis quandoque hyperbolice loqui, quia exceſſus eſt dicere, in criminalibus requiri & probationes eſſe debere luce meridiana clariores, ut in ſimili in l.i.& ibi Bart. nu.3.C.de ſacroſan.eccl.& Math.ij.ibi & omnis hyeroſolyma cum illo.& inde fit ad propoſitum regulæ quod duæ imperfectæ non coniungerentur, ad unã integrandã ut per Bal.in l.ſi quis ex argentariis.in §.i.col.i.ff.de eden.Alex.conſ.cxliij. col.j.uol.ij. Deci.cõſ.clxiii. col.pe.uol.iſ. Finis.

De teſtibus.

Impp.Diocletia. & Maximi. A A.& CC.Diogeni & Ingenuæ.

NIMIS GRAVE EST, quod petitis urgeri partem aduerſam ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negocium fiat. vnde intelligitis, quod intentionis ueſtræ proprias adferre debitis probationes, non

non aduerſus ſe ab aduerſariis adduci D.vi.kal.Maij, CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod cogatur qui ſi contra ſe ipſum teſtes uel inſtrumenta pro ducere,& aduerſarium inſtruere, quia uidemus quod actor edit reo ad exceptionem fundandã. l.fi. C. de eden. not. in l.i. ubi & nos multa. C. eo.tit. & quia poſitiones etiam fiunt,quibus reus ipſe plerunq; confitetur quod in eis in eiſdem cõ tinetur,clem. ſæpè.§.ſed quia,de uerb. ſignific. & maximè ueritatis indagandę gratia.l. ſi eum in princ.ff. ſi quis cau.glo. in l.ii.ff.ſi quis in ius uo. non ier.qđ ad iudicem ſpectat.l. ij. ſupra de edẽ. l. interrogari.infra de quæſtio.Bal.in l.requiren di.col.ij.de ſer. fugi.

Contrarium tñ hic decidit, & in l.j.& in l.q accuſare, & in d.l.fi.ſupra de eden.& in cap.i.de proba.& in l.de minore,in §.tormenta.ff. de quæſtio. ſicque uetabat olim lex, teſtem à defenſore accuſatori dari.& ratio deciſionis eſt, quia qui accuſare uolunt probationes habere debent. d.l. qui accuſare.l. actor quod aſſeuerat de proba.ſupra c.i.ut ec.be.ſi.di.confe. & quia arma ſummi nõ debent de domo rei, nimiſq; graue(ut inquit tex.met) ſe ipſum procedere quia conqueri poſſet & dicere uulgatum illud, de quo etiam nos alibi ſæpè.

Heu patior telis uulnera facta meis.
Meo me gladio iugolor,& ſimile.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere non primum quia illud optima ratione factum eſt, non quod ſit regulare,ex quo inſtructus à ſe ipſo (ut actor) eſſe non poteſt,trahiturque inuitus ad iudicium,& grauatus in hoc, debet in eo releuari, fauorabilior (ex regula iuris) actore.l.fauorabiliores.ff.de regu.iur.l. ſi quando.C. de dila.diximusque ſatis in d.l.i.de eden. Non ſecundum quia communi uſu etiam eo caſu poſitiones inuẽtę ſunt,neceſſarię & utiles, expediendarum litiũ gratia, & ut breui temporis interuallo amplius terminentur in ſuffragium & releuationem probationum.uel ut ampliaretur earum facultas iuxta tex.in l.quoniam.ad fi. C. de hæred.Bal. pulchre in c. dudum.ij.col.ii.de electio. Cyn.in l.ii. in §.qđ obſeruari.col.iiij.C. de iur. calum. Non etiam facit ultimum,quia debito modo à iudice indaganda eſt, non quod iubeat reo ut ſe ipſum probat,& inſtrumenta uel teſtes contra ſe producat, quia id iure fieri non poteſt. c. iudicantem. iij.q. v. Corne.conſi.ccxxix.nu.6.uolu. ij. alias non eſſet uir bonus.l.uir bonus.ff.iud. ſol. facere litem ſuam,& male ut inſti.de ob.que ex qua. del.in princi.nec. poſſet concludenter dicere, uulga.illud de quo Abb.in c.i.col.vi.de poſtula. præla.& in c.omnes de maio.& obe. Amicus plato, amico Socrates, ſed magis amica ueritas mihi eſt, quoniam ſic eſſet magis actoris amicus quàm rei.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod hæres qui tenetur denunciare occiſores defuncti, non tenebitur denunciare ſe ipſum,inquit Alexã. in l.cum quidam. in §.qđ dicitur.col.ii.ff.de acq.hær.

Et quod ſtatuentes ſuo ſtatuto non ligantur de quo tamen per Bar.& doct.late in l.i.ff. quod quiſque iur.

Et quod promittens dare turrim alicui,non tenebitur pariter ſi cum eo bellum oriatur,c. petitio de iureiu.tradit Bal.in l.inquiſitio. C.de ſol.

Et quod iuſta cauſa eſt ſi reus in ius alterius ſuccedat,ut ab expen.excuſetur,nõ ſi actor, quia imputandus eſt ſi non uenit ad iudicium inſtructus,quia expectare non debet ab aduerſario inſtrui ut hic,& per Bar.in l.qui in alterius.ff.de regu.iur.Ferrarien.in d.l.i.col.i.C. de eden.

Et quod denique lex generaliter loquens includit etiam caſus priuilegiatos,ut in perſonis di cebam.ſupra l.in fraudem.§.fi. ff.de mili.teſta.& eſt caſus in d.l.i.(quæ loquitur in depoſito,et ad uertunt omnes ibi).C.de eden.imò quod licitum eſt etiam reo haec dere,acta occultare, inquiunt Ferrarien.adhuc in l.ij.col.x.C.eo. Finis.

De fide inſtrumentorum, & amiſsione eorum, & apochis, & antapochis, faciendis,& de his,quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt.

Imp.Alexander A.Aeliano.

SI ADVERSARIVS apud acta præſidis prouinciæ, cum fides inſtrumenti, quod proferebat, in dubium reuocaretur, non uſurum ſe conteſtatus eſt: uereri non debet, nec ex ea ſcriptura, quam eſſe ueram etiam profeſsione eius conſiſtit, negocium denuo repetatur. PP. iij. Non. Decemb.Maximo. ij. & Aeliano. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod inſtrumẽto ſemel producto poſsit quis iterum eodem uti, quanquam ſe non uſurum eo conteſtatus fuerit, quia in probationibus uertitur utilitas publica (cogitaui multum hinc indeq; legi multa, non uideo certe quod alia potuerit eſſe concludens dubitandi ratio) uſque adeo ut anguſtari non debent ſed augeri potius,& ampliari.l.quoniam ad fi.C.de hæret.l.generaliter in prin.C.de reb. credito.& in authen.de teſtib.in princ. ergo inſtrumentor enunciari non potuit. l. ius publicum.ff. de pact.& not.in §.fin.in authen.ut ſine prohib. mat.debit,& hoc ſolum ſufficiat,quia tex iſtę(ut

dicunt

dicunt docto.)non eſt alibi, materia eiuſdem (quo ad illud maximè) ieiuna, & quaſi ſine dubitatione.

Contrariũ tamẽ hic deciditur,& ratio deciſio nis eſt, quia cum diceretur inſtrumentum falſum,nec producẽs ipſum eſſe uerum probauerit, l.penul.ſupra de proba.l.fi. infra ad legem Cor. de fal. conteſtatusq́ue fuerit ſe non uſurum, uti que falſum erit & dicetur, & conſequentur eo amplius uti non poterit.

Quo ſtante tolletur obiectum protinus,quia vtilitas publica eſt in genere,non in ſpecie reſpe ctu producentis, cum maximè inſtrumenti fides (ut inquit tex.& ut dictum eſt)in dubium reuocaretur,& no.in d.l.ius publicum. pulchre Bald. in c.traſmiſſa ad fi.de renun.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maximè quod aduerſarius dicitur ille qui tecum in lite contendit ut hic & etiã in c.ſi aduer ſarius de eo qui mit.in po.cau.rei ſeruan.& in c. propoſuiſti de fo.compet.& in c.i.& ibi ego nu. 9.ſignanter præceteris per iſtum text.de iudi.

Et quod ſi quis ſe inſtrumento non uſurum ꝓ mittat pœnam falſi deuitat. l. ſi falſos codicillos ubi no.tex.infra ad legem Cor.de fal. Bal. hic & in l.quicunque col.i.infra de ſeru.fugi.

Et quod renuncians liti uidetur fateri ſe ius nõ habere,ad quam amplius redire non poteſt.l. poſt quàm liti.C. de pac.l.deſtitiſſe.ff. de iudi. l. quæritur.§. ſi uenditor.ff.de ædil.edic.

Et qđ actus factus in iudicio & apud acta,maioris roboris & momenti eſſe dr̃,quam factus ex tra argumentum in l. cum oſtendimus,in §. fi. ff. de fideiuſſo.tuto.Bald.in l.iiij.col.ii. C. de repu. hæred.Alexand. in l.ſi fideiuſſor in princ. ff. qui ſatiſda. cogan.Barto.in l.ſi rem alienam in §.fi. ff. de pigno.actio.

Et quod denique ſi inſtrumentum in dubium non reuocetur, quanquam producens ſe eo non uſurum conteſtetur,non propterea falſum pręſu metur, ex quo (ut idem Bal.inquit hic) illud qđ non non obiicitur nemo fateri uidetur, & bene quia non entium quoque non eſt qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. quanquam idem Bald. ſenſerit contrarium in c. cum uenerabilis. nu.xvii.de exce. & male ratione prædicta.Finis.

Imp.Gordianus A.Martiano.

ILLATE DISPENSATORI pecuniæ ſi ob amiſſorum inſtrumentorum caſum probatione defeceris, inſpectio rationum fiſcalium fidem demonſtrabit. D. ij. Id. Februar. Gordiano A. & Auiola.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod hoc caſu debitori fiſci, non teneatur procurator edere librum rationum quia uidetur caſus clarus, in l. in fraudem in §. neque. ff. de iur. fiſci.ubi fiſcus non edit niſi cum promiſsione & cautione,ne is cui edit,utatur inſtrumento, & actis contra eum,ergo ſi contrarium edere non tenebitur,nec conſequenter procurator ſuus hic.& quia nimis graue eſt ſumere arma de domo aduerſarij ut hic etiam dicitur in glo.l.nimis graue ſupra de teſti. Et quia denique ſi fiſcus eſt priuilegiatus ut ei edatur.l.ne quiſq;.ff.de eden. utiq; etiam eſſe de bet ne ipſe edat alteri argumentũ in l. quod fauore.C.de legi.

Contrarium tamen hic deciditur, quod inſtru menti amiſsio non noceat, ſi per alium modum poteſt fieri probatio tenditq; ad iſtum effectum tantum hæc lex cum ſeq.ut inquit Pau.caſt.& be ne uſq; ad l.ſcripturę.& ratio deciſionis eſt,quia rationes communes ſunt,& quidem edendę omnino, ut fides ueri conſtare poſsit.l. non eſt nouum.l.iuſtum.l.inſtrumentum. ſupra de eden. l. ſi quis ex argentariis.§.rationem.ff.eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non pri mum quia ibi perſonæ ſunt diuerſæ,nec fiſcus cũ eo contraxerat cui edebat,hic autem ſic. quia de bitor ſuus erat qui ſibi edi petebat,caſu inſtrumẽ tis amiſsis,quamobrem etiam ſibi eſt ignoſcendum argumentum in l. quæ fortuitis.C.de pigno. actio.& ſic cum diuerſa hęc ſint ex diuerſis illatis fieri nõ poterit quæ bona & laudabilis ſit uul ga.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acquir. poſſ.l. Papinianus exuli.ff.de mino. Non etiã facit ſecundum fallit regu. hoc caſu ex quo (ut dixi) rationes communes ſunt, ut aliis ſimilibus de quibus,ibi ubi nos quoq; rurſum diximus.Nõ ultimum denique, quia conſequentia bona non eſt, cum nec ſit fiſcus priuilegiatus niſi in caſibus à iure expreſsis ut no.in l. item ueniunt in §. in priuatorum.ff. de peti.hær. Saly. in l.exemplo in princ.ſupra de proba.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, et maxime quod rationibus ſemel editis, ſi caſu amittantur, iterum edi debent,glo. eſt no.per iſtum tex.in l.j.in uer. ex cauſa ſupra de edendo.

Et quod inſtrumentum antiquatum ſeu amiſſum, debet refici ſecundum formam & ſubſtantiam prothocolli ſi extat ut per Barto. in l.ſi quis ex argentariis.in §.fi.ff.eo.

Et quod ſi culpa ad caſum ſit ordinata,deberet nocere, aliàs non ut hic & in l. ſi uehenda in §. idem iuris.ff. ad legem Rhod. de iac.

Et quod uitio naturali parcendum eſt.l.flumi num.§.uitium.ff.de dam.infe.

Et quod denique grauatus in uno debitor,qđ caſu inſtrumentum amiſerit ſi culpa ſibi tamen imputari non põt ut ſupra in alio releuandus eſt ſ.edendas eſſe, tũ maximè (ut rurſum dixi) cum ſint cões.l.eum qui.ff.de iureiu.l.iii.§.ſed utrum. de mino.l.unica.C.de his qui ante ap.tab. Finis.

Impp.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & CC. Ariſtæneto.

INSTRVMENTIS ETIAM non interuenientibus, ſemel diuiſio rectè facta non habetur irrita.

Dubitandi rationem faciebat, ſcripturã omnimodo requiri. tex, in l. contractus, infra eod. ubi ad literam probatur, contractum non ualere niſi in ſcriptis redigatur. ergo neque hic diuiſio. & quia facilitati teſtium res & negocium committi non debet. l. teſtium. C. teſtib. ergo ſcriptura omnimodò neceſſaria. & idem probatur, in l. contrahitur. ff. de pigno. & quia nudo pacto etiam uidetur facta cum non interuenerit ſtipulatio, & ſic irrita. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pac. & quia denique inſtrumentum dicitur quippe quod mentem inſtruit. l. ii. ff. de fi. inſtr. ergo ſine ſcriptura inſtructa non dicetur.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia inſtrumentum non dat eſſe contractui nec illum ueſtit, inuentum quoad probandum, non quoad aliud, ut neceſſarium ſit. l. contrahitur. & infra in l. ſeq. ubi Salyce. & omnes. & quia fides rei geſte ratam diuiſionem ſatis affirmat. l. non ideo fami. herciſ. ſupra. & quia emptioni quoque æquiparatur. l. i. C. communia. ut. iud. emptio ſolo conſenſu perficitur ut inſtitu. de obliga. quæ ex conſenſ. in prin. ergo & diuiſio.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum quia ibi partes ita conuenerunt, ergo alias ſcriptura neceſſaria non erit. Non ſecundum. (ex quo tolletur etiam tertium) quia id quo ad utilitatem actus. Non obſt. quartum, quia imo producit ex quo ſufficit eos qui negotia gerunt conſentire, inquit tex. inſtit. de oblig. quæ ex con. prçalleg. in princ. & in l. ii. ff. de contrahen. empt. & in l. conſenſu. ff. de actio. & obli.

Non quintum & ultimum, quia non erit inſtructa (ut dixi) quoad probationis effectũ, aliàs ſic ſolo conſenſu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maxime, quod diuiſio poterit probari per teſtes, ex quo non eſt de cenſibus enumeratis. in c. i. ubi glo. ſingula. de cenſi. in vi. ſcripturam requirentibus, ut hic etiam ſignãter dicitur, & no. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. Alex. conſi. lv. col. j. uolum. iiij.

Et quod ſi fiat inſtrumentum diuiſionis ſtabit in eo demonſtratiue: ex quo ſcriptura non eſt de ipſius ſubſtantia ut in ſimili inquit Bal. in c. in præſentia. col. ij. de renun.

Et quod prçtextu aliquo infirmari non poteſt quod recte factum eſt. l. j. ff. de inoffic. teſtamen. l. non putauit. §. non queuis. ff. de bono. poſſeſſ. contratabu.

Et quod facta pro infectis haberi non debent, ſi maximè (ut dixi) recte facta ſint. l. in bello. §. factę. ff. de cap. & poſt li. re.

Et quod denique ex diuerſitate titulorum toleratur ſuperfluitas, nanque idem quod hic ad literam etiam dicitur in l. non ideo. ſupra famil. herciſ. & eſt limitatio que ſolet dari ad §. quibus. in prima Cod. conſti. ut per Feli. in prohe. rex pacificus ad fi. ubi alia multa. Finis.

Plus ualere quod agitur quàm quod ſimulate concipitur.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Maximæ.

EMPTIONE PIGNORIS cauſa facta, nõ quod ſcriptum, ſed quod geſtum eſt, inſpicitur, D. Kal. Maij. Sirmij. CC Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod contractus fœneratitius nõ ſit nec præſumatur. Ex quo uerba (ut aiunt) ſunt ſigna earũ quę ſunt in anima paſsionum note. l. labeo. §. idem tubero. ff. de ſup. lega. mentaliaque hac de re appellantur. unde Plato hic etiam in thimeo inquit. Datum nobis ſermonem fuiſſe, ut mutui atq; interioris conceptus eſſent indicia. Imò quod hæc eſt finalis cã linguæ, ut loquamur quæ habemus in corde, uerba autem ad propoſitum emptionis & uenditionis ſunt, ergo a uerbis nec recedemus. l. non aliter. l. ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. iij. & quia etiam fœnus, eſt delictum, furtum, & dolus. imò plus, quod fœneratorem Cato homicidæ æquiparabat, interim tradit Inno. in c. ad noſtram de iureiur. Bal. conſi. clxxxiii. ad fi. uolum. i. & conſil. cxxxv. col. i. eo. lib. c. quia in omnibus. c. ſuper eo. de uſu. nemo autem prçſumitur uelle delinquere. l. merito. ff. pro ſoc. ergo.

Cõtrarium tamen hic deciditur, & in l. i. & ij. infra de pac. pig. & in c. ad noſtram. de empt. & uend. & ratio deciſionis eſt, quia originalis cauſa, erat mutui, quo fit ut id potius attendi debeat, quod ratione pacti à lege improbati, contractus fœneratitius, ſit q̃ uenditionis, prçallega. l. j. & ij. de pac. pi. d. c. ad noſtram.

Ad oppoſita reſpondetur, ſecum ſol. afferre, nanque ad primum dicimus uerum eſſe antecedens, ſed cõſequens falſum, quod à uerbis recedere nõ debeamus, ex quo mente cõſtat qualis fuerit, deque originali cauſa mutui, ut ſupra, & per Alex. conſi. lii. col. ii. uol. j. & no. in d. l. non aliter. Ro. conſi. lxxxix. Ad ſecundum uero, id procedere in dubio, & quando non conſtaret, hic autem conſtat deducendo ut ſupra ergo. Imò qđ in mutuo, facilius uſura præſumitur, quàm in alijs contractibus, ex quo non eſt ueriſimile mutuantem

tem uelle iactare interuſurium medij temporis.l. cum allegas. C. de uſu.pulchre Bal.conſ. cxxxiij. col.i.uolum.j.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maximè quod ea quę ſunt ſimulata nunquã conualeſcunt,inquit etiam Bald. per iſtum text. in l.ſi non ſingulari.col.ii.C.ſi cer.peta.

Et quod hæc lex ſimulatio media inter ſimulationem nihil agentium,& aliter agentium, ali quid agentium ſcilicet,quia uere eſt pignus & ſi mulatur emptio,& ut fuſius idem Bal.declarat in l.cum precibus.in princi.ſupra de proba.

Et quod venditio duplex eſt una quæ habet eſſe & figuram eſſe,ut in titu.de contrahen. empt. & in l.ij.C.de pact.int.empto. & uend. alia quæ habet figuram eſſe apparenter non in ſubſtantia ut hic,& per eundem Bald.adhuc.conſi.liiij.col. j.uolum.j.

Et quod contractus ſimulatus non præſumitur ut etiam dictũ fuit.ſupra igitur qui dicit hoc ipſum probet neceſſe eſt.l.ij. ff.de proba. l. actor quod aſſeuerat.C.eo.l. prima. C. noua. uectiga. inſtitu.non po.

Et quod denique ex ſimulatione inſtrumentum perdit nomen, fuitq; uerbum Bald.ſupra d. l.cum precibus per illum tex.ſupra de proba. & in l.fi.in §. in computatione.C.de iure delibe.& in l.i.ſupra eod.& Alexã.conſi.clxvi.col. ultim. uol.ij. Finis.

De commodato.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Fauſtinæ.

PRAETEXTU DEBITI reſtitutio cõmodati nõ probabiliter recuſatur. D. xii. Kal.Decemb.ipſis AA.& Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod res commodata poſsit retineri à creditore, quia ſi commodatario debet commodans, æque conuenit rem commodatam poſſe retinere, ut debiti & crediti compenſatio fiat l.prima.ff.de compenſ. Et quia creditor quoque ob Chyrographariam pecuniam ſibi debitam,pinus retinet.l.i.C.etiã ob chyrographa.pecu.pi.reti. po. Et uidetur caſus ultimo loco in l.in rebus in §.poſſunt.ff.com moda. & in l.ſi quis rem ad fi. ff. de acq.poſſ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia finito uſu, ex quo dominium & poſſeſsionem retinet commodans.l.rei commodatæ.ff.eod.rem commodatam tenetur commodatarius reddere, retinere autem non tametſi ſit creditor, quia functionem non recipiunt,ut inquit Bald. & bene,argumentum in l.ij. in §. mutui datio.ff. ſi cer.petatur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum quia non eſt uerum cum de ſpecie ad quantitatem compenſatio non fiat.l.fi.C.de compen. l.ſi non ſortem.§. ſi tibi.ff. de cond.indeb. Nõ ſecundum quia loquitur alio caſu, quando aliquis erat creditor ex diuerſis cauſis,hic autem debitores diuerſi,commodatarius ex cauſa commodati. Commodãs ex cauſa mutui,nimirum igitur ſi primo caſu pignus retineri poteſt,ſecundo autem non res commodata,quia ex diuerſis non infertur.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acquir. poſſ. Non tertium & ultimum, quia id quoque ſpecialem habet rationem ſi prætextu expenſarum factarũ in re commodata retineatur,ut etiam hic dicitur in gloſſ.quia non æque conuenit quod commodãs cum ipſius cõmodatarii iactura locuples fiat. l. nam hoc natura.ff. de cond.ind.c.locupletari. de regu.iur. in vj.l.iure naturæ. ff.eod.& ita loquuntur iura ad oppoſitum inducta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod uerbum prætextu, ut hic, & in l.iiij.ſupra de hęred.ac.& ſimilibus cauſam importat ut not.etiam in clem.i.de offi. ordina. Gozad.in.pulchre & ſignanter per iſtum text. conſi. lxv.nu. 8.

Et quod creditor regulariter ius ſibi non dicit in facto proprio.l.j.C.ne quis in ſua cauſa.,probat per locum à ſpeciali text.in l.ait pretor in §.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cred.quod utique facere hic, & male, ſi rem commodatam retineret.

Et quod quanquam retentio fauorabilis ſit & facilius permittatur quàm petitio.l.ii. ubi Bald. in iij.no.C.de fidcicom.l.per retentionem. C.de uſu.c.intelleximus,de iud.Deci.in l.diuus.nu.5. de reg.iu.non omni caſu tñ locum habet,ut hic.

Et quod ſi commodatarius rem commodatam reſtituere recuſauerit dolo non carebit argumentum.in l.diuus.ff.man.in ſimili Bal.conſ.clxxvij. colum.i.uolu.ij.

Et quod denique improbus eſt, qui beneficiũ ſit ſumere,reddere autem neſcit, ut hic commodatarius,qui(ut inquit tex.met)non probabiliter rem commodatam reſtituere recuſat, verbumq; eſt Plau.in perſa.& ſi non probabiliter ergo improbe.l.ſi is contra quem.C.de edifi.priua.l.improbum.C.de his qui not.in ſa. Finis.

De exercitoria & inſtitoria actione.

Impp.Diocletia.& Maximia.A.A.& CC. Antigonæ.

ET SI A MVLIERE MAgiſter naui præpoſitus fuerit:ex contractibus eius ea exercitoria actione ad ſimilitudinem inſtitoriæ tenetur.

netur. PP. xiiij. Kalen. Nouemb. Syrmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rarionem faciebat, qđ mulier non tenetur exercitoria. (de maſculis non eſt dubiũ, l.j.& ij.& toto.titu.ſupra.eo. (ſi quis cum magiſtro nauis contraxerit, quoniam ſexus fragillitas ipſam excuſat, maximè quia ſic quodammodo intercedere uidetur pro alio.l.ii.§.uerba.ff.ad Velleia. & in ſimili uidemus quod nec tutelá gerere poteſt, quanquam in matre & auia ſit diſpenſatũ. l.fi.ff.de tute.authẽ.matri & auie.C.quãdo mul.tute.offi. funga. nec argentariam exercere.l.fœminæ.ff.de eden.no.in l.i.C.eo.& fuſius ut in l. fœminæ.ff.de reg.iur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia eſto quod ipſa muliet non poſſit, nec conueniens ſit ipſam, nauem exercere, potuit ramen per alium, ex quo rationabile eſt etiã hoc ſtante, ſi cum magiſtro nauis quis contrahat quòd ipſa teneatur. Et quia in materia in differẽti maſculinum fœmininũ concipit.l.qui duos in fina. l. ſeruis legatis.ff. de lega.iij.l.i.ff. de uerb ſig.not.in d.l.fœminæ, & cum edictum in maſculo loquatur extendetur quoque ad fœminam. maximè quia ius differentiam non facit, inter unum & alium.l.maximum uitium.C. de liber. præter. imò quod hoc idem ſtatuit hic expreſſe, & edictum ipſum extendit copulatiuè, ut in fœmina quoque locum habeat, quo caſu omnis dubitatio ſublata eſt, ex quo à lege recedere non oportet.l.proſpexit.ff.qui & à quib.glo.in l.ſi nõ fuerint.ff.pro ſocio.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere non primum. (ex alia ad idem (in ſimile tamen facientia) tollentur) quia non eſt uerum, quandoquidem rem ſuam agar & per alium quidem, quod (ut dici) permiſsione legis facere põt, igitur nõ mirum ſi tenetur ut etiam hic not. in tutela autẽ prohibetur, quia officium uirile eſt, & non põt neque per ſe neque per alium exerceri. niſi in caſu (ut dictum eſt) authen. matri & auie. C. quando mu.tut. offic. fun. & ſi id impetraretur à principe ut not.in d.l.fi. & amplius. quoad argentariam, quod licet per ſe non poſsit, poteſt tamen per alium puta per ſeruum. l. prætor air, §. ſed & ſi ſeruus. ff.de eden.& ſic concordat quantum ad iſtud.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè, quod ſi mulier eſt in hoc releuata, ut poſsit magiſtrum noui pręponere in alio quoque grauata eſſe dẽt, ut ex contractibus cum magiſtro nauis prædicto, factis teneatur.l.eum qui. ff.de iureiu.

Et quod copula et, qñq; ponitur & ſtat continuatiue ut hic & in l.& quia.ff.de iur.om. iud. & in l.& ſi qđ.& in l.& ſic (milleq; hmõdi ſunt.) ff.ſol.ma.& aliter ut no.in l. j.ff.de iuſt.& iur. Albe.plene in dictiona.ſuo &. & nonnihil nos ẽt in libello dictionũ, q fodina iuris inſcriptus eſt.

Er quod qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur, ut in regu.qui facit de regu.iur. in vj. & in l.certe.ff.de pręca.& in l.ita.autem in §.geſſiſſe.ff.de admi.tuto.uſque adeo ut mulier hic teneatur ex contractus factis cum magiſtro nauis, quia ita ẽt teneretur ſi cum ea quis contraxiſſet.

Er quod inſtitoria & exercitoria, ſunt ſimiles, nec differunt alias effectu, ſed in hoc tãtum, quia uno caſu quis negociationi præponitur, puta annonarię ſeu frumuntariæ, & in ſimili, alio uero nam, ut hic, & non ab re mulierem hic rurſum teneri ad inſtitoriæ ſimilitudinem, dicit text.

Et quod denique de ſimilibus idem eſt iudiciũ, inque aceto & uino exemplificat Bald. pariter in ſtatut.uinum.nu. 1.deque materia aliàs ego alibi ſatis, & in collectane.in l.non poſſunt.ff. de legi. & in c. tranſlato in lect.de conſtitutio. Finis.

Ad Senatuſconſultum Velleianum.

Imp. Antoninus A. Seruato.

SI CVM IPSE MVtuam pecuniam acciperes, mater tua contra amplissimi ordinis conſultũ fidem ſuam interpoſuit, exceptioue ſe tueri poteſt. PP. iii. Id. Auguſt. Antonino A. iv. & Balbino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod mulier nõ iuuetur Velleiano ſi pro filio intercedat, quia cẽſetur negocium proprium cum filius reputetur eadem perſona cum matre, ut dicit hic Pau.Caſt. & quia intuitu pietatis facere uidetur argumentũ in l.alimenta & in l.ſi paterno.C.de nego.geſt.& ratione ſanguinis ẽt tuta eſſe non debet argumẽtum.in l.i.in §.largius.ff.de ſuc.edic.& in l. procula.ff.de proba.& quia uidemus hinc quoque, quod mulier ad tutele onus non admittitur. l. fi. ff. de tutel. & tamen in matre ſecus ſe obligante ad id, authẽ.marri & auię.C.quando mul.tut.offic.fun. Et quia denique ſi aliquo caſu non iuuarur.l. penul.& fin.infra eo.æque conuenit nec iuuetur etiam iſto.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ij. in §.fina.ff.eo.& ratio deciſionis eſt, quia uirilibus officiis fungi mulieres, & huiuſmodi obligatiotionibus obſtringi, æquum non eſt propter ſexus imbecillitatẽ, nimirum igitur hic, etiam quod ꝓ filio intercedat ſi velleiano iuuatur, maximè quia Senatuſ.Conſul.uerba, ſunt generalia, ad mentis ſibi non modo officium in quo opera nudumq; miniſterium uerſatur ſed etiam periculum rei familiaris.l.j.ff. ad Senatuſconſ. Vell ia. debentq; generaliter intelligi etiam ſi mater pro filio intercedat, uel filius pro patre ut etiam hic dicit glo.

& habetur in l.ſi paternam.infra eo.l.j.§.generaliter.ff.de leg.prẹſtan.l.de precio.ff. de publicia. cum uulga.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quià reſpondet hic idem Pan.non reputari quantum ad hoc, ut uideatur geſsiſſe, proprium negocium, & malè quod reputetur aliàs cum matre.l.fi.C.de impub.& ali. ſubſti. ubi de patre id ſolum dici debet ergo non ea ratione proprium negocium cenſeri debebit. Nec aliud facit quia in alimentis uerum eſt, in quibus non agitur de aliquo obligando ut hic, nec eo caſu ſexus imbecillitas conſiderabilis eſt, ut hic in Velleiano, benè igitur intuitu pietatis fieri uidentur ibi,ſed non quando intercedit pro filio,ut in ſimili inquit Bal.in l.ij.col.vj.C. de reſcin.uend.& quia(ut inquit etiam Bal. hic) non eſt pietas cauſæ, ſed perſonæ, quæ Velleianum non excludit. Et licet in honorem ſanguinis largius tempus (quo ad tertium) filio tributum ſit agnoſcendæ bon.poſ.quàm agnatis,ut dicitur in d.§.largius. honor ſanguinis propterea non eſt quod mater obligetur,ſed onus potius, à quo debet exceptione d.S.Con. liberari, ratione ſupra dicta,nec filio ita prodeſſe,ut ſibi noceat,quoniã prima charitas à ſeipſo incipit.l.præſes.C.de ſerui.& aqua.auxilio legis maximè ita uolentis & iubentis.d.l.j.ff.ad Velle. Minus etiam facit ad idẽ tex. in d.l. Procula, quia in donatione loquitur præſumenda,eoq; caſu aliæ etiam concurrebant taciturnitas lõgi temporis & cõpenſatio ſæpius facta,omnia aliena penitus ab eo de quo hic dubitatur,& diuerſa,quanquam ſanguinis habeatur ratio,ex diuerſis autem non fit illatio uulga.l.Papinianus exuli.ff.de mino.ergo.Non ob.quartũ. quia obligat eo caſu quoq; ſe pro facto proprio, ratione tutelę.l.ij.ſupra eo.hic autem pro alieno quanquam filius eſſet. Specialemq; reſponſionẽ hñt iura,ultimo loco alleg. ĩ libertate loquẽtia & dote,quæ duo pcipuũ merentur fauorẽ,ut in ſimili inquit Iuriſcon.in l.ex pluribus.in fi.ff. de admi.tu.l.j.ff.ſolu.mat.l.generaliter.§. ſi quis tutorem.in fi.ff.de fideicom. lib. ergo in contrarium erit ius commune, exceptioq; firmabit regulam in caſibus non exceptuatis.l.quæſitum.§.deniq;. ff.de fun.inſt.inſtrumentoq; leg.l. ius ſingulare. l.quod uerò contra,ff.de legi.c.præſenti.§. loca. de præben. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod quanquã mater ualde diligat filium.l.iſti quidẽ.ff.quod met.cau. l. uideamus. in prin.ff.de in lit.iur.non ita tamen ipſum diligere debet,ut contrafaciat legi,aliquid ſibi iubẽti.argumentum in l.aſsiduis.C.qui po.in pigno. habe.& in c.ex tenore.de fo.comp. & ideo ſi contrafecerit,imbecillitate ſexus ducta,& ignorãter tuta eſt,niſi certificata beneficio eiuſdem legis renunciauerit,aut precium uel res,ea ratione receperit,quia tunc ſecus.l.fi.§.fi.ff.ad Velleia.l. fi. infra eo.auth.ſi mẽri &aniẹ.C.qñ mul.tut.of.fung.

Et quod fidem fallere graue eſt,& nefarium.l. fi.ff.de conſti.pecu.niſi legis auctoritate promittens fallat,quia tunc leue erit, & excuſabile crimen,ut hic,& in l.j.prçalleg.ſupra eo.eſtq; argumentum in l.Gracchus.C.ad leg.Iul. de adul.

Et quod beneficium non confertur in inuitũ. l.inuito.ff.de reg.iur.c.inuitus.eo.tit. in vj. Bar. in l.hoc iure.in §.non poteſt. ff. de dona. nimirũ igitur ſi aliquo caſu muliere nolente Velleiano non iuuatur.

Et quod ubicunq; ius ſine facto noſtro nobis acquiritur,ex diſpoſitione legis illud poteſt ſemper ſimplici repudiatione tolli, ut not.etiam in l.j.C.de pact.

Et quod denique S.Con.inuentum eſt ne mulieres decipiantur.l.ij.§.uerba.ff.ad Velleia.l.qui exceptionẽ.ff.de cond.inde.Corn.conſ.clxxxvj. nu.16.uol.ij.quo fit non mirum eſſe (ut dictum eſt) ſi eodem S.Con.iuuatur quamuis etiam pro filio intercedat.qui etiam Macedoniani S.Con.exceptione eſt tutus.l.j.ff.ad S.Con.Mace. Finis.

ADDITIO.

Quod ad Belleianum S.C. dici debeat, & non Velleianum, ſcribit Angé. Politianus in epiſto. Iacobo Modeſto cuidam Pratẽſi, & ridiculè quidem ponit falcem in alienam meſſem ut dicitur in c.nullus.de parroch.quia in pandectis ſic legitur quibus acquieſcẽdum eſt, unde igitur tam bellè Belleianum iſtud hauſerit neſcio.

De non numerata pecunia.

Imp. Alexander A. Iuſtino.

FRVSTRA OPINARIS, exceptione non numeratæ pecuniæ te eſſe munitum,quando (vt fateris) in eius vicẽ, qui erat obligatus,ſubſtitueris te debitorem.

Dubitandi rationem facit,quod exceptionem habeat qui ſe pro alio debitorem cõſtituit, quia uidetur caſus in l.tam mandatori.infra eo.ubi tã fideiuſſori quâm mandatori competit exceptio non numeratæ pecuniæ,ergo & hic ei qui alieno nomine ſoluere promiſit. Et maximè quia ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cau. §. fuerat.inſti.de actio.& ibi plenè not. & quia etiã in dubio eo animo promiſiſſe uidetur,argu.in §. pauonum.inſti.de rer.diu c.ij.& iij.de prçſump. c.afferte mihi gladium.eo.tit.ubi accidentia magnam partem cõferunt ad cognoſcendum quod quid eſt,idemque Abb.conſ.xciij.col.ij.uol.ij.

Contrariũ tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia is non agit ut numeretur, nec ex perſona ſua(ut inquit ẽt Bal.hic & benè)obliga-

tio ſumpſit exordium,nimirum igitur ſi nec ex-
ceptionem obiicit.

Ad oppoſita reſpondetur,nihil facere,nõ pri-
mum,quia uerum eſt id,quando principali debi
tori pecunia numerata nõ fuiſſet, ut ibi,at hic nu
meratam fuiſſe præſupponimus , ergo . & ſentit
etiam gloſſ. hic & benè , quia ex ipſius debitoris
perſona ſibi competere uidetur ut ibi etiam glo.
declarat. Non etiam ſecundum, quia uera eſt re
gula,in ſe,ſed non hic,imò quod argumentum re
torquebitur,obiici adhuc non poſſe, quia nec de
bitor poſſet,pecunia ſibi iam(ut diximus)nume-
rata. Non ultimum deniq;,quia eadem reſpon-
ſione tolli poteſt,non præſumi ſcilicet eo animo
promiſiſſe,quia nec principalis, dicta exceptio-
ne erat tutus,præalleg.l.tam mandatori,ibi exẽ-
plo rei principalis,infra eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul
ta,& maximè quod qua ratione exceptio non nu
meratæ pecuniæ hic non datur neq; competit Iu
ſtino, pari non dabitur neq; competet tutori , in
mutuo ſe ſcriptura obliganti,& auctoritate qui-
dem propria pupillo,quod facere poteſt. l. quo-
tiens.§.non tantum.ff. de admi. tuto. quia ſcili-
cet non obligauit ſe ſub ſpe futuræ numeratio-
nis ut hic,ſibiq; ſtatim ſoluiſſe,uerisimiliter præ
ſumit lex.l.fi.C.arb.tu.not.in l. ſingularia ubi &
nos multa in j.ij.iij.iiij.& v.lect.

Et quod hæc exceptio non erat cognita de iu-
re ſſorum,ex puo loquitur hic Imp. de iure Co-
di.quod ex eo licet uidere quia dicto iure nec ti-
tulum habemus nec legem de ea loquẽtem & ad
uertit Areti.in l.lecta.in prin.& ibi nos multa.ff.
ſi cer.pet.lect. iij.& iiij.& probatur in l.aduerſus.
ſupra eodem.

Et cum exceptionis ſignanter fiat mentio hic
rurſum,quod eccleſiæ perpetuo dabitur, quia nõ
eſt propriè exceptio,ſed nullitas ipſo iure ut no.
Bal.in auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.
eccle.& in c.fi.de ſol.pulchrè.Cald.cõſ.cclxxvj.
de commoda.Nicol.Mil.in aureo alphabeti.ſuo,
in §. exceptio . nu. 41.

Et quod ſi campſor pro alio promittat , non
obiicit pariter nec tutus eſt excep.non numeratę
pecuniæ.ut etiam ſentit Bal.hic & benè diximus
nos latè in d.l.ſingularia.ff.ſi cer.peta.

Et quod deniq; aduerbiũ iſtud fruſtra,in lege
poſitũ , ſignificat nec actionẽ nec exceptionẽ ali-
cui ipſo iure cõpetere,& uirtualiter hic dr̃,& ꝓ-
batur ẽt in ſimili in l.ea quæ & ibi no.C.de trãſa.
& in l.pe.in §.ad crimen.ff.de pub.iud. Finis.

Impp.Diocle.& Maxi.A A. Eutychiano.

SI TRANSACTIONIS
cauſa dare palladio pecuniã
ſtipulanti ſpopondiſti; exce
ptioni non numeratæ pecunię defen-
di non potes.

Dubitandi rationem faciebat , quod contra
tranſactionem exceptio opponatur,ex quo debi-
tori numerata pecunia non fuit , unde etiam ob
id,exceptio non numeratæ pecunię dicta eſt,hoc
iure tantum cognita,ut proximè declaraui,& ſen
ſiſſe amplius uidetur Inno. in c. graui . extra de
depoſi.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deci
ſionis eſt, quia pecunia debetur ex cauſa tranſa-
ctionis,ut à lite diſcederetur,ſiue fuerit numera
ta ſiue non.l.in ſumma.in prin.ff. de cond. inde.
l.ij.ſupra de tranſa.& ut etiam hic in glo.Bal pul
chrè in rub.extra de tranſa. in prin,

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non pri
mum,quia iã reſponſum eſt hoc idem dici obii-
ciq; non poſſe,quoniam exceptio prædicta tunc
locum habet,cum fit confeſsio debiti ſub ſpe fu-
turæ numerationis.l.j. ſupra eod. olimque intra
quinquennium obiici poterat , hodie autem in-
tra biennium.§.multum.inſti.de lit.ob.l.ſi intra.
l.in contractibus.in prin.ſupra eo. hic autem de
betur ex cauſa tranſactionis. ergo . Nec facit di-
ctum Inno.in præalleg.c. grauis. quia illud ideò
eſt,ex quo(ut inquit Bal.& Saly.poſt eum)tran-
ſactio erat facta in frandem uſurarum.forteq; tu-
tius eſſet dicere tunc exceptionem ſimulationis
potius quàm hanc non numeratę pecunię locum
habere,ut idem Saly.ait ex not.in l.ſi ſub ſpecie.
ſupra de poſtu. nonnihil (adde tu) tradit Paul.
Caſt.conſ.lix.nu.3.uol.ii.& Ro.conſ. ccxxxviii.
in prin.& Soci.in l.ii.in §.creditum. nu. 14. ff.ſi
cer. petat. de iſta tamen non numeratæ pecuniæ
mentionem facit Imp.in d.l.ſi ſub ſpecie.ideò co
gitandum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta & maximè,quod ex diuerſis non fit illatio quæ
bona ſit.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.natura-
liter.§.nihil commune.ff. de acqui. poſſ. nanque
ſi debetur(ut dixi)pecunia ex cauſa tranſactionis
iam dici non põt ; ꝙ debeatur quia confeſsio fa-
cta ſit ſub ſpe futuræ numerationis . Et ſic quod
exceptio non numeratæ pecuniæ competat, quo
niam oportet quod ex præmiſsis fiat.l. Stichum.
§.naturalis.ff.de ſol.l.qui ad certũ.ff.de act. emp.
l.non habet.C.unde legi.Bal.conſil. duodecimo.
ad finem.uol.primo.not.in l.prima.in §. qui mã
da tam. ff.de offi.eius cui mand.eſt iur.

Et quod dare eſt dominium transferre in ac-
cipientem.§.ſic itaque. inſti. de actio.ſi maximè
ad tranſactionem uerbum iſtud,referatur ut hic,
& in l.ſi pro fundo.C.de tranſactio.quia ſi ad em
ptionem & uenditionem ſecus.l.fi.& ibi Bart. in
prin.ff.de condict.ob cau.& ideò ſi ſtipulanti.d.
de cauſa promiſsio fiat,facta non uidebitur ut ex
ceptio non numeratæ pecuniæ obiiciatur.arg. in
gl.legata inutiliter.ff.de adi.leg.

Et quod agens in hoc grauatus,qđ à lite rece-
dit,in alio eſt releuandus,ne ſibi exceptio obiicia
tur non numeratæ pecunię & maximè(ut dictum
eſt) quia debetur ex cauſa tranſactionis . l. cum
qui.

qni. ff. de iureiuran.

Et qđ ex effectibus cognoſcimus cauſas, iuxta uulgatum illud Matth. vij. Bona arbor bonos fructus facit, & quia ſi diſceditur à lite, cauſa tranſactionis eſt, ut hic, eſtq; argu. etiam in l. licet. in §. ea obligatio. ff. de procura.

Et quod denique negatiua præpoſita uerba poteſt, priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam, ut per glo. in c. j. de reg. iur. in vj. not. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & in l. j. ff. de uerbo. obliga. & ſenſus eſt hic, ſi palladio ſtipulanti pecuniam dare ſpoponderit Eutychianus, nullo modo, ſiue iure, exceptione non numeratæ pecuniæ defendi poſſe. Finis.

Imp. Iuſtinianus. A. Ioanni. P.P.

INDVBITATI IVRIS EST, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere & in talibus nominibus, vel fœneraticiis vel aliis cautionibus, quæ etiam ſacramenti habent mentionem. quę enim differentia eſt in huiuſmodi exceptione, ſiue iuſiurandum poſitum eſt, ſiue non, tam in fęneraticiis, quàm in aliis inſtrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?

Dubitandi rationem faciebat, quod ſtante iuramento exceptio obiici non poſsit, quia eſt uinculum omni alio firmius & potentius, authē. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. habens amplius clauſulam, ſeu uim clauſulæ codicillaris, ut actus ualeat omni meliori modo quo ualere poteſt. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. uſq; adeò ut hic etiam iurans exceptioni non numeratæ pecuniæ, renunciaſſe uideatur.

Contrariū tamen hic breuiter deciditur, & rō deciſionis eſt, quia iurans adhuc promittere uidetur ſub conditione ſi pecunia numerabitur, ergo aliàs iuratum non uidebitur, & conſequenter exceptio opponi poterit, perinde ac ſi iuratum non fuiſſet. & quia iuramentum regulari debet ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, ad quod tex. iſte etiam ſolet allegari, ut in ſimili in ſtipulatione dicitur in l. j. in §. belliſsimè. ff. ut leg. no. cauea. Alexan. in l. certi condictio. col. iij. ff. ſi cer. pet. Bar. in l. uenditores. ad fin. ff. de uer. ob. & in l. ſi quis in principio teſtamenti, ad fi. ff. de leg. iij.

Ex quibus oppoſita etiam tolluntur, quia eſto quod ſit uinculum omni alio firmius regulariter ꝙq; uim codicillaris clauſulæ habeat, eidem tamen ineſt tacita cōditio (ut dixi) ſi ſeruetur fides. qua de re nec uerum erit, ꝙ uideatur exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciaſſe, argumentum in l. cum de indebito. ff. de probatio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi dominus iurauerit non expellere inquilinum de domo conducta, debet intelligi ſi ipſe pēſiones debitas & ſuo quidē tempore ſoluerit. l. q̄ro. §. inter locatorē. ff. loca. Bal. in l. edem. col. vj. & ibi nos multa. C. de edē. & in l. ij. col. j. C. de lib. & eo. lib. in terminis Corne. conſ. ij. col. vj. uol. iij.

Et quod conditio nihil ponit in eſſe, nec ſunt in diſpoſitione quæ pendent & ſunt conditionalia. l. ſi quis ſub conditione dandorum decē. ff. ſi quis omi. cau. teſta. ideò inquit ēt Bal. in c. cū cōtingat. nu. 9. de iureiu. quod iuramentum hic, ex quo purum non eſt ſed conditionale (ut ſupra) non obligat iurantem, niſi pecunia numeretur, uel ſoluatur dos.

Et quod iuramentum extenditur duntaxat ad id de quo uerisimiliter eſt cogitatum, ſentit Bar. in d. authen. ſacramenta puberum. col. tertia. C. ſi aduer. uendi.

Et quod confirmatorium contractus in dubio recipit tacitam conditionem ut contractus ipſe. c. acceſſorium. de reg. iur. in vj. Alex. in l. non tantum. col. iij. ff. de re iud.

Et quod deniq; aſſumit naturam primordialē diſpoſitionis cui adiungitur, qnādo uerisimilitudo eſt pro iurante ita ſenſiſſe, ut per Imo. in c. pertnas. de arbi. & in c. j. de iud. Burg. in rub. de em. & uēd. col. ij. & in c. ſi uenditor. nu. 12. e. ti. Finis.

ADDITIO.

Quod iuramentum non ualet ubi conſenſus deficit, inq; eo eſt defectus, tradit Bal. in l. iuriſgentium. in §. & generaliter. ff. de pac. lectu. ij. in prin. melius Iaſ. quod nihil operatur in l. ſi mihi & tibi. in §. in legatis. lec. j. col. iij. ff. de leg. j. poſt eundem Bal. in l. j. in ij. q. ſupra commo.

Et quod nomina non contractuum ut declarat Odof. & malè, ſed debitorum dicuntur, nomina enim facere, id eſt debitores, ſeu debita inſcriptis nominibus, in libris reponere, dicimus, teſtis eſt Cice. in familia. & probatur etiam in l. periculum. ff. ſi cer. peta. & in l. maritus. ff. ad legem Fal. & in l. tutor ſiue curator nomina, ff. de admi. tuto. & in l. inter cauſas. in §. abeſſe. ff. mand.

Et quod indubitati iuris eſt ut hic dicitur, apud legiſlatorem etiam promiſſorem iurantem, exceptionem non numeratæ pecuniæ obiicere poſſe, non quo ad nos. l. quod Labeo. ff. de carb. edic. Bar. in l. ubicunque. col. vij. ff. de int. actio. uel quod anxexis ſit figura dicamus, ſeu augumētatio, quoniam nulla lex eſt, quæ dubitationem non habeat. d. l. quod Labeo. c. cum in iure peritus. de offi. dele. & quia ad intellectum ac declarationem huius legis etiam diximus alibi ſatis, ad alia nunc tranſeamus.

De compenſationibus.

Imp. Alexander A. Euzoſio.

SI EX VENDITIONE precium venditori debetur: compenſationis ratio opponitur. aduerſus fiſcum enim ſolummodo emptores petitioni precij compenſationem obiicere prohibentur.

Dubitandi rationem faciebat tex. in l. fi. infra eod. ubi ſi quis petat centum & reus dicat ſibi alia centum deberi, compenſatio fieri non debebit, ſed conuentus condemnabitur ad dandum, ſibi iure reſeruato petendi quicquid uoluerit ſibiq; debitum eſſe oſtenderit. ergo & pari notione idem dicendum uidetur hic, quod emptor ſoluere precium teneatur, & ſi quid ſibi debetur, id poſtea petat.

Et maximè quia emptionis ſubſtantia conſiſtit ex precio inquit Iuriſcon. in l. pacta conuenta. ff. de cont. emp. & in §. item precium. inſtitu. de empti. & uendi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum una quantitas fungatur uice alterius, in ſuo genere, tantumq; ualeant centum creditoris, quantum alia centum debitoris, æquè conuenit etiam ut quantitatis ad quantitatem, compenſatio fiat, & ut in d. l. fin. not. & maximè quia ſpeciale eſt in fiſco (ut hic ſubiicitur & in l. iij. ſupra eo.) exceptioq; firmat regulam in caſibus non exceptuatis, l. quaſitum. §. deniq; . ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare, non primum, quia id fortè uerum fore aiunt, quando quautitas ex parte conuenti, obſcura erat, & debitum non liquidum, quo caſu compenſatio fieri nõ poteſt, at hic præſupponimus ex parte utriuſque, liquidum fuiſſe, de liquido ad liquidum (ſtat regula) fieri poſſe. d. l. fi. ergo. Non etiam ſecũdum, quia nec id eſt negandum à principio & cõuentione, ſed non quod ob id uenditor compenſationem non patiatur ex ſupra dictis, ex quo numeratione aliud ſolui poteſt. l. precij. C. de reſcin. uen. & ibi Saly. Bar. in l. ſingularia. col. ulti. ff. ſi cer. peta.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximèquod fiſcus eſt priuilegiatus in caſibus a iure expreſsis quorum hic unus eſt & ut ẽt in d. l. iij. ſupra eo. & probatur in l. item ueniunt. in §. in priuatorum. ff. de peti. hæ. & in l. non puto. ff. de iu. fi. Saly. in l. exẽplo. in prin. C. de ꝓba.

Et quod fiſci appellatione proprie intelligi debet de fiſco Ro. reip. id eſt Pape uel Imperatoris l. eum qui uectigal. ff. de uer. ſig. non alterius urbis quanquam præſtantiſsimæ, quia non fiſcus tunc ſed quaſi fiſcus eſt, ut inquit Bal. hic & probatur, ſecũdum Saly. in d. l. eum qui uectigal. adde tu Ancha. conſ. ccxcviij. col. ij. eundemq; Bal. in l. teſtamenti factio. ad fi. ff. de teſta. Pau. Caſt. conſ. cxlj. col. ij. Corn. cõſ. lxxxix. col. iiij. uol. iij. & conſ. cclxxxvij. col. pe. eo. lib.

Et quod compenſatio regulariter permiſſa eſt niſi aliquo caſu reperiatur prohibita. d. l. fi. infra eo. & hic, argumento etiam ſumpto ex his quæ habentur in ſimili in l. edita. in materia cumulationis, C. de eden. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. malo.

Et quod omnino qui compenſat ſoluit, ſi ab homine opponatur tamen ut hic, aliàs ſi fieret ipſo iure tolleretur actio & obligatio ut ſolutione, quemadmodum dicitur, inſti. quib. mod. tol. obl. in prin. nõ dicendum tamen, quia creditor actionem habet licet non agat. l. uerum. ff. de compenſa. Saly. in l. ſi conſtat. C. eod. & adeò uerum eſt iſtud, ut detur tempus liquidanti oppoſita compenſatione quod datur ſoluenti, ut declarat Bar. in l. aufertur. in §. qui cõpenſationem, ff. de iu. fi.

Et quod denique ineptum eſt regulam non fallere, imò ineptiſsimum ſi æquitas uideatur. l. ſemper generalibus. ff. de regul. iur. §. ut autem lex. in authen. de non alienan. & in authen. ut ſi. prohib. mat. debi. paulò poſt prin. uerſi. primum quidem. licet ergo compenſatio regulariter fiat, fallit tamen in fiſco. (ut dixi) & ut hic. uel ſi fiſcus (exempli gratia) te conueniat, ex Kalendario. uel petat fiſcalia tributa. uel pecuniam frumenti & olei publici. vel ſi petat rurſum, uectigalia quæ præſtantur pro rebus quæ uehuntur de loco ad locum. vel alimenta. uel ſumptus, gratia uiæ reficiendæ. vel fideicommiſſum. & ut latius habetur in d. l. iij. ſupra eo. Finis.

Depoſiti vel contra.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & CC. Septimæ.

QVI DEPOSITVM NON reſtituit ſuo nomine conuentus & cõdẽnatus, ad eius reſtitutionem cũ infamiæ periculo vrgetur.

Dubitandi rationem faciebat, quod depoſitarius non efficiatur infamis, quia uidetur caſus in l. furti. in §. fi. ff. de his qui not. infa. & in l. apud quem. ff. depo. ubi utrobique ad literam dicitur, damnatum in iudicio, ſiue in cauſa depoſiti non infamari. Et idem in d. l. furti. in §. j. ubi procurator, ſiue tutor uel curator, qui dominum, uel pupillum, ſeu adultum repreſentant, condemnantur, & tamen non efficiuntur infames: ergo nec dominus nec alij infamia notari deberent,

ſi ab

ſi ab ipſis diſpoſitum petatur, ſiue actione depoſiti contra ipſos agatur, & ad reſtitutionem condemnentur.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia deponens, depoſitario ualde confidit, unde depoſitum ex eo dictum etiam eſt (quia præpoſitio enim de auget poſitum) ut oſtenderetur totum, fidei eius cõmiſſum, quod ad cuſtodiã rei pertinet. l. j. ff. depo. uſq; adeò ut improbè uerſari uideatur, qui depoſitum ipſum non reſtituit, deq; fide rupta redarguatur, quod etiã graue eſt & nefarium. l. j. ff. de conſti. pecu. & ut infra in l. ſeq. l. ad comparandas. infra mand. & hac de re quoq; (ut hic dr̃) cõdẽnataus notabitur infamia.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id procedit in actione depoſiti nõ directa ſed contraria, & quotiens non de fide rupta agitur, deq; perfidia depoſitarij, ſed de calculo, deq; indemnitate eius. l. ſi neceſſarias. ff. de pig. actio. in prin. & in iuribus ſupra alleg. utrobique not. ergo nihil ad rumbum ut aiunt. Non ſecundum, quia non infamantur pariter, ex quo d. caſibus, alieno nomine eraut condemnati, hic autem ſuo (quod maximè requiritur. l. j. præalle. in prin. ff. de his qui not. infa.) ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod reſtitutio depoſiti eſt iuris naturalis. c. ius naturale. j. diſt. l. bonafides. ff. depo. qui ergo non reſtituit contra ius naturale facit, nimitum igitur ſi conuentus & condemnatus efficitur infamis.

Et quod eſt in dolo rurſum, qui non facit id ad quod tenetur, & obligatus eſt. l. dolus. ff. mãd. in terminis Bal. cõſ. clxxvij. col. j. uol. ij. dolus infamat. l. non debet. ff. de dolo. §. ſuſpectus. inſti. de ſuſpe c. tuto. idẽ Bal. in l. ne cãs. C. de ap. ergo.

Et quod ſententia obſtruit os infamato, ut nõ poſsit dicere contra eam, de quo tamen per eundem in l. ſi furti. C. ex quib. cau. infa. irrog.

Et quod ſi efficitur infamis dignitatem habere non poterit. l. ij. C. de digni. lib. xij. Alua. in c. j. col. ij. quis di. dux com. uel mar. in uſib. eſt uerũ ſecundum Bal. in c. querelam. de iureiu. quod poterit eſſe decurio & ancianus ciuitatis, qui ad idẽ allegat Bar. in l. j. C. de mune. & hono. non continuam. lib. xj. & malè, quia nõ de infame loquitur ſed de infante & tex. ibi ſignanter. & aduertit Feli. in d. c. querelam. col. iiij. & benè.

Et quod denique infamia non oritur niſi in caſibus à iure expreſsis, quorum hic unus præcipuus eſt, de quo etiam in l. j. ff. de his qui not. infa. præalle. aliàs fruſtra euumerarentur ibi, ut pulchrè inquir Bal. in l. cum mulier. col. xiij. ff. ſolu. matrimo. & cum non incurratur, ſine graui peccato. d. l. j. ff. de conſtitu. pecu. præallega. l. bonafides. ff. depoſi. iam dici non poterit iufamis uir bonus ut not. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in l. ſi filium. de libe. cau. & in dicto. §. ſuſpectus. inſti. de ſuſpe. tu. idem Bald. in d. l. cum mulier. col. xij. ff. ſol. matri. Finis.

Mandati vel contra.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA. Marcello.

CVM PER PROCVRAtorem cauſam tuam læſam eſſe dicas: mandati actio aduerſus eum tibi competit.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator non actione mandati teneatur, ſed de dolo, quia ſi doloſè dominum læſit æque etiam conuenit iſta actione teneatur potius quam illa. l. prima. §. dolum. ff. de dolo. not. in l. certi condictio. ff. ſi certum petatur. & uidetur caſus clarus in l. & eleganter. in §. penul. ff. de dolo. & quia procurator cum libera rem minus iuſto precio uendit & tamen dominus non agit. l. procurator cum libera. ff. de procu. & etiam quia mala electio eſt in culpa. l. uideamus. in prin. ff. loca. l. iij. §. fi. ff. de mino. & plus quod de præuaricatione rurſum teneri deberet, ut in aduocatis dicimus. l. j. ff. de uar. & extraor. cogni.

Contrariũ tamen hic deciditur mandati actione, ſ. aduerſus eum agi debere, & ratio deciſionis eſt, quia ſemper initium ſpectamus, & cauſam l. ſi procuratorem. in fine princip. ff. manda. l. licet. §. ea obligatio. ff. de ꝓc. ubi ea obligatio quæ inter dominum & procuratorem oritur, mandati actionem parit. & hic ad intereſſe, quia cauſa læſa eſt, & ſi non teneretur, de ſuo dolo & malitia commodum reportaret & male. l. ſi ab hoſtibus. §. primo. ff. ſolu. matrimo. l. itaque fullo. ff. de fur. in prin.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere non primum, quia ibi læſio extra cauſam cõtigit, hic autem in cauſa, nimirum igitur ſi uno caſu de dolo agitur, alio autem mandati exemplaque ſunt clara ut hic in gloſſ. & ut infra & in dicta l. procuratorem. Non ſecundum quia ibi (ſepoſitis aliis reſponſionibus) procurator ſoluendo non erat, quo caſu de dolo contra reum agitur, ſed alias ſi contra procuratorem agetur actione mandati, ut hic. Non tertium, quia ibi nihil egerat doloſe. Non quartum, quia & id quoque uerum foret, quando imperitia dominum læſiſſet, non ſi aliter ut ſupra. & quando ſciuiſſet ipſum eſſe talem, ut in dictis iuribus legitur. Non denique & ultimum, quia illud eſt ex quo in aduocato obligatio non cadit, procuratore autem ſic, igitur ibi non ab re eſt, ſi de præuaricatione tenetur, hic autem mandati. præalleg. §. ea obligatio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime quod plerumque ſubauditione

opus eſt.l.oratio.ff.de ſponſa.l.j.& ibi gl.ff. de teſta. vnde non eſt ſatis hic, quod dicat Marcellus cauſam à procuratore læſam fuiſſe,niſi etiam uerum ſit.& ob id ſic uerba ordinari debent. cum per procuratorem cauſam tuam læſam eſſe dicas, & uerum ſit mandati actio &c. & eſt ſimile, in l.j.ibi & ſi à familia dominus occiſus eſſe dicatur. ff.de offic.eius cui manda. eſt iuriſd. ubi Bartol. col.prima,ſubaudit pariter & uerum ſit. & ita ẽt glo.in l.prima.in §.primo,ff.de dolo. & in l.j. in prin.ff.ſi quad.paup.fe.dica.

Et quod cauſa lædi dicitur ſi procurator colluderet cum aduerſario.d.l.ſi procuratorem. & inde(ut ſubiicit)fuiſſet etiam abſolutus.

Et quod contractus à modo ineundi non implendi denominantur,uſque adeò ut mirum non ſit,ſi mandati actio quoque hic datur, & nõ alia, & ultra tex.in d.l.ſi procuratorẽ,ita pulchrè tradit Saly.in l.cum mora.col.iij.C.de tranſa.

Et quod ſimplici aſſertioni domini aſſerentis cauſam læſam fuiſſe ſtandum non eſt, nec ei credendum niſi probet.l.ei qui.ff.de proba.l.qui accuſare.C.de eden. l. actor quod aſſeuerat. C. de proba.not.Bar.in l.ſi fortè.ff.de caſt. pec. maximè quia iſtud in facto conſiſtit & facta non præſumuntur,niſi probentur.l.in bello.§.factæ.ff. de cap.& poſtli.reuer.l.quæcunque.in fin.ff. de publicia. ergo.

Et quod denique exempla non reſtringunt regulam.§.hactenus.inſti.de grad. l. damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam.infec.unde fit ſicuti hic agitur ad intereſſe actione mandati ſi læſa à procuratore cauſa eſt, quia colluſerit cum aduerſario.ut ſupra. eadem agatur etiam ſi mandatum non impleuit, nec poteſt diuerſitatis ratio aſſignari,maximè quia utroque caſu fidem rupit, & probatur clarè etiam,in l.ad comparandas. infra eo.& in l.ſi procuratorem prædlleg.in §.mandati ff.eodem. Finis.

Pro Socio.

Imp. Iuſtinianus. A. Ioanni. P.P.

DE SOCIETATE APUD veteres dubitatum eſt, ſi ſub conditione contrahi poteſt, puta ſi ille conſul fuerit, ſocietatem eſſe cõtractam, ſed ut ſimili modo apud poſteritatem, ſicut apud antiquitatem huiuſmodi cauſa ventiletur; Sancimus ſocietatem contrahi poſſe non ſolum purè ſed etiam ſub conditione. voluntates etenim legitimę contrahentium omnimodo conſeruandæ ſunt.

Dubitandi rationem faciebat ſocietatem ſub conditione contrahi non poſſe, quia conditio nihil ponit in eſſe,& quia ea quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omi. cau. teſta. l.pecuniam.ff.ſi cer.pet.Bar.in l. Iulianus. ff. de cond.& de.& in l.naturalis.in prin.ff.de præſcr. uerb.& in l.ſi ſeruus.in §.j.nu.1. ff. ſi quis cau. & in l.qui hæredi.in prin.ff.de cond.& de.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt(ut in tex.ipſo dicitur) quia uoluntates legitimæ contrahentium omnimodo conſeruandæ ſunt. Et quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.j.§.ſi conueniat.ff. de pe.l.contractus.ff.de reg.iur. ſiue ergo pura ſiue ſub conditione ſocietas contrahatur ualebit qualitercunque fuerit coita(ſubiicitur hic)& ut etiá dicitur in l.j. ff. eo. pro ſocio. & idem dicit Azo in ſumma.eo.ti.col.j.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quia licet non ſint in diſpoſitione eſſe tamen finguntur,ex quo lex ita uult quod ſocietas ſcilicet coiri poſsit,ſiue contrahi,non modo pure uerum ẽt ſub conditione qualiſcunque fuerit, ut in ſimili dicitur in l.ſi pacto quo pœnam.& ibi Deci.ſen. notat ad fi.C.de pac.imò contrahentes,qui ſic ſibi legem faciunt argumentum in l. in re mandata.ſupra mand.& in l.ſed ſi lege. in §. conſuluit, ff.de peti.hære.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maximè quod ubi reperitur uerbum ſancimus,ibi eſt etiam noua legis prouiſio,ut hic & in l.ſeq.quæ eſt fi.& in l.unica.C.de ſenten.quę pro eo quod int.nanque dubitabant olim ueteres (ut dictum eſt) an ſocietas ſub conditione contrahi poſſet,& Iuſtinianus decidit quod ſic nouiter.

Et hoc eſt quod etiam dicitur in l. ij. in §. ſed quia. C. de uete.iur. enucl. ſi quid imperfectum inueniatur, idipſum imperali ſanctione repleri debere.

Et quod poſteritati ſemper eſt conſulendum, ut etiam dicitur in l.liberorum.ad fi,ibi, ut diuturnitatis memoriam in euum relinquamus. ff. de uer.ſig.Odof.in l.iſti quidem.in §.j. nu. 3. ff. quod met.cau.& eſt in ſimili tex.in cano.de capitulis.x.diſt.ſed melius Cic.(tendit enim iſtud de quo in locis prædlleg. ad hoc ut gloria uiuamus, immortalitatemq; nominis egregiis factis nobis comparemus.uel(ut dictum eſt) procreatione filiorum memoriam diuturnitatis in æuum relinquamus.vnde etiam Mar.xiiij.quod fecit mulier narrabitur in memoriam eius)Tuſculana.q j. ibi Optimus quiſq; maximè poſteritati ſeruit. Serit arbores diligens agricola.quæ alteri ſęculo proſint, quarumq; aſpiciet baccham ipſe nunquam.

Et quod noua omnia placent,ſi pulchritudine tamen & nõ inutiliter ſint decorata,ut in §. in reliqua,uer.ſed eoſdem,in procem.ffor um.Cyn.in procem. C. in primis uerbis. Maximè, quia ſi dubitabant ueteres(ut dictum eſt) omnino no-

ua pro-

noua prouiſione certa, & non abſque ratione etiã c. erit autem lex iiij. d. erat opus. hincq; uulgatũ illud quoque, notum ad propoſitum. Cunctarũ nouitas gratiſsima rerum.

Et ꝙ exẽpla non reſtringunt regulam. §. hactenus inſti. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de damn. infec. nanque eſto quod dictum ſit hic, ſocietatem contrahi poſſe, ſi titius cõſul factus fuerit. non eſt propterea quod ſub quacunque alia quoque, contrahi non poſsit, ratione prędicta, & quia regulare eſt etiam quotiens plura ſunt eãdem rationem habentia, unius autem facta ſit mentio, ut facta ſemper intelligatur nõ reſtrictiue ſed exemplariter. l. imperium. de iuriſd. omn. iudic. Bald. in l. de quibus. colum. xiiij. ff. de iuriſd. om. iud.

Et quod denique, ſi contrahentium uoluntas, quæ fines legum & ſtatutorum excedat, ſeruanda eſt. d. §. ſi conueniat. l. pactum. l. non impoſsibile. ff. de pact. Bal. in l. cum mulier. col. ix. ff. ſol. mat. multomagis ſeruanda erit legitima, id eſt quę ſit ſecundum leges. l. legitima. ff. de pac. ut hic, auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. l. quanto magis. ff. de iureiurand. capi. cum in cunctis in princip. de electio. Finis.

De contrahenda emptione & uenditione.

Impp. Diocletia. & Maximia. Piſoni.

SI ANCILLAM EX EMptione ſibi quæſitam mater tua donatione à ſecundo marito poſtea ſe ſimulauit accepiſſe, tituli falſi figmẽtum donationis dominium ei duplicare uel auferre non potuit.

Dubitandi rationem faciebat, quod confeſsio matris ualuerit & ſibi præiudicauerit. text. in l. certum. in §. ſed ſi fundum. ff. de confe. ubi expreſſe dicitur quod falſa ſiue ſimulata confeſsio præiudicat confitenti. & ſi rurſum confiteor te poſsidere, quod poſsideo ego, mihi præiudico pariter. l. ſi aliquam rem. l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acquir. poſſ. not. in l. ab emptione. ff. de pact. & quia ſi creditor confiteatur, debitorem non teneri, uidetur ſibi facere pactum de non petendo. l. tale pactum in princip. ff. eo. ergo ſi mulier hic fateatur ſe donatione ancillam à ſecundo marito accepiſſe ualebit confeſsio, & pręiudicabit, ex quo dominium ſibi duplicaſse, uel abſtuliſſe uidebitur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia titulus dominij duplicari non poteſt. ſiue quod meum eſt amplius meum effici nõ poteſt. §. ſic itaque inſt. de actio. l. ſequitur §. lana, ff. de uſucap. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſ. & quia tituli figmentum non offert ueritati impedimentum, pluſque ualet, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur idemque eſt. l. j. & tot. titu. plus ua. quod agi ſupra, ergo d. confeſsio matris, nullo modo ualebit neq; ſibi præiudicat.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum quia uerum eſt in confeſsione iudiciali, nos autem in extraiudiciali loquimur, ergo. et rationem differentiæ aſsignat Bal. in l. cum falſa. in princ. ſupra de iur. & fac. igno. eſtq; ultra eum argumentum. in l. cum oſtendimus in fi. ff. de fideiuſſo. tuto. Non ſecundum quia poſſeſsio facilius perditur, ꝙ dominium, nuda enim uoluntas ſufficit, d. §. differentia uerũ loquimur nos in dominio ergo. uel aliter ut per eundem Bald. in d. l. cum falſa. ex quo ultimum quoque tollitur, loquens in liberatione, quæ fauorabilis eſt, ad qđ etiam tex. ille ſolet allegari, & ſola uoluntate induci poteſt ut not. in l. non ſolum in §. ſi liberationis uerba. ff. de libe. lega.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quod donatio inter uirum & uxorem non ualet. l. i. ij. & iij. ff. de dona. inter. uir. & uxo. ibique aſsignatur ratio. & forte ob hoc dixit hic lex. donatione à ſecundo marito poſtea ſe accepiſſe ſimulauit.

Et quod ſimulamus hinc quod non eſt ſeu qđ non ualet, diſsimulamus quod eſt ſeu quod ualet ut. per gloſſ. in l. prima. ff. de concuſsio. & in l. conſtitutiones ſupra de iur. & facti ignoran. & ibi diximus. Rota pulchre deciſio. cccclxxxiiij. de præſumptio. colum. prima. in antiq. Bartol. in l. ſi ex precio. C. ſi certum petatur. & in l. Lucius. ff. depo. & eſt argumẽtum in l. iiij. ibi conuenientibus oculis. ff. de manumiſsio.

Et quod ex ſimulatione præſumitur fraus, ut inquit Bald. in rub. de offic. iud. nume. 24. l. qui teſtamentum. ff. de proba. nimirum igitur ſi confeſsio matris hic non ualet neque ſibi pręiudicat, ut dictum eſt.

Et quod rerum geſtarum erroribus ueritas uiciari non debet. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præſid. Abb. in capitu. examinata de iud. colum. penulti. Bald. conſil. tricenteſimoſeptimo. colum. ſecunda. uolum. ij.

Et quod denique eſto quod fictio ſeu ſimulatio non præſumatur, præſumitur tamen quando apparet cauſa ob quàm facta eſt ut hic, l. ſi mulierem, in princip. ff. de actio. rer. amota. l. ſed & ſi. §. fina. ff. qui & a quibus. capitu. fina. de renun. in vj. Bartol. conſi. ſexageſimoquinto. col. ſecunda. & hic figmentum dicitur, alibi color quæſitus in l. ſed Iulianus in principio. ff. ad Macedonia. cum id quod uerum eſt, ſimulatione (ut dictum eſt) obtegitur. finis.

Quæ

Quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere nel mercari uetantur.

Imppp. Grat. Valenti. & Theod. A A. Toriobando Duci Meſopotamiæ.

COMPARANDI SERICI à Barbaris facultatẽ omnibus, ſicut iam præceptum eſt, præter comitẽ cõmerciorum, etiam nũ iubemus auferri.

Dubitandi rationem faciebat, quod præceptũ non ualeat, omneſq; facultatem habeant comparandi Serici a Barbaris, eoque uti ad libitum, & hoc quia omnes homines ab adam primo illo parente noſtro, orti ſumus, & liberi quidem, uſq; adeo ut commercia quoque libera eſſe debeant, nec prætextu aliquo poſsint prohiberi. §. ius autem inſtitu. de iur. natu. l. hi qui ſanctam fidem. C. de apoſta.

Contratiũ tamen hic deciditur comite comerciorum excepto. & ratio deciſionis eſt, quia lex quanq̃ dura, ſeruanda eſt l. proſpexit. ff. qui & à quibus. nec poteſt infringi à ſubditis quanquam rationem non habeat, quia ſufficit ſic ſtatutum eſſe ut inquit Inno. in c. irrefragabili. de offi. ordi. & Bal. in l. non omnium. ff. de legi. nonnihil in l. de quibus. col. xiii. ff. de legi. & quia ſerico induuntur princeps, nec conuenit quod priuati ſint illis ęquales, iuxta illud potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. i. C. ne li. poten. Bal. pulchre cõſil. clj. uol. i. & ubi leo tenet pedem cętera animalia ſilent & quieſcunt inquit Ancha. conſil. ccüij. col. i. & quia intereſt etiam reipub. ne quis re ſua male utatur. §. primo. inſtitu. de his qui ſunt ſui uel alie. iuriſ.

Ex quibus adducta ad oppoſitum ſublata uidentur, quoniam imò præceptum ualet. d. l. proſpexit, & quanquam homines liberi naſcantur, commerciaque libera eſſe debeant, attemen ſecus erit ſi à principe prohibeantur, ut hic, & (ut dictum eſt) non abſque ratione. & ad limitationem. l. in re mandata. C. manda. multa ad propoſitum tradit Bald. in l. i. ſupra eo. Ange. in l. libertas in princip. ff. de ſtat. homi. uerum quod Veneti & Ianuenſes non ſeruant quod hic dicitur. ut inquit Odof. & Salyc. & nimirum (adde tu) quia ſunt principes, & rempub. faciunt.

Præſtatq; nobis hęc lex argumẽtum ad multa, & maxime, quod ſuperbia magna eſt, et arrogantia reprehenſione digna, ſi quis uelit ſibi aſſumere, quod ſoli principi conceſſum eſt. l. penul. C. de ueſtib. oloberis & aurat. lib. x. & ideo quia dicebat Lucifer. in cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei, exaltabo ſolium meum, & ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus æquilonis. aſcẽdam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſsimo, de cœlo cecidit, qui mane oriebatur, inquit Eſai. c. 14. & Eſop. ille phrigius cum æquari rana Boui. Cum maiore minor conferri deſinat. & ſe conſulat: & uires temperet ipſe ſuas.

Et quod præceptis legis obtemperandum eſt, quique non obtemperat reus eſt, & debitor pęnę. c. pe. xiiij. q. j. ideo in capitu. ſeq. ea. q. & cauſa, ſic dicitur. quod imperatur neceſſe eſt fieri, ſi nõ fiat pęnam habet.

Et quod uerbum iubemus imperantis eſt. l. ij. C. de eden l. ueluti. ff. eod. l. hæredes. §. i. ad fin. ff. famil. herciſ. l. ii. C. communi diuid. l. ſi tibi. C. loca. l. i. C. quemad. teſta. aper. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. l. ſi precium. C. de procurat. l. i. ad fin. C. ſi uend. pig. & uulgatum eſt illud etiam poe.

Infandum Regina iubes renouare dolorem. & neceſsitatis, inquit Bart. in auth. ut nulli iud. in §. ſi uero quis, in prin. per illum tex. & habetur etiã in l. i. & ij. ff. quod iuſſu.

Et qđ præpoſitio pręter ſeruiens accuſatiuo caſui, eſt ſui natura excluſiua, ita ut non includatur commerciorum comes & tradit etiam Bald. in l. ſi tutor in §. fi. per illum tex. ff. de tute. & rat. diſt. & licet quandoque includat. l. i. ff. de pigno. actio. c. ebron. xiiij. q. ij. attamen non eſt regulare, ſed ut ſemper excludat, ut hic & declarat gloſ. in regu. cancella. ulti. ſub rubr. de poteſta. uice cancella.

Et quod denique Barbari erant hoſtes populi Rom. nomen adeo odioſum, ut nec (quanquam ſerici tantum hic fiat mentio) mercari cum eis olim liceret. l. ij. C. de commer. & merca. Finis.

ADDITIO.

Quod legiſlatori alleganti leges quas non habemus, ſeu que non extant, credendum eſt, quanquam alias ſecus ſit ſi de relatis non conſtet. de quo alias in l. admonendi. ff. de iureiur. & authẽ. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & utrobique dixi.

De reſcindenda uenditione.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & C C. Eudoxio.

AD RESCINDENDAM uenditionem, & malefidæi probationem hoc ſolum nõ ſufficit, quod magno precio fundum comparatum minoris diſtractum eſſe commemoras.

Dubitandi rationem faciebat quod præſumatur mala fides, & uenditio reſcindatur, quia minori

nori precio uendita eſt res quàm fuerit empta, & regulare eſt ſi deceptio ſit ultra dimidiam iuſti precij.l.ij.ſupra eo, exempli gratia empta pro decem ſolidis, uēdita eſt quatuor. & quia ex hoc dolus arguitur, qui ſi dederit cauſam contractui ipſum uiciat.l. ſi dolo.l.ſi uoluntate. infra eo. l. eleganter.ff. de dolo.nec debet cuiquam patrocina, c. ſedes apoſtolica de reſcript. c.tuæ.de cle. non reſid.in ec.c.ad noſtram.de emptio.& uend. l.ne ex dolo.ff. de dolo.l. ſi legatarius. C. de lega. Abb.in c. præſentia.col.xiiij.de proba.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia tanti ualebat empta, tantiq; etiā quando fuit uendita, quo caſu dolus ſiue fraus argui non poteſt, diligentiaque poſſeſſoris melioratur negligētia uero deterioratur, et ēt dicit gl. l.ij.§.diui.ff. de iure fiſci.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quia uerum eſt, quando tempore uenditionis tanti ualuiſſet, quanti tempore emptionis, ſed hic præſupponitur minus ualuiſſe, hoc eſt tanti quanti uendita eſt, ergo. Minusq; facit ſecundum quia bene uerum eſt, quod dolus dans cauſam cōtractui maximè bonefidei, ut hic uiciat ipſo iure, d.l.eleganter.& ibi Bald.pulchre, ueriusq; etiam quod nemini patrocinari debet, ſed falſum quod hoc caſu præſumatur.l.dolum.C. de dolo. l.quotiens.§.qui dolo.ff. de proba.l.merito.ff.pro ſocio.Cald.in cap.ſi diligenti.nu.5.de præſcrip.et conſi.clvij.col.j. uolum.j.not.in l.pen.C.de præſcript.lon.temp.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maxime, quod non facile contractus reſcindi debet, quia dolus allegetur, quando quidem alleganti incumbat onus probandi. l. ſi quis maior.& ibi Iacob, à. Sancto Geor. nota. C. de tranſactio.& eſt argumentum ultra adducta ſupra in l.ei qui.ff. de proba.& in l.actor quod aſſeuerat C.de proba.

Et quod bonafides præſumitur potius quàm mala, inquit Bald. conſi. præallega.clvii.gloſ. in l.pen.C. de euictio.Bar.in l.celſus, ff. de uſucap. Corn.conſi.lxiiij.col.i.uolu.i.præcipue quando pręcedit titulus uerus uel putatiuus ut idem Bar. declarat in d.l.celſus & Bald.in l.fina.C.unde ui. Alex.conſi.lxxj.col.v.uol.iiij.

Et quod titulus ſimiliter bonam fidem præſumi facit, ſine obice alicuius contradictionis. l. ſi ancillam.ff.pro ſuo.idem Bal.(licet ad aliud)cōſi.cccxi.in princ.uolu. i. niſi contradicens probet ut ſupra.

Et quod deceptis nō decipientibus, iura ſubueniunt.l.ii.§.uerba.ff.ad Velleia.c.cum uniuerſorum de rerum permuta. & utrobique glo. concordantes allegat. & ideo ſi ſufficienter probatum fuerit hic, ut probat tex. à contrario, tunc contractus reſcindi poterit.l. ſecunda.l. ſi uoluntate.ſupra & infra eo.

Et quod denique ex inſtrumento in præteritum facto, non probatur ualor rei de pręſenti argumentum in l. precia rerum.ff.ad legem Falci. deque materia aliàs in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. Finis.

Impp. Diocle. & Maxim. AA. Domitio.

PRECII CAVSA NON PEcunia numerata, pro ea pecoribus inſolutum conſentienti datis, contractus non conſtituitur irritus.

Dubitandi rationem faciebat quod contractus non ualeat, quia emptionis ſubſtantia ex precio conſiſtit.l.pacta conuenta.ff.de contrah.emptio.§.item precium inſtitu.de empt.& uend. & ut hic etiam per gloſſ.ergo ſi pro pecunia numerata pecora data fuerint contractus uiciabitur.& eſt argumentum in l.cum precario. ff. de pollicita.& in l.cum hii.in §.ſi prætor.ff.de tranſact. & in l.ij.in §.j.ff.ſi cer.peta.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. j. ff. de contrahen.empt. &. ratio deciſionis eſt, quia uolenti loco precij, pecora data fuerunt, quo fit ut nullo prætextu contractus reſcindi poſsit argumentum in l.i.§.uſque adeo.ff.de iniur. multa Iaſ. in l. cum donationis in princi. C. de tranſa. maximè quando nulla deceptio inde elici poteſt, ut inquit Cy.in l. raptores.col.ii. C. de epiſc. & cleri.& facit etiam regu. ſubrogati.l.ſi cum §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.§.fuerat.& ibi nota. inſtit.de actio.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, non primum quia id uerum eſt conuentione, nōnumeratione, quo caſu loquitur.d.l.pacta conuenta.& præallega.§.item precium. ex quo tollitur inductio etiam.d.l.cum pręcario.& d.§.ſi prætor. Non ob. ultimum, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non pōt ut ibi dicitur, & in l.paulus.& ibi Barto.in princ.ff.de ſolu.ergo eo uolente ſecus, imò quod eo inuito etiam ſoluitur, quando debitum formaliter ſolui nō poteſt l. fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.& ibi Bald.ff.de lega. iij.ergo ſi uoluerit nulla hic erit (ex ſupra dictis) dubitatio.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod emptio eſt cōtractus, qui poteſt impleri interuentu cuiuſlibet rei, quanquam precium aliter requiri uideatur dum cōtrahitur, ut inquit Bart. in l.ſingularia.in ult.col.ff.ſi cer. peta.& eſt declaratio ad tex.(ut etiam dictū fuit ſupra) in d.l.pacta conuenta.

Et quod quiſque in re ſua, eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C.mand.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære.Bar.in l.Cæſar.col. viii.ff. de publica.& uectiga.

Et quod idem erit in loco, quia non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, uulga.l.à Titio. ff. de uerb.oblig.nanque crediter compelli non poteſt ſolutionem recipere alibi quam in loco deſtinato,

non intereſſet, ſed intereſt ipſius, quia ſtatuto tempore caro tradita non eſt, eamq; cai ius emit, nimirum igitur ſi uenditor precium reſtituere tenetur, & quantiplurimi emit agẽs ſiue emptor cui tradi debebat,& ita intelligitur quod dicitur in d.§.fi. Non ſecundum quia id quoque procedit in intereſſe extrinſeco,quod, non uenit in contractu bonęfidei,ut hic per gloſ. nos autẽ loquimur in intrinſeco,nõ ab re igitur ſi iſtud peti poteſt,illud uero non, deq; materia alias fuſius in l.uinum.ff. ſi certum peta. & quod intereſſe extrinſecum ſiue extra rem non ueniat neque peti poſsit ſignanter per tex.in d.§. cum per uendito rem tradit Bald.in l.cum allegas.col. fi. ſupra de uſu.& in d.l.ſi traditio.col.ij.ſupra eo. & hic ubi iſtud ualoris,illud uero de quo in d.§.per uenditorem,meroris, ſiue pudoris,uocat,exemplificando ut per eum poſt gl.Cor.conſi.cccvi.ad fi.uol. j.& conſi.clxvj.col.ij.uolu.iiij.

Præſtatq; nobis hęc lex argumẽtum ad multa, & maximè quod ſolis legum latoribus, data eſt poteſtas improprie loquendi, abutendiq; legũ uocabulis, ut inquit Salyc.in l.ii.infra loca. non etiam priuatis. & ideo hic uenditoris carnis dictum eſt cum tamen dici debuerit carnium,iuxta illud,

Carnes carnifices, carnem nędum meretrices,
Eſt hominum caro, brutorum dicito carnes.

maximè quia grammaticalia hæc non ſunt curãranda,ut inquit Fely.in c.ex parte in uer. reſtringitur.col.ii.de reſcrip.poſt Bald.in l.fi.col.ii.C. ſi ex fal.inſtru.

Et quod ſtultus in culpa ſit ſapiens in pœna, hic enim promittens non tradidit carnem tempore præſtituto & fuit in mora,nimirum igitur ſi tenetur ad intereſſe,quod eſt loco pœne, & ita dicit etiam Bald.in c.niſi,nu.2.de offi.lega.

Et quod nihil tam congruum eſt fidei humanæ q̃ fidem ſeruare, eaq; quæ partibus placuerunt. l·prima. ff. de pactis. l. ex empto in princip. de action. empti. l. non minorem. C. de tranſactio.

Et quod qui fidem frangit fides frangi debet eidem.l. cum proponas. ij. C. de pact. l. quæ. §. interlocutorem. ff. loca.capit. peruenit ſecundo. capitu. quemadmodum de iureiurand. Corne. conſil. ccxviij.colum.prima,nolum. ſecundo. & conſi.ccxxi.colum.tertia. eo,lib.nimirum igitur ſi uenditor (ut dictum eſt,) precium reſtituit & quantiplurimi carnem emit,d.tempore.

Et quod denique mora purgari non poteſt, ſi ius actoris factum ſit deterius ut hic & in l.ſi inſulam.ff. de uerborum,obligatio.pulchrę Bal. in l.ſi poſt tres in lectu. in ultim.colum. ff. ſi quis cau. Finis.

Si quis alteri uel ſibi ſub alterius nomine uel aliena pecunia emerit.

Imp. Alexander A.Patrimo.

MANCIPIA, QVORVM meminiſti, ſi (ut proponis) nomine tuo,itẽque fratris tui, cui ſucceſsiſti, empta nobis tradita ſunt: licet inſtrumento emptionis matrem tuam pecunias numeraſſe contineatur, perſequi ea more iudiciorum non prohiberis.

Dubitandi rationem faciebat, quod dominiũ acquiratur numeranti,quia ſi numerauit,mancipia emendo,ut hic mater,ſuo nomine etiã emiſſe uidebitur. l. et magis.ff.de ſolu.Barto. in l. liberto in §. pater.ff. de ann.lega.& in l. mater tua. colum.ii.C.de rei uendi.& in l. ſi patruus.col.ij. C.cummunia ut iud. & quia donatio non pręſumitur.l.cum de indebito.ff.de proba.l.alimenta. C.de neg.geſt.& quia etiam præſentatio pręſuponit dominium ex parte agẽtis.l.ſi in rem. ff.de rei uend.ſed hic patrimus & frater non erant domini,ergo.d.mancipia perſequi non poterunt.

Contrariũ tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia. d. Mancipia nomine filiorum empta fuerũt,ipſiſq; tradita poſſeſsio, quo caſu dominium ſibi acquiſitum eſt, tametſi mater numerauerit.

Ad oppoſita reſpondetur.non obſtare nõ primum quia uerum eſt in dubio,non in caſu claro, ut hic,numeratio enim non arguit dominium.l. ad probationem,ſupra de proba. & ut hic etiã in glo.dubij & clari non eſt par eademq; ratio.l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de uerb.obl.ergo. Non ſecundum, quia imò præſumitur. l. procula. ff. de proba.argumentum in l.cum rem alienam. C.de lega.& maximè quia non habebat filios in poteſtate.§.fœminæ.inſti.de adop. & dato quod nõ ualuerit donatio præſumpta, ſeu non ualuiſſet, fuiſſet tamen morte confirmata,quia matri ſucceſſerunt.ex quibus ultimum quoq; tollitur, quẽ imo non dominium dictorum mancipiorum habent & præſertim quia tradita ſibi fuerunt.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maximè quod mancipium & mancipia ſunt homines bello capti,& ſeruituti mancipati quod nominis ethimologia etiam oſtendit, mancipia ſcilicet,quaſi manu capta.utcunque ſit tamẽ, ſeruilis conditio odioſa eſt, ex quo uendens quẽdam ſub haſta, & dicens mancipium uendo,mentiris (inquit) dic captiuum. Oſci ſeruum famel uocabant,unde familia poſtea dicta eſt, Itali famulum, lacædemones Elotas, Cretenſes perucos

coſ, Galli ambactos. Syri Damas, Phrigi Mydas, Argiui Hymneſios, Theſſali Peneſtas, & Sitacuſaui Arotras appellant.

Et quod per liberam perſonam nobis dominium & poſſeſsio quæritur, licet non obligatio, ex quo acquiritur per actum ciuilem, illa uero per naturalam traditionis & numerationis. l. i. C. per quas perſonas nobis acquiritur. Bar. in l. ſolutum. in §. per liberam. nume. 4. ff. de pigno. actio. & patrimo & fratri hic, ac multo magis per matrem.

Et quod nuda uoluntate regulariter dominiũ non traſfertur. l. traditionibus. C. pac. & hinc eſt quod à nobis difficilius abdicatur quàm aliud. l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acqui. poſ. & ſi quo caſu trãsfertur, id eſt ſpeciale ut in ſocietate uniuerſali in qua ſine traditione tranſit ut not. in d. l. j. in §. i. ff. de uſucap. pro dote. Bald. in cap. i. in princip. col. vii. de cap. qui cu. uen. in uſib. & aliis de quibus in d. l. traditionibus, arguuntq; ius cõmune eſſe in contrarium. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legib. cap. præſenti. §. loca. de preben. in vj.

Et quod ubi quis uti miniſter electus eſt commodum ex miniſterio ſibi non querit. l. ſi quis Titio decem. ff. de lega. ij. l. ſi hæres arbitratu. ff. de condi. ob. cau. ergo nec ſibi mater numerans in caſu præſenti, niſi appareat.

Et quod denique tantum eſt dicere patrimum more iudiciorum non prohiberi municipia perſequi, quantum eſt, quod ſeruato ordine iudiciario id facere debeat nec prohibeatur, ut in authen. offeratur. ſupra de lit. conteſt. l. prolatam. infra de ſenten. & int. om. iud. l. iiij. ſupra de proba. l. ſi procurator ubi uerba formalia de quibus hic, ſupra de procura. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. Valentinæ.

QVI ALIENA PECVNIA comparat, nõ ei, cuius nummi fuerunt, ſed ſibi tam actionem empti, quàm dominium, ſi ei fuerit tradita poſſeſsio, quærit. cum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quedam comparaſſe contendas, de tua pecunia hunc conueniendo, facies conſultius, nã in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit.

Dubitandi rationem faciebat, quod non modo ſibi frater patruelis dominium acquirat, uerũ etiam alteri fratri, & hoc idẽ quia pecunia erat communis, uſque adeo ut æque conueniat etiam pro parte frater dominus ſit l. ſerui electione. §. j. ff. de leg. j. & uidetur ceſus in l. ſi patruus. C. cõmunia ut. iud. & ſi ſic eſt debet etiam poſſe contra fratrem ementem agere rei uendicatione quæ præſupponit dominium ex parte agentis & poſſeſsionem ex parte rei cõuenti. l. in rem. ff. de rei uendi. not. in §. i. inſti. de actio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſuo nomine emit, & quando non appareret etiã prẹſumeretur. l. ſi pactum. ff. de proba. poſſeſsio ſibi tradita eſt, traditionibus dominia rerũ trãsferuntur, & ex poſſeſsione præſumitur dominium. l. traditionibus. de pact. l. cũ res. C. de proba, not. in l. ſi quis in §. differentia. ff. de acquiren. poſſ. & in l. i. & ibi Deci. col. vii. C. de pact. ergo. & eſt ſimile in l. filiæ. & ibi Bart. ff. de ſolu. Alexan. conſi. 50. col. pe. uol. j.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, nõ primum quia eſto quod de pecunia communi comparauerit, comparuit tamen nomine proprio, & (ut dixi) quando non appareret præſumeretur, eſtque nouiſsime etiam argumentum in l. & magis. ff. de ſol. ex quo fit ut nec uerum ſit quod rei uendicatione agi poſsit, quia ſi frater dominus non eſt, nec ſibi aliquid à fratre acquiſitum, unũ ex duobus extremis in reali requiſitis, deficiet.

Non obſt. tex. in d. l. ſi patruus, quia (ut etiã dicit glo. hic. & cæteri) loquitur in ſociis. om. bonorum. quàm ſolu. poſtea non tenet glo. Salyce. ſic & male, quia id non probat, uerumq; eſt cogi ementem ad communicandum, uel actione pro ſocio, uel mandati hoc caſu. & ut ibi faſius not. & in l. ſi ex pecunia. C. de rei uendi. Roma. conſil. iij. colum. i. Alexand. conſil. 50. col. pe. uolu. j. præallega. ſupra.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè quod exceptio aliquo caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtru. & inſtrumentoq; lega. l. tribunus. §. fin. ff. de milita. teſta. Io. And. in prohe. de regu. iur. col. ij. in Mercurial. Nanque in aliquibus caſibus quod dicitur limitatur, ut not. in l. multum intereſt. & in l. i. ſupra eo. igitur regulam (ut dixi) confirmabunt.

Et quod fratres patrueles, dicunẽ ad differentiam fratrum carnalium, qui proprie fratres dicunẽ aliquo adiuncto, & ſunt filii fratrum, quiq; ſecundum Lombardos conſobrini germani dicũtur, ut tradit Bald. in l. lege. xii. tabu. col. ij. C. de legit. hære.

Et quod qui acturus eſt, conſulto agere debet & non temere ne inepte agat, quoniam reiceretur. l. i. & ibi glo. ff. de offi. aſſe. l. ii. ad fi. C. ut ne. priua. l. prohibita & ibi Barto. C. de iure fi. lib. x. multa Iaſ. in l. eleganter. in §. ſi quis poſt ad fin. ff. de cond. inde. alibique diximus late.

Et quod peti nõ debet id quod nobis nullo iure debetur, ex quo ſine actione experiremur, & male. l. ſi pupilli §. uideamus. ff. de neg. geſt. paria que ſunt etiẽ non agere uel inepte, aut ſine actione agere. d. l. j. c. inter corporalia. de tranſla. præla. argu.

la. argumentum in l.iiij.in §.condemnatum.ff.de re iudi.& in l. Paulus.ff.de uer.ſig.& in l.ij.in §.j.ff.quemadmo.teſt.ape.

Et quod denique ſi ex traditione dominium transferratur ut hic, ſine controuerſia arguitur, fratres patrueles hic rurſum non fuiſſe ſocios, omnium bonorum.d.l.ſi ex pecunia.l.j.§.j. ff. de uſucap.pro do.Bal.in c.j.in prin.col. pe. de cap. qui cu.uen.in uſib. Finis.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione, uel hypotheca.

Impp.Dioclet.& Maximian. AA.Agro.

SI FVNDVM TVVM PAter poſt emãcipationem te non conſentiente uenumdedit, neque ei ſucceſsiſti, neque poſsidens longi temporis præſcriptione munitus eſt, tibi agenti, cum rector prouinciæ reddi efficiet.

Dubitandi rationem faciebat, quod non poſſit uenire filius contra factum patris, quia regula re eſt in hærede, l.cum à matre.C. de rei uendi.l. epiſtola.in fin.princi.ff.de pac. & non ab re quia quẽ de euictione tenet actio, eandẽ agentẽ repellit exceptio.l.uendicantem.ff.de euictio.& quia ex qua perſona quis lucrum ſentit, non debet eius factum impugnare.l.ex qua perſona.ff.de regul.iur.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol.mat.Corne.conſ.cvlij.ad fi.uol.iij.ſed filius ad propoſitũ eſt hæres patris iuxta illud. Filius ergo hæres, in quo omnes conueniunt Moſes, Paulus, Solon, & lex denique xij.tab.& legitur in §.ſui.inſti.de hære.quali.& dif. Et maximè quia eadem perſona eſſe cenſentur.l.ſi.C.de impub.& ali.ſub.fictione unitiua inquit Bal.in l.qui in prouincia. in §. diuus.col.ii.ff.de ritu nup.§.i.in auth.de iureiur. à mo.præſti. Et quia ſi aliquo caſu filium ipſum pater uendit.l.ii.C.de pat.qui fil.diſtra. multo magis eius fundum alienat. l. iuſtiſsimè. ff. de edil. edic.auth.multo magis.C.de ſacroſan.eccl.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum filius ſit emancipatus & ſic extraneus.§.emancipatos.inſti.de hęre. quę ab inteſt.def.iure merito debet etiam poſſe admitti ad fundum per patrem alienatum recuperandum ſiue uendicandum.l.in rem.ff.de rei uendi.& quia id quod noſtrum eſt non debet ſine facto noſtro à nobis poſſe auferri.l.ſi.ff.de pac.l. id quod noſtrum.ff.de reg.iur.& eſt argumẽtum in l.i. C.de bo.mat.& in l.de re filiorum.ff. de tranſa.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerum eſſet, quando patri ſucceſsiſſet uel fuiſſet in poteſtate ipſius, ideò antecedens uerum eſt, conſequens falſum, quia hic erat emancipatus. Non poſſet agere etiam ſi emptor præſcripſiſſet.l.iii.ff.de uſucap. Sed hic præſupponitur contrarium, ergo. Non ob. ſecundum, quia cum id uerum ſit fictione iuris & non uerè, ut probatur in d.l.ſi.ibi intelliguntur.l. intelligendus. ff. de uer.ſig.l.ſi familia.ff.de iur.om.iud. & iam in inductione teſtati ſumus, non tollit quominus filius agat, ex quo uerè perſonæ ſunt diuerſę. & tanto magis cum ſit (ut dixi) emancipatus.d. §. emancipatos. Non ultimum denique, quia id eſt ex neceſsitate famis, & ſpeciale, quod ad cõſequẽtias trahi non debet.c.quæ à iure.de reg.iu.in vi. maximè quia neceſsitas nulli legi ſubiecta eſt. l. i.ff.de offi.conſu.c.quod non eſt.de reg.iur. c. ſi quis. de fur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.l.non debet.ff.de regul.iur.l.fina.§.ſi autem.C.de acquiren. poſſeſſ. etiam ſi ſit pater, dum tamen filius ſit emancipatus ut hic & in l.trãſactione matris.ſupra de pac.

Et quod à contrario ſenſu ſi filius ſuccedat patri, contra factum eius uenire non poterit, inuentario non confecto, aliàs ſic, de quo tamen in dicta l. cum à matre. ſupra de rei uendica. & in l. finali. in §. in computatione. infra de iure deliberan.

Et quod alienatio rei alienæ ualet, ſed quod emptori auferri poteſt. l. rem alienam. ff. de contrahen.empt. nec domino fit præiudicium ut hic & in toto titulo iſto, Corne. conſil.clvii. colum.ſecunda.uolumi.tertio. & conſ. ſexageſimotertio.ad finem uol.primo.& conſ.ducenteſimo ſexageſimoſecundo.numero 15. eodem libr. eſt uerum licet poſsit alienari, ſi ſciẽter fiat quod alienatio non eſt licita.l.ciuili.l.alienum. l. & ſi ſeruum, infra de furtis.l.prima. & l. ſciens. infra de uſucap.pro empto.l.ſecunda. infra pro dona. idem Corn.conſil.lxxix.col.tertia.uol.iii.

Et quod pręſcriptione triginta ann. de qua uerisimiliter hic, omnis actio concluditur, l. prima, & toto titulo.C.de pręſcrip.triginta ann.maximè iure iſto, quia de iure fitorum non erat cognita ut not.in l.qui occidit.in §. primo, ff. ad legem Aquiliam. Bartol.in l.ſi pupillus. ad finem. ff.de adminiſtra.tuto.Corne.conſil. decimoſexto.col.ſecunda.uol.ſecundo.& conſi.ccxcvi. col. penul.uolumi.tertio.& conſil.ccciii. colum. ſeptima.eodem libro.

Et quod denique poſt emancipationem duæ ſunt familiæ duoque patresfamiliàs, aliàs una familia unuſq; eſſet tantum ut not.in l.prima.C.qui ætate.lib.decimo.Bald.conſ.cxxviii. col.i.nimirum igitur ſi poteſt hic filius uenire cõtra factum patris. Finis.

De communium rerum alienatione.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Vlpiano Militi.

PORTIONEM QVIDEM tuam militãtis frater tuus alienare non potuit. eius autem partem precio ſoluto tibi reſtitui poſtulare, nec militari grauitati conuenit.

Dubitandi rationem facit, Vlpianum militem non modo partem ſuam, uerum etiam fratris petere poſſe, ut ſibi reſtituatur, quia alienatio claudicare non debuit, & pro parte ualere, pro parte uerò non, ut per glo. in c. maiores. in §. ſed adhuc de baptiſ. Bal. in l. ſuper rebus. col. ij. ad fin. C. de cont. emp. l. quod ſi unò. in prin. ff. de in di. adic. Aret. cõſ. cl. col. fi. Et vř caſus clarus in l. ſi nô ſorté. in §. ſi centũ. ff. de cond. inde. ꝙ pro parte non poteſt actus approbari, & pro parte reprobari. Et quia miles etiam eſt perſona fauorabilis & priuilegiata. l. Centurio. ff. de uulg. & pup. ſub. not. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſti.

Contrariũ tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi pro parte ſua hoc eſt fratris alienantis ualuit alienatio, non æquè conuenit nec militis grauitati maximè, quod ipſi petenti reſtituatur. & quia de re quæ erat ſua potuit diſponere & eam ad libitum alienare. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. imò quod ualuit etiam quicquid dictum ſit in rationibus dubitandi, quo ad partem dicti fratris militantis, ſed non ad ipſius præiudicium. l. rem alienam. ff. de cont, emp.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia imò poteſt claudicare, ex quo perſonæ ſunt diuerſæ & quilibet pro parte dominus l. ſerui electione. §. j. ff. de leg. j. uel ut dicebã proximè dicamus quod non claudicet quia ualet in totum. d. l. rem alienam. quanuis non ad præiudicium partis fratris, quo minus poſſit ſemper peti, antequam præſcribatur. & ut alibi ſupra etiã declarauimus. Non ſecundũ, quia (ut inquit Bal. hic & benè) illud uerum eſt quo ad diſpoſitionẽ eiuſdem perſonæ, hic autem diuerſæ ſunt. ergo. Et quanquam (quo ad ultimum) miles ſit perſona priuilegiata, non eſt tamen hic, ſed duntaxat in caſibus à iure expreſſis. l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. teſta. argumentum in l. item ueniunt. in §. in priuatorum. ff. de peti. hæ. & ibi glo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod plerumque ponitur caſus pro caſu. l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. c. j. & ibi Hoſtien. de iudi. l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. j. l. ij. ff. pro empto. l. j. §. planè. ff. de tut. & ra. diſtrahen. & hic ſignanter portionem tuam militantis, pro tui.

Et quod multa facta tenent, quæ tamen à principio fieri prohibentur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. nanq; res aliena alienari non poteſt, & tamen ſi fuerit facta alienatio, ualebit utique ſed non ad præiudicium eius cuius res eſt, quo minus ſemper peti poſſit. l. rem alienam. ff. de cont. emp. & dictum fuit ſupra.

Et quod ius nobis acquiſitum non poteſt à nobis ſine facto noſtro auferri. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de pac.

Et quod peti non debet id quod grauitati petentis militis non conuenit, dictu tamen mirum uidetur, cum arma potius milites quam iura ſcire ſacratiſſimus Imperator exiſtimauerit, inquit tex. in l. fi. in prin. C. de iur. delib. quibus etiam Ignorantia iuris permiſſa eſt, propter ſimplicitatẽ armatæ militiæ, l. j. C. de iur. & fac. ign. cogita.

Et quod denique id peti rurſum à nobis non debet, quod facilè conſequi non poſſumus quod que iure concedi non poteſt, ut hic, & in l. nepos Proculo. ff. de uer. ſig. Finis.

De pactis inter emptorem & venditorem compoſitis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Auxanoni.

TEMPORE CONTRActus inter emptorem & uenditorem habitam cõuentionem integram ſeruari, ſi ab ea poſteriori pacto non recedatur, certum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod pactum ſeruandum non ſit, ex quo nudum eſt & regulariter actionem non producit. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. not. per locum à ſpeciali in c. j. de pac. in vj. & quia tunc non uidentur partes egiſſe animo ſe obligandi argumentum in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. obligationũ ſubſtantia. (melius) ff. de act. & obli.

Contrarium tamen hic deciditur, ſi poſteriori pacto, à primo non recedatur. & ratio deciſionis eſt, quia ait prætor, pacta conuenta, quæ neq; dolo malo, neque aduerſus leges, plebiſcita, Senatusconſulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt ſeruabo ff. de pac. id eſt efficiam ut ſeruentur, & quia nihil tam congruum eſt fidei humanę quàm ea quę partibus placuerunt ſeruare. l. prima. ff. eodem. l. non minorem. C. de tranſactio. l. ex empto. in princip. ff. de act. emp. contractuſque ex conuentione partium legem accipiunt. l. prima. §. ſi conueniat. ff. depoſi. imò graue ac nefarium eſt & perfidioſum promiſſa non ſeruare. l. prima. ff. de conſtitu. pecu.

Ad oppo-

Ad oppoſita reſpõdetur facilè, quia parum faciunt, namq; primum uerum eſt quod pactum actionem non producit, ſed falſum quod hic fuerit tale, ex quo tempore contractus ut dicit text. initum eſt, & ſic ipſius coherentia ueſtitum, ergo actionem producit, & ſeruandum erit. l. petẽs. ſupra de pac. l. iurisgentium. pręalleg. §. quinimò ff. eo. l. ij. ſupra eo. titu. noſtro. Ex quo aliud quoque tollitur, quia hoc ſtante contrarium erit uerius, accidentia enim magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt inquit Philoſophus, & probatur aliàs in §. pauonum. inſtitu. de rer. diui. & in c. tertio loco. de præſumptio. Bar. in l. ſed Iulianus. in §. proinde. ff. ad Macedo. S. Con. Bal. in c. dudum. col. ij. de elec.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod tempore contractus (licet nõ dicatur) cõuentio facta dicetur, uel ante, uel poſt incontinenti, uel ẽt dũ contrahitur. l. duos reos. §. fi. ff. de duo. re. l. ſi apud. C. de edil. act. l. ſi uſuras. C. de uſu. dixi in d. l. petẽs. & in d. §. quinimò.

Et quod quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe ut in d. locis not. id eſt in d. l. petẽs. & in d. §. quinimò. l. lecta. uer. dicebam. ff. ſi cer. pet.

Et quod pactum appoſitum iuxta cõtractum, & incontinenti quidem declarando ut ſupra. dicitur pars ipſius. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Iaſ. in d. §. quinimò. col. v. Barto. ibidem in iij. Bal. conſ. cccclxxxvj. col. ij. uol. j. Corn. conſil. cxcij. col. ij. uol. j.

Et quod ueſtimentum iſtud, eſt unum ex pluribus enumeratis per glo. in d. §. quinimò, habetq́ue pactum uirtutem informatiuã ueteris actionis ut detur ad illud quod in eo deductum, & productinam nouæ præſcriptis uerbis, quia ipſius pacti relatione habita ad contractum, reſultat innominatus, ut not. in d. l. petens. & in d. §. quinimò. & in d. l. ij. de pac. int. emp. & uendi.

Et quod denique poſteriora derogant prioribus. l. pacta nouiſsima. ſupra de pac. l. j. §. fi. ff. de ſtip. ſer. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. l. ſi quis in principio teſtã. ff. de leg. iij. Iaſ. latè more ſuo in l. ſi qs ante. col. iiij. ff. de acqui. po. Finis

Si ſeruus exportandus veneat.

Imp. Alexander A. Nonio.

ANCILLA, QVAE EXPORtanda ueniat, nec exportata eſt, ſed ab emptore in eadem ciuitate morante, in qua empta, & manumiſſa eſt, aduerſus legem uenditionis, libera fieri non potuit. & ideò aditus à te procurator meus, partibus ſuis fungetur.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod ancilla manumitti poſsit, & ſi manumiſſa fuerit, quod manumiſsio ualebit, quia pactum contra bonos mores ſeruandum non eſt. l. pacta quæ contra. ſupra de pac. l. fi. C. eo. c. quanuis. de pac. in vj. l. conditiones quæ contra. ff. de condi. inſti. Vel ſi ſeuitiam contineat quod non moretur ſeruus in loco ut hic, & in l. j. ſupra eo. Quibus accedat etiam libertatis fauor, quæ efficit ut à regu. iuris communis recedamus. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ibi. nec ignotũ eſt quod multa contra iuris rigorẽ pro libertate ſunt conſtituta. ff. de fideicõ. lib. §. ſemel. inſtitu. qui & ex quib. cau. ma. non po.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia pactum de exportando, implicitam conuentionem habet ne ante poſsit manumitti, cum igitur ancilla hic fuerit manumiſſa, manumiſsio, contra legem uenditionis facta, nõ ualebit, in ſeruitutẽ reuocabitur, & applicabitur fiſco, ſiue publicabitur, ut ẽt dr̃ in l. j. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil obſtare, nõ primum, quia non eſt uerum quod ſit contra bonos mores, cum à lege permittatur, & tolerabile, etiã quod ſeuitiam contineat, in dominorum fauorem, odiumq; ſeruorum, ut hic & in d. l. j. ſupra eo. & in l. ea quidem. infra ſi mancip. ita fue. alie. hii enim uiliſsimi homines ſunt. l. ſi ex duobus. ff. de noxal. act. qui mulis comparãtur. l. qui duos ff. de leg. iij. & pecudibus. l. ij. ff. ad leg. aquil. nec militiæ utiles, nec heris fidi, gens infida & continue furens inquit Ap. Alexandri. j. bellorum ciuili. Non ſecundum, quia fauorabilis eſt in caſibus à iure expreſsis, ut in ſimili in fiſco inquit gl. in l. item ueniunt. in §. in priuatorum. ff. de peti. hæ. in terminis in l. fi. C. de ſac. ſanct. eccl. Non ultimum, quia tex. in d. §. ſemel, loquitur alio caſu, libertatem ſemel approbatam in concilio ſcilicet, ex cauſa uera uel falſa retractati non poſſe, de quo aliàs in l. ij. ff. de offi. eius. nos uerò in manumiſsione facta contra pactum, quę debet poſſe retractari, & publicari ancilla amplius, ut dictum eſt, ideò ex diuerſis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod exempla non reſtringunt regulã tametſi declarẽt. §. hactenus. inſti. de gradi. l. dãni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infe. unde eſto q̄ hic loquatur Imp. in ancilla, uendicat ſibi locum tamen iſtud etiam in ſeruo. l. j. ij. iiij. & ulti. ſupra & infra eo.

Et quod conditio debet impleri in forma ſpecifica, aliàs actus inde factus nõ ualebit ut hic. l. qu hæredi. l. minus. ff. de cond. & de. maximè uoluntaria ut ibi dicitur, declarat Corne. conſil. cclxxvj. columna ſecunda. uolu. tertio.

Et quod frangenti fidem, fides frangi debet eidem. l. cum proponas. ij. C. de pac. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. c. peruenit. ij. c. quemadmodum. de iureiuran.

Et quod lex uenditionis eſt ſi ſeruus exportandus ueneat, prout in rub. hic dicitur, & in l. j. & in l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. exportan.

Et quod denique ſi procurator Cæſaris,, eſt iudex competens inter priuatum & fiſcum. l. fi. ſupra de aduo. fi. l. j. ij. C. ſi aduer. fiſ. de quo etiam in l. fi. ff. de int. ac. & ad declarationem ſciendum eſt, quod procurator Cæſeris eſt, qui patrimonium ipſius adminiſtrat, fiſci uerò, qui publicam habet curam. & rationalis qui eſt Cęſaris & fiſci ut pulchrè per Bald. conſil. cclxxj. col. j. uol. j. dixi ego in l. j. nume. 45. ff. ſi quis in ius uoc. non ie. Finis.

Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contra.

Imp. Alexander A. Eutichiano liberto.

SI EA LEGE CHRESTES ſeruum, ſed naturalem filium, venundedit, ut emptor eum manumitteret, quanuis non eſt manumiſſus, ex cōſtitutione diuorum Marci & commodi ad aufidium Victorinum, liber eſt.

Dubitandi rationem facit, quod ſeruns nō efficiatur liber hoc caſu, ex quo hac lege uenditus eſt ut manumittatur intra certum tempus, manumiſſus non eſt intra id, ergo non erit liber, nec poterit amplius manumitti. Et quia expreſſum non eſt, facileq; fuiſſet hoc idem dicere, ſi uoluiſſet uenditor. l. unica. §. ſin autem. uer. ſin uerò. C. de cad. tol. non dixit, ergo nec nos dicere debemus, l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæ. & uidetur caſus in l. thays. in §. intra. de fideicommiſſ. lib.

Contrariū tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia culpa & negligentia emptoris nō debet ſeruo officere, quo fit ſi intra id tempus, non manumiſerit, ipſo iure manumiſſus intelligatur. & quia uenditor ita ueriſimiliter uoluiſſe uidetur, & ita pactum intellexiſſe, argumētum in l. tale pactum. in §. fi. ff. de pac. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cum ſimilibus. Non ob. ſecūdum quia licet non dixerit explicitè, dixit tamen implicitè & uirtualiter argumentum in d. l. cum acutiſsimi. & in l. generaliter. de inſti. infra & in l. cum auus. ff. de coud. & de. Non ultimum denique ex quo per eū ſtetit qui manumitti debebat, hic autem per eum qui manumittere tenebatur, ideò termini ſunt diuerſi, & nimirum ſi primo caſu ſuo ſe (ut aiunt) gladio iugulauit. Secundo uerò ſi non potuit alieno, quo minus eſſet liber. pręterea cum §. ille multos habeat intellectus, ſuper eo fundameutum fieri non poteſt, ex quo communiter ignoratur quod multipliciter exponitur, ut inquit Boeti. & Bal. in l. j. ad fi. C. de bon. poſ. ſe. tab. Barto. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Vel ut prius dicas, quia ſol. eſt ſatis realis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quanquam lex ſit cōmune pręceptum uirorum prudentum, delictorum cohercia, & communis reip. ſponſio ut dicitur in l. j. ff. de legi. quandoque tamen pro pacto ponitur ut hic, & in l. uerum. in §. quod ſi minor. ff. de mino. & in l. creditor. in prin. ff. de ac. emp. & in l. legē. ſupra de pac. & in l. j. §. ſi conueniat. ff. depo. & nimirum quoniam uerba ſunt aptanda ſenſibus. l. eas cauſas. ubi glo. ff. de cond. & demon. c. intelligentia. de uer. ſig. Bald. in l. ex arrali. ad fin. C. de act. emp.

Et quod filius naturalis eſt, qui ex ancilla natus eſt & ſeruus pariter, ut hic, & in l. denique. ff. de pigno. & in l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. in princip.

Et quod manumiſsio quæ regulariter fieri ſolet miniſterio hominis manumittentis, abſq; eo aliquando fit, iuris artificio, ut hic, ſi intra tempus à partibus præſtitutum, non fiat.

Et quod conſtitutio Diuorum Marci & commodi ad aufidium Victorinum, non complectitur minorem xc. annis maiorem autem ſic, ut ſignanter & ad literam quidem inquit Iuriſconſ. Vlpian. in l. uerum. in §. quod ſi minor. ff. de min.

Et quod denique lex noua diſtinguitur & declaratur per antiquam, ut not. in auth. offeratur. C. de lit. cont. & in l. ſciendum. & ibi dixi. ff. qui ſatiſda. cog. Finis.

De vectigalibus & commiſsis.

Impp. Arcad. & Honor. A A. Lampadio PP.

SI QVIS SINE PERSONA mancipum ſales emerit, vendereve tentauerit ſiue propria audacia, ſiue noſtro munitus oraculo, ſales ipſi vnà cum eorum precio mancipibus addicantur.

Dubitandi rationem faciebat, ſine perſona mancipum, ſal emi uendique poſſe, quoniam emptio & uēditio, libera eſſe debet, quemadmodum alia hominum commercia, quandoquidem uideamus ſubſtantiam ipſius contractus, ex precio conſiſtere tantum. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. & ſentit Innocen. in cap. ſuper quibuſdam. in uer. ſalinaria. de uerbo. ſig. & maximè

maximè quia ſalinæ etiam quandoque priuatorũ ſunt.l.magis puto.in prin.ff.de reb.eo.l.diuortio §.ſi uir.iuncta glo.ff.ſolu.mat.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ita fieri præcipit lex,quod præcipitur Imperator imperatur fieri neceſſe eſt. Imò qui præceptis nõ obtemperat reus eſt & debitor pœnæ.c.quiſquis.c.quod præcipitur.xiiij.q.ij.& quia ſi mancipes id eſt conductores ſalinarum, loco principis ſunt,ęquè conuenit ut non ſine eorum perſona ſal emi uendiq; poſsit pariter,grauati amplius in hoc,quod penſiones quotannis ſoluunt,in alio releuandi, ut eorum (ſicut dixi) requiratur conſenſus.l.eum qui. ff. de iurein. aliàs ſales ipſi unà cum precio(ut ſubiicit tex.)mancipibus addicentur ſiue(ut inquit Saly.) ſal & precium cadet in cõmiſſum,& publicanis debebitur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ex his non eſt uerum, & quanquam ſubſtantia emptionis ex precio conſiſtat regulariter,& libera ſit in cæteris rebus,in ſalibus tamẽ & ſalinis ſecus(ex ſupra dictis) dicendum eſt, ex quo ſunt de reſeruatis principi.c.ſuper quibuſdã §.præterea.de uer.ſig.c.j.quæ ſint rega. in uſib. l. inter publica.§.j ff.de uer. ſig. Et quanquam adhuc ſecus ſenſerit Inn.in d.c.ſuper quibuſdã. malè ſenſit tamen ut hic,& in d.§. præterea. & in l. ſed & hi.ff.de publica.& uectig. Deci.cõſ. ccxcij. col.j.uol.ij. Non ob.ultimum,quia non eſt regulare,quod ſalinæ ſint priuatorum ut in d. iuribus dicitur,ergo nes attendendum.d.§.pręterea.l.j.ff. quod cuiuſq; uni.no.d.l.ſed & hi.l.nam ad ea.ff. de legi. Vel dicamus ſecũdum aliquos ẽt, qđ ſint inuentę in domibus priuatis, quod tamen ſunt principis,& regalia.d.c.j.quæ ſint regalia.ſed ut prius melius,& ſenſit Alua.in d.loco.col.v.& Veronen.in d.§.j.nu.4. & 7.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod principi reſeruata ſolent de conſuetudine locari ut ſalinæ hic,quæ conſuetudo plurimum in his attenditur d.§.præterea.not. Alua.& Veronen.in locis ſupra alleg.poſt Herò. in d.c.j.quæ ſint rega.& pręcipuè ſi tãti temporis cuius initij memoria non extet in contrarium. d. §.pręterea.argumẽtum in l.hoc iure.in §. ductus aquę.ff.de aqua quoti.& ęſti.

Et quod mancipes dicuntur conductores ſalinarum,ſiue ſalis,uel aliàs ſecundum Alcia. emptores ad centum annos, Mihi magis placet conductores intelligamus,ut in Codicibus antiquis legitur,tametſi,nihil dicat hic Haloander,erantque publicanorum principes, qui manu ſublata conductionum ſe autores eſſe ſignificabant, licet emptionum etiam dicat Sext.de uer.ſig.

Et quod licentia non modo peti uerum ẽt obtineri debet.c.oĩs.de pœn.c.ſi religioſus.de temp. ord.c.fi.de exceſsio.pręla.Io.And.in c.cum non ſtat per eum.col.j.de reg.iur.in mercuria.nimirũ igitur hic ſi ſine,quis pœnam incurrit.

Et ꝙ licet audacia qñq; laudabilis ſit,iux.illud

Audaces fortuna iuuat timidosq; repellit
Sic.Clamabat tumidis audax leander in undis:
Parcite dum propero,mergite dum redeo.

Et ut etiam in l.Gallus.in §.uidendum. ff. de lib. & poſthu.Bar.in l.ſi quis in tantã.in prin.C.unde ui.attamen hic in malam capitur partem,quia (ut dixi) ſi quis propria, emerit aut uendiderit ſal,punitur acriter,d.l. ſi quis in tantam. dixi in l.fiſci.ſupra de aduo.fiſci.

Et quod deniq; oraculum, nil aliud eſt quàm indulgentia,uiua principis uoce conceſſa,l.fi.C. de diuer.reſcrip.l.iubemus nullam. C.de ſac.ſan. eccl.c.j.de bigam.in vj.Archi.in c. fundamenta. in fi.de electio.eo.lib.non uult igitur hic Legiſlator quod abſque licentia mancipum, propria audacia, uel etiam ex ipſius principis indulgentia, ſal uendi emiúe poſsit. aliàs incidat emens uendenſúe in commiſſum hoc eſt, delinquere dicetur,& pœnis hic contentis,punietur.l.auxilium. ad fi.ff. de mino. l. commiſſa. ff. de publican. & uectiga. Finis.

Vectigalia noua inſtitui non poſſe.

Impp. Gallien. & Valerian. AA. Tuſco & aliis.

NON SOLENT NOVA vectigalia incõſultis principibus inſtitui. ergo & exigi aliquid, quod illicitè poſcantur, competens iudex uetabit; & id, quod exactum uidetur,ſi contra rationem iuris extortum eſt,reſtitui iubebit.

Dubitandi rationem faciebat, quod noua uectigalia inſtitui à ciuitatibus poſsint, etiam incõſulto principe, quia hinc uidemus, quod omni populo iuriſdictionem habenti quoq; cõceſſum eſt ius,ſiue poteſtas condendę legis. l. omnes populi.ff.de iuſti.& iu.& maximè,quia inſtitui rurſum nõ ſolent,niſi pro cõi & publica ipſarum ciuitatum utilitate,ut etiam dicitur in l.j.ſupra eo. l.pe.ff.de dec.ab ord. fa.

Contrarium tamen hic deciditur,& plus quod aliquid illicitum exigi non poſsit nec debeat, ſique exactum fuerit, reſtituatur. & ratio deciſionis eſt, quia hæc ſunt de reſeruatis principi ut in l.proxima.ſupra eo.& in l.uectigalia.ff. de publi. & uectigal.quo caſu à poteſtate ciuitatum,eximi intelligitur.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere,nõ primum,quia eſto ꝙ ciuitatibus conceſſum ſit, ius condendę legis,non tamen conceſſum eſt ius inſtituendi noua uectigalia, ex quo nouitates ſunt odioſæ & plene triſtiſsimi euentus, l. in rebus.ff.de conſti.princi.l. uectigalia præallega.

hinc T. Gracchus, in promulgatione legis Agrariæ, à Naſica interfectus eſt. & inter cætera præcepta quibus Reſp. gubernatur, hoc eſt potiſsimũ, ut creetur magiſtratus, qui quaſi è ſpecula, priuatorum mores attendat, atq; exploret ne res nouæ oriantur. rapiendaq; ſunt rebus nouis conſilia non quærenda, dicebat Boetius Sabinus, in Senatu contra Maximinum, Gordianis interemptis. Ex quibus ſecundum quoq; tollitur, quia etiam ſi communis utilitas ciuitatis id ſuadeat, non efficiet tamen ut principe inconſulto inſtituantur d.l.j & aliis ut ſupra.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod à ſolitis non eſt recedendum d.l.j. ſupra eo. argumentum in l. fiſtulas. in §. frumenta. ff. de cont. emp. Bal. conſ. ccccxxxv. ad fi. uol. v. etiam ſi caſus emergant, quibus aliàs recedi nobis conceſſum ſit, ratione ſupra dicta.

Et quod crimen nõ eſt fraudare uectigalia ab inferioribus inſtituta, quia ſoli principi ſunt reſeruata, ut per Bar. in d. l. vectigalia. Bal. in l. ſi ut proponis. C. de nauti. fœno. Stepha. Fed. in tract. de int. iu. par. j. col. ij.

Et quod uectigalia præſtantur de rebus quæ uehuntur, à tributis differentia, quia iſta certa ſunt, illa incerta ſiue iſtorum ſumma certa, uectigalia locantur, Tributa non, quãquam tamen Cice. hæc uectigalia appellet ſtipendiaria. & not. aliàs in l. Imperatores. ff. de pub. & uectiga. & in l. j. ff. eo. quod vectigalis ap. ueniat tributum, largè tñ non ſtrictè, ut ſupra, Caſſane. multa in cõſue. Burgũ. §. iiij. le droit de indire. col. ij. & xij.

Et quod exigere propriè eſt ab inuito extorquere, ut etiam dicit glo. in l. fideicommiſſa. in §. ſi rem. ff. de leg. iij. & in l. pupillus. ff. quę in frau. cred. l. debitor. ff. de uer. ſig. nimirum igitur ſi extortum hic reſtitui debet.

Et quod denique illicitè extorſiones fieri non debent, quia ſi factæ fuerint, extortum reſtuetur, nec impunè. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & uectiga. & ut etiam per glo. hic. & habetur clarè in l. illicitas. in prin. ff. de off. pſi. Finis.

De locato & conducto.

Impp. Diocletian. & Maximian.
A A. Hoſalio.

PRAESES PROVINCIAE ea, quę ex locatione debẽtur, exſolui ſine mora curabit, non ignarus ex locato & conducto actionẽ, cum ſit bonę fidei, poſt moram uſuras legitimas admittere.

Dubitandi rationem faciebat, quod uſuræ ſoluendæ non ſint niſi poſt certum tempus, etiam quod conductor fuerit in mora ſoluendi, quia uidetur caſus clarus in l. cum quidam. in §. ex locato. ff. de uſu. Siue poſt litem conteſtatam, & non poſt moram ut hic dicitur. l. Titius. ff. de pręſcri. uerb. l. quanuis. C. de uſur. Et quia non debentur etiam citra uinculum ſtipulationis. dicta l. quanuis.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia æquè conuenit ſi non propter lucrum ſed propter moram infliguntur à lege, ut poſt moram ſoluantur. d. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ad fi. l. uideamus. ff. de uſu. Et ne etiam mora quę fruſtratio quoq; appellatur, cõductori prodeſſe uideatur. l. pe. ff. de ui & ui arma. l. ſed poſtquam. ad finem. ff. communi diuidun. l. hominem certum. ad finem. ff. manda. argumentum in l. itaq; fullo. ff. de fur. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſolu. matrimo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ibi partes ita conuenerant contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. j. §. ſi conueniat. ff. de po. l. contractus. ff. de reg. iur. l. legem. C. de pactis. ergo. Non ſecundum, quia & id quoque uerum eſt in contractibus ſtricti iuris. dicta l. uideamus. nos autem loquimur in contractibus bonæfidei, ergo malè & hoc modo tollitur quoque ultimum, quod in hiſce terminis loquitur pariter, ſtipulationem requiri ſcilicet, in contractibus ſtricti iuris, non in his qui ſunt bonæfidei, ut not. in d. l. quanuis. & in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Albe. in l. qui negocia. ff. manda.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod actiones quę enumerantur in §. actionum. inſti. de actio. ſunt bonæfidei ut inquit etiam glo. in l. in bonæfidei. ſupra de pact. & in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. aliàs ſtricti iuris, & licet quæ dicuntur in contractibus bonæfidei alibi in l. iuris gentium. in §. quinimò. ff. de pac. habeat nihilominus etiam locum, in cõtractibus ſtricti iuris. l. petens. C. eo. attamen hic eſt ſecus, ex quo non eadem eſt ratio, ut pulchrè declarat Bal. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de legi.

Et quod ubicunque lex utitur uerbis præciſis non admittitur purgatio moræ. l. magnam. C. de cont. & comit. ſtipu. de quo tamen ibi plenè per Bal. col. ij. & ad idem quod celeris executio fit cõtra conductores.

Et quod uſurę legitimę hoc iure permiſſę ſunt ſub diſsimulatione tamen & conniuentibus oculis ut in ſimili inquit tex. in l. iiij. ff. de manumiſſio. maioris mali uitandi cauſa ut in ſimili in concubinatu dicitur in l. in concubinatu. ff. de uſur. Bar. in l. cunctos populos. in v. oppo. C. de ſumma Trini. & fid. catho. & de materia aliàs in l. eos ſupra de uſu.

Et quod penſiones ex locatione debentur. l. ſi uno. in prin. ff. loca. à pari cum precio procedentes. l. itẽ ſi precio. §. fi. ff. eo. l. ędẽ. C. eo. & ſuccedẽtes amplius loco fructuum. l. nauis. ff. de rei uen. Bal. conſ. cclxxx. ad fi. uol. v.

Et quod denique nimirum licet ignorare iu-
ra,& leges,& multo minus magiſtratui quidem,
l.leges ſacratiſsimæ.ſupra de legi.l. conſtitutio-
nes de iuris & facti igno.l.regula.in princ.& in
§.pen.ff.eo.Alex. conſi. lxxiij.col.iij.uol.ij.non
ab re igitur hic dicit tex.non ignarum præſidem
prouinciæ ex locato & conducto actionem cum
ſit bonæfidei poſt moram uſuras legitimas ad-
mittere. Finis.

De donationibus ante nuptias uel propter nuptias, & ſponſalicijs.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. Iuliano.

CVM TE SPONSAE FI-
lij tui quædam donaſſe
confitearis: perfectam
donationẽ reſcindi nec
noſtro oportet reſcri-
pto, quàm tua uoluntas iuriſque au-
thoritas fecit ratam.

Dubitandi rationem faciebat quod donatio,
principis reſcripto poſsit reuocari, in primis
uulgatum illud. quod princeps eſt lex animata
in terris.§.fi.in auth.de conſu. quodque legis ha
bet uigorem id quod principi placuit.l.i.ff.de cõ
ſtitu.princ.§.ſed & quod principi inſtitu. de iu.
natu.ergo debet poſſe etiam eius reſcripto do-
natio reſcindi. Maxime quia lucrum eſt & quia
tollit etiam ſolemnitates requiſitas à lege ciuili.
l.ſi non ſpeciali.infra de teſta.& quia in eo cau-
ſa ſemper pręſumitur ſecundum glo.in l.relega
ti.ff.de pœn.Bal.in l.reſcripta in iii.& iiii.q.ſu-
pra de precib.impe.offc.imò quod derogat legi.
l.i.ſupra de legi.& ſi ſic eſt multo magis deroga
bit uoluntati donantis,quę ſimiliter eſt lex argu.
in §.diſponat in auth.de nup.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de-
ciſionis eſt,quia perfecta donatio quę uites iuris
habuit & quam is qui donauit in diem uitæ ſuæ
non retractauit,nullo modo inquietari poteſt,ut
in l.i. ad fi.infra de reuo.do.& in l.ſi apud.& in
l.ſi donationem eo.titu.& in l.perfecta de dona.
quę ſub mo.& quod iure occurri debet leuitati
perfectam donationem reuocare cupientium.l.
ſi repetendi.ſupra de condic.ob cau.& quod de-
nique reſcripta cõtra ius elicita, a iudicibus ſunt
refutanda.l.reſcripta.ſupra de precib. imp.offc.
vel & aliter etiam ut hic per Bal.

Ad oppoſita reſpondetur facile, quia leuia
ſunt, & ad primum maximè, quod lex eſt anima
ta in terris,quodq; legis habet uigorem id quod
facit, dommodo iuri non repugnet, nec præiu-
dicet tertio.l.i.ff. de legib.l.ſi quando. C. de in-
offic.teſtamen.d.l.reſcripta.l.quotiens.eo.tit.&
quanquam lucrum uideatur,quia tamen radica-
tum eſt, priuatio ipſius foret damnum.l.iij.ff.de
dam.infect. Non ob.ſecundum,quia eſto etiã
quod poſsit tollere ſolemnitates iuris ciuilis;nõ
tamen debet poſſe donationem reſcindere, quæ
eſt iuriſgentium iuxta nota.in l.ſi teſtamentum.
C.de teſta.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.nec iſto
caſu(ut dicebatur & male)cauſa præſumetur, ex
quo reſcriberet ſic contra ius, ut declarat Iaſ.in
d.l.ſi teſtamentum.col.ii.& ſi derogat legi (quo
ad ultimum) non ſine ratione id facit.c.non de-
bet, de conſangui.& affi.ut not. in d.l. i.ſed non
tamen donationem iuris authoritate robora-
tam, & perfectam, reſcindit, rationibus ſu-
pra dictis.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad mul-
ta & maximè, quod ſi ſponſæ filii, pater donet
aliquid antequam uadat ad ipſius filii domum,
donatio ualet, & donata apud ipſam ſponſam
remanere debet,ita Bald. ſignãter per iſtum tex.
in authen. ex teſtamento. colum. ſexta. C. de
collationib.

Et quod ſi mortuo marito ad domum patris
ſui reuertatur,donata fratribus conferre non te
nebitur,ut ibidẽ ad huc dicit poſt Nicol.de Mat.
& Ric.Mal.hic.

Et quod ſi donatio perfecta ſit non poteſt mu
tari, nec ſibi aliquid adiici nec tolli, niſi partiũ
conſenſu.d.l. perfecta. l. contractus. C. de fide
inſtru.l.i.C.quando lic.ab empt. diſced. Bal.cõ
ſil.cccxxvii.in princip.uolu.j.pulchre in l. leges
& conſtitutiones.col. i. ſupra de legi.& in l.bo-
nefidei.col.ij.ſupra.de pact.

Et quod quandiu cauſa eſt in fieri, poteſt ẽt
nouam qualitatem recipere, ſi autem ſit de præ
terito conſumata, non l. j. ff. de pœn.d.l.perfe-
cta. Idem Bald. in l. Pomponius. in fine. ff.de
negociis geſt.

Et quod denique à forma & uirtute primæ
conceſsionis non poteſt concedens reſilire. c. i.
de natu.feu.Bald.conſi. cccxxviii.col.j.uolum.i.
nec donationi onus apponi ex interuallo, in-
quit idem Bald. in l. ſi mulier in princip. ff. de
legat.iij. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. A A. & CC. Neæ.

SI TIBI RES PROPRIAS
liberalitatis cã ſponſus tuus
tradidit, eo, quod ab hoſti
bus poſtea interfectus eſt irrita dona-
tio fieri non poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod donatio
irritetur, text.in d.l. ſi ab hoſtibus.in §. ſi uir.
ff.ſolu.mat.ubi caſus clarus quod ſi donans inter
fectus fuerit,donatio irritabitur.et donara appli
cabuntur

cabuntur fiſco.l.his conſequenter.§.i.ff.fam.her. l.cum ratio.§.fi.ff. de bo.damnato.& utrobique nota. & uidetur ultimo loco probari etiam in l. cum ueterum infra eo.ubi ſi nuptiæ non ſequantur,exempla gratia, quia ſponſus mortuus ſit ut hic,donatio reuocatur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi donatio morte confirmatur, etiam quod fuerit accidentalis,ut inquit Bald. & bene hic, non æque conuenit ut irritetur, argumentum in l.legata inutiliter.ff. de adim. lega. & quia ſine nlla repetendi lege facta uidetur.l. ſi mater quæ eſt ſequens infra eo. & quod denique uitæ infelicitas non debet minuere iura contractus.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere, quia id ita demum procedit, ſi donans à donatario interfectus fuerit, alias commodum inprobitatis ſuæ conſequeretur,& male.l. non ex dolo.d.§.ſi uir.l.itaque fullo.ff.de furt.cap.ſedes apoſtolica de reſcript. nos autem quando ab hoſtibus interfectus eſt, nec ipſi donatariæ quicquam poteſt imputari.ex quo ſecundum quoque tollitur,loquens in lucro quod iure naturæ deferebatur,hic uero tex. in eo qđ a mera liberalitate donantis proueniebat quę duo longe differre uidentur,maximè(ut dixi)ſi donatario culpa imputari haud poteſt. Non ultimum quia ibi ẽt nouum ius ponitur, iſtius correctorium ,& maximè ſi ſtat per ſponſam uel patrem eius, quominus nuptie ſequantur, nimirum igitur ſi dona tio reuocetur,d. caſu & ſi exemplum, in inductione appoſitum uerum non eſt, contrariunq; uerius ut ſupra.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum admulta & maximè, quod donatio rei aliene, non eſt proprie donatio ut not.in l.in ædibus. in §. fina. ff.de dona. Bal.pulchre in l.poſt mortem ad fin. C. de fideic.& ideo hic dixit ſi tibi res proprias.

Et quod donatio à liberalitate donantis prouenit.l.i.in princ.ff.de dona. aſcribiturq; liberalitas uirtuti.c.j.eo.tit.Cor.conſi.lxix.nu.xxix.uolum.ij.& ideo donans hic priuilegium habet ne ab eo exigatur ultra quàm facere poſsit.l. ne liberalitate.ff.de re iud.l.inter eos.is quoq;. ff.eo. §.ſed & ſi quis inſti.de actio

Et quod quandoque nobis licet perifraſtice loqui,ex quo tantum eſt dicere, ſponſum Noæ tradidiſſe res proprias, liberalitatis cauſa, quantum eſt dicere quod donauerit,& ſic per circunlocutionem , & poſtea ſe ipſe paulo inferius declarat.& eſt ſimile in l.cum inter.C. de fideicom. lib.& in l.eum qui.ff.de iu. om.iudi.& in l.iij. C. de ſer.& in l. ſi arborem in princ.ff.de ſerui. urba.prędio.& in l.ſpadonem in §.ſi ciuitatis princeps.ff. de excuſa. tut.& mille ſunt huiuſmodi non referenda .

Et quod res quæ culpa caret (ut uulgo dici ſolet) in damnum uocari non conuenit.c. cognoſcentes de conſtitutio. ſiq; ſponſa hic non eſt in culpa,ęque conuenit etiam ut damnum non ſentiat,& donatio irritetur.

Et quod denique negatiua dictio , prępoſitæ uerbo poteſt,priuat potentiam, & inducit neceſſitatem præciſam,ſenſuſque eſt nullo modo hoc caſu donationem irritari poſſe.l.i.ff.de uerb.ob. l.nemo poteſt.ff.de lega.i.no.in c.i.de reg.iur.in vi.ubi glo.magiſtra. Finis.

Impp. Teod. & Valentin. AA. Hierio P P.

MINORIBUS AETATE fœminis, etiam actorum teſtificatione in ante nuptias donatione ad eas facta omiſſa, ſi patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſte conſulitur, ut firma donatio ſit. D. xv. kalen. Mart. Conſtantinop. Tauro et Felice Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod minor donationem inſinuare teneatur, quia id traditũ eſt à lege,ſi ſummam trecentorum aureorum exceſsiſſet olim,hodie quingentorum.l. ſancimus. infra de do.l.ſi.infra de iure do. qđ igitur pcipit lex imperatur qđ imperat neceſſe eſt fieri.c.quiſquis.c. quod præcipitur.xiiij.q.j.tradit Aret. cõ ſi.xvii.col.v. adeoque neceſſaria ut nec ualeat renunciatis legibus, de ipſa loquentibus, ex quo forma quædam eſt & ſolẽnitas cui renuuciari nõ poteſt.l.nemo poteſt.ff. de lega.j.l.ii. §. ſed quia ueremur.C.de iura.calum.Bal.conſi.cxii. uol.i.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,minoris etatis fauor, & quia patris, auxilio erat deſtituta, argumentum. in l. i. infra qui admi.ad bo.po.poſ.ſubiicit tamen Bal. hic & glo.quod hodie eſt ius commune.

Ad oppoſita reſpondetur, procedere, atque uera eſſe, in maiore xxv. ann. cui non ſuccurrit lex, ſi d. inſinuationem omiſſerit , nanque exceptio in caſu,firmat regulam in non exceptuatis. l.quæſitum.§. denique.ff. de fun.inſtr. inſtrumẽtoque lega. not.in ca.cum dilecta de confir. uti. uel inuti. arguitq; ius commune in contrarium , ſpecialitas aliquo caſu. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legib. cap. præſenti. §.loca de præben.in vi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi tempora diſtinguantur, cõcordabuntur ſcripturę ut inquit gloſ.in l.i.C. de accuſa. & in l.apud antiquos.C.de furt. & in c.ſi peccauerit. ij. q.j.& in cap.cum tũ.de teſti.Bald. in l.ii.col.ii.C.ad officia.& conſi. cciiij. col. iii. uolu.j.Nanq;(ut dictum eſt) olim habet locũ qđ hic dicitur,hodie ſecus.

Et quod minores , maximè (ut adhuc dictum fuit) deſtituti auxilio patris,pręcipuum meren-

tur

tur fauorem.l.ex pluribus ad fi. ff.de admi. tuto. imò quod cum his concurrit etiam ſexus imbecillitas, fauorabilis quoque.l.i.ff.ad velleia.

Et quod fauores ampliandi ſunt, ex quo odia alias reſtringuntur.l. cũ quidã.ff.de lib. & poſthu.c.odia de regu.iur.in vj.

Et quod æque conuenit, mulierem hic triſtitiæ ſuæ ſolatium habeat, ut in ſimili dicitur in d. l.fin.in fi.princ.infra de iur.do.& in l.fi.C.de inſtit.& ſubſti. ſub.cond. fac.& in l.i. de his qui ante aper.tab.& in l.fi.ad fi.ff. de litigio.& in §.ſed & hoc præſenti in auth.de ſantiſ.epiſco.quod nihilominus donatio firma ſit quanquam inſinuatio fuerit omiſſa.

Et quod denique tantum eſt dicere hic, in donatione ante nuptias, actorũ teſtificationẽ omiſſam fuiſſe, quantum eſt dicere, ipſam inſinuatam non fuiſſe, & ſic perifraſtice ac per circũlocutionẽ uerborum, ut proxime ſupra (in ſimili tamẽ) declarauimus. nouiſſime facit etiam tex.in l.i. ff. de poſtu.& in l.i.C. de primipi.lib. x.& in l.ii.in prin.ibi.illis temporibus quibus ſuperbus Demarathi Corinthii filius fuit. ff. de ori.iu. nec omittentes quod hiſce ut inquit Cice.ſplendida redditur oratio. Finis.

De nuptijs.

Imp. Gordianus A. Romano.

IN COPVLANDIS NVptiis nec curatoris (qui ſolam rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationẽ) nec cognatorum, uel adfinium ulla authoritas poteſt interuenire, ſed ſpectanda eſt eius uoluntas, de cuius coniunctione tractatur.

Dubitandi rationem faciebat, quod & curatoris & matris & propinquorum conſenſus requiratur, & ſi ſunt diſcordes, debeat ſe iudex intromittere caſus eſt in l. j ſupra eod. ergo non ſola uoluntas puellæ ſpectanda eſt ut hic dicitur. & facit etiam quia cum tractatur de aliquo faciendo, omnes uocari debent quorũ intereſit, quodq; omnes tangit ab omnibus debere approbari, inquit tex.in l.fi.C. de aucto.pręſtan.& in l.cũ miles.in §.i.ubi glo.ff.ex quib.cau.ma.& quod adultus, curatorem habens ęquiparatur pupillo, ſed pupillus ſine tutore nihil agit inſtitu.de auct.tuto.in princ.ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia curator rei familiaris adminiſtrationem ſuſtinet daturq; rebus & non perſonę, nimirum igitur, ſi eius poteſtas ſe ad matrimonium non extenditur.& ſi non poteſt interuenire curator, ergo multo minus adfinium authoritas erit neceſſaria, ſola igitur (ut diximus) puellę authoritas attendetur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia tex.ibi loquitur in pupilla, nos autem in adulta, quorum non eſt par eademque ratio, ex quo primo caſu tutorẽ habebat, hic curatorẽ, tutor datur perſonæ curator rebus, ut hic & in §.i.inſtitu.de tutel.Bar.in l.ſi infanti.col.iiij. C. de iur. delib. & in l. de curatorę. in §. quæritur. ff.de cura.bono.dan. ergo. uel & aliter ut fuſius. not.in l.i.ex quibus tollitur etiam regu.d.l.fi. C. de aucto. pręſtan. quę non habet locum hoc caſu, cum nec ullius ex perſonis ſupra enumeratis intereſit.l.adigere.§.quanuis de iure par.c.cũ ceſſante de app. Non obſt.ultimum quia ipſum quoque uerum eſt, ſed non hic, cum adulta (quo ad nuptias) curatore non egeat, & ut ſupra latius.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè quod plus iuris habet tutor in pupillum, quam curator in adultum, ratione ſupra dicta eſtq; argumentum in l.i.& ibi Bar.ad fin.ff. de bono.poſſ.infa.& fu. remiſſiue Alex. in l.iii. C.qui admi.

Et quod licet conſenſus propinquorum requiratur de neceſſitate ex forma ſtatuti in obligationibus rem reſpicientibus, attamen ſecus eſt in matrimonio & in reſpicientibus perſonam, ut inquit Iaſ.in l.ſi unus.in §.pactus.colum.ix. poſt Bald. ff. de pact. & in ſtatut. idem Bald.adultus numero primo.

Et quod tutor ſimpliciter datus a ſuo iudice pupillo habenti bona in diuerſis territoriis cenſetur datus etiam ad bona territorii iudici nõ ſubiecta, quia uerba diriguntur principaliter in perſonam, in cuius conſequentiam ueniunt etiã bona alterius territorii, ſed non in donatione curatoris quia diriguntur in rem, ut hic & habetur aliàs in l. propter litem. in §. licet.ff. de excuſa. tuto.& in l.ſecunda. C.eo.Roma.late conſi.xxxi.col iii.

Et quod ſtatuta requirentia conſenſum Mundualdi, uel ſimilem non uendicant ſibi locum in contractu matrimonii. ut poſt Bal. hic inquit ẽt Corne.conſi.ccliiij.col.iii. uol.i.

Et quod denique in diffinitione tutele, uerbũ eum, poſitum eſt ad differentiam poteſtatis curatoriæ, quoniam datur ipſe (ut dictum eſt) ad tuenda bona ut poſt Bar. declarat Por.inſti.de tutel.in princ.col.iij.dicens alibi hac ratione quoque quod tutor in teſtamento dari poteſt, nõ autem curator inſti.de curato.in princ.col.ii.& inſtit.quib.mod.re contr.obli.in §.is quoque. col. ii. quod iudex dando curatorem adulto, uidetur ei interdicere adminiſtrationem bonorum. & docto.in rub.de inſti.& iure, quod licet non debeat dari tutor Iudæus pupillo Chriſtiano, datus curator tamen poterit adminiſtrare. Finis.

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, ſeu curatorem, filioſque eorum.

Imp. Alexander A. Byrrho.

MATER PVPILLAE cum tutore filiæ ſuæ, uel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur.

Dubitandi rõnem faciebat, q̃d inter matrẽ pupille & eius tutorẽ uel tutoris filium, matrimoniũ prohibitũ ſit. quia huiuſmodi coniunctione fraudẽ adminiſtrationis tegere uel le vñr ut inq̃t text. in l. ſi tutor, quæ eſt lex pen. infra eo. & quia ſic pupilla, non poſſet petere rationem adminiſtratæ tutele à tutore, uel eius hę rede & male. l. ſi patris. infra eod. & nota. in rub. ſupra eod.

Contrarium tñ deciditur hic & in l. fi. infra de contra. tu. iudi. & in l. nonnunquam. ff. de adoptio. & ratio deciſionis eſt, q̃ nõ reperitur iure prohibitum quod uitricus non poſsit eſſe tutor priuignæ ſuæ, argumentum in l. nec non in §. q̃d eis. ff. ex quibus cau. maio. & in l. ab ea parte. ff. de proba. Bald. pulchre in d. l. nõnumquam. & quia eſto quod cum matre pupillę, uel ipſius filius, matrimoniũ contraxerit, non propterea efficit, quo minus poſsit conueniri à pupilla ipſa poſtea, tutelæ adminiſtratæ prætextu ut rationem reddat l. fi. prællega. infra. de contr. tu. iudi. eſt uerum quod apud uitricum ali educari ue non debebit. l. i. ſupra ubi pup. educa. deb.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia ex his ſublata uidentur, nanque nerum non eſt, q̃d adminiſtrationem tegere uelle uideantur. l. merito. ff. pro ſocio. c. i. de ſeruti. fa. maximè quia id factum eſt lege permittente, quo caſu omnis ſiniſtra ſuſpitio abeſſe uidetur a contrahentiũ mẽte, & præſertim uitrici, ſiue ipſius filii, argumentum in l. i. C. de præd. mi. ex quo ſequitur etiam ſi ſic eſt, & quicquid dicatur ſecundo loco, quod imò pupilla poterit petere rationem adminiſtratæ tutelæ, & ab ipſo tutore & ab hæredibus eius, inque aliis terminis loquuntur iura ad idẽ allega. ut infra.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ſane ad multa, & maximè, quod quanquam tutor poſsit matrimonium contrahere cum matre pupillæ non tamen poſſet cũ ipſa pupilla, nec filius eius. ex quo(ut dictum eſt)ſic tegere uelle uideretur adminiſtrationis fraudem. d. l. ſi tutor. infra eod. & male, quoniam fraudibus & maleficiis hominum obuiandum eſt. l. in fundo. ff. de rei uendi. non autem uia aperienda. occaſioq; præſtanda, l. ſi unus. §. illud. ff. de pact. l. qui ſub prętextu. C. de ſacroſanct. eccl. Bald. in l. item lapilli. colum. ii. ff. de rerum diuiſio.

Et quod eadem ratione, nec curator filiã ſuæ adulto ſuo, in uxorem poterit collocare, caſus eſt in l. curatorem. infra eo. unde non ab re alibi dicitur, quos nectit paritas æquitatis, & rationis idemptitas, non ſunt quo ad iuris rationem ſeparandi, in l. illud & ibi idem Bald. ff. ad legem Aquiliam.

Et quod ſi ratio reddita fuiſſet, lapſumq; tempus xxv. an. & intra quod reſtitutio peti poteſt. l. fi. C. de temp. in inte. reſti. pet. matrimonium ſûc contrahi poſſet à filio tutoris ſeu curatoris cum pupilla & adulta. d. l. ſi patris. & nimirum quia tunc ceſſat prohibitiua ratio, & ratione legis ceſſante, ceſſat lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. l. generaliter. C. de ſacroſan. eccle. cap. cum ceſſante. de appella.

Et quod quemadmodum prohibitum eſt matrimonium inter filium tutoris legitimum & naturalem, ac pupillam, cuius tutor eſt, ita prohibetur inter eam & filium tutoris naturalem tantum. l. libertinum. infra eo. & nimirum quia æque cõuenit ſicut appellatione patris uenit etiam naturalis tantum. l. parentes. ff. de in ius uo. ita etiã ueniat filius naturalis tantum & contineatur, appellatione filij.

Et quod denique mater quæ eſt tutrix filiorũ ſuorum petere poteſt. l. omnes. C. ad Tertulia. ut uitricus ſubrogetur loco ipſius & ſit tutor filiorum ſuorum ut ſupra non tamen quo ad plenam adminiſtrationem, quoniam ab educatione repellitur. d. l. i. ubi pub. educa. deb. ut dixi pariter ſupra & nouiſsime tradit Bald. pulchre in dicta. l. omnem. colum. ultim. C. de impub. & al. ſubſti. Finis.

De dotis promiſsione & nuda pollicitatione.

Imp. Gordianus A. Herodoto. P.P.

SI DOTE PROMISSA ſocer tuus uſuras dare ſpopondit, id, quod deberi oſtenderis, competens iudex ſolui tibi præcipiet. PP. xij. Kalen. Septemb. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ex promiſsione uſurarum non præſumatur dotis promiſsio, quia à ſimili, per ſolutionem uſurarum, neque probatur ſors debita. l. ſi certis annis ſupra de pac. & ibi no. Iac. de Ra. & Cy. hic, & maximè quia uſuræ acceſſorium quoddam eſſe dicuntur, quo ad principale non infertur. l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact. l. quod per manus. ff. de iure cod. l. ex pupillari. ff. de uulga. & pub. ſub.

Contrariũ tamen hic deciditur, & ratio deciſionis

ciſionis eſt,quia poſito ſubſequenti ponitur antecedens,argumentum in l.illud.ff.de acqui.hæredita.& in l.denique.in §.interdum.ff. de pecu. le. Bartol. in l. ex diuerſo in §. ubi autem. ff. de rei uendic.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nō primum,quia nō eſt uerum(ut dicunt doct. (ex quo unica tantum erat ſolutio, ergo ſi plures ſecus, quia imo præſumetur ſors.l.cum de in rem uerſo.ff.de uſu.ergo & hic pariter) & argumentum retorquebitur ex promiſſione uſurarum præſumetur promiſſio dotis.& licet(quo ad ſecundū) acceſſorium non ueſtiar, nec ad principale inferatur, quia non conuenit,probat tamen ut hic per Bal. & bene ratione ſupradicta.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maximè, quod uſurę quarum mentio facta eſt hoc iure erant permiſſæ. l. eos. C. de uſu. ſub diſſimulatione(ut inquit in ſimili text. in l.iiij. ff.de manumiſſio.)conniuentibus oculis, maioris mali uitandi gratia,declarat Bar.in l. cunctos populos. in v. oppoſi.C.de ſumma Trinita.& fide catho.& eſt ſimile in concubinatu(ut ibi ſubiicit) Bart.in l.in concubinatu.ff.de concubin.

Et qđ ratione dotis promiſſę debentur & permittuntur etiam de iure canonico. c. ſalubriter. de uſu.de cuius intellectu. Alexan. multa conſil. lxxiiij.col.iii.uolu.v.& in l. inſulam. in §. uſuras ad fi.ff.ſolu.mat.Dec.conſi.cxix.col.pe.uol.j.

Et quod promittere & ſoluere non ſunt paria, niſi in caſu.l. fi.C.ad legem fal.patet quia ex promiſſione uſurarum hic præſumitur promiſſio dotis,& tamen(ſubiicit tex.)competens iudex ſibi ſolui præcipiet.

Et quod factum alias a iudice incompetenti, nullum eſt.l.fi.C.ſi a non comp.iud.fue. ap. quia uidetur fieri ſine ordine & ſine citatione inquit Bald.in c.i.in §. ſancimus in princ.quo tempo. mili.in uſib.feudo.l.ii.ff.de pœn.l.ſi pater. C. ne de ſta.defuncto.not. etiam in cap. ut debitus. de appellatio.

Et quod denique dotis fauor præcipuus eſt, ut not.in l.j.ff. ſol.mat.& quod hic præſumatur promiſſa quanquam non probetur, ſi tamen (ut ſæpe diximus) uſurę promiſſę fuerint. l. in ambiguis.ff.de regu.iu.cap.plerunq;.de dona. inter uir.& uxo. Finis.

De iure dotium.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. CC. Baſiliſſæ.

MATER PRO FILIA DOtem dare non cogitur,niſi ex magna & probabili uel lege ſpecialiter expreſſa cauſa: Pater etiam de bonis uxoris ſuæ inuitæ nullam dandi habet facultatem.D.Non.Nouemb.Philippopol.AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod mater teneatur dotare filiam,tex.in l. cognouimus alleg. etiam in gl.hic,ubi hoc ad literam dici uidetur. & quia etiam de alimentis ad dotem ualet argumentum l.iij.§.ſed utrum. ff. de minio. auth. res quæ.C.communia de lega.ſed mater tenetur alere filiam.l.pe.ff.de libe.agnoſcen.ergo & dotare §.illud.in auth.ut li.nia. & auię. Et quia denique ſi tenetur frater.l.cum plures.§.pe.ff.de admini. tuto.l.non omni.C.eo.glo.in l.ij.C.ad Macedo. Bar.in j.rforum conſtitutio.nu.14.multo magis debet teneri mater.l.iſtiquidē.ff.quod met. cau. l.uideamus.in prin.ff.de in lit.iur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia paternum, non maternum officium eſt,dotare filiam.l. fin. ſupra de dotis promiſſio.l.obligamur.§.lege.ff.de actio.& obliga. l.qui liberos.ff.de ritu nup.& ſi ſic eſt (ut in tex. ſubiicitur)nec poterit pater dotare eam de bonis uxoris ea inuita,argumentum in l.fi.ff.de pac. & in l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.

Ad oppoſita reſpondetur,nihil facere, nō primum,quia ſpeciale eſt dicto caſu in matre hæretica ſiue Hæbrea,& filia orthodoxa, ſeu Chriſtiana,argumentum in c.fi.de conuerſio. infid. cum ibi not.& ut etiam hic per gloſſ. & ſpecialitas in caſu arguit diſpoſitionem iuris communis in cōtrarium.l.ius ſingulare.l.quod uerò contra.ff.de legi.c.pręſenti.§.loca.de præben.in vj. uel dicamus non eſſe uerum nec iure probari, quia text. in d.l.cognouimus.nihil facit.§. conſideremus. in auth.de trien.& ſemi.§.cum igitur.in auth.de non eli.ſe.nub. Non ſecundum, quia uerum eſt, (ex quo tertium quoque tolletur non aliter intelligendum)ſi non habeat unde ſe alat & dotetur,prout omnes declarant,& benè, & hoc eſt ꝙ dicere uoluit tex.noſter,ibi,niſi ex magna & probabili cauſa,uel lege ſpecialiter expreſſa.d.l.pen. & aliis alleg.ut ſupra nouiſſimè Alex.in l.j. col. vj.ff.ſolu.matrimo.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè,quod excluſio unius eſt incluſio alterius.l.cum prætor.ff. de iudi. l. quod in rerum. §.ſi quis poſt.ff.de leg.j.l.maritus.C. de procura. nanque ſi mater non tenetur,nec frater, ergo neceſſario officium paternum erit ut dictum eſt.

Et quod cohęrentia ad alium non tranſeunt. c.fi.de offi.deleg.c.is cui.eo.ti.in vj. c. mandata. de pręſumptio. ſed dotare filiam cohæret patri. d.l.fi.& aliis ut ſupra de dot.promiſ.ergo nō matris uel fratris aut aliorum. Regien. conſil. ciiij. col.ſecunda.uol.primo.

Et quod cauſa in quacunque diſpoſitione ſemper excepta intelligitur.l.ſi hominem.ff.manda. l.qui iurato.ff.qui ſatiſda.cogan.Bal.in l.& ſi ſeuerior.col.iij.C.ex quib.cau. infa. irroga. & in l. fi.C.

fi.C.de arbi.glo.in l.ab executione.ad fi.C. quo. ap.non re.Areti.conſ.xcvii.ad fi.

Et quod quanquam res aliena poſsit uendi. l. rem alienam.ff.de cont.emp. non tamen poterit in dotem dari,niſi domino conſentiente,nanque ſi inuita uxore,nullam habet facultatem maritus ſiue pater,dandi dotem filiæ ſuæ,de bonis eiuſdē uxoris,habebit utique, ſi ipſa conſenſerit, argúmentum in l. in re mandata. C. manda. & in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.

Et quod denique de ſtricto iuris rigore, res & bona dotalia dicuntur uiri.l.doce ancillam.C.de rei uend.quia tamen in euentum ſoluti matrimonii,reuerſura ſunt ad mulierem,interim & de iure naturali,dominium earum ipſius eſſe dicetur. l.in rebus.infra eo. Ange.in l.in his.in §.i.ff. ſol. mat.nimirum igitur ſi hic de bonis uxoris ſuæ, dictum eſt. Vel ſic declara,quod mulier habeat bona triplicis generis. dotem & huius maritus ſit dominus. bonaùe extra dotem tradita quę paráfernalia dicuntur,& horū ſit procurator.quędam uerò non tradita, quorum nec dominus ſit nec procurator,& fortè,uel de parafernalibus,uel de iſtis tex.intelligi debet,quia dotem non dixit,ſeu de bonis dotalibus. & ad propoſitum ſic declarat Bar.in l.maritus pręalleg.(licet ad aliud)in i.lec. in i.oppo.C.de procu. Cogitabis. Finis.

De donationibus inter uirum & uxorem, & à parentibus in liberos factis,& ratihabitione.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Maucaliæ.

SI PROPRIIS HABITIS contractibus, quam acceperas mutuam pecuniam pro marito donationis cauſa erogaſti, cum nec ad dignitatem profuerit, nec locupletior ſit factus: intelligis,nullam tibi cōtra eum competere actionem. D. iij. id.Aug. Viminatij. CC.Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod ſi quid pro marito erogauerit uxor,repetere poſsit,quia tuta eſt ſemper exceptione S.C. Velleiani, nec potuit pro alio obligari & intercedere, quanquam maritus fuerit.l.j.& toto titu. ff. ad Velleia. Et quia quemadmodum donatio facta marito non ualet.l.i.ii.& iii.ff.eo.de dona.int.uir.& uxo.pári modo ualere non debet facta alteri in gratiam mariti. quoniam tunc perinde eſſe uidetur ac ſi eidem facta fuiſſet, argumentum in c. requiſiſti. de teſta.& in l.ſed ſi plures. in §. in arrogato. ff. de uulga.& pup.ſubſti.ergo debet poſſe donatū repeti,& contra maritum agi. præſertim quia ex ea donationę locupletior factus uidetur.l. ſi mulier.ad fi.l.quod autem.l.ſi id, quod. iuncta gloſſ. ff.de do.int.uir.& uxo.

Contrarium tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſt,quia ſi nec ad dignitatem profuit, nec locupletior maritus factus eſt, pecunia quanquā mutuo ab uxore accepta, & in ipſius mariti gratiam erogata, etiam donationis cauſa, non æquè conuenit ut repetatur, & ipſa actionem habeat contra maritum ſuum, facilitati etenim ſuæ imputandum eſt,ut in ſimili inquit tex. in §. pretērea.ad fi.inſt.quib.mo.re cont.obl.& eſt argumētum in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nō primum,quia non eſt uerum, nec pro alio interceſſit,ſed proprio contractu(inquit tex.) pecuniam mutuo accepit,& aduertit glo.& benè, ſic reſpondendo obiectioni tacitè. Non ob.ſecūdum,quia imò ualet,ex quo multa ſecundario & in quandā conſequentiam conceduntur,quę non concederentur aliàs & principaliter.l.i.ff.de aucto. tuto. l.iii.C.ad Macedo.Bar.in l.ii.col. ii. ff. ſi quis in ius uo.non ier.Nec ultimum uerum eſt,quia (ut dictum fuit)nec ad dignitatem profuit, nec maritus locupletior factus eſt. Vnde ſtant iſta ſimul quod in mariti gratiam mutuo pecunia recepta fuerit,& erogata,& tamen ipſe nullum inde commodum fuerit conſecutus.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maximè,quod non abre, hic mulier pecuniam mutuo accepit,propriis cōtractibus habitis,ut uitaret ſuſpicioné turpis quæſtus.l. Quintus.ff.de dona.int.uir.& uxor.l.etiam & ibi glo. ſupra eo. Bal.in l.cum oportet.col.iiii. C. de boniſque libe.

Et quod dignitatis cauſa licet aliquid donare, quod tamen intellige ſi ſit dignitas ſine iuriſdictione,aliàs non liceret.l.unica.ff.& C.ad legem Iul.de ambi.§.i.& §.cogitandum.in auth. ut iud. ſi.quo quo ſuffra.Honores enim iuris, & gladii, nunquam uendi paſſus eſt Alexander Seuerus Chriſtiana Mamea genitus, dicens:neceſſe eſt, ut qui emit,vendat autore Lampridio. & ita debet intelligi quod dicitur in l.quod adipiſcendæ. ff.de donatio.int.uir.& vxo.

Et quod ſi maritus(à contrario eius quod hic dicitur) factus eſſet locupletior, ex donatione vxoris in ipſius gratiam factā, tunc repeti poſſet quod erogatum oſtenderetur. argumentum in l. ſed mihi.ff.commo.& in l.eatenus. ff. de inſtito. act.& in l.ii.ff.de in rem uer.& in l.in pupillo.ff. de ſol.& in l.fi.C.de vſuc.pro empto.

Et quod non abſque ratione magni facere debet mariti dignitatem vxor, quoniam ipſius radiis etiam corruſcat. l. fœminæ. ff. de ſenato. l. ii.C.de epiſco.& cleri.l.fi.C.de incol.lib.x. Abb. in c.ii.col.iii.de for.compe.

Et quod denique affectus & voluntas. ſua laude non

de non caret quanquam effectus non ſequatur, ut hic mulieris, non ſecus ac Eſchinis, qui nõ annum Socrati præceptori, cum inops eſſet, uerum ſe potius obtulit. Vel ruſtici illius, qui pariter aquam è flumine utraq; manu hauſtam, animo q̃ promtiſsimo & hilari porrexit. Finis.

De repudiis, & iudicio de moribus ſublato.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Phæbo.

LICET REPVDII LIbellus non fuerit traditus vel cognitus marito, diſſoluitur matrimonium. D. xviii. kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſola citatio non ſufficiat ad domum, ſed præſenti potius renunciatio fiat, quia uidetur caſus ad literam in l. ij. ff. eod. & maximè quia in repudiis uerba hæc proferuntur, res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito ut ibidẽ, quæ non poſſunt uerificari inter præſentes, ergo (ut dixi) ſola ſine cognitione citatio ſatis non erit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſicuti conſenſu matrimonia cõtrahuntur, ita nullo repudio diſſoluuntur, adhibitis ſeptem teſtibus ciuibus Ro. puberibus. l. conſenſu. infra eo. l. nullum. ff. eo. ergo etiam q͞d traditus uel cognitus marito non fuerit libellus, attamen diuortium erit, quia hoc nõ dicitur in lege.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia ſubiicit ibi tex. præſenti uel abſenti, libello tamen tradito alicui de familia mariti, ut hic dicit glo. & bene, & habetur in d. l. ij. & ſufficit q͞nquidẽ ſit perinde ac ſi ſibi traditus fuiſſet. Non ſecũdũ, quia d. uerba in libello ſcripta ſunt, & hoc modo uerificabuntur optimè, maximè q͞a ſcriptura loquitur. l. miles ad ſororẽ. ff. de leg. ij. l. inter claras. in prin. C. de ſumma Tri. & fi. cath. plenè Barba. in l. cum acutiſsimi. col. lxvij. C. de fideicom. ex quo tertium quoque ſublatum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè, quod quanuis repudium idem ſit quod diuortiũ largè, differunt tamẽ aliàs ut in l. inter ſtuprum, in §. diuortium. ff. de uer. ſi. & ad propoſitum dixit Verrius Flac. eo. ti. de uer. ſi. quod repudium dictum eſt, quippè quod fit ob rem pudendam, & hic in mittente libellum, quia nihil eſt q͞ exaſperet mulierem, niſi impudicitia mariti. l. cõſenſu. & ibi Bal. infra eo. & ita erat etiam in lege Deutoro. ſtatutũ ut non mitteretur, niſi propter aliquam fœditatem. c. xxiiij. Sic Cęſar repudiauit Pompeiam adulterij ſuſpectam dicens: mulierem non ſolum à peccato abſtinere debere, uerũ etiã à ſuſpicione. Sic Q. Antiſtius uxorem, quia cum alia uitæ contaminatæ ſemel loqui uiderat. Sic P. Sempronius, quia eo uxor inſcio, ſe ad publica contulerat ſpectacula, arg. in d. l. conſenſu. infra eo. imò quod nec ſecus hinc fecit Macedonum Rex Philippus, erga Olympiã. quam ẽt Pauſanias, nobiliſsimus iuuenis, magno apparatu inſtructus, inq; Perſiam iturus, fortè in ipſius Regis gratiam, occidit. eſt uerum, morẽ fuiſſe quoque olim euntibus ad bellũ, mittendi libelli huius, uxoribus, ſi non rediiſſent ad tres annos, ut à nuptiis nõ abſtinerent. quodq; leui de cã Cice. Terentiam deſeruit, quod non ſatis ſcilicet amplum uiaticũ dediſſet Tulliæ filię, cum patri ab exilio redeunti, obuiam proceſsiſſet. Non omittentes adhuc (ſcituq; dignũ eſt) à iudęis potuiſſe olim uxores dimitti, eodẽ repudii libello, nõ iuſſu, ſed permiſsiuè, ut in uſuris & concubinatu diximus alibi, poſt Bar. in l. cunctos populos. in v. oppoſi. C. de ſumma. Tri. & fi. cath. & in l. concubinatu. ff. de concubi. ne eas occiderent.

Et quod quanquam hæc omnia uera ſint de iure fororũ & olim, aliter tñ eſt hodie, & iure canonũ, quia eo dicimus, quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. c. inter corporalia. in prin. de tranſla. epi. c. deinde. xxxvj. diſt. c. ex parte. ij. de cõuer. cõiug. quod tñ intellige uerum in matrimonio conſummato per copulam, aliàs Papa diſpenſat. c. ex publico. eo. ti. Dec. multa conſ. cxij. col. iii. uol. j. Boer. conſ. xx. nu. 2.

Et quod uulgatum illud uerificari poterit, diſtingue tẽpora & concordabis ſcripturas de quo in l. i. C. de accu. & in l. apud antiquos. C. de furt. & in c. ſi peccauerit. ii. q. i. Nanq; de libello repudii dicta hic olim erant uera, hodie uerò & apud nos (ut diximus) non.

Et quod quãdoq; bonũ eſt, & utile antiquũ ius referre, ne à nobis cõtẽni uideatur, ut inſti. de teſta. in prin. & in l. unica. in §. & cum triplici. C. de cad. tol. Spe. in §. ſequitur. in prin. de teſta. Odof. in l. i. in prin. ff. quod met. cau. l. teſtamẽta. C. de teſta. l. ſcimus. §. & hæc quidem. C. de iur. deli. l. illa inſtitutio, ibi ſatis conſtãter ueteres decreuerunt. ff. de hæ. inſti. Senatores olim ẽt calceis lunatis utebantur ſicut lato clauo, ſeu lunæ imagine inſignitis ad repreſentandã uetuſtatis originẽ, ab Euãdro Archadibuſq;, qui ſe ante lunã fuiſſe prædicabant. Adrianus Imp. quoq; adeò ſuperſtitioſus antiquitatis fuit & amaior, ut Ciceroni, Catonẽ, Virgilio, Ennium, & Saluſtio Cæciliũ prætulerit. Zenoq; oraculo monitus ſe ad antiquorũ libros legendos contulit magno ſtudio. facit etiam bonus text. in l. fin. ff. de condi. furt. & in l. ueteres. ff. de act. empti. & in §. illud. in authen. de appe. & in l. qui non militabat. in §. i. ff. de hęred. inſti. & inſtit. de fideicom. hæred. in prin. & in l. ii. in prin. C. de inutil. ſtip. & in l. ueteribus. ff. de pactis. & in l. ſecunda. ff. de ſponſa. & in l. uetus. ff. de uſufruc. & in l. perpetuo. ff. de

cond.ob turp.cauſam.& in l.j.in §.j. ff. de pollicita.& in l.fi.C.de pac.& in l.pe. C.pro ſocio. & in auth.bona.C.de bon.dam.& in §.fin. inſti.de noxal.& in §.quia uerò.in auth.ut ſi.prohib.ma. debit.& dixi alibi aliquando latis.

Et quod denique difficilius matrimonium ſoluitur quàm contrahatur,ex quo primo caſu ſcriptura neceſſaria eſt,ſecundò uerò ſolus conſenſus ſufficit.l.nuptias.ff.de reg.iur.& nimirum fauore liberorum ut inquit Azo in ſumma de diuor.col.ij.qui maximus eſt, argumentum in l. j. in §.largius.ff.de ſucceſ.edi.& in auth. hoc inter liberos.& in l.hac conſultiſsima. in §. ex imperfecto.C.qui teſta.face.poſ. Finis.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Impp.Diocle.& Maxi. AA.& CC.Erotio.

FILIAE PECVNIAM adimere, quam habes in poteſtate, minimè prohiberis.nam ſi pro ea dotem dediſti: hanc conſtāte matrimonio,nec conſentiente quidem ipſa: matrimonio autem diſſoluto, inuita repetere non potes. S.v. id.Febr.Sirmii.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,non modo profectitiam pecuniam poſſe repeti,uerum etiā dotem filiæ datam,propter patriam poteſtatem,nāque(ut inquit glo.in l.Pomponius Philadelphus ff.fam.her.)dominium in eam tranſlatum minimè uidebatur,& not. aliàs in l. frater à fratre. ff. de condi.inde.

Contrarium tamen hic deciditur, & in d.l. Pōponius Philadelphus. & rō deciſionis eſt fauor dotis; cuius gratia exorbitant regulæ & diſpoſitiones iuris communis.l.j.ff.ſolu.mat. imò dicit Pau.Calt.in prin.quod ſufficit dicere ſpeciale eſt licet non aſsignetur ſpecialitatis ratio,& ad propoſitum etiam in l.ſingularia.not.ff.ſi cert. peta. & maximè quia dos quoq; ipſius filiæ patrimonium eſſe dicitur, ſuccedens loco alimentorum. l.iij.§.ſed utrum.ff.de mino & ius ſibi acquiſitū eo prętextu eſſe, quod ea inuita, ſibiq; rurſum auferri non poteſt.l.id quod noſtrum.ff. de reg. iur.l.fi.ff.de pac.l.ſi cum dotem.§. eo autem tempore.ff.ſol.matri.& ſubiicitur hic.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quoniā imò tranſlatum eſt,patria poteſtate non obſtante,præponderatq; dotis fauor,argumentum in l. diuus.ff de reſti.in integ.& in l. cum de indebito.& ibi Bar.in prin.ff. de proba. & in l. generaliter.ff.de fideiuſſo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod id quod perſonæ filiæ cohæret, ipſius proprium eſt, ut dos, alia profectitia non,ita Bal.in l.ſi emancipati.ad fi.C.de colla.

Et quod in dote una eſt actio, patris & filiæ, in ſubſtantia,ipſiuſq; patris exercitium, non liberè tamen,ſed cum adminiculo conſenſus filię, ut idem Bal.inquit in l.& quę in foro in fin.prin. ff.de procu.

Et quod datio tutelæ ſeu donatio dotis ſtatim ualet ipſius fauore.l.ſi donatione. & ibi not. C. de colla. etiam ſi matrimonium non ſequatur quicquid dixerit Soci.iun.conſ.xliij. nu. 4. uol. j.l.ſi extraneus.ff.de cond.ob cau.Alex.in d. l. ſi cum dotem.col. j. ff. ſol. mat. uſq; adeò ut in ea, quæ irreuocabilis eſt, non poſsit onus fideicommiſsi imponi.d.§.ſed utrum.l.perfecta.C.de donā.quæ ſub mo.Bal.in l.teſtator.in §. filiæ. ff. de lega. ſecundo.

Et quod quàquam id quod filius ſeu filia poſſidet, præſumatur profectitium, proprium præſumetur tamen in dote, quamuis profectitiū ſit, ut ex multis oſtendit idem Bal. in l. denique. in ij.lect.col.ii.ff. de mino.

Et quod denique dos cum ſit(ut dixi) propriū patrimonium filiæ,in quo pater nullū habet ius, & in dominio mariti pro oneribus ſupportandis.l.dote ancillam.C. de rei uend. l. pro oneribus. C. de iur. dot. conferri non debebit ut per Alex.pulchrè conſ.xxvi.col.ii.uol.i.

De teſtamentaria tutela.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA, & CC. Triphenæ.

TVTELAE ACTIONE contra tutorem mota, quem teſtamēto patris, in cuius fuiſti poteſtate, datum proponis:reddi tibi, ſi quid debetur, competens iudex aditus iubebit. curatorem aūt inutiliter in teſtamento dari non ambigitur D.xviii.kal.Maii.Sirmii.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tutor conueniri non poſsit,quoniam oportet quod tutela finiatur(quo ad id enim quod narratiuè dicitur, in teſtamento datum fuiſſe, nulla poteſt eſſe dubitatio) l.niſi.ff.de tute & ratio diſtrahen. & qđ curatur pari modo in teſtamento etiam detur, ui detur caſus clarus in l. de creationibus. ſupra de epiſco. aud. eſtque argumentum in l. j. ſupra de ſacroſanct eccleſ.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ſi debitor(alio modo dicunt Do-

cto.

ſtio,ſed meo quidem iudicio, hæc uera inductio & legis huius deciſio, eſſe uidetur) eſt, ratione reddita adminiſtratæ tutelæ.l.j.§.officio.ff.de tute,& ra,diſtra. æquè conuenit ut ſoluat, ne locuples fiat cum ipſius pupillæ iactura.l.nam hoc natura.ff.de condi.inde.l.iure naturæ.ff.de reg.iur. c.locupletari.eo.tit. in vj. Et quod curator non datur in teſtamento ut tutor;ex quo pater non ſic adulto prouidere tenetur ut impuberi, argu. in l. moribus.& in l.in pupillari.ff. de uulg. & pupil. ſub.Vel quia curator non datur inuito regulariter,tutor autem ſic,l.iuuito.ff.de tu.& cu.dat. ab his.vnde tutela(ut dicitur in l.j.ff.de tute. & inſti.eo.in prin.)eſt uis atq; poteſtas,in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit.uel & fuſius ut p Odof.& Albe. hic.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum,quia(ut etiam hic dicit glo.) iſta lex per illam declaratur,& ſano modo intelligi debet,finita ſcilicet tutela conueniri potuiſſe, vt in deductione argumenti dictum eſt.l.non eſt nouum.l. ſed & poſteriores.ff.de legi. Soci. in l. j. in prin. ff.de reb.dub.l.j.ad fi.iuncta glo.ff. ad munici.l. obligationum ſubſtantia.ff.de ac.& ob. Non ſecundum,quia id in furioſo uerum eſt, ut in iuribus ad idem alleg.clarè legitur, ipſius fauore argumentum in l.diuus.ff.de offi. præſi. & in l. pe. ff. ad leg. Pompe. de par. uel dicamus quod nec datio ualeat, ſed qđ datus debet cōfirmari ut hic not.& ibi latius.& in §.j.inſti.de cura.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quanquam aliquando exponatur tutor,id eſt curator.l.pater Seuerinā.§. cōditionum.ff.de cond.& de.non tamen de tutore ad curatorem licet arguere quod ēt ex ſupra dictis probatur.& quia tutor rurſum datur perſonę curator verò bonis.l.in copulandis.ſupra de nup. & ibi dictum eſt ſatis.

Et quod maximè aduertēdum eſt, ne quid à iudice incompetenti fiat, quoniam factum non ualebit.l.fi.ff.đ iu.om.iu.l.ſi qs ex aliena.ff.de iud.

Et quod ſi tutor finita tutela conueniatur (ut dictum fuit)actione tutelæ conueniendus eſt.l.j. §.officio.l.niſi & ſeq.(quæ incipit ſi tutor) ff. de tutel.& ra. diſtrahen.

Et quod tutor datur ratione patriæ poteſtatis,quæ ut plurimum circa perſonam uerſatur,& eſt poteſtas in capite libero,ut ſupra,queq; circa bona non uerſatur, nimirum igitur ſi curator in teſtamento non datur,ut tutor.l.impuberi. ff. de admi.tu.l.in copulandis. prællega.de nup.& ut ſupra latius.

Et quod deniq; etiam id quod nullum eſt , cōfirmari poteſt,nanque hic etiam curator teſtamēto inutiliter datur,& tamē datus à pręſide cōfirmatur,ut dicunt oēs,& ad propoſitum not.etiam in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. Finis.

De legitima tutela.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Aſclepiodoto.

AD AGNATOS PVPILli iure legitimo ſollicitudinem tutelę pertinere, ſi non capitis diminutionē ſuſtinuerint,manifeſtiſſimum eſt.S.iij.Non:April.AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod agnati uocentur ad tutelam ēt ſi capite fuerint diminuti, ſeu capitis diminutionē patiantur, hoc eſt ſtatus cōmutationē,ut dicitur inſti.de cap. di. in prin. quia uidetur caſus in §.ex his. in auth. de hęr. ab int.ven.ubi omnes,ad tutelam uocantur,lege xij. tab. ergo ēt capite minuti, ex quo nihil excludit. qui omne dicit.l.Iulianus ff. de leg. iij. c. ſolitę. de maio.& ob.& indiſtinctè ad idē quoq; loquit tex.in auth.pcedē.excerpta ex d. §.ex his p Irne. & l.legitimos.ff.de leg.tu.indiſtinctè adhuc intelligēdi.l.de pcio.ff.de publici.l.j.§.gñaliter. ff. de leg.pſtā.& maximè quia hoc idem fauorē pupillorū reſpicit,quorū ēt multa contra iuris regulas recepta ſunt.l.ex pluribus.ad fi.ff.de adm. tu.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ius agnationis capitis diminutione tollitur,qbus modis,inquit tex.in §. fin.inſti. de legi.agn.tut.& de cap.dimi. ad fin. cod. lib. & in l.legitimam.ff.de legi.tut.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nō primum,quia uerū eſt qđ oēs uocātur ēt capite minuti , quia dictiones uniuerſales reſtringūtur ne ſequatur abſurditas,ſiue legū cōtrarietas . l. inter oēs.ff.qui ſatiſ.cog.l.qui aūt.ad fi.ff.de cōſti. pe. l.fi.ubi glo.not.C.ſi cen.uel reliq.not.in l.j. in §. nunciatio.ff. de no.ope.nun.multa Dec. in auth. præterea nu.7.C.unde uir & ux.Non ſecundum, quia diſtingui debet per aliàs leges.l.non eſt nouum.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.glo. in l.liberti.ff.de off.aſſeſ.Bar.in l.ij.ff.de offi.præſi.l.quāuis.ff.de in ius uo.l.ut gradatim.§.& ſi lege.ff.de mu.& ho.l.utrum.ff.de peti.hæ.Nel.in trac.ban. in j.par.ij.tēp.q.xiij.uel dic ut per Saly.hic. Nec eſt uerū(quo ad ultimū)qđ in hoc cōſiſtat pupilli fauor,cū poſſit ſibi de alio prouideri,ex quo is qui capite minutus eſt,non eſt agnatus ut dixi.d. §.fi.& aliis ut ſupra .

Præſtatq; nobis hæc lex arg.ad multa, & maximè ꝙ agnati ex lege xij. tab. quotiens à teſtatore prouiſum nō eſt,ſunt tutores,et vocātur legitimi l.lege obuenire.ff.de ver.ſi.& inſti.de legi. agna. tu.in prin.Et nō ab re dixi quotiēs à teſtōre non eſt puiſum,quia legitima ſemper teſtamētarię cedit.l.ſi tutor.in fi.prin.ff.de tute.& ra.diſtra.

Et quod ſi apud legiſlatorem contingit de aliquo dubitari,omni alio caſu præſupponitur habilitas.l.qui teſtamento.ff.de teſta.c.j.ad fi. de ata.

& qual.in vj.nanq; hic dubitatur an capite minutus poſsit eẽ tutor, ergo p̃ſupponi dẽt, cũ decidit qđ nõ, ipſum maiorẽ eſſe debere xxv.ann. & minorem xx.l.item.ff.de excu.tu.& inſt.de fidu.tu. ad fi.& no.de leg.agna.tu.in prin.eo.lib.pręalle.

Et quod tutor cum loco domini habeatur.l.tutor qui tutelã.ff.de admi.tut.ſollicitus eſſe debet eamq; diligentię adhibere in rebus pupilli quam paternam.ſuis præbere ſolitus eſt.l.à tutoribus.in prin.ff.eo.alias teneretur vt no.in l.curatoris.C.de neg.geſt.& in l.quicquid.C.arb.tute.nonnihil in l.i.in prin.ff.de tute.& ra.diſtra.

Et quod dicta gratia dubitationis tollendę, ſiue ne qua dubitatio ſuperſit, vt dicitur in l. quæ dubitationis tollendę gratia.ff.de reg.iur.& in l.j.in §.ſed ſciendum.ff.de edil.edi. non viciãt ſcripturas.l.non ſolent.ff.de reg.iur.Bal.in l.j.in fi.C.de iur.emphy.& hoc idẽ dixi, quia etiam quod non expreſsiſſet iſtud lex, ſi non capitis diminutionem ſuſtinuiſſent ſcilicet agnati, ad eos tutelæ onus & ſollicitudinem ſpectare, oĩno ſic intelligi debuiſſe, ex quo (vt dictum eſt) agnatio tollitur capitis diminutione.

Et quod deniq; hoc ipſum manifeſtum eſt & clarum, quod ad agnatos ſcilicet tutelæ onus ſpectet, ſi à teſtatore prouiſum non ſit. apud legiſlatorem, ſed apud nos occultum, & dubium.l.quod Labeo.ff.de carb.edi.Bar.in l.ubicunq; .col. vij. ff.de int.ac. vel (vt diximus alibi ſæpè) figura eſt auxeſis, id eſt augumentatio, qm̃ nulla lex eſt quæ dubitationẽ nõ habeat, d.l.quod Labeo. Finis.

Qui petant tutores vel curatores.

Imp. Antoninus A. Atalantæ.

IN LOCVM TVTORIS defuncti, vel in perpetuũ relegati, alium dari tutorem filiis tuis idoneum, ex eadem prouincia, à iudice competente poſtula, qui ſecũdum officium ſuum vtilitatibus eorum prouidebit. PP. iiij. id. Iul. Læto ij. & Cereali Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod mater nõ petat, tex.in l.cum iure. infra eod. vbi ad literam dicitur, matrem iure munitam eſſe ne filio ſuo tutorem poſtulet. Et quia à ſimili videmus etiã ꝙ nec ei neceſsitas impoſita eſt, filio adhuc petẽdi curatorem.l.matris pietas.ad fi.infra eo.ergo nec tutorem. & præſertim cum non agatur nunc de dando tutore, ſed de alio ſubrogando in defuncti locum vel relegati.

Contrarium tamen deciditur hic, & in l. licet. ad fi. ſupra ſi aduer. del. & in l. fi. in §. perſonis. infra de admi.tuto.& ratio deciſionis eſt, quia ſi mater vult ad ſucceſsionẽ admitti filij ſui, debet etiam hoc caſu & regulariter eidem tutorẽ petere.l.ij.§.ſi mater.ff.ad Tertul.l.ſciant.infra de legi.hę.& eſt argu.in l.eum qui.ff.de iureiur. aliàs priuaretur, quia ſic pupillus indefenſus maneret. Et quia lex ita præcipit, quod præcipitur imperatur quod imperatur fieri neceſſe eſt. c. quiſquis. c. quod præcipitur.xiiij.q.j.

Ad oppoſita reſpondetur ſecum habere ſol. & non obſtare non primum, quia tutorem habebat ibi, & habenti alius à matre petendus non eſt.l.ſi ſororis tuæ.infra qui tuto.da.po.l. licet. infra in quibus cau.tu.hab. Non ſecundum, quia puberes ipſi ſibi curatores petere debent vt ibi formaliter dicit tex.& in l.diuus.in §.fi.ff.eo. quæ ratio non militat in tutore, ideò de vno ad aliud argu. non procedit, vulga.l.à Titio.ff.de ver.ob. Non obſt. vltimũ, quia perinde eſt ac ſi peteretur dari, quandoquidem qualitas non varietur ex perſona ſuccedentis, vt in ſimili dicitur in l. mortuo. & in l. proponebatur.ff.de iud.not.in l.ij.C.de eden. & in l.geſta.C.de re iudi.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod relegatus perpetuo, pro mortuo habetur.l.j.§.quidam filium.ff.de bo.po.con.tab.Bal.conſ.cccxcij.ad fi.vol.iiij.& cõſ.liiii.col.ii.vol.v.

Et quod facta æquiparatione defuncti & relegati perpetuo, mortis appellatione non ſolum naturalis ſed ẽt ciuilis comprehendetur aliàs. quod tamen verum intellige in caſibus à iure expreſsis vt per glo.in c.ſuſceptum de reſcrip.in vi. & hic vnus ex illis eſt. Ancha. & Imo. in rub. de teſta. Alex.conſ.cxxxix.col.ii.vol.ii.Cald.conſ.iii. de reſcrip.& not.in c.placuit.xvi.q.1.

Et quod per mortem ciuilem deſinit eſſe perſona in rerum natura, iuris fictione; vt per tex.in d.§.quidam filium.inquit Bal.in l.ſi quis ſub cõditione.col.ii.ff.de teſta.tute.

Et quod tutor dandus idoneus eſſe debet ex eademq; prouincia.l.i.l.diuus Marcus. ff. de tuto. & cur.dat.ab his.l.propter litem.§.fi. ff. de excu. tuto.l.neque.infra qui tu.dar.poſ.

Et quod deniq; iudex competens eſſe debet, & ſtudioſè vtilitatibus pupillorum prouidere.l.iii.in prin.ff.qui pet.tu.l.fi.C.ſi a non comp.iud. fue.ap.l.fi.ff.de iur.om.iud. Finis.

Qui dare tutores vel curatores poſſunt, & qui dari non poſſunt.

Imp. Philippus A. Dolenti.

LVMINIBVS CAPTVM curatorem haberi debere, falſo tibi perſuaſum eſt. PP.xiij.kal.Aug. Peregrino & Aemiliano Coſſ.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat, quod cecus poſſit eſſe curator, quia ſi poteſt, magiſtratum gerere. l. j. §. caſum. ff. de poſtulan. ubi Appius Claudius cecus, conſiliis publicis intererat & in Senatu ſeuerisſimam dixit ſententiam, de pirrhi captiuis nō recipiendis, multo magis debet poſſe curator dari adulto ſeu furioſo, auth. multo magis. C. de ſac. ſanc. eccl. c. cui licet. de reg. iur. in vj. Et hinc dicimus quoq; quod ſic iudicandi officio fungitur. l. cecus. ff. de iudi. & uidetur denique caſus in l. frater tuus. infra de excuſa. tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi negocia ſua curare non poteſt, multo minus curabit aliena, ſique ipſe curatore indiget haud æquè conuenit quod ſit curator alterius. l. ti. ſupra de legi. tut. argumentum in l. ſic eueniet. ff. ad legem Iul. de adul. Aliàs (ut in Euangel. dicitur Matth. xv.) ſi cecus cecum duceret ambo in foueam caderent.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia antecedens eſt falſum (ut ibi) ex quo magiſtratum retinet, ad nouum autem aſpirare penitus prohibetur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. ergo & conſequens. c. cum ex officij. de pręſcrip. Bal. in l. conuenticulam. col. iiij. C. de epiſco. & cle. & ita etiam quo ad ſecundum, intelligi debet tex. in d. l. cecus. Vel & aliter ut ibi per gl. fuſius. Non ob. ultimum, quia (ut etiam glo. hic dicit & benè) ibi cecus nō erat ſed monoculus, in quo ceſſat ratio ſupra allega. igitur conſequens eſt etiam ut ceſſet lex nec prohibeatur, & poſsit eſſe tutor & curator. l. adigere §. quamuis uulga. ff. de iure pat. l. generaliter. C. de epiſco. & cle. c. cum ceſſante. de appel.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quanquam Bal. alibi dicat q̄ figuræ corrumpant regulam in l. eam quam. col. ij. C. de fideicom. orationem tamen admodum ornant ut hic, & alibi ſępè, Cecumq́ue orbatum lumine dicimus, ut etiam in dicto §. caſum. periſraſiſque eſt ſiue circumlocutio, ut in ſimili in l. prima. præallega. in principio. ibi apud eum qui iuriſdictioni præeſt, & in l. prima. C. de primipil. libro decimo. ubi ſalarium appellat commodum primipilatus. nos in l. ſi tibi. & in l. minoribus. ſupra de donatio. ante nupt.

Et quod cecus excuſandus eſt, nō accuſandus, ut Iulianus Imp. Conſtantij filius, nanque cum Inarus Epiſcopus Calcedoñ. reprehendere auſus eſt, quod in Chriſtianos quos Gallileos uocabat, crudeliter ſæuiret, apoſtatam impiumq́; appellabat. Cui cum cecitatē ſibi obiiceret, q̄dque Gallileus ſuus ipſum non curabat, ſic ſapienter reſpondit. Pro cecitate gratias ago Deo optimo maximo, ne te uideam pietate nudatum.

Et quod ſi cecus, curator datus fuiſſet, foret inde etiam excuſandus. l. j. §. j. ff. de tute. l. poſt ſuſceptam & ibi Bar. ff. de excu. tuto. Imò dicerem ratione prædicta, ad differentiam magiſtratus, etiam ſi poſtquam fuiſſet curator datus, ſuperueniſſet cecitas, ut quotidiè euenire ſolet, quod excuſaretur adhuc, & ſine controuerſia. Nec officit regu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. quia eadem hic eſt ratio impedimenti tam in dato, quàm in dādo curatore, ut ibi not. Albe. quo caſu nec factum ualet quod à principio fieri prohibetur.

Et quod inconueniens multiplicari nō debet. l. j. C. de dot. prom. l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot. l. ratas. C. de reſcin. uend. nanque inconueniens eſt naturæ, quod quis ſit cecus, ergo aliud iungi ſibi non debet ut curam adulti ſuſcipiat ſeu furioſi, tum nec iure hoc idem fieri poſsit argumentum in l. diuus. ff. de offi. præſid.

Et quod denique error iuris & ignorantia, falſitas largè poteſt appellari, ut hic, ſi quis in iure errās dixerit, cecum curatorem eſſe debere, quaſi dicat. & nō excuſari, & malè, falſoq; dolenti fuiſſe perſuaſum ſubiicitur. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Ruſo.

IN SERVILI CONDITIONE conſtitutum, tutorem vel curatorem à præſide dari non poſſe, nullam habet iuris dubitationem S. ii. Non. Iul. Philippopol. AA. Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quod ſeruus poſſit eſſe tutor uel curator, quia uidemus ēt q̄d poteſt hæreditatem adire, bonorum poſſeſsionem agnoſcere, argentariam exercere & id genus plura facere. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hære. l. cum proponas. C. de hæredi. inſti. l. placet. ff. eo. de acquiren. hæ. l. ſeruus. ff. de bon. poſſ. l. prætor ait. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de eden. nota. in l. j. ſupra eo. & uidetur caſus in l. ſi pupillorum. ſupra de teſta. tute. & in l. & ſi non aſcripta, infra de fideicō. lib. & inſtitu. qui teſtamen. tut. da. poſſ. in prin.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſtatus ſeruorum fuit annihilatus de iure ciuili. l. ſeruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ſed tutela uel cura iuris ciuilis eſt, & ex lege duodecim tabularum. l. prima. ff. de tutel. & inſtitu. eodem. in principio. & de curato. eo. lib. in principio pariter. & tutela uis atque poteſtas in capite libero, dicta l. prima. ergo dari non poterit, datioq́ue aliàs foret nulla. & hinc eſt quia iudicia ſunt huiuſmodi ut inſti. tu. de obliga. in principio, ſi nec ſeruus habet legitimam perſonam ſtandi in iudició. l. ſeruus. C. de iudi. nec habet dubium.

Ad oppoſita reſpondetur parū facere, nō pri-

mum,quia adit iuſſu domini, ut in dictis iuribus legitur, perindeque eſt ac ſi dominus adiiſſet. l. certè.ff.de pręca.c.qui facit per alium.de reg.iu. in vj.uſq; adeò ut nec quicquam remaneat apud ſeruum,ēt temporis momento.d.l.placet. Nō ſecūdū,quia plura requirūtur de quibus in d. l. ſeruus.& maximè præcæteris id a lege cōceſſum eſſe dicimus, quia non agnoſcitur in figura iudicij. l. iij. §. ſi cauſa cognita.ff.de bo.poſ.& ibi glo.not.etiam in d.l.ſeruus. Non tertium,quia eſto quod miniſterium argentarij publicam habeat cauſam.l.argentarius.ff.de eden.non tamen publicum eſt, ut not.in d. §. ſed & ſi ſeruus. nimirum ſi per ſeruum exercetur. Non denique & ultimum,quia in iuribus illis, ſi ſeruo à teſtatore libertas relicta non ſit,data tam præſumitur,& vt fuſius ibi, & maximè in d. prin. inſti. qui teſta. tut. da. poſſ.

Prętatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod negatiua dictio præpoſita uerbo poteſt,priuat potentiam & inducit neceſſitatem præciſam.l.j.ff. de uer. obli. l. nemo poteſt.ff.de leg.j.gl.magiſtra in c.j.de reg.iu. in vj. ſenſuq́; eſt hic præſidem dare non poſſe ſeruū tutorē uel curatorem.id eſt nullo modo poſſe.

Et quod excluſio unius eſt incluſio alterius uulga.l.cum prætor.ff.de iudi.argumentum in l. quod in rerum in §.ſi quis poſt.ff.de leg.j. & in l. Imperator.ff.de poſtu.licet igitur præſidem excludat lex includet tamen teſtatorem, prohibet ne à præſide detur, à teſtatore uerò dari permittit & ut ſupra dictum eſt latius.

Et quod præſidis uerbum generale eſt,ut prętoris.l.j.ij.& iij.ff.de offi.præſi. l. ubicunque. ff. de regul. iur.

Et quod uiliſsimus homo eſt ſeruus. l. ſi ex duobus. ff. de noxa. act. habentq́; hęc uerba non ab re hic poſita, in ſeruili conditione conſtitutum,Emphaſim.

Et quod denique huius caſus deciſio nullā ſanè habet iuris dubitationem apud Legiſlatorem ſed apud nos ſicut ſupra, & in l. qđ Labeo.ff.de carbo.edic.uel(ut ſæpè diximus)figuratus loquēdi modus eſt augendo, quoniā nulla lex eſt, quæ non habeat dubitationem.d.l.quod Labeo.l.Domitius.ff.de teſta. Finis.

De adminiſtratione tutorum & curatorum, & de pecunia fœneranda, & deponenda.

Imp.Antoninus A.Eumuſo.

SVMPTVS IN PVPILlum tuum neceſſariò & ex honeſtis iuſtiſq́; cauſis iudici,qui ſuper ea re cogniturus eſt, ſi probabuntur facti:accepto ferentur,etiam ſi prętoris decretum de dandis eis non ſit interpoſitum. Id nanque quod à tutoribus bona fide erogatur, potius iuſtitia,quàm aliena auctoritate firmatur. PP. xiiij. kalen. Septembr. Duobus & aſpris Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod expenſæ, in pupillum factę,non ueniant in rationibus cōputandæ,quia uidetur caſus ad literam,in l. à tutoribus. in §.fi. ff.eo.de admi.tuto. Et quia cū tutor habeatur ſitq; loco domini. l. qui fundum. §. ſi tutor.ibi tunc domini loco habetur, cum tutelam adminiſtrat.ff.pro empto.uidebuntur donatæ,argumentum in l.alimēta. & in l.quod in vxorem.& in l.ſi paterno. C.de neg.geſt. Et quia etiā nō uidetur potuiſſe pupillum ſibi obligare, cum nec poſſet eſſe auctor in re ſua.l.j.in princi.ff. de auctori. tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. j. in prin.ff.de cont.ac.tu.& ratio deciſionis eſt, quia natura æquum uidetur pupillum cum ipſius tutoris iactura locupletari non debere. l. nam hoc natura.ff.de cond.inde.l.iure naturæ.ff.de regul. iur.c.locupletari.eo. ti. in vj. & quia ſi impendit & pupillum ſibi obligauit,cōſequens eſt, tantūdem etiam ſibi ſolui, ſiue impēſum in rationibus computari,ut etiam dicitur in l. fin. infra de ali. pup.præſtan.quanquam prętoris decretū interpoſitum non fuerit, de dictis expenſis dandis ex quo(ut in tex.ſubiicitur)iuſtitia potius,quā aliena auctoritate firmatur id, quod à tutoribus bona fide erogatur. Aliàs etiam officium ſuum ſibi damnoſum foret, haud dicendum. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmodum teſta.aper.c.ii.de fideiuſ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum,quia ibi tutori certum ſalarium fuerat conſtitutum,quod etiam declarat hic glo.& benè,ea de re fit compenſatio. Vel & latius ut dicit glo.in d.§.fi. Non ſecundum, quia eſto quod habeatur loco domini,attamen dominus non eſt, aliudque eſſe talem & aliud haberi pro tali.l.ſi maritus.§. legis Iulię.& ibi Bar.ff.ad leg.Iul.de adul.& propterea non eſt uerum quod uideatur donaſſe.l.filiusfa.ff.de dona.l.cum de indebito.ff.de proba. l.ſi cū aurū.& ibi not.ff.de ſol. Nec ad idē faciūt iura alleg.in arg.quia dictis caſibus,in matre,marito,& patre, inq; alimētis & medicinis ſpeciale eſt,ex quo eo aīo factæ erogatęq́; uidentur ut nō à filiis nō ab vxore & aliis de quibus ibi vllatenus repeterētur,hic uerò alia rōne de expēſis in pupillū factis inq; rōnibus(ut diximus)(ſi quę probabuntur factę)cōputandis. Non ob.ulti.quia imò potuit ſibi hoc caſu ciuiliter pupillum obligare, ex adminiſtratione ſine tutoris auctoritate hoc idem enim in uſum induxit prætor, ut facilius

lius tutores ad adminiſtrationem accedant. & ut promptius de ſuo pro pupillis aliquid impendant, ſciantq; ſe recepturos id quod impenderūt, ut pulchrè inquit Iuriſcon. in d. l. j. in prin. ff. de cont. actio. tut.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ei qui dicit incūbit onus probandi. l. ij. ff. de proba. l. actor quod aſſeuerat. C. eo. l. qui accuſare. de eden. nimirum igitur ſi in pupillum ſumptus feciſſe dicat tutor, hij ab eo (ut inquit lex. hic) probari debent.

Et quod iudex iudicat ſecundum allegata & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi. & ob id non ab re ſi dicetur hic rurſum iudici fidem faciendam eſſe.

Et quod ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur, ut uulgo etiam dici ſolet. l. tutori. C. de neg. geſt. Bar. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. col. iij. ff. de his qui not. infa. nanque ſatis eſt quod tutor adminiſtret, & pupillum tueatur, qui propter ætatem ſe defendere nequit ut dicitur in l. j. ff. de tute. & inſtitu. eo. in prin. abſq; eo etiam quod priuetur ſumptibus in pupillū factis.

Et quod ſi grauatus eſt in hoc, quod onus tutelę ſi excuſationem non habeat, ſubire compellitur, (tutela enim eſt uis atq; poteſtas &c. d. l. j. ff. de tute.) in alio eſt releuandus, ut ſi quas expenſas fecerit, repetat, ſiue in rationibus computet. l. eum qui. ff. de iureiu. ob idque ſciendum eſt, cōtrariam tutelæ actionem inuentam fuiſſe. l. j. ff. eo. de cont. ac. tute. in prin.

Et quod denique id quod bonafide naturaliq; iuſtitia confirmatum eſt, non debet aliàs auctoritate iudiciaria, ſiue iudicis decreto aliàs confirmari, argumentum in l. i. ff. de dote pręleg. not. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & in l. licet. in §. fi. ff. nau. caup. ſtab. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Martiali.

DE SVCCESSIONE SVA tutores fruſtra timent: cum his, qui tutelam adminiſtrauerunt, teſtamenti factio non negetur nec de bonis ſuis donare aliquid prohibeantur. S. xvi. kalen. Nouemb. Sirmii AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tutor teſtari non poſsit, nec donare, quia ſi bona ipſius ſunt tacitè hypothecata, ex eoque tempore quo cœpit eſſe tutor, & adminiſtrare, ſeu ratione malę adminiſtratę tutelę. l. pro officio. infra eo. quo modo teſtari poteſt ſiue donare?

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia edictum de teſtamentis prohibitorium eſt certarū perſonarū, uſq; adeò ut teſtamenti factio, unicuique permiſſa ſit, niſi reperiatur prohibitus, inquit pulchrè glo. & ibi Bar. in l. ſi quęramus. ff. de teſta. Et quia ſatis lugubrè eſt quod quis ſine hærede moriatur. l. & quia ff. de inter. actio. l. fi. & ibi Bal. C. de neceſſa. ſer. hære. inſti. idem Bal. in rub. C. de ſucceſſo. edicto. in prin. Imò quod læditur fama defuncti ſi non habet hæredem. l. primo gradu. ff. quæ in frau. cred. & ſi teſtari prohibitus non eſt, multo minus prohibebitur donare. l. in re mandata. C. mand. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæ. c. cui licet. de regul. iur. in vi.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, quia id uerum eſt, ſed non propterea tollit quo minus & donet (ut dixi) & ad ſui libitum teſtetur, ex quo hæredes omnino tenebuntur, & ſi teſtetur uel donabit id utique faciet (ut etiam hic dicit gl. & bonè) cum ſua cauſa. l. alienatio. ff. de cōt. emp. c. paſtoralis. c. cum non ſit. de deci. l. vnica. C. rē alie. geren. Spe. in §. i. nu. 24. de emp. & vend.

Præſtatq; nobis hęc lex arg. ad multa & maximè ꝙ uani timoris ratio habēda nō eſt. l. ſi q̇s ab alio in prin. ff. de re iud. l. Iulianus. ff. qui & a q̇b.

Et quod præſumitur cōceſſum id qđ nō eſt expreſſe prohibitū. l. nec nō. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. gl. in l. i. ad fi. ff. e. Odof. in l. ſicut. ī prin. C. de repu. hæ. Cyn. in l. in bonæfidei. col. i. C. de reb. cre. Bar. in ſimili. in l. edita. col. v. C. de edē.

Et quod nihil eſt quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ uoluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus & licitum quod iterum non reddit arbitrium. l. i. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Et quod etiam qui poteſt quod plus eſt (ut dicebam) poteſt vtiq; quod eſt minus, hoc eſt donare, quandoquidem minus ſit quàm teſtamentū condere. l. tam is. ff. de don. cau. mor. & eſt arg. in l. nec in ea. ad fi. ff. ad leg. Iul. de adul. & in l. re legatorum. ubi Bar. in prin. ff. de int. & relega.

Et ꝙ deniq; ſi quid cōcedat lex alicui, vt hic teſtamēti factio & donatio, id cū qualitatibus ſuis cōceſſum vr̄ id eſt cū ſua cā. d. l. vnica. C. rem alie. ge. l. alienatio. ff. de cont. emp. not. in l. i. in §. & poſt operis. vbi Bar. & alii. ff. de no. ope. nun. l. ſi duo. ff. de acquiren. hære. Iaſ. in l. vnica. col. pen. C. quando non pet. par. Finis.

De periculo tutorum & curatorum:

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ floro.

TVTORIBVS SEV CVratoribus fortuitos caſus, aduerſus quos caueri non potuit, imputari nō oportere, ſæpe reſcriptū eſt. PP. xii. Kalen. Septemb. Philippo A. & Titiano Coſſ.

Dubitandi ratiooem faciebat, quod tutor ſeu curator teneatur de caſibus fortuitis, ex quo aliàs pupillus & adultus ſic non eſſent melioris conditionis, quàm alius, non dicendum tamen, argumẽ in l.ex pluribus.ff.de admi.tu.& in l.diuus.ff. de offi.præſi.& quia alibi incendiũ eſt caſus fortuitis,& tamen non liberat debitorem.l.incendium C.ſi cer.pe. ergo multo minus deberet tutorẽ ſeu euratorem liberare. Et ſentit etiam Flo. in l.iij. in §.occiſum.in prin.ff.ad legem Aquil.

Cootrarium tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſt, quia quæ fortuitis caſibus eueoiunt humano iudicio præuideri non poſſunt.l. quæ fortuitis. C.de pigno.ac. l.ij.§. eo autem tẽpore. ff. de admi.re.ad ci.per.pulchrè Bal.io c.his quibus numero. 4. & 5.dc elec.& ideò æquè coouenit ut non teneantur.

Ad oppoſita reſpoodetur nihil facere, non primum, quia hoc caſu oon refert, ex quo priuilegiati ſunt in caſibus a iure expreſsis ut in ſimili inquit glo.in l.fi.C.de ſac.ſan. eccl. & habetur etiã in l.in fraudem.in §.fi.& ibi Bal.ff.de mili. teſta. Noo ſecundum, quia id eſt in debitore generis (quod nunquam perit) uerum, non regulariter. l.in ratione.§.incertè.ff.ad leg.Fal.Bar.in l.inter ſtipulantem.in §.ſacram.col.iiij.ff.de uer. obl.& in l.ſi certos oummos.ff.eo. & in l. creditor. col. ij.ff.de ſol.Bal.in l.in hac.col.ij. ff.de tritica. Nõ ultimum, quia Flo.loquitur (& uerißimum eſt) quando oegligentia uel culpa, poſſet tutoribus ſeu curatoribus imputari, ergo oon (ut diximus) regulariter, & proximè etiã probatur in l.ſi res.

Præſtatq́; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè ad uulgatum illud. remq́; culpa caret in damnum uocari non conuenit.c.cognoſcẽtes.de conſti.Card.io cle.ne Romani.in uer.irritum.col.ij.de ęlęc.Rota deciſio.ccccxxv.ad fi. de re indi.in nouis.

Et quod hac ratione in ius uocatus ſi non venęrit pręſtituta die non punietur.l.ij.§.ſi quis in iudicio ubi ego multa.ff. ſi quis cautio.

Et quod iſto caſu etiam noo tenetur ſtare conductor locationi, quanquam caſus ceſſet.l.forma ff.de cenſi.Cald.conſ.v.col.j. de loca.

Et quod quę caſu eueniunt finguntur oon euenisse, adeò uerum eſt (ut hic dicitur) tutores ſeu curatores noo teneri, ita Bar.in l. Cæſar. in rep. nu.5.ff.de pub.& uectigal.

Et quod deniq; fortuna quæ fuerit in rem aliquam, domino rei præiudicat ex quo fit ſi res commodata perierit caſu, commodatarium non teneri.§.item is cui.& ibi not.inſti.quib.mod.rę cootra.obliga. Fiois.

ADDITIO.

Ad propoſitum caſus fortuiti notãdum eſt, ꝙ mors naturalis eſt caſus fortuitus, prout refertur ad alium actum & regulandum ex caſu, aliàs non ſed potius ordo oaturę ſui eſſentia, iuxta illud. pofuiſti terminos eius, qui prætereiri non poterunt, de quo Iob.xiiij.declarat Bal. in c. quoniam frequenter.nu.13.ut lite noo conte. oõnihil in rub. extra de arbi.ad fi,

De ſuſpectis tutoribusvel curatoribus

Imp, Alexander A. Aſclepiadi.

IN POSTVLANDIS SVſpectis tutoribus, non uires patrimoniorum principaliter, ſed an nihil ſegniter, nihil fraudulenter geratur perpendi oportet. PP. vj. kal. Ianua. Maximo ii. & paterno Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod inopia & paupertas tutorem, ſiue curatorem reddat ſuſpectũ, ex quo uidemus ꝙ mala pręſumptio eſt contra pauperẽ nãq; nec ad accuſandũ hinc admittitur.l.qui accuſare.l.nonnulli.& ibi not.ff. de accuſa.& ſi teſtificari uoluerit etiam reiicitur.l.iij. ff.de teſti.not.in c.ſi qui.extra eo.uiliſq́; perſona appellatur in §.ſit tibi.i auth.de mã.prin. Nõ eſt idoneus fideiuſſor.l.qui ſatiſdare.§.fi.ff. de fideiuſſo.nec ad ullam admittitur dignitatem. l. reſcripto.§. j.ff.de mune.& hono.& quod mala præſumptio ſit contra eum tradit Spe.in §. nunc uerò.nu.19.ad fi.de inſtru.edi. & in titu.de accuſa. nu.24. Et uidetur caſus in l.ij.C.de tuto.& cura. qui ſatiſda.non de.

Contrarium tameo hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia paupertas non eſt de genere malorum, unde eſto quod tutor ſeu curator ſit pauper pręſumitur tamen bonus & fidelis, & eſt præſumptio naturæ.l.meritò.ff.pro ſocio.c.j.de ſcruti.fa.& maximè quia dantur à teſtatore, uel à lege, uel à iudice ex inquiſitione, de quo etiam in §. fi.inſti.de ſuſpe.tut.& quod nõ ſit de genere malorum, ut ob id ſuſpecti eſſe dicantur, probatur in c.illa.ad fi.xv.q.j.Inno.in c.ſedes Apoſtolica.de præſcrip.Feli.in d.c.ſi qui.col.iij.de teſti.

Ad oppoſita reſpondetur non facere, non primum, quia dictis caſibus id uerum eſt, ſed non in tutore & curatore, quorum perſona attenditur principaliter poſtea patrimonia. Et ſic mala præſumptio cootra eos eſt aliquo caſu ſed non iſto, ratione prædicta, ſi ſuſpecti igitur accuſentur, probeturq́; dolus & negligẽria in adminiſtrando commiſſus commiſſaúe, remouebuntur, aliàs nõ. l. ſuſpectum. ff. de ſuſpect. tuto. §. ſuſpectum. inſtitu. eodem. Non ſecundum, quia ibi non repellitur propter paupertatem, ſed quia non ſatiſdabat, ut etiam dicit glo.in d.§.ſuſpectum.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſemper attendi debet quod principaliter agitur.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer. peta.l.oauis onuſtę.in fi.prin.ff.ad leg.Rhod.de iac.l.

iac.l.ſi pro fundo.C.de tranſac.l.iij.C. ad Macedo.l.quanuis.& ibi Bar.ff.de aur. & arg.leg.idem Bar.in l.cum proponas.lect.j.col.iii.C.de dolo.

Et quod perpendi debet rurſum ſi talis moribus ſit tutor ſeu curator,ut tanquam ſuſpectus remoueatur quod principaliter conſideràdum eſt (ut dicebam proximè) & habetur etiam in l. ſuſpectum prælleg.ff.de ſuſpect. tuto. & in §. fin. inſtitu.eodem.

Et quod exempla nõ reſtringunt regulam ſed declarant.§.hactenus.inſti.de gradi.l. damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dani.infec.nanque eſto quod dolo negligentiaúe, reddantur ſuſpecti tutor & curator aliis cum pluribus de cauſis repelluntur & remouentur à tutela ſiue à cura,ut tales,de quibus in l.tutor quoque. in §. nunc uideamus.& tribus ſeq.ff.de ſuſpe.tuto.

Et quod lata culpa propè fraudem accedit. l. impuberibus.§.i.ff.eo.l.quod Nerua.ff. depoſi.l. negligentia.ff.de reg.iur.nimirum igitur ſi dicitur hic perpendi debere num ſegniter quid uel fraudulenter geratur.

Et quod denique à tutela ſiue cura nõ eſt quis ſine accuſatione remouendus ut uerba indicant hic in prin.poſita,& facit illud Ioan.viii.Mulier ubi ſunt qui te accuſabant.niſi prętori liqueat ex apertiſſimis rerum argumentis ſuſpectum eum eſſe,quia tunc ſecus.l.tutor quoque. §. pręterea. ff.de ſuſpe.tut.hoc idemque (ſubiicit ibi Iuriſconſul.)fauore pupillorum accipiendũ eſt.Finis.

De in litem dando tutore vel curatore.

Imp.Gallienus.A. Valerio.

AD PROTEGENDAM cauſam tutor ſiue curator datus,conueniri non poteſt adminiſtrationis periculo,cum ſola ſuſcepti negocii tutela mandata eſt. ſi nihil igitur(vt allegas) præter negocium geſiſti,fruſtra cõueniris.PP.kal. April. Valeriano & Luciano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod datus tutor ſiue curator certè rei uel liti abſolutè adminiſtrationis periculo teneatur, & conueniri poſſit, quia ad omnia datus uidetur, argumentum in l.uulgaris eſt quæſtio.ff.de fur.multa Bal. in l. mandatum.col.j.& ij.C.manda. & uidetur caſus in l.quotiens.in §.conſtat.ff.de admi.tut. Imò ꝙ nec tutor certè rei dari poteſt.§.certè. inſti. qui teſta.tuto.da. poſſ.

Contrarium tamen hic deciditur, in curatore tamen, ſecundum communem intellectum, tametſi tutoris mentio etiam facta ſit, ut infra. & ratio deciſionis eſt, (ut dicitur ſignanter in tex.) quia ſola negocij ſuſcepti tutela,mandata eſt, ergo non conuenit, ut aliorum prætextu adminiſtrationis periculo teneatur argumentum in l.tutoris. C. de nego. geſt. & quia bona non ſuſcipit ut infra.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,non primum,quia uerum foret ſi datus fuiſſet ſimpliciter, ex quo tolletur etiam ſecundum, (ut ibi ſignanter dicit tex.in prin.)uerum hic datus fuit certè rei uel liti,ergo.Non ob.ultimum, quia ueriſſimum eſt, ſed etiam poſt alios dicimus,tex.hic ſolum in curatore loqui, coniunctio nemq; illam,ſiue,non ſimpliciter, ſed correctiuè intelligi debere,quia(ut dictum eſt ſupra, nec poteſt tex.clarus ad idem allegatus cauillari) certè rei uel liti ſeu cauſæ tutor dari non poteſt,ex quo perſonæ non rei uel cauſæ datur,ut in d.§. certè.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod cum procurator ad cauſam ſiue ad litem datur,bona non ſuſcipiat nec ſuſcepturus ſit,non tenebitur quoque inuentarium facere,quia fit regulariter bonorum prædictorum prætextu.l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tu. l.fi.C.de iure delib.in terminis Albe.in l.de creationibus.C.de epiſco. aud.

Et quod officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. ape. quod utique eſſet hic ſi curator ad litem certam datus,teneretur periculo adminiſtrationis aliorum quoque non geſtorum, & malè,& in ſimili not.in l.fi.in §.defenſionem. C. de admi. tuto.

Et quod fieri non debet quod factum non releuat.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut leg.no. caue. nanque ſi alia de cauſa conueniretur curator hic quàm certè litis ad quam datus eſt, fruſtra adultus ageret,ſeu qui uis ipſius noíe,ex ſupra dictis.

Et quod nemo ſine actione debet experiri.l. ſi pupilli.§.uideamus.ff. de neg. geſt. aliàs curator diceret uulgatum illud. Amicè quantum ad te, liberas ædes habeo.l.loci.corpus.§.competit. ff. ſi ſer.uen. opponeretur libellum non procedere, nec inde ſententia poſſet ferri,niſi abſolutoria.l. Bebius.ff.de pac.dot.l.j.§.j.ff.ſi man. fal. mo. di. Bar.in l.cum quærebatur.ff.iud.ſol.& hinc dicimus,ex eo quod quis non intentat, uictoriam nõ reportat. l. de fideicommiſſo.C.de tranſa.Guid. Papę ſingu. Dclxxxviij.

Et quod denique optimum agenti conſilium eſt ſi ſpem conſequendi (quod optat) non habet ſe ſumptibus inanibus non uexare.l.j.ff.de inoffi.teſta.argumentum in l. minoribus xxv. annis. ff.de mino.ſeq; à propriis negociis non auocare l.ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtamen. aper. l. ſi quando. §. primo. C. de teſtib. Bald. in l. fina. in §. & ſi præfatam. C. de iure delib. Finis.

Si mater

Si mater indemnitatem promiſit.

Impp.Dioclet.& Maximian. AA.Caiano.

OB TVTOREM NON idoneum à matre petitũ, fruſtra vobis eam teneri contenditis:cum non,niſi ſpecialiter eius periculo dari decreto fuerit comprehenſum, ex ea obligatione obſtricta ſit.S. kal. Decembr.AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat.quod mater teneatur,quia ſi tutor minus idoneus eſt,culpa nõ caruiſſe videtur ipſum petendo, & ideò conſequens eſt eam in damnum vocari debere. c. cognoſcentes.de conſtitu.& videtur caſus in l. j. ſupra eod.& in l. proxima.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, ex quo hoc idem ſpecialiter decretq prætoris comprehenſum non eſt,vt ſignanter inquit tex.Et quia ſic contra vel S. Con. intercedere videtur,quo caſu omnino non tenetur.l.ſi mater.C. ad Velleia.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia de culpa non tenetur nec poteſt ſibi imputari,ex quo(ut dixi) intercedere videbatur contra d.Senatuſcon. Non ſecundum, quia ſpecialiter in ſe adminiſtrationis periculum ſuſceperat,quo caſu non mirum eſt ſi tenetur, ex quo tunc etiam dictum Senatumcon. ceſſat & fuſius vt ibi not.& in d.l.ſi mater.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè quod etiam mulier Velleiano iuuatur,quãquam intercedat pro filio,vt probatur quoque in l. iij. ad Velleia.

Et quod æquè conuenit etiam, cum in fauorẽ ipſius mulieris Velleius.d.Senatuſcon. introduxerit,poſſe illi renunciari, ſi in ſe periculum adminiſtrationis,ſuſcipiat.l.pe.C.de pac.l. fi.§. pe. ff.ad Velleia.Azo. in ſumma.C.eo.col.ij.

Et quod dictio niſi,multas habet ſignificationes,cõiter tamen exceptiua eſt, ſignificans oppoſitum antecedentis,cui immediatè aduerſatur,vt hic & in l.iij.ff.de cuſto.reo.& in c.cum acceſsiſſent.ad fi.de conſtitutio.not. in l.actione. C. de tranſa.Bertran.conſ.ccclxij.nu. 5. vol.ij.

Et quod granata in hoc mater filio tutorem petere debere.l.matres.C.ad Tertul.l. ſciant. C. de legi.hę.releuatur in alio quod de culpa non tenetur,ſi minus idoneum petierit.l.eum qui, uulga. ff. de inreiuran.

Et quod denique priuilegiatus non debet vti priuilegio contra pariter priuilegiatum,hoc caſu maximè quia pupillus priuilegium habet multiplex ut dixi ego in tract. de priuileg. pupillaribus. & tamen eo hoc caſu nõ vtitur cõtra matrẽ pariter priuilegiatam, vt teneatur petens tutorem eidem non idoneum,& habetur aliàs in §.ſed & hoc præſenti in auth.de ſanctiſsi.epi.& in c.in præſentia. per Docto. de proba. & in matre dixi quia fortè aliàs pupilli fauor præponderaret.l.ſi apud.ff.de mino. pulchrè Bal.in d. c. in præſentia.col.iij. Finis.

Arbitrium tutelæ.

Impp.Diocletian.& Maximian.& AA. & CC. Dalmatio.

TVTORES TVTELAE conueniri longi temporis preſcriptio non prohibet. Vnde ſi iis tranſactione atque acceptilatione liberationem non præſtitiſti, apud rectorem prouinciæ, quæcumque tibi debentur, repetere non prohiberis.S.xiiii.kal.Maii.AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, actioni tutelæ longo tempore præſcribi,quia videtur caſus in l. omnes.in l.ſicut.& in l.cum notiſsimi.C. de præſcrip.xxx.ann.vbi omnes actiones tempore præſcribuntur,ergo etiã tutelę,ex quo nihil excludit qui omne dicit.l.Iulianus.ff.de leg. iij. c. ſolitæ. de maio.& obe.& hoc eſt quod ex multis dicebat Are.conſ.ciij.col.ij.ponderando tex.in d. l. omnes.ad fi.ibi pleniſsima munitione ſecutus,quod dictum uerbum ſecurus, notat ſecuritatem quæ nullo modo poſsit expugnari.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia actio tutelę ciuilis eſt, vnde tutela ortum quoque habuit.l.j.ff.de tute.& inſti.eo.ti. in prin.ibi iure ciuili data ac permiſſa,ergo conuenit etiam vt duret vſque ad annos xxx.neq; ſpacio longi temporis,præſcribatur,vt in iuribus ꝑ ratione dubitandi allega.legitur,& not.in l.ij. C. de conſti. pecu. eſt verum quod contrariam introduxit prætor in uſumq; induxit ut facilius tutores ad adminiſtrationem accederẽt.l.j.in prin. ff.de cont.ac.tute.quodq; præſcriptio longi temporis non prohibet quo minus tutores conueniantur,niſi tranſactione, vel acceptilatione (vt ſubiicit tex.)ſint liberati.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quoniã loquuntur iura prædicta, in præſcriptione longiſsimi temporis xxx.uel.xl.annorum,nos autem longi,quod eſt annorum x.inter præſentes, inter abſentes verò xx.vt in rub.& in l.fi.C. de præſcr. long.temp. Nec ſecus Areti.in d.conſ.ciij.nimirum igitur ſi hoc non obſtante agi poteſt tutelę in caſu iſtius legis.

Quę præſtat nobis argumentum ad multa, &

maximè

maximè, quod pupilli præcipuum merentur fauorem (ut ſæpè diximus) per text. in l. ex pluribus. ad fi. ff. de admi. tuto. nouiſsimè eſt etiam bonus tex. in l. tutor quoque. in §. præterea. ff. de ſuſpe. tuto. ex quo uidemus hic quod actioni tutelæ nõ præſcribitur ſpacio longi temporis.

Et quod præſcriptio xxx. annorũ erat cognita ẽt de iure fforũ quicquid dixerit Bar. in l. fi. in §. fi. ff. rem rat. habe. & in l. ſi pupillus. ad fi. ff. de admi. tu. imò glo. in l. qui occidit. in §. j. ff. ad leg. Aquil. & in l. Iulianus. ff. ex quib. cauſ. ma. cuius auctoritas probabilis eſt nou neceſſaria ut not. in l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & in l. j. ff. ſi cer. peta. ſed tamen urget tex. inſti. de perpe. & tẽpo. ac. in prin. ubi hoc idem ad literam dici uidetur. ideò declara tu, quod cognita nõ erat, quodque pręſcriptio longi temporis non prohibebat quo minus ageretur, longiſsimi autem ſic, quia ita lege Codicis quoque ſtatutum fuerat. d. l. omnes, & aliis ut ſupra.

Et quod remittentibus iura ſua non datur amplius regreſſus l. quæritur. §. ſi uenditor. ff. de edil. edi. argu. in l. cauſas. C. de tranſa. & in l. poſtquã liti. C. de pac. ſiq; tranſactione, uel acceptilatione liberati pariter fuerint tutores (ut hic dicitur) quod non amplius agi poterit.

Et quod à contrario, pręſcriptione longiſsima liberatis tutoribus, agi amplius non poſſet, ſicuti nec quando tranſactione, uel acceptilatione (ut diximus) liberantur pariter, ex quo infertur duo hæc æquiparari, uel quod liberatio præſcriptione inducta ſit, uel pacto ſiue tranſactione aut acceptilatione. l. ſi pupillus. in fi. (ubi eſt tex. not.) ff. de admi. tu. l. fi. ff. rem rat. habe. Bal. conſ. cccxv. col. ij. uol. iij.

Et quod denique una lex aliam declarat. l. non eſt nouum. ff. de legi. l. ſed & poſteriores. ff. eod. Bar. in l. quotiens. in prin. ff. de uer. obli. & in l. fi. in prin. C. de uer. ſig. & in auth. cõtra rogatus. C. ad Treb. & in l. acceptam. col. j. C. de uſu. & in l. quotiens. & in l. patronus. ff. ad Treb. & in l. ſi hęres. in §. j. ff. eo. & in l. naturali. in §. i. ff. de confir. tu. & ut latius dixi ego in collectan. in que d. l. nõ eſt nouum. licet ergo longi temporis præſcriptio non prohibeat, hic agi contra tutores, quęq; debentur repeti, prohibetur tamen alibi ſi longiſsimo pręſcriptũ ſit. d. l. oẽs. & aliis ut ſupra. Finis.

De diuidenda tutela.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Zotico.

LICET TVTORVM cõuentione mutuum periculum minimè finiatur tamen eum, qui adminiſtrauit, ſi ſoluendo ſit, primo loco, eiuſq; ſucceſſores conueniendos eſſe, non ambigitur. S. iiij. kalen. Octobr. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uterq; cõueniendus ſit, quia uterque eſt etiam tutor, deq; periculo adminiſtrationis uterque tenetur. l. ii. ſupra eo. quę proxima eſt. l. tres tutores. ff. de adm. tu. & not. in l. i. C. de tranſa. & in l. ſi familia. ff. de iur. om. iud. & in l. ſi ex duobus. ff. de tut. & ra. diſtrahen. & in l. ſi diuiſa. ſupra loca.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. cũ interdictę. ſupra arb. tute. quod imò (tametſi pactũ factum ſit inter ipſos tutores, quod unus adminiſtret) prius conueniri debeat qui adminiſtrauit, ſi ſoluendo ſit, eiuſq; ſucceſſores, & in ſubſidium poſtea (ſi ſoluendo non ſint) alius. & ratio deciſionis eſt, quia pupillo non debet auferri ius conueniendi quem uelit. præallega. l. ſi diuiſa. pulchrè Saly. in d. l. ij. col. iii. ſupra eo. & quia æquè conuenit, ſi unus adminiſtrauit ut is etiam conueniatur uel eius hæredes, ſi maximè ſoluendo ſint (ut diximus) ipſiq; pupillo expediat, imò quod nec eſt à iure alienum. d. l. cum interdictę. l. i. infra ſi tut. uel cu. reip. cauſa aufu.

Ad oppoſita reſpõdetur nõ obſtare, quia eſto quod uterque ſit tutor (ad idem enim omnia tendunt) deq; periculo ambo teneantur, neq; mutuũ finiatur, ipſorum conuentione ut ſignanter dicit tex. attamen æquum eſt ac conueniens, prius agẽdum eſſe contra eum, qui adminiſtrauit, ne etiam (ut diximus) ius conueniendi quem uelit pupillo, auferri uideatur. Vel & clarius quod ea omnia procedant quando uterque adminiſtrauit. l. tres tutores. ff. de admi. tu. hic autem quando vnus tãtum, ut in præalleg. iuribus dicitur, igitur non mirum eſt etiam ſi vnus conueniendus eſt prius, qui maximè ſoluendo ſit.

1 Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod conuentio in alia re facta, vel cum alia perſona, in alia re, aliiúe perſonæ nõ nocet. l. ſi vnus. §. ante omnia. l. fi. ff. de pac. l. ſi cum hermes. C. loca. Corn. in not. q. conſ. xv. in prin. uol. iiij. Bal. conſ. ccl. in prin. vol. ii.

Et quod res inter alios acta tertio non nocet. l. i. & in. rub. C. res int. al. ac. plenè per Docto. in l. ſæpè. ff. de re indi.

Et quod alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. l. iniquiſsimum. ff. de iur. & fac. igno. d. §. ante oĩa. & aliis vt ſupra. & in reg. non debet, fuſius. ff. de reg. iur. Bal. in d. conſ. ccl. hęcque tria tendunt ad idem oſtendendum de quo hic, conuentionem ſcilicet inter tutores factam non tollere ius pupillo, nec eidem præiudicare, quo minus periculo adminiſtrationis teneantur.

Et quod non aufertur id, quod differtur, vt ẽt dicitur in l. deſtitiſſe. ff. de iudi. & in l. quanuis. ff. de arbi. Cy. in l. quotiens. in prin. C. de præci. Im pe. offe. Bal. in c. officij. in fi. de elect. Por. inſti. de. ſingu. reb. per fideicom. rel. in prin. nanque etiam

quod

quod prius agatur hic contra eum qui adminiſtrauit, non propterea tollitur, quod poſtea agi non poſſit contra eum qui non adminiſtrauit, ſi alius ſoluendo non ſit, ut ſupra dictum eſt ſæpè. ☞ Et quod denique multa conceſſa ſunt à lege in ſubſidium, ne agens damnũ patiatur, & maximè hic ſi tutor cõuentus ſoluendo non ſit. adde ſimile in donatario, à quo indebitè ſolutum repetitur ſi donans cui ſolutio facta eſt, non reperiatur ſoluendo. l. his ſolis. & ibi gloſſ. ff. de condi. indebi. nonnihil in l. ſi abſentis. C. ſi certum petatur. Odoffre. in l. qui hæredis. ff. de condi. inde. & in colono qui ẽt conuenitur pariter quãdo dominus non eſt ſoluendo. l. ob cauſam. C. de act. & obl. & in debitore debitoris fiſci, qui à fiſco conueniri hac de cauſa poteſt, l. penul. C. quando fiſ. uel priua. Finis.

De vſuris pupillaribus.

Imp. Alexander A. Vitalio.

SI PECVNIAM PVPILlarem neque idoneis hominibus credere, neque in emptionem poſſeſsionum conuertere potuiſti non ignorabit iudex vſuras eius à te exigi non oportere. PP. Idi. April. Modeſto & Probo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tutor teneatur ad uſuras, ſi pecuniam pupillarẽ non crediderit, uel ſi prædia non emerit, ex quo culpa carere non uidetur l. tutor qui repertoriũ. §. ſi poſt depoſitionem. ff. de admi. tu. l. ita autem. in prin. ff. eo. ubi utrobiq; caſus clarus. Imò inquit alibi tex. quod audiendus non erit ſi dicat idonea nomina non inueniſſe, in l. tutor ſecundum dignitatem. in §. j. ff. eo. & uidetur etiam caſus quod teneatur, in l. proxima. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. cum plures. in fi. ff. de admi. tut. & ratio deciſionis eſt, quia nulla negligentia ſiue culpa ſibi imputari poteſt, ergo non æquè conuenit ut teneatur. c. cognoſcentes. de conſti. l. ubi non eſt. ff. de reg. iur. argumentum in l. meritò. ff. pro ſocio.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quia uerum eſſet quando uel credere neglexiſſet vel prædia comparare, & probaretur ut inquit Bar. in d. §. ſi poſt depoſitionẽ. ſiue notoriè conſtaret, uerum hic pro conſtanti præſupponitur contrarium, imò quod nec præſumitur, ergo nimirum (ut dixi proximè) ſi non tenetur. Non ſecundum, quia id quoq; procedit quãdo arguitur eo tempore pecuniam ſuam benè collocaſſe, ut ſignanter dicit tex. in d. §. j. ad fin. ideò inciuile eſt iudicare niſi tota lege perſpecta. l. inciuile. ff. de legi. nec iſto caſu culpa carere uidetur. Non ultimum deniq;, quia ad uſuras ibi tenetur, ratione moræ commiſſæ, in reſtitutione dictæ pecuniæ pupillaris, non ex cauſis de quibus hic, ergo nec ad propoſitum adduci meruit, nec ex diuerſis bona potuit illatio fieri. l. Papinianus exuli. ff. de min. l. nãliter. §. nihil cõe. ff. de aq. po.

Præſtatq; nobis hęc lex arg. ad multa & maximè quod pecunia pupillaris, ſi mutuo data non fuerit, vel prædia non cõparauerit tutor, mortua dicetur, ut hic per Bal. pro quo eſt argumentum optimum in l. quod aurum. in §. ſi maritus. ff. de dona. inter uir. & uxo.

Et quod non facilè collocãda eſt, niſi noĩa fuerint idonea ut etiam dicitur in d. l. tutor qui repertoriũ. in §. j. ff. de admi. tu. aliàs tutor teneretur, ex quo inanis eſt actio, quã inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. & culpa poſſet ſibi imputari. d. §. ſi poſt depoſitionem. l. tutores. §. in eum. ff. eodem.

Et quod iura & leges nullus, & multo minus iudex ignorare debet. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legi. l. in bonorum. ff. de bo. poſ. l. regula. in prin. & in §. pe. ff. de iur. & fac. igno. Alex. conſ. lxxiij. col. iij. uol. ij.

Et quod vſuræ pupillares non præſtantur niſi in quinque caſibus enumeratis in d. l. tutor qui repertorium. in §. quæ autem ſunt. ubi glo. not. quam uide. ff. de admi. tuto.

Et quod denique nemo ex iuris permiſsione debet lædi ſiue damnum pati ſi maximè, (ut dixi) culpa ſibi imputari non poteſt, c. cum eccl. ſia Vulterana. de electio. cle. una. de re. permu. c. cognoſcentes. ibi rem quæ culpa caret in damnum uocari non conuenit, de conſtitut. Rota deciſio. ccccxxv. de re iudica. in nouis. Finis.

Quando tutores vel curatores eſſe deſinant.

Impp. Diocletian. & Maximian. & AA. & C C. Menippo.

TVTORIS OFFICIVM ex ſola voluntate pupilli non finiri, certiſsimum eſt. S. xiii. kalend. Febr. Cæſaribus. CC.

Dubitandi rationem faciebat, quod uoluntate pupilli tutela finiatur, in primis regula quę habet, inuito beneficium non dari. l. inuito. ff. de reg. iur. & in ſimili in l. hoc iure. in §. non poteſt, ff. de dona. ubi nolenti liberalitas exerceri nõ poteſt, ergo nec tutela ſi pupillus noluerit. Maximè quia licet perſecutionem ſui iuris deteriorem cõſtituere, inquit tex. in l. pactum. de pact. & nõ modo pupillo, ſed unicuique etiam contemnere ea quæ pro ſe introducta ſunt. l. pe. C. eo. l. ſi mulier. ff. ad

ff. ad Velleianum. l. ſi iudex. ff. de minor.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ſi à lege deciſum eſt tutelam finiri certis modis tantum,morte tutoris uel pupilli,& pubertate,aliiſq; pluribus,ut inſt,quib.mo.tu.fi.l.niſi.in prin.ff.de tu.& ra.diſtr. inter quos iſte non eſt, uoluntate pupilli finiri non debet. Maximè quia eius ætas quid uideat ignorat. l. j. C.de fal. mo. & eſt argu. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. ubi furioſus retinet habetq; filiũ in ptãte, ex quo enumeratis modis quibus ſoluitur patria ptãs,furor non eſt de illis.

Ad oppoſita reſpondetur,parum aut nihil facere,non primum,quia fallit hoc caſu,pupilli fauore, qui ſe defendere nequit. l. j. ff. de tute. & quia tutelæ officium licet ſit utilitate priuatum, eſt tamen inde auctoritate publicum.l.athletę.§.j.& ibi Bar.in prin.ff.de excu.tu.argu.in l.ius publicum.ff.de pac.not.in l.pactum.ff.eo. Nec ſimile bonum eſt(quo ad primum)quia nõ eſt in materia iuxta not.in l.non poſſunt.ff. de legi. Abb. in c.cõſtitutus.col.ij.de ap.imò quod uerum nõ eſt.l.ẽt inuitis.ff.de acqui.re.do.l.ſeruus uetante domino.ff.de uer.obl.ad tex.in d.§. non põt. reſpondet Iaſ.in d.l.ſeruus uetãte domino.& Dec. in l.j.nu.19.C.qui admi.quod loquitur in donatione requirente conſenſum duorum, uſq; adeò ut abſenti regulariter acquiri nõ poſsit,à caſu noſtro ſatis alienum,& ut per eos latius. Et ꝙ hic detur tutor inuito,probatur ẽt in l.ij. ff. de tute. & in l. nec non.ff.de tu.& cu.dat.ab his.Non ob. vltimum(duo enim ſunt ad idem tẽdentia) quia (ut dicebam prius)in pupillo regu. quoque uera non eſt & fallit hic,ratione ſupra dicta.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa qđ pupilli non pręſumũtur habere peritiã iuris & facti l.fi.ff.de iur.& facti igno.

Et quod in eis mores aut delicta deprehenduntur,inquit Oldra.ponta.conſil.ccxxvj.col.iiij.Vnde Solomon Prouerb.j.tria difficilia reputare dicebat,Aquilæ uiam in aere,nauis in mari, & colubris ſuper petrã, quartũ uerò quod pęnitus ignorabat,uiã uiri, ſcilicet, in pupillari ętate meminit ẽt gl.in §.his igitur.inſti.de iuſti. & iu. nimirũ igitur ſi nec uoluntate ſua tutela finitur.

Et quod pupillus adhuc, qua rõne nõ põt hic, recuſare tutorem,quia ſcilicet talis ætas, nec ſcire nec diſcernere quicquã poteſt,nec eadem,poterit ſolus hæreditatẽ adire,ſiq; adierit non obligabitur,l.pupillus.l.pupillum.ff.de acqui.hære.

Et ꝙ pari modo nõ tenebitur conditione. l. ſi quis in tantam.C.unde ui.ut ibi per Bar.nu. 5.

Et qđ deniq; certiſsimũ iſtud eſt de quo hic, apud legiſlatorem,apud nos uerò dubiũ.l. quod Labeo.ff.de carb.edi.Bar.in l.ubicunq;. col. vij. ff.de inter.act. vel dicamus quod figuratè loquatur lex,vt alibi ſæpè,ubi & nos declarauimus,figuraq; auxeſis eſt, ſiue augmentatio, quia nulla lex eſt,quę dubitationẽ nõ habeat,d.l.qđ Labeo. c.cũ in iure peritus.de offi.deleg. Finis.

De excuſationibus tutorum & curatorum.

Imp. Alexander A. Romano.

FRATER TVVS NON ideò à tutela vel cura excuſari debet, quod oculũ amiſit.proinde intelligis munus ſuſceptum eum deſerere non poſſe. PP. kalen. Febr. Modeſto & Probo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod monocolus à tutela uel cura excuſetur,quia idem iuris eſt de parte quo ad partem,quod eſt de toto quo ad totum.l.quæ de tota.ff.de rei uendi.l. propter litem.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut.c.frequens.de reſti.ſpo.in vj.Bar.in l.edita.col.iij.C. de eden.ſed luminibus captus id eſt cecus,excuſatur.l.j. infra qui morbo ſe excu. l. luminibus. & ibi dixi ſupra qui da.tu.poſ.l.poſt ſuſceptã. ff. de excu.tu.alleg.etiã hic in glo.ergo & monocolus.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia eſto quod monocolus ſit, poterit tamen prębere auctoritatẽ pupillo, supereſſe negocis ſuis,& adminiſtrare,ac ipſum tueri & defendere,nimirum igitur ſi hoc prætextu ꝙ oculũ amiſit,excuſationem non habet.l.j.§.j.ff. de tute.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quia argumen non procedit vbi partis & totius non eſt eadem ratio,ut not.in l.Imperium.ff.de iur.om. iud.Bal.in l.nõ ſunt liberi.in ij.lect.ff.de ſta.ho. Nel.in tract.banni.in ij.par.ij.temp.q.lj.in prin. Corne.conſ.cxcj.col.ij.uol.iij.ſed hic diuerſa eſt vt ſupra oſtendimus,ergo.

Pręſtatq; nobis hęc lex argu.ad multa & maximè quod fauore pupilli,non facile tutor excuſandus eſt.& niſi cauſa fuerit iuſta,argu.in l.Paulus. ff. de verbo. ſignifi. & in l. iiij. in §. condemnatum.ff. de re iudi.

Et quod vbi lex imperfectis reſiſtit, ut mutis, ſurdis,cecis,& ſimilibus,ne ad tutelam admittantur & admiſsi excuſent, debet intelligi de totali imperfectione,vt ſupra, & not. in rub. an mutus vel arbiter imperfectus in vſib.& ibi Bal.in prin. not. nimirũ igr̃ ſi hic monocolus non excuſatur.

Et quod pluralitas in ſingularitatem reſoluitur niſi inde reſultet abſurdum ſiue legum cõtrarietas vel ratio repugnet,ſeu uoluntas diſponentis refragetur,vt hic,& not.in l.falſa demonſtratio.ad fi.ff.de cond.& de. Bal. in l. cum quidam. in prin.C.de impub.& al.ſub.quanquã igitur luminibus captus excuſetur ut in iurib.ſupra alleg. non idem tamen eſt in eo qui oculum amiſit vt Hannibal & Sertorius,& vt hic planè deciditur.

Et quod ceſſante ratione legis (vt vulgo dici ſolet) ceſſat lex eiuſdemq; diſpoſitio. c. cum ceſſante.

ſante.de ap.l.adigere.§.quanuis.ff.de iu,pat.l.generaliter.C. de epi. & cle.nanq; cecus tutor eſſe non poteſt,quia neq; negociis ſuis ſupereſſe, caſu conceſſum eſt.ergo multo minus alienis.

Et quod deniq; regulariter plus & minus ſpecie non differũt,quod effectũ iuris.l.fi.ff.de fun. inſt.inſtrumentoq; leg. & ibi exẽplificat Iuriſc. in magna & parua naui. Et aliàs Geſner. de auibus,in magno cane,& paruo , Accipitre & Aſture. Dialectici melius, quod magis & minus non variant ſpeciem.ad reg.Deci.in l.ſi mater. nu. 3. de ſuc. edic. niſi diuerſa poſsit aſsignari ratio ue hic,tradit glo.& Bar.in l.pe. ff. de noua. Purpu. in l.edita. nu. 200. ubi inuehitur contra Rimi. ſupine locutum ibi. C. de eden. Finis.

ADDITIO.

Quod negatiua præpoſita uerbo poteſt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam ſenſuſq; eſt monocolum nullo modo poſſe deſerere tutelam ſeu curam.& not.in l.j.ff.de uer.ob.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& in c.j.de reg.iu. in vj. & quia diximus ẽt alibi aliqñ ſatis trãſeũdũ eſt.

Imp.Anaſtaſius A. Antiocho præpoſito ſacri cubiculi.

VIROS CLARISSIMOS SAcri noſtri palatii Silentiarios circa latus noſtrum militantes,de tutelis & curationibus excuſari ſancimus.D. kalen. Ianuar. Ioanne & Aſcleptione Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat , etiam conſiliarios principis à tutela ſiue cura,non excuſari,pupilli fauore & minoris,multa eñ eorũ gr̃a ſtatuta ſunt quę regulariter aliàs locũ non haberent,l.ex pluribus.ff.de admi.tu.l.j.& toto tit. ff.de mino. Maximè quia tutela rurſum ſiue cura,quanquam utilitate priuata ſit auctoritate tamẽ eſt publica. l.athletę.§.i.& ibi Bar.in prin.ff.de excu. tut. & uidetur caſus in l.ſi quis magiſtratus.ff. de mun. & ho.vbi tutores & curatores ad munus ſibi iniũctũ remediis iuris cogi ſolent,& cũ generaliter loquatur includit quoq; perſonas ẽt priuilegiatas. l.in fraudem.§.fi.ff.de mili. teſta.

Contrarium temen hic deciditur,& in l.uerũ. in §. ex facto . ff.de mino.& rõ deciſionis eſt , ne alienarum rerum adminiſtrationẽ,ſubire cõpellantur,qui propter miniſteria principis nec ſuis curã ſeu prouiſionem diligenter deferre poſſunt. l.fi. C. de ſilentia. lib. xii. & quia circa latus eius agũt,honorq; de latus finem certi temporis ac loci aliàs non haberet,ut etiam dicit Iuriſcon. in l. iuris peritos in prin. ff. de excuſa. tuto.hic quoque in glo. alleg.

Ad oppoſita reſpondetur colorata fore,ſed nõ uera & non obſtare,nõ primũ,quia licet ſint perſonæ fauorabiles,præponderat tamen fauor principis, rationibus ſupradictis , & eſt argu. in l.ſi apud.ff.de mino.declarat Bal.in c. in præſentia col.iii.de proba.vnde ob hoc non mirũ eſt(quãquã utilitate priuatę ſint publicæ tñ auctoritate) ſi non iõ minus excuſantur,ſilentiarii & conſiliarii principis.Non ſecundum , quia & id quoque uerum eſt,ſi dignitatem non habeant,ſicque debet illa lex per iſtam perq; aliàs declarari . l. non eſt nouum.l.ſed & poſteriores.ff. de legi. not. in l.utrum.ff.de peti.hæ.ex quo tollitur id ẽt quod generaliter loquatur,quia (ut dixi) reſtringitur per aliàs leges,& quando priuilegium non habẽt in eo caſu in quo lex ipſa loquitur ut hic & in d. l.fi.& in d.l.iuriſperitos.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod conſiliarii principis ſunt clariſsimi, quo in gradu qui tertius eſt , præſides quoq; eſſe dicuntur,ut not.in rub.de offi.pręſi.ff.eo.& in l.j.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſ. & probatur etiam in l.i.C.de priua.carce.

Et quod hii etiam ſilentiarii appellantur , uel fortè,quia miniſtri ſunt ad ea, quæ ſilentii quietiſq; ſunt,uel à ſecretis & quia arcana ſilentio tegunt.haud omittentes etiam nomen omnino dignitatis eſſe.quoq; aliàs ſilẽtiarii dicebantur,qui ſilentium ſic præcipiebant.hoc age & linguis faue.ſeu(vt inquit Naſo).Animis linguiſq; fauete.

Et quod circa latus principis militantes, deberent(vt Plautus ait) latrones ſiue laterones appellari.l.omnium.& ibi aliquando dixi. C. de teſta. vel ſtipatores à ſtipe, & quia ſtipati ferro circundant corpora regum,inquit Sext.de ver.ſi. Græci σωματοφύλακας; quaſi corporis cuſtodes, vocant.

Et quod minor fauor cõparatiuè ad maiorem odium eſt,vt hic pupillorum & minorum, reſpectu ſilentiariorũ.d.l.ſi apud,& fuit (per illũ tex.) verbũ Bal.in d.c.in preſentia.col.iii.& hinc vulgatum illud etiam facit,quod maius lumen offendit minus,& quod maiores motus impediunt minores , ſiue quod hii qui maioribus motionibus agitantur minores non ſentiunt.l.generaliter. ff. de fideiuſſo.l.ſi reus,ff.de duo.re.l.fi.C. de ordi. cog.l.per minorem.ff.de iudi.l. ob carmen . §. ſi teſtes.ff.de teſti.

Et quod deniq; non ſemper verum eſt , quod verbum ſancimus,ſit noui iuris promulgatorium vt habetur in l.vnica,C.de ſenten.quæ pro eo qđ intereſt.& alibi ſæpè,ex quo hic poſitum reperitur,& tamen quod conſiliarii principis excuſentur alibi etiam deciſum eſt,& maximè in d.§.ex facto,& in d.l.iuriſperitos.& non mirum quia (vt alibi dr̃ in auth.vt ſi ꝓhib.mat.deb.in prin.)ineptum eſt quandoq; regulam non fallere. Finis.

Quando

Quando decreto opus non eſt.

Imp. Aurelianus A. Pulchro.

ILLVD REQVIRENDVM eſt, an adito principe, Saturninus vir clariſsimus ſpecialiter ius vẽditionis acceperit. ad inſtar enim prę ſidalis decreti cõſenſio principalis accedit D. Id. Ianuar.

Dubitandi rationem faciebat, quod alienatio non valeat, quia decretum requiritur, l. j. & ibi noi. l. magis puto. §. non paſsim. ff. de reb. eo. & uidetur caſus clarus in l. pe. alleg. etiam hic in gl. C. de his qui uen. æta. impe. ubi quis impetrauit ueniam à principe, & tamẽ in alienatione requiritur decretum. & facit etiam ultimò, uulgatum illud, præcibus fruſtra implorari quod à iure cõmuni conceditur. l. i. C. de theſau. lib. x. l. i. ad fin. & ibi glo. ff. ad municip. l. cum interdictè. ubi Saly. ſupra arbitute.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (ut tex. met. inquit) quia ſpeciale reſcriptum principis ad alienandum, uim decreti habet, uerum ſi decretum interpoſitum fuiſſet, ſi ne controuerſia alienatio nõ ualeret, ergo etiam reſcripto ad hoc principaliter impetrato, abſq; iudicis inferioris decreto.

Ad oppoſita parum urgentia reſpondetur, & ad primum breuiter, quod decretum requireretur, quando reſcriptum impetratum non fuiſſet ut hic, & ita limitatur quod dicitur in d. l. i. & in in d. §. non paſsim. Non ob. ſecundum, quia ſecũ affert reſponſionem, illud ideò eſſe ibi, quia reſcriptum ſpecialiter impetratum non fuerat ad alienationis effectum, ſed generaliter tãtum, quo ad ueniam ætatis, ut etiam declarat glo. & Saly. & benè, & ita argumentum facit ultra eos regu. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. Non ob. ultimum, quia id etiam procedit niſi quis uelit potius reſcriptum principis quàm iudicis inferioris decretum, quoniam et mos gerendus eſt. l. circa. ff. de proba. imò quod prouiſio hominis tunc, tollit prouiſionem legis. l. fin. C. de pac. con. uel ſaltim (ut diximus) non minus operatur reſcriptũ principis, quàm decretum. Imò plus (ni fallor) quod magis operabitur, ut inquit Iſer. in c. i. in §. ſtatuimus. quo temp. mili. in uſib. feudo. & ita tranſeundum eſt.

Præſtatq; nobis hęc lex arg. ad multa & maximè, quod à ſimili commiſſarii executores teſtamentarii, quibus à teſtatore uenditio ſeu alienatio cõmiſſa ſit, ut quotidiè euenire uidemus, alio iudiciali decreto non egent, ut etiam hic Bal. dicit & benè, quia uoluntas teſtatoris ſibi lex eſt & ſolemnitas argumentum in l. in re mandata. C. manda. & in l. ſed ſi lege. in §. conſuluit. ff. de peti. hæ. & quia decretum requiritur, ne fraus uel dolus in alienando committatur, quæ ratio ceſſat ſiue ſuſpicio, ſi mandet teſtator, ergo aliud decretum non requiretur. & not. amplius in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. eſtq; argumen. in l. j. in §. uſque adeò. ff. de intur.

Et quod, qui clariſsimus eſt (ut dicebam proximè) in quarto dignitatis gradu eſſe dicitur ut Saturninus hic, & de quo altàs in rub. ff. de offi. pręſid. & in l. i. C. de priua. carce. & in l. i. ubi Docto. omnes. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur.

Et quod ea quæ notabiliter fiunt niſi ſpecialiter notentur, uidentur quaſi neglecta d. l. pe. C. de his qui ue. ęta. impe. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de intur. uſque adeò ut reſcriptum nõ ualeat niſi ad id ſpecialiter impetretur, quod agitur. Et ſi diſpenſatum ſit cũ aliquo ſuper pluribus dignitatibus obtinendis nõ intelligitur de dignitatibus eccleſiæ ſuæ, niſi hoc exprimatur, quia prohibitio habet ſpecialem notam cuius ẽt ſpecifica eſt facienda mentio, ita Io. And. in c. de multa. de præben. Ancha. & Fran. in c. j. de conſue. in ſexto.

Et quod ubi leo figit pedem cætera animalia ſilẽt. l. j. C. de his qui po. no. & in rub. ne li. poten. Ancha. conſ. cciiij. col. j. hoc eſt ubi principis reſcriptum impetratũ eſt, alio decreto, nõ eſt opus.

Et quod deniq; reſcriptum ualet, quotiens nihil quod iuri contrarium ſit, impetratur, ut hic, & in l. nec damnoſa. C. de preci. imp. offe. aliàs non ualeret. l. reſcripta. C. e. imò (ut ibi dicitur) quod ab omnibus refutari deberet, tradit Ancha. conſ. ccxl. in prin. melius cõſ. cclx. col. j. pulchrè Cald. conſ. iiij. col. j. de conſti. Finis.

EXPLICIT SECVNDVS LIBER AEQVILIBRII Scholaſtici Mantuæ, primæ partis Codicis. Laus Deo optimo maximo.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE,

Liber Primus Secundæ Cod. partis.

DE SERVIS FVGITIVIS, ET LIBERTIS, MANCIPIISQVE ciuitatum artificibus, & ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam, & domuicam pertinentibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Pompeiano.

REQVIRENDI fugitiuos poteſtatem fieri dominis præſidialis officij ē. D. kalen. Maiis. Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod perquiri ſerui fugitiui non debeant, nec poſsit dominus in domibus alienis, quia ſatis hoc idem iniquum uidetur. L. quoſdam (ubi caſus elatus) C. de metalla. lib. x. ibi perquirendi copia denegetur. & inhumanum amplius rerum familiarium ac paupertatis utilitatem detegi. l. ij. C. de ali. pu. pręſtā. l. ii. ibi quid enim tam durum &c. C. quando & quibus quar. pars deb. eo. lib. Io. And. in c. quanquam. col. viii. de uſu. in vi. Iaſ. in l. fi. ad fi. C. de preci. impe. offe. Ro. cōſ. xcvi. col. ii. Abb. in c. qui cum fure. ad fi. de fur. Bar. in l. i. ad fin. ff. de cura. bon. dan. Bal. cōſ. ccccxvii. ad fi. uol. i. Io. Pet. de mon. peſſu. in praxi ſua, de actio. fur. nō manif. in prin. col. ii. & hac de re Docto. nolunt inuito domino executores ipſius domum ingredi, etiam ſi inueniant apertum oſtium, in l. plerique. ff. de in ius uo. conſtituentes etiam differentiam inter prædia urbana & ruſtica, quoniam ſancta ruſticitas omnia palam habet ut per Bar. in l. hoc iure. ff. in quib. cau. pi. ta. cont. imò ad propoſitū ſi quis inuito domino, eius ædes ingrediatur, quod actione iniuriarum tenebitur. l. is qui in domum. ff. de iniur

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia fugitiui delinquunt ſui furtum facientes, quiq; eos celant furtum committunt. l. i. ff. eo. delinquentes autem in domo cuiuſq; requiri poſſunt, maximè iudicis auctoritate, l. i. §. i. l. diuus. ff. eo. argu. in l. congruit. ff. de offi. pręſid. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cle. & in l. iii. C. de his qui ad eccle. confu. ergo. aliàs fuga ipſorum dominis foret damnoſa; & malè. l. i. ſupra eo. imò quod pęna ſtatuta eſt etiam his qui inquirere nō permiſerint. & magiſtratibus ſi inquirentes non adiuuerint, ut in dictis iuribus legitur, maximè in d. §. i. & in d. l. diuus.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare (omnia enim tendunt ad idem, ideò unica ſolu. tolluntur) quia uera ſunt & procedunt regulariter, pręterquam in ſeruis fugitiuis. ſiue in rebus ſubſtractis non in perſona delinquente ut per glo. in d. §. i. de quo tamen plenè Bal. hic. Et plus quod ēt Cæſaris, & ſenatorum prædia, ingredi permiſſum eſt, & cubilia, ac ueſtigia occultantium ſcrutari, Diui M. oratione quam in ſenatu recitauit & ut latius dicitur in d. l. diuus. ad fi. pulchrè Boer. deciſio. clxxiiii. nu. 2. par. i. & in ſpecie ad text. primo loco alleg. in d. l. quoſdam, illud ideò eſſe lapides in alienis ædibus perquiri non poſſe, quia deſtruerentur ædificia, Reip. autem intereſt ne urbs ruinis deformetur. l. ii. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco pub. l. ſenatus. ff. de leg. j. dixi ego in l. ædem. C. loca. ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè quod uxor fugitiua, uel alius malefactor poteſt perquiri in domo cuiuſq; publicè utilitatis ratione. d. l. ſi quis in hoc genus. præalleg. l. iii. & ideò dicimus hinc, quando ſunt plura, eādem rationem habentia, quanquam unius mentio facta ſit, exemplariter facta dicetur non reſtrictiuè. l. imperium. ff. de iur. om. iud. Bal. in l. de quibus. col. xiiii. ff. de legi.

Et quod ſeruorum fuga ex nulla cauſa debet eſſe dominis ſuis damnoſa, uſq; adeò ut nec uſuca
2 pi nec pręſcribi poſsint. d. l. i. ſupra eo. ex quo (ut dictum fuit) ſui furtum faciunt, & furtiuè rei uſucapio nulla eſt. §. furtiuè. inſti. de uſucap. tradunt omnes in d. l. i.

Et quod fugitiui ap. etiam erro uenit, licet nō dicatur, quoniam & ipſe fugitiuus eſt. l. i. §. fin. ff. de ſer. fug. fugitiuus enim eſt qui extra domini domum, fugæ cauſa, quo ſe à domino celaret, mānſit. uel qui ea mente diſcedit, ne ad dominum redeat, ut Offilius & Cecilius aiunt. Erro autem

qui

qui non fugit quidem, ſed qui frequenter ſinè cã vagatur, & tẽporibus in res nugatorias conſumptis ſuis ad dominum redit. l. quis ſit fugitiuus. in prin. & in §. errone. ff. de edil. edic. eſt verũ ꝙ non per omnia æquiparantur, quanquam ſit eadẽ pœna eos occultãtiũ. d. l. j. ad fi. ff. de ſer. fugi. pater fugitiuus ſui furtũ facit, erro nõ, illeq; magis delinquit q̃ ille, & vt latius no. in d. l. j. ſ. eo.

Et quod ſerui fugitiui dicuntur offendere dominum. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. ver. planè. ibi propter fugam offenſus. ff. de cond. ob cau. ita vt poſsint capi auctoritate propria & mediocribus plagis caſtigati, auth. ad hæc. & ibi Bal. in fi. prin. C. de lati. lib. tol.

Et qđ deniq; ſerui fugitiui à domino, in quocunq; loco perquiri poſſunt ẽt extra territorium legis auctoritate quæ vbique extendit ſuũ vigorem. l. j. C. vbi quis de cu. vel coar. non tamen iudicis vnde aufugit. l. fin. ff. de iu. om. iud. & latius vt hic per Bal. quẽ ſequuti ſunt, Ferrarien. in l. ij. col. iiij. ff. eod. Et ad materiam fugitiuorum ſcias pro complemento, quod apud Comicos Cerui appellantur, vnius literę tantũ mutatione. & quaſi ſerui quod onera portent, vt cornua grãdia geſtantes, cerui. & quia crucem merentur (vt alibi diximus) cruciferi ẽt vocari debẽt. Imò ꝙ ignominiæ cã crucis ſignũ in veſte ferebãt, quæ mors turpiſsima erat, iuxta illud. *Morte turpiſſima condemnemus eum.* Sap. ij. quodq; olim in Dianæ tẽplo, inq; Auẽtino, Id. Aug. Seruorũ dies feſtus celebrari ſolebat, qđ eo die S. Tullius matre ſerua natus eſt, qđq; eidẽ ob id dicatũ fuit, & ꝙ deniq; in eiuſdẽ Deę tutela erãt cerui, à quorũ celeritate poſtea ſerui fugitiui fuerunt appellati. Finis.

Imp. Coſtantinus. A. ad Tyberianum Comitem Hiſpaniarum.

CVM SERVVM QVISPIAM repetit fugitiuum, & alius vitandæ legis gratia, quę in occultantes mancipia certam pœnam ſtatuit, proprietatem opponit, vel in vocem libertatis eum animauerit: ilico nequiſsimus verbero, ſuper quo ambigitur, tormentis ſubiiciatur, vt aperta veritate diſceptationis terminus fiat. quod non ſolum vtrique iurgantibus proderit, ſed etiam ſeruorum animos à fuga poterit detinere D. xv. kal. Septẽb. Pacatiano & Hilariano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod ſeruus nõ torqueatur, quia regulare eſt pro domino, ſiue contra dominum torqueri non poſſe. l. interrogari. C. de quæſtio. l. cum ſuper. C. de rei vend. l. cum probatio. ff. de proba. & maximè quia ſi occultans deliquit & puniendus eſt. l. j. ſupra eod. l. diuus. ff. eo. non æquè cõuenit vt ſeruus torqueatur argumentum in l. ſancimus. C. de pen. & in c. cognoſcentes. de conſti. Imo. in l. pe. in §. ad crimen. col. xvij. ff. de pub. iud. & quia deniq; cauſa libertatis eſt, vſque adeò vt tormentis nõ ſit opus. l. de minore. §. fi. ff. de quæſtio. & ibi glo. ad materiam ſingularis & magiſtra.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, (vt text. met ait) quia aperta veritate diſceptationis terminus fiet, vt litigantibus proſit & vt ſerui quoq; à fuga deterreantur argumentũ in l. aut facta. in §. fi. ff. de pen. Ad quod vltimum dicebat etiam Plato iniuſtos vltimo ſupplicio eſſe afficiendos vt cęteri eorum exemplo deterreãtur pariter. & alibi, quod pœnis maligni vexantur, non quia peccauerint, ex quo factum infectũ eſſe non poteſt, ſed vt poſthac & peccatores ipſi, & qui puniri iniquitates viderunt iniuſtitiã odio habeant, aut ſaltem minus peccent. & Deutoro. xxj. ibi & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

Ad oppoſita respondetur parum aut nihil facere, non primum, quia verum eſt, ſed hic nõ torquetur pro domino vel cõtra dominũ, ſed pro facto ſuo, qualis ſit, homo liber vel ſeruus, vt in iuribus ad idem alleg. ad quæ not. eſt declaratio, ergo. Non ſecundum, quia de delicto non conſtabat, vſque adeò vt neq; mirum ſit ſi in facto hoc ambiguo torqueatur, multa enim hoc caſu cõtra regulas iuris recepta ſunt quæ regulariter nõ procederent aliàs, vt per gl. in c. vt debitus, & ibi Io. And. de app. l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ie. Cur. ſeni. in l. iubemus. nu. 3. C. de tranſa. Non tertium & vltimũ; quia nec id negari poteſt, ſed fallit qđ ibi dicitur vbi de poſſeſsione eſt quæſtio, vt hic, & in l. ca quę. C. de libe. cau. & ita trãſeundũ eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximẽ, quod quanquam ſeruorem & mancipiorum diuerſa nomina ſint. l. ſi idem. C. de codicil. idem tamen ſunt, nec aliud mancipiũ quam ſeruus vt alibi diximus, & hic diuerſimodè expreſſum eſt, vt variaretur oratio, neúe fieret verborũ inculcatio vt inquit glo. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. & in l. certi condictio. in prin. ff. eo. & qđ idem ſint probatur in l. mancipia. infra eo. & in l. mãcipia. ſupra ſi quis alte. vel ſibi. & in l. quod ſi nolit. in §. qui mancipia. ff. de edi. edi. cum ſimilib.

Et qđ de iure tertij eradicantis in totũ ius agẽtis, excipi põt vt hic per Saly. adde tu qđ in beneficialibus nõ procedit, quæ materia regiſtris planè, nõ plenè cognita eſt. vt dicit Anch. cõſ. 297. col. iiij. & iõ hoc caſu aliàs admitti non debet à principio, admiſſaq; & probata probãte nõ iuuabit. c. cũ cõtingat. de off. de. Anch. in loco palle. Aliàs ſic (vt dixi) ſi maximẽ opponẽs ius à tertio habeat vt declarat Pau. Caſt. hic, & Bertran. conſ. clxiij. nu. 9. vol. ij. & conſ. cccxvj. ad fi. vol. iij.

Et ꝙ exceptio intẽtionis & facti, pt p quẽcũq; opponi, ſecundũ Cy. hic. Adde Bal. conſ. cccclxx. in fi. uol. v. & nimirum (ut ibi ſubiicit) quia eradicat

dicat & anullat fundamenta agentis, eaque reddit minus uera.

Et quod propter frequentiam fugę ſeruorum ſi dominus probet uicioſam poſſeſsionem ſerui gerentis ſe pro libero, ſtatim feretur ſententia pro dño ut ſignáter per iſtú tex. dixit Iaſ. in l. naturaliter. in §. nihil cóc. col. xvii. ff. de acquir. poſſ.

Et quod denique ſeruus fugitiuus, uerbero nequiſsimus eſt, licet non declaretur, id eſt dignus uerberari, uerbumq; Plautinum eſt in amphitrio. actu ii. ibi. Tú me uerbero, audes herú ludificarier? & declinatur. uerbero uerberonis. Finis.

ADDITIO.

Quod tormenta inuenta ſunt, ſiue tortura, ueritatis eruendæ gratia, quam quæſtionem appellamus, & ſic non ad pœnam l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. & non ab re hic etiam ſubiicitur, ut aperta ueritate diſceptationis terminus fiat.

Imppp. Valens, Valentin. & Grat. AAA. ad felicem conſularem.

SI QVIS SERVVM FISCALEM putauerit occultandum non ſolum eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnæ nomine fiſci iuribus dependere cōpellatur. D. ii. id. April. Gratiano ii. & Probo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod hac pœna puniri non debeat quis, quanquam ſeruum fiſcalem occultauerit, quia ſic quadruplum excederet & malè. §. omnes. inſti. de actio. not. in l. unica. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. & maximè quia in ſeruis regulariter xx. ſolidorum, ſeu xii. eſſe ſolet. l. quicunque. ſupra eo. & quia fiſcus regulariter utitur iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de peti. hęre.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi eſt ſeruus fiſci conuenit etiam vt maiori pęna puniatur qui ipſum occultat, aliàs fiſcus non eſſet melioris conditionis quàm priuatus, & rurſum malè argu. in l. ne quiſquá. ff. de eden. & in l. ij. in prin. ff. de iur. fiſci. & in l. fin. C. de aduo. fiſ. & quia pœna a lege ſtatuta eſt à qua diſcedere non oportet, argumentum in l. proſpexit. ff. qui & à quib. c. in iſtis. iiij. diſt.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nó primum, quia id uerum eſt, quando pœna impoſita reperitur per nomina multiplicatiua, aliàs excedere poteſt quadruplum, & maximè quia certa eſt (ut dictum fuit ſupra) & ut per glo. & Docto. & fuſius in d. l. quicunque, ubi ego quoq; latè in ij. lect. Non ſecũdũm, quia id in ſeruo priuati locum habet nó fiſci vt hic. Imò ſi occultetur ſeruus Cęſaris, uel Imperatoris, quod minor pęna quoque occultanti infligitur quá ſi ſit ipſis fiſci. l. quiſquis. C. de fugi. colo. l. iij. C. de agri. & mácip. l. qui aliquę. de muſſ... lib. xj. Non vlti. quia uerú eſt in dubio at hic ſumus in caſu claro, quia ita lege expreſſum eſt, quorú duorú nó eſt par eadéq; rō. l. cótinuus. §. cú ita. ff. de ver. obli. ergo.

Præſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa & maximè quod in dubiú reuocari nó debet quod ſemel & bñ determinatú eſt à lege. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. l. nemo clericus. C. de ſum. Tri. & fi. cath. glo. egregia in §. & nos non latuit. in auth. quib. mo. nat. effi. legi. & ut hic, quod ſeruum fiſci occultans, pœna xij. lib. argenti puniatur.

Et quod quanquam fiſcus in dubio utatur iure cói, vt dictú fuit pariter & contra cú iudicetur. l. non puto. ff. de iure fiſ. attamē aliquo caſu priuilegiú habet, ut hic rurſum dr̃. Imò quádoq; maius quam pupillus inquit pulchrè Bal. in l. ſi tutores. C. de compen.

Et quod pœnæ grauitas, arguit grauitaté delicti. l. ſancimus. C. de pęn. l. quicúq; præall. & ibi no. ſupra eo. unde Mag. Sēté. dicebat, maius delictú Euę fuiſſe quàm Adæ. ex quo maius etiam punita eſt, ut in dolore pareret.

Et quod perſonarum qualitas, efficit ut recedamus à regulis & diſpoſitione iuris cóis, l. plenú. §. æquitij. ff. de uſu & hab. nanq; ſi ſeruus priuati occultetur, parú peccat. d. l. quicúq;. ſi uerò fiſci fuerit (ut ſupra) grauiter, & ideò maiori grauioriq; pęna occultans quoq; affici debet.

Et quod deniq; nó debet quis pmiú conſequi, ex eo quod doloſè & frauduléter facit, ſed pęná potius, quę ſemper delicto eſt cómenſurâda. l. ne ex dolo. ff. mâd. l. itaq; fullo. in prin. ff. de fur. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſol. ma. d. l. ſancimus. C. de pœn. non ab re igitur ſi etiam hic occultans ſeruú fiſcalem, hac pœna puniendus eſt. Finis.

De furtis & ſeruo corrupto.

Impp. Seuerus, & Antoninus. AA. Negociatoribus.

IN CIVILEM REM DESIderatis vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quã precium fuerit ſolutum à dominis. Curate igitur cautius negociari ne non tantum in damna huiuſmodi ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis. PP. kalen. Decembr. Chilone & Libone Coſſ.

Dubitãdi rõnẽ faciebat, ſi dñs uelit rẽ ſuã ſibi reſtitui, quod emptori preciú ſoluere teneatur, quia yr̃ caſus ad lr̃am in l. iij. ff. quod met. cau. & in l. emptor prædium. ff. de rei uẽ. aliàs cú ipſius emptoris iactura locupletarect, dicédú minimè quia hoc ipſa nã nó patit̃. l. nã hoc natura. ff. de cód. indeb. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. c. locupletari. eo. titu. in vj.

in vj. & ſic dominus haberet rē & precium & maleſ.l.ſi is cui.ff.de fur.& no.ſupra eo.in l.j.

Contrarium tamen hic deciditur,& in l. ſi mācipium. ſupra de rei uen. & ratio deciſionis eſt, quia res ipſa furto ſubtracta fuerat, quo caſu nec dominiū in emptorē trāſlatū fuerat, quod apud dominiū remāſerat.l.traditio.ff.de acqui.re.do. l.uſufructu.ij.C.de uſu & hab.Bar.in l.ſi uniuerſæ.C.de leg.regulareq; eſt apud quēcunq; reperiatur, poſſe uendicari, toto titu.ff. de rei uen. §. omnium inſti.de ac. & hinc uidemus, quod nec uſucapi pōt.§.furtiuè, inſti. de uſuca. & propterea ſubiicit hic text. curate igitur cautius negociari ne &c.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere, nō primū, quia utrobique precium uerſum fuerat in utilitatem domini, ut ibi apertiſsimè dicitur, quo fit ut nō æquè conueniat, rem ſibi reſtitui, niſi preciū ipſe quoq; refundat, & not.in l. ſuper empti, infra de euictio. Non ſecundum, quia non fit locuples hoc caſu, cum rem ſuā petat, emptoriq; imputandū eſt, (ut diximus) cur rem à fure emerit, & cautè non egerit negociando, arg.in reg. damnū.de reg.iu.in vj.& in l.qđ quis.ff.co. & in l.qui proprio.in §.idem è contra.ff. de procu. Nec eſt uerum ultimò quod dominus habeat rem & precium, quia tractat de damno uitando, non de lucro, deq; re ſua petenda, auctoritate legis, hoc ipſum ſibi concedentis, uſque adeò ut rē habeat tantū, non ēt precium rei, & ideò omnimodo (ut dictum fuit) & reſtitui debet.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quēadmodum inciuile eſt iudicare niſi tota lege perſpecta.l.inciuile.ff.de legi.ita inciuile eſt rem furtiuam nolle ab emptore reſtitui, niſi ſibi precium refundatur, ut hic. & quidā honeſtiſsimus eſt coarguēdi modus, quaſi dicat (hic rurſum tex.) inciuilem rem deſideratis, id eſt non ſatis honeſtam, non prius res furtiuas reddi dominis, quàm precium ab eis, uobis ſolutum ſit. alibi in ſimili deſiderium improbum uocat in l.ſanum mente.C.da tranſa.& in l. deſiderium.C.depo.& alibi inuerecundum in l.ſi & rē & precium.ff.de peti.hære.

Et quod res furtiua dicitur, ſi reperiatur in domo alicuius, aliis coniecturis concurrentibus ut hic per docto.Imol.in l.ſi.ff. de hære. inſti. Saly. in l.ſi.C.de quæſt. Alci.in trac.præſump. xxix.

Et quod dominus fortè teneretur ſoluere precium emptori (licet non dicatur) quando à latrunculis ſiue ab hoſtibus, res ipſa empta fuiſſet quia tunc empta uideretur nomine domini. l. mulier inops.ff.de capti.& poſtli. reuer. tradunt Veronen.cautel.x.& ſubiiciunt ibi, quod alio quoque caſu reſtituere rem non teneretur, niſi ſibi ſoluto precio, quando emendo ſcilicet proteſtatus fuiſſet, ſe emere nomine domini, ut ſibi precium uel intereſſe reſtituatur, poſt Hoſt.in §.ſi.uer.q̄d enim.de pœn.& re. & eſt cautela mirabilis.

Et ꝙ qui non docet à quo rē habuit, quā tenet eam ſubtraxiſſe præſumitur ſecundum Bal. in d. l.ſi.ff.de hær.inſti.& not.in deciſion.Tholo. clj. aliis tamen etiam concurrentibus ut dicto eſt ſupra.& nouiſsime declarat quoq; Fulg.cōſ. clxxv. col. ii.& ut hic etiam per doct. Bertran. in alta, conſ.cvii.nu.9.uol.i.

Et quod denique ſi res alicuius pignori detur, poterit à creditore uendicari, etiam debito non ſoluto, ex quo non potuit abſque conſenſu ſuo ius pignoris conſtitui, ut C. ſi res alie. pig. da. ſit, & de pigno. act. per totum. & nor. in c. nonne. de præſump. Abb. in c. ex præſentium.col.ii. de pigno.

Imp. Antoninus A. Secundo. 1

SI NONDVM REM TEMplo diuino dedicatam vitricus tues furto abſtulit: habes aduerſus eum furti actionem, PP. vj.id.Septēb. Læto ii. & Cereali Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod actio furti non detur aduerſus uitricum ex quo infamat. l.non debet.ff.de dolo, l.ſi ſuperſtitē.C.co.& maximè quia facta dedicatione, res templi eſſe uidetur.l.ſi.C.de ſacroſanc.eccle.

Contrariem tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt. quia eſto quod dedicata fuiſſet res templo diuino, non tamen proceſſerat dominus ad actum, quo fit (quemadmodum etiam inquit gl.) ut eſſe non poſsit alterius quàm dedicantis, uſq; adeò ut neceſſariò dici poſsit, furti actionē omnimodo dari (ut dictum eſt) contra uitricum.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, nāque primum, uerum eſt in patre, non in uitrico, quia eſto quod ſit loco patris & pro patre habeatur, non tamen eſt pater, argumentum in l.ſi maritus.in §.legis Iuliæ.& ibi Bar. ff. ad legem Iul. de adul.ubi aliud eſt eſſe talem & aliud haberi pro tali. & maximè quando ſubtrahit priuigno ut in ſimili in l.interdum.in §.qui tutelam. ff. de fur.& not.hic per docto.veriuſq; ſecundum, ſi ad actum proceſsiſſet, aliàs non, & fuſius ut per Bar. & Albe.hic pariter.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quod auferens ſacrum de ſacro, punitur ut ſacrilegus non ut fur, quod per iſtum tex.& per tex.in l.aut facta.ff.de pœn. & in l. diuus.ff.ad legem Iul.pecu.etiam dicit Ro.ſingul. cccxix.& ſubinde declarat uerum fore de iure ciuili, non de iure canonico, quoniam tunc incipit quis in furtum & ſacrilegium, poteſtq; una uel alia pœna puniri, & plus quod ſemper ius iſtud canonicum ſequendum eſt, c.quid ergo. xxiii. q. iiii. Archi.in c.corpora.de conſec.diſt. i.

Et quod denominatio fit ſemper ab eo quod eſt, non ab eo quod erit, unde ut inquit etiam Bald. hic ſi teſtator mandet fieri eccleſiam in

domo ſua, uel ſcholam erigi ut olim Hannibal ruggerius noſter, non tamen interim dicetur ſchola ſiue eccleſia.& ſi electus interficiatur non propterea interfectus dicetur eps.c.ita nos xxv. q.ij.c.tua de his quæ fi.à præla.c.cū dilecti de dolo & cōtu.Staphil.de præroga.expe.fo. xciij.nu. 27.Nig.in l.i.in §.qui mandatam colū.iij. ff. de offi.eius cui mandata eſt iu.

Et quod ut ſacrilegus puniendus eſt qui Chriſto ſubtrahit ouem, ideſt iudęum uolentem baptizari, ut ſignanter per iſtum text. dicit etiam Bald. (& eſt pulcherrimus caſus) conſil. cccxv. col.j.ij.uolu.j.& ut latius declaratum eſt ſupra.

Et quod bona morientis intra annum probationis, non dicuntur eſſe Monaſterij,ita Bar.in authē.ſi qua mulier ad fi.C.de ſacroſan.eccl.Fel. ubi ea de quibus etiam ſupra & ad propoſitum multo plura,in c.cum adeo col.ij.de reſcrip.

Et quod denique deſtinatum nō habetur pro completo.l.cętera.§.ſed ſi parauerit.ff.de lega.j. Staphi.& Fel.ante eum in locis de quibus ſupra dixi ego late (brocardicumque eſt) in Millelo. quij centu.Interrogatio j. Finis.

Imp.Alexander. A. Pythidoro.

ALIENVM SERVVM SINE uoluntate domini, qui ſciens uendiderit, ſeu donauerit, uel alio modo alienauerit: nihil domino diminuere poteſt, & ſi contrectet, uel apud ſe detenuerit, etiam furtum facit. P P. kal.Maii. Iuliano. II. & Criſpino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uenditio ſerui alieni,ſiue donatio,& alienatiovaleat,quia uidetur caſus ad literam in l.rem alienam. ff. de cont.emp.ubi rem alienam diſtrahere quem poſſe nulla dubitatio eſt, inquit ibi.I.Con.de ſeruo idem iudicamus quod de re eti am uili.l. omnia. §.fi.ff.de lega.ii.l.ſi ex duobus.ff.de noxal.not.in l.i.ff.ſi cer.pet. ergo. Et quod etiam ſi detineatur, furtum non committat, qui detinet, ex quo uidemus quod nec fit ſi quis depoſitum inficietur.l.inficiando.ff.de fur.

Contrarium tamen hic deciditur in utroque dicto,& quo ad primū,ratio deciſionis eſt, quia ſi dominus dicti ſerui dominium habet,poſſeſsio nemq; retinet, non æquè couenit ex venditione eiuſdem,ſiue donatione, vel alio modo alienatione facta,ſibi in aliquo præiudicari. quo ad ſecundum verò,quia certum eſt, cui conueniunt verba diffinitionis, quod eidem quoq; diffinitio cōuenit.l.iiii.§.toties.ff.de dā.inf.Bar. in l.j. ī prin. ff.de teſta.vulga.l.oīs diffinitio.ff.de reg.iur. l.j. §. primo . ff.de dolo.ſed detinenti & ſic contrectanti conueniunt verba furti poſita in l. prima.ff.de furt.& in §.furtum.inſti. de obl. quę ex delic. naſ. ergo qui contrectat ſiue detinet furtum facit.

Ad oppoſita reſpondetur,& facilè quidem, & ad primum,verum eſſe,quo ad præiudicium vēdentis,ſed non domini,cui nihil (vt inquit text. hic) diminui poteſt. Imò quod nec in re mobili quod dicitur in d.l. rem alienam, locum habet, quodque furtum committit vendens,ſi rem venditam tradat,quia cōtrectat vt hic not. & eſt tex. ſingul.in l.ſi quis vxori.in §.neque. ff. de fur. eſt verum quod emptori titulum præbet, & vſucapiendi conditionem, ſi bona fides ad idem concurrat tamen.l.iij.ff. de vſucap. & ibi not. Non ob.ſecundum,quia dicto caſu etiam furtum non facit, quandoquidem contrectatione (vt dixi) opus ſit,nec verba ſeu ſcripta ſufficiant.d. §. neque,hic autem contrectatio eſt & detentio,ergo. Imò quod etiam inficiatio depoſiti, quanquam furtum non ſit,propè furtum eſt tamen. d. l. inficiando.in prin.

Præſtatq; nobis hæc lex argumen.ad multa & maximè, quod delicta damnabili facto contrahūtur,vt hic etiam per Bal.& probatur in d. l. inficiando.vbi in ſimili veritatem negare dolus eſt, tradit idem Bal.in l.i.in prin.C.ſi aduer.dolum.

Et quod rei ſuæ furtum non committitur ſi contrectatio eſt alienæ.d.l.j.ff.de furt. ſicuti nec adulterium cum vxore.§.item lex Iulia.de adulteriis.inſti.de pub.iud.

Et quod ſimili modo,rei hæreditariæ fieri nō dicetur, quandoquidem dominum non habeat. l.ſi ſeruus legatus.& ibi Flor.ff.de noxal. Bar. in l.hæreditariæ.ff.de fur.

Et quod furtum à damno differt,quia iſtud cū corruptione & damnificatione rei fit, illud verò cum amotione, quia cōtrectatio nil aliud eſt niſi motio de loco vt hic.& in l.iii.in §. ſi rem. ff. de acqui.poſ.declarat Flo.in l.ſi oliuam.in prin. ff. ad legem Aquil.

Et quod deniq; ſi pulli fugiant in domo ſcholaris,iſque eos claudat animo comedendi,furtum committit,nō ſecus ac is qui alienum ſeruum detinet,vt hic.& tenebitur furti,ſi autem eos poſtea mutato conſilio dimittat, non, ita pulchrè Bart. in l.qui ea mente.intra eo.Flo.in l. Quintus. ff. ad legem Aquil. Finis.

Imp.Alexander. A.Dato.

SI IS, CVI TE PECVNIAM ad matrem tuam perferendàm dediſſe proponis,parua quātitate numerata, reliquam in vſus ſuos conuertit:furtum fecit. PP. idib. Iun.Modeſto & Probo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod furto non fecerit is, qui pecuniam alteri perferre debebat,

ex quo

ex quo mittentis uoluntatem habuit, & furtum hinc contrectatio rei alienæ inuito domino facta l.i.ff.de fur.§.furtum inſti.de ob. quæ ex del. onde cui non conueniunt uerba legis & diffinitionis eidem nec conuenit diffinitum.l.iiii.§.totiens.ff.de dam.infec.Bar.in l.i.in princ.ff.de teſta. & quia in eum cui perferenda pecunia data fuerat,dominium quoque fuerat tranſlatum,quo fit ut nullo modo furtum dici debeat. l. in naue ſaupheli uer.Idem iuris.ff.loca.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ſi in uſus ſuos pecuniam conuertit,contrectauit, furtum (ut diximus)eſt contrectatio rei aliene inuito domino facta,ergo & furtum commiſit d.l.i.& aliis ut ſupra.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, non primum. quia uerum eſt, uoluntatem mittentis habuiſſe, perferendi pecuniam, ſed non in uſus ſuos conuertendi, & ideo contrectauit & furtum commiſit. Non ſecundum quia non eſt uerum, niſi in caſu quando ſibi fuiſſet numerata, quod hic non apparet, ex quo redditur dubia deciſio Bar. in l.cius qui in prouincia in uer.quas uero. ff.ſi cert.peta. & Bal.in l. incendium ad fi.C. eo. & refert Iaſ.in d.uer.quas uero col.iiii.quod iuuenis quidam ſuſpenſus laqueo fuit, quodque à Flor.& Imol.defendi nõ potuit. & maximè quia (ut dicit tex.)parua quantitate numerata,reliquã in uſus ſuos conuertit. Idem Iaſ.in l.ſi ego ad fi. ff.eo.imo.met.in l.ſi tibi.ff.de dona. Caſſan. latè in tracta.conſuetud. burgun.in §.v. ſi aliq.committat ſimplex latroci.num.9.præſtatque nobis hęc lex arg.ad multa,& maximè, quod ſi mando procuratori meo,ut rem tibi tradat,iſque eam in ſuos uſus conuertat,dominium tibi non acquiritur, nec conſequenter condictio furtiua,quæ datur domino,ſecus uero ſi procurator tuus fuiſſet, ut hic plene per doct.adde tu Alex.cõſi.lxxxiiii. ad fi.uolu.primo.

Et quod parũ & nihil æquiparantur.l.quãuis. ff.de condic.& de.l.ſi oleum.ff. de dolo.l.ſcio.ff. de reſti.in int.Bal.in auten.præterea ad fi.C.vnde uir & uxor.Corſe.in tracta.de minimis col.i. nimirum igitur ſi furtũ committitis de quo hic, non conſiderata parua pecunię quantitate,quam numerauit matri mittentis,ſed quod reliquam in ſuos uſus conuertit.

Et quod dolo carere non uidetur, qui non facit id ad quod tenebatur.& erat obligatus.l.dolus.ff.manda.c.cum æterni de re iud.in vj.Anch. conſi.cccxvi.col.ii.Corn. conſi. cxxviii. colũ.ii. uol.iii.& conſi.ccxl.ferè in terminis,nu.6.uolu. iiii. Et quod non ſeruare fidem eſt mentiri.d.l. dolus Bal.conſi.xxiiii. col.i.uol. ii. Mendacium autem abhominale,(ut ibi ſubiicit) ergo.

Et quod denique conuertere pecuniam,quam alteri quis perferre debebat in proprios uſus,eſt cõtrectare.l.iii.§.ſi rẽ.ff.de acqui.po.nimirũ igitur ſi is qui hoc idem facit furtũ cõmittit ut hic. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. ædiſio.

SVBTRACTO FVRTO VEL ui abrepto mancipio,quamuis rebus humanis non oblatum fuerit exemptum, tam ad raptorem, quàm ad furem periculum redũdabit, & uterque eorum pœna legitima coercebitur.S.VII.Cal.Febr.Sirmii. ✱

Dubitandi rationem faciebat, quod nec raptoris nec furis ſit periculum, ex quo regulare eſt debitorem ſpeciei, perempta ſpecie,liberari.l.ſi ex legati cã.ff.de uer.ob.not.doc.ubi & nos late, in l.quod te mihi.ff. de uer. ob. Et uidetur caſus in l.parui refert.ff.de condi. fur.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt quoniam raptor & fur ſemper eſt in mora,re ipſa.l.in re furtiua.§.i.l.fi. ff.eo.Bald.in l.ſi ex furtiua cã per illum tex. ff. eo.l.i.furti. §.i. l.inter os.ff.de fur. mora delictum eſt, & moroſus furi æquiparatur.l.omne delictũ.§.contumacia.ff.de re mil.l.inter ſtipulantem.§. pen.ff. de uerb.obl.ex delicto quis premium conſequi non debet.l.itaque fullo in princ.ff.de fur.l.ſi ab hoſtibus.§.i.ff.ſol.mat.l.ne ex dolo.ff.de dolo.c.ſedes apoſtolica de reſcrip.ſed pena potius cohercери,igitur non mirum ſi hoc caſu eorum,raptoris ſcilicet ſeu furis,periculum eſt,ſique pena legitima ſunt cohercendi.fur dupli, Raptor uero quadrupli ante annum,in ſimplum uero poſt.l. de his.j.eo.l.merito.ff. de ui & ui ar.& inſti. ui bo.rap.in princ.

Ad oppoſita facile reſpondetur, & maximè ad primum id uerum eſſe, quando debitor non eſt in mora, uera uel præſumpta, nec ſibi dolus aut culpa imputari poteſt, quo caſu intelligitur tex. in d.l.ſi ex legati cã, & notata in d.l. quod te mihi.& de materia aliàs plene in l. ſi inſulam.ff.de uerbo.obl.ſed hic fur & raptor ſunt moroſi dolus & culpa eis poteſt imputari ut ſupra ergo nõ mirum ſi tenentur & ut hic per docto latius. Nõ ob.ſecundum quia ſecum reſponſionem habet id quoque eo caſu dicendum eſſe, quia per oblationem ſpeciei mora prorſus erat purgata,ſiue nitiũ rei furtinę,aut rapie,quo caſu rurſum, ſi per dominum ſteterit, ſibi erit imputandum ipſiusque periculum & non eorum.

Præſtatque nobis hæc lex arg.ad multa & maximè quod raptus crimen eſt grauius furto,quod apparet & genere pœnæ nãque(ut dixi) in quadruplum punitur raptor intra annum, fur uero non manifeſtus in duplum, & eſt arg. in l.ſancimus.C.de pen.not.in l.quicũque.C. de ſer.fugi.

Et quod uis hæc ablatiua eſt, cũ de ſeruo agatur utpote de re mobili.l.oĩa.§.fi.ff. de lega.ii.

not.in l.j. ff. ſi cer. peta.& actione ui bo. rap. ad aliarum differentiam de quibus per Bar. in l.extat num. 3. ff. quod met.cau.& not.in l.j.C.quod met.cau.

Et quod in actione perſonali ex delicto deſcendēte, nō debet adhiberi diſtinctio an res eſſet eodem modo peritura quia indiſtinctè periculum eſt debitoris,ut hic & in d.l.j.quod met.cau. & in d.l.merito.& in l.j.in.§.rectiſsimè.ff. eo, de ui ar.Bar.in d.l. quod te mihi nu.10.ff.ſi cer.pet.

Et quod in contractu emptionis & uenditionis uenditor recepto precio re ipſa eſt in mora, ut fur & raptor hic, uſque adeo ut teneatur ad uſuras.l.Iulianus.§.ex uendito.ff.de actio.empti. l.curabit.C.eo.Bar.in l.uinum col. ſecunda.ff. ſi cer.peta.

Et quod denique ſi eſtimatio officio iudicis fieri debet,moraq; cōtracta ſit tempore celebrati contractus, uel promiſsionis, non aliud tempus quàm ipſius contractus inſpicitur.l.ratio.§.ſi per uenditorem.ff.de actio.emp. Idem Bar.in d.l.uinum col.iiij. Finis.

ADDITIO.

Quod ſtant iſta ſimul quod aliquid ſubtractū ſit, & tamen in eo furtum non cōmittatur, quod ex eo liquet,quia hic poſt uerbum ſubtracto furto ſubijcitur, & not.glo.quā ibi not.Saly.& poſt eum Deci.ſeni.in l.ſub prætextu col.ſecunda.C. de tranſac.

Imp.Dioclet.& Maximian.AA. & CC. Domno.

POST DECISIONEM FVRti leges agi prohibent. Quod ſi non tranſegiſti, ſed de ſublatis partem tantum accepiſti: reſidua uendicare uel condicere, & actione furti apud pręſidem Prouinciæ agere potes. D. kal. Decēb. Sirmij. CC. Coss.

Dubitandi rationem faciebat (quo ad primū dictum) quod reſiduum peti poſsit, quia uidetur caſus clarus in l.ſi pro fure, in prin. ff.de condic. fur.ubi tranſactione non obſtante, quis ad agendum admittitur.eoq; magis,quia non æque conuenit,furem cum domini iactura locupletum fieri l.nam hoc natura.ff.de condi. ind.l.iure naturę.ff.de regu. iu.c.locupletari eod.tit.in vi. Quo ad ſecundum uero,quod ad reſiduum agi nō poſſit tunc, quando ſcilicet non eſt tranſactum,quia dominus accipiendo partem tranſigere uidetur & furem ipſum debitorem liberare. quo caſu nō deberet poſſe ad reſiduum agere.l. tranſactio nullo dato uel retento.C.de tranſact.

Contrarium tamen hic deciditur, & in utroque dicto quidem, & ratio deciſionis eſt quo ad primum quia cum tranſigitur aliquo dato, ſtatim reſiduum remitti uidetur.l. ſi quando.§.fi. C. de inoffi.teſta.l.qui ſolidum.ff.de lega.ij.l. Lucius. §.fi.ff.ad Trebel.d.l.tranſactio nullo dato uel retento. Quo ad ſecundum uero, quia particularis ſolutio debitorem non liberat.l.tutor.§. Lucius. ff.de uſuf.argumentum in l. creditor qui nō idoneum pignus.ff.ſi cer.pet.& in l. cum de indebito.ff.de proba.& ideo ſubijcit tex.rei uendicatione agi poſſe & furti, & nimirum quia vna non tollit aliam, eſtq; rei uendicatio perſecutoria, furti uero pœnalis.d.l.ſi pro fure §.j.ff.de condi. fur.not.in l.ancille, quę præcedit ſupra eod.

Ad oppoſita reſpondetur parum facere, nanq; primum nō ob.quia (ut etiam glo & Bart.hic declarant) ibi ſuper actione furti, ſeu condictione furtiua tranſactum erat,hic uero ſuper furto, & ſic ſuper facto,quorū duorum non eſt par eadēq; ratio.l.ſi ex plagis.§. in cliuo.ad legem Aqui.ergo. Non ſecundum quia domino tranſigenti debet imputari,arg.iu regu.dānū de reg.iu.in vj.& in l.j.in §.uſque adeo.ff. de iniur. & facit uulgatū illud.tuo te gladio iugulaſti. Non ultimum quia nec id uerum eſt,cum nihil datum ſit tranſactionis cauſa, ſed pro ſolutione partis debiti, eſtque argumentum in d.l.cum de indebito.ff.de proba. & ut hic per Doct.latius.

Præſtatque nobis hæc lex arg. ad multa,& maximè,quod qui petit reſiduum ſibi debitum non dicitur inepte agere,ut ſignanter per iſtum tex.inquit Bal.in d.l.ancille col.iiij.ſupra eo.

Et quod ſecus eſſet ſi quis ageret lege reſiſtente.l.cum lex.ff.de fideiu.quoniam tunc ſine actione experiretur,& male.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff. de neg.geſt.ex quo paria ſunt nō habere actionē, uel inepte agere.l.j.ff.ſi men.ſal. mo.di.l.non uidetur.ff.de regu.iu.l.& eleganter.§.ſeruus pactionis.ff.de dolo.

Et quod non ab re tranſactio, deciſio uocatur hic, quoniam tunc res acta, finita,deciſa & terminata dr.l.cauſas.C.de tranſac.c.j. de lit.cōt.in vj.

Et quod noſtra intereſt habere plures agendi formulas, quibus nobis ſuccurſum ſit, l. non eſt nouum.ff.de actio.empt.l.quod in hęredem.§.eligere.ff.de tributo.ac.l.cum filius. §.uarijs.ff.de lega.ſecundo.

Et quod denique legis uirtus non modo eſt imperatores punire, permittere, & uetare, uerū etiā conſulere.l.legis uirtus.ff.de legi.l. is qui deſtinauit.ff.de rei uend.& ut hic, dixique ego late in libro qui πωταγιτοι legis inſcribitur. Finis.

Imp.Dioclet.& Maximian. AA. & CC. Dionyſio.

EOS, QVI A SERVO FVRtim ablata ſciētes ſuſceperint, non tantum de ſuſceptis conuenire, ſed etiam pœnali furti actione potes.

potes. D.VIII.kal.Ianuar.Sirmij.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſuſcipiēs res furtiuas non teneatur, quia uidetur caſus ad literam, in l.iii.in §.non tantum. ff. de incen. rui. nauf.ubi quis ſcienter rem furto ſubtractam recepit,& tamen non tenetur, & ſic de directo contra iſtum tex.& quia ſi ſeruus ipſe furti non tenetur.l.ſerui & filij in princ.ff.eo.nō debet quoque teneri receptator qui eſt ei acceſſorius.l.ſi is qui. §.ſi tu titien.ad fi.ff. eo. & quia denique agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.c.j.de offi. del.ſed agens nō tenetur furti,ergo nec receptās.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia ſcienter ablata ſuſcepit, & ſic animo.contrectandi,quo caſu furtum committit.l.j. ff.eo. §. furtum, inſti.de ob. quæ ex del.naſ.ergo non mirum ſi actione furti tenetur,& ſi conueniri poteſt.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia recepit ibi non malo tamen animo, ſed ut rem receptam domino reſtitueret, & ita quoque præſumendum eſt.l.merito.pro ſo.c.j.de ſerui. fa. & ſic furtum commiſſum non fuit, nec conſequenter furti tenebitur. Non ſecundū quia ſtant iſta ſimul quod ipſe furti rurſum non teneatur,receptator autem ſic,quàmquàm acceſſorius, quia æque principalis,quia contrectatio facta eſt tunc,& ſic licet obligatio non accedat obligationi,accedit tamē factum facto , & ut hic per Doc. latius, ex quibus tertium quoque tollitur, quod ad idem tendit, quandoquidem receptans contractet (ut dixi) agens uero non, & ſic non ſemp uera regu.d.c.j.ubi maximè diuerſitatis ratio poteſt aſsignari ut hic.

Præſtatque nobis iſta lex arg.ad multa,& maximè., quod recipiens rem furatam punitur ſicut fur ipſe.l.crimen & ibi Bal.C. ad legem Iul.de ui pub.uel priua.& ut hic.

Et quod quanuis furtum ſit delictum iam conſumatum,adhuc tamen durat,& fur ſemper furatur,donec rem contrectat, ideo recipiēs rem ſiue furem cum re,dat opem furto,l.inficiando. §. infans.ff.de fur.Bar.in l. furtum.ff. eo. qui ibidem infert,quod præſtans opem, ad aliquem euadendum, non uidetur præſtare maleficio iam facto, uſque adeo ut nec teneatur quia in eo diuerſa eſt ratio. & eſt intellectus ad iſtum tex. late ego in d.c.j.nu.45.de offi.de.

Et quod maximè iſtud de quo hic procedit in recipiente res furtiuas à ſeruo alieno, ex quo ſic recipiens inſtruit ipſum ad delinquendum,ut declarat Hippol. Marſi.in l.ſi in rixa.col.xj.ſiue aliter.nu.58.ff.ad legem Corn.de ſica. Tamen cogitatu,quod exempla non reſtringunt regu.l.damni infecti ſtipulatio pertinet.ff. de damno infect. §.Hactenus inſti.de gradi.quodque ratio generalis eſt ut ſupra & quod ob id dictum licet particulare ſit extenditur tamen & ampliatur ad limites rationis.l. regul. §.& licet.ff.de iur. & fac. igno. & ibi Bart.

Et quod facientes & conſentientes conſenſu cooperatiuo pari pœna puniuntur,præallega.c.j. ubi glo.not.de offi.de.

Et qđ denique prouerbiū uetus, pro tritūque uerificari hic uidetur tantundem qui tenet,quantum qui excoriat, puniri debere,ſiue alias, quod tantum habet qui tenet, quantum qui excoriat pulcherrimusque eſt arguendi modus.l. ſi chorus.ff. de lega.iij.l. ſolent. ff. de offi.procon.ibi uetus prouerbium eſt. Finis.

Imp.Dioclet.& Maximian. AA. & CC.Socratæ.

FVRTI ACTIONE MINIme teneri ſucceſſores,ignorare non debueras.De inſtrumētis autem ablatis in rem actione conuenire potes tenentes.D.III. kal. Ianua. Sirmij.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod actio pœnalis contra ſucceſſores detur, quia dicitur in l. iij.in §.idem ſcribit & in §. ex cauſa.ff.de pecu. quod ex maleficio de peculio datur contra patrem, uſque adeo ut hac de re mirum non ſit, ſi dari debeat & poſsit etiam contra ſucceſſores.l. à titio.ff.de uerb. obl.l.illud.ff. ad legem Aquil. & uidetur caſus in c.parrochiano de ſep. & in c. j.de uſu. in vj. ubi actio ex maleficio pariter datur contra hæredem uſque ad uires hæreditarias. & quia hæres & ſucceſſor perſonam defuncti repreſentat.§.j.in auten.de iureiu.à mo.præſti.l.legato.ff.de condi.& de.arg. in l.mortuo.ff.de iud. & in l. quedam in §.nihil.ff.de eden.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia actio furti,pœnalis eſt & odioſa,& conſequenter non extendenda.ut detur cōtra hęredes.l.hæc actio in prin. ff. de ſer.corrup. §.non tantum inſti. de perpe. & temp.actio. arg. in l.non debet.ff.de dolo. Ancha.conſi.244.col. ſecunda & licet uidere, quia tex.hic ſubijcit, in perſecutoria, rei uendicatione, & ad exhibendū fore ſecus dicendum.

Ad oppoſita reſpondetur,nihil facere,nō primum quia ſuper ea facta fuerat litis conteſtatio, quo caſu,pater incipit teneri ex quaſi contractu, celebrato litis conteſtatione.d. §. idem ſcribit. Bar.in l.j.nu.10.C.de lit.cont.nos autem loquimur quando ante litem conteſtatam delinquens mortuus eſt,morte crimina extinguuntur, moreſque ipſa omnia ſoluit.c. quorundā.23.d.not. in c.à nobis de ſen.excom.& in c.cauſamque qui fil.ſint legi.§.deinceps in auten.de nup.ergo.Nō ſecundum quia id uerum eſt de iure canonico. uel & latius ut per Bar.in l. j. ff. de priua. del. & pan.caſſ.hic.Non tertium denique & ultimum,

quia

quia fallit regu. quoque dicto caſu, quando actus non eſt tranſitorius ad hæredes. l. ſi is cui. ff. rẽ rat. hab. argu. in l. i. C. de priuil. dot. & in l. Pomponius ubi glo. ff. de rei uend. Iaſ. in l. argẽtarius col. i. ff. de eden.

Præſtatque nobis hæc lex argu. ad multa, & maximè, quod odia reſtringi debent fauores uero ampliari. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. l. hoc modo ad fi. & ibi glo. ff. de cond. & de Bar. in l. quia ſemper. ff. de in ius uo. Nimirum igitur ſi pœnalis actio, hic non datur contra ſucceſſores vt dictum eſt.

Et quod leges non debent ab aliquo ignorari. l. leges ſacratiſsimè. C. de legi. aut à ſe ipſos, aut conſulendo per.tos, ut ibi & in l. in bonorum. ff. de bo. po. & in l. regula in prin. & in §. pe. ff. de iu. & fac. igno. Alex. conſi. xciii. col. iii. uol. ii.

Et quod delicta debent ſuos auctores tenere. l. ſancimus. C. de pen. quodque in dãnũ uocari non conuenit rem quę culpa caret. ut inquit tex. in c. cognoſcentes de conſti. Rota deciſio. cccc xxv. ad fi. de re iud. in nouiſs.

Et quod nemo ex iuris promiſsione lædi debet, ſiue damnum pati. c. cum eccl ſia uulterana de elect. clem. vnica de re per. Rota in loco p̄al.

Et quod denique ciuilia à criminalibus diſtinguuntur, quàmquàm ſimilia ſint, deque ciuilibus ad criminalia arguamus & econtra. l. abſentem. ff. de pęn. l. eos. §. ſuper his. C. de ap. l. ne cauſa. l. à proconſulibus. C. eo. & inſti. de pub. iud. in princ. Bar. in l. edita col. v. C. de eden. Finis.

Imp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Artemidoto & aliis.

SI SERVVM VESTRVM, nutriendum qui ſuſceperat, uenumdedit: furtum cõmiſit. Kal. Octobr. uiminarii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod uenditor hic furtum non committat, quia uidetur caſus in l. i. in §. fi. & in l. ſi quis uxori in §. neque. ff. de fur. ubi quis ſeruum aliorum uendidit, & tamen furti non tenetur. et quia cui non conueniunt uerba diffinitionis, eidem nec conuenit diffinitum. l. iiii. §. totiens. ff. de dam. infec. Bar. in l. i. in princ. ff. de teſta. ſed hic uẽdenti non conueniũt uerba diffinitionis de quibus in l. i. ff. de fur. & in §. furtum inſti. de ob. quæ ex del. naſcun. ergo. Et quia res aliena etiam uendi poteſt l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. ergo & ſeruus qui uenit rei appellatione. l. oĩa. §. fi. ff. de lega. ii. not. in l. i. ff. ſi cer. peta.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi contrectat domino inuito, iã non aliud dici poteſt, niſi quod ſit fur, quodque furtum committat. l. i. ff. de fur. præallega. d. §. furtum inſti. de obl. quæ ex del. naſcun. ergo & furti tenebitur.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum quia id uerum eſt, inque ſolo uerbo ſibi locum uendicat & quando uenditio ſimpliciter facta eſt, hic uero quando etiam traditio interuenit uera uel ficta, puta, quia res ſit in præſentia, & ſic contrectatio facta rei uendite, ſiue ſerui & ut hic per glo. & doct. late. Non ſecundum, quia conueniunt ſaltim ficte ſi non uerè & ſufficit, l. qui ad certum. ff. loca. l. ſi filius & ibi Iaſ. ff. ſi cer. peta. Non tertium denique & ultimum, quia eſto quod res aliena uendi poſsit, nullaque dubitatio ſit. d. l. rem alienam non tamẽ debet poſſe uendi ſeruus hic, qui uendenti nutriendus datus fuerat, & ut infra latius.

Præſtatque nobis hæc lex argu. ad multa, et maximè, quod paſtor (ut inquit etiam Bald. hic) non debet effici lupus, imò quod ita ſummat iſtũ tex. eſtque loquendi modus per metaphoram, ſed melius dixiſſet, (ut prouerbio dici ſolet) boni paſtoris eſt pecus tondere, non deglubere.

Et quod à ſimili tutor, qui rerum pupillariũ adminiſtrationem habet poteſtatem intercipiendi non habet, neque ei data eſt, uſque adeo ut ſi quid fraudandi animo amouerit, furtum faciat pariter. l. tutor. ff. de fur. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empto.

Et quod dolo non caret. qui non facit id ad quod tenetur & obligatus eſt. l. dolus. ff. man. l. ſi procurator. §. dolo. ff. eo. l. dolo. ff. ad legem ſal. nimirum igitur ſi hic qui uenundedit ſeruum, doloſus eſt, ſi furtum committit, ſique demeretur ſemper. l. Lucius. §. Lucius Titius dam. ff. de lega. ii. Pau. Caſt. in l. actione ad fi. C. de trãſac. Corn. conſi. ccxl. nu. 3. uol. iiii.

Et quod quàmquàm res aliena poſsit uendi, d. l. rem alienam non tamen licite uenditur ſcienter et multo minus in caſu iſto, ut etiam habetur in l. ciuile et in l. alienum ſupra eod. et in l. ſciens. C. de uſucap. pro emp. et in l. ii. pro dona. Corn. conſi. lxxix. col. iii. uol. iii. et conſi. ccxcix. nu. 6. uolumi. iiii.

Et quod denique fieri non debet id, quod honeſte fieri non poteſt et de iure l. nepos proculo. ff. de uerb. ſig. Bal. conſi. cccxxvi. col. ii. uolu. i. et in l. teſtõ. ff. de teſta. tute. Corn. in prealleg. conſ. ccxcix. maximè quia qui aliter facit, delictũ cõmittit, et punitur ut hic et in l. eos et in l. alienum ſupra eod. Finis.

Imp. Dioclet. et Maximian. AA. et CC. Cononi.

QVAMVIS ETIAM EXPIlatę hęreditatis criminis promiſcuus uſus exemplo actionis furti ream uxorem fieri non patiatur: tamen hæredes, itemque filii ſuper

per

per his, quæ de patris bonis poſsidet, aduerſus eam in rem actione experiri non prohibentur. D. idib. Decemb. Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod contra uxorem agi poſsit crimine expilate hæreditatis exemplo actionis furti, quia mortuo marito promiſcuus uſus qui erat inter eos deſinit uſq; adeo quàmquàm furti non detur.) ut debeat poſſe intentari contra eam crimen (ut dixi) expilate hæreditatis. Et maximè ne delicta remaneant impunita, alijſque delinquendi præbeatur occaſio. l.ita uulneratus.ff. ad legem aquil.l. cõuenire.ff. de pactis dotal.l.ſi vnus.§.illud.ff. de pac.& uidetur ad propoſitum pro hoc caſus clarus in l. de his.ſupra eod.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia actio furti, & expilate hæreditatis odioſę ſunt & famoſę, nec dantur contra uxorem, propter promiſcuum uſum, cum ſint ſocij diuinæ & humanæ domus, & in honorem bene tranſacti matrimonij l.aduerſus.C. de cri.expi.hæ.l.ij ff.de ac.re.amo.l.ſi rerum iuncta gloſ. ff.de re iud.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum. quia eſto quod maritus mortuus ſit, fingitur uiuere tamen, arg.in l.filij in §.j. ff.ad munici pa.nec minus operari debet fictio hoc caſu quàm ueritas.l.qui ad certum.ff.loca.l.ſi filius.ff. ſi cer. peta.& ibi Iaſ.& alij.& ſic promiſcuus uſus durare. Non ob.ſecundum quia eſto quod non agatur ea ratione expilate hæreditaris, agitur tamen (ut tex.met dicit) rei uendicatione. eſtque argu. in l.non debet.ff. de dolo. & in l.hæres.ff. de nego geſt. & in l.ſecunda. & in l.liberto. ff. de ob. pat.preſtan.Cy.in l.i.C.eo. Non ultimum deniq; quia id uerum eſt in nouerca non in uxore, inter quas longa eſt differẽtia, cum non ea reuerentia debeatur nouerce, quæ matri. inducit enim maritum falſis ſuggeſtionibus ad iniuriam faciendam ſanguini proprio, inimica communiter priuignorum, dicta quaſi nocens arcus.l. non eſt.n. & ibi Pau Caſt.ff.de inoffi.teſta.Soci. in l.i.C.de in ius uoc.Bertran.conſi. cc.nu.4.uolu.iii.& fuſius conſi.cccxxxvi.nu.15.uolu.i. & hinc uulga. illud Maro.

Eſt mihi nãq; domi pater, eſt iniuſta nouerca. Præſtatque nobis hæc lex arg.ad multa, & maximè quod qualitate perſonarum inſpecta, uerbis temperanda eſt actio, argu.in l.plenum in §.æqui tii.ff.de uſu & hab.ecce in factũ cõtra patrẽ ubi aliàs de dolo daretur, d.l. non debet.& hic rei uẽdicatio, non expilare hæreditatis uel furti.

Et quod forte ſecus eſſet ſi mulier tranſiret ad ſecunda uota, ex quo fidem frangit, gaudet de morte uiri, eiuſdem contriſtat animam eique fit inimica.l.ſed ſi hac.ff. de in ius uo.l.pater ſeueri nam.§.ſocrus ad fi.ff.de cond.& dem.§ quæ uero in auten.de nup.l.cum in fundo.§.ſed & ſi.ff. de iure do.cogita.

Et quod rei hęreditarie furtum non fit, quo caſu non mirum eſt, ſi crimine expilate hæreditatis agi poteſt regulariter, exemplo actionis furti. l.fi.ad fi.ff.de cri.expi.hæ. & ſi ut hic in uxorem agi non poteſt, ſicuti nec furti actione, ſed actione rerum amotarum.l.i.& ii.ff.de actio.re.amot. l.uxore.ff.de cri.exp.hæ.

Et quod rei hæreditariæ rurſum non fit furtũ ex quo eſt contrectatio rei alienæ inuito domino l.i.ff.de fur.§.furtum, inſti.de ob.quæ ex del. naſ.ſed res hæreditaria dominum nõ habet ergo.& ita uo.declarat Bar.ĩ l.hęreditarię.ff.de fur.

Et quod denique, quę conueniunt in uirtute, dicuntur etiam conuenire in effectu, ut hic actio furti, & crimen expilate hæreditatis, nimirum igitur ſi dicitur exemplo actionis furti, crimen expilate hæreditatis in uxorem non dari.l.i.ff.de lega.i.Bal.in l.cũ mulier col.xiiii.ff.ſol.mat.Fin.

Imp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Dionyſiodoro.

IN EVM QVI EX NAVFRAgio uel incendio cepiſſe, uel in his rebus damni quid dediſſe dicitur intra annum utilem ei, cui res adeſt, quadrupli: poſt in ſimplũ actionem proditam, præter pœnã olim ſtatutam, forma edicti perpetui declarat. D. Cal. Ianuar. Nicomedię. CC. Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, ſurripientẽ actione in factum nõ teneri, quia iam prouiſum erat lege ueteri in hoc hominum genus arg. in l.licet in §.fi.ff.nau.caup.ſtab.l pedius l. ſi quis.ff.de incen.rui.nauf.l.i.ff.ad legem Iul.de ui priua.& ut hic etiam per glo.& dato quod teneatur, à pena olim ſtatuta receſſum uidebitur. arg.in l. pacta nouiſsima.C.de pac & in l.non eſt nouum & in l.ſed & poſteriores.ff. de legi. & maximè quãdo utraque tendit ad uindictam.l. qui ſepulchra & ibi Bar. C. de ſep.uio.& quia lex quoque pœnæ multiplicitatem abhorret, & reſpuit.c. cum percuſsio, ibi ne nos culpe (quod abſit) offenſa reſpiciat. vii.q.i.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia conuenit cum maiorem perfidiam committant, qui afflictionem dãt afflicto, naufragiumque ſiue incendium patienti quàm non afflicto.l.i.§.i.ff.depo. ſpecialiter etiam hoc caſu prouideri, pęnamque cum nouam, tum ueterem huic perſonarum generi omnium improbiſsimo ſeuere & acriter infligi.l.i. ff.de incend. rui.nauf.

Ad oppoſita reſpondetur facile, nanque primum

Præſtatque nobis hæc lex argumentũ ad multa, & maximè quod licet aliquid non ſit uerum ſimpliciter, non tamen negandum eſt, hoc eſt, quod quamuis emptor manumittens nummis manumiſsi emptus, non ſit patronus ſimpliciter, nõ tamen negandum eſt quin ſit patronus, ut hic p Bal. & Saly. & probatur etiam in l. ſi quis tutor. ff. de iure pat.

Et quod unum idemq́ue uerbum relatum ad plura & diuerſa indiuidua regulatur ſecundum naturam eorum, unde quoad quid (ut dixi) emptor patronus eſt quo ad quid uero non, & eſt ſimile in l. pater ſeuerinam in §. conditionum. ff. de cond. & demon. & in c. cauſamq́ue de iudi. & in c. olim de reſcript.

Et quod improprie ſuis nummis ſeruus emitur, cum nummos habere non poſsit. l. is qui. ff. de manumi. §. itẽ nobis acquiritur. inſti. p quas perſ. nobis acqui. & facit etiam tex. in l. prima. in §. fi. ff. ad leg. Cor. de fal. ubi ſeruo bona publicari non debent, quia nihil habet, uſque adeo ut nummis ſuis. j. peculiaribus intelligi debeat p allega. l. is qui. l. peculium. j. l. diffinitio. ff. de pecu.

Et quod ſolis legum latoribus conceſſum eſt uti uerbis impropriis, eiſdemq́ue abuti, non etiã priuatis. l. ueteres. ff. de actio. empt. l. ſecunda. ff. ad legem Rho. de iac. l. ſi domina. C. de uſuf. & ideo libellus inepte concludens reiciendus eſt. l. prima. ff. ſi men. fal. mo. di. not. in l. edita. C. de eden. & in c. ſignificantibus de lib. ob. Salyc. in l. ſecunda. C. de loca. Improprie ergo dicitur hic nummis ſuis ut ſupra.

Et quod denique operarum aliæ ſunt officiales, aliæ artificiales, de quibus in l. operæ in rerũ natura. ff. de ope. lib. primę regulariter patrono debentur artificiales non, niſi expreſſum ſit, ut pulcherrime declarat Iaſ. in d. §. libertus col. ſecũda. iſti autem de quo hic, nullo modo, nec officiales nec artificiales, ut tex. dicit, generaliter locutus, nec (ultra) bo. poſſeſsio. contra tab. in bonis liberti petit, quod tamen alias eſt regulare, l. prima. infra. de bo. po. con. tab. lib. Finis.

Imp. Gordianus A. Africano.

QVOD EX LIBETA MVliere naſcitur, ingenuum eſt is autem, qui libertæ ſuæ nubẽdi commodauit ad ſenſum, quãuis operas ab ea exigere non poſsit, iura tamen patronatus nõ amittit. PP. iii. Non. Aug. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod natus ex liberta libertinus ſit, & quod liberta operas patrono præſtare teneatur, primum, quia partus uentrem ſequitur. l. partu. C. de rei uendica. Bal. in l. ſi qui publicorum in prin. de ſerui. fugi. §. ſed & ſi quis inſti. de inge. ergo natus ex liberta erit libertinus & non ingenuus. & quia (quo ad ſecundum dictum) libertus habens uxorẽ pręſtat operas patrono, ergo & liberta hic. & maximè ſi cõſentiente domino nupſerit ut dicitur in tex. & quia ſi patronę. non denegantur alimenta. l. ſicut patronus. §. fi. ff. eo. pari modo non denegabunt patrono hic, ex quo ſunt correlatiua, argumentũ in l. fi. C. de ind. uid. tol.

Contrarium tamen in utroque dicto hic deciditur, & ratio deciſionis eſt quo ad primũ quia ſtatim quod natus eſt matrimonio conſtante liber eſt, ergo & ingenuus ut inſti. de ingenu. in princ. Quo ad ſecundum uero, ut turpis ſuſpitio uitetur, & honeſtatis ſeruande gratia, qua de re proditum eſt, omnimodo non teneri, ut hic per docto. & eſt argumentum in l. fi. in fin. ſupra de fur. l. Quintus. ff. de dona. int. uir. & uxo. & in l. nullus ubi Caſtren. C. de ſumma trini. & fid cath. & quia debet eſſe in obſequio mariti, d. l. ſicut in prin. ff. de op. lib.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, non primum, quia id uerum eſt in ſeruo non in libero, qui ex legitimo matrimonio natus conditionem patris ſequitur non uentris, ſeu matris, ut not. in d. l. partum, & in d. l. ſi qui publicorum. Non ſecundum quia loquitur in liberto, in quo ceſſat ratio ſiniſtræ ſuſpitionis, quo modo aliud quoque tollitur in fœmina loquens pariter, nos autem in maſculo, igitur non mirum, argumentum. in l. adigere in §. quãuis. ff. de iure pat. & in c. cum ceſſante de appella. & ut hic per docto. latius.

Præſtatque nobis hæc lex argumentũ ad multa, & maximè, quod matrimonium habet multa ſpecialia ut per glo. & ibi Bal. num. 21. in c. primo ut lite non conteſt. & pręceteris quod partus non matrem, (ut eſt regulare, præallega. l. partum) ſed patrem ſequatur, & natus ex liberta ingenuus ſit.

Et quod ius honeſtatis ab omni ſuperioritate exceptum uidetur, ut inquit etiam Bal. hic. adde multa per deci. in c. primo. lectu. prima. ubi etiã ego, col. v. de conſtitu. & in l. ſemper in contractibus in princ. ff. de reg. iu. Rauẽ. in alphab. ſuo inque dictis extrauagã. col. vi. uer. cõqueſtus eſt.

Et quod ubi de operibus ſit mentio in lege, de officialibus intelligi debet l. operæ in rerum natura. ff. de ope. lib. Iaſ. in l. ſi non ſortem in §. libertus col. prima. ff. de cond. ind.

Et quod exigi non debet quod honeſte præſtari non poteſt. l. nepos proculo. ff. de uerb. ſignifi. c. faciat hõ. xxii. q. ii. l. filius ff. de condi. inſtitu. Nat. in cle. ſepe in princ. col. lxxvi. in glo. poteſt de uerbo. ſignifi.

Et quod denique ſimile eſt ſupra in lege proxima, uti emptor ſerui ſuis nummis manumiſsi, licet operas ab eo non exigat nec in ſeruitutem reuocetur ingratitudinis prætextu, patronus tamẽ eſt, pari modo ius patronatũ nõ amittit hic, quanquam

quanquam liberta nupta, cui ad ſenſum etiam accommodauit, operas non exigat, ex ſupra dictis. Finis.

Impp. Dioclet.& Maximia. AA.Veneriæ.

QVI MANVMITTVNTVR, liberum,ubi uoluerint,commorandi arbitrium habent, nec a patronorum filijs, quibus ſolam reuerentiam debent, ad ſeruiendi neceſsitatem redigi poſſunt, niſi ingrati præbentur, cum neque cum patrono habitare libertos intra compellāt. S. viiii.Kal.Iun.ipſis.AA.& Coſſ.

Dubitandi ratione faciebat,quod liberti morari non poſsint ubi uoluerint, quia ſi hoc uerū foret iam nō poſſent operas exhibere patronis, ad quod tenentur quàm maximè. l. quod niſi. §. ex prouincia.l.hoc demum,ff. eo. de ope. lib. & quoad liberos patroni,qnod eiſdē teneatur operas præparo ad idque poſsit cogi, facit tex. in l. ſi operas.ff.eo.

Contrarium tamen hic & in utroq; dicto quidem,deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia alias liberi non eſſent, ſpeciesque ſeruitutis eſt,a loco diſcedere nō poſſe inquit.Corn.in l.ſecunda. ff.de lib.ho.exhib.et quoad aliud,quia ſola reuerentia eiſdem debita eſt,ut tex.met ait hic, ſubijciens qnod ad ſeruiendi neceſsitatem tamen redigi poterunt, ſi probabuntur ingrati.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum quia (ut ibi dicitur) ita morari debent, ut operas patrono præſtare poſsint,& declarat glo. hic,& bene, argumentum in l. nepos proculo. ff.de uerb. ſig. Non ſecundum quia dicto caſu operæ iam erant a patrono impoſitæ qua de re non mirum eſt ſi tranſeunt ad liberos.l.ſi pactū. ff.de proba.l.tale pactum.§ fi.ff.de pac.

Præſtatque nobis hęc lex argumentū ad multa,& maximè quod monachus ſemel licentiatus ab aliqua religione,quod ad aliam tranſeat non tenetur amplius abbati primi monaſterii, nec is poterit inquirere, quo in loco moretur,ut etiam his qui Bal.& alios. Sed meo quidem iudicio termini non ſunt pares,ex quo patronus ius patronatum habet Abbas uero nullum igitur nec mirum ſi ita libertas morari debet, ut operas patrono præſtet,monachus uero ire quo uolnerit,abſque inquiſitione Abbatis(ut dictum fuit) primi monaſterii.Cogita.

Et quod quànquàm pater & filius cenſeantur vna eademque perſona.l.fi.C.de impub. & alijs ſub.fictione unitiua inquit Bal. in l.qui in prouincia in §.diuus col.prima.ff.de ritu nup.multa in l.in ſuis in rep.col.ſecunda.ff.de lib.& poſth. uerum eſt tamen quo ad quid non per omnia ut formaliter declarat Bar.in l.ſi dubitet in §.fin.in princ.ff.de fideiuſſo. & ut ſpecialiter hic, quia patri debentur operæ & non liberis.

Et quod operarum plures ſunt ſpecies, præſertim officiales & artificiales, officiales patrono debentur artificiales non, niſi impoſitæ fuerint, & expreſſe promiſſe ut dictum etiam fuit alibi ſupra.& eſt tex.in l.operæ.ff. de ope.lib.de reuerentialibus non eſt dubium, ſed ad materiā dicimus deberi quoque liberis patroni ut hic.

Et quod ut plurimum patronus cui debēt officiales operæ præſtari, poteſt etiam libertum ingratum in ſeruitutem reuocare,& tamen poteſt etiam a liberis ipſius(adeo ingratus odio habendus eſt) quànquàm ſibi operæ non debeantur, ſed reuerentia ſolum, ut hic. Improbitas enim multis nominibus excuſari poteſt, ingratitudo nullam habet excuſationem.

Et quod denique ſicut non cogitur quis regulariter ſtare in communione, niſi certo tempore ætatis fauore.l.in hoc iudicium.§.ſi cōueniat. ff. communi diui.tradit Bal.conſ.cxliiii.vol.iii.pari modo non cogitur libertus ſtare cum patrono. vt hic abundanti tamen dictum videtur iſtud & vt omnis dubitatio tolleretur.l.i.§.ſed ſciendū ff.de edil.edic.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de reg.iur.ex comprehendi poterat ex illis verbis.liberum vbi voluerunt commorandi arbitrium habent, quaſi dicat, nec compelli poſſe ad commorandum cum patrono. Finis.

Imppp. Valens, Valentin. & Grat. AAA. ad probum PP.

IN REDHIBITIONE OPErarum maneat pœna in eū. qui libertum alienum recipiendum eſſe duxerit. D.iij.id.Iul.Gratiano A ij.& Probo. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod occultans libertum alienum puniri non debeat quia uidetur caſus clarus in l.quicunque.ſupra de ſer.fug. ubi quis ſeruum fugitiuum recepit & tamen accuſari non poteſt, ergo nec qui libertum occultauit hic,nec conſequenter puniri. Et quia operæ præſtantur a liberto, quandoquidem libertatis beneficium conſecutus ſit argumentum in l. ſed ſi lege in §.conſuluit.ff.de peti.hę.& in l.ſeruus ea lege.ff.de ſer.expor.not.in l.ſi non ſortem in §.libertus & ibi Iaſ.col.prima.ad ſi.ff. de condi.ind.ergo non ab eo qui fugientem ſuſcepit. & maximè quia pęna debet ſuos autores tenere, & rem quæ culpa caret in damnum uocari non conuenit.l.ſancimus.C.de peu. c. cognoſcentes: de conſtitutio.& quia humanum eſt hominem beneficio afficere & hoſpitari.l.ut uim. ff.de iuſti.& in d.l.ſeruus ea lege. Et quia denique (ut proximè dictum eſt) morari poſſunt liberti ubi uoluerint.

Contrarium

Contrarium tamen hic deciditur, puniri debere operarum æſtimatione loco pœnæ, & ad reſtitutionem liberti. & rō deciſionis eſt, quia doloſè verſatus videtur in eo occultãdo, quo caſu ne dolus ſibi patrocinetur. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. itaq; fullo. ff. de fur. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſol. ma. ad æſtimationem dictarum operarum tenebitur. & quia qui cauſam damni dat damnum dediſſe videbitur, l. itẽ ſi obſtatrix. in prin. ff. ad leg. Aqui.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia id verum eſt, quando ignoranter ſuſcepit, ſeq; ſeruus ingenuum fuerat mentitus, vt tex. met dicit, & eſt argumẽtum in l. generali ibi ſcientiam nõ ignorantiá volumus obligari. C. de tab. lib. x. l. fi. ff. de decre. ab ord. fa. Bald. in auth. ſed omnino. col. v. C. ne vxor pro ma. & cõſ. ccij. col. ij. vol. j. ergo non ſi ſcienter ex ſupradictis. Non ſecundum, quia antecedens verum eſt cõſequens falſum vt hic. Non tertium, quia ſi doloſè verſatus in eo occultando vtique pœna tenebit ſuos auctores. & ſic argumentum iſtud quoq; fallaciam habet. Non quartum, quia & id quoq; verum eſt, niſi hoſpitẽtur perſonæ prohibitæ, vt fugitiui. d. l. quicunque. & ibi plenè per Doct. Non quintum denique, quia nec id negatur, niſi occultè morentur ne operas præſtent, vt hic.

Præſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa, & maximè, quod alio caſu debitorem occultans communi iure non fit periculi conſots. ex quo eſt ſpeciale in caſu iſtius legis vt in debitore tributorũ l. quotiens. C. de exacto. trib. lib. x. vel ſi debitorem adhuc, aut actorem, vel reum, ad iudicium venire impediat. l. pen. ff. ne quis eum qui. l. fi. ff. de eo per quem fac. erit Bal. hic, melius conſ. ccl. col. iij. vol. j. nonnihil in l. addictos. ad fin. C. de epiſc. aud. & cum in caſibus iſtis ſit ſpeciale, in contrarium erit diſpoſitio iuris cõis. l. quęſitum. §. denuq;. ff. de fun. inſtr. ĩſtrumẽtoq; leg. l. ius ſingulare. l. quod verò contra. ff. de legi. & ita ſignáter argu. Bal. in præalleg. conſ. cel. & idem ferè conſ. cccl xxxij. col. ij. vol. v. & Bononien. in ſingul. ſuis prioribus. cxxxvij.

Et quod redhibitio nil aliud eſt in caſu pręſenti niſi redditio ſiue reſtitutio æſtimationis operarum vt in ſimili dicitur in l. quia. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. vbi redhibito homine omnia retro aguntur, vnde redhibitoria actio etiá dicta eſt.

Et quod operarum reſtitutio pœna eſt argu. in l. teſtamento Centurio. ff. de manu. teſta.

Et quod ea pœna præſumitur demeritum præceſsiſſe, præalleg. l. teſtamẽto Centurio. Bal. pulchrè vbi alia multa in l. in ipſius. in prin. C. famil. hereiſcuu.

Et quod denique peſsimum genus eſt receptatorum ſine quibus, latere nemo dici poteſt. l. j. ff. de receptato. quæ licet directo non probet, quod hic dicitur, ſaltem facit in argumentum. Finis.

De bonis libertorum.

Impp. Valens, & Valentin. AA. ad Florianum Comit. rerum priuat.

SI LIBERTI CONNIuentibus patronis conſortium cum ancillis coloniſve elegerunt: ſciant illi ſe deinceps commoda patronatus amiſſuros. D iij. id. Octob. Treueri. Lupicino & Iouino. V V. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod patronus ius patronatum non amittat tex. in l. ſi quis hac lege, in §. etiam. ff. de ope. lib. vbi libertus quãquã vxorem habeat operas tamen præſtare tenetur, eaſq; poteſt patronus exigere, ergo (vt hic dicitur & malè) ius patronatum non amittet. & ad idem facit tex, in l. quod ex liberta. in fi. ſupra titu, proxi. vbi ad literam dicitur, quod nõ amittit ius patronatum dominus, qui libertæ accommodauit ad ſenſum, & ſic in fortioribus terminis, quoniá hic conniuentibus patronis libertus conſortium ancillarum elegerat id eſt diſsimulantibus.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum dominus prohibere potuerit, & non prohibuerit, ſibi ipſi pręiudicauit. l. ij. C. de commer. deq; materia etiam in auth. ad hoc in fi. prin. C. de lat. lib. tol. nimirũ igitur ſi amittit ius patronatum. & notandum eſt conſortium dixiſſe, quia matrimonium inter eos eſſe nõ poteſt. l. cum ancillis. C. de inceſt. nup.

Ad oppoſita reſpondetur parũ obſtare nõ primum, quia id verum eſt, ex quo non erat ancilla vt hic, igitur data perſonarũ differẽtia diuerſum ius ſtatuetur, l. à Titio per locũ a contrario. ff. de ver. obl. l. item legato. §. parui refert. ff. de leg. iij. & vt per Doct. latius. Non ſecundum, quia dicto caſu matrimonium contraxerat, & iure quidẽ potuit dominus ei conſenſum accommodare, eoque fit vt mirum non ſit, ſi operas ab ea non exigat propter honeſtatem ſed tamẽ ius patronatũ nõ amittit, vt ibi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod conniuere propriè eſt diſsimulare, & fingere ſe non videre, quod tamẽ quis ſcit & videt, eſtq; ſimilis tex. in l. iiij. ff. de manumiſ. Cy. in l. j. ſupra eo. dicimuſq; hinc quoq;, qđ lex ciuilis cõniuẽtibus oculis, vſuras permittit. l. eos. C. de vſur. & concubinatum. l. fina. & ibi not. ff. de concubin. tradit Bar. in l. cunctos populos, & ibi diximus in quinta oppoſitione. C. de ſumma Trinita. & fid. catho. & Gręci amplius σκαρδαμύττειν conniuere rurſum dicunt. Sicq; luchre. Cum quaſi conniuent, & aperto lumine

rurſum oĩa conuiſunt, clara loca condita Luce.

Et quod ſtultus in culpa fit ſapiens in pœna, inquit Bald.in capitulo niſi.nume.ij. de offi. leg. nimitum igitur hic, ſi patronus permittens fatuè, quod iure fieri non debebat, ius patronatus amittit.

Et quod diſsimulare non licet, quanquam aliquo caſu permittat lex.c. affertè mihi gladiũ. de præſump.l.j.& toto titu.plus valere quod agitur quam quod ſimula.concip.vnde Maro.

Diſsimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas? tacituſq; mea decedere terra?

Et ꝙ ancilla, mulier ſerua eſt, q̃ non ideò olim comparabatur vt pareret, ſed vt dominus eiuſdẽ opera vteretur.l.ſeruis legatis.ff.de leg.iij. l.ancillarum.ff.de peti.hę.& quia coloni tex.hic mẽtionem facit, veriſimile eſt, non de vrbana intellexiſſe, l.eum qui.ff.de leg.iij.quarum tamen eãdem eſſe diſpoſitionem putandum eſt quantum ad iſtud, de quo hic.l.regula.§.& licet.& ibi Bar. ff.de iur.& fac.igno.

Et quod denique colonus eſt, qui agrum colit in ciuitate autem inquilinus dicitur vt not. in §. item ſeruiana.inſti.de actio.& in l.edem.C. loc. & eſt not.tex. in l. re pignoris nomine. ff. de acquiren.poſſ. Finis.

De obſequiis patrono præſtan,

Imp.Alexander A.Zotico.

CONTRA PATRONVM tuum famoſam actionẽ inſtituere non potes.PP. ij.id.Maii Maximo ii. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod patronus conueniri poſsit actione famoſa, quia videtur caſus in l.ſed ſi hac.in §.prætor ait.ad fi.ff.de in ius voc.vbi ad literã dicit tex.quod patronus actione famoſa poteſt conueniri in iuriarum actione, & ſic de directo contra iſtum.

Contrarium tamen in eo deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia non æquè conuenit cum patrono reuerentia debeatur, vt actione famoſa poſsit conueniri, quemadmodum in patre inquit Iurecon.in l.non debet.ff.de dolo. & in patrono in l. ij.& in l.liberto.ff.de obſeq.pat.præſtan. Cy. hic plenè vbi plus inquit quod idẽ dici debet in ſcholaribus, ne ſuos doctores ſic actione famoſa conueniant.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, quia id non regulariter verum, ſpeciale ſi iniuria fuerit atrox, quod indicat aduerbium interdum ibi poſitum, denotans regulam in contrarium. l. ſicut. §. interdum. ff. commo. vel quod detur iniuriarum actio, id eſt in factum pro iniuria. d. l. non debet.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod actio famoſa illa communiter dicitur, quæ ex delicto naſcitur. dicta l. non debet. l. furti. in princip. ff. de his qui not. infa. ſeu quæ iuſtam ignominiam irrogat iuſtè condemnatis.l.j.ff.eo.

Et qđ famoſus ſeu famoſa in malam capitur partem, verbumq́; eſt vicium habens. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœu. uot. in §. ſuſpectus. inſtitu. de ſuſpe. tu. & quia dixi alibi ſatis nunc tranſeo.

Et quod qualitas perſonarũ ſemper eſt perpẽdenda, vbi de actione inſtituenda agitur, ne inepte agatur, argu.in l.plenum. in §. æquitij. ff. de vſu & hab.& in l.librorũ.in §.quid tamen caſsius ff.de leg.iij.& in l.fi.ff.de ac.& ob.Bal. in ſtatut. confiſcatio.nu.1.& in not.q.pœna.nu.37. & qđ ſic res quoq; diſpertiuntur, ecce vtili mouetur plebecula.honeſto viri virtute probati.ioco & voluptatibus pueri.

Et quod inſtituere actionem eſt eam dictare. l.j.ff.de interroga.actio.l.de ætate.§.j.& §.qui tacuit.ff.eodem.

Et quod deniq; negatiua dictio præpoſita verbo pôt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam.l.nemo pôt.ff.de leg.j.c.j. de reg. iur. in vj.ſenſuſq́; eſt actionẽ famoſam contra patronum nullo modo inſtitui poſſe, niſi in caſu vt ſupra quanquam id quoq; (ut oſtenſum eſt vitari poſsit, quod non repeto aliter. Finis.

Imp. Alexander A. Leontogono.

LIBERTAE, QVAE VOLVNtate patroni aut iure nuptæ ſunt, non coguntur officiũ patronis ſuis pręſtare.D.xiiij.kal.Aug. Maximo ii.& Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod liberta teneatur præſtare operas patrono, quia videtur caſus clarus, in l.ſicut.ff. de ope. lib. ibi operas exigere patronus non prohibetur. & quia ſi beneficium conſecuta eſt, æquè conuenit etiã illud reſarciat argu. in l. ſed ſi lege. in §. conſuluit.ff. de peti.hæ.not.in l.ſi non ſortem. in §. libertus. ff. de condict.indebi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum ipſa eſſe debeat in ſeruitio mariti, non conuenit quoque ad operas patrono præſtandas compelli poſſe.d.l.ſicut. & quia etiã hoc ipſum dictat honeſtas. & ut turpis ſuſpicio uitetur.l.quod ex liberta.(& ibi diximus) ſupra de ope.lib.l.fi. de fur.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, nonprimum, quia contra domini uoluntatem eoq́ue inuito nupſerat, uſque adeò ut non abre deciſum ſit quibuſcunque non obſtantibus, ad præſtationem operarum teneri argumentum in lege tertia. in §. ſi emancipatus. ff. de

ff.de bo.poſſ.con.tab.& in l.filiusfa. & in l. nuptiæ.ff.de ritu nup.vel & aliter (non enim probat id ad quod inducitur tex.ille per Odoſ. hic) quod idcircò ibi præſtat operas,quia nuptię quibus conſenſerat patronus,nullas habuerant vires & eſt vera inductio. Non ſecundum, quia dicto caſu etiam,ratioq; illa,locū habet in maſculo qui libertatem pariter conſequatur, non in fœmina maximè voluntate patroni nupta,vt hic,& rationibus ſupra dictis.

Præſtatq; nobis hęc lex argu.ad multa & maximè qđ verba,aduerbia,pręſuppoſitiones,& eiuſdem generis plura,quæ veniunt ad aliud terminādū,ſignificāt qualitates,modos & tempora, ſecūdū ſuſcipientem materiā & qualitatē ipſius determinabilis,nec ſemper recurrēdū eſt ad proprias & pręciſas ſignificationes, ex quo optanda ſunt rebus,vt inquit glo.in l.eas cās.ff.de condi.& de. pulchrè Bal.in l.ex arrali,ad fi.C.de ae.emp. nāque hic aut,tametſi ſit alternatiua. l. vbi aūt non apparet.§.qui id,quod,& ſeq. l. ſi ſtipulatus fuerim(quæ ſimiliter ſequens eſt) ff. de ver. obli.attamen exponitur pro et,& ſic ſtabit copulatiuè, quoniam iure nupta eſt liberta, quæ patroni con ſenſu nupta eſt. Vel dic quod ſtet propriè vt hic per glo.& vt infra ſtatim.

Et quod ſi ſine domini voluntate nupſiſſet(dato quod aūt ſtet copulatiuè)non iure nupta diceretur, & conſequenter cogi poſſet ad pręſtationem operarum,argumentum in d.l.ſicut.

Et quod vbicūq; conſenſus alicuius requiritur ad actū,de cuius pręiudicio tractatur,oportet quod præcedat arg.in l.ſi quis mihi bona.in §.iuſſum.ff.de acqui.hæ.Bal.in l.i.col.iii.C.qui adm. ad bo.poſ.& in l.i.in prin.ff.quod iuſſu.

Et quod tātum eſt dicere officium in materia, an ſcilicet id liberta nupta patrono præſtare teneatur,quantū eſt dicere an ad præſtationē operarum cogi poſſit.qm̄ officiales ab officio dictæ fuerunt.l.operæ in rerum natura. ff. de ope. lib. deq; officialibus dixi,quia artificiales nō debent niſi fuerint impoſitæ. d.l.opere.& dictū fuit ī.

Et quod deniq; ſi hoc caſu nō debētur,multo minus debebūtur, qn̄ iureiurando libertam adegiſſet ad dictas operas præſtandas.l. adigere. §. ſi patronus.l.qui cōtra legē. ff. de iure patro. iſtud ipſum enim fieri vetabat lex Aelia ſentia, vt ibi dr̄, cuiusſcc rei mentionē haud faciunt Zaſi. Vel Ottoman.qui de legibus ſcripſerunt multa, eſtq; annotatu dignum. Finis.

Imp.Alexander A.Xantho.

ETIAM QVI PACTIONE data à dominis manumittūtur, mero iure omne eis obſequium debent.

Dubitandi rationem faciebat, quod ius patronatum dominus non retineat, quia conueniens eſt atq; rationabile,ſi aliquid accepit à ſeruo, ne ipſe amplius ſit obligatus argu. in l. ſi tuis nummis. ſupra de ope. lib. Et quia hoc caſu ēt dominus compellitur ipſum ſeruū manumittere. l. ii. ſupra de ope.lib.ergo operas imponere non poterit.vt ibi.ergo iura patronatus non retinebit.

Contrarium tamen deciditur hic,& ratio deciſionis eſt,quia non æquè conuenit vt ſe dominus ſeruo ſuo proprio obliget.l.i.ſupra de bon.lib.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,non primū,quia hac ratione verum non eſſe,oſtenditur, maximè quia ſeruus nihil habet l.is qui.ff.de manumiſ.uſq; adeò vt ſi quid domino dedit,de peculiaribus nummis dediſſe videatur,vt ibi.& dixi in d.l.ſi tuis nummis.Non ſecundum,quia pactum cum alio factum fuerat,cui ſe dominus obligare potuit. hic aūt cū ſeruo proprio, cui ſe (ut dixi) obligare non poterat,& fuſius,vt not.in d.l.i.ubi Pau.Caſ.in ſpecie,col.ij. & in l.ſi non ſortem.in §.libertus.ff.de cond. inde.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè quod pactum à pactione dictum eſt, & nil aliud pactio niſi duorum pluriumúe in idem placitum & conſenſus.l.i.ff.de pac.in prin. dixique aliàs ego,in rub.C.eo.

Et quod dictio etiam implicat,includitq; aliquid quod uerbis expreſſum non eſt. l.peu. & ibi glo.not.C.de iur.om.iud.Alex.conſ.xv. in prin. uol.ii. de quo ſit maior uel ſaltim par dubitatio. l.ii.l.ēt.l.ſi.C.ſi tu.uel cu.int.l.illa uerba. §. ſpurii.l.item dicimus.l.ēt.ff.de uer. ſig. l. extraneū. C.de hæ.inſt.c.ii.de reſer.idem Alex.conſ. cxvi. col.iiii.eo.lib.Corn.conſ.cccij.col.v.uol.itj. ſen ſuſq; eſt hic,non modo patrono obſequiales operas deberi,ſi pactum nullum interuenerit, uerū etiam ſi eum ſeruis paciſcatur.

Et quod pulcherrimus loquendi modus legiſlatoris eſt,dicere pactione data,ſi à dominis ſerui manumittantur, quod eis obſequium debent. quoniam ſenſus eſt pariter, pactū ſeruatum fuiſſe,uel prætextu pacti aliquid dominis ſeruos dediſſe,ut manumitterentur.

Et quod merum ius,ſtrictam ipſius rationem interpretari debemus.l.filium.§.legata. ff. de bo. poſ.cont.tab.l.in cauſæ.in prin. ff. de mino. ſeruitque nobis ad multa,ut hic per Bal.& maximè ad l.Imperium.ff.de iuriſ.om.iud. ſed aliam mihi uidētur habere interpretationem ut dixi in d. l.imperium.in iij.lectu.

Et quod denique, ab obſequio operæ etiam obſequiales dicuntur de quibus plene Iaſ.in d. §. libertus.col.j.& ij. Finis.

Imp.Gordianus A. Sulpitiæ.

ETIAM LIBERIS DAMNAtorum conſuetum obſequiū libertos paternos preſtare debere,in dubiū non venit.proinde ſi nō

 agnoſcunt

agnoſcunt reuerentiæ debitæ munus: non immeritò videntur ipſi aduerſus ſe prouocare ſeueritatem. PP Non. Septemb. Sabino ii. & Venuſto Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod liberti nõ teneantur præſtare obſequiũ liberis patronorũ, quia ſi cõdẽnati fuerunt patroni ipſi eorũq; bona publicata fiſco, iura quoq; libertorũ in cũ trã ſuiſſe videntur, vſq; adeò vt liberis nihil debeãt. l.j. in fi. ſupra de bo. lib. & clarius hoc idem etiam dici videtur in l.iij. ff. de inter. & releg.

Contrarium tamen hic breuiter deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia liberti paterni, liberorum liberti rectè dicuntur. l. licet. §. pſnos. ff. de verb. ſig. arg. in l. in ſuis ff. de lib. & poſthu. & in l. fi. C. de imp. & al. ſub. & in §. ei verò qui. inſti. de inutil. ſtip. ita vt ſtent iſta ſimul quod patroni condemnentur. & bona publicentur fiſco, & nihilominus hac ratione iura libertorum intacta maneant, & ipſis liberis obſequium debeant, quod ſi minus fecerint vt hic dicitur pro motu iudicis puniantur, nec ſeueritatem effugiant.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare nõ primum, quia verum eſt, quãdo libertorum iura, debuiſſent ad extraneos tranſire hæredes, verũ hic de liberis loquitur tex. igitur diuerſum ius ſtatui debet, nec ex diuerſis illatio fieri poterit, cõſiderantes ad idẽ, quod aliàs liberi ab extraneis non differrent, quodq; nõ eſſent melioris cõditionis quàm illi, & malè. l. Papinianus exuli. ff. de min. l.j. §. largius. ff. de ſuc. edi. anth. hoc inter liberos. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Non ſecundum, (multipliciter enim reſponderi poſſet vt per glo. in d. l. j. ſed ſic dicere pro nunc ſufficiat) quia id quoq; procedit in crimine graui perduellionis ſeu lęſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. l. diuus. C. de quæſtio. l. de minore. ff. eo. Bar. in l. iura. ff. de iur. pat. niſi ſibi concedatur loco priuilegij etiam dicto caſu. d. l. iura. not. in præalleg. l. j. hic autem loquitur Imp. in crimine capitali, nimirum igitur (vt dixi) ſi liberis libertorum iura reſeruantur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod dictio etiam (vt proximè quoque diceba) implicat id, quod verbis expreſſum nõ erat, & nouiſsimè probatur ẽt in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. ſub. & in l.j. C. qui admi. ad bo. poſ. Bar. in l. ſupra. in §. officiũ. ff. de aqua plu. ar.

Et quod pœna debet tenere ſuos autores regulariter. l. ſancimus. C. de pœn. l. ii. ad fi. ff. de eo ꝑ quẽ fac. erit. Bar. in auth. vt oẽs obe. iud. prouin. in prin. col. ii. & hinc eſt, (& ſic ferè in terminis) quod publicatis bonis paternis propter delictum non propterea publicatum dicetur peculiũ profectitiũ filij vt no. in l. frater à fratre. ff. de cõd. ind.

Et quod rẽ quę culpa caret in dãnũ vocari nõ conuenit. c. cognoſcentes. de conſti. quod vtique eſſet ſi condemnatis patronis iura quoque libertorũ amitterẽt liberi, non dicendũ. Et vulgo dici ẽt ſolet (quod ad vtrunq; dictũ facere videtur.)

Diſcat in autorem pœna redire ſuum.

Et quod qui non facit id ad quod tenetur, dolo carere non videtur, vſq; adeò ẽt vt puniendus ſit. l. dolus. ff. mand. l. ſi procurator. §. dolo. ff. eo. Alex. conſ. ciii. col. vi. vol. i. & vt hic.

Et quod deniq; verbũ vr̃, licet aliàs ſit improprietatis ſignificatiuũ. l. i. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm. hic tñ ſecus eſt, & nimirum quia quandoque naturã mutat ſubiecta materia dictante, argumen. in l. ſi vno. ff. loca. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. Are. & Iaſ. in naturaliter. in prin. vbi multa ad idem. ff. de acqui. poſ. ſenſuſq; eſt, videntur ipſi aduerſus ſe prouocare ſeueritatem. id eſt prouocant. Finis.

Imp. Gordianus. A. Cornelio.

LIBERTOS SIVE LIBERTAS, & maximè quibus impoſitæ operæ non ſunt, conſuetum potius obſequium, quàm ſeruile miniſterium manumiſſoribus exhibere debere, neque vincula perpeti, non eſt opinionis incertę. D. iij. kalen. April. Attico & Prætextato Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod liberti ſeu libertæ, poſsint caſtigari & in vinculis poni ſi ꝙ voluerit patronus facere recuſauerit. quia ſi caſtigatur filius & in vinculis ponitur. l. iii. C. de pat. pot. & vxor pariter. c. quẽadmodum, & ibi glo. fi. de iurein. non eſt ratio cur etiã idem ſeruari non debeat in libertis. argu. in l. à Titio. ff. de ver. ob. & in l. illud. ff. ad legem Aquil.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia obſequium potius videtur (vt tex. met dicit) quod debet libertus patrono, maximè ſi ſibi operæ impoſitæ non ſunt, quàm ſeruile miniſterium. ea de re nõ ob id, ſi nõ præſtetur qđ voluerit patronus, vt infra, & vt dictũ eſt, ſunt aliter caſtigandi, ſeu in vinculis ponendi, & not. aliàs in l. ſi nõ ſortè, in §. libertus. ff. de cõd. inde.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, quia maior eſt poteſtas patris in filios, q̃ patroni in libertos. Imò quod neq; licet filio reſiſtere patris ipſum caſtiganti. d. l. iii. i. & ii. C. eo. & toto tit. de emend. propinquo. not. in l. vt vim. vbi gloſſ. & Doct. ff. de iuſt. & iur. & idem in marito dici debet. & propterea nõ mirũ ſi aliud eſt in patrono dicẽdũ qui obſequiũ conſuetũ potius quã ſeruile miniſteriũ præſtare tenetur vt dictũ eſt pariter.

Præſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa & maximè ꝙ quãquã maſculinũ fęmininũ cõcipiat. l. i. ff. de ver. ſi. attamẽ qñq; exprimit gr̃a clarioris doctrinę, & ne qua dubitatio ſuperſit vt hic. & in l. quæ dubitationis tollendę gratia. ff. de ver. obl. & in l. i. in §. ſed ſciendum eſt. ff. de edil. edict. & in l. non ſolent. ff. de reg. iur.

Et quod

Et quod aduerbium maximè, implicat regulariter,& ſupponit idem eſſe etiam ſi idquod exprimitur,non exprimeretur.l.j.§.vel maximè.ff. de colla.bo.l.ſcire oportet.§.& ſi maximè.ff. de exc. tu.Are.conſ.50.col.ij. quanquã aliqui dicãt abũdare,vt ẽt in l.actio negoeiorũ geſtorũ.ff.de neg. geſt.& in l.fi.C.de teſt.ma.& in l.cũ qui.ff. de dona.& in l.ij.in §.illud.ff.de hære.vel.ac. ven. & in l. pactũ.C.de pac.cõuẽ.Aliter verò Por.quod intelligitur idem eſſe in caſu non expreſſo, quo ad iuris effectum,denotans tamen,in eo non eſſe tantam diſponendi rationem,inſti.de ſingu. reb. per fideicom.re.ad fi.bona gl.in l.illud.ff.ad leg. Aquil.& in c.ad abolendam.de fil.præsbyte.quod verius ſit cogita tu.

Et quod obſequium ab aliis operibus differt, nec aliud eſt opera obſequiali. quàm honor & reuerẽtia patrono debita à liberto, & opera improprie.l.operæ.ff.de ope. lib.not.in d.§.libertus.

Et quod ſeruile miniſterium eſt,ſi volebat patronus vt foderet libertus tota die, & fortè nõ in loco honeſto,vel turpe nonnihil faceret, & ſimile quiddã.vbi aliàs obſequium,nil aliud eſt, (vt dixi)niſi honor & reuerentia patrono debita. d. §.libertus,cum ibi not.

Et quod deniq; non eſt cogẽdus libertus id facere,quod iure,& fortè non honeſtè facere poterat, ratione ſupra dicta & eſt argumentum in l. nepos Proculo.ff.de ver.ſig. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Metrodoro.

NEQVE LIBERTIS NOuercæ inferendę iniuriæ priuignis eius libera facultas eſſe debet.paternos etiam libertos,(ſicut dicis) iniurioſos tibi inferendum non eſt.Præſes igitur prouincię vindictam tibi perſonarum conditioni congruẽtem impertiri non dubitabit.D.v.idi. Maij.Maximo ii.& Aquilino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat (duo enim ſunt dicta)quo ad primum, quod priuignis à libertis nouercæ iniuria fieri poſsit,ſiue inferri, quia cũ ſint liberti nouercæ, illis reuerentia debita eſſe non videtur.& maximè quia de his in edicto prætoris de quo aliàs in l.ſed ſi hac.in §. qui manumittitur.ff. de in ius vo. mentio nulla facta eſt. Quo ad ſecundum verò,quod filij iura libertorũ paternorum non habeant, quia videtur caſus clarus in l.iij.ff.de int.& rele.

Contrarium tamen hic deciditur, & quo ad primum deciſionis ratio eſt,quia reuerentia patronis debita debetur quoq; eorũ hæredibus quã quã extraneis.l.ij.infra tit.ſeq. ergo & priuignis & multo quidẽ magis, quia propter vnũquodq; tale & illud magis.auth.multo magis.C. de ſacr. ſan.ec.l.quãto magis.ff.de iur.iu.& quia ſi debetur filiis(vt infra)nõ eſt rõ cur nõ ẽt debeatur priuignis,ex quo filij ſunt pariter,& filiaſtri(vt vulgo dici ſolet)priuignię; rurſum,reſpũ nouercę.

Quo ad ſecundũ verò, quia liberti paterni liberti ẽt filiorũ eſſe dicuntur.l.licet.§.j. ff. de ver. ſig.argu.in l.fi.C.de imp.& ali.ſub.§. ei verò.in ſti.de inutil.ſtip.& dictum fuit alibi ſupra,vel vt proximè per tex.in l.ij.infra tit.ſeq.& quibus oppoſita cõmodè tolli poſſe vñr, nanq; ad primum dico,quanquã liberti nouercæ ſint,ꝙ non iõ minus reuerẽtię priuignis debita eſt,ex quo(vt diximus)patri ẽt erat debita,& nouiſsime eſt arg. in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.& in §.j.in auth.de iureiu.à mo.præſti.vbi vulgatum illud. ꝙ filius eſt quodãmodo dñs ẽt viuẽte pře.& quod hæres repreſentat perſonã defuncti. & licet nõ dicatur expreſſe in edicto ꝑtoris,dr̃ tamen tacite & virtualiter & ſufficit l.nominis. Ad ſcd̃m verò,id eſſe ẽt, quia pater crimẽ ꝑduellionis cõmiſerat.l. quiſq̃. C.ad leg.Iul.mai.& dictũ fuit ſupra,ergo ſi aliud ſcuius cõmittat,reuerẽtia filiis oĩno debetur, nec iniuriari põt.l.etiam liberis.ſupra eodem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod nouercę nomen odioſum eſt iuxta illud vulga.Poetæ.

Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Dixi nonnihil in l.quanuis.ſupra de fur. & alibi ſic ait ad idem quidam.

Cornix albeſcit, vbi ſanctè nouerca quieſcit.

Et alibi.

Pede modo ſuo, parat priuigno venenum.

Por.in §.affinitatis.col.j. inſti. de nup. & inquit ẽt Pau.Caſt.veriſimile eſſe nouercã ſemper cum priuignis ipſis rixari,conſ.clxxix.nu. 20. volu. j. imò tex.in l.ſi cõuenerit.ad fi.ff.pro ſocio.

Et quod occaſio delinquendi ſiue facultas tolli debet,nõ præberi.l.conuenire.ff.de pac. dota. l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.& vt hic ẽt aperte dr̃.

Et ꝙ iniuria nemini eſt inferẽda, ſiq; cõtrariũ fiat,ferendũ nõ erit.l.j.& toto titu. ff. de iniur.

Et quod dicto alicuius ſtandũ non eſt niſi probetur.l.ei qui.ff.de ꝓba.l.qui accuſare.C.de edẽ. l.actor qđ aſſeuerat.C.de prob. vnde hic ad verba.ſicut dicis(Metrodoro enim loquitur legiſlator)ſupplendum eſt,& verum ſit,quia probetur, l.j.in prin.ff.ſi quad.pau.fe.di.l.i.ff.de dolo.Bar. ẽ l.i.col.i.& ibi diximus.ff.de of.eius cui mã.ẽ iu.

Et qđ deniq; vindicta ſiue pęna infligi debet ſecũdũ qualitatẽ perſonarũ.l.aut facta.§.qualitas ff.de pœn.l.quid ergo.§.qui abortionis poculũ. ff.eo.l.j.§.fi.ff.ad leg.Cor.de fal. Finis.

Impp.Diocle.& Maxi.AA.Hermiæ.

NEQVE PATRONAE TVAE obſequiis refragari te fas eſt. D. xii. kal. Febr.Diocletiano & Maximiano AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod patronæ obſequia pręſtanda non ſint in primis tex.in l.ſicut.in fi.in ratione ſui, ibi indecore præſtantur. ff.de ope.liberto.vbi liberta nupta, indecore prę ſtat operas obſequiales patrono, ergo idem è contra libertus patronæ hic, quandoquidem contrariorum eadem ſit diſciplina.l.i.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.not.plenè Doct. in rub. de acqui. poſ.& arguendo à verbis rub.iuxta ea quæ habentur in l.i.ff.ſi cer.pet. quia ſupra dicitur tantum, de obſeq.patrono præſtandis.& ita etiam. ff. eo. ergo non patronæ.l.ſi ſeruum.§.non dixit prętor ff.de acqui.hæ.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionie eſt, quia ſi libertus ab ea manumiſsionis ſeu libertatis beneficium accepit, nec ipſa debitis obſequiis debet fraudari de quibus in l.ſi nō ſortem.in §.libertus.ff.de cond.inde.l.ſed ſi lege. §.conſuluit.ff.de peti.hæ.l.ſeruus ea lege.ff.de ſer. expor.& non aliter dicendum eſt.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia maior ratio (vt alibi dictum eſt ſupra) eſt ne liberta patrono præſter, quàm è contra libertus patronæ.d.l.ſicut.ff.de ope.lib. & iō argumentnm contrariorum non procedit vbi diuerſa poteſt aſsignari ratio vt not.in l.fi.in §.fin. ff.de leg.iii.& in l.ſi quis negocia.ff.de neg.geſt. & in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.Bar. in l. inter ſtipulantem.in §.ſacram.ff.de verb.ob. Nō ſecundum, quia eſto quod vtrobique de patrono tantum dicatur ad patronam tamen id etiam extendi debet ex idemptitate rationis, & quia in fauorabilibus maſculinum fœmininum concipit.l.i.ff.de ver.ſig.not.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè quod virtus copulatiuè incluſa eſt in dictione neq;, ſeu nec.l.ea tamen adiectio. ff. de leg.iii.l.& quia iuncta glo.ff.de iur.om. iudi. l.nec emancipati.C.de colla.Corn.conſil. lxxvi. ad fin.vol.tertio.

Et quod dicta ex abundanti, non vicient ſcripturas, vt dictum eſt etiam alibi ſupra. l. non ſolent.ff.de reg.iur.Bal.in l.i.ad fi.C.de iur.emph. nouiſsimè etiam facit vulgarum illud, abundans cautela non nocet.l.teſtamentum.C.de teſta. nāque ita dici debuiſſet, tametſi non dixiſſet ſic legiſlator conſultus ab Hermia, ex ſupra dictis.

Et quod nefas eſt, obſequia denegare patrono ſeu patronæ, vt hic, nanque ſi fas non eſt (vt dicit tex.) ergo nefas.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur. l. ii. §. initium.ff.de ori.iur.l.terminato.C. de fructi. & lit.expen.

Et quod vbi non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari idem ius eſt per omnia ſtatuendum etiam data differentia perſonarum.l.item legato.§. parui refert.ff.de leg.iii.

Et quod denique refragari patroni ſeu patronæ obſequiis, nil aliud eſt quàm reſiſtere, aduerſari, ſeu contradicere animo non obſequendi, eſtq; verbum deponens, quo aliquādo etiam vſus eſt Cice.maximè in Philip.xi.ibi. Sed de hoc quidem hactenus: ne refragari homini amiciſsimo ac de me optimè meritò videar. & ad idem facit etiam tex.in l.ſi compenſandi.C. de hære. inſti. & in c.nouit, iu §.i.de iudi. Finis.

De libertis & eorum liberis.

Imp. Antoninus A. Daphno.

NON EST IGNOTVM, quod ea, quæ ex cauſa fideicommiſsi manumiſit, vt ingratum libertum accuſare non poteſt: cum id iudicium extra ordinem prębeatur ei, qui voluntate ſeruo ſuo libertatem gratuitam præſtitit, non qui debitam reſtituit. PP.v.kal. Maij. Meſſala & Sabino. CC.

Dubitandi rationem faciebat, quod poſsit manumiſſus in ſeruitutem reuocari hoc caſu ſi fuerit ingratus, quia videtur tex.in l.qui ex cauſa. ad fi.ff.de bo.lib.vbi ferè in terminis, ex cauſa fideicommiſsi filius ſeruum manumiſit, & tamen eidem operas imponit, & ſic ſi fuerit ingratus, eum in ſeruitutem reuocat. & clarius in l. ſi cum ſeruum.in §.i.ff.de don.iner vir.& vxo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nō ex voluntate ſed ex neceſsitate ſeruus fit liber vt hic dicitur, & in l.ii.& iii. & in l.mater.ſupra de ope.lib.arg.in l.cohæredi, in §.cum filiæ.ff.de vulg.& pup.ſub.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, non primum, quia loquitur in filio (vt in inductione diximus) à patre rogato vt ſeruū manumitteret, & ſi ea quidem mente vt plenum ius patronatus haberet, nos autem in muliere rogata ſimpliciter, vt idem faceret, quo caſu termini diuerſi ſunt, deq; vno ad aliud inferri non poteſt. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de acqui. poſ. Non ob. ſecundum, quia eo caſu ſciebat libertus imponi non poſſe, & tamen imponi paſſus eſt, vſque adeô vt ſibi prę iudicauerit, argummentum in reg. damnum. de reg.iur. in vi.& in l.i.in §.vſque adeò.ff. de iniur. vel dici poteſt qđ in eo loquatur, qui non ex neceſsitate manumiſit, & fuſius vt not.in d.l.ii. ſupra de ope.lib.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod actus voluntarius, à neceſſario diſtingui debet, vt in ſimili in l. ſi fideiuſſor. in §.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ.cog.Alex.in l. tutori.in prin.C.de neg geſt.Bar.in l.ſi dictum. in §. ſi compromiſero. ff. de euict. & in l. quod ſi minor.in §.reſtitutio.ff.de mino.Flor.in l.ſi pignori.col.ii.ff.fam.her.

Et quod

Et quod in manumittente ex neceſſitate, ceſſat ratio legis,ergo & lex,ne operas præſtare teneatur,ergo nec poſſet in ſeruitutem reuocari ingratitudinis prætextu,l.adigere.§.quanuis.de iure pat.c.cum ceſſante.de appel.

Et quod non admittitur ad accuſandum quis niſi legitimam perſonam habeat ut hic, & in c.j. de accuſatio.

Et quod negatiua dictio præpoſita uerbo põt (ut diximus alibi ſępe) priuat potentiam & inducit neceſſitatem pręciſam, l.prima.ff.de uerb. obliga.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.c.j. de reg.iur. in vj.& hic, ſenſuſque eſt nullo modo ad accuſandum admitti libertum ingratum, eum qui ex neceſſitate cum manumiſit & ex cauſa fideicommiſsi,niſi in caſu ut ſupra.

Et quod denique libertas gratuita eſt quæ ex uoluntate defertur,debita uero ſi ex cauſa fideicommiſsi quidem argumentum in l.prima ad ſi. ff.manda. Finis.

De iure aureorum anulorum & naturalibus reſtituendis.

Impp.Dioclet.& Maximian. AA. Philadelpho.

NATALES ANTIQVOS, & ius ingenuitatis non ordo præſtare decurionum, ſed a nobis peti potuit. D. XV. Kal. April. Rauennę ipſis AA.& Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ordo decurionum poſsit ius ingenuitatis præſtare,petentemq́ue natalibus reſtituere, ex quo res de facili euertitur ad priſtinam ſui naturã (omnes enim (ut inquit etiam glo. hic) naturali iure liberi & ingenui naſcuntur.§.ius autem gentium inſti.de iure nat.)& ſolet fauorabile reputari.l.ſi unus.§. pactus uer.quod in ſpecie.ff.de pac. c. ſtatutum ubi glo.numerandum de pręb.iu vj.& ideo non magna ſolennitas requiri uidetur, & quod amplius ſic deberet poſſe præſtari, & reſtitutio fieri maximè,quia decuriones etiam dicuntur exercere actiones reip.l. procuratores & ibi Bar. C. de decu.lib.x.& ſic perinde ac ſi a principe reſtitutio facta fuiſſet,quia non refert etiam quid ex ęquipollentibus fieri.l.fi.§.fin.ff. manda.Imò qđ eo ipſo qđ manumiſſus eſt quis,ius aureorũ anullorum id eſt ingenuitatis & natalium conſequit, auten. ſed hodie infra eo. uſque adeo ut fruſtra precibus imploretur, quod iure communi conceditur.l.j.C.de theſau.lib.x.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia cum iſtud (ut alia multa de quibus hic per docto.Odof.Bal. Salyc.& omnes) ſit de reſeruatis princip,non debet poſſe ab alijs inferioribus experiri, ſeu concedi.l. prima.l. pe.ff. eo.c.quod tranſlationem de offi. leg. & ideo cũ myſterio dicit tex.hic,a nobis peti potuit hoc eſt impetrari.d.l.pe.l. etiam.ff.eo. titu. ergo non ab alijs inferioribus argumentum in l.cum prætor. ff.de iudi.& in c.nonne præſump.

Ad oppoſita reſpondetur, parum facere, non primum quia antecedens uerum eſt,conſequens falſum ut hic & in iuribus ſupra allega. nanque ubi lex figit pedem,eidem acquieſcendum eſt.l. proſpexit.ff.qui & a quibus glo.in l.ſi non fuerint.ff.pro ſo.& ubi leo(Metaphora eſt pulcherrima)cętera animalia ſileut,inquit Ancha. conſ. cciiij.in princ.et non mirum quia potentioribus pares eſſe non poſſumus.l.j. C.ne.ſi.po.l.j. C.de his qui po.no.ex quo tollitur etiam ſecundum ſtant iſta ſimul quod exerceant actiones reip.& tamen eorum auctoritas non ſufficiat,quia (ut dixi)eſt de reſeruatio Principi: & ubi quid formaliter requiritur,(ur ſic regu.d.l.ſi. quoque tollamus) refert quid ex ęquipollentibus fieri,ut pulchre declarat Bal.in l.ſi cum dotem in ſi.princ. ff.ſol.mat.& pbatur in l. qui Romę in §. flauius. ff. de uerb. obli. Non ob.ultimum, quia uerum eſt hodie,non olim,quo caſu lex iſta loqui uidetur,ideo diſtingue tempora & concordabis ſcripturas inquit glo.in l.j.C.de accuſa.& in l.apud antiquos. C. de fur.& in c.ſi peccauerit ſecunda q.prima.

Præſtatque nobis argumentum ad multa, & maximè quod liberti non poterant ferre anulos aureos, ſolum enim ingenuis conceſſum erat,ut a libertis cognoſcerentur differre, qui tamẽ hoc idem(ut dictum eſt) a principe poterant impetrare, eratque idem fermè, quod hodie apud nos equeſtris ordinis dignitas,ſeruis omnino prohibitum, deque his Azo hic in ſumma ſua.Tranql. in uita Cæſar.Macrob.ſaturnal.vij.& Plin.Iuni.

Et quod quanuis hodie ſecus diſpoſitum ſit (ut ſupra dictum eſt per auten. ſeq. & in corpo. unde ſumitur) huiuſce legis tamen auctoritas ſperni non debet ſecundum Bal.in §.quibus col. ſecunda.C. de nouo Cod. compo. Spec. in §. ſequetur in princ.de teſta.& inſti. eo.in princ.ibi, ut nihil antiquitatis ignoretur penitus. non nihil Odof. in l.prima.ff.quod met.cau.l. teſta.C. de teſta.l.ſcimus.§.& hæc quidem.C. de iu.deli. l.unica.§.& cum triplici.C.de cad.tol.

Et quod natales antiqui non ſine myſterio uocantur, ex quo iure naturali omnes homine liberi & ingenuit naſcebantur.d.§.ius autem gentiũ, inſti.de iu.na.

Et quod copula, quandoque in expoſitiuam ideſt reſoluitur.c.monaſterium ad fin. de uita & ho.cle.c.ij.de reſcrip.Bar.in l.rerum amotarum. ff.de actio. re.amota.Regien.conſi.vj.nu.ſuolu. primo.Seyſel.in l.Gallus.§.ſi eius col.ſecunda.ff. de lib.& poſthu.& ſenſus eſt,Natales antiquos & ideſt ius ingenuitaris a nobis peti debere. qm̃ antiquitus(ut diximus ingenui hoĩes naſcebant.

Et quod denique non debet reprehenſibile iu dicari, ſi ſecundum uarietatem temporum ſtatuta quoque uariantur humana.c. nō debet,de cōſangui. & affi. nimirum igitur (ut dictum fuit etiam ſupra.) ſi hodie ſecus deciſum eſt.& quāquam nouitates ſint odioſæ & plene triſtiſsimi euentus.l.in rebus.ff. de conſtitutio prin. glo.in c.communis.xxiij.d.qua de re quodāmodo uſus exordio pontifex, ſe excuſat in d. c. non debet, attamen ſi ſint utilitate decorate ut hic placent, odiumque non habent ita Cyn.in prohem.Cod. in prin.& in d.c.non debet. Finis.

Qui admitti ad bonorum poſſeſsionē poſſunt, & intra quod tempus admittantur.

Impp.Seuerus & Antoninus AA. Criſpino.

SI BONORVM POSSESſio duntaxat cōpetit proximitatis nomine, habuiſti ſpacium centum dierū utilium, ex quo eū defunctum ſciſti ad bonorum poſſeſsionem amplectendam.D.III.Non. Nouēb. Geta Coſſ.

Dubitandi ratione faciebat, quod etiam dicto ſpacio lapſo peti poſsit bon. po. quànquàm haud agnita fuerit intra id tēpus, l.prima.§.largius.ff.de ſucceſſo.edic. & melius in l, prima in §.ſed uidendum.ff.eo.ubi filius ueniens per unde agnati habet annum, & conſequenter quod lapſis diebus centū bo. po.petere poterit. & etiā quia tempus non eſt modus tollendæ uel inducendæ obligationis.l. obligationum ferè.§. placet.ff.de act.& ob. Et quia denique hæres quoque tempus an.xxx.habet ad adeundam hæreditatem.l.licet.C.de iu.delib. bo. poſſeſſor & hęres æqui parantur.l.ſecunda.ff.de bo.po.ergo et ipſe maius tempus etiam habebit quàm dierum centum ad bo.po.agnoſcendam. l. ſi quis ſeruo ubi glo.uulga.C.de fur.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia agnatis & tranſuerſalibus tempus prædictum centum dierum ad agnoſcendam (ut dixi)bo.po.quo caſu ſi intra d. tempus agnita non fuerit negligenti erit imputandū, & amplius agnoſci non poterit. Et ne mora etiā fiat creditoribus, bonaque diutius, iaceant.l. prima in princ.ff.de ſuc.edic.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nō primum quia id procedit in filio rei propter ſanguinem maius tempus a lege pariter ſtatutū eſt, ut ſignanter ibidem dicit.Iu.conſul. Nec facit adjidem tex.in d.§.ſed uidendum, quia eſto qđ filius ueniat per unde agnati uenit tamen ſemp tanquam filius & ſuus.l.de bonis.§.huic. ff. de carbo.edic.nimirum igitur ſi habet annum.d.§. largius.Non ob.tertium quia in ſolo tempore id uerum eſt, at hic a lege præfixum fuit ergo.& eſt argumentum in l.quod ab alio.ff. de c ondi. fur.& fuſius ut dixi in d.§. placet in collectan. Non ultimum denique, ex quo id etiam uerum eſt & procedit de iure ciuili, nos autem loquimur de iure prætorio,ergo illatio non eſt bona. l.Papinianus exuli.ff. de mino.l.naturale.§. nihil commune.ff.de acqu.po. & licet æquiparari uideantur quoad quid,non tamen per omnia æquiparatio procedit, ut nititur demonſtrare Iaſ.in l.prima col.prima ,ſecunda.& ſequē.ff.de uulg.& pupil.ſub.& hinc eſt quod dicitur in d. l.ſecunda.quod uice hæredum habentur, & ſic nō uere ſuntque duo uerba improprietatem deſignantia.l.ſecunda. C. de adop.c.cum haberet de eo qui dux.in mat.quā pol.per adul.& utrobique not.& in ſimili per Bal.in l.ſi abducte col. ſecunda.C.de fur.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod omnis bo.po .eſt prætoria,& non ab re ſi habet centum dies ut hic, annum uero in filio.d.§.largius.& ut hic per doc.

Ea quod quànquam bon.po. nequeat agnoſci niſi intra centum dies , uel intra annum ut dictum eſt, ſi tamen inchoetur poſſeſsio intra. d.tempus, continuatio poſſeſsionis poſt tempus habile ad agnoſcendum,facit præſumi tempore habili fuiſſe agnitam ut per glo.in l.prima ſupra eo.Corne.conſt.xciiij.nume.15. uolumi. ſecundo.

Et quod ſi intra.d.tempus bo.po.non agnoſcatur,ad hæredes non tranſmittitur & teſtamētum irritatur.l.prima.ad fin.l.ſi quis filio exheredato in princ.ff.de iniuſto rup. irritoque teſta.Idem Corne. conſi. clxxvj. columna tertia. eod.libr.

Et quod ignoranti non currit. d. tempus ſed a die ſcientiæ tantum ut hic not.& in l.quandiu infra eo.& in l.prima in §.dies.ff. quis or.in bo. po.ſerue. Idem Corn.conſil.cccxxj. colum.tertia eodem lib.

Et quod uxor denique non ſuccedit uiro de iure ciuili,ſed de iure prętorio per bo.po.unde uir & uxor.& ſi intra.d.tempus ut ſupra eam nō agnouerit non tranſmittit pariter, neque fiſcū excludit.de quo tamen late in auten. præterea & in l.prima.C.eo.latiſsimè adhuc Corne.cōſ. cccxxiiij.col.j.uolu.iiij. Finis.

Impp. Dioclet.& Maximian. AA. Creſcentio.

INFANTIS NOMINE agnitam bonorum poſſeſsionem, & antequam loqueretur,diem functi, recte competere,nulla dubi-

la dubitatio eſt S. kal. Ianuar. Maximo.ii. &Aquilino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod infanti non acquiratur bono.poſſeſsio. hoc caſu neque tranſmittatur,& hoc idem maximè,quia infans æquiparatur furioſo.l.in negociis.ff.de regu.iu. argumentum in l.prima.C.de fal.mo.& in l.furioſi.ff.de regu.iu.& in l.prima in §.adipiſcimur ff.de acquir.poſ.& curator tutori l. pater ſeuerinam.§.conditionum.ff. de cond.& demon.ſed agnita bo.po.a curatore furioſi, ſibi non acquiritur, nec conſequenter tráſmittitur.l. antiſtius l.fi.ff.de acquir.hæ,l.fi.§.ſinautem. C.de cu.fu. & etiam quia quod non eſt, tranſmitti non põt, nemoque plus iuris in alium trásferre põt quàm ipſe habeat.l.nam & ſi ſub conditione in princi. ff.de iniuſ.nup. irritoque teſta.l.traditio. ff. de acqui.re.do.argumentum in l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.ergo nec infanti, ſi a tutore agnoſcatur,nec tranſmittetur,alias æquiparatio bona non eſſet.l.ſi quis ſeruo. C.de fur.Soci.in l.ſciendum.ff.de lega.j.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia lex plenitudinem adminiſtrationis defert tutori, imò quod munus publicum eſt auctoritate,quànquàm utilitate priuatum.l. prima.ff.de tut.& inſti.eo.in princ.l.athlete.§.j. & ibi Bar.ff. de excu.tu.ergo agnita perfectè diceтur, & conſequenter tranſmiſſa.l. unica.§. in nouiſsimo. C. de cadu.tol.l.tertia.§.acquirere. ff.de bo.po.Alb.in l.pantouius.ff. de acquiren. hę.Bar.in l.uentre col.tertia.ff.eo.

Ad oppoſita reſpondetur, parum obſtare, qa non per omnia ęquiparatio bona eſt,nanque ꝑ curatorem,qui datur perſonæ, non rebus.l.in copulandis.C.de nup.non ita perfectè acquiritur, ut infanti per tutorem, huiuſque maior & plenior auctoritas, quàm curatoris.l. cum in una. §.tutor.ff.de ap.ubi not.& ſingu.tex.in materia. & melior in l. ſecunda.in §. ſed ſi infanti. ff. ad Tertul.ergo ſtant iſta ſimul quod tutore agnoſcēte tranſmittatur,& non curatore, præſertim quia æquiparatio etiam (ut bona ſit) debet fieri per uiam regulæ,quod tamen non eſt hic, & declarat Soci.pulchre in d.l.ſciendum. & ut ꝑ docto.hic latius.

Præſtatque nobis hæc lex argumentũ ad multa,& maximè quod ætas infantis uſque ad pueritiam durat,pueritia uero uſque ad pubertatem, eſtque pro declaratione notandum, tradit gloſ. in l.hæreditatum.ff.ad legem fal.bonus text.in l.ſi infanti.C.de iu.del.

Et quod in infante maximè illud uerificari uidetur, de quo in d. l. prima.C. de fal.mo.quod ętas eius quid uideat ignoret,cum adhuc fari nõ poſſet,ut tex.ſubijcit.

Et quod figuris quandoque exornanda a nobis eſt oratio,ut legiſlator hic facit, pifraſi uſus, quoniam dicere infantis diem functi, perinde eſt ac ſi breuioribus uerbis, dixiſſet, mortui.deque his in c.forus de uerb. ſigni. & alibi ſæpe & (ut hic etiam) in l.diem functo.ff.de offi.aſſeſſ.

Et quod legiſlator adhuc, plerunque dubia poteſt dare reſponſa ut Sphinges (quemadmodum fabulantur poetę)nec reprehendendus eſt, nanque hic dicit rectè competere, & tamen non exprimit cui,& perpendit Iaſ.hic in prin.ſed minimè mirum,quia neceſſarium non erat, quandoquidē proximioribus deferatur,ad quos tráſmiſſa eſt,ut inſti.de legi.agna.ſuc.in prin. & in §.ſi plures.l.poſt conſanguineos.§. hæreditas.ff. de ſuis & legi.& eſt regu.iuris antiqui ut inquit Corn.conſi.xcviij.col.iii.uolu.ſecundo.& conſ. clxxxvj.col.ſecunda uolu.iiij.

Et quod denique lex,quandoque eſt ſine dubitatione,ut hic,inque illis uerbis nulla dubitatio eſt. Tamen ob. text.in l. quod labeo.ff.de carb. edic.& liquet ex ſupra dictis,quod imò non ſine dubitatione ſit,unde (ut alibi dictum fuit ſæpe) nulla dubitatio eſt quantum ad legiſlatorem,nõ quantum ad nos l.ubicunque & ibi Bart.col.vij. ff.de int.ac.uel dic quod figura ſit rurſum Auxeſis.i.augumentatio,ut in l.prima. in §.huius rei. ff.de offi.eius cui man.eſt iu.argumentum a contrario ſenſu fortiſsimum.ex quo ad propoſitum, nulla eſt quæ dubitationem non habeat quànquàm clara uideatur.d.l.quod labeo.§.ſi uero in auten.de tabellio. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian. AA. & CC.Marcello.

EMANCIPATA SI NON agnouit intra annum unde liberi bonorum poſſeſsionem, nullam ad hæredes uendicationē ſucceſsionis tranſmittere potuit. D. III. kal.Maii.Heracliæ.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tranſmittatur,quia uidetur caſus in l.illud in §.fi.ff.de bono.po.cont.tab.ubi ad literam dicitur bon.po. non agnitam,nihilominus tranſmitti. Et idem in l.vnica.C.de his qui ante ap.tab.& quia denique emancipati ſuccedunt ad ſuorum ſimilitudinem.l.meminimus. C. de legi. hæ.ſed ſui tranſmittunt.l.apud hoſtes. C.de ſuis & leg.ergo & emancipata hic.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt quia acquiritur bon.po.per modum facti extrinſeci. l. prima.§. decretalis. ff. de ſuc. edic.facta autem non tranſmittuntur.l.prima.§. ſceuola.ff.ſi quis teſta. lib. eſſe.in. fuc. ergo. & maximè quia filia eam neglexiſſe uidetur, & ſic tacite ſi non expreſſe,quodammodo repudiaſſe.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare,non primum quia dicto caſu nihil eſt quod agenti poſsit imputari, inſtitutus enim filius ibi, iuſta

ratione

ratione impeditus fuit, ne agnoſceret bo.po.ſecundum tab. cum ſperaretur moueri contra tab. a poſthumo præterito, nimirum igitur ſi ante moriatur, ſi beneficium bo.po. ad hæredẽ tranſmittit, ergo regulariter contrarium dicemus ut hic. Non ſecundum quia id in hæreditate uerũ eſt, nos autem loquimur in bo.po. & filia emancipata, quorum duorum non eſt par eademque ratio ut hic per Alex. colum. ſecunda loquendo maximè in tranſmiſsione quę fit de iure ciuili ex potentia ſuitatis, quæ (ut dixi) non fit in bon. poſ. ut hic, & ut per eundem fuſius. Non ob. ultimum quia licet ſuccedant & admittantur ad ſimilitudinem ſuorum, non tum habent, quo ad tranſmiſsionem iura ſuitatis, ut idem Alex. dicit hic, & bene, quem aliter non refero.

Præſtatque nobis hæc lex argumentũ ad multa, & maximè, quod quànquàm filius emancipatione deſinat eſſe agnatus, non tamen deſinit eſſe cognatus. §. fi. inſti. de legi. agna. tute. & ut hic per docto. latius.

Et quod prætor quandoque ius ciuile coadiuuat. l. ius autem ciuile. §. j. ff. de iuſti. & iu. argumentum. in §. ſed cum paulatim inſti. de teſta. Ideo ſicuti hæreditas non adita, non tranſmittitur. l. unica. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tol. non tranſmittitur pariter bo.po. ut hic Corn. conſil. cccxxiiij. colum. prima. uolu. iiij. & conſi. clxxvj. colum. ſecunda uol. ſecundo. & conſi. ccxxxiiij. ad fi. eod. lib.

Et quod effectus trãſmiſsionis oritur ex agnitione bon.po. intra tempus præfixum a lege, de quo in l. prima in §. largius. ff. de ſuc. edic. & in l. ſecunda ſupra eo. Corn. conſi. xcv. colũ. prima. uolu. ſecundo.

Et quod per lapſum anni ꝓcluſa uia ſuccedendi eſt de iure prętorio, ſed non de iure ciuili, ex quo iura perpetua producit l. ſicut. l. omnes. C. de ꝑſcript. xxx. an. l. licet. C. de iure delib. idem Corn. conſi. ccii. col. vj. eo. lib.

Et quod quànquàm omnis bo.po. denique ſit de iure ꝑtorio, poteſt tamen eſſe de iure ciuili, ſi aliquo caſu tranſmiſsio fiat quod tamen non eſt regulare ut ſupra. & not. Bal. in rub. ſupra eo. ad finem. Finis.

ADDITIO.

Quod priuilegium excluſionis filiarum conceſſum maſculo, puta ex forma ſtatuti, tunc demum uidetur habere locum ſi acceptatum fuerit, ita dicit Deci. ſignanter per iſtum text. in argumentum tamen, conſi. cccxxxi. col. iiij. uol. j.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. & CC. Maximo.

QVANDIV PER FACTI qõnẽ incertum eſt, utrũ ne ſecundum tabulas, an ab inteſtato, & ex quo capite poſſeſsio ſit delata, ne tibi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſsiònis prętinitum cedat, ſuperſtitioſam geris ſolicitudinẽ.

Dubitandi rationem faciebat quod ignoranti labatur tempus, quia uidetur caſus in l. genero, & ibi Bar. ff. de his qui not. infa. ubi ad literam dicitur tempus ignoranti currere. & clarius in l. regula in §. ſed facti. ff. de iu. & fac. igno.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ignoranti nihil eſt quod poſſit imputari argumentum in l. generali, ibi ſciẽtiam non ignorantiam uolumus obligari. C. de tabula. lib. x. et quia facta etiam plerunque prudentiſsimos fallũt. l. ſecunda. ff. de iu. & fac. ign. & eſt argumentum in l. prima in §. fi. C. de anna. exceptio.

Ad oppoſita reſpondetur primum nihil facere quia currit ad commodum ignorantis, nõ ad excluſionem alicuius iuris, ut ibi, & hic per doc. & in l. ſi ideo & in l. cum fratrem. C. de his quib. ut indi. Non ob. ſecundum quia id quoque ſecũ reſponſionem habet, currere, ex quo ignoranti ſumma negligentia poterat imputari, ut tex. met dicit, ibi ſed facti ignorantia ita demum cuiq; non nocet, ſi non ei ſumma negligentia objciatur, & cũ in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. ille aut ille, §. cũ in uerbis. ff. de lega. tertio.

Præſtatque nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod tempus per ſe naturaliter currit ſemper. l. ſi cui legetur. ff. de lega. primo. artificialiter uero pro ut ſtatuitur a lege ad certum finem non, maximè ignoranti, ut hic, et in l. ſecuuda. C. de edil. actio. & in pulchro caſu Regien. conſi. j. nu. 5. uol. primo quod ignorãti pariter tempus non currit ad inueſtituram petendam.

Et quod qui non poſuit rem ſuam in eſtimo, prout in ſtatuto cõtinebatur, omnes ſcilicet ſub pœna amiſsionis, res ſuas, in eſtimo ponere debere, per errorem facti, non propterea illam perdit, ut per iſtum tex. In arg. tamen dixit Bal. in ſtatut. eſtimum. nume. 3.

Et quod ab inteſtato agnoſci bo.po. ſiue hęreditas adiri non poteſt, quandiu locus eſſe põt ſucceſsioni ex teſtamento, ut habetur etiam in l. quandiu. ff. de acquir. & in l. antequam. C. communia de ſuc. Corn. conſi. lxxxviij, nume. 9. uol. primo. & conſi. clviii. col. ſecunda uol. iii. & cõſ. clxxv. colum. prima & conſi. ccxvi. nume. 12. & conſi. 229. col. iii. fuſius eo. lib.

Et quod facta ſunt cauſarum fundamenta, ſine quod ex facto oritur ius ut etiam hic ſenſit Odof. ad fi. & uulgatum uerbum eſt Iu. Con. in l. ſi ex plagis in §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. l. conficiuntur. §. primo. ff. de iure codicillo. perinde ac ſi diceret quis. Conſilium tibi præſtare non poſſum, neſcius qua parte pedem tuum torqueat calceus.

Et quod

Et qnod denique] bonorum poſſeſsionis plura ſunt capita. quattuor ab inteſtato duę uero ex teſtamento communiter, unde liberi, vñ agnati, unde cognati, nnde uir & uxor, ſecundum tab. & contra, deq́ue omnibus his tituli ſunt particulares infra. & in l. prima de ſucceſſo. edic. & in pā dectis pariter. Finis.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Phrontinę.

IVRIS IGNORANTIAM nec mulieribus prodeſſe in edicti ꝑpetui curſu de agnoſcenda bonorum poſſeſsione, manifeſtum eſt. D. iii. kal. Maij. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ignorantia mulieri non noceat, quia uidetur caſus ſupra in l. proxima, ibi ignorans excuſatur. Et in muliere in l. error ad fi. ff. de iu. & fac. igno. Ad qđ etiam facit, ſexus imbecillitas quæ ſolet excuſationem præbere pariter, argumentum in l. ſecunda in §. uerba. ff. ad Velleia.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia culpa ſibi poteſt imputari ut infra. l. late culpe. ff. de uer. ſi l. quod Nerua. ff. depo. & quia nemini licet leges ignorare & iura. l. leges ſacratiſsimè. C. de legi. quo caſu non modo maſculis nocet ignorantia iuris, uerum nec etiam mulietibus prodeſt.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere, non primum quia (ut etiam hic dicit glo. & omnes) tex. ille, loquitur in ignorantia facti, nos iuris ergo termini non ſunt pares, & nimirum ſi excuſat ibi & dicto caſu, hic autē non, alias unū ab alio non diſtingueretur & male d. l. ſecunda. ff. de iu. & fac. igno. l. prima. ff. eo. tit. Non ſecundum, quia eo quoque caſu de damno uitando tractabat, hic de lucro quorum duorum nō eſt par eademq́ue ratio. l. fi. C. de codicil. gloſ. in l. ſi filiusfamilias in §. cum fundum. ff. de uerbo. obli. Alex. in l. uiro colum. ſecunda. ff. ſol. matr. Paul. Caſt. conſi. ccclxxviii. colnm. ſecunda. nolu. ſecūdo & hoc eſt quod dicebat alibi Bald. quod lucrum & damnum ſunt termini diſtincti & quaſi aduerſatiui conſi. clxxxii. colum. ſecunda uolu. j. Non ultimum denique, quia nec iſta ratione excuſatur, ex quo peritiores conſulere potuit, ut not. hic & in l. in bonorum. ff. de bon. poſſeſ. l. ſi auia. C. de inge. ma. Fel. in c. per tuas colum. ſecūda de Simo. & ſi non potuiſſet, forte excuſaretur, nt rurſum hic not. & in d. l. in bonornm.

Præſtatq́ue nobis hæc lex argumentū ad multa, & maximè quod coniunctio diſiunctiua nec poſita inter duas orationes negat utranque, l. ſecūda. C. de bo. proſcrip. l. pe. §. fi. ff. de an. & ar. lega. Bal. in l. fi. ad fi. ff. de ritu nup. optimus tex. in l. quànquàm in §. fi. ff. eo. ſenſusq́ue eſt hic, nec maſculis nec fœminis iuris ignorantiam prodeſſe.

Et quod mulieri non ſubuenitur prætextu ignorantiæ niſi in caſibus a iure expreſsis. l. pe. in princ. de iu. & fac. igno. Alex. conſi. xl. colum. prima uolumi. vi.

Et quod in his quæ ſunt inducta ad iuris rigorem conſeruandum, ſexus non excuſat. l. prima. §. nunciatio & ibi Bar. num. 35. ff. de no. op. nuncia. Deci. ſeni. poſt Bal. & doc. hic in l. edita ad fi. C. de eden. idem Bal. in ſtatut. Concordia nume. 7.

Et quod in legitima filii ignorantia iuris nocet, ex quo potius lucro quàm damno aſcribitur l. tertia. C. de iu. & fac. igno. Corne. late conſilio cclxxxii. col. ii. uolu. j.

Et quod denique, nihil perpetuum eſt ſub ſole. l. prima. ff. pro ſo. & dixi alibi. ſupra ſatis, uſq; adeo vt uerbum edicti perpetui hic id eſt generalis exponatur uerba enim generalia reſtringi debent ne in abſurditatem incidamus. §. ſed & quod principi & ibi not. por. in prin. inſti. de iu. natu. l. edita & ibi glo. C. de eden. l. ſecnnda. C. ſen. reſcin. non po. l. prima. C. de alie. iud. mut. cau. fac. l. obligamur. §. iure. ff. de ac. & ob. c. perpetuo de elec. in vi. Finis.

Pars epiſtolæ Conſtantii, & Maximiani AA. & Seueri & Maximiani nobiliſs. Cæſarum.

BONORVM QVIDEM poſſeſsionem pupilli nomine agnoſcere tutorem potuiſſe, aperte declaratur. ipſe autem pupillus bonorum poſſeſsionem ſine tutoris auctoritate amplecti non poteſt, niſi etiam impuberi ſine tutoris auctoritate hoc poſtulanti, ſciens hoc competens iudex dedit, bo. poſſeſsionem. tunc enim emolumentum ſucceſsionis uidetur prætorio iure quæſitum eſſe. vi. Id. Septemb. Conſtantio & Maximiano. Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod ſolus tutor pupilli nomine bono. poſſ. agnoſcere nō poſſit, quia uidemus hinc, quod nec hæreditatem adit, niſi ſit pupillus qui adeat eodem tutore auctore. l. potuit. C. de iure delib. & (quo ad ſecundum dictum) quod ſolus pupillus agnoſcat, uidetur facere tex. in §. neque inſti. de auc. tuto. & quia denique (quoad tertium) ſi iudex ſuppleret tutoris defectum, ſic iudicaret ſecundum cōſcientiam ſuam & male. l. Illicitas. §. ueritas. ff. de offi. pręſid.

Contrarium

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt quo ad primum quia tutor habet plenam & liberam aduiniſtrationem in bonis pupilli.l.prima,ff.de tute.& inſtit.eo:in prin.l.quī fundum.§.ſi tutor, ibi tunc domini loco habetur cum tutelam adminiſtrat.ff.pro empto.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur. ergo ſicuti alia negocia gerere poteſt ſine pupillo, ita debet poſſe bon. poſſ. agnoſcere ipſius nomine.

Quoad ſecundum uero,quia de pupillo obligando agitur creditoribus, quod ſine tutoris auctoritate facere non poteſt, neque ei permiſſum eſt a lege.l.obligari.ff.de aucto.tu. Et (quo ad tertium denique) ex quo in iuriſdictione uoluntaria, non requiritur certa perſonarum diſtinctio pro forma iudicii, ad differentiam contentioſe.l.clarum.C.de auc.præſtan.l.uniuerſis qui tu.da.po.not.in l.ſi curatorem habens.C.de in int.reſti.mi.& ut per Bal.& Sal.hic latius.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum quia id in hæreditatē uerū eſt(aliter enim glo. hic reſpondet, ſed eius ſol.non eſt tuta ut hic per docto.)quæ conſiſtit in uoluntate hæredis,nos autem in bo.po.dependente a facto,(neceſſe enim eſt quod petatur) factum autem pōt per alium explicari,& qui per aliū facit per ſe ipſum facere uidetur, ut in regu. qui facit per aliū de regu.iu.in vj.ergo. Non ſecundem quia eo caſu quoque id eſſe dicimus, ex quo meliorem conditionem ſuam faciebat, ergo non ſi de eo obligando(ut diximus)ageretur.& tex.clare loquitur.uel & aliter ut hic per gloſ. Sed ut prius melius. Non denique & ulti.obſtat,quia tolerabile eſt pupilli fauore.l.ex pluribus ad fi.ff.de admi.tu.imò quod glo.hic ruſum notat.uel tolerabile rurſum eſt quia alius non læditur,& pupilli utilitati conſulitur. uel quia ut iudex ſupplet,non ut priuatus, conſcientiaque eius a iure regulatur,ut in ſimili dicitur in §. oportet in auten.de iudi.Abb.in c.ex parte col.ij.de offi.del.

Præſtaique nobis hęc lex arg.ad multa,& maximè quod cum miſterio hic dicitur, impuberi ſine tutoris auctoritate poſtulanti bo.po. dari poſſe a iudice, quoniam alias ſecus ex quo non liceret eidem tutoris officium aſſumere.l. ſi infanti ad fi.C. de iu.del. Bar. in d.l. ſi curatorem habens. Deci.conſi.lxxij.col.ij.uol.primo.

Et quod a ſimili quamuis capitulum epiſcopo abſente non poſsit alienare rem eccleſię. c.ſi qua de rebus.c.ſi quis epiſcopus xij.q.ij.attamē imminente neceſsitate ſuperioris auctoritas defectum epiſcopi ſupplebit.ita Ro.ſum pto.argu. etiam ex his quæ hic dicuntur,conſi.xxxvj.ad fi.

Et quod ſtante ſtatuto mulieres ſiue minores non poſſe ſine conſenſu conſanguineorum ſuorum contrahere ratione motiua de qua per Bal. in l.ij.col.vj.C.de reſcin. uen. poterūt tamē auctoritate iudicis id facere, ſi conſanguinei fuerint abſentes & in remotis partibus argu.in l. mulcta.ff.de cond.& dem. Ancha.in c.canonum ſtatuta in rep.col.ccxlij. de conſti. & Bald.ante eum in l.tranſactione.C.de tranſac.Corn.conſ. ccxlij.col.ij.uol.iiij.

Et quod cautela egregia & optima eſt,ſi celebretur contractus auctoritate iudicis, quoniam ceſſat tunc omnis pręſumptio doli & fraudis,l.j. C.de p̄d.decu.li.x.& ibi Bar.Veron.ī ſuis.clxxx.

Et quod denique auctoritas interpoſita a falſo tutore ualet propter auctoritatem prætoris, qui decreuit ſe ratum habiturum, ex quo(ut hic dicitur)poteſt iudex ſupplere defectum tutoris, & in d.l.ſi curatorem habens, & in l. profectitia de iu.do.Bal.in l.j.in §.i.ff.quod fal.tuto.aucto. & ad uerbum ibi,ſucceſsionis emolumentum,ſimile eſt in l.i.& in l.emancipata ſupra eo. Finis.

ADDITIO.

Quod iudex ſupplet etiam defectum executorum,inquit Alex.conſ.ccvi.ad fi.uol.vi.& quod ſupplere ſufficit ex certa ſciētia, abſque eo quod exprimat ut hic innuere uidetur text.& declarat etiā Corſe.ī trac.de pot.regia par.ii.in prin.n.3.

Et quod ſi ex duobus cōſanguineis, qui debebant interuenire in contractu minoris ex forma ſtatuti ut ſupra unus diſſentiat poterit iudex interloqui & ipſum declarare ſuſpectum et loco ipſius decretū interponere & ualebit contractus arg.in l.ſiquis ſub conditione.ff.de teſta.tu.Bal. in l.i.C.de nup.& in ſtatut.Contrahere nu.vj.& in ſimili Pau.Caſt.conſi.cxix.col.ii.uol.ii.

Imp.Conſtantius A. ad Dionyſium.

QVICVNQVE RES EX PArentum uel proximorum ſucceſsione iure ſibi competere confidit, ſciat ſibi non obeſſe, ſi per ruſticitatem, uel ignorantiam facti, uel abſentiam, uel quancunque rationem aliam intra præfinitum tempus bonorum poſſeſsionem minime petiſſe noſcatur, quoniam hæc ſanctio,huius conſuetudinis neceſsitatem mutauit. D.prid.Id.Mart.Heliopoli.Conſtantio A.& conſtant Cæſ.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ruſticitas uel ignorantia non excuſet,nec abſentia,nō ruſticitas, quia ruſticus & mulier equiparātur. l.j.in fi.ff.de eden.l.cum de indebito in princ.ff. de proba.ſed mulierem ſexus imbecillitas nō excuſat.l.iuris ignorantiam ſupra eo.ergo nec ruſticum ruſticitas. Non ignorantia ut probari uidetur in l.genero.ff.de his qui not.infa.et nō abſentia denique ex quo procuratorē mittere potuiſſet arg.ī l.Papinianus exuli.ff. de mino.l.iii. §.acquirere.ff.de.bo.po.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio de-

ſionis eſt, quia nec ruſtico ruſticitatis ratione, nec ignoranti, nec abſenti qui ignorans eſt pariter argumentum no. in l.cum furioſus.ff. de iud. & in l.fi.C.unde ui.ex quo facta plerunq; ét prudentiſsimos fallunt.l.ij.ff.de iur. & fac. igno. eſt quid quod poſsit imputari, ea de re ſanctio hæc, in prædictis perſonis, vel quacunque alia ratione impeditis, huius conſuetudinis neceſsitatem (inquit tex.)mutauit.

Ad oppoſita reſpondetur, parum aut nihil facere, non primũ, quia æquiparant in quibuſdam, non gñaliter, unde fœmina nõ excuſatur, ſi maximè peritiores conſulere potuit imò nec maſculus, niſi ſit ruſticus vt hic & in d.l.iuris ignorantiam. Non ſecundum, quia non excuſatur & currit ſibi tempus ad commodum, non ut ab aliquo iure excludatur ut ibi & per Bal. (ubi & nos) in l.quandiu.ſupra eo. Non ultimum deniq; ex quo abſens erat ex cauſa reip. quæ probabilis eſt & neceſſaria ipſumq; ſemper excuſat. Vel quod cum eſſet abſens & ignorans, diuinare non potuit, & procuratorem mittere ad agnoſcendam bo. poſ. argumentum in l.ſi putator.ff.ad leg. Aquil.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod iſtud de quo hic in ruſtico faciebat dubium in l. iuris ignorantiam, ſupra eo. vt ibi Ferrarien. declarant in prin.

Et qđ ruſticitas non habet excuſationẽ niſi in caſibus ſpecialiter expreſsis quorũ hic vnus eſt, vt pulchrè per Iaſ.in l.j.i §.edẽda.col.ij.ff.de edẽ.

Et quod cum iſte tex.adhuc in ruſtico ſimpliciter loquat, non debet adhiberi diſtinctio an potuerit cõſulere peritiores, aliàs nullũ eſſet ruſticitatis priuilegiũ, vt p Arc.in d.l.iuris ignorantiã.

Et quod nõ eſt nouũ, quibuſdã ſpecialiter enumeratis gñale verbũ ſubiici, quo ſpecialia cõplectantur. l.ſi ſeruus ſeruũ.§.inquit text. ff. ad leg. Aquil.l.generali.C.de ſacroſan.eccle.& licet videre hic poſt ruſticitatem, ignorantiam facti, & abſentiam ibi, vel aliam quancunq; rationem.

Et ꝙ denique lex ſanctio appellat, vnde ſancimus verbum deſcendit, & ſancti id eſt firmi, à ſanctione id eſt firmitate dicti.l.ſancimus.C.de ſac. ſan.ec.c.ſancitũ.vij.q.j.l.ſanctio legũ.ff. de pęn. & fuſius ut per Archi.in c.j.col.j.xcvij.diſt.Finis.

De bonorum poſſeſsione contratabulas liberti, quæ patronis vel liberis eorum datur.

Imp. Anaſtaſius A. Aſclepiodoto.

PATRONVS LIBERTI, muneribus electis & operis, à contratabulas bonorum poſſeſsione repellitur. D.xiij.Kal.Mart. Viatore & Aemiliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, patronũ nõ repelli, quia regulare eſt ſi à liberto pręteręatur ut bonorum poſſeſsionẽ cõtra tabulas habeat, ẽt ſi ex neceſsitate manumittat. l.j. ſupra eod. ergo & hic pariter licet operas exegerit. & maximè quia lex gñaliter loquitur, & ubi non diſtinguit neq; nos diſtinguere debemus, ex quo nec noſtrũ eſt eam extendere.l.j.§. generaliter. ff. de leg. præſtan.l.de precio.ff.de publicia.l.ſi uerò.§. de uiro. ff. ſolu. matri.

Contrarium tñ hic deciditur, & rõ deciſionis eſt, quia non æquè conuenit ut fruatur & gaudeat liberto, tum in uita tum in morte. Et quia eiuſdem patroni auaritia cui uicina eſt ét crudelitas, omnium malorũ radix, viciis omnibus infœlicior, famelica ſemper & egena, frenãda eſt. quã maximè etiam deteſtatur alibi Imp.in l.uniuerſi. C.de uecti.& cõmi.ad fi.& quia exigendo operas (facto enim non minus quàm uerbis uoluntas declaratur. l. reprehendenda. C. de inſti. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. habe. imò plus. l. ſi tamen. §.ei qui. ff. de edil. edic.) iuri ſuo renunciaſſe uidetur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primũ, quia uerum eſt ſi operas non exegiſſet, at hic præſupponitur contrarium, ergo rationibus ſupra dictis omnino repelli debet. Non ſecundum quia licet generaliter loquatur & non diſtinguat ratione tamen reſtringi debet, & per hanc legem diſtingui.l.quiq;.§.j.l.quanuis.ff.de in ius uo. l. liberti.& ibi glo.ff.de offi.aſſe.Bal.in l. pactum. col.ij.C. de colla.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod par eſt uirtus taciti & expreſſi.l.cũ quid.ff.ſi cer.pe.quo fit ut mirũ non ſit ẽt hic, ſi iuri ſuo patronus, exigendo operas à liberto, renunciaſſe uidetur.

Et quod præſumptio in genere, per aliam (in ſpecie ſcilicet) tollitur, argumentum in l. diuus. ff.de reſti.in integ. Bar.in l.cum de indebito. in prin.ff.de prob. nanque genus eſt hic patronum non præſumi iuri ſuo renunciare, ſpecies uerò, ſi operas (ut diximus) exegerit.

Et quod (à litera non recedentes) copula, ſolet inter diuerſa poni, iuxta gl. in rub.ff.de iu.& fac. in c.querelã.de ſimo.uſque adeò ut hic, & munera elegerit & operas impoſuerit patronus, & ob id à bo.poſ.contra tab.expellatur.

Et quod quẽadmodũ filio præterito, datur bo. poſ.cõt.tab.l.j.ff.de bo.poſ.con.tab.ita datur patrono ſi a liberto prætereatur ut hic.differunt tamẽ, quia uno caſu aditio hæreditatis nõ impedit, nec in totũ reſcinditur teſtamẽtũ, alio ſic, vt no. in l.j. ſupra eo.& in l.poſthumo.de bo.poſ.cont. tab.& utrobiq; D.c.ibi, in prin. hic uerò, id eſt in d.l.poſthumo.nu.15.

Et quod denique hic uerificatur uulgatum illud, qui nimium emungit elicit ſanguinem de quo in c. denique iiij. diſtinct. ſatis eſt quod patronus munera exigat & operas abſque eo

etiam quod ad bo.poſ.contra tabulas admittatur ad quod etiam facit & illud.boni paſtoris eſſe tódere pecus non deglubere.nonnihil Bal. in c.mádatum.col.ij.de reſcrip.multa Veronen.in l. ſciédum,in §.illud.ad fi.ff.de edil.edi. Finis.

Vnde liberi.

Impp.Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Zoſimo.

EX TESTAMENTO VEL ab inteſtato exiſtente filio vel nepote ſuo hærede, nemo poteſt inteſtato hęres exiſtere. D.iij.id. Mart.ipſis.AA.& Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ulterior in gradu etiam admittatur, quia uidetur caſus in §.cum filius.inſti.de hęr.quæ ab int.def.ubi ad literam dicitur,quod qui gradu proximior eſt ulteriorem non excludit.& quia miles alibi ex fundo hæredem ſcripſit,& quantum ad reliqua inteſtatus deceſsit.l. miles . ff. de mili. teſta. ergo ſtant iſta ſimul etiam hic, quod filius uel nepos ſuccedat ex teſtamento,& alius ab inteſtato.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia cauſa teſtati cauſam inteſtati ceſſare facit.l.quandiu.ſupra qui admi.l.quandiu.ff. de acqui.hæ.& quia in ſucceſsionibus ſemper liberorum prima eſt cauſa vt in auth,de hæ.ab int. uenien.quorum ap.neniunt etiam nepotes.§.admonendi. inſti.eo ti.l. liberorum appellatione. ff.de uer.ſig.& quilibet alius excluditur,vt hic in glo.& in l.antequam,C.communia de ſuc.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nó primum,quia(ut etiam glo.hic) nepos qui erat in ulteriori gradu, patré repreſentabat, admittiturq́; cú patruo patris fratre, & eſt regulare in ſucceſſionibus ab inteſtato,auth.poſt fratres.& ibi no. C.de legi.hæ. Iaſ.in l.fratres.col.iij.C.de inof. teſta.Bald. conſil.ccclxxxix. col.ij.uol.ij.& conſil. cccclxxxviij.col.j.eo.lib.Abb.conſ.lxxxvj.col.ij. uol.j.Dec.cóſ.x.col.ij.uol.iij.Capici. deciſ. xxj. nu.1.Gráma.lxiij.nu.5.& 6.idé Iaſ.in l.ij.col.j. & ij.C.de ſuc.edi.idem Dec.conſ.j.multa uol.j. Alex.cóſ.ccxxvij.col.ij.uol.vj.Nó ob.ſecundum, quia(ut adhuc dicit gl.) ſpeciale eſt dicto caſu in milite ſcilicet, qui pót decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus vt ibi, & in l. certi iuris.C. eod. de mili. teſta. dixi ego latè in tracta. de priuileg. mil. eſtq́; unus de caſibus in quibus priuilegium habet,aliàs in gñali regu.cóprehenderet.l.in fraudé.§.fi.ff.de mil.teſt. & ibi Bal.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè qđ cá teſtati eſt cótraria cauſę inteſtati, & ꝙ vná præſupponit aliam ceſſare, ex quo tanquá repugnantes ad inuicé ſtare non poſſunt. l. vbi repugnantia.l.ius noſtrú.ff.de reg.iur.l.j.& ibi no. C.de fur.Alex pulchrè conſ.cxxj.col.ij. vol.j.

Et quod exiſtente primo gradu,non admittitur ſcđs ut in pulcherrimo caſu ſignáter per iſtú tex.& per tex.in d.l.quandiu.ff.de acqui.hæ. inquit Pau.Caſt.conſ.lvij.col.j.vol.j.

Et quod ſi filius ſit inſtitutus hęres & uelit adire ab inteſtato,pater ex teſtamento pręfertur. ita Cy.in l.fi. col.ij.C.de boniſq; lib.

Et quod rupto teſtó ex cá præteritionis,cóſeruant legata & fideicómiſſa & ét pupillaris ſubſtitutio vt no.in auth.ex cá.C.de lib.prę. uſq; adeò ſi filius moriat in pupillari ętate, vt mater ei non ſuccedat,nec frater ſiue ſoror ab inteſtato . d. l. quandiu.Paul.Caſt.conſ.cccxxij.col.j.uol.ij.

Et qđ idé eſt in tutelis, cum vadunt ad modú hæreditatum.l.j.& ibi Bar.ff.de legi.tu. & ſicut ſpes hęredis inſtituti,excludit ſpem venientiú ab inteſtato,ita in tutore ſpes teſtamétarij, excludit uenienté ab inteſtato id eſt legitimú ſcđm Bald. in l.ſi quis ſub códitione.col.j.ff.de teſta.tute.

Et quod deniq; habens notitiam teſtaméti, ſi adiuerit hæreditaté ab inteſtato, ipſam nó cóſequitur,quia adire eo modo nó poterat,donec eſt locus(vt dictú eſt)ſucceſsioni ex teſtamento imò ꝙ hæreditaté ex teſtó céſet repudiaſſe.l. illud. ff. de acqui.hæ.Corn.cóſ.lxxxviij.nu.9.uol.j. Finis.

Vnde legitimi,& vnde cognati.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Zenoni.

CVM PROPIOREM SObrinum, id eſt cóſobrina natú rebus humanis inteſtato defunctú proponas intelligis, ſine auxilio bono.poſſeſsionis eius te ſucceſsioné vendicare non poſſe. D. vij. kalend. Iun. Laodiceæ AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod propioris ſobrini ſucceſsio petat per bo. po. unde legitimi (aduertédú em eſt quia difficilè eſt bñ cóponere libellú,inquit Abb.in proœ.praxis ad fi.)ex quo eſt gñalis.l.ij.in fi.& iij.ff.unde legi.uel per unde agnati,cũ ſit maſculus,is de cuius ſucceſsione agitur.vel ꝙ poſsit védicari ét de iure ciuili,quia vr de hoc eé caſus in §.nullá.& in §.ſi uerò.in auth. de hær.ab int.ven.vbi ſi natus de cóſobrina mea decedat,potero ego táquá proximior reſpectu ſequétis,eius ſucceſsioné védicare.& maximè,quia iura nó cóſtituút differétiá inter agnatú & cognatú,ergo ſicuti agnatus d.iure ſuccedit,ita ét ſuccedá ego ſiue admitti nó ꝓhibebor ad ſucceſsioné(ut dixi)propioris ſobrini mei.d.§.nullá.Bar. in l.cú ita.in §.fi.ff. de leg. ij. & ſobtinú expone,

id eſt

id eſt conſobrinum. figuraq; eſt quam Græci, ἀφαίρεσιν vocant, cum auferuntur literę, de dictionis principio ſcilicet.

Contrarium tamen hic deciditur. & ratio deciſionis eſt, quia natus ex conſobrina mea, mihi cognatus eſt, ergo non potero (vt dicit ſignanter text.) eius ſucceſsionem vendicare abſque auxilio bon. poſſeſsionis. & ſic de iure prætorio. Et quia agnati ſolum iure ciuili, ac lege xij. tab. ſunt cogniti. §. fi. & ibi not. inſti. de legi. agna. tu. l. Iuriſconſultus, in prin. ff. de gradi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quoniam vnde legitimi datur patri, matri, vel patrono, vnde agnati verò agnato, hic autem cognatus eſt ergo. Cætera ſolo verbo tolluntur, ſi dixerimus, vera eſſe hodie, & nouiſsimo autenticorum iure, vſq; adeò vt bo. poſ. opus non ſit, quo etiam ſublata eſt (in ſucceſsionibus ab inteſtato) differentia agnationis & cognationis, vt in dictis locis legitur, & ideò diſtingue tempora & concordabis ſcripturas, vt not. in l. j. C. de accuſa. & in l. apud antiquos. C. de fur. & in c. ſi peccauerit. ii. q. i. quia nos loquimur de iure Codicis, & ſecundum tempora illius legis, cuius declaratio & cognitio etiam negligenda non eſt, vt dicitur inſti. de lega. & de teſta. & in ſimili per Spe. co. titu. in prin. pulchrè Bal. in §. quibus. in iii. not. in i. Cod. conſti.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod nomina debent eſſe conſona rebus denominationemq; fieri à re ipſa. §. eſt aliud genus. inſtitu. de dona. l. ius autem. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. l. i. §. in honorariis. ff. de var. & extraor. co. l. iii. §. i. ff. de admi. tuto. glo. in rub. ſol. mat. ff. deq; bo. poſ. vnde cogna. intelligi debere, quod hic dicitur, ex quo bo. poſ. mentio ſolum fit, nec de qna, exprimitur. Enthimemaq; eſt. id eſt ſermo mutilatus de quo etiam in l. i. ff. ſi cer. pet. nec aliter intelligi poteſt, vt etiam rub. indicat. l. Imperator. ff. de in di. adie.

Et quod verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & prout perſonarum qualitas dictat. l. ſi vno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. l. plenum. §. æquiti. ff. de vſu & hab. dicta bonorū poſ. ſcilicet opus eſſe (vt dictum eſt) & quia de ſucceſsione cognatorum agebatur.

Et quod bonorum poſſ. vnde cognati, eſt vnà ex illis quatuor enumeratis in § ſunt autem. inſtitu. de bon. poſ. quæ locum habet & competit ac dat a lege in ſucceſsionibus ab inteſtato vt ibi.

Et quod cognati ſunt qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, vt inſti. de legi. agna. tu. in §. ſunt autem. & in l. ſunt autem. ff. de legi. tu. & in l. Iuriſconſultus. in prin. ff. de grad. co. Neq; dicetur natus ex fœmina de genere vnde priuilegium conceſſum poſteris & generi, nō extendetur ad natū ex fœmina, quia nō eſt agnatus neq; de genere, ſed cognatus. l. i. §. perſonas. ff. de iure imu. Caſsiodo. de iur. pat. deciſ. j. nu. i.

Et quod denique lex xij. tab. anguſtiſsimis finibus cōſtituta erat vt in ſimili quoq; dicitur in §. i. inſti. de Senatuſcon. Tertul. cognatiq; eo iure incogniti, quam tamen ex bono & æquo prętor dilatauit, eis dando dictā bon. poſ. & adhuc. inſti. de bo. poſ. & hoc eſt quod hic tex. innuere videtur, inq; illis verbis. Sine auxilio bonorum poſ. &c. Finis.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. & CC. Felici.

NEPOTIBVS AVI MATERNI pro virili portione etiam iure honorario ſucceſsio defertur. D. id. Octobr. Sirmij. CC. Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod in ſtirpes & non in capita nepotibus aui materni ſucceſsio deferatur, quia de hoc videtur caſus clarus in §. cū filius. inſti. de hær. quę ab int. def. & quia nō ęquè conuenit vt tantum cōſequatur qui habet (puta) filios, quantum ille qui non habet argumentum in l. vt liberis. C. de colla.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſunt pares in gradu, ex eademq; filia, quo fit vt conueniat quoq; eos fore in portione pares, ſuccedantq; in capita & non in ſtirpes.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primū, quia (vt inquit glo. hic & benè) nati erant ex duabus filiabus, vſq; adeò vt nec mirum ſit, ſi in ſtirpes & non in capita ſuccedunt, hic autem ex vnā. Non ſecundum, quia imò conuenit cum ſint (vt diximus) in gradu pari, & ex eadem filia. Inq; ſucceſsionibus ab inteſtato, regulare. d. §. cum filius, & ſequen.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod nepotes aui materni, dicuntur illi, qui ex filia naſcuntur, quiq; ad ipſius aui ſucceſsionem admittuntur.

Et quod iure honorario admittuntur, id eſt, prætorio. l. ius autem, & ſeq. ff. de iuſt. & iur. per bo. poſ. vnde cognati, licet explicitè non dicatur rationibus, de quibus in l. præceden.

Et quod bo. poſſeſsionem vnde liberi non habent, ex quo illis datur, quibus etiam contra tabulari poteſt. l. j. §. rectè. ff. ſi tab. teſta. nullę exta. ſed iſtis dari non poteſt. l. illud. §. ad teſtamenta fœminatum. ff. de bo. poſ. con. tab. ergo. & not. in l. quotiens. C. de ſuis & legi. & in rub. C. vnde lib.

Et qđ tantū eſt dicere pro virili portione nepotibus ſucceſsionem deferri, quantū eſt dicere ꝙ æqualiter admittātur argu. in l. reos. in §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.

Et ꝙ deniq; vnū determinabile relatū ad plura determinabilia debet illa pariformiter determinare. l. iā hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſub. l. fi. C. de ſen. l. in teſtō, C. de mil. teſt. ſed hic monoſyllaba pro, determinās, refertur ad portiones, & pariformiter determinabūtur, vt quilibet pro virili admittat, & ita ī ſimili qñ dr̄ prorata determinat & decidit Cor. pulchrè cōſ. cxvj. co. j. vol. iiij. Finis.

Impp. Diocle. & Maxi. AA. Syriſtę.

NON HOC AN TENVERIT quis res hęreditarias, nec ne, ſine uoluntate acquirendæ ſibi hæreditatis, quærendum eſt: ſed an admiſerit hæreditatem vel bonorum poſſeſsionem. D.xi.kalen.Ianuar. Sirmii. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſufficiat probare quem poſsidere, quia immediatè quod quis reperitur poſsidere, hæreditatem quoque adiuiſſe præſumitur.l.j.& ij.C.de repud. hæred. & quia ſi volo te conuenire vti hæredem Titij, probare ſufficit quod tu bona ipſius poſsideas.l. controuerſia.ff.de tranſa.& quia denique ſufficit quod libellus pręſumptiuè concludat.l. ſiue poſſidetis.C.de proba.l.omnes.§.Lucius. ff. quæ in frau.credito.Bal.in l.edita.lectu.Peruſi.col.v.C. de eden.Bar.in l.j.col.iij.ff.eo.But.in c. ſignificātibus.col.ij.vbi & nos quoque, de lib.obl.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia non probat hôc eſſe qđ ab hoc contingit abeſſe, ad quod etiam tex.iſte vulgo ſolet allegari, ex quo poſsidens quoque prædo & vſurpator eſſe poſſet, vt etiā dicit gl. hic & bene.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia id verum eſt in filio non in extraneo vt hic per Bar.& latius ac clarius Iaſ.in prin. & probatur in l.in ſuis ff.de lib.& poſthu.& in §. ſui.inſti.de hær.qual.& diffe. Non ſecundū, quia id etiam procedit in duobus contendentibus de hęreditate Titij quo caſu ſi poſsidens conueniatur, & probetur poſſeſsio, ille vtiq; præſumetur hęres, longè diuerſum à caſu noſtro, & propterea diuerſum ius ſtatui debet, vulga, l.à Titio. ff. de ver.obl.l.illud.ff.ad legem Aquil.& ita credo Paul.hic dicere voluiſſe. Non denique & vltimū quia (vt ipſe pariter dicit) verum eſt id, ſi ius aliquid præſumat ex aliquibus coniecturis, & coniecturæ ipſæ probentur, nanque iſtud ipſum ſufficit, & ita intelligatur quod dicitur in locis præal leg.ſed nos loquimur in coniecturis hominis, & propterea nō eſt ſatis qđ præſumptiuè cōcludat.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod in his quæ ſunt facti vno poſito aliud non ſequitur, vt in pulchro caſu inqnit Nel.in tract.bann.inq; ij.par.ij.tempo. q. xlviij. col.j.& ij.ſed poſſeſsio facti eſt.l. cum hęredes. in prin.ff.de acqui.poſſ.l.deniq;.ff.ex quib. cau. maio.ergo ex probatione poſſeſsionis non ſequitur concludenter quod poſſeſſor ſit dominus.

Et quod quotienſcunque aliquid multipliciter exponi poteſt, quid ſignificet ignoratur.l.ita fidei.ff.de iur.fiſ.Pau.Caſt. conſil. xxviij. nume. 5. volumi. ij.

Et quod id quod poſsibile eſt, nō præſumitur verum niſi probetur ita Bald.in l.de quibus. col. xv.ff.de legi.vnde ſi dico. poſt nonam non comedi, iam non ſequitur quod ego comederim ante vt declarat Deci.ſeni.in l.j.col.vij.ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ.

Et quod quanquam probetur Comitem legitimaſſe natalibuſq; reſtituiſſe ſpurium, vel ſcholarem examinaſſe, vt doctoralibus inſulis fulciretur à promotoribus ſuis, non tamen probatur ob id dignitas niſi priuilegium oſtendatur ſecundū Bal.vbi alia ad idem multa conſ. ccccxxxix. col. vij. volumi. iij.

Et quod denique articuli non continentes factum expreſſè, veramq; ſcientiam haud includentes neceſſario, non ſunt admittendi.c. propoſuit, de cle.excom.mi. Old.cōſ.cccxxxij.col.j.& hinc elicitur quod probatio ſimiliter neceſſario concludere debet, aliàs dubia eſt, & probantem non releuat nec inde reſultat victoria cauſę, vt etiam habetur in l. neque natales. C. de probatio. & in capitulo in præſentia. eodem titulo. Bald.in l. ſecunda, ad finem. C. de bon.poſ.ſecun.tab. & in l.ſecunda.col.prima. C.de ſen.quæ ſin. cer. quantita. Ancha.conſil. clxxix. col. ſecunda, & conſil.cxc.col.ij.& conſ.cxciiij.col.iij. & conſil. cclxvij.in princip.eſt bene verum ſi præſumptiuè concludat ea præſumptione quæ ſufficiat ad condemnationem, quod releuabit & erit ſatis, vt inquit Bar.in l.j.col.v.vbi ego etiam multa in l. prima, ſecunda, & tertia.lectu.ff.ſi cer.peta. & quod releuabit rurſus probantem, quando in quolibet intellectu concluderet ad intentum probare volentis.c.cum cauſam.de teſti. Præpoſit. Alexandri. in c. per tuas. col. prima. qui fil. ſint legi.& quia ad ornatum iſtius legis, & præalleg.c.in pręſentia, dixi ibi & alibi ſatis tranſeo, hæcq; ſatis erunt pariter nunc, Finis.

De collationibus.

Imp. Alexander A. primo.

SI PATER INTESTATUS deceſsit, relictis duobus filiis & filia, cuius nomine dotem promiſerat: portiones hæreditatis æquę ſunt, & dos nihilominus ita conferenda eſt, vt pro portionibus fratres eius à neceſsitate præſtandæ eius dotis liberentur. D.iii.id. Septemb. Iuliano ii.& Criſpino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat quod dotis collatio non fiat, quod ſoror non tenetur, neque eſt obligata. caſus eſt in auth. ex teſtamento. ſupra eo.& maximè qa hic ſoluta nō fuerat, quāquā promiſſæ,

miſſæ, & regulariter nemo pôt plus iuris in aliũ
trãsferre q̃ ipſe habeat.l.traditio.ff.de acq.re.du.
nec conferri dos quam ipſa ſoror non habet &
quod non teneatur, probari quoq; videtur in l.
ex parte.in §.j.ff.fam.her.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò
conferri debet,& fratres pro portionibus libera-
ri à neceſsitate eiuſdem dotis præſtandæ. & rõ
deciſionis eſt, quia iure iſto inter filios æqualitas
ſeruanda eſt.l.vt liberis.infra eo.§.illud.in auth.
de trien.& ſe. tradunt omnes & in ſpecie Deci.
in rub. ſupra eo. ad fi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ pri-
mum, quia loquitur in ſucceſsione teſtati, nos
inteſtati, quorum duorum caſuum non eſt par ea
demq; ratio, argu.in l.quandiu.ff.de acqui.hære.
& in l.quandiu qui admi. Et maximè, quia ibi ue
tuit pater dotem conferri, ergo æqualitas nõ ſer
uabitur, vt in ſimili not.in l.parentibus.C.de in-
offi.teſta. Non ſecundum quia (ut inquit Bar. &
omnes hic) confertur liberatione, vel cautione,
vel indẽnitate, interpoſita.& q̃a ſi ſoluta fuiſſet,
tantominus etiam à ſimili ferret de portione ſua
l.dotis.infra eo. Non vltimũ, quia uerum eſt id
pariter in ſucceſsione teſtati, & quando pater
contemplatione dotis filiæ minorem reliquerat
portionem.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & ma-
ximè, quod niſi ſororẽ admitteremus pro portio
ne ad hęreditatem patris, eſſemus naturæ accuſa-
tores.l.maximum uicium.C.de lib.præte.& ideò
ſtatuta excludẽtia fœminas à ſucceſsionibus, fe-
rè per totam Italiam, cõiter ſunt odioſa ut not.in
d.l.maximum uicium.Bal.conſ.cxix.col.ij.uol.
iij.& conſ.ccccxxvj.col.ij.eo.lib.Imò iniqua, in-
quit idem Bal.in ſtatu.Odium.nu.1.& 2.Corn.
multa conſ.cxv.col.j.uol.ij.& conſil.xc.col. iiii.
vol.iii.& conſ.cxlvij.eo.lib.& quẽadmodum ni-
hil indignius eſt filio, quam patrem infamare, ſic
nihil eſt difformius quàm accuſare naturam.

Et quod æqualitas eſſe debet in lucro legis, li-
cet inęqualitas eſſe poſsit in prouidentia teſtato
ris, ita idem Bald. in l. hac edictali. col.iii.C.de
ſecund. nup.

Et quod pater nihil magis optat inter filios,
quàm pacem, cuius forma & materia eſt æquali-
tas, dicit alibi in rub.præalleg.ſupra eo.col. ii.

Et quod inæquales portiones inter filios, ple-
runque ſunt cauſa diſcordiæ.l.cum pater.§.dul-
ciſsimis.ff. de leg. ii. l. cum oportet & ibi Odof.
col.i.C.de boniſq; lib.

Et quod denique quantum ad effectum colla-
tionis, paria ſunt dotem promiſſam, vel ſolutam
fuiſſe,& maximè quia promittere aliàs eſt ſolue-
re.l.fi.C.ad legem Falcidiam.latè Deci.in d.l. vt
liberis.in quinto nota. & conſil. trigeſimoquin-
to, uolumine primo, Bartol. in l. qui ſe debe-
re, columna ſecunda. ff. de condi. ob cauſ. An-
gel. in ſimili in l. ſi quia delegauerit. in princip.
ff.de noua. Finis.

Imp. Gordianus. A. Alexandrę.

DOTIS QVIDEM PETI-
tio perſeuerante matrimo-
nio tibi non competebat.
quamuis enim eam inteſtato patre de-
functo fratri conferre debueras: non
tamen eo nomine aduerſus maritum
tibi actio potuit eſſe, cum eo minus in
partem tibi delatæ ſucceſsionis patris
auferre potueris. D. Non. Septembr.
Gordiano A.& Auiola Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſoror do-
tem conferre nõ teneatur, matrimonio conſtan-
te, quia ſi eam non habet ſed maritus, nec conſtã
te matrimonio rurſum. peti poteſt (ut hic dicit)
quomodo conferri poterit? argu.in l. eius qui in
prouincia.ff.ſi cer.pet.& in l.traditio. ff. de acq.
re.do. imò quod maritus eſt ipſius dotis domi-
nus.l.doce ancillam.C.de rei uen. & ſi ſoror con
ferre teneretur, conferret rem cuius dominiũ nõ
habet, & malè.& dato quod conferri debeat, cõ-
ferri deberet liberando, uel de indemnitate pro-
mittendo, & non realiter.l.ſi pater. ſupra eo.

Contrarium tñ hic deciditur, Quod conferri
debeat tãto minus accipiẽdo q̃tũ fuit dos, de por
tionibus hẽditariis. & rõ deciſionis eſt ut in filiis
ſeruet æqualitas.l. vt liberis.infra eo. no.in rub.
ſ.eo.in qua (ut ibidẽ legit) fundata eſt collatio.

Ad oppoſita rñdetur nõ obſtare, nõ primũ, q̃a
eſto q̃ maritus dotẽ hẽat ipſiuſq; dñs ſit (ex quo
ſecundũ quoq; tollitur) de iure ciuili, ut ſeruiat
oneribus mrĩmonii, non ideò minus tñ tenebitur
cõferre, tãto minus accipiendo.imò qd̃ ipſa vxor
eſt ẽt domina dotis de iure naturali, q̃a ad eã uel
ad eius patrẽ eſt reuerſura.d.l. doce ancillã.l.vti-
liũ. ff.de impẽ.in rebus dot.fac.Bal.cõſ.xciiii.ad
fi.uol.i.& ita dicebat etiam Alex. quod quanquã
maritus ſit dominus. non tamen habet dominiũ
liberum ſed reſtitutioni ſubiectum, in l. diuor-
tio.in §.ſi fundum.col.iii.ff. ſolu. mat. nunnihil
Ang.in l.in his.in §.i.ff.eu.Non ob.ulti.quia qd̃
dicitur in d.l. ſi pater in dote promiſſa procedit,
nos autem loquimur in ſoluta, nimirum igitur ſi
conferri debet tanto minus accipiendo, (ut dixi)
non aũt liberãdo, uel de indẽnitate ꝓmittẽdo vt
ibi, ubi ſatis ẽt ſuperq; dictum eſt.

Pręſtatq; nobis hęc lex arg.ad multa & maxi-
mè q̃ tm̃ eſt dicere hic pſeuerãte mrĩmonio qđ
eſt dicere cõſtãte, ut alibi, ĩ l.ſi cõſtãte.ff.ſol. ma,

Et q̃ cõſtãte mrĩmonio adhuc, dos peti nõ pt.
niſi maritus uergat ad inopiã, quia tũc ſecus, ut ĩ
d.l.ſi cõſtãte.& ĩ l.ii.ff.eo.ti.& ibi no.oẽs. ex quo
reip.intereſt, mulieres eſſe dotatas.l.i.ff. eo. aliàs
nõ habẽtes dotẽ lugẽt,& famę pereũt ut per glo.
in l.aſsiduis.C. qui po.in pig.ha. & hinc dicimus
quod ſuccedit loco alimentorum & legitimæ, l.
iii.§.ſed utrum.ff.de mino.Bar.in l. Titio cẽtum.

in §.Titio genero.col.iiij.ff.de cond.& dem.Cy. & Bal.in l.mater.C.de iur.dot.l.quoniã nouella. C.de inoff.teſta.Alex conſ.vij.col.j.& iij.uol.ij. & conſi.ccviij.col.ij.eod.lib.

Et quòd nimirum hic inteſtato patre defuncto, collatio locum habet, quia ſecus eſt ſi mortuus fuerit teſtatus, argu.in l. quã diu.ff. de acq. hære.ſi expreſsim tamen fieri uoluerit.auc.ex teſtamento.ſupra eo.quia inquit alibi Imp.diſponat teſtator & erit lex.in §.diſponat. in auc. c. de nup.l.in conditionibus primum locum.ff.de cõditio.& demonſtra.

Et quòd in ſucceſsionibus ab inteſtato, tacite uoluntas defuncti colligitur in liberis ſolam æqualitatẽ oĩo ſeruari debere. l.cõficiuntur. l.ſi quis.cum nullum.ff. de iure codicillo. d. l. ut liberis, nimirum igitur ſi (ut dixi) dos conferri debet. quia nec uerisimile eſt, (ut uulgo quoq; dici ſolet) quod uoluerit ſibi vnum filium eſſe & alterum priuignum.

Et quòd denique in non deſiderantibus certam formam inque actu diſpoſitiuo, non refert quid ex æquipollentibus fieri.l.fin.§.fin.ff.man. ex quibus idem effectus inſurgat, ut per Bald.ubi multa in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum. col.ij.ff. de libe.& poſthu.argum.in l.ſi mater.C.de inſti. & ſubſtitu.ſub condi. fact. paria ſunt igitur, uel quòd dotem conferat, uel quòd ipſa tanto minus accipiat. Finis.

Imp. Gordianus A. Claudio.

EA DEMVM AB EMANCIpatis fratribus his, qui manſerunt in poteſtate, conferri conſueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tempore quo pater fati munus impleuit: exceptis uidelicet quæ ab ipſis aliis debentur. D.vij.kal.Maii. Peregrino & Aemiliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quòd non omnia emancipatus filius cõferre teneatur, quæ in bonis habebat tempore mortis patris, ſed profectitia tantũ, aduentitia autem nõ, caſua eſt in l.ſi. infra.eo.tit.noſtro. Imò (& ad idem) quòd neq; caſtrenſia uel quaſi etiam confert. l. j. §. nec caſtrenſe.ff.de colla.bon.& plus ultimo loco, cum ſint penitus incogniti.§.emancipatos. inſtitu.de exhæreda.lib.§.emancipati.inſtitu.de hære. quę ab inteſta.defer.uideretur dicendũ nec ipſum ad collationem teneri.l.nec emancipati. infra.eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia æquè conuenit, ſi paterna bona aſſequi deſiderat (nanque ad bono. poſſ. contra tab.admittitur, & dictorũ bonorũ cũ ſuis efficitur particeps) ut ipſe quoque ſua conferat.l.j.in prin.ff.de colla.bo.tradit Bar.in l.ſi emancipati. infra.eo.& omnea in rub.ſupra. eo. & (ut dicebam quoque alibi.ſupra.) ut inter fratres ſeruetur æqualitas.l. ut liberis. & ibi per Scriben. ubi & nos multa.infra.eo. deducto tamen ære alieno (ut ſubiicit hic tex.) quia id habere non dicitur in bonis.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de uer.ſig.Bar. in l.ut iuriſiurandi in §.ſi liberi.ad ſi.ff.de op.lib.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum quia id uerum fortaſsis eſt hodie ut ibi, & per Bal. in l.quoniam nouella.col.i.C.de inoffi. teſta.non olim & de iure Codicis, quo caſu lex iſta loquitur, & ideo diſtingue tempora & concordabis ſcripturas inquit Glo.in l.j.C de accuſ. & in l.apud antiquos.C.de fur. Cy.in l.cum non ſolum.in prin.C.de bonis quę libe. & nimirum legitur quod hic rurſum dicitur, ut nihil antiquitatis à nobis penitus ignoretur. l.unica. §.& cum triplici.C.de cad.tollen.inſtit.de teſtam.in prin. Non ſecundũ quia in caſtrenſibus uel quaſi loco patris familias habetur filius, bona ſua ſunt propria pręcipua & priuilegiata merito conferenda non ſunt.l.ij ff.ad Senatuſconſul. Macedo.l.cum oportet.C.de bonis quæ libe.Ange.in not.q.in l.ſi filius.ff.de dam.inf. Non tertium, & ultimum quia incognitus erat de iure ciuili, ut iura prælega.ad idem dicunt, nec aliter loquũtur, non prætorio, quia tunc fuit recognitus.§. quos autem. inſti.de bo.po.d.l.j.ff.de coll. bon. et ideo ſupra dicta ratione conferre tenetur, æquitate prætoria inſpecta, nec facit text. in d.l. nec emancipati. quia loquitur in quęſitis poſt mortem patris, tex.autem uidetur in his quę habebat ante, ſeu tẽpore quo idem pater, fati munus impleuit. et quare quęſita poſt mortẽ patris nõ cõferantur, dicemus in d. l. nec emancipati.

Præſtatq; interim nobis hęc lex argu. ad multa, et maxime quod aduerbium iſtud demũ, uim habet taxatiue dictionis, ita ut ſenſus ſit, ſolũ ea quę habet emancipatus tempore quo pater fati munus impleuit conferri debere, ergo non quæ poſt ſibi acquiſiuit ut dictum eſt in ſolu. contrarii.l.nec emancipati.infra eo.l.ita demum. C.de procu.§.permiſſum eſt, inſti.de tutel.

Et quod lex quanquam generaliter loquatur, nihilominus ad id quod rationis eſt debet reſtringi.l.quiq;.§.1.l.quamuis.ff.de in ius uocan. Bal.in l.pactum.col.ii.ſupra eo.nanque & ſi dicatur hic, ea conferri debere quæ filius tenebat mortis patris tempore non tamen Caſtrẽſia uel quaſi includuntur ut ſupra.

Et quod indefinita non æquipollet uniuerſali (ad idemque tendit quando non eſt eadem ratio omnium contentorum ſub ea.ut not.Barto.in l. ſi pluribus.ff.de legat.ii.ſed in Caſtrenſibus uel quaſi non eſt eadem ratio, ex quo in materia collationis præcęteris regula eſt, quod locum non habeat, niſi bona quæ conferri petuntur de bonis illius proceſſerit de cuius hæreditate agitur, quãdo collatio fieri petitur.l.ut liberis infra eo. Bald.in d l.qm nouella.col.i. C.de inoffi. teſta.

Et quòd ſecundum naturam eſt, qui commodum hæreditatis vult cõſequi, ut inde ẽt aliquod

incom-

incōmodū ſentiat.l. ſcd̄m naturā. ff. de reg.iur. neq; .n. ferēdus eſt is qui lucrum amplectit onus aūt ſubire (quod ei annexū eſt) contēnit, inquit pulchre Imp.in l.vnica.in §.in nouiſſimo.C.de caduc.tollen.ad quod etiam vulgatum illud bene.facit,In ſudore vultus tui uesceris pane tuo. c.iij.Heſiodique ſententia eſt. Virtutem poſuere dij,ſudore parandam. hoc eſt ut conferat rurſum,ſi vult ad hæreditatē emancipatus admitti.

Et quòd denique exceptio in vno caſu firmat regulam in non exceptuatis.l.quæſitum.§. denique.ff.de fun.inſtruc. inſtrumentoq; lega. nota. in c.cum dilecta.de confirma.uti.uel inuti. quia ſi æs alienum non confert ſicuti nec caſtrenſia uel quaſi,ratione ſupra dicta,neceſſario dicemus cætera omnia conferri debere. argum. in l.quod uero contra.& in l.ius ſingulare.ff. de legi. & in c.præſenti.in §.loca. de præb.in vj. Finis.

Imp. Philippus.A.Tyranniæ.

FILIAM TESTAMENTO patris inſtitutam hæredem, fratribus iiſdemq; cohæredibus dotem conferre non oportere,niſi pater hoc ipſum ſpecialiter deſignauerit explorati iuris eſt.PP.vi.kal.Maii præſente & Albino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quòd filia dotē ſuam conferre teneatur,quia uidetur caſus clarus in auc.ex teſtamēto.ſupra. Et clarior in l.in adoptionem,allega.quoq; hic per glo.ff.de coll.dot. Et quia æqualitas etiam inter filios ſeruari debet l.ut liberis infra.eo.& not.in rub.ſupra. eod. ex quo inæqualitas aliàs eſt diſcordiæ cauſa. l. cum pater.§.dulciſsimis,ff.de legat. ii. qua res omnes maxime dilabuntur (ut ille ait) concordia vero ab æqualitate ꝓueniēs(quanq̄ parue) creſcunt.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia iniuriam non facit fratribus, ēt ſi ab altero edicto cōmiſſo neceſſe habuiſſet bo. poſſeſſ.contra tab.accipere.l.iij.ff.de collat. dot. Maxime quia pater uoluiſſe uidetur quod eam habeat præcipuam. l.illud. C.communia ut.iud. l.Pomponius Philadelphus.ff.fam.herc. l. filię. C.eo.Et non ab re ſubiicitur, hic non teneri niſi pater hoc ipſum ſpecialiter deſignauerit.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,non primum quia uerum eſt iure nouo , ut ibi & in corpore unde ſumitur , non autem ueteri quo caſu lex iſta loqui uidetur. Et ideo (ut dicebam proxime ſupra)diſtingue tēpora & cōcordabis ſcripturas,& nouiſſime addo Bal. quoque ita dicentem conſi.ccv.in princ.uol.j.& in c. j.in prin.col.ii.de pa.iu.fir.in uſi & conſ.cccclv. col.ii.eo lib.Non ſecundum, quia ibi (multa.n. dici poſſent,ut hic per Glo.) non à patre fuerat inſtituta, ſed ab extraneo, nimirum igitur.ſi dotem conferre tenetur. & eſt ſol. ſatis realis. Non ultimum denique obſ. quia id quoque uerum foret quando pater non ita ſenſiſſet ipſam ſecundum debere dotem habere præcipuam , et aliàs etiam in ſucceſsionibus ab inteſtato.d. l.filię & aliis ut ſupra.l.dotis.ſupra eo.arg. in l.parentibus cum ibi not.C.de inoffi.teſta.ſed hic ſine dubio uoluiſſe uidetur,imò quod eam ſibi donaſſe ꝓſumit.d.l.filię.ergo nō tenebitur cōferre.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa,& maxime quod ſi pater aliquid expendit uel faciat , quod honorem ſeu dignitatem filij concernat,id feciſſe uidetur in ipſius prærogatiuam ſitque ſibi præcipuum.l.quæ pater. ff. famil.her. Bal.pulchre.conſi.cccexliiij.col.fin.uol.iij. Nec in portione ſua computabitur.

Et quod adhuc ſi pater dederit libros filio,pietatis cauſa donaſſe præſumetur , ut ibidem dicit idem Bal.ſignanter per tex.in d.l filię.deque materia aliàs in l.j.in §.nec Caſtrenſe.ff.de colla.bo..

Et quod ſi aliquid donat pater filio tradat , quanquam donatio non ualeat propter patriam poteſtatem iuxta not.in l.frater à fratre.ff.de cōditio.ind. & in l. ſecunda.C.de inoffi.dona.morte tamen confirmatur.ut plene per Coru. conſi. clxxxv.col.iij.uol.ij.& id(ut dixi) filius hēt pręcipuū.l.donationes.C.de dona.int.ui.& uxo. l.illud.ff.de colla.bono.Bal.conſ.præallega.

Et quod prędium emptum nomine filię ſibiq; traditum,emptum præſumitur ut ſibi donetur. d.l.filię & ibi Bar.l.ij.C.ſi quis alte.uel.ſibi.ergo nec conferetur ſicuti nec dos in caſu præſenti, & declarat Paul.Caſt.conſ.ccj.ad fin.uol.j.

Et quod denique inter aſcendentem & deſcendētem pręſumitur donatio.l.publia in prin. ff.depo.Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat. Pau.Caſt. in loco præallega. Finis.

Impp.Dioclet.& Maximian. AA. & CC. Hirenæ.

A PATRE VERBIS PRAEcariis in codicillis relictum, extero iure capiens filia, ad collationem dotis urgeri non poteſt. S.vi.kal.Decembr.Sirmii CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quòd filia hic dotem conferre teneatur.quia collatio (ut dictū etiam fuit ſupra) in æqualitate fundata eſt.l.j.ff. de colla.bon.l.ut liberi.& ibi not.Infra.co.æque igitur conuenit, ſi relictum ſibi factum a patre conſequi vult,ut dotem quoque conferat.Et uidetur caſus clarus in l.filiam.infra.eo.ubi dotem omnino conferre debet.Et quia ſi in hoc eſt honorata,grauanda in alio , (ad collationem ſcilicet) eſt abſque dubio l.uolo.C.de fideicommiſſ. argumen. (& melius) in l.eam qui ff. de iur.iur.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia iure extero capit, (ut ſignanter dicitur

dicitur in tex.)& non ut filia, uel titulo ſingulari & non uniuerſali, nimirum igitur ſi conferre nõ tenetur. l. ſi. ff. de colla. dot. & eſt una de regulis in materia collationum quæ tradi ſolent, ut hic per Cyn. Bal. & alios.

Ad oppoſita reſpondetur pſrum facere, nõ primum, quia uerum eſt (ex quo tamen ſecundum quoque tolletur) quando raperet cum fratribus hęreditatem, & uellet (ut dixi) iure nniuerſali admitti ut filia. Non ulti. quia non eſt honorata eo modo quo requiri uidetur, ut onere collationis etiam grauetur, præalle. l. ſi. ff. de colla. dot. & eſt argumentum in l. iii. in §. hoc aũt. ff. de leg. pręſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod ſi dos filiæ prælegata ſit â patre, eam conferre non teneatur, ut pulchrè etiam per Ro. conſ. cel iii. ad fi.

Et quod negatiua dictio, præpoſita uerbo poteſt, priuat potentiam & inducit neceſsitatẽ pręciſam ut hic, & ſenſus eſt, filiam ad collationem dotis ſibi uerbis præcariis relictam in codicillis à pr̃e nullo mõ urgeri poſſe. l. i. ff. de uer. obli. l. nemo põt. ff. de leg. i. c. i. ubi gl. no. de reg. iur. in vj.

Et quod acquiſita titulo particulari longe differunt ab his quæ acquiruntur titulo uniuerſali ut dictum eſt, & hinc eſt, quod ſic inſtitutus in re certa dato tamen ſibi cohærede uniuerſali, loco legatarij habetur, aliàs hæres eſt. l. i. §. ſi ex fundo. ff. de hæ. inſt. l. quotiẽs. C. eo. Bar. cõſ. viii. col. ii.

Et quod legatarius impropriè eſt hæres. l. id tẽpus. ff. de uſuca. imò impropriiſsimè inquit Bal. in l. ſi abducta. col. ii. ad fi. C. de fur. nimirum igitur ſi filia hic dotem non confert.

Et quod deniq; ſi pater donet filio, ut bene meritò, ualet donatio, ex quo ei uti extraneo facta videtur, non ſecus ac filiæ hic, prælegando dotem, uſq; adeò ut neque mirum ſit, ſi eam conferre nõ tenetur, & probat tex. ibi, extero iure capiens filiæ, & in ſimili Dec. ubi & alii multa in l. ſi donatione. infra eo. Finis.

Impp. Diocletian. & maximian. AA.
& CC. Artemiæ.

POSTHVMO PRAETERITO patris teſtamentum rumpenti, atque inteſtato ſuccedenti, emancipatum petita bonorum poſſeſsione conferre debere bona ſua perpetuò edicto cauetur: cum his etiã qui ſui futuri eſſent, ſi uiuo patre nati fuiſſent, conferre debere manifeſtè ſignificatur, & emancipatis (ſi legi datæ collationi non pareatur) denegandas actiones, non eſt ambigui iuris V. kal. Ianuar. ipſis AA. & Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod emãcipatus non teneatur conferre poſthumo, quia regulariter confert filio, qui erat in patris poteſtate, & ſuus. l. i. ff. de colla. bo. not. in rub. ſupra eo. uerum poſthumus, qui poſt mortem patris naſcitur nunquam fuit in poteſtate eius, ergo ad collationem non tenebitur. & quia collatio æquitate prętoria fit. d. l. i. tradit Bar. in l. ſi emancipati. infra eo. & Doct. in rub. pręalleg. ęquitas autem dictare non uidetur ut filius quanquam emancipatus ratione prædicta conferat poſthumo ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt ut inquit Iuriſc. in d. l. i. ff. de coll. bo. in prin. ne iniuria fiat his cum quibus uult ſuccedere, id eſt poſthumo nato & teſtamenrum rumpenti. l. poſthumo. C. de bo. po. con. tab. ex quo fuerat præteritus, & ad bo. poſ. con. tab. admittitur ut ibi, uſq; adeò ut bona ſua ex hoc (ut diximus) omnino conferre teneatur, ciq; denegentur actiones ſi conferre noluerit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia licet ſuus non ſit, nec in poteſtate patris, ſuus tamen futurus erat ſi natus fuiſſet patre uiuente. uel etiam reſpondeamus quod licet uerè non fuerit ſuus inq; poteſtate patris, fingitur tamen fuiſſe nec minus debet operari fictio in caſu ficto quàm ueritas in caſu uero. l. ſi filius. & ibi Iaſ. multa. ff. ſi cer. pet. ex quo ſundata eſt in æquitate. l. denique. l. nec utilem. ff. ex quib. cau. maio. Et ad propoſitum maximè quia in concernentibus eius commodum & utilitatem haberi debet ꝙ iam nato. l. qui in utero. ff. de ſtatu ho. & hac de re uidemus hinc etiam, quod poſthumus alienus de iure prætorio, & ciuili pariter nouiſsimo tamen, poterat quoque hęres inſtitui de quo aliàs per glo. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & poſthu. & inſti. de bo. poſ. in prin. & ibi Por. col. ii.

Ex quibus tollitur etiam ſecundum, quia imò æquitas (ut oſtenſum eſt) hoc idem dictare uidetur, in qua fictio ſundata eſt, & nouiſsimè not. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap.

Pręſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod pater tenetur filium inſtituere uel nominatim exhæredare, ex quo aliàs præteritus (ut hic dicitur) teſtamentũ rũpit. l. inter cętera. ff. de lib. & poſthu. & inſtitu. de exhæreda. lib. in prin.

Et quod ſicuti inſtituto datur ex teſtamento bo. poſ. ſecuudum tabulas, ita datur præterito cõtratabulas. §. ſunt autem. inſti. de bo. poſ.

Et quod eſto quod bo. poſ. contratabulas teſtamentum patris ſubuertat, nihilominus ex teſtamento dari dicitur, id eſt propter teſtamentum, quia ſi factum non fuiſſet nondaretur, nec incõuenit dictionem ex, id eſt propter ſic exponi. l. j. §. ex incendio. & ibi Bar. ff. de incen. rui. nauf. & ad idem quia nec ſecundum tab. intentari poteſt, quandiu locus eſt bo. poſ. contratab. l. illud. §. fi. ff. de bon. poſ. contratab. l. æquiſsimum. in prin. ff. de bo. poſ. ſecundum tab.

Et quod

Et quod nihil eſt perpetuum ſub ſole, vt not. in l.j.pro ſocio.diximuſq́; alibi ſatis, vſq; adeò vt verbum perpetuo, in lege repertum vt hic, id eſt generali exponi debeat, habetq́; relationem ad verbum edicto.l.edita.C.de eden.l.ij. C. ſen. re. non poſ.l.j.C.de alie.iud.mut.cau.fac.l. obligantur.§.iure honorario.ff.de act.& obli.c.perpetuo de electio.in vj.& dixi in d.l.edita.ſatis in j. ij. & iij. lectu.

Et quod denique quanuis dicatur in lege indubitati iuris eſt vt hic, certi iuris eſt, vt in l. certi iuris.ff.de milita.teſta.explorati iuris eſt, vt in l.filiam teſtamento.ſupra eo.& ſimile quiddam, non eſt propterea quod lex ipſa non ſit de dubitabili.l.quod Labeo.ff.de carb.edi.c.cum in iure peritus de offi.dele.ſed ſic dicitur, quia apud Legiſlatorem non eſt dubitatio, apud nos aũt ſic .l. vbicunq; & ibi Bar.col.vii.ff.de int.ac. vel dic ꝙ auxeſis figura ſit, vt argumentum à contrario ſenſu (quod aiunt) in iure fortiſsimum.l.i.ff.de offi. eius cui mand.eſt iur. id eſt augumentatio, quia re vera nulla lex eſt, quæ dubium non habeat. d. l.qđ Labeo.hinc Papa deridet eos.qui de nõ habentibus dubitationem conſulunt, vt not.in c.dę multa, de pręben. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Stratonicæ.

SI MARITVS QVONDAM tuus ab inteſtato patri ſuo hæres extitit, & ei poſthumus a te editus ſucceſsit: actiones hæreditarias amitæ filij veſtri, quas habuit patris ſui mortis tempore, dotem non conferenti, denegare præſes non dubitabit.PP.vij.kal. Mart. Trimontii, Tuſco & Anulino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ius petendi collationem non tranſeat ad hæredes, ex quo Stratonica fratri ſuo conferre tenebatur. l. dotis quidem petitio, & ibi diximus ſupra eo. ergo nõ poſthumo fratris filio, qui non erat in rerum natura tempore mortis aui paterni.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ęqualitas inter ſuccedentes ſeruãda eſt l.vt liberis.infra eo.not. in rub. ſupra eod. & alibi dictum eſt in materia ſatis. In qua etiam collatio fundata eſt, & maximè iure iſto Codicis vt adhuc dicitur in rub. præalleg. per ſcriben. & quoniam diſcordiarum cauſa, eſt inæqualitas. l. cum pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ii.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia eſto (vt etiam dicebam proximè & repeto) quod non fuerit tunc in rerum natura, fingitur tamen quo ad ipſius poſthumi commodum & vtilitatem fuiſſe.l.qui in vtero, ff. de ſta. ho. vſq; adeò cum teneretur dotem conferre poſthumo fratris filio, & patrem repreſentanti.§.cum filius. inſti. de hære.quæ ab int.[illegible] f.l.i.§ ibidem.l.cum emãcipati.in prin.ff.de colla. bono.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod filius repreſentat perſonam patris.d.§.cum filius, inſti.de hęre, quę ab inteſt. def.in materia collationis ſcilicet vt ſupra, & in hæreditate diuiſibili.d.§.cum filius. & hoc quia fortè ſecus eſſet in regno, de quo per Cy. aliàs in l.ſi viua matre.C.de bon.mat.

Et quod non eſt homo qui eſt in vtero, ſed ꝙ incipit eſſe, id eſt fieri homo.l.qui in vtero, etiam prę alleg.ff.de ſta.ho.Bal.in l.i.col.i.ff.de ori. iu.

Et quod licet non ſit, eſſe tamen fingitur aliquo caſu vt hic, nec minus operatur fictio quam veritas.l.ſi filius, & ibi Iaſ.ff.ſi cer. pet.

Et quod vbi de commodo eius qui eſt in vtero agitur, deq́; fauore ipſius, habetur pro iam nato, ſecus ſi de odio. c. ii. & ibi Abb. Pan. qui fil. ſint legi.not.in d.l.qui in vtero.

Et quod deniq; actiones ſunt denegandę agẽti, iſq; repellẽdus, qui planè facere quæ iuris ſunt & æquitatis arroganter recuſat. Imò quod dolo carere non videtur.l.dolus.ff.de dolo.l. non põt dolo.ff.de reg.iur.multa Alex.conſil.ciij. col. vj. vol.j.dolus autem nemini patrocinari debet.l.nec ex dolo.ff.de dolo.c.ſedes Apoſtolica, de reſcrip. nimirum igitur ſi recuſanti conferre hic denegantur actiones. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Philippo.

NEC EMANCIPATI POST mortem communis patris quæſita conferre coguntur: ſed hæc retinentes, eius bona pro hæreditaria diuidunt portione. D. idib. Decemb. ipſis CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod conferre teneatur, quia collatio eſt bonorum ſuorum communicatio, quaſi in communi latio ſecundũ glo.in rub.ff.de colla. bo. not. in rub. ſupra eod. Maximè quia hoc idem ſuadet æquitas. l. j. ff. de coll.bo.etiã quod poſt patris mortẽ quęſita ſint bona.l.ij.§.iſq;.ff.eo.& quia hinc etiam videmus aduentitia conferri.l.filiæ.ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, quod ſicuti in poteſtate exiſtentes, quæſita ſic poſt mortem patris non conferunt, pari modo nec conferre emancipati cogãtur. Et ratio deciſionis eſt, quia ſuus nulla afficitur iniuria, ex quo bona quæſita ſunt poſt patris mortem, ideò nec ad collationẽ tenentur.l.j.§.totiens. ff. de colla. bono. Azo in ſumma hoc eo.titu.col.ij.& quia (vt inquit text. in l.cum duobus. in §. idem Papinianus. ff. pro ſocio,) ſolum conferre coguntur quæſita ante, & fuſius not.in l.ſi emancipati.ſupra eo.

Ad oppo-

Ad oppoſita reſpondetur vera fore (omnia enim tendunt ad idem) in quęſitis ante mortem patris, non poſt, ratione ſupra dicta. quia tunc ceſſat ratio, qua collatio inducta eſt, vt not. in d. l. ſi emancipati. ergo & legis diſpoſitio in materia, vulga. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. pat. c. cũ ceſſante. de appel. l. generaliter. C. de epi. & cle. Bar. in l. j. cu l. pe. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. & in l. demonſtratio falſa in §. quod autem. nu. 19. ff. de cond. & demon. Bal. in c. licet de uitanda. col. ij. de electio. Cyn. in l. fi. in prin. C. de tẽpo. in int. reſti. peten.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè quod æqualitas inter fratres ſeruanda eſt. l. ut liberis. l. illud. ad fi. ſupra eo. l. fi. C. cõmunia utr. iud. unde ſicuti quæſita poſt mortem patris ſui (ut dicebam ſupra) non conferunt, ita conuenit ut nec ad id teneantur emancipati. Sic dicto tempore bona quærentes & implicat hic tex. per dictionem nec, in qua utrius copulatiuè incluſa eſt, l. ea tamen adiectio. ff. de leg. iij. l. & quia iuncta glo. ff. de iur. om. iud. Saly. in l. nec apud peregrinos. C. de hære. inſti. Corn. ſignanter etiam per iſtum tex. conſ. lxxvj. ad fi. uol. iij.

Et ad idem quod dictio nec, poſita inter duas orationes, negat vtranq; l. ij. C. de bo. proſcrip. l. pe. §. fi. ff. de au. & arg. leg. Bal. in l. fi. ad fin. ff. de ritu nup. multa idem Corn. conſ. cxciij. col. iij. uol. iiij. bonus tex. in l. debitorum pactionibus, & ibi Ferrarien. ad fi. C. de pac.

Et quod emancipati non debent eſſe deterioris conditionis quàm ſui. l. memminimus. C. de legi. hę. §. quos aut. inſti. de bo. poſ. argumentum in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.

Et quod lugent filij, ſi quę ſibi ſuiſq; laboribus quæſita ſint, ad alios quanquam fratres, transferri uideant. l. cum oporret. §. ſi quis ita. C. de boniſq; lib. nimirum igitur ſi hoc caſu non conferunt, ſicuti nec caſtrenſia bona uel quaſi, ut alibi ſupra dictum eſt ſatis.

Et quod deniq; emancipatio non cadit in matre, ex quo filios in poteſtate nõ habet, nimirum igitur ſi communis patris hic mentio facta eſt, & ut in §. fœminæ. inſti. de adop. & in l. illud. in §. ad teſtamenta fœminarum. ff. de bo. poſ. con. tab. Bal. in l. fi. ad fi. C. qui & aduer. quos. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA, & CC. Socrati.

FILIAM CVM FRATRIBVS ſuis cohæredibus inteſtato patri ſuccedentem, vltra de relictum codicillis non conferentem dotem, iudicio familiæ herciſcundę nihil poſſe conſequi, ſumma cum ratione placuit. D. v. kalend. Ianuar. ipſis. CC. & Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod dotem ſoror cum fratribus conferre non teneatur, relicta autem in codicillis, ſic quia in primis uidetur caſus quo ad dotem. in auth. ex teſtamento. ſupra eo. & quo ad relicta in codicillis in l. j. & clarius in l. filiam. ſupra eodem. & ideò (ut uulgo dici ſolet) cum in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. iij. Et quo ad relicta rurſum, quia inter fratres ratione æqualitatis ſeruandæ. Collatio ſemper locum habet. l. ut liberis. & ibi not. ſupra eod. & in rub. latius, dictumq; fuit ſæpius ſuo loco.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia non æquè conuenit ut aliquid conſequatur iudicio familiæ herciſcundæ, & dotem non conferat, quoniam ſic æqualitas non ſeruaretur ut proximè dicebã (licet ad aliud) & malè. d. l. ut liberis. argumentum in l. ſi non fuerint. in §. Ariſto. coniuncta l. uerum. ff. pro ſocio. Et (reſpectu relictorum) quia collatio locum habet tantum inter ſuccedentes titulo uniuerſali. l. à patre. ſupra eo. l. ex cauſa fam. herciſ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare. Nõ primum, quia id uerum eſt iure nouo ut ibi & in corpo. unde ſumitur, id eſt in §. illud quoq;. in auth. de trien. & ſem. nos autem hic loquimur de iure Codicis, igitur diſtingue tempora & concordabis ſcripturas, ut inquit glo. in l. j. C. de accuſ. & in l. apud antiquos. C. de fur. & in c. ſi peccauerit ij. q. j. Non ſecundum, quia iura illa loquuntur in teſtamento, & in ſucceſſione teſtati, & non in codicillis ut hic, ergo nec mirum ſi collatio locũ habet dictis caſibus, hic uerò non, argumentum in l. ſi idem. C. de codical. Non obſt. ultimum, quia iam ſublatum eſt ex ratione decidendi, quãdoquidem uerum ſit inter fratres æqualitatẽ ſeruari debere, ſed non in codicillis inq; relictis particularibus. l. à patre. ſupra eo præalleg. l. ex cauſa. C. fam. herc. & maximè quia non ut hæres dicto caſu, ſed extero iure potius filia ſuccedere uidetur patri, ut in d. l. à patre dicitur, & in l. ſi emãcipati, per glo. ſupra eo. uerum in extraneis collatio locum non habet, ergo non mirum ſi nec relictum in codicillis confertur hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè ad uulgatum illud. Commoda quiſentis iungas onus emolumentis. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. l. j. in prin. ff. de inſtito. ac. l. ij. §. non ſolum. ff. de hæ. vel actio. uend. bonus tex. in l. unica. in §. pro ſecundo. ibi neque enim ferendus eſt, qui lucrum quidem amplecti uult onus autem quod ei annexum eſt, ſubire contemnit, C. de cad. tol. ſi ergo hic filia uolebat ad ſucceſſionem admitti, dotem iure iſto conferre tenebatur. Paul. Caſt. conſ. cccxlix. col. j. uol. j. Bertran. conſ. cxxiij. nu. 6. uol. j. & conſ. clxj. nu. 20. eodem lib.

Et quod titulus particularis plus iuris habet quàm uniuerſalis, nanque (ut diximus) particularis

lare relictum in codicillis non confertur, aliàs autem ſic. Et ita in ſimili inq; pulcherrimo caſu dicit etiam Bal.conſ.cccciiij.ad fi.vol.v.

Et quod nō ſemper vera eſt regnla, quod vnā determinatio reſpiciens plura determinabilia debet illa pariformiter determinare. l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſub.l.quanuis.C.de impu. & ali.ſub. quando non eadem eſt ratio determinandorum vt plenè per Iaſ.in d. l. iam hoc iure, & hic, nanque filia dotem confert, & tamen relicta in codicillis rationibns ſupra dictis, conferre non tenetur.

Et quod ſumma ratio illa eſt, quę tum iuris tū æquitatis in ſe habet plurimum, vt illa etiam in ſimili quæ pro religione facit, qđ ſignanter quoq; dicit tex.vbi & nos multa in l. ſunt perſonæ, ad fi.ff.de relig.& ſumptib.fun.

Et qnod deniq;, nihil, dictio eſt vniuerſalis negatiua.l.fi.ff.de lib.& poſthu.l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acqui.poſ.l.j.ff.de offi. proc. Cęſa.l.ſi ſeruo.in fi.prin.ff.de vſuf.l.adhuc. §. fi. ff.eo. Alex.plenè conſ.ij.col.iiij. vol. j. non mirū igitur ſi dictum eſt hic filiam dotem non conferentem, iudicio familię herciſcunde nihil conſequi poſſe. Finis.

De teſtamento militis.

Imp. Antoninus A. Septimo militi.

MILES SI CASTRENſium tantummodo bonorum commilitonem ſuum inſtituit hæredem: cætera bona, vt inteſtato defuncti, mater eius iure poſſedit. Quod ſi extraneum ſcripſit hæredem, iſq́; adiit hęreditatem: bona eius in te transferri non iure deſideras. PP. xj. kal. Mart. Antonino A.iiij.& Balbino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod commilito non modo caſtrenſia bona habere debeat, verum etiam paganica, quia aliás teſtator videretur deceſsiſſe pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quod ius noſtrum non patitur.l. ius noſtrum.ff. de reg.iur.ex quo earum rerum naturàliter pugna eſt (vt ibi ſubiicit Iuriſcon.) & ſic mater a ſucceſsione filij excludetur. Maximè prætерita, quo caſu teſtamētū ſubuerti debebat (iſtudquè ſecundum dictum reſpicit vt hic per Ang.) l.inter cętera.ff.de lib.& poſthu.l.poſthumo. & ibi not.C.de bo.poſſ.cont.tab.& inſti. de exhære.lib.in prin.vel ſi pro exhęredatione habeatur, querela reſcindi.l.cum filium. & ibi Bart. C. de inoffi.teſta.not.in §.mater.inſti. de exhære. lib. & in auth.ex cauſa.C.de lib.pręte.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum inſtituerit commilitonē in caſtrenſibus tantum voluiſſe videtur ipſum ea tātum bona habere, & quod in vno dicitur in alio denegatur. & quia facta mentione caſtrenſium videtur voluiſſe vti priuilegio militari, vſque adeò vt paganica non debeātur ſibi, ſed mr̄i ab inteſtato. Sed non tamen ſi extraneum ſibi ſcripſit hæredem, & hæreditatem adierit vt hic, quia hæres teſtamentarius præfertur venienti ab inteſtato, & quandiu locus eſt cauſę teſtati, ceſſat cauſa inteſtati.l.quandiu.ſupra qui admi.ad bo.po. poſſunt. Hæcq́; deciſionis eſt ratio ſecundi dicti.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, qnia id verum eſt in pagano, non in milite vt hic, & in d.l.ius noſtrum.not.l.ſi duobus.l.miles ita.ff.de mili.teſta.l.vnica.§. his ita, vbi glo. C.de cad.tul.§.non autem.inſti.de hæ.inſti.imò quod pagano etiam licet ex poſt facto vt not. in d.l.ius noſtrum.l. circa. ff. de inoffi.teſta. qđq; regula procedit in eo qui vnum patrimonium tātum habet, hic ſunt diuerſa ergo. & pulchrè declarat Pet.dę Bella pert.in quæſtio. ſuis lxxv.

Non ſecundum, quia id quoque fallit in milite, teſtamentum rumpi non poſſe, ſeu querela nō irritari, l.fi.C.de inoffi.teſta.quod tamen an hodie correctum ſit dubitatur, & de quo aliàs in §. & hæc quidem. in auth. vt cum de appel. cog. & in l.ſicut.infra eo.

Præſtatq́;, nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè quod miles nō habet priuilegium niſi in caſibus à iure expreſsis.l.in fraudem. §. fi. ff.de mili.teſta.quorum hic vnus eſt qnod poſsit decedere ꝑ parte teſtatus & ꝑ parte inteſtatus.

Et quod præteritio militis valet, nec prætextu aliquo teſtamentum eius reſcindi poteſt, nō bo. poſ.contra tab. quia præteritio pro exhæredatione habetur, non querela quia in hoc quoque priuilegium habet, vt ſupra dictum eſt, eſt verum vt not.in d.l.ſicut certi iuris.& in auth.ex cauſa.C. de lib præte.quod pręteritio filij, debet ſcienter fieri, (hic enim fuit matris) aliàs ſi ignoranter ſecus, nec differret à pagano, qnia redderet teſtamentum nullum præſumereturq́; propter ignorantiam noluiſſe teſtari.l.cum quis.& ibi Barto. col.iiij.C.de iur & fac.igno.l.militis codicillis. §. miles.in ſupremis.ff.de mili. teſta.

Et quod matres auctoritate Senatuſcon. Tertulliani (licet hic non dicatur) ad ſucceſsionem filiorum admittuntur, inteſtato morientium, quod D.Hadriani temporibus factum eſt.§.ſed hæ iuris anguſtiæ, inſti.ad Tertul.

Et quod cauſa teſtati & inteſtati ſunt contraria, quodque vnā pręſupponit aliam ceſſare, ex quo tanquam repugnantia ad inuicem ſtare non poſſunt.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.l.j. C. de fur.c.ſollicitudinem, de appella. Alex.conſ.cxxj. col.ij.vol.j.

Et quod deniq; ad idem quanquam hæc duo contraria ſint poſſunt ſimul ſtare, ſi diuerſa fuerint patrimonia vt hic, caſtrenſia & paganica, & eſt ar-

eſt argumentum in c.cum tu. de teſli. & ſic concordantur, vt ibidẽ, & in l.filius.in §.j. & ibi Bal. ff.de inoffi.teſt.in ſimili Pau.Caſt.in l. legitimã, ff.de peti.hæ. Finis.

Imp.Alexander. A. Sozomeno.

EX TESTAMENTO MILItis, ſiue adhuc in militia, ſiue intra annum miſſus, honeſtè deceſsit: hęreditas & legata omnibus, quibus relicta ſunt, debentur: quia inter cætera, quæ militibus conceſſa ſunt, liberum arbitrium quibus velint relinquendis ſummis conceſſum eſt: niſi lex ſpecialiter eos prohibuerit. D. xvij. kalen. Febr. Iuliano ij. & Criſpino CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, nõ omnibus relinqui poſſe, ex quo oportet quod hic relinquatur qui teſtamenti factionẽ habens aliàs relictũ non valebit vt per glo.in §.legati. inſti. de legat, paſsiuã intellige vt ibi, exempli gratia quia perſona incerta ſit, peregrinus, ſeu deportatus, dãnatus in metallum, ſeruus de adulterio cum domina ſua commiſſo accuſatus, inceſtuoſus, hereticus, apoſtata, mulier intra annum luctus nubẽs. & ſimiles de quibus in d.§.legari. Et nimirum (licet non dicatur) quia ſic quantum debet, legatario ſatisfeciſſe haud videretur, quandoquidẽ legata propter merita relinquantur. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. ergo ad propoſitum non omnibus (vt dicebam) relinqui poterit. & pondera quod tex.in d.§.legari ait, his ſolis legari poſſe, ergo nõ aliis teſtamenti factionem non habentibus. l.his ſolis. C.de reuo.do.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt (vt in tex.met ipſo dicitur) quia inter cætera quæ militibus conceſſa ſunt liberum habent arbitrium relinquendi quibus voluerint dummodo non inueniantur ſpecialiter prohibiti, ſi tamen in militia moriantur vel intra annum miſsionis honeſtæ, ex quo tunc teſtamentum valere dicitur iure militari.

Ad oppoſita reſpondetur, vnica reſponſione, non obſtare, quia vera ſunt & procedunt in paganis non in milite, & eſt alia ſpecialitas in eo præter cætera de quibus ſupra, & latiſsimè in tractatibus, de priuileg. militar. tomo v. & in calce lec. iij. l.precibus. C.de impub. & ali.ſub. editæ aliàs anno M D XLI.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa, & maximè, quod qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l.in delictis. §. j ff. de noxa. act. hoc priuilegio militari ſcilicet conceſſum eſſe militi, vt poſsit relinquere cuicunque voluerit, ſi in militia moriatur, vel intra annum miſsionis honeſtæ.

Et quod non ab re dixit, miſsionis honeſtæ, quoniã ſecus, ſi mortuus intra cauſariæ, vel ignominioſę tempus fuiſſet, argumẽtum in l. cum pretor. ff.de iudi. honeſta enim eſt quæ tempore impleto militiæ datur quã aliquando Cæſarem impetraſſe affirmat Sueto. In vita ipſius, ibi, miſsionem continuo efflagitauit. Cauſaria cum quis vicio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciat. Ignominioſa verò cum propter delictum ſacramento ſoluitur, verbaq; ſunt hæc: Vos cum neq; bello fortes, neq; pace boni vel vtiles fueritis, ſeditionis ſtudioſi, indignos eſſe arbitror, qui in exercitu meo ordines ducatis, voſq; miſſos facio & quantum poteſtis abeſſe ab Africa iubeo. & ita Cæſar met in Africa dicebat, & ad propoſitum eſt tex.in l.milites.in §. miſsionem. ff.de re mili. & ita in ſcholaribus etiam dicebat Por. inſti. de excu.tuto.in ſi.prin.in glo. fin. ſiue Iaſ.in addi.Por.

Et quod verbũ intra referri ſolet ad verbi infra differentiam quod loci contiguitatem ſignificat cum ipſo locato, vt lapis infra murum poſitus eſt. Et ideò in rub. C. qui admi. intra quod tempus dici debet, & non infra. & facit ad idem etiã tex.in l.ſciant. C.de legi.hæ. & in l.j.in §.ſi intra. ff.de ſuc.edic. & in l.thays.in §.intra. ff. de fideicom.lib. & dixi ego in rub.prælleg. qui admi.ad bo.poſ. poſ.

Et quod liberum arbitrium eſt, quod nulli iuri ſubiicitur, ſiue quod in ſola voluntate cõſiſtit, nec ſolennitatem aliquam iuris requirit. l. ante litem. ff.de procu. l.ſi quis maior. C.de tranſac. l. omnium. C.de teſta. l.j. ff.de mili.teſt. Bal. in l. j. in prin. C.de ſacroſanc.eccle.

Et quod deniq; à ſimili, quilibet poteſt teſtari niſi ſpecialiter prohibitus inueniatur vt per Bat.in l.ſi quæramus.col. ij. ff. de teſta. Omnibuſq; catholicis ſepultura concedenda eſt, niſi aliqui ſpecialiter prohibitus inueniatur inquit ẽt Abb.in rub. de ſepul. Matrimonia rurſum libera eſſe debent. c.gemma.de ſpon. l. Titia.in prin. ff. de verb. obli. niſi ſpecialiter aliquo prohibeantur caſu vt plenè per Alex.conſ.xcvj.col.iiij.vol. j.nimirum igitur ſi hic quoque miles liberũ habet arbitrium relinquendi quibuſcunq; voluerit, niſi ſpeciale (vt diximus) prohibiti inueniantur. Finis.

Imp. Gordianus. A. Aeterno militi.

CERTI IVRIS EST, MILItem ad tempus etiam hęredem inſtituere poſſe. PP. iij. kal. Octob. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non poſſit, ad tempus hęres inſtitui, tex.in l.hęreditas. ff. eo. vbi ad literam dicitur, quod hæreditas ad tẽ-

pus

pus dari non poteſt, neque ad tps hæres inſtitui, puta ad decēniū. Et in l. ius noſtrum non patitur, quod quis pro parte temporis decedat teſtatus & pro parte inteſtatus. & in l. actus legitimi non recipiunt neq; diem neq; conditionē. idemq; in l. i. vbi glo. C. de his quæ ſub mo. Bal. in Marga. acceptilatio. nu. .& in l. cum mulier. col. x. ff. ſo. mat. & in l. j. col. iiij. C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. & in l. extraneum. col. i. C. de hær. inſti.

Contrariū tamen hic deciditur, & rō deciſionis eſt, quod imò miles poſsit, quia priuilegio ipſius hoc idē inductū eſt, præter cetera vt paulò ſupra ēt diximus, & in l. miles ſi caſtrenſiū bonorū, ex quo arma potius q̃ iura ſcire exiſtimauit ſacratiſsimus Imperator vt dicitur in l. fin. C. de iure delibe. & propter militiæ ſimplicitatem (qđ idem eſt) l. prima. C. de iuris & fac. igno. l. i. ff. de mili. teſta.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primū, & ſcđm, (ad idē tendūt pariter) quia in pagano locū habent, ſed nō in milite rōne ſupra dcā, & iō arguere à diſpoſitione iuris cōis ad ſpāle, nō procedit argu. imò ſpālitas in caſu, arguit ius cōe in cōtrariū, vulga. l. ius ſingulare. l. qđ verò contra. ff. de legi. c. pręſenti. §. loca. de præb. in vj. Nō tertiū deniq; ex quo id verū eſt ēt in caſibus iā expreſsis à lege, à quibus iſte excipitur, rōne adhuc ſupra dicta, & not. in d. l. actus legitimi. Ferrarien. pulchrè in l. i. ad fi. C. qui admi. palle. igit ad propoſitū nihil facere videbitur imò qđ recipiunt, ſi nō expreſsā ſaltim tacitam, vt ibi rurſum not. declarat Iaſ. in addi. Por. in §. cū aūt. in prin. inſti. de adop. & inſti. qui teſta. tu. da. po. in prin. nu. 2 & de Attilia. tut. col. iiii. ergo expreſsam in milite, aliàs non eſſet melioris quàm paganus, haud dicendum. d. l. i. C. de iur. & fac. igno. d. l. fi. C. de iur. delib.

Præſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa & maximè q̃ quādo dicitur ſic, certi iuris eſt, indubitati, explorati, & ſimile quiddā auxeſis figura eſt, id eſt augumētatio, qm̃ nulla eſt aliás, quæ dubitationē nō habeat. l. qđ Labeo. ff. de carb. edi. c. cū in iure peritus. ff. de offi. dele. nulláq; dubitationē habeat apud legiſlatorē, & in abſtracto certa eſt, apud nos verò, & in concreto ſic. l. cum quidā. §. quod dicitur. ff. de acqui. hæredi. Bar. in l. vbicunque. col. vii. ff. de inter. act.

Et quod ſi quis faciat teſtamentum bona habebit quæ ſunt in territorio in quo factum eſt, hæres inſtitutus, ea verò quæ ſunt extra territorium habebunt venientes ab inteſtato, & pro parte dicetur decedere teſtatus & pro parte inteſtatus ex legis ſtante, vt hic miles, & hoc idē ſpāliter operabitur diuerſitas cōſuetudinū, & patrimonii, & ita cōcludit Bar. in l. cunctos populos. nu. 36. & 38. & ibi nos etiam multa. C. de ſacroſanc. eccle.

Et quod quanquam certi iuris ſit, poſſe militē decedere modo prædicto, ſi voluerit, in dubio tamen non præſumetur: vnde ſi aliquem ſiue aliquos in parte inſtituerit, ſuccedet ſiue ſuccedent inſolidum in vniuerſo. l. ſi certarum. ff. de milit. teſtamen. l. tertia. C. eodem. gloſ. in l. ſi miles. ff. eodem. Corn. conſil. cccviii. col. vlti. uol. tertio.

Et quod dictio etiam, implicatiua eſt, multoq; plura etiam uerbis non expreſſa, includens. l. Cēturio. ff. de uer. ob. l. i. & in rub. vbi Bar. C. etiam per procu. cau. in int. reſt. not. Soci. in l. i. in prin. col. ii. ff. de uerb. obli. nonnihil in l. ſuus quoque. ff. de hære. inſti. idem Bar. in l. ſupra. in §. officiū. ff. de aqua plu. arcen. & eſt ſenſus quod non modo miles priuilegia habet verum etiā iſtud, poſſe ſcilicet ſi voluerit decedere pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus.

Et quod deniq; ius ſcriptum poteſt facere quē hæredem ad tempus, & quod poſt tempus eſſe deſinat, & alius incipiat vt ſignanter per iſtum tex. & per tex. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. ſubſt. inquit Pau. Caſt. conſ. cclxxxviii. nu. 3. vol. ii. & clarius conſ. ccxcii. nu. 7. eo. lib. Finis.

Imp. Gordianus. A. Valerio.

SICVT CERTI IVRIS EST, militem, qui ſcit ſe filium habere, aliosq; ſcripſit heredes, tacite eum exhæredare intelligi: ita ſi ignorans ſe filium habere, alios ſcribat hęredes, non obeſſe filio ad emptam hæreditatem, ſed minimè valente teſtamēto (ſi ſit in poteſtate) eum ad ſucceſsionem venire in dubiis non habetur. PP. v. Non. Octobr. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentum non ualeat, ex quo filius præteritus eſt. l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. & ſi exhæredatio ſit, ſiue pro exhæredatione habeatur, quia nominatim fieri debebat. l. i. & ij. ff. eo. & melius inſti. de exhæ. libe. in prin. Imò ſi filius erat in poteſtate, quod ipſo iure eſt nullum, ſi emancipatus quod poterit per bon. poſ. contra tab. ſubuerti, ſiue querela, ſi (ut dixi) pro exhæredatione habentur. l. finali. C. vnde libe. Authen. ex cauſa. C. de libe. præte.

Contrarium tamen hic deciditur, ſi ſciat teſtator ſe filium habere & alios ſcripſerit hæredes, quod tacitè ipſum exhæredare intelligetur. Et ratio deciſionis eſt, quia olim cauſa in exhæredatione non requirebatur. l. tertia. ff. de iniuſto rup. irritoque teſtamen. Vnde præteritio (vt dixi) exhęredatio erit. eſt verum (ſubiicit text.) ſi ignorans ſe filium habere alios ſcripſerit hæredes, quod tunc teſtamentum erit nullum, ex quo præſumetur tunc (cum voluntas abſit) noluiſſe teſtari. l. militis codicillis. §. miles. in ſupremis. ff. de mili. teſta.

Ad oppoſita reſpõdetur nihil facere, quia procedunt oĩa in pagano præterennte filiũ nõ in milite cuius fauore inductum eſt teſtm̃ valere, nec poſſe(tametſi præteritio pro exhæredatioue habeatur)querela expugnari.l.ſi.C.de inoffi. teſta. & dictum fuit alibi ſatis.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè quod par eſt virtus taciti & expreſsi hoc caſu,quãquã regu.l.cũ quid.(vbi hoc colligitur) ff.ſi cer.pe.nõ ſit gñaliter vera,vt ibi no.vſq; adeò vt idem operetur prçteritio in milite, quod operatur exhæredatio,hoc eſt vt filius videatur exhçredatus prçteritione, tametſi expreſſè exhæredatus nõ fuerit,& eſt arg.in l. pater Seuerinã. in §. conditionũ.ff.de cond.& de.& in l.plenum.in §. æquitij.ff.de vſu & habi.

Et quod ſi in milite præteritio facta pro exhæredatione hr̃ & valet,nõ valebit tñ in pagano.licet in eo quoq; largè exhæredatio poſsit appellari,ita Bar.in auth.ex cã.col.ij.C.de lib. præte.

Et quod diſpenſatio legis odioſa,expreſſè fieri debet,& tamẽ hic tacita toleratur in milite, ſcituq́; dignum eſt,& not.Repeten. in l. Centurio. col.xxxvij.ff.de vulg.& pup.ſub.

Et quod in dubio veriſimile non eſt patrẽ velle priuare filiũ luctuoſa ipſius ſucceſsione vt in ſimili dr̃ in l.ſi.C.de inſtitu.niſi ex cõiecturis appareat,vt hic vbi ſciebat ſe filiũ habere, & tamen eo præterito alios ſibi hæredes inſtituit.

Et ꝙ deniq; gñale eſt tum in milite tũ in pagano,vt ignorãter præteritione facta, vim exhçredationis nõ habeat,teſtamẽtũ nullũ ſit, nec ex eo hæreditas adiri poſsit,nec legata debeantur.l. eã quã.C.de fideicõ.l. filio præterito. ff. de iniuſto rup.irritoq́, teſta.Alex.conſ.xxxj.col.fin.vol.iij. & ibi q.d hodie.Et quod hic maximè in primo caſu militis fauor ſit tradit ẽt Ang.in tracta. teſtamento.in glo.lxxj.ad fi.aliàs nu.9.poſt Dy. in l. cũ pater.in §.cũ exiſtimaret.ff.de leg.ij. Finis.

Imp.Philippus A.& Philippus.C.Iuſtino militi.

SI CVM VEL IN VTERO haberetur filia inſcio patre milite,ab eo preterita ſit:uel cum in rebus humanis eam non eſſe falſo rumore perlato pater putauit.nullam eius ĩ teſtõ fecit mentionem: ſilentium huiusmodi exheredationis notã nequaquam infligit.is autẽ miles qui teſtõ filiam ſuam appellauit eiq; legatum dedit non inſtituendo eam heredem exheredauit. PP. xii. kal. Iun. præſente & Albino Coſſ.

Dubitandi rõnem faciebat, quod filia præterita pro exhçredata habeatur,quia in milite eſt regulare,vt proximè dictũ eſt,& vr̃ ẽt caſus in l. cũ mater. ff.de inof.teſt. ubi ſi ignorãter filius præteratur,præteritio pro exhæredatione habetur. & hoc quo ad primum dictum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,(ut dicebã pariter ſupra) quia prçſumitur noluiſſe pater teſtari cũ uolũtas abeſſet. l. militis codicillis.§.miles.ĩ ſupremis.ff.de mil.te.

Ad oppoſita rñdetur,nihil facere,non primũ. quia id uerũ eſt quãdo ſcienter præteritio facta eſt,ergo non ſi ignorãter ut hic,& ſupra in l.proxima,nouiſsimè Bal.in l.ſi quæſita.in §.proinde. ff.de teſta.tute. Non ſecundũ,quia loquitur ĩ matre cuius præteritio ſemper pro exhæredatione hr̃ ea rõne quia filios non habet in ptãte.l. illud. §.ad teſtamẽta fœminarũ.ff.de bo.po.cont. tab. nos aũt loquimur in milite.d.l.proxima. Imò(ut ibi dicebã) ꝙ iſtud iu pagano ẽt procedit, teſtm̃ ſcilicet non ualere, hæreditatẽq́; adiri non poſſe, nec legata deberi,& ſi benè aduertatur hoc idem quoq; dicit tex.in l.cũ mater.ad fi.& fuſius Alex. in d.conſ.xxxj.col.ſi.uol.iij.

Quo mõ ad ſcd̃m dictũ, qđ filia non uideatur exhæredata,cui legatũ relictũ ſit dubitationẽ faciebat,quia id in quartã imputatur,& ad ſupplemẽtũ agit.l.oĩmodo.l.ſcimus.C. de inoffi. teſta.

Contrariũ tamẽ hic deciditur,& rõ deciſionis eſt,(ut in tex.ipſo dr̃)quia eã nõ inſtituit.l.inter cætera.ff.de lib.& poſthu.& inſti.de exhæ.lib.in prin. quo caſu præterita vr̃, præteritioq́; militis (ut proximè dicebã)pro exhæredatione habetur.

Ad oppoſita reſpõdet̃ nõ obſtare,quia in pagano procedũt nõ in milite ut hic per gl.& Saly.latius,nonnihil Pau.Caſt.in l.proxima. ſupra eod. cum qua iſtam quoq; legit.col.i.ad fi.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè ꝙ error cauſæ finalis remouet uolũtatẽ ab actu vſq; adeò ut non ualeat.l. ſi.ff. de hær. inſti. argu.in l.epiſtolam.ff.ad Treb.Bal.in materia in auth.ex cauſa.col. vii.C.de libe.præte.

Et ꝙ fama propriè illa eſt q̃ conſonat veritati & naturæ negocij,aliàs fama nõ eſt ſed rumor,ut hic,& in d.l.ſi.ff.de hæredi.inſti.tradit Bal.conſ. ccccx.col.ulti.uol.ij.

Et qđ rumor eſt furioſa proclamatio gẽtiũ & ſtrepitus multarũ vocũ.d.l.ſi.l.miles.§.mulier.ff. ad leg.Iul.de adul.Bal.in l.ea q.dẽ.col.i.C. de accuſ.vbi dicit ẽt qđ minus eſt q̃ fama,& famæ initiũ minus ſuo fine. Nonnihil Grilã.de qõ.li.iiij. q.ii. col.ii.ego ĩ collect.mulla ĩ d.l.ſi.de hæ.inſt.

Et qđ ſi filius nõ eſt inſtitutus, infamia ſibi eẽ uidetur,ut ſignãter ẽt per iſtũ tex. dixit Bal. in l. in ſuis.in lectu.col.i.ff.de lib.& poſthu.

Et quod deniq; in terminis,auth.ex cauſa. C. de lib.præte.legata conſeruantur reſpectu natorum quos ſciebat miles ſe habere præteritorum, non reſpectu naſciturorũ,quos ignorabat, ut arguit Soci.in l.cum auus.col.xlj. ff. de condit. & demon.& Alex. conſ. xxxi. ſupra allega. uol.iii. col.fin. Finis,

Imp.

Imp. Philippus A. & Philippus. C. Aemiliano militi.

CAPTATORIAS INSTITVtiones etiam ſi militis teſtamento nullius eſſe momenti manifeſtum eſt. PP. vij. kal. Iul. pręſente & Albino Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod inſtitutio ualeat in teſtamento militis, primum illud generale. diſponat teſtõr & erit lex. §. diſponat. ĩ auth. de nup. l. in cõdõnibus primñ locũ. ff. de cond. & de. & maximè ſi fauorabilis eſt ei, cuius gr̃a diſpoſuit inquit Bar. in l. j. nu. 6. C. de pac. & quia nihil eſt ꝙ magis hoĩbus debeatur, q̃ liberè diſponere poſſe (ut uoluerint) de ſuis, l. j. C. de ſac. ſan. ec. l. nõ uſq; adeò. ff. ſi quis â pa. fue. ma. & vr̃ caſus ꝙ inſtitutio ualeat in l. ille aũt. ff. de hær. inſti. & in l. ſi qs Sẽproniũ. eo. ti. & in l. nõnũquã. ff. de cõd. & de. & quia deniq; iure poſitiuo inductũ eſt, ne ualeat in pagano. l. captatorias. ff. de hę. inſti. cui iuri nõ ſubiacet miles. l. fi. C. de iure delib. l. j. C. de iur. & fac. igno. l. j. ff. de mil. teſta. l. certi iuris. l. miles. l. ſicut. & l. proxi. ſupra eo. ergo.

Cõtrariũ tñ hic decidit, ꝙ inſtitutio nõ ualeat & rõ deciſionis eſt, quia nõ dẽt ex alieno pẽdere arbitrio. l. illa inſtõ. ff. de hær. inſti. & q̃a ſic teſtõr ſæpè captus atq; deceptus manet ut no. in d. l. captatorias. & ne diſpoſitio ipſi fauorabilis, ad eius odiũ retorqueat. l. qđ fauore. C. de legi. c. qđ ob gr̃am, de reg. iu. in vj. uſq; adeò ut eiuſdẽ diſpõnis generalitas etiam militem includat, argumentum in l. in fraudem. in §. fi. ff. de milita. teſta.

Ad oppoſita rñdet nõ obſtare, nõ primũ, quia uerũ eſt dũmodo diſpoſitũ non repugnet legi & bonis moribus. l. nemo põt. ff. de leg. j. l. filius. ff. de cõd. iſt. l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Fal. Are. cõſ. lxvii. col. vj. Nõ ſcđm, quia & id uerũ eſt, dũmodo uolũtas captatoria nõ ſit, & ſic libertas illa reſtringit, argu. in l. ſi qũ. C. de inoffi. teſt. & in l. ut gradatim in §. & ſi lege. ff. de mun. & ho. & in l. iii. in §. is quoq;. ff. ad Sylla. Non ob. tertiũ, quia ibi uerba ĩ p̃teritũ collata fuerãt, tolerabileq; erat l. ſi ita. ff. de cõd. & de. hic uerò in futurũ, idcircò nõ ualet, quia inſtõ captatoria eſt ut dictũ fuit. Quartũ tollit Bar. & ueriſsimũ eſt; d. iura. ſ. loqui ubi collata eſt inſtitutio ĩ arbitriũ alterius ac uoluntatẽ, nõ expreſsã ſed uelatã, nimirũ ig̃r ſi ualet argu. in l. expreſſa. ff. de reg. iur. Nõ ob. vlti. deq; quia includitur miles, nec relaxatio fit â lege tũc, ex quo eidẽ foret damnoſa, rõnibus ſupra dictis, quas nõ repeto. & nõ ab re hoc idẽ dcm̃ eſt quoque p̱ implicatiuã dictionẽ ẽt, ſenſuſq; eſt captatorias inſtõnes viciari non mõ in pagani verũ ẽt in militis teſtõ, vt ſupra ĩ l. certi iuris. & ibi dixi.

Præſtatq; nobis hæc lex arg. ad multa & maximè ꝙ inſtõ captatoria dcã eſt, quia captus deceptuſq; remanet teſtõr, & vt hic fuſius dñt ſeribẽ. Aliter Alci. parerg. lib. ij. c. 31. qđ captatoria dr̃, quando quis illecebris obſequio donis & ſpe maiorũ aucupat̃. Sed primũ mihi magis placet, vt ĵ.

Et ꝙ volũtas debet eſſe certa in ipſo teſtõre, nõ pendere eſſentialiter & initialiter ab alio, q̃a vt dcm̃ eſt capi poſſet & decipi. l. fi. ff. cõia p̃dio. Bal. in l. j. lect. ij. col. ij. ff. de leg. ij.

Et ꝙ ꝓpria volũtate debet quis teſtari (ideq; eſt fere) nõ aũt mixta, ſua & aliena, vt no. ĩ l. tã is. ff. de don. cã mor. & in l. ſeniũ. C. qui teſt. fa. poſ.

Et ꝙ ſi dixero ſic. lego tibi centũ ſi Titius voluerit, legatũ erit nullũ, diſtinguendo fuſius tñ vt diſtinguit Bal. in d. l. j. col. ij. lect. ij.

Et ꝙ deniq; filiusfamilias nõ teſtatur, licet donare cã mortis poſsit, ex q̃ p̃ria ptãs curatur, nec vltima volũtas (in factione em̃ teſtamẽti nõ reprẽſentatur niſi vna ꝑſona) põt pendere ex alieno arbitrio, vt hic & ĩ iurib. ʒ. alleg. & nouiſsimè tradit Bar. in l. ſeniũ. ad fi. C. qui teſta. fac. poſ. pręalleg.

Eſt verũ (ad ſupra dcã redeũtes) ꝙ uolũtas captatoria nõ eẽt, ſi ſic diceret teſtõr, volo ꝙ hęres meus dẽt oẽ & totũ id, qđ reliqui in cedula apud guardianũ fratrũ minorñ Titio, valeretq; relictũ ex q̃ refertur ad ſcripturã de p̃terito nõ aũt verba (vt ẽt dixi ſupra) ĩ futurũ cõcipiũt, vt exẽplificat Bal. ĩ d. l. j. & Bar. de guardiano ĩ p̃all. l. ſi ita. Finis

ADDITIO.

Quod vbi cõceditur alicui ꝙ poſsit diſponere cũ cõſenſu alterius nõ intelligitur de actu teſtãdi quia talis actus nõ põt pẽdere ab arbitrio & ptãte alterius; vt hic & in d. l. illa inſtitutio. & in d. l. ſenium. & in l. tam is. in § j. ff. de dona. cau. mor. Alex. conſ. clv. col. ij. vol. ij.

Et ꝙ ſtatutũ diſponẽs ꝙ mulier nõ poſsit teſtari ſine conſenſu viri non valet vt inquit Paul. Caſt. in l. ex facto. in prin ff. de vulg. & pup. ſubſt. idem Alex. in loco prællega.

Et qđ captatoria rurſum dicet inſtitutio ſi fiat ſub ſpe alterius inſtõnis exẽpli gr̃a inſtituo te ſi me inſtitueris. d. l. illa inſtõ. quãquã tñ ſecus ſit ĩ diſpõne inter viuos. l. cũ donõnis. C. de trãſa. Calca. cõſ. cvij. col. iij. vbi dicit etiã qđ nec ſubſtitutio facta ad liberam voluntatem alterius, valebit.

Et quod arbitramẽtũ non põt ordinare teſtm̃, ex quo tunc ordinatio foret captatoria, vt ex multis dicit Corn. conſ. clviij. col. j. vol. j.

Et quod rõnibus ſupra dictis non deberet valere ordinatio ſi quis diceret cõmitto bona mea diſpõne Titij, & tñ valet quia ea diſtribuit pauperibus & ſic fauore pię cãę vt per Ang. & Pau. hic, & Abb. & Imo. in c. cũ tibi. de teſta. & Corn. cõſ. clxvj. col. vj. vol. ij. & conſ. lxxxix. col. fi. vol. iiij. Ferrarien. in l. pactũ. qđ dotali. col. ij. C. de pact.

Et ꝙ ſicuti per aliũ quis nõ fit hæres pari mõ nec fieri põt ex heres, quia exhęredatio ſic captatoria eſſet, vſq; adeò vt ab eodẽ procedat priuatio & habitus, & eſt pulcherrima ampliatio Bal. in l. j. col. ij. C. de lib. præte.

Et qđ licet inſtitutio nõ poſsit conferri in voluntatem

lūtatē alterius,pōt tñ cōferri iu volūtatē hr̄dis. l. ſenatus. §.legatū.ff.de le.j.no.gl.& doc.ī l.j.ff.de leg.ij.Regič.ī l.iij.col.xiij.ff.e.ti.vt ſupra de le.j.

Impp.Diocl.& Maxi.A A.hęredibus Maximi.

SI A FRATRE TVO MILItāte mater veſtra ſcripta hæres ſucceſsionem eius ſibi quæſiit: quanuis teſtamenti ſcriptura non continet iuris obſeruationem: hanc hæreditatem fratrem teſtatoris vel ejus filios ab inteſtato euincere nō potuiſſe,iure cōſiſtit.PP.v.Non.Maij ipſis AA.& Coſſ.

Dubitandi rōnem faciebat,teſtm̄ nō valete & cōſequēter qđ frater teſtōris,vel filij ab inteſtato admittātur,quia debitis ſolēnitatibus carebat. l.pe.intra eo. Et quia(Iaſ.eñ neſcit bonā rōnem inuenire,& cogitandum relinquit, Dec.uerò ait qđ in legibus Codicis nō incōnenit plerunq;,qđ ſine dubitatione ſint,& malè. l. qđ Labeo . ff. de carbo.edi.c.cū in iure peritus.de offi.del.& dixi ego alibi ſatis)fortè uolebat frater vtrinq; cōiunctus excludere ſororē cōiunctā ex uno latere tm̄. §.pe.in auth.de conſan.& ute.frat.l.fi.C.cōia de ſuc.not.in l.de emācipatis.C.de legi.hęr. Corn. conſ.xlvij.col.ij.uol.j.Vel quia maſculus pręferri uolebat.l.j.§.denunciari.ff.de uen.inſpi.

Contrariū tñ hic deciditur & rō deciſionis eſt, quia milltibus cōceſſum eſt teſtari qūocunq; uoluerint ēt nō ſeruatis ſolēnitatibus iuris.l.j.ff. de milita.teſta.l.milites.d.l.pen.infra eo. l. j. C. de iur.& fac.igno.l.fi.C.de iur. delibe.

Ad oppoſita rn̄det nō obſtare,nō primū, quia id nerum eſt in milite qui nō ſit expeditione,ſed domi quo caſu leges ſeruare tenetur & ſolēnitates iuris,ut not.in iuribus p̄alle.ad idē,& eſt arg. in l.nemo pōt.ff.de leg.j.& ī l.teſtādi.C.de teſta. & iō teſtm̄ valebit.Non ſcđm,quia id uerū eſt ab inteſtato,& hodie per iura autenticorū,auth.defuncto.C.ad Tertul.ergo nō ex teſtō & quandiu eſt locus cāę teſtati ceſſat cā inteſtati.l.quandiu. ff.de acqui.hæ.l.quādiu.C.qui admi. ad bo. poſ. poſſunt.Non deniq; & vltimū,quia inter eos nulla differētia eſſe debet,ne accuſatores naturæ videamur vt dr̄ in l.maximū viciū.C.de lib. p̄te. & vt Theophraſtus moriēs dixit. Et vere vt nihil indignius eſt filio q̄ patrē infamare,arg.ī l. nō dēt. ff.de dolo.ſic nihil difformius ē q̄ accuſare nām.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè ꝙ qualitas adiecta verbo dēt intelligi ſecūdū ıp̄s verbi vt dicebā ēt ſupra(licet ad aliud) in l.ex teſtamento.l.in delictis.ff.de noxa.ac. quod eo tunc miles ad obſeruantiam iuris non teneatur.cū eſt in expeditione.d.l.pe.infra eo.

Et qđ miles priuilegia hēt dūtaxat in caſibus à iure expreſsis.l.in fraudē.§.fi.ff.de mil.teſt.pulchrè Dec.cōſ.cccj.col.ij.vol.ij.& ſic licet lex gn̄aliter loquēs,includat ēt p̄ſonas priuilegiatas, ita tamet intelligi debet vt non infringat priuilegiū eius,declarat Bal.in præallag.§.fi. & Deci. in d. conſ.cccj.col.iij.poſt eum.

Et qđ nō includit militē in caſibus priuilegiatis vt in locis ſupra alle.no.& nouiſsimè declarāt ēt Ferrariē.cōſ.iij.nu.6.vol.j.& Saly. ante eos in l.fi.in prin.C.de iu.do.Cur.iun.collega in l.p̄cibus(vbi ēt ego)col.xxvj.C.de imp.& al.ſub.Iaſ. in l.j.col.ij.C.qn̄ non pe.par.vbi & nos quoque.

Et qđ ſi miles nō eſſet in caſtris,nec militaret, cū in dubio p̄ſumat̄ velle potius vti iure cōi q̄ militari.l.quāquam.l.in teſtō.ſupra eo. nec in teſtō fuiſſent ſeruate ſolēnitates iuris cōis nō valeret. l.ſi vnus.l.hac cōſultiſsima.C.de teſta.l. hæredes palam.§.j.ff.eo.l.fi.§.in omni.C. de codicil.

Et qđ deniq; (vt dictū ēt eſt alibi ad idē,) qđ cā inteſtati & teſtati ſunt repugnantia,nec ſimul ſtare poſſunt.l.ius nr̄um.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.& iō vnā p̄ſupponit aliā ceſſare.l.quādiu C.qui admi.l.quādiu p̄alle.ff.de acqui.hæ. Alex. cōſ.cxxj.col.ij.vol.j.& iō ſi filius eſt(in ſimili) inſtitutus hæres & vult adire ab inteſtato per tit.ſi qui omi.cau.teſta pr̄ poterit adire ex teſtō & p̄ferret per regulā.d.l.quādiu. & vt pulchrè p Cy. in l.cū non ſolū.col.ij.C.de boniſq; lib. Finis.

Imp. Conſtantinus. A.ad populum.

MILITES IN EXPEDITIOne degentes,ſi vxores,aut filios,aut amicos,aut cōmilitones ſuos,poſtremo cuiuſlibet generis hoīes amplecti voluerint ſupremæ volūtatis affectu:qūo poſsīt,ac velint, teſtētur:nec vxorū,aut filiorū eorū,cū voluntatē patris reportauerint meritū aut libertas dignitaſve quærat̄. Proinde ſicuti iuris rōnibus licuit,ac ſemp licebit,ſi quid in vagina,aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilātibus adnotauerint,aut in puluere inſcripſerint gladio ſub ipſo tpe,quo in prelio vitę ſortē derelinquūt:hmōdi volūtatem ſtabilem eſſe oportet.D.iij.id.Auguſt.Nicomediæ.Optato & Paulino Coſſ.

Dubitandi rōnē faciebat,qđ non poſsit miles teſtari qūocunq; voluerit,quia in l.pen.infra eo. miles teſtatus eſt,& tamē non eo mō quo voluit teſtm̄ fecit.Imò quod duo teſtes ēt rèquirūtur.l. Lucius.ff.de mili.teſt.iuxta illud de quo in c.ī oī de teſti.qđ in ore duorū vel triū ſtat omne verbū.

& in l. vbi numerus. ff. eo. & plus quod oportet quoq; hos eſſe rogatos.l. diuus. ff. de mili.teſta.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,militiæ ſeu militare priuilegiũ,quãdoquidem etiam in expeditione ſint ,& in prælio(vt text.met ait)vitæ ſortem derelinquant , & vt infra latius.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,nõ primũ,quia id uerũ eſt ſi domi teſtet̃ , ut ibi clarè dr̃,inq; illis uerbis.his ſolis qui in expeditionibus occupati ſunt beneficiũ indulgemus, ergo nõ alus,domi exiſtẽtibus:argu. in l. his ſolis.C.de reuo.do.& q̃a ceſſante cã priuilegii, priuilegiũ ceſſat.l.Titia Seio.§.uſuras.ff.de leg.ii.& ibi no.Nõ ſcdm,quia id eſt ẽt proditũ ut uolũtas probet̃.l.cõtrahit̃.ff. de pig. eſſq; ſolẽnitas iuris diuini.d.c.in omni quæ prætermitti nõ põt. Nõ deniq; & tertiũ , q̃a uerũ id eſt ſi teſtm̃ in militia fiat,nõ tãta neceſsitate rei choartãte, aliàs rogari nõ debẽt,& declarat Bar.hic & in d.l.diuus.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa , & maximè qđ neceſsitas legi ſubiecta nõ eſt.l.i. & ibi not.ff.de offi.cõſu.c.ſi ergo i.q.i. nimirũ igitur ſi hac de re, põt miles in expeditione occupatus, teſtamentum cõdere quomodocunq; uoluerit.

Et qđ peregrinus ac romipeta infirmus in caſtro poterit teſtari corã duob. teſtibus valebitq; teſtm̃,fauore diuini cultus, exẽploq; ꝑpaliũ militũ vt hic,& in auth.oẽs peregrini. & ibi Ang. C. cõia de ſuc.Pau.in l.nutritoribus co.ti. Iaſ.i l.fi. col.iiij.C.de teſt.& ita collegiũ nr̃um aliás cõſuluit me relatore,& dixi ego ẽt cõſ.xxv.n.33.vol.j.

Et ꝙ ad hoc vt diſpoſitio.c.cũ eẽs.de teſta.locũ habeat duo requirunt̃,ꝙ teſtõr egrotet, & qđ in pñtia proprij ſacerdotis faciat teſtm̃ vt hic militia,& qđ miles ſit in conflictu belli. & pulchrè declarat Gui.papæ decil.Dxliij.col.ij.

Et ꝙ ẽt domũ reuerſus in acie vulneratus,aio tñ redeundi curatus, non deſinet vti priuilegio militari,teſtãdo dum curaretur, & ita dicit & cõſuluit Pau.Caſt.conſ.ccccxv.col.ij.vol.ij.

Et qđ deniq; ſufficit ſi in paucis amici laboribus cõiulat̃.l.tutori.C.de neg.geſt.Bar.in l.quid ergo.in §.pęna grauior.col.iij.ff. de his qui not. inta.nãq; miles(quãquã in expeditione)qũocũq; voluerit poſsit teſtari, debebit tñ duos teſtes vt dcm̃ eſt,(tametſi rogati nõ fuerint)vocare, corã quibus teſtet̃,vt dcm̃ eſt ſ.& nouiſsimè declarat Gui.papæ in loco præalleg.& hoc quia rogari deberent aliàs ſi in expeditione non eſſet. l. diuus. ff.de mili.teſta.& vt ille fuſius, Finis.

Imp.Anaſtaſius A .Hierio P.P.

SCRINIARIOS, VEL APparitoribus, qui virorũ magnificorũ magiſtrorũ militũ iuſsionibus vel actionibus obtẽperãt:& ſi noĩa eorũ matriculis militaribus referri videant̃:nullatenus in vltimis volũtatibus iuris militaris facultatem eſſe decernimus. D.idib. Febr.Cõſtantinop.Paulo v.C.Coſſ.

Dubitandi rõnem faciebat, ꝙ ſcriniarij & apparitores,ſicut milites tellẽtur,& priuilegiũ habeãt quia de hoc vr̃ caſus clarus in l.fi.ff. de mili. teſta.& in l.j.ff.de bo.poſ.ex teſta. mil. & maximè(vt hic dr̃)cũ ſint matriculati.& ad idẽ ẽt vr̃ caſus in l.j & ij.C.de vxo.mil.& in l.inter eos.in §. j.ff.ex quib.cau.maio.

Cõtrariũ tñ hic deciditur,& rõ deciſionis eſt, quia cũ hoc idẽ ſolis militibus cõceſſum ſit rõne militiæ & propter ſimplicitatẽ.l.pe. ibi his ſolis,beneficiũ indulgemus.infra eo.l.j.C.de iur.& fac.ign.l.fi.C.de iur.deli.l.j.ff.de mili. teſt. Nec ſcriniarij nec apparitores milites ſint.l.iiij.§.totiens,priuilegiũ militare eis denegatũ videbitur.

Ad oppoſita rñdetur parũ obſtare, nõ primũ, quia verũ eſt id tm̃ ſi in hoſtili loco reperiantur, quia qui in procinctu verſantur eadẽ pericula experiũtur,vt dicitur in d.l.j.ff.de bo.poſ. ex teſta. mi.ſed non regulariter,ẽt ꝙ ſint matriculati, (ex quo ſcdm quoq; tolletur) quia matriculati ſunt tanquã tales quales ſunt & nõ tãquã milites,vſq, adeò vt non debeãt gaudere priuilegio militum. aliàs tabellio vniuerſitatis in matricula ſcholariũ deſcriptus,priuilegio ſcholariũ gaudere deberet pariter,& tñ non gaudet, quia ſcholaris non eſt, de quo aliàs in auth.habita.C. ne fil. pro pat. vbi ego multa:& quã Hora.Lucius Callien.Iur. con. olim peritiſs.diſcipulus meus,cõicato conſilio tñ (qđ moderationi animi ſui eſt aſcribẽdũ) repetiit,copioſè,ſubtiliter, & elegãter , videriq; põt, qm̃ impreſſa eſt. Nõ ob. vlti. quia iura prædicta idẽ nõ probãt,qđ priuilegiũ ſ.teſtãdi habeãt, ſed tm̃ vt aduerſus pſcriptionis curſum reſtituantur, & latius vt hic per Doct. Bar. Pau.Caſt. & alios.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè ꝙ quãquã notarius in matricula deſcriptus ſit,non tñ ex eo probatur qđ ſit talis, ſi ab aliquo negetur, vt tradit Pau.Caſt.& But.in c.j.de fi.inſtru.vbi Inn.praxim quoq; probãdi ponit,quem refert & ſeqt̃ Capel.Thol.deciſ.cccxxx.in prin.

Et ꝙ ex qualitate perſonarũ & differẽtiæ, vbi eadẽ eſt rõ nõ variatur effectus l.itẽ quæritur. §. parui refert.ff.de leg.iij.Bal.in c.j.in §.j. in prin. de natu.feu.in vlib.ego latè in collectan.in d. §. parui.nimirũ igitur, ſi ſcriniarij , id eſt tabelliones & inſtrumentorũ cuſtodes,ſiue ſcriniorũ, in q̃bus inſtrumẽta cuſtodiũtur,& apparitores,hoc eſt nũcij,qui præſto ſunt & nutu pſidibus apparẽt,priuilegio militari aliq̃nãdo gaudẽt quãquã milites nõ ſint ſi(vt dcm̃ eſt ſupra) eadẽ pericula experiãtur,p alle.l.j.ff.de bo.poſ.ex teſta. mili.

Et quod in dubio ſpecialitas non præſumitur, ſiue aliàs ꝙ lex fundata ſemper pſumi debet potius in lege cõi quàm in iure ſpeciali vt not.in c.

 exparte.

ex parte.de teſti.& in c.conſultationi. de temp. ord.& in l.i.ff.de reg.iur.Bononien.in l.qui ſe patris.col.xiii.& xiiii.C.vnde libe.& propterea nõ mirum eſt ſi aliquo caſu tantum(vt dixi) priuilegium habent ſcriniarii & apparitores, & non regulariter vt hic.

Et quod vbi lex loquitur per verba vniuerſaliter negatiua,& præciſa,videtur in ſe tacitũ habere decretum & tollere omnem poteſtatem aliter diſponendi,vt hic & in cle.i. in §. ſi quis aut, & ibi Card.in vi.q.de ſeq.poſ. & fructuum. glo. in auth.ſi qua mulier.C.ad Velleia. Feli. in c. ex parte.in verſ.Quintus caſus. de conſti.vſq; adeò vt nõ poſsit facere teſtm̃ niſi ſeruatis ſolenitatib. iuris,pterquã tñ in caſu vt ſupra,&vt ſtatim dicã.

Et qđ deniq; lex quãquã gñalis perq; verba generalia,imò vniuerſalia loquẽs, ſemper debet reſtringi ad id qđ rõnis eſt,& per aliã legẽ declarari.l.quiq;.§.i.l.quãuis.ff.de in ius vo.l.nõ eſt nouũm.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.c.ſuper qõnũ in prin.de offi.del. Bal.in l.pactũ.col.ii.C.de colla.eſto igitur qđ hic dicat nullatenus facultatem habere ſcriniarios & apparitores teſtandi priuilegio militari,habẽt tñ ſi vnà cũ militibus & expeditione reperiantur,vt ſupra,& in d.l.fi.ff.de mili.teſt.& in d.l.i.ff.de bo.po.ex teſt. mil. Finis.

Imp. Iuſtinianus. A. Mennæ.P.P

NE QVIDAM PVTARENT in omni tempore licere militibus teſtamenta,quomodo voluerint componere, ſancimus, his ſolum,qui in expeditionibus occupati ſunt,memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficiũ.D.iiii.id.April.Decio v.C.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod teſtamentum valeat,licet non militet caſus clarus in l. ex teſtamento,ſupra eo.& in l.hac conſultiſsima.in §.ex imperfecto.C.de teſta. & quia cum ſit priuilegio militum hoc idem inductum, non debet reſtringi,ſed potius ampliari.l.fi.ff.de conſti.prin. l.cum quidam.ff.de libe. & poſthu. & quia videmus hinc etiam quod à ſimili magiſtratus poſt finitam dignitatem,priuilegio gaudet.l.i.C.de comi.qui prouin.reg.lib.x.& eſt argumentum in l. vnius. in §. ſeruus. ff. de quæſtio. & in l. fina. ff. de decurio.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia ceſſante cauſa priuilegii,priuilegium ceſſat.l.Titia Scio.§.vſuras.ff. de lega. ii. l. athletæ.§.diximus.ff.de excu.tu.c. cum ceſſante. de ap. Are.in l.ex facto.n.6.ff.de uulg.& pu. ſub.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare, nõ primum,quia uerum eſt id in teſtamento prius condito iure militari,& teſtatore decedente intra annum miſsionis ut dictum fuit in d.l. ex teſtamento,nos autem loquimur hic in teſtamentis condendis, eo tempore quo non militat ideò teſtamentum non ualeret niſi ſeruatis ſolemnitatibus iuris.Non ſecundum,quia id eſt in patre teſtante inter liberos ſpeciale, ad cõſequentias nõ trahendum.c.quæ à iure.de reg.iur.in vj.l.Papinianus exuli.ff.de mino. Non tertium,quia imò reſtringi debet vt duret & locum habeat durante cauſa,ceſſet verò ea ceſsãte.d.§.vſuras.& cũ iſtud ſit regulare,non aliud debet attendi.l. ab ea parte.ff.de proba.l.omnis diffinitio.ff.de reg. iur.& quod ampliaretur quando non eſſet aliter à lege & limitate quidem prouiſum,ut hic. Non ultimum denique,quia ibi non erat finita cauſa priuilegij ut hic,ſed durabat. Vel dicamus,ſi erat finita,quod erat impulſiua non finalis,qua de re finita cauſa non finitur priuilegium,hic autem ſic, Vel quod ibi finalis cauſæ reliquię remanſerant quibus remanentibus durabat effectus, hic autem non remanſerat, ergo nec durat effectus. & latius ut per Dyn. in c. decet, col. j. & ij. de reg.iur. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè qđ qui habet officiũ ſeu exercitiũ alicuius artis ſi illud ſiue illã nõ exerceat,nõ etiã gaudet piuilegiis ſiue prerogatiuis dicti officij ſiue dictæ artis. Et idem in ſcholaribus non ſtudẽtibus,nec auditoria ingredientibus, ut hic in milite dictum eſt.c.cauete.xxij.q.iiij.Bar.in l. ſemper.ff.de iure immu.& in l. qui ſub prętextu. C. de ſacroſanc.eccle.& Bal. in proœ. ffdorum. col. ij.Feli.latè.in rub.de magiſt.col. ult.

Et quod taxatiua non excludit caſus ſimiles.l. ob ęs,& ibi glo.C.de pręd.mi.Saly.in l.his ſolis. C.de reuo.do.Iaſ.in l.j.in prin.col.fi.ff. de offic. eius cui mand. eſt iur. licet ergo hic dicatur ſolis militibus conceſſum fore ut teſtentur quomodocunque uoluerint ſi in expeditione occupati fuerint non tamen ſcriniarios & apparitores excludit ex quo eadem eſt ratio,in eis quę eſt in militibus.l.j.ff.de bon.poſ.ex teſta.mi. & dictũ fuit quoq; in l.ſcriniarios.ſupra eo.quę eſt proxima.

Et quod non manducat qui non laborat hoc (ut prius dicebam & repeto)qui non militat nõ habet priuilegium.l.quanuis.ff. de dam. infe. ibi niſi proprietario repromittenti uſufructuarius caueat, deneganda eſt ei fructus petitio. & ibi glo.notat.& ut in l.ex duobus.in §.fi.ff.de noxa. ac.& hoc eſt quod etiam dicebat Philoſophus,& refert Bal.hic, fœlicitatem in ſimili non eſſe habitum ſed actum.Imò ultra eum quod omnis uirtus in actione conſiſtit.l.qui ſub prętextu. C. de ſacroſanc.eccle.Bal,met in l.quotiens.col.iij.C. de ſuis & legi.

Et quod miles non militans nõ eſt miles propriè ſed abuſiuè,ut in ſimili dicit tex.in l.ij. in §. j.ff.quemadmo.teſta.ape.& in l.iiij. in §. condemnatum.ff.de re iud.& in l.Paulus.ff.de uer.ſig. & in l.eleganter.in §.qui reprobos.ff. de pig.ac.

Et ideò

Et ideò ut dixi priuilegio militari gaudere nõ debet. ex quo non dicitur quid tale, quod non eſt propriè tale.l.hoc legatum.ff.de leg.iij.l.j.ff.de dona.cum uulga.

Et qnod denique dubitationis tollendę gratia multa dici fieriq́; debent aliqno caſu, quę aliàs fieri diciq́; non deberent, utpotè minns neceſſaria argumentum in l.quę dnbitationis tollendę gratia.ff.de reg.iur.& in l.j.in §.ſed ſciendũ. ibi ego puto ediles bis idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſnpereſſet:ff.de edil.edi. & ideò hac ratione tolerabile eſt,quanquam priuilegia ualida ſint,ſi confirmentur ut declarat Bar.in l.priuilegia.in prin.C.de ſacroſanc.eccle. Finis.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni P.P.

LICET ANTIQVIS LEGIbus permittebatur pupillis, ſi tribunatum numerorum merebantur, vltimum elogium conficere poſſe:attamen indignis noſtris tẽporibus eſſe videtur, eum qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt,propter priuilegium militum ſapientium hominum iura pertractare, & in tenera ætate ex tali licentia parentibus fortè ſuis, vel aliis propinquis nocere, propriam ſubſtantiam extraneis relinquẽtem. ideòque hoc fieri nullo modo cõcedimus. D.Kal Nouemb. Lampadio & Oreſte. V V. C C. Coſſ. anno ſecũdo.

Dubitandi rationem faciebat, quod pnpillus poſsit hoc caſu teſtari, quia ſicnti militare nõ poteſt,ex quo iuramentum requiritur.l.pen.ff.ex quib.cau.maio.& ipſe non iurat.l.qui iuraſſe.l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.j.l.iuriſiurandi.ff.de iureiur.argumentum in l.i.C.de fal.mone.& tamẽ beneficio principis militat ut hic, ita deberet poſſe facere teſtamentum.l.quidam conſulebant.ff.de re iud.l.idem Vlpianus.ff.de excu.tuto.& maximè quia odia reſtringi fauores autem ampliari conuenit.l.cum quidam.ff.de libe.& poſthu.Bal.in c.inquiſitioni.ad fin.de app.& in l.non ſolum.in prin.ff.de excu.tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt (ut in tex.ipſo dicitur) quia non conuenit, quod qni diſcretione caret, ex quo nondũ mentem ſtabilem adeptus eſt, iura pertractet & in tam tenera ętate ſapientum hominum ſecreta, & fortè (quod peius eſt) pareutibus ſuis vel aliis propinquis noceant, & ſubſtantiam propriam extraneis relinquant.l.j.ff.de mino.dicta l.j.C.de fal.mone.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,non primum,quia antecedens verum eſt,ex quo videtur habilitatus ut in locis ad idem alleg.not. & ſacrilegium foret poteſtatem principis negare, deq́; ea diſputate aliter.l.ij.C.de cri.ſac. ſed cõſequẽs falſum ratione prædicta, & quia lex reſiſtit, nec actus inde factus valeret.l.cum lex. & ibi Bar.ff.de fideiuſſo.Abb.in c.cum contingat.col.j.de iureiu.& vt hic clarè dicitur. Non ſecundum, quia conuenit ampliari hoc caſu,coutra diſputationẽ legis expreſſam vt in ſimili dicit Abb. in c.cum dilecti.in ij.not.de dona. ſufficiatq́; ſi in paucis amici laboribus conſulatur.l.tutori.C.de nego.geſt.id eſt quod ſemel ad tribunatum fuerit electus. Imò quod facilius fit diſpenſatio quo ad id quàm quod poſsit condere teſtamentum, argumentum in l.ſi non lex eliaſentia.& ibi not.ff.de hæ.inſti.& in l.ſi quando.C.de inoffi.teſt.

Pręſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſtatutum permittens pupillũ teſtari inualidum eſt vt etiam per iſtum tex. dicit Io.Crot.in c.j.col.iiii.de conſti. in vj. & in l.nemo poteſt.col.vii.ff.de leg.i.

Et quod ſtatutum debet interpretari ſecundũ diſpoſitionem iuris communis & ſecundum eam regulari, vt ſimiliter per iſtum tex. dixit quoque Igne.in l.contractus.col.xlvii.de reg.iur.

Et quod lex prohibitiuè loquens & per verba pręciſa vt hic, efficit vt cõtrarium diſpenſati nõ poſsit,nec ſtatutum vel conſuetudo contraria valeat.l.ſi non ſpeciali & ibi Alex.C.de teſta.Barb.in c.ſicut,& ibi Dec.col.ii.de proba. not. etiam in cle.hi qui.de ęta.& quali.

Et quod ſi pupillus deierat,nõ punitur,ex quo ſolum Deum habet vltorem.l.ii.C.de reb.cred. protectorem verò iuramenti iudicem non, quia pucrilis ætas non habet conſilium vt hic,ita Bal. in l.pactum quod dotali.col.i.in prin.C.de coll.

Et quod denique iniqnum eſt auferre bona venientibus ab inteſtato,maximè quando diſpoſitio non procedit ex animi iudicio, aliàs ſecus ſi qui diſponit teſtabilis eſt.l.hnmanitatis.& ibi Bal.col.ii.C.de imp.& ali.ſub. Finis.

ADDITIO.

Quod quanquam pupillus etiam miles non teſtetur,contra hunc rigorem tamen à lege diſpenſatum eſt aliquo caſu, in ſubſtitutione pupillari ſcilicet,quæ pupillo fieri poteſt,& cuius teſtamẽtum dicitur. §.qua ratione. inſtitu.de pupill. ſubſtitu.l.patris & filii.ff.de vulga.& pupilla. ſubſtitutio. Moder. repete. in l.Centurio.col. xxiiii.ff.eodem.

Qui

Qui teſtamenta facere poſſunt vel non.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. Licinio.

SENIVM QVIDEM AEtatis, vel ęgritudinem corporis ſinceritatem mentis tenentibus, teſtamenti factionem certum eſt non auferre. Filiam autem, quę in poteſtate eſt, teſtamentum facere non poſſe, indubitati iuris eſt. D. iiij. Non. April. Sirmij CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quo ad primum dictum, quod ſenex teſtamentum facere non poſſit maximè ęger & infirmus. ex quo in ſene viget ſenſus pueribus iuxta illud bis pueri ſenes. Senectutemq; dicebant veteres malam ætatem, factã quę eſt iam tritum ſermone prouerbium καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός & tu ſenex es & ſtultus. puer teſtari non pôt vt infra l. proxi. & ſupra titu. proxi. in l. fi. ergo. Et quia etiam imbecillitas corporis plerunq; arguit etiam imbecillitatem mentis. l. hac conſultiſsima. §. at cum humana fragilitas. infra eo. cogitatione etiam mortis vt inquit Ro. conſ. cccxli. col. ii. vol. i. & Corn. conſ. liiii. nu. 4. vol. i. & conſ. clxiiii. col. i. eo. lib. & alibi ſæpè qđ non refero breuitatis gratia.

Quo ad ſecundum dictum verò, quod filiuſteſtari poſsit cum conſenſu patris, dubiũ facit, quia ſi donat cauſa mortis ſic conſentiente patre. l. tã is. §. i. ff. de dona. cau. mor. non eſt ratio, cur non poſsit etiam ſic teſtari, & maximè quia æquiparantur, ultima voluntas & donatio cauſa mortis vt hic not. & in l. fi. C. de do. cau. mor. Alex. conſ. liii. nu. 9. vol. vii.

Contrarium tamen hic deciditur & in vtroq; dicto quidem, & primi deciſionis eſt, quia regulariter quiſq; ſanæ mentis præſumitur. l. nec codicillos. C. de codicill. c. fi. de ſucceſſ. ab int. Bal. in l. quidam. (quæ eſt Pe.) in prin. ff. de condit. inſti. niſi proferat uerba furoris, quia tunc ſecus. d. l. quidam. & ad propoſitum ita dicit etiam in l. filium. ff. de acqui. hær. & Alex. in l. ſi is poteſt. col. iij ff. eo. tit. Idem Bald. in conſi. cccxl. col. ij. uol. ij. Secundi dicti uero ratio deciſionis eſt, quia perſona eius non eſt integra propter patriam poteſtatem. et quia teſtamenti factio eſt publici iuris, nec priuatorum pactis lędi poteſt, & ſic nec etiam teſtari poterit quanquàm pater permittat. l. teſtamenti factio. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. ubi eſt caſus (quidquid dicant Docto. hic) utrobique clarus.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere. non primum quo ad primum dictum, quia licet in quibuſdam uigeat & aliquando, non tamen uiget regulariter in naturali prudentia, ergo non attendendum: argumentum in l. nam ad ea. ff. de legi. & in capi. literas. ubi glo. de ſponſa. Feli. in c. coram. in prin. de off. dele. Non ſecundum, quia non eſt id uerum in dubio, ſtantq; iſta ſimul (vt inquit glo. hic & benè) quod non ſit ſanus corpore, & intellectu, imò (vt dixi) qđ ſemper præſumitur. d. l. nec codicillos, nouiſsimè Alex. conſ. xxx. col. iii. vol. iii. Non tertium (quo ad dictum ſecundum) quia antecedẽs verum eſt, conſequens falſum, poteſt igitur donare cauſa mortis, cum conſenſu patris, ſed non teſtari. d. l. tam is. & rationem aſsignauimus ſupra fuſius glo. Bar. & alij hic. Vel quia vltima uoluntas nõ pôt procedere ex alieno arbitrio. l. captatorias. ſupra de mili. teſta & ibi diximus, contractus autem ſic, uerum donatio cauſa mortis (ex quo tolletur ulti. ex his minimè uerum) ęquiparatur potius contractui quàm ultimæ uoluntati ut not. in l. ii. ff. de do. præleg. ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quãquam patria poteſtas nõ curetur quo ad ius publicum & magiſtratus obtinendos. l. filiusfam. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. curator tamen quo ad ultimas uoluntates & quo ad teſtamenti factionem vt hic, & in d. l. teſtamenti factio coniuncta l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen.

Et quod etiam in articulo mortis conſtitutus poſſet rem ſuam allodialem in fundum alteri cõcedere vt ſignanter per iſtum text. & alia etiam iura inquit Scylel. in Specu. feudo. qui feu. dar. po. col. xxvj.

Et quod hinc praxis tabellionum deſumpta eſt, quando dicunt. Titius ſanus mente, licet corpore languens, ut teſtatur Bal. & ibi Deci. ſent. refert in l. ſanum mente. C. de tranſa.

Et quod emancipatus poteſt teſtari, ſiq; notarius ſcripſerit hęredis inſtitutionem in ultima uoluntate, condita à filiofa. qui teſtari non poteſt, reprehẽdendus non eſſet, quia inſcio eo potuiſſet eſſe emancipatus, ita Alex. conſ. liii. num. 14. uol. vij. præalleg. licet ad aliud.

Et quod denique filiusfam. quanquam poſsit donare inter uiuos, uel cauſa mortis ſaltem conſenſu patris, ut hic, & in d. l. tam is. in §. j. ff. de dona. cauſa mortis, attamen legare in teſtamento uel codicillis nõ poterit. l. ij. ff. de leg. j. & hic rurſum not. Alex. conſ. liiij ad fi. eo. lib. & vt dictũ eſt multominus hæredem inſtituere in teſtamento, niſi bona caſtrenſia ſint uel quaſi. l. pe. in fin. l. fi. infra eo. l. fi. C. de inoffi. teſta. Corn. cõſ. lxxxv. nu. 7. uol. ij. & nimirum quia loco patrisfam. eſt tunc. l. ii. ff. ad Macedo. Finis.

ADDITIO.

Quod patria poteſtas indiuiſibilis eſt, ut hic not. Bal. ad fi refert etiam Pau. Caſt. ubi multa cõſil. cccvii. col. ii. uol. ii.

Impp.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Radoni.

SI FRATER PATRVELIS tuus ante quartumdecimum annum deceſsit, cum facere teſtamentum non potuit, nihil rectè ex eius poſtremo iudicio poſtulatur. Nam ſi hanc ætatem egreſſus licet vigoris nec dum emerſiſſent veſtigia, ſuum ordinauit ſolemniter iudicium; hoc euellere fruſtra conaris. S. vj. idib. Nouemb. * Pantichi CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillus teſtari poſsit hic, quia ſi poteſt, cum exceſsit puerilem ætatem, licet in eo minimè vigeat naturalis ſenſus, nec dum in eo rurſum emergant vigoris veſtigia, vt hic dicitur, non eſt ratio, cur nō debeat ante tempus ſi vigeat, vigoriſq; appareant ſiue emergant veſtigia poſſe, vt in ſimili in ſponſalibus dicitur, in c. iuuenis. de ſpon. & in c. j. de deſpon. imp. lib. vj. & in obligatione naturali cōtrahenda iuxta plenè not. in l. ſi. ff. de noua. & facit etiam tex. in l. iij. in prin. ibi cum malicia ſuppleat ætatem. C. ſi min. ſema. di.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia lex figit pedem taxando ætatem quattuordecim annorum à qua recedere non licet vt inquit glo. in l. ſi non fuerint. in princi. ff. pro ſo. l. qua ætate. ff. de teſta. argumentum in l. proſpexit. ff. qui & à quib. & in c. in iſtis. iiii. di.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primū, quia imò ratio eſt qua dici debet teſtari non poſſe, ex quo prohibitus eſt ante dictum tempus, edictum enim de teſtamentis prohibitorium eſt certarum perſonarum, omnis ergo qui non reperiatur prohibitus teſtari poteſt, verum pupillus prohibitus eſt vt hic ergo. & tradit Bar. aliàs in l. ſi quæramus. col. ii. ff. de teſtæ. Non ſecundū, quia ſimile non eſt verum, nec probatur in iuribus ad idem allegatis, quod intra ſeptennium ſponſalia contrahi poſsint. c. literas. c. atteſtationes. c. duo pueri. de deſpō. imp. & quia ſi id eſt nō regulariter verum eſt, ſed de honeſtate eccleſiæ fuſius declarando vt per Abb. in d. c. iuuenis. & fauore matrimonii, quod ad conſequentias trahi nō debet. c. quæ à iure. de reg. iur. in vj. Non tertiū, quia de pupillo ibi verbum nullum, ſed de filio & ſeruo, quodque nouandi animo ſtipulentur, ſi meliorem ſuam conditionem fecerint, ergo nihil ad propoſitum. Non vltimum denique, quia neq; id fecit, ex quo malicia ſupplebat ætatem, nanq; ſe maiorem dixerat quis cum eſſet minor, & eade re, ſibi etiā (quia dolus & fraus doloſo patrocinari non debet. l. ne ex dolo. ff. de dolo. c. ſedes Apoſtolica. de reſcr.) denegabatur reſtitutio quō igitur confert iſtud ad caſum noſtrum, quod ſic pupillus poſsit? l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod fatuus poteſt condere teſtamentum & ſic quod ei non poteſt exemplariter ſubſtitui ita Io. Fab. in §. preterea. inſt. quib. non eſt permi. fa. teſta. & probat Iaſ. in l. ex facto. col. xiiii. ff. de vulg. & pup. ſubſti. per iſtum tex. ibi licet vigoris nondum emerſiſſent veſtigia. tamen non eſt verū, & confundi videtur per text. in l. ſi. C. de mili. teſta. Nec obſt. verba hic poſita, quia alium habent ſenſum, vt ſupra, & aduertit poſtea idem Iaſ. in d. l. ex facto, non reſpondendo tamē ad tex. iſtum. Et ad idem videndus eſt etiam Nicol. picolomi. in q. ſuis. i. q. x. nu. 8.

Et quod negatiua dictio præpoſita verbo poteſt priuat potentiā & inducit neceſsitatem præciſam. l. nemo poteſt. ff. de leg. i. l. i. ff. de uer. obl. §. i. & ibi glo. de reg. iur. in vi. vſque adeò vt ſenſus ſit, ante dictam ætatem pupillum nullo modo teſtari poſſe.

Et quod paria ſunt teſtamentum non fieri, vel fieri, & ab eo quidem qui teſtamenti factionem non habeat, argumentum in l. ii. in §. i. ff. quemadmo. teſta. ape. & in l. Paulus. ff. de ver. ſig. & in l. elegāter, in §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. nec ab re dicitur hic nihil rectè tunc ex eius poſtremo iudicio poſtulari.

Et quod teſtamentum niſi habuerit ſolemnitates requiſitas à lege, facilè poterit annullari. l. ſi non ſpeciali. l. ſi vnus. l. hac conſultiſsima. in prin. C. de teſta. Nec teſtamentum eſt niſi abuſiuè. d. l. ii. §. i. ff. quemadmo. teſt. ape.

Et quod denique teſtamentum iudicium appellatur vt hic, inque illis verbis, nihil ex eius poſtremo iudicio poſtulatur, Suum ſolemniter ordinauit iudicium. vel dicamus iudicium, id eſt voluntatem exponi debere, l. ſi. C. ſi man. ita fue. alie. auth. hoc amplius. C. de fideicom. l. credendum. ver. ſi verò, qui pe. tuto. l. ſi arrogator. ff. de adop. in l. fideicommiſſaria. l. ita tamen. §. hæres. ex aſſe. l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Treb. l. i. in prin. ff. de lega. preſtan. Finis.

Imp. Conſtantius A. ad Rufinum P.P.

EVNVCHIS LICEAT FAcere teſtamentum, componere poſtremas exemplo omnium voluntates, conſcribere codicillos ſalua teſtamentorum obſeruantia. D. v. Kal. Mart. Sirmij Conſtātio A. v. & Conſtante Cæſ. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod eunuchus teſtamentum facere non poſſet, quia videbatur homo imperfectus & minus integer & hac de re non habilis ad teſtandum, ſicut nec filiusfa. l. Senium.

ninm.ſupra eod. Nec pupillus ante annum decimum quartum, vt proximè dicebam in l.ſi frater, nec furioſus.l.furioſi.ff.de reg.iur.l.ij.§.pe.ff. de iure codi. l.furioſum.l.diſcretis.infra eo.& facit etiam quod dicitur in rub.an mut.uel.imperfec. ſeu.reti.in uſib.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia qui legitimam habet ętatẽ, quique ſane mentis eſt (quod in dubio etiam pręſumitur ut dicebam proximè, & in l.ſenium) habet quoque teſtamenti factionem, & maximè ſi non reperiatur prohibitus, ut pariter dicebam proximè poſt Bar.in l.ſi quæramus.col. ij. ff. de teſta. ſed his legitimam ętatem habet (ut pręſupponitur) ſane mentis pręſumitur, prohibitus non reperitur. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia licet videatur homo imperfectus quia teſtibus careat, non tamen imperfectus eſt, quia careat integritate mentis & conſilij.d. l. ſenium. ſupra eo. & facit uulgatum illud.

Conſilio pollet cui uim natura negauit.

l.ſed eſt quęſitum.l.ſi quis poſthumos.ff. de libe. & poſthu.nonnihil etiam Bal. hic, ea de re teſtamentum quoque condere poterit. Nec ſimile de filiofamil.(ſecundo) bonum eſt, quia patria poteſtas illi impedimento eſt. l. teſtamenti factio. l. qui in poteſtate.ff.de teſta. Non tertium de pupillo, quia (ut ibi diximus) lex pręfigit ſibi tempus quattuordecim annorum à qua recedere non licet. Non quartum deniq; de furioſo, quia eius uoluntas nulla eſt, ut in iuribus ad idem alleg. Et minus ultimum, quia id in feudo procedit, & in eo qui imperfectus eſt totali imperfectione, ex quo dominum iuuare non poteſt, ſed hic eunuchus tantum erat ergo.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè quod eunuchi à ſpadonibus differunt.l.ſi idem.C. de codicil.nanq; Spado (quod pro declaratione nota) grandior natu dicitur, eunuchus uerò adoleſcens cui teſtes abſcinduntur; qui & Bagoe lingua Perſica uocantur, deque ſpadonibus in l.ſpadonem.ff.de excu.tut.uiolatæ naturę monſtra nihilominus ſunt, ut pumiliones, quos Octauius abhorrebat, dicens, illos naturæ ludibria fore, & monſtra mali hominis.quia tamen (ut dictum eſt) integritate mentis eunuchi non carent, teſtamenti factionem habent.alij dicunt & fortè melius, quod in nullo differant, tametſi nomina diuerſa ſint, niſi quod Spado elegantius nomẽ eſt, & magis attĩ cũ, quã eunuchi.

Et quòd ſi non priuatur factione teſtamẽti eunuchus, multo minus priuabitur qui vnum teſtẽ tantũ habet.l.Pomponius.§.fi.ff.de edil.edi.Cotaq; & Sylla hinc uno teſte tantum militabant. l.qui cum uno.in prin.ff. de re milita.

Et quod ſi in lege non ſit ratio, debemus in ea aliquam fingere, etiam quod remota ſit, cum ueram non inuenimus, quæ nobis occurrat ut facit glo.hic, & declarat Gomes olim collega in regu. Cancella.de trienna.poſſe.q.j.nu.2.poſt Abb.in procœ.Grego. col. vij. qui tamen non de ratione loquitur, ſed de ſimili, & benè, ut in §. fi.ĩ procœ. ffſorum. melius igitur probat iſtud Gemi. in c. quanuis.in §.fi.ad fin. de pręben.in vj.vbi dicit quod ſufficit quanquam ratio nõ ſit multum efficax, & allegat etiam ad idem tex.in c. non debet. ad fi.de conſan.& affin. ad quod etiam aduertẽdum puto, quia Gemi.& tex. pariter in d. c. non debet, loquuntur in ratione deciſionis, glo. uerò hic, dubitandi, imò quod ad hoc allegatur, ut uolunt repetentes in l.cum filiofamilias circa rationem Bar.ff. de leg. j. Niſi replicemus (& uerum eſt) ſi ſufficit cum deciditur lex, multo magis ſufficere debet cum dubitatur.

Et quod quę dubitationis gratia dicuntur, nõ uiciant ſcripturas.l.non ſolent.l.quæ dubitationis tollendę gratia.ff.de reg.iur.l.j.§.ſed ſciendũ. ff.de edil.edic. & dictum alibi fuit ſupra ſatis. ſi poterat hic eunuchus igitur teſtari multo magis poterat codicillari.c.cui licet de reg.iur. in vj. c. non debet.ff.eo.ti.non opus igitur erat, codicillorum hic mentionem facere, niſi (ut dixi) ne qua dubitatio ſupereſſet, & nouiſsimè eſt argumentũ in l.j.in §.quanuis.ff.de uen. inſpi.

Et quod denique ubi cõceditur aliquid alicui id conceſſum intelligitur ſecũdum naturã actus de quo agitur, exempli gratia eunucho in caſu præſenti, quia (ut diximus infra ſupra) uidebatur imperfectus & minus integer, ut poſsit teſtari & codicillari, nanq; debet intelligi, ſalua teſtamentorũ obſeruãtia, qñ ẽt hic dictum non fuiſſet. l. ſi quando.C.de inoffi.teſta. & ideò in ſimili dicebat Bal.in l.etiam.in fi.prin.ff.ſol.mat.ſi rex concedat aliquid in feudum alicui pro ſe & hæredibus ſuis, quod intelligetur ex ſuo corpore natis. & eſt ad idem argumentum etiam in l.ij.& iij.C. de his qui ue.æta.impet. Finis.

Imp.Conſtantius A.ad Voluſinm P.V.

SI QVIS IMPERATOREM forte hæredem inſtituerit: habeat iudicij mutandi facultatem, & quemcunque voluerit, ſecundum leges in teſtamento ſuo, hęredem ſcribendi. Dat.xij.kal. Mart. Mediolani. Arbitrione & Lolliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentum in quo Imperator hęres inſtitutus ſit, reuocari non poſsit, quia ſapit naturam contractus, & regulariter qui cum principe contrahit contractus uim legis habet: argumẽtum in l.j.in §.ſi cõueniat.ff.de po.& in l.legem.C.de pac.& in l. cõtractus, ff.de reg.iur. ergo non deberet poſſe reuocari teſtamentum, & alius hæres inſtitui. maximè propter pręrogatiuam ipſius principis. l. deprecatio.ff.ad legẽ Rhod.de iac. l. benè à Zenone.

none.C.de quad.prǽſcrip.c.cuncta per mundum nona quæſtio.tertia.

Et quia etiam regula eſt iuris, quod ſemel placuit amplius diſplicere non poſſe.c.quod ſemel.de reg.iur.in vj.quam communem dicebat Rota deciſio.ccccl.in nouis.de deſpon.impu. Imò Veronen.ex not.in d.regu.cautc.docent,qua teſtamentum reuocari non poſsit in ſuis. cxvii.col. i.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia nemo ſibi ipſi legem imponere poteſt,à qua recedere non liceat.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega. iii. Ambulatoriaq; eſt noluntas uſq; ad ſupremum uitæ exitum.l.iuj.ff.de adi.leg.l.cum lue ſtatus.§.ait oratio.ff.de dona.int.uir.& uxo.l.in ipſius,C.famil. herciſcun. Imò neceſſariò euenit hominis animam non ſemper in eiſdē motibus ſtare inquit in terminis noſtris Bal. cōſ. cccxxiiii.col.i.uol.i.aliàs ſi reuocari mutariq; non poſſet,nec etiam inueniretur, qui uellet principem ſeu Imperatorē inſtituere, ut in ſimili inquit pulchrè Barto. in l. princeps. ff. de legi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nō primum,quia non eſt uerum quod naturam ſapiat contractus teſtamentum.l.ſicut.C.de act. & obl. d.l.ſi quis in principio teſtamēti. & minus quod uim habeat legis generaliter, habet enim in his quæ actiuè fiunt ab ipſo principe,non paſsiuè vt hic,ſuntq; fortiores actus hic ſe habentes per modum agendi,quàm hii qui ſe habent per modum patiendi.ut per Docto.hic,poſt Imol.in c.olim.iii.de reſti.ſpol.Non ſecundum,quia ſemper utitur ſeu uti uelle præſumitur iure communi, & quanquam legibus ſolutus ſit, & ipſe lex animata in terris.l.princeps.ff.de legi.l. cum hęredes. infra eo.l.ex imperfecto.infra de teſta.§.fi.i auth. de conſul.attamen profitetur ſe uelle viuere legibus ut in d.l.ex imperfecto dr̄. Non tertiū denique,uerum regulariter ſed non tamen locum habet(ut ibi not.)in ultimis uoluntatibus, rationibus ſupra dictis.d.l.iiii.ff.de adi.leg.d.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iii.Bononien. latè in §. his igitur. col. xxxiii. & xxxiiii. inſtitu. de iuſti.& iure.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quanquam aduerbium fortè, ſit dubitatiuum.l.ſi duo.& ibi glo.ff.de arbi.Barba.in c.ii.col.v.de teſta.ubi dicit quod imo.quādo legendo non audebat aliquid decidere,utebatur uerbo fortè,refert Feli. (ubi alia multa) in c. accedens.j.col.fi.ut lite nō conte. hic tamen ſtat aſſertiuè,ut etiam dicit in ſimili glo.in d.c. ii. de teſta.& ſenſus eſt, ſi quis Imperatorem caſu hęrede inſtituerit habeat iudicii mutandi facultatē.

Et quod magnum quiddam eſt, à priuato Imperatorem hæredem inſtitui,cum ſit dominus totius mūdi.l.deprecatio.ff.ad legem Rhod.de iac. prææalleg.l.benè à Zenone. C. de quad.præſcrip. fortè dictum hic, ut maiorem haberet dubitationem an teſtamentum poſſet reuocari,nec ne. Flora meretrix tamen po. ro. hęredem inſtituit, ut ludi florales eidem quotannis celebrarentur. Et à priuato dixi,quia ſi è rege, non mirum adcò foret. nanque idem po. ro. ab Attalo & Nicomede,inſtitutus eſt, hęres pariter, & ab Appione, qui eidem Lybiam reliquit. Auguſtus uerò quadringenties trecies quinquies ſeſtertium.

Et quod teſtamētum iudicium appellatur,niſi iudicium,id eſt uoluntatem exponamus ut dicebam in l. ſi frater.ad fi.ſupra eo.nec repeto.

Et quod quanquam uerbum iſtud facultas pro patrimonio capiatur in lege.c.fi.de prǽſump. c. fi.de uer.ſig.l.qui ſe patris.C. unde lib. hic tamē aliam habere uidetur interpretationem, ut pro poſsibilitate ponatur.l.i.§. quod ait prætor. j. ff. quorum lega.l.moris.in fi prin.ff. de pœn. quod poſsit ſcilicet teſtator teſtamentum reuocare, quanquam in eo Imperatorem fecerit hæredem. & nimirum quia uerba ſunt ſemper intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.l.ſi vuo.ff.loca.l. ſi ſtipulatus.ff.de uſu.Bald. in l. ex arrali. ad fin. C.de ac.emp.

Et quod denique non omnis,hęres inſtitui poteſt,qua de re,fortè dixit hic tex.ſecundum leges in teſtamento ſcribi debere.l.j.C.de hęre.inſtitu. §.teſtamenti autem factionem, inſtitu. de hære. qual.& diffe. Finis.

Imppp. Valens, Valentin. & Grat. AAA. Maximo.

CVM HAEREDES INSTItuuntur Imperator ſeu Auguſta:ius commune cum cęteris habent quod et in codicillis, uel fideicommiſſarijs epiſtolis iure ſcriptis obſeruandum erit.et(ſicuti priſcis legibus cautum eſt) imperatori quoq; & Auguſtæ teſtamentum facere liceat & mutare.D.vij.d. Auguſt.Gratiano A. ij.& Probo.Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod Imperator ſeu Auguſta,non utantur iure communi,quia ipſe eſt dominus totius orbis ut dicebam proximè. d.l.deprecatio.ff.ad legem Rhod.de iac.l. bene à Zenone.C.de quad.præſcrip.ipſa uerò radiis mariti corruſcat.l.fœminę.ff.de ſenato.l. fiſcus. ad fi.ff.de iure fiſci.aliàs à priuatis hominibus non differrent haud dicendum.l.iii.ibi ſed cur non in milite diuerſum.ff.de mili.teſta.glo.in l. nec honore.C.de epi.& cle.& quia etiam ſoluti legibus ſunt.l.princeps.ff.de legi.l.quod principi. ff. de leg.ii.l.ſi Auguſtæ.ff.eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia priuilegium non præſumitur niſi de eo conſtet ut in l. proxima. ſupra.& ibi Saly. not.

not.argumentum in l.ii.ff.de proba.& in l.actor quod aſſeuerat.C.eo.& in l.qui accuſare cum materia.C.de eden. & quia digna uox eſt maieſtate regnantis,legibus alligatum ſe principem profiteri.l.digna uox.C.de legi.nimirum igitur ſi Imperator ſiue Auguſta ius commune cum cæteris habent.eoq́; magis quia lex ita diſponendo & declarãdo proceſsit ulterius ut in ſimili inquit Bal. in l.ſi duobus.col.ii.C.communia de leg.& Pau. in l.cum hi.in §.eam tranſlationem. ad fin. ff. de tranſactio.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare non primum,quia etiam quod ſit dominus orbis quo ad protectionem ut declarant Cy.Bar.Bald.& Saly. in l.cunctos populos.C.de ſumma Tri.& fid. catho.latè ego in locis communibus lib.i. c. xii. ad. d.l.deprecatio.non eſt propterea quod non utatur iure communi,quodque idem ius nõ habeat, cum cęteris.d.l.digna uox,& ut ſtatim etiam dicemus.Non igitur ſecundum obſtat, quia dignitate differunt Imperio & præeminentia.c.ſi quis.c. ſolite.de maio.& obe.l.i.§.huius ſtudii.l. ueluti. ff.de iuſti.& iur.& ſufficit argumentum in l. tutori.C.de neg.geſt.Sed non(ut dixi) quod uti iure communi cum cæteris non debeant. Non ultimum, quia eſto quod legibus ſoluti ſint, legibus tamen uiuere debent, quod & ipſi profitentur etiam.d.l.digna uox.l.ex imperfecto.C.de teſta.l.ex imperfecto.ff.de leg.iii.§.fi.inſtitu.quib. mod.teſta.infir.c.nos ſi incompetenter.ii.q. vii. glo.in c.i.de conſtitutio.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod generaliter uxor debet ſortiri forum mariti,ex ipſius perſona.l.cum quædam pnella.ff.de inti ſdi.om.iudi.hinc dicit Imp.mulieres honore maritorum erigimus & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus in l.fi.C.de incol.lib.x.præalleg.l.fœminæ.ff. de ſena.l.ii.C.de epi.& cle.Abb.in c.nullus.col. iii. de for.compe.

Et quod participat vir priuilegium ſibi conceſſum eſtq́; commune inter ipſum & uxorem,ratione dignitatis.d.l.ij.& ibi Bal.C.de epi. & cle. eſt uerum quod in ea non eſt principalis, ſed conſecutiua,& longe minor,quàm dignitas uiri.l. i. ff.de ſenato. Areti.conſ.cxxx.col.i.

Et quod mulieris nobilitas perditur ſi nubat ſpurio,vel plebeo,nec poteſt ipſe, mulieris prætextu nobilitari.d.l.fœminę,Ancha.pulchrè cõſ. ccclxxxix.col.j.& hoc eſt quod dicebat etiã Bal. in d.l.fęminæ.quem refert & ſequitur in pulchra quæſt.Nel. in ij.par. ij.tempo.xlj.col.j.quod qualitatem cõditionis viri vxor trahit ab eo,quodq; popularis nupta nobili, efficitur nobilis verò nupta populari,popularis.

Et quod licet aliàs donatio inter virum & vxorem non valeat.l.j.ij.& iij.ff.de dona.int.virum & vxo.valet tamen,ſi vxor ignobilis, donauerit in contractu matrimonij,viro nobili aliquid,qđ ad ipſius dignitatem & nobilitatem conferat.l. quod adipiſcendæ.& ſeq.ff.eo.Bal. Nouel. (vbi multa) in tracta. de dote, in x. par. in princip. col. quarta.

Et quod denique non mirum eſt,ſi Impe. ſeu Auguſta,ibi verò,ſi quis hæredem fortè Imperatorem fecerit. ergo ſecus ſi fiat à principe, & in priuatum conferatur,vel inter principem & priuatum,vel in præſentia principis,de quibus aliàs in d. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. & ibi dicemus. Finis.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni P.P.

OMNES OMNINO, QVIbus quaſi caſtrenſia peculia habere ex legibus conceſſum eſt, habeant licentiam in ea tantummodo vltimas voluntates condere ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem,quæ talibus teſtamentis de inofficioſi querela immunitatem pręſtitit. Dat.iij.Non.Decemb. Conſtantinop.poſt Conſulat.Lampadij & Oreſtis VV.CC.

Dubitandi rationem faciebat, quod filiusfa. teſtari non poſsit, quia videtur caſus clarus in l. ſenium.ſupra eo.& in l.tam is.in §.j.ff. de dona. cauſa mor.& in l.proxima clarius, ibi nullo etenim modo permittimus vt teſtamentum facere poſsit, ergo nec etiam in caſtrenſibus vel quaſi, quia dictio nullo modo eſt præciſa & omnem caſum excludit vt per glo.in cle.ij. de æta. & quali. Alex.in l.fi.C.de milita.teſta.Imò quod vim habet clauſulæ decreti irritantis vt not. in cle. j. de ſeq.poſ.& fruct.Imol.in l.ſi quęramus. ff. de teſta.Feli.in c. at ſi clerici. in §. de adulteriis. col. iij.de iudi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia in caſtrenſibus vel quaſi filiusfamilias loco patrisfamilias habetur.l.ij.ff. ad Macedo. & ideò publicatis bonis ipſius propter delictum caſtrenſia vel quaſi publicata cenſentur. l.ſi filius.& ibi Ang.ff.de dam.infec.not. in l. frater à fratre.ff.de cond.inde.& ad propoſitum facit etiam tex.in l.j.in §.fi.ff.eo. ad Macedo. & in l.iij.C.de caſt.pecu.& in l.ij. ff. de cont. emp. & in l.lis nulla.ff.de iud.& in l.ſi dubitetur.in fi. ff. de fideiuſſo.& in l.ſi quis vxori. in §.j.ff.de fur.& in l.j.§.hoc autem ſenatuſcon.in terminis noſtris ff.ad Treb.Et hinc videmus(vt ſubiicitur hic)qđ teſtamentum eius in hiſce bonis, querelæ non ſubiacet,olim tamẽ,quia hodie ſecus eſt.§. aliud quoque capitulum.in auth.vt cum de appel.cog. & in auth.præsbyteros.C.de ep.& cle.eratq́; ſibi præceteris hoc idẽ in ſpãle priuilegiũ conceſſum à lege.l.de inofficioſo.l.fi.C.de inofficio.teſta.

Ad oppo-

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ qđ dicitur in d.l.ſeniū.& in d.l.tã is,quia dicta iura loquuntur in bonis profectitiis vel aduẽtitiis, non caſtrenſibus vel quaſi vt hic, & ſimili modo tex.in l.proxima,ad quæ verbum nullo modo, re ſtringi debet,& nõ eſt pręciſum ac excluſiuū aliorum caſuū(vt dicebatur)d.l.ij.ff.ad Maced. Imò quod tex.met in loco prædicto,declarat & exprimit,hunc caſum exceptuando, ibi niſi in caſibus certis,qñ ſcilicet de caſtrẽſibus vel quaſi teſtatur, quod & ibi glo.exponit,& nimirū ſi lex iſta cū illa coniungitur,ſiq; illã limitat,in aduentitiis loquentẽ(vt diximus)in quibus patri vſufructus q̃ritur.l.fi.C.de boniſq; lib.& ita eſt tenendum.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè quod quãquã filiusfa.poſſit(vt dictū eſt)de caſtrẽſibus vel quaſi teſtari,nõ poſſet tñ (qđ pro declaratione notandū eſt)ſi eſſet exauctoratus. l. Caſsius.ff.de ſena.Ang.in l.teſtamẽta.ff.de mili. teſt.& iõ verba legis ſano modo intelligẽda ſunt. l.j.in fi.ff.ad municip.l.ſi quando.ff.de leg.j.Pau. Caſt.conſ.xliij.col.j.vol.ij.

Et quod de caſtrenſi peculio vel quaſi nõ tenetur pater viuo filio,ſed qđ ipſe cõuenitur tanquã pater familias.l.iiij.§.j.ff.de caſt.pec.d.l.ij. ff. ad Maced.Iaſ.in §.actiones.nu.11.inſtitu.de actio.

Et quod filius occaſione peculij caſtrenſis vel quaſi,poteſt inſtituere litẽ contra patrẽ, ẽt nõ impetrata venia & abſq; ipſius cõſenſu ex quo litigat tãquã extraneus,argu.in l.ſi pater.ff.de adop. ut not.in l.lis nulla.ff.de iud.& in l.fi. in prin.C. de boniſq; lib.& ibi in ſpecie Odof.col.iij.

Et quod pater adhuc non poſſet auferre filio peculium caſtrenſe vel quaſi, etiam quod habeat eum in poteſtate,vt inquit Bal.in c.illud.ad fi.de maio.& obedi. qui ad hoc nihil allegat. ſed facit quia hic eſt vnus de caſibus in quibus non curatur patria poteſtas.d.l.ij.

Et quod deniq; ẽt quod de iure antiquo,quicquid acquirebat filius acquireret patri. l. placet. ff.de acqui.hę.l.j.ff.ſi quis à pa.fue.ma.l.cum filio.ff.de leg.j.ab hac acquiſitione tamẽ exceptuãtur caſtrenſia vel quaſi.d.l.ij.ff.ad Macedo.l. fin. C.de inoffi.teſta.Corn.conſ.ccxlvij.col. vlt. vol. iij.& de materia multa quod teſtetur,& quod teſtamentum eius non ſubiaceat querelæ Porci. in §.ſed hactenus.col.ij.inſti.de mili.teſta. Finis.

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.

Imp.Alexander A. expedito.

PVBLICATI SEMEL TEſtamenti fides: quanuis ipſa materia,in qua primū à teſtatore ſcriptum relictū fuit,caſu, qui probatur intercidit: nihilominus valet.PP.kal. Iun. Fuſto ij. & Dextro Coſſ.

Dubitãdi rõnẽ faciebat,quod ſcripturæ teſtamenti nõ credatur,ſi originalis ſit amiſſa,quia regulare eſt produci ſi petatur, auth. ſi quis in aliquo documẽto.C.de edẽ.l.aſſe toto.ff.de hæ.inſti.l.ſancimus.C.de diuer.reſcr. & rõnẽ aſsignat gl.in l.ij.ff.de fid.inſt. & cū habemus regulã pro nobis,ab ea nõ recedamus,quiq; cõtrariū dixerit probabit.l.ab ea parte.ff.de proba.Bar.in l.j.col. ij.ff.ſi quis in ius voc.non ier.

Cõtrariū tñ hic decidi tur, & rõ deciſionis eſt; qa publicatio fcã fuerat teſtamẽti vocatis oĩbus quorū intereſt.Originale verò caſu amiſſum,q̃ę publicatio efficit vt exẽplo oĩmodò credatur. §. illud.in auth.vt frat.fi.l.chyrographis.ff.de admi tu.arg.in l.cū oñdimus.in §.fi.ff.de admi.tuto.

Ad oppoſita rñdetur nõ obſtare,nõ primū,qa imò(vt dixi) eidẽ credẽdū eſt, ex quo publicatū fuerat, & cū originale amiſſum ſit caſu(vt probat qui dicit) impoſsibileq; ſit, produci nõ debebit argu.in l.impoſsibiliū.ff.de regu.iur.& in l. eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pe.ex quibus tolluntur reliqua ẽt ad idẽ rẽdentia,quia regu.vera eſt, nec ab ea foret aliàs recedẽdū, qñ exẽplũ nõ eſſet publicatum, & quando originale quoq; non fuiſſet caſu deperditum.d.auth.ſi quis in aliquo documento,& ibi not. multa.C.de eden.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa,& maximè qđ in publicatione teſtiũ vel inſtrumentorũ vt hic vocãdi ſunt oẽs quorū intereſt,aliàs publicatio nõ valeret.& exẽplata nõ publicata hæc diceretur nec fidẽ facerẽt vt dicit Rota deciſio.xi col.j.de fid.inſt.in nouis.

Et qđ vt habeat locū.l.fi.C.de edi.di. Adr. tol. teſtes examinari debẽt & publicari ſecũdū formã de qua hic,& tũc ſcriptura poterit poſtea ꝓduci, ex cuius inſpectione notoriū iudici fieri poterit abſq; dubio,vt inquit Bar.in d.l.fi.no.17.

Et ꝙ ſi ille met qui ſcripſit originale illud trãſcribit cū ſolẽnitatibus opportunis,ꝓbat, qm̃ originale cẽſet vt poſt Bal.hic inquit Soci.ĩ d.auth. ſi quis in aliquo documento,col.iij. C.de eden.

Et ꝙ põt peti ab hærede vt teſtes examinẽtur & publicẽtur ad perpetuã rei memoriã ſuꝑ teſtõ, vel ſuꝑ codicillo à legatario,vt hic per Bal.fuſius Corn.cõſ.ccxcviij.col.j.vol.j.& cõſ.clxviij.col.j. vol.ij.& conſ.clxxij.col.j.& ij.eo.lib.

Et quod deniq; iſtud quod hic de publicatione dicitur,ſpeciale eſt in vltimis volũtatibus, nõ in aliàs ſcripturis priuatis regulare,quod fiat ſcilicet iudicis auctoritate vt not. Specu. in titu. de inſtru.editio.in §.oſtenſo.in ver. & nota. & Bal. poſt eum in c.Albericus. nume. 4. de teſti. Sciẽtuq; dignum eſt,praxim hãc, publicandi teſtamẽta poſt mortẽ teſtãtoris à Chriſto ſaluatore nr̃o deſumptã fuiſſe,quia cū duę fuiſſent leges à Moyſe & prophetis, quas teſtamentum vocant, publicari non potuerunt niſi poſt Chriſti mortem,

id eſt reuelari & intelligi (ut Lactan. inquit lib. iiij. de uera ſapientia. c. xx.) myſteria Dei. Finis.

Imp. Alexander A. Antigono.

EX IMPERFECTO TESTAmento nec Imperatorẽ hęreditatẽ vendicare, ſæpè cõſtitutũ eſt. licet enim lex Imperij ſolemnibus iuris Imperatorem ſoluerit: nihil tamen tam proprium Imperij eſt, quã legibus viuere. PP. xj. Kal. Ianuar. Lupo & Maximo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod Imperator admittatur ex teſtamento imperfecto, ex quo erat hæres inſtitutus vſque adeò vt ęquum ac rationabile ſit defectum ſolemnitatis ſuppleat, argumentum in l. bonorum. C. qui admi. ad bono. poſſ. poſſunt, & in l. donationis quas. C. de dona. int. uir. & uxo. & quia alibi in teſtamento minus ſolemni fuerat pariter facta inſtitutio hæredis, & nihilominus teſtamentum ualuit. l. iij. ff. de mili. teſta. Et quia uidemus hinc etiam, quod ualet ſi in ipſius principis ſeu Imperatoris pręſentia, factum ſit. l. omnium. infra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia licet (ut formaliter tex. met ait) legibus ſolutus ſit, attamen profitetur ſe velle niuere legibus. l. digna uox. C. de legi. l. ex imperfecto. ff. de leg. iij. dictumq; fuit in l. cum hæredes. ſupra titu. proximo. & ideò non mirum eſt ſi hæreditatem uendicare non poteſt hic ex imperfecto (ut dixi) teſtamento.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia eſto quod Imperator ſit, vult tamen uti iure communi, perinde ac ſi eſſet priuatus, vt etiam dicitur in l. ſi quis Imperatorem. ſupra tit. proximo. Nec ſupplet (hac de re) ſolemnitatis defectum, ut iudex defectum tutoris in caſu. d. l. bonorum, quia id fauore pupilli inductum eſt, quod ad conſequentias trahi non debet. c. quæ à iure. de reg. iur. in vj. cum maximè nolit princeps id agere, ſed (ut diximus) potius uti iure communi. Vnaq; rurſum eſt inductio ad idem d. l. donationes quas. quia id in teſtamento principis procedit, hic autem eſt priuati, ergo nihil ad propoſitum. & ut latius hic declarant Docto. diximus nos unum uerbum ſupra titu. proximo, in l. cum hæredes. ad ſi Non ob. ſecundum, quia teſtamentum dicto caſu ualere non poterat de iure communi, qua de re præſumendum eſt, quod uoluerit uti illa poteſtate, quæ faciat ipſum ualere, argumentum in l. j. in §. ſi quis ita. ff. de uer. obl. & declarat Pau. Caſt. hic, dic ut per eum. Non ob. ultimum, quia illud eſt etiam propter multorum aſsiſtentiam lateronũ, qui loco teſtium ſunt ſemper. & ita etiam dicit glo. quam ibi declarant Docto. in §. ſed hæc quidem. inſti. de actio, & Bal. in l. ſancimus. col. ij. C. de dona. ſubiiciens, nõ ab re in bullis Papæ & Epiſcoporum non apponi teſtes, quia tot proceres coram eis eſſe ſemper præſumuntur, ut nihil ſanè occultum eſſe poſsit. & in ſimili conſ. cccc xlvij. col. ij. uol. v. ſignanter per tex. in d. l. omnium. & in d. l. ſancimus. quod illud quod fit in iudicio publice ſit de iure & de facto, cum plures ſint ibi ſemper aſtantes. & in c. ſuper eo. de teſti. cogen. quod teſtimonium ſic & ratione prędicta, dicetur notorium. Et in c. conſuluit. nu. 12. de offi. deleg. quod principes faciunt tenebras lucem, & lucẽ tenebras, ex quo ſemper apud eos eſt gentium multitudo. & Bellame. deciſio. Dcclv. col. ij. quod illud fit coram principe fieri cẽſetur cum omni ſolemnitate. & laterones dixi, quia aſsiſtunt lateri ipſius. adde quod Sext. de uerb. ſig. eos uocat ſtipatores, quia ſtipati ferro circundant corpora regum. Græci, σωματοφύλακας uocant, quaſi corporis cuſtodes.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod imperfectum teſtamentũ eſt, ſi non habeat ſolẽnitates requiſitas à regu. & diſpoſitione iuris communis, imò quod nec teſtamentum dici debet, argu. in l. hoc legatum. ff. de leg. iij. melius in l. ij. in §. j. ff. quemadmo. teſt. ap. & quia perfectum non dicitur id, quod ex omnibus ſuis partibus non conſtat, nec actum cum aliquid agendum ſupereſt. l. perfecta. C. de do. quæ ſub mo. l. contractus. C. de fi. inſtru. l. cum Syllanianum. C. de his quibus ut indi.

Et quod diſiunctiua coniunctio nec poſita inter duas orationes negat utranq; l. ii. C. de bo. pro ſcripto. l. pe. §. fi. ff. de au. & arg. leg. Bal. in l. fi. ad fi. ff. de ritu nup. & ſenſus eſt hic, ex teſtamento imperfecto, nec priuatum, nec Imperatorem etiã hæreditatem uendicare poſſe.

Et quod ſi Imperator inſtitutus hæreditatem uendicare non poteſt ex teſtamento (ut diximus) imperfecto, multo minus poterit priuatus, quia ſi de quo magis ineſſe uidetur & non ineſt, ergo nec de quo minus. l. nec ex uera. C. de acqui. poſ. l. relegatorum. §. conſtitutum. ff. de inter. & rele. c. ſi Paulus. xxxij. q. v.

Et quod hęres triplicem actionem habet, ex teſtamento, hypothecariam & realem. l. j. C. cõmunia de leg. remediaq; diuerſa ſunt, de quo tamen plenè Bal. conſ. cccviij. col j. uol. j. nimirum igitur ſi hic realis mentio fit, quod ex imperfecto teſtamento non competat, & quanquam aliarum facta non fuerit, ſubintelligi debet tamen, ex quo ſi ſint plura eandem rationem habentia, unius aũt fiat mentio, exẽplariter fit non reſtrictiue, iuxta doctrinam Bal. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de leg.

Et quod deniq; adeò uerũ eſt iſtud, quãquam princeps legibus ſolutus ſit ꝙ tñ ſe uelle uiuere legibus profitetur, ut nõ ab re dixerit Chriſtus ſaluator noſter alibi, Veni nõ ſoluere legẽ, ſed adimplere Matth. v. cuius actio noſtra eſt inſtructio. c. ſignificaſti. de ele. Antigonus quoq; rex, Alexãdri magni frater, dicere ſolebat id ſibi tñ licere, quod

natura

natura rectum honeſtumq́; eſſet, ac legibus conſentaneum. & Fel. quod princeps legibus ſolutus eſt, quo ad vim coactiuam non directiuam, quia tunc legibus ſubiectus eſt, in c. j. col. viij. probatur quo primum Pſal. 50. ibi, Tibi ſoli peccaui. Secũdum verò in c. cum omnes. eo. titu. de conſtitu. & vt ille fuſius. Finis.

Imp. Gordianus. A. Rufino.

SI IN NOMINE, PRAENOmine, ſeu cognomine teſtator errauerit, nec tamen, de quo ſenſerit, incertum ſit: error huiuſmodi nihil officit veritati. PP. xij. kal. Ianua. Gordiano A. & Auiola Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod error officiat teſtamento in caſu præſenti. Ex quo videmus alibi etiam nocere in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & in l. ſi fortidianum. C. de lega. vbi cum quis vellet legare veſtem, ſi legauerit ſuppellectilem, non debebitur veſtis. Vel ſi volebat legare fundum Cornelianum, legauerit Sempronianum, vitiabitur legatum. Et idẽ ſi rurſum intendebat legare veſtem & legauerit argentum. Et quia nihil eſt magis contrariũ conſenſui, q̃ error. l. ſi per errorẽ. in prin. ff. de iu. om. iud. l. ij. ff. de iud. Imò (vt dicebat Sene. lib. iiij. de benef.) demens eſt qui fidem præſtat errori, refert Bald. in Marga. demens. nu. 1. & ad propoſitum quod vicect, tradit Cy. in l. j. ad fi. C. de erro. calcu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia nomina propria, prænomina, ſeu cognomina, ad demonſtrandum regulariter imponuntur & ad libitum. l. j. C. de mu. no. quo caſu (ſi de corpore conſtet) error vitiare non debet nec falſa demonſtratio, diſpoſitionem. l. ad recognoſcendum. C. de inge. ma. l. quotiens. in prin. ff. de hæ. inſti. §. ſi quis in nomine. inſti. de lega. l. demonſtratio falſa. ff. de cond. & demon.

Ad oppoſita reſpondetur vera eſſe, in nominibus appellatiuis, quę impoſita ſunt quadam naturali ratione, & conſequenter immutabilia. §. ſed naturalia quidem. inſti. de iu. na. Abb. pulchrè in proœ. Grego. col. ij. & iij. nimirum igitur ſi error hoc caſu vitiat, aliàs (vt dixi) nõ, dũmodo de corpore conſtet, & ita loquitur etiam Cy. in d. l. j. C. de erro. cal. ex quo tollitur quoq; inductio. d. l. ſi per errorem. & Senecę dictum, quia ſi de corpore conſtat (vt præſupponitur) error non erit. & vt hic per Docto. latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi error in noĩe proprio non uitiat vt hic, & in l. ſi ita. in §. j. ff. de bo. po. ſe. tab. vitiabit abſq; dubio ſe fuerit appellatiuum. l. cũ prętor. ff. de iudi. c. nõne. de præſump. nec ab re ſecundũ Bal. hic, quia quod eſt in intellectu, ſenſu percipi non põt. l. ſolã, vbi idẽ Bal. col. j. (hic enim nihil allegat ad hoc) C. de teſtib. & dictum eſt ſupra ſatis.

Et quod error tolerabilis non vitiat nec nocet veritati intolerabilis autem ſic, vt hic rurſum innui videtur, & eſt argu. in l. ñ. C. de hæ. inſti. Bal. in l. non ideò minus. C. eo.

Et quod quando de corpore conſtat, licet vnũ dicere duplicatio nomine poſtea ſimplici. l. Caio Seio. in prin. ff. de ali. & cib. leg. l. j. & ibi ego multa. C. de pact.

Et quod vbi rurſum de corpore conſtat nihil eſt de iure diminuẽdum, inquit Bal. cõſ. cccxxvj. col. ulti. uol. j.

Et quod non ſemper eſt verum quod hic dicitur, quia licet in baptizante de corpore cõſtaret, ſi baptizato imponeret maſculi nomen cum eſſet fœmina tamen, vitiaretur actus, ex quo intentio baptizantis debet fundari ſuper vero. c. quanuis. c. ſolent. de conſecr. diſt. iiij. Imò quod è contra nec vitiaret in nomine appellatiuo error ſi tamẽ de corpore conſtet, de quo tamen Iaſ. videndus eſt in l. de pupillo. in §. ſi in pluribus locis. col. j. ff. de no. ope. no. nuncia. & in materia Bal. vbi bonam & nor. diſtinctionem ponit in l. fi. col. ij. C. de hære. inſtituen. Finis.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Lucillo.

NEQVE PROFESSIO, NEque aſſeueratio nuncupantium filios, qui non ſunt, veritati præiudicat: & quæ vt filiis teſtamento relinquũtur, iuxta ea, quæ à principibus ſtatuta ſunt, non deberi certi iuris eſt. accepta vj. Non. Iul. Valeriano & Gallieno AA. iii. & ij. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius ſit, quem quis vt filium aſſeuerauit, & conſequenter quod relictum eidem in teſtamento, ſibi debeatur, quia in primis videtur caſus in l. fi. ff. de proba. Et quia opinio præfertur veritati, maximè q̃n agitur de actu ſuſtinendo. l. is qui putat. ff. de acquiren. hęredi. Et quod relictum eidem vt filio debeatur probat tex. in l. nemo. in §. qui frater non eſt. ff. de hæred. inſti. & in l. j. in §. Pomponius. ff. de carb. edi. Vbi ſi inſtituo aliquem vt filium valet inſtitutio ſiue ſit filius ſiue non. Et quia falſa demonſtratio regulariter non vitiat. l. demonſtratio falſa. ff. de condi. & demon. & dictum fuit proximè. Et quia in ſimili ſi vxorẽ quis affinẽ uocauerit nõ uitiabitur inſtitutio, licet nõ ſit affinis. l. non iõ minus. C. de hæ. inſti.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt, quia falſa aſſeueratio non debet mutare ſubſtantiam veritatis, argumentum in dicta l. proxima. ſupra eodem. l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignoran. Non deberi relictum verò, quia

finalis cauſa fuit filiatio, vſque adeò vt relictum vitietur ſi filius non ſit is cui factum fuerat vt hic & in l.ſi pater.ff.de hæred.inſti.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare, nō primum, quia aſſeueratio ibi non facit eum filium, ſed præſumptionem quod ſit filius, niſi probetur contrarium. Non ſecundum, quia non eſt verum quando præponderat veritas vt hic, & vt infra latius. Non obſt.tertium, quia ibi teſtator ſciebat quem inſtituit non eſſe fratrem, nimirum igitur ſi relictum debetur, hic autem errabat, & propterea non debetur, vt etiam proximè dicitur, & vt hic per glo.& Bar.latius. Non quartum, quia eo caſu inſtitutum vt filium dilexerat, ea de re nec vitiatur inſtitutio argumentum in l.cum ſeruus.ff. manda.vbi affectionis etiam aliquando habenda eſt ratio. Non quintum, quia imò vitiat (vt ibi not.) quia defectus eſt in cauſa finali. Non ultimum denique ex quo principium affinitatis eſt, licet non ſit affinis vt ibi pariter dicitur & ſufficit, vt neque dicto caſu vitietur inſtitutio, & ibi diecmus,

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quod coniunctio diſiunctiua neq; requirit concurſum, & quod in ea virtus copulatiuè incluſa eſt.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decē.ff.de verb.obli.l.ſi is qui ducenta.§.ſi pater.ff.de reb.dub.Alex.conſ.xcij.ad fi.vol.iij.l.tamen adiectio.ff.de leg.iij.l.& quia.juncta glo.ff. de iur. om.iud.Corn.conſ.lxxvj.ad fin.uol. iij. ſenſuſq; eſt hic, quod ſi teſtator profiteatur & aſſeueret aliquem eſſe filium qui tamen non ſit, veritati præiudicium non fieri.

Et quod teſtamentum nuncupatiuum dicitur ſi ſine ſcriptis factum ſit, ſcripturamq; non requirit vt illud quod fit in ſcriptis, à nuncupatione dictum, quæ fit veibo, vt puta adhibitis ſeptem teſtibus, rogatis, cum ait, ſic volo ſic iubeo, vti in his tabulis continetùr, teſtes eritis, & vt habetur etiam in l.ſi ita ſcriptum ſit.in §.fi.ff. de bon.po. ſec.tab.& in l.ij.C.eo.& licet hoc caſu etiam ſcribi videatur, non ideò tamen fit quia neceſſe ſit, ſed vt facilius probetur teſtatoris ordinatio & voluntas.l.contrahitur.ff.de pigno. ad quod fecit illud Symboli, Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Ea in ſimili Ang.in l. ſciendum. col. iij.ff.de verb.obl.& Feli.in c. in noſtra. col. vj. de reſcrip.

Et quod veritas rerum geſtarū erroribus non vitiatur ut etiam dicitur in l. illicitas. in §. ueritas.ff.de offi.præſi. & in l. proxi. ſupra eod. & in præalleg.l.ſi ita ſcriptum ſit.in §.j.ff.de bon.po. ſecun.tab.& hinc videmus à ſimili, quod opinionibus quoque præfertur.l.ii.§.ſi à pupillo.ff. pro empto.l.regula.§.q. ignorauit.ff.de iu.& fa. ign.

Et qđ profiteri aliquid, & aſſeuerare, nil aliud eſt niſi confiteri ſiue polliceri, & affirmare, exēpli gr̃a quē eſſe filiū, qui nō ſit tñ.l.non nudis. C. de proba.quanquam differentiam ibi gloſſ. inter hæc duo conſtituat, vt profiteri ſit quid, ad alterius interrogationem aſſeuerare uerò ſpontè, & abſq; eo ꝙ aſſeuerās interrogetur. vtcunq; ſit, elici hinc poteſt ueritati præiudiciū nō fieri ex hoc ex quo ſic, verba ſunt iactatoria, ſiue adulatoria, quæ nihil operantur. & (ut dixi) ueritati non nocent, nec relicta in teſtamento, debentur ei quem quis filium dixerit, cū tamē non eſſet.l.obligationum ſubſtantia.ff.de act.& obl.niſi in caſu quando ſibi aliquid omnino relinquere voluiſſet idq; probari poſſet uel ex cōiecturis appareret.l. ſi pater tuus.C.de hære.inſti.

Et quod deniq; nulla lex eſt, quæ dubitātionē nō habeant.l.qđ Labeo.ff.de carb.edi.c. cū in iure peritus.de offi.del.tametſi hic dicatur certi iuris eſſe non deberi relictū illi, qui filius appellatus eſt, cū tamē non eſſet, unde dixerunt aliqui ēt quod aliquādo ſit lex de in dubiis per tex. ēt in l. aperriſſimi iuris.C.de iud. & in l. iij. ff. de nata. reſti. Quos decidet Abb.in c.de multa. col. j. de præb.& benè, quoniā in hiſce uerbis & ſimilibus figura eſt quam auxeſim uocant Grammatici, & eſt augumentatio non quod lex quo ad nos dubitationem non habeat.& alibi quoq; hinc ſumpta occaſione dictum eſt ſatis. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA. Terentiæ.

VERBA TESTAMENTI, quibus mater veſtra decedēs nihil ſecuiquam donaſſe ſignificauit, ſi res ſe aliter habeat, fidem veri non perſtringūt. PP. iij. Non. Nouemb. Diocletiano. A. & Ariſtobolo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtatrici credendum ſit, uerbaq; enunciatiua diſpoſitionē inducant, quia primum uulgo dicitur, diſponat teſtator & erit lex, quodque primum locū in teſtamentis obtinet uoluntas teſtatoris §. diſponat in auth.de nup.l.in conditionibus primum locū ff.de cond.& demon.quę uerbis datur intelligi, ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. Et quia nemo præſumitur dixiſſe, niſi qđ prius mente agitauit.l.Labeo.§.idem tubero.ff.de ſup. leg.cū ergo dixerit hic.dicta mulier, ſe nihil cuiquam donaſſe, nec animum donandi habuiſſe, utique eidem credendum eſt ita eſſe. cum maximè decedens iſtud dixerit argumentum in l.fi.C. ad legem Iuliam rep.& in c.ſancimus.j.q. vij. Et quod uerba enunciatiua diſponant probatur in l. j. C. de fal. cauſa ad. & in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. Maximè principaliter prolata propter ſe & non propter aliud ut hic, & ut in d.l. ex hac ſcriptura fuſius not.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia uerba enūciatiua nō poſſunt mu-

tare

tare ſubſtantiam veritatis,non diſponunt,nec robur habent,ad pręiudicium alterius,maximè qui grauari non poterant argumen.in l.ſi quis in graui.in §.j.ff. ad Syllan. & ut infra latius. Et quia donatario quoque ex actu donationis erat ius acquiſitum irreuocabiliter quod ei & ab eo inuito auferri non poterat.l.ſi.ff.de pac.l. id, quod noſtrum.ff.de reg.iur.l.ſi conſtante.§. maritum. ff. ſolu.matri.l.uon enim.ff.rer. amo. dixi ego ſatis in d.l.id quod noſtrum.

Ad oppoſita reſpõdetur parum aut nihil facere,non primum.quia uerum eſt,quando verba diſpoſitiua ſunt non enunciatiua, vt hic per glo. & Docto. latè. & probatur quia text.pręcæteris ad idem allegatus. diſponat (dixit) teſtator,& non enunciet,eritq; lex.& ideò non eſt uerum,eidem credendum eſſe,quia coutrarium conſtat,donaſſe ſcilicet,& ſic mendacium dixiſſe,& malè.l.hęreditatum.§.ſi.ff.ad legem Fal.etiam quod decedens dixerit & not.etiam in d §. j. Non ſecundũ. quia (vt dicebam & habetur in locis ad idem allega.& maximè in d.l.ex hac ſcriptura.) diſponerent tunc,quando non tractaretur de pręiudicio eius qui grauari non poterat & nouiſsimè,ita etiã dicit Bar.in l.rationes. in ij. col. C. de proba. & hic.ergo non in caſu iſto. Item non diſponunt, quia ſunt præambulum quoddam actus tunc non geſti vt declarat Bal.in c.j.in §.perſonam verò.ad ſi.per quos fiat inueſtitu.in uſib. ſed hic actus donationis iam factus fuerat,ergo.Nec etiam ſi negatiuè proferantur vt hic,& per Bar.in l. Titia.in §.Gaius.ff.de leg.ij.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè quod uerba enunciatiua,quæ negant actum de præterito non diſponunt,propter ipſius veritatem & naturam, ipſis verbis mendacibus reſiſtẽteni,vt proximè dicebam, & nouiſsime ita etiam dicit Bal.in l.ex his verbis.col.j.C.de mili. teſta.

Et quod donatio facta inter viuos non poteſt in teſtamento reuocari.vt ſignanter per iſtũ tex. inquit idem Bal.& per tex.in l.ſi ante.C.de don. propter nup.conſ.liiij.ad ſi.uol.iii.

Et quod mendacium moritur nec durat, veritas verò viuit, & immortalis eſt. Vnde non abre hic dicitur,ſi res ſe aliter habeat, verbis teſtamenti veritatem non perſtringi, ſiue aliàs, non perfringi.

Et quod graue eſt atq; nefarium, ex eodẽ ore efflare frigidum & calidũ,donaſſe ſcilicet, & poſtea teſtari & dicere ſe nihil donaſſe vt hic,argumentum in l.j.C.de fur.& in c.ſollicitudinem.de appel. Vetuſq; prouerbium eſt, de quo ego alibi ſępè, in prouerbiorum libello, cuius titulus eſt Fodina iuris.

Et quod deniq; donatio quæ ſuis viribus nititur nullo commento teſtatoris infringi poteſt,ſi maximè(vt dictum eſt)fuerit inter viuos,l.ij. C. de inoffi.dona.& cum ſit contractus nominatus. l.ariſto.l.in ædibus.§. ex legẽ.ff.de dona.l. iuriſgẽtiũ.in prin.ff.de pac.l.ſi.ff.de pac.l.ſi.ff. de cond. ob cau.Corn.latè conſ.cj.col.j. vol.j.quod ab initio fuit uoluntatis, ex poſtfacto in neceſsitatem conuerſum eſt,igitur verbis enunciatiuis non debuit hic potuiſſe reſcindi. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Marcellino.

CASUS MAIORIS AC NOui contingentis ratione aduerſus timorem contagionis,quæ teſtes deterret,licet aliquid de iure laxatum eſt : non tamen prorſus reliqua teſtamentorum ſolẽnitas perempta eſt.teſtes enim huiuſmodi morbo oppreſſos eo tempore iungi atque ſociari remiſſum eſt:non etiam conueniendi numeri eorum obſeruatio ſublata eſt. D. xvj. kalen. Iul. ipſis iv. & iij: AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentum non valeat,quia uno contextu deber inchoari,& perfici,ſine ſpacij interpoſitione.l.hac cõſultiſsima.§.at cum humana fragilitas,ſupra qui teſta.fa.poſ.l.hac conſultiſsima.in prin. infra eod. nec ab re,quoniã vbi maius eſt periculũ, ibi cautius eſt prouidendum.c. ubi periculum. de elec. in vj.l.j.§.ſed & ſi quis.ff.de carb.edi.neúe maliciis uia aperiatur.l.cum hii.§.ſi cum lis.ff.de trãſac.l.illud.§.ſed ſi.ff.de tributo.l. quanuis. C. de edic.di.Adri.tol.not.in d.§.ſed & ſi quis.& hinc dicit etiam Poe.

Rumpe moras, nocuit ſemper differre paratis.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt neceſsitas,quæ nulli legi ſubiecta eſt, quæque efficit(ut dicunt omnes & benè) diſpoſitionem ſuſpendi,non in totum tolli.l.j. ff. de offi.conſu.& ut infra latius ſi oportuerit.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,quia id uerum eſt(ex quo tollentur reliqua ad idem tendentia) ſi ſpacium nimis longũ fuiſſet, ut eſt not.caſus,in l.cum antiquitas.infra co.pulchrè Areti.conſ.lxxj.col. pen. at hic breue fuiſſe præſupponimus ibi.id eſt in d.l.cũ antiquitas. ẽt dicitur,ergo non uitiabitur diſpoſitio. & eſt ad idẽ in ſimili inq; ſtipulatione tex.ſing.in l.j.in §. qui preſens.& ibi Bar.multa.ff.de uer.ob.& arg. in l.quanuis.ff.de cõd.& de. vbi modicũ & nihil æquiparantur tradit Bal.in auth.præterea. ad ſi. C.unde uir & vxor.& ultra cũ bonus tex.in l. iij. ĩ rõne ſui.ff.de diuor.l.lecta.uer.dicebã.ff. ſi cer. pe.l.ſi lõgius.§.j.ff.de iud.Flo.in l.Põponius. ĩ §. i.ff.fa.her.& in l.ſeruitutes.iii.col.viii.ff. de ſer.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa, & maximè quod actus continuus dicitur, quanquam momentũ aliquod naturę interueniat in ipſo. l.

Continuus.ff.de verb.obli.nimirum igitur ſi hic non tollitur teſtamentum,ſed parumper propter, neceſsitatem ſuſpenditur.

Et quod qui parum diuertit non ad alia tam ẽ diuertiſſe non dicitur, vſq; adeò vt nec actus vicietur.d.l.j.§.j.ff.de verb.obli.l.duos reos.ad fin. ff.de duob.re.præalleg.l.iij.ff.de diuor.

Et quod vno contextu teſtamentum fieri dicitur,ſi nullus alienus actus eidem intermiſcetur vt formaliter inquit Iuriſcon.in l.hæredes palã. in §. fin. ff.de teſta. præallega. l. cum antiquitas. infra eodem.

Et quodad idem quid,ſine intermiſsione fieri dicitur,lic et medius actus interuenerit,ita Archi.in c.ſacroſancta.col.ij.xxij.diſt.

Et quod deniq; morbus ſi contagioſus ſit,efficit vt homines perterriti fugiant vel morboſus amoueatur à loco.vt hic,ſed non tamen (ut diximus) quod tollatur actus , ſed per modicum tempocis ſpacium, ſuſpendatur . ipſaq; magiſtra rerum efficax experientia , docet. c. quam ſit de alec.in vj.l.certi condictio.§.ſi nummos.in fi.ff, ſi cer.peta.l.cum delanionis.§.aſinam. ff. de fun, inſt.Alex.conſ.lxxij.col.iij.uol.iiij. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA.Patroclię.

SI NON SPECIALI PRIuilegio patriæ tuæ,iuris obſeruatio relaxata eſt,&teſtes non in conſpectu teſtatoris teſtimoniorum officio functi ſunt: nullo iure teſtamentum valet.PP.x.Kal.Iul.ipſis iv.& iij.AA.Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat,quod valeat teſtamentum,licet teſtes in conſpectu teſtatoris non fuerint,quia dicit alibi Imp.diſponat teſtator & erit lex in §.diſponat.in auth.de nup.l. in conditionibus.primum locum.ff.de condi. & demon. Bar.in l.j.nu.6.C.de pac.& quia vnicuique libera debet eſſe facultas diſponendi de rebus ſuis, quomodocunque uoluerit.l.i.C.de ſacroſan.ecc. l.non uſq; adeò.ff.ſi quis à pa.fue.ma. Et quia denique teſtes tantum requiri videntur ad effectum probandi argumentum in l.contrahitur.ff.de pigno.coniuncta l.in exercendis.C. de fi.inſtr.l.in re.ff.eo.uſque adeò ut nec ſit neceſſarium quod teſtes uideant teſtatorem, ſufficiatq; eos audire, dummodo notam uocem eius habeant.l.ij.§. idẽ Labeo.ff.de aqua plu.arcen.argumentum in l. fi. ff.manda.& in l.ſi mater.C.de inſtitutio. Bal. in l.ſi cum dotem.in fi.prin.ff.ſolu.mat.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò in conſpectu teſtatoris officio ſuo fungi debent, niſi ſpeciali priuilegio patriæ, iuris obſeruatio relaxata ſit . & ratio deciſionis eſt, ut euitetur falſitas, quæ committi facilè poſſet, quæque plus timetur in teſtamentis quàm in aliis.l.fi.ibi. lex etenim ne quid falſitatis incurrat &c.C.de fideiuſſo.& ideò ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt prouidendum.c.ubi periculum.de elec.in vj.l.i.§.ſed & ſi quis.ff.de carb. edic.argumentum in l.in fundo.ff. de rei uendi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primum,& ſecundum(ad idem enim tendunt) quia uera ſunt dũmodo diſponat debito modo & ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis à regulis & diſpoſitione iuris communis.l.hac conſultiſsima.l.iubemus.l.fi.infra eo. l. quæſtionem. de fideicom. & maximè quia nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant.l.nemo poteſt. ff.de leg.i.l.teſtandi.infra eo.ſi teſtes igitur non eſſent in conſpectu teſtatoris utique eſſet contra legem, & teſtamẽtum indebito modo factum ut in iuribus ſupra alleg. & ut hic , ergo. Non ob. tertium , quia & id quoque uerum eſt in actibus inter uiuos non in teſtamentis & ultimis uoluntatibus ratione prædicta.& ut per Docto. hic latius Ro.pulchrè in d.§.idem Labeo.col.iii.& diuerſitatis ratio eſt , quia (ut diximus) de maiori pręiudicio agitur iſto caſu quàm illo(lucro enim omnes inhiant , iuxta illud Veſpaſia. Odor lucri bonus eſt,ex re qualibet)nimirum igitur ſi hic diſpoſitum eſt ſic quia facile ob id alias, poſſet falſitas committi. Nec ad idem facit in argumentũ tex.in d.l.fi.§.fi.manda.& in d.l.ſi mater.C.de inſti.ubi non refert quid ex æquipollentibus fieri, maximè quia de mõ nõ curamus dũmodo ad effectum rei perueniamus,quia id fallit in certã deſiderantibus formam,ut declarat Bal.in d.l. ſi cũ dotem.& in d.l.ſi mater,nonnihil in l.Gallus.in §.ſi eius.ff.de lib.& poſthu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ubi ex teſtamento facto secũdum ſolemnitatem ſpecialem de qua hic,hęreditas adiri poterit,habebitq; effectum aditio ubiq; ſicut iura competentia,extendunt uim ſuã ubiq; licet cõpetat ad res corporales.l.fi.C.de præſcri. long.temp.ita Ancha.in rep.c.canonum ſtatuta. col.cliiii.de conſtitutio.

Et quod ſtatuta condere iuriſdictionis eſt.l.i. ubi glo.ff.de iur.om.iud.Bar.in l. omnes populi.col.iij.ff.de iuſti.& iure.habetq; quælibet ciuitas,& quilibet populus ius iſtud.d.l.omnes populi.But.& Abb.in c.quod clericis.col.fi. de fo. compe.Familia non,& ſingulares perſonæ,quicquid dixerit Io.And.in addi.Spe. in §. compendioſè.uer.quid dicemus.de inſtru.edit. Ange. & Imol. in l.ſi quæramus. ff. de teſta. ut per Alex. hic,latè Crot.in c.i.col.v.de conſti.in vj.

Et quod per ſtatutum fieri poteſt ne leges habeant locum in teſtamentis, ut hic per Docto. quod ad longum diſputat Crot.met de quo proximè in l.nemo poteſt.nu.13.ff.de leg.i.quáquã tamen iſta ſit communis opi.& uera.Fuſius Deci.in c.ſicut.col.x.xj.& xij. & tãdem ita firmat & & concludit,de proba.affirmans amplius ita teneri

neri

neri in ſcholis, & in foro & ita ab omnibus praticari. & hoc eſt quod dicit eius frater in l. ſi quis in conſcribendo. col. pe. C. de pac. quod ſtatuto fieri poteſt, id, quod fieri non poteſt per pactum.

Et quod priuilegium conceſſum ciuitati intelligitur conceſſum perſonis eiuſdem ut ſignanter per iſtum tex. inquit Ro. conſ. clxxx. col. i. & nimirum quia ſic etiam per exemptionem eccleſiæ, intelliguntur exemptæ perſonæ eiuſdem, ut ſubiicit, mihiq; indubitatum uidetur. c. per exemptionem. de priuileg. in vj.

Et quod denique in quibuſcunq; actibus quorum ueritas non poteſt haberi niſi per teſtes, debent cognoſcere perſonas de quarum facto deponunt, maximè quando fit de ipſo actu, ut hic, & iſtud dico quia ad probationē famæ, notitia perſonarum neceſſaria non eſt, cum ab incerto auctore procedat. c. qualiter & quando. de accuſa. tradit Bal. in l. fi. i prin. col. pe. C. de iu. del. Finis.

ADDITIO.

Quod teſtes qui non poſſunt videre propter obſcuritatem noctis non probant, ut hic per Bal. refert Dec. conſ. xxvii. nu. 16. uol. iii.

Et quod ſicuti in teſtamento teſtes debēt eſſe in conſpectu teſtatoris, ita quoque eſſe debent in codicillis, de quo idem Deci. uidendus eſt. conſ. cccliiii. col. ii. uol. ii.

Et quod priuilegia ac commoda dantur ciuibus, his autem qui non ſunt ciues minimè, ut etiā inquit Pan. Caſt. conſ. cccvii. in prin. uol. ii.

Et quod ciues originarii alicuius ciuitatis licet de facto non ſuſtineant onera & factiones, poſſunt tamen teſtari & cōtrahere ſecundum priuilegia & ſtatuta dictæ ciuitatis loquentia de ciuibus. ita idem Pau. Caſt. conſ. pręal leg. col. ii.

Et quod conſuetudo Venetorum ſeu uigens Venetiis in eorum perſonis non extenditur ad perſonas aliorum tanquam perſonalis, ut idem Pau. inquit conſ. cccxlix. col. ii. eo. lib.

Et quod teſtes de auditu deponentes nō probant (ut dictum eſt) ex quo de uiſu deponere debent, uerificaturq; tunc maximè uulgatum illud certior aure arbiter eſt oculus pręſertim quia uoces mutantur, & de facili aſsimilantur & contra fiunt ut hic per Cy. & non ab re refert Fran. Accur. de facto Bononiæ fuiſſe uitiatum teſtamentum quia teſtes audierant teſtatorem, & non uiderant & fuſius ut per Corn. conſ. x. col. iiii. uol. i. & conſ. cccxix. ad fi. eo. lib. & conſ. xviii. col. i. uol. ii. & conſ. ccxvi. col. fi. uol. iiii.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Menophelimo.

SI TESTAMENTVM IVRE factum ſit, & hæres ſit capax auctoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet. D. xv. kalen. Auguſt. AA.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentū reſcripto principis reſcindatur, quia videmus hinc quod tollit etiam ſolemnitates iuris ciuilis, vt ſupra in l. proxima. & maximè quia in eo ſemper cauſa præſumitur. l. relegati. ff. de pœn. l. reſcripta. vbi Bal. in iij. & iiij. q. C. de preci. Impe. offe. & ibi Cyn. ante eum. Fab. in §. ſed naturalia quidem inſti. de iur. natu. Guid. Papæ ſing. Dcv. latiſsimè Deci. conſ. ccxcij. col. iij. vol. ij. & quia etiam legis habet vigorē quod ſibi placuit. §. ſed & quod principi. inſti. de iure natu. l. j. ff. de conſti. prin. l. fi. C. de legi. Et quia ſolus etiam derogat legi. l. j. C. de legi. & breuiter habet plenitudinem poteſtatis, nec ei dici poteſt. Cur ita facis. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. l. benè à Zenone. C. de quad. præſcrip. c. cuncta per mūdum. ix. q. iiij. l. ij. C. de cri. ſacril. pulchrè Bald. conſil. cccxxvij. col. pe. vol. j. Marā. in diſpu. ſuis. j. nu. 6.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum teſtamentum ſit origine de iure gentium, vt tradit Bar. in l. interdum. ff. de condi. inde. non ęquè conuenit vt à principe tollatur, quia nec etiam de iure tolli poteſt. d. §. ſed naturalia quidem. not. in l. fi. C. ſi con. ius vel vti. pub. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & in c. quia plerique. de immu. eccle. Alex. conſ. ij. col. iiij. vol. j. plenè. Et quia credendum non eſt, principem ipſum qui iura tuetur teſtamentorum obſeruationem tot vigiliis excogitatam atque inuentam velle tam facilè euertere. l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſta. Reſcriptumq; potius per importunitatem impetratum, quàm quod princeps ius aliquod tollere voluerit. d. l. ſi quando. l. j. C. de pet. bo. ſub. lib. x. c. fi. de reſcrip. in vj.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia verum eſt, ſed non quod ob id teſtamentum tollere ſeu reſcindere poſsit, rationibus prædictis, neq; ex diuerſis infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. & videtur caſus in §. fi. inſti. de legi. agna. tu. & in l. ij. in §. fi. ff. de vſuf. ea. re. quæ vſu conſu. Non ſecundum, quia præſumitur, ſi reſcribat contra ea, ſiue quo ad ea, quæ ſunt iuris poſitiui, non ſi iuris naturalis vel gentium. d. l. fi. & ibi per Docto. C. ſi con. ius vel vtil. pub. Iaſ. hic, & in l. quominus. col. iij. ff. de fluminib. Non tertium, quia nec id negandum eſt, quando quod ſibi placet æquum eſt & rationabile, poſsit & velit condere legem, aliàs non eſt verum. c. erit autem lex. iiij. diſt. l. j. & ij. ff. de legi. l. ex ſtipulatione. C. de ſent. l. non quicquid. ff. de iud. & not. in d. §. ſed & quod principi. Sed hic nec poteſt, nec velle præſumitur vt ſupra ergo. Non ob. quartū, quia derogat legi poſitiuę (vt dictum eſt) legi naturali, vel gentium non, & vbi tractatur de pręiudicio alterius, vt hic hæredis, cui ius erat quęſitū, vſque adeò vt hæreditatem poſsit adire, omniaque facere quæ ſibi iure hęreditario competunt. Et licet habeat plenitudinem poteſtatis, ſacrilegiumq; ſit dicere ſibi, cur ita facis: habet tamen, quo

quo ad ea tantum, quæ ſibi & lege conceduntur, quæq; ſupra eum non ſint ut eſt ius naturæ uel gentium, & eſt argumentum in l. ex imperfecto. ſupra eo. & in l. ex imperfecto. ff. de legat. j. & in l. digna uox. C. de legi. & in cap. cum inferior. de maiorita. & obed. & in Clem. ne Romani. de electio. & in d. §. fi. inſti. de legi. agnato. tut. & in d. l. ij. in §. fi. ff. de vſufru. ea. re. quę uſu. conſu.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa, & maxime quòd illud quod eſt deputatum ꝓ remedio animæ teſtatoris contrahentis uel tertij in alios uſus auctoritate principis conuerti nõ debet, quia loquendo de rationabili potentia, nõ poteſt apoſtolicus uel Imperator, reſcindere teſtamentum uel contractum, uel aliam piam diſpoſitionem ut hic, & in l. ratus. C. de reſcin. uen. & in l. legatum. ff. de uſufruct. leg. & in clem. quia contingit. de religio. do. Bald. conſil. lxxxij. colum. j. uolu. j.

Et quòd conſilium populi non habet poteſtatem contra uoluntatem teſtatoris, cum nec Imperator ſeu princeps, aliquid poſsit contra eum eiusq; teſtm̃, ut ſignanter per iſtum text. & per text. in l. reſcripta. C. de præci. Impe. off. inquit Deci. conſili. primo. col. iij. ubi alia etiam multa, uolu. iij.

Et quòd ad tollendum teſtamentum, non ſufficit præſumpta cauſa, hoc eſt quæ in dubio præſumitur in reſcripto principis, ut idem Iaſ. dixit in præallega. l. quo minus. de flumi. & probatur non modo hic, uerum etiam in c. j. & ibi Bal. no. de natu. feu. in vſib. late ego in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio.

Et quòd legitimati excludunt fideicommiſſarium, nihil a legitimis & naturalibus differentes. §. illud. in auc. quib. mod. natu. effi. ſui. latè Alex. conſi. ij. uolu. j. niſi conſtet quòd teſtator præciſe noluit excludi, quia tunc non videretur Imperator potuiſſe ſubuertere exploratam uoluntatem teſtãtis ut hic & pulchrè tradit Deci. cõſ. ccclvij. ad fin. uol. ii.

Et quod deniq; ubi diſpoſitio trahi poteſt ad actum ualidum, nunquam dicere debemus quod Imperator uoluerit uti plenitudine poteſtatis, ut hic per Bal. & in l. iii. C. de mili. teſta. ubi etiã Pau. & Ang. in l. benè à Zenone. C. de quad. pſc. Inn. in c. innotuit. de electio. Ferrarien. in l. more maiorum. col. vii. ff. de iur. om. iud. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Zenoni.

NON IDCIRCO MINVS iuris factum teſtamentum & ſuas obtinet vires, quod poſt teſtatoris mortem ſubtractum ꝓbatur. S. D. pri. id. Nouẽb. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentum uicietur, quoniam ſubtractum eſt. §. furtiuè. inſti. de uſucap. uſque adeò ut nec teſtamentum propriè dici poſsit. l. ii. §. i. ff. quẽadmo. teſta. ape. l. fi. C. de edic. di. Adr. tol. Et maximè, quia non etiam ſuſpicione falſitatis caret. l. fin. C. de fideicom. Et quia propoſitum ac uoluntas, in mente retenta, nihil operatur pariaq; ſunt non eſſe, uel eſſe & non apparere. l. ſi repetendi. C. de cond. ob cau. l. ſi in lege. ff. de cont. emp. l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tu. l. i. ff. de his quæ in teſta. del. l. ſi legatarius. C. de lega.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſufficit extare teſtamentum, tametſi ſit apud furem, ex quo non propter hoc uiciosum dicetur. l. fi. præalleg. C. de edic. di. Adri. tol. l. i. §. i. uer. ſufficit (ut hic etiam per glo.) ff. de bo. poſ. ſec. tab. furtum enim eſt uicium extra corpus teſtamenti, quo non afficitur, niſi ipſius furti uicio, abolitione autem uel cancellatione aliaquè uituperatione ſimili ſic. d. l. fi. C. de edic. diu. Adr. tol. & ideò (ut dixi) nullo mõ uicioſum erit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ex his ſublatum eſt proximè dictis, ꝙ ſcilicet uicioſum non ſit, quanquam fuerit ſubtractum. Vel dic quod uicioſum ſit, id eſt non uſucapibile ut dicitur in d. §. furtiuè, non quod non ualeat. Et propterea teſtamentũ erit & propriè quidem (quicquid dicatur ſecundo) quoniam tex. in d. §. i. loquitur in teſtamento nullo, iniuſto, rupto, & irrito. & in d. l. fin. in abolito, cancellato, uel abraſo. igitur nihil ad propoſitum. Non ob. tertium, longe debilius cæteris, imò nec uerum, quia ſtant iſta ſimul quod ſubtractum ſit, nec tamen ſit falſum duo meo quidem iudicio longe diuerſa, ex diuerſis illatio non fit, quæ inquam ſit bona. l. Papinianus exuli. ff. de minio. l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. ergo. Non ultimum denique, quia & id uerum eſt quoq;, niſi propoſitum & uoluntas declarata fuerit, ut hic, ergo conſequenter erit & apparebit, & eſſe ac apparere dicetur ſatis.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod inſtrumentum uerum ita uerum eſt in archa latronis, ſicuti in ſinu Regis. fuitque pulcherrimum uerbum Bal. ſignãter per iſtũ tex. in c. i. nu. 17. de proba.

Et quod quanquam creditor ſubtrahat inſtrumentum tabellioni uel aduerſario, non propterea perdit ius crediti ſui. l. ſi de poſſeſsione. C. eo. Bal. in loco proximè allega.

Et quod manus extranea, non officit inſtrumento, l. i. ff. de his quæ in teſta. delen. & ut per eundem Bal. hic.

Et quod inſtrumentum furtiuum probat, ex quo (ut dictum eſt ſupra, & tradit rurſum idem Bal. hic) non habet in ſe uicium, nec morbo afficitur alieno. d. l. ſi de poſſeſsione. l. ad probationem. eodẽ titu. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. i. §. illud etiam. C. de lati. lib. tol. & melius quàm alibi probatur in d. l. fi. C. de edic. di. Adr. tol.

tol.oportetq; uicinm eſſe intrinſecum, non extrinſecum,& ita dicit etiam Ang.hic, Ro.& Corne.formaliter.

Et quod denique ſemel nerum ſemper eſt verum,licet quoquo modo veritas occulteiur, & lateat nt hic & vt inquit glo.in l.qui bona fide . in §. ſi quis ſtipulaturus, ff. de dam. infec.& ideò ſi quis produxerit inſtrumenta inania, quia debitum ſolutum ſit,vel pręſcriptum, puniti non debet,ſicuti ſi produxiſſet falſa per ſe vel per procuratorem ipſius mandato,quoniam iuuatur primordio veritatis.l.cum filius.§.hæres.ff.de lega. ij.& quanquam ſit in calumnia,non tamen eſt in falſitate,ex quo(ut dixi) ſemel verum ſemper eſt verum,& nouiſsimè ita etiam declarat Bal.in c.j. nu.16.vt lite non conte. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Euryphidæ.

TESTANDI CAVSA DE PEcunia ſua legibus certis facultas eſt: non autem iuriſdictionis mutare formam uel iuri publico derogare, cuiquam permiſſum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod facultatē teſtandi habeat quiſq; & diſponendi de pecunia ſua,qnomodocunque voluerit, quia ſic in re ſua quoque eſt etiam moderator & arbiter. l. in re mandata.C.māda.& in vltimis voluntatibus probatur in l.j.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.j.ff.ad legem Fal.& nō ab re alibi vulgo dicitur diſponat teſtator & erit lex,in §.diſponat.in auth. de nup. l. in conditionibus primum locum.ff.de cond. & de. & quia ſi hoc idem ſtatuto fieri poteſt ac conſuetudine quod non ſeruata forma ſcilicet iuris quis poſsit teſtari.l.ſi non ſpeciali, ſupra eo.debet ēt poſſe fieri à teſtatore.d.§.diſponat. & videtur ēt caſus in l.codicillis.& in §.fi.ff.de leg. ij. & quia dixit quoque Moyſes quod in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. c. in omni . de teſti.l. vbi numerus.ff.eo.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia teſtamenti factio publici iuris eſt.l.teſtamenti factio.ff.de teſta.Subſtantialiaq; ipſius à lege inducta pro forma, cui derogari nō poteſt ex quo dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis.ff.ad exhi.Vſque adeò vbi non ſeruatur, ut actus corruat.l.qui Romæ.§.Flauius.ff. de uerb. ob.l.ſcio.ad fi.ff.de appel.l. ius publicum . ff. de pac.pulchrè Bal.in ſtatut.Sententia.nu.2.& ideò nemo poteſt facere (ad quod etiam lex iſta ſolet allegari,& ita ſumatur à doct.) quo minus leges habeant locum in ſuo teſtamento,vt etiam dicitur in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primnm, quia uerum eſt, ſi formam à iure traditam ſeruauerit.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta. quia(vt dictum eſt) nemo tamen poteſt facere quo minus leges habeant locum in ſuo teſtamento.d.l.nemo poteſt.erit ergo lex, ſi debito modo diſpoſuerit teſtator & ſeruatis ſeruandis, & vt dixi etiam alibi ſatis.Areti.conſ.lxvij.col.vij.Bar.in l.i.C.de uſu fruc.col.j.Iaſ.in l.in pupillari.col.j.ff.de vulg. & pupil.ſubſti.nec ſecus intelligi debet,quod dicitur in d.l.j.ff.ad legem Falci.& in d.l.j.C.de ſacr. ſan.eccl.& in d.§.diſponat.tendentia ad idem argumentum in l.vt gradatim.in §.& ſi lege. ff. de mune.& hono.& in l.ſi quis in graui.in §.vtrum. & ibi Bar.ff.ad Syllania. Non ob.ſecundum,quia argumentum fallax eſt , pluſqne poteſt ſtatutum quo ad derogādum iuri publico & formali quidem,quàm teſtator.d.l.ſi non ſpeciali.& not. hic à Docto.& hinc videmus quod teſtator non poteſt facere quod is qui ſemel eſt hæres deſinat eſſe hęres.l.& ſi ſinc.§.ſed quod Papinianus. ff. de mino.& tamen poteſt lex vt inquit Bar.in l.ſi.in §.j.col.ij.ff.ad Tertul.Non etiam tex.in l.codicillis.in §.ſi.ob.ff. de leg. ij. (quod motiuum etiam fuit glo.)quia (vt dicūt omnes & veriſsimuū eſt) ibi non defecit ſolemnitas codicillorum,valuitq; teſtamentnm dicto iure codicillorū ſcilicet,quia dixerat teſtator, aliàs ſi defeciſſet nullo iure valuiſſet,& ita ibi declarant Scriben.& hic, & Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta.col.cclix.de conſtitutio.Corn.conſ.cxviij.nu.3.vol.ij. Non ob. vltimum,quia & id quoq; verum eſt, quando certus numerus teſtium non requireretur.l.teſtium. C.de teſti.l.ſi vnus.ſupra eo.l.ſi veritas. C. de fideicom.Bal.in c.j.in §.ſi quis in prin.ſi de inueſti.int.do.& vaſ.lis ori.in vſib.& diuino iure non humano vt Corn.ait conſ.cclxi.col.ii.vol.i.& in denunciatione Euangelica ſecūdum Bal.in auth. ad hæc.col.vi.C.de vſu.Abb.in c.licet hely. col. iii. de ſimo.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quod pater non poteſt auferre filio facultatem teſtandi quam habet à iure publico & communi,exempli gratia prohibendo ſibi, ne teſtamentum faciat ante vigeſimum quintum annum,vt hic,& pulchrè tradit Pau.Caſt. conſil. cccclxvi.col.i.vol.ii.

Et quod verba legis ſunt ſemper intelligenda ſano modo.l.ſi quando.ff.de leg.i.l.iii.§.non fruſtra.ff.de iure fiſ.l.j.in fi.ff.ad munici. Paul.Caſt. conſ.xliii.col.i.vol.ii.qnia eſto quod quis de pecunia ſua(vt voluerit) diſponere poſsit vt hic dicitur, non tamen intelligi debet, ita vt eam iactet,ſeu iactare præſumatur. l. cum de indebito. ff.de proba.argumentum in l.aliam.ff. de noua. Bar.in l.Iulianus.in §.i.col.i.ff.de verb.obli.bonus tex.in l.campanus.ff.de ope. lib.glo. in c.cū eccleſia ſutrina.de cau.poſ.& prop.

Et qnod pecuniæ appellatione omnes res venire dicuntur.l.ii.ad fin.C.de conſti. pecu. & ita capitur hic verbum iſtud ut hic per Iaſ.l.pecuniæ verbum.ff.de verb.ſig.not.in l.talis ſcriptura . ff. de leg.j.& hoc dixi quia ultra eum quandoq; veniunt

niunt tantum res conſiſtentes pondere numero uel menſura d.l.talis ſcriptura. Interdum ſtrićte capiturut ſonat.l. prima.ff.ad Macedo.glo. not.in l. ſecunda in §.creditum.ff.ſi cer.peta.

Et quod forma antiquitus conſtituta, nullo modo eſt mutanda.l.quidam decedēs in fi.prin. ff.de admi.tut.allega. etiam hic in gloſ. & ita in uaſallo & domino ac feudo, inquit Bal. conſil. cccxxvii.col.iiii.uolumi.primo quòd ſcilicet domìnus pari modo formam antiquitus conſtitutam in feudo mutare non poteſt neque uaſallo in aliquo præiudicare. Et in ſimili quoque inq; iure patronatus,conſil.primo ad fin.uolu. iii. & conſi.cccclxxii.col. ſecunda uolumi. ſecundo.in principe & legato, ad quod etiam allegat tex. in l.miſsi opinatores.C.de exac. tribu.li.x.et in pulcherrimo caſu adhuc feudi,cōſ.cxcviii.ad fi.uol. iii.nōnihil cō.cccexxxix.col.iiii.eo.li.& ī remiſſione redditionis rōnū qđ ob hoc remitti nō pōt executoribus bonorū capel.Tholoſa.deciſ. xlvi.

Et quod denique eſto quod princeps qui eſt ſupra ius c.propoſuit de conceſsio.præb. habent poteſtatem annullandi actum non tamen habet priuatus, intelligendo de actibus qui cum alio geruntur ratione de qua hic & nimirum quia ſi penderent a uoluntate annullantis, tunc ſecus. l.ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. iii. Paul. Caſtr.conſi.cccxxxix.col.iii.uol. primo cętera dic ut in d.l.nemo poteſt.ff.de lega. primo. nanque hæc, pro nunc ſatis erunt, ut alia, breuitati ſeruire intendentes prout nos admonet iure conſ. in l.prima.ff.de præſcrip.uer. & in l.ita uulneratus ad fi.ff.ad legem aqui.& in l.etiam.ff.de manu.uind. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC. Achilleo.

NON CODICILLVM SED teſtamentum auiam ueſtram facere uoluiſſe, inſtitutio & exhęredatio facta probant euidenter. Subſcri. Idib.Decemb.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod mulier de qua hic uideatur uoluiſſe codicillari & non teſtari, quia forte codicillorum etiam mentionē fecit, & cum in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio.l.non aliter.l.ille aut ille.§. cum in uerbis.ff.de lega.iii. uerbaque ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum not. l.labeo.§.idem Tubero.ff.de ſup.le.uel quia forte quinque tantum teſtes adhibuit.l.ſin.C.de codicil. & conſequenter quod hac ratione codicilli ualeant argumentum in l. quotiens. ff. de reb.dub.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in codicillis hæreditas nec dari nec adimi poteſt.l.hæreditatem.C.de codicil. uerum hic facta eſt hæredis inſtitutio & exhæredatio, quę duo citra ius & nomē teſtamenti fieri non poſſunt, ergo. & hinc dicimus.(ut hic per docto.)quod ex qualitate diſpoſitionis cognoſcimus teſtatoris intentionem, ſiue ſpēm intentionis, argumentum in §. ante hæredis,inſti.de lega. & in l. proximè.ff.de his quę in teſ.del.& per exteriora ea quæ ſunt interius.§. pauonum inſtitu.de re.di. unde philoſophus accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcēdum quod quid eſt.c.ſecūdo & tertio de præſump. ergo teſtari uoluiſſe uidetur & non codicillari, & cum teſtamentum non ualuerit ratione deficientis ſolennitatis iure teſtamenti,non ualebit quoque iure codicillorum,iuxta not.in l.prima in §. ſi quis ita.ff.de uerb.obli.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia uerba intentioni deſeruiunt, non intentio uerbis.c.intelligentia de uerb.ſig.l.ſcire leges.ff.de legi.denominaturque actus non a uerbis,ſed ab eſſentia & ſubſtantia ipſius argumentum in l.ſi uno.ff.loca.& ideo ut aīus corpori,ita ſnīa& intētio uerbis eſt ꝑponenda inquit tex.in c. ſedulo,xxxviii.di. Bal.in ſtatu,condemnatio.num.3. cū igitur teſtari uoluerit quod apparet(ut dixi) ex inſtitutione & exhęredatione, nō uidetur uoluiſſe codicillari. & cū teſtamentum nō ualeat, quod neque codicilli ualebunt, ſiue aliter codicilli non erunt. Nec facit regu.l.quotiens. ff.de rebus dub.quia fallit,quando actus ex uerbis improbatus uidetur,ut hic & in l. prima ubi Salyc. C.de pac.pigno.

Præſtatque nobis hæc lex argumentū ad multa,& maximè, quod etiam ad pias cauſas hæreditas directo relinqui non poteſt, ex quo teſtator qui eligit codicillari eligit uiam incompetentem, & imperfectio uoluntatis eſt,ut inquit Bal. in l.prima col.xvi.lectu.ſecunda.C. de ſacroſan. eccleſiæ.

Et quod ſicut aliud eſt A. aliud B.& ſicut A. non dicitur B.ex inuentione primitiua ita aliud eſt teſtamentum, & aliud codicillus, & alterius naturæ ex primitiua inuentione, ut idem Bald. dicit ſic exemplificando in loco præallega.

Et quod citatio pape demonſtrat intentionē ipſius, quod uelit procedere ut iudex, & ex ordinata poteſtate, non plena & abſoluta, ut hic et per Ro.pulchre ubi ad iſtud multa conſ.ccclxix. colum.ſecunda.

Et quod codicilli non ſunt inuenti ad inſtitutionē hæredis, etiā in filio,imò plus qđ nec iure inſtitutionis ualet,nec iure fideicō.quāquā aliter dici uideat ī l.ſceuola.ff.ad Treb.ut hic,& tradit Bal. in l. inſtitu.ff.de cond.inſti.nō ob.tex.in d. l.Sceuola, quia ibi apparebat expreſſe mens & uoluntas teſtatoris, quo caſu quę non ualuit iure directo trahitur ad fideicommiſſum.

Et quod denique ubicunque actus peccat in forma, ſi id quod agitur non ualet ut agitur,nō ualet etiam ut ualere poteſt, ſi uero in materia

ſecus,

ſecus, ut hic & not.in d. §. ſi quis ita, & in l.an inutilis.ff.de acceptila.& in l.ſi tam anguſti, ubi Flo.etiam ad fin.ff.de ſerui.multa. Ioan. Bap.S. Bla.in tracta.huius Brocardi.in tertia reg.Finis.

Imp. Conſtantius. A. ad populum.

QVONIAM INDIGNVM eſt ob inanẽ obſeruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum placuit adeptis his,quorum imaginarius uſus eſt, inſtitutioni hæredis uerborum non eſſe neceſſariã obſeruantiam, utrum imperatiuis & directis uerbis fiat, aut inflexis. nec enim intereſt, ſi dicatur, hæredem facio,uel inſtitutio, uel uolo, uel mando, uel cupio, uel eſto; uel erit, ſed quibuslibet confecta ſententijs,in quolibet loquendi genere formata inſtitutio ualeat, ſi modo per eam liquebit uolũtatis intentio, nec neceſſaria ſint momenta uerborum,quæ forte ſeminecis & balbutiens lingua profudit. & in poſtremis ergo iudicijs ordinandis amota erit ſolemnium ſermonum neceſsitas, ut qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque inſtrumenti materia cõſcribere,quibuſcunque uerbis uti,liberam habeant facultatem S. D. kal.Febru. Serdice.Conſtantio A. & conſtante A. CC.Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat quod uerborum ſolennitas requiratur, & quod non in quacunq; materia ultima uoluntas conſcribi poſsit, quia uerba ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. l. Labeo.§.idem tubero.ff. de ſup. le.& uidetur caſus ad propoſitum in l. iubemus infra eod.& quod non in quacũque materia poſſit fieri & conſcribi, quia ſic tabule a chartis non differrent, & tamen differunt & a pari non procedunt.§.litere §.ſi quis in aliena inſti.de re.diui.

Contrariũ tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia de qualitate uerborum non eſt curandum dummodo de mente & uoluntate loquentis conſtet argumentum in l. ſi mater. C.de inſti.& in l.fi.in §.fi.ff. manda. & minus qualiſcunque fuerit matéria in qua eadem conſcripta ſit ratione prædicta. & ſic omnino ſeruanda, imò quod in hoc quoque publicũ intereſſe uerſari uidetur.l.uel negare.ff.quẽadmo. teſta.aper. Bal.in l.ſecunda in princ. ff.eo. Alex.in l. gallus in §.quid ſi is col.ſecunda per illũ tex. ff. de lib. & poſthu.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere non primum quia nõ eſt uerum ex quo uelut inania ſublata ſunt argumentum in l. ſecunda ad fi. C. communia de lega. & in l.prima. C.de formu.& in l.fi.C.qui admi.& in l.actio negotiorum geſtorum.ff.de nego. geſt. & qualiacunque fuerint erunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ & ſic retorquebitur argumentum.

Non ob. ſecundum quia licet conſtitutus in articulo mortis articulate loqui debeat, ut teſtamentum ualeat, & ut innuere uidetur tex. in d. l. iubemus Areti.conſi. lxxi.col.tertia poſt Bald. hic Alex.conſi.xxxiii.uol.tertio.nõ eſt propterea tamen, quod id quod loquitur & ordinat diſponendo, non poſsit loqui & diſponere quibuſcunque uerbis ut hic. Non ultimum denique ex quo differunt regulariter, ſed non hoc caſu, quo minus in quacunque materia uoluntas teſtatoris(ut diximus) cõnſcribi poſsit, l. prima. ff.de bo.po.ſe.tab.

Præſtatque nobis hæc lex argumẽtum ad multa, & maximé quod ſi filius fam.coram iudice cõſtitutus, dixerit agnoſco po.rerum, uel dominiũ rerum, uel ſic, uolo eſſe dominus rerum cognati mei,& ſimilia uerba,quæ rudes homines groſſo modo proferunt,bo.po.tamen agnouiſſe uidebitur, quia quæ tendunt ad eundem finem debent idẽ operari ut hic & in l.ſecunda.ff.de pto. ſtip.& in l.et eo modo.ff.de lega.j.& in l. ſi quis mihi bona in §.ſed quid ſi mandauit.ff.de acqui. hæ.Bal.pulchre in l.prima.colũ.xi. qui admi. ad bo.po.poſſunt.

Et quod ueritas & proprietas dicendi, ibi eſt, ubi eſt uerus actus eius quod quis ſignificare intendit,ut idem Bal.inquit in l.fi.in xi.q.C.de here.inſtitu.

Et quod mentem ac uoluntatem defuncti ſequi debemus, quocunque genere loquendi utatur aiunt Rep. in l.centurio.col.cxxvii.ff.de uulga.& pupil.ſub.& gloſ. ante eos in c. dudum de conuer.coniuga.

Et quod iura effectum non uerborum formulam conſiderant,ea de re uerba tutoris, promittẽtis pupillum non relinquere indefenſum, l.fin.§. pe.C.de admi.tuto.ſiue ipſum defendere ſine ulla cunctatione,non propterea formalia ſunt,neque neceſſaria ſi ponantur æquipollentia ratione prædicta ut hic in l. omnium infra eo. Bal.in l.legitimos in fi.ff.de legi.tuto.uerba formalia, Alex.conſi.cxxix. col.ii.uol.j.

Et qđ deniq; pro expreſſo haberi debet licet teſtator neſciat dicere pupillariter ſubſtituo, ita idem Bal.ſignanter per iſtum tex.& per text.in l.quotiens C.fam.her.conſi.ccccxxii. colum.ſecunda uolumi.iii. Qui ad idem dicit alibi etiam conſi.ccclxliii.colum.ſecunda uolu.j. quod non ita ſer.

ita ſermones præciſi ſunt vt eiſdem Iudaicæ inhærere debeamus. Et plus quod leges noſtrę non ſubiacent Priſciano, quodq; mala grammatica non viciat, quando de mente conſtat, conſ. xxxiij. col. j. eo. lib. Nec ſecus Bar. conſ. ccxliij. col. ij. ꝙ leges pariter non formę verborum impolitę ſunt. quodque nec laqueum parant, maximè teſtantibus. Et facit etiam tex. in c. nihil. de ver. ſig. vbi nihil obſtat narrandi diuerſitas vbi eadē dicūtur, & ibi glo. & rurſum inquit Bal. quod differentia non eſt qualiter quid enuncietur, dummodo firmitudo mentis & animi eadem ſit in c. j. col. j. de poſtu. præla. Finis.

Imppp. Gratian. Valentin. & Theod.
AAA. Eutropio. P. P.

NON DVBIVM, NEC INcertum eſt ſicut imperatoribus, ita qualibet dignitate uel poteſtate decoratis uiris, tam hæreditatem, quam legatū ſeu fideicōmiſſum relinqui poſſe. illud et adiiciendum eſt ut qui ex teſtō uel ab inteſtato heres extiterit: & ſi uoluntas defuncti circa legata ſeu fideicommiſſa ſeu libertates legibus non ſit ſubnixa: tamen ſi ſua ſponte agnouerit, implendi eam neceſſitatem habeat. S. D. kalen. Iul. Theſſalonicæ. Gratiano v. & Theodoſio AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod dignitas vitiet legatum, ſeu inſtitutionem, quia cōtractus prohibitus eſt cum his qui dignitatem habent. l. j. C. de contract. ind. argumentum in l. plebiſcito. ff. de offi. præſi. de contractibus ad vltimas voluntates argumētum procedit. l. ſeruum filij. §. cum qui chyrographum. ff. de leg. j. l. quæ de legato. & ibi not. ff. eo. l. ſi chyrographum. ff. de leg. iij. ergo & legatum ſeu inſtitutio, ratione dignitatis vitiabitur. Et quo ad teſtamenti non ſolemnis approbationem, quod fieri non poſsit, nec approbatio valeat vt exinde ad præſtationem compelli poſsit hæres, quia nemo poteſt derogare formæ quæ ad teſtamenti ſubſtantiam ſeruanda eſt & hinc eſt quod vbi teſtamentum non valet iure teſtamenti, ratione deficientis ſolemnitatis, nullo alio iure valere poteſt. l. non codicillum. l. teſtandi. ſupra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia dignitas prodeſſe debet nō obeſſe. l. ſi longius. §. ſi filius. ad fi. ff. de iudi. argumētum in l. quod fauore. C. de legi. & in c. quod ob gratiam. de regul. iur. in vj. & quo ad probationē teſtamenti, quia ſolemnitati priuatam vtilitatem concernenti, poteſt vnuſquiſq; renunciare. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. irri. teſt. argumentum in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. l. ij. l. ſi veritas. & ibi dicemus infra de fideicom. in glo. hic etiam allega.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia non eſt verum, quod de contractibus ad vltimas voluntates valeat argumentum ex quo non eadem eſt ratio. vt hic not. & in locis præallega. nec teſtamentum contractus, vel è contra. l. verba geſſerunt. ff. de ver. ſig. nanque in contractibus conſideratur corruptio, colluſio, & ambitio. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. non in vltimis voluntatibus. Non ſecundum, quia & id quoque verum eſt (vt hic declarat Bar. & omnes) quando approbaretur teſtamentum quod nullum erat, fauore publicæ vtilitatis, at hic erat fauor filij præteriti; ergo iſti potuit renuntiari & teſtamentum approbari, & eſt ſimile in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Fal.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod licet fiſcus nō ſuccedat in inſtantia iudicij. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. ma. nec in nouatione poteſtatiua. l. nouatio. ff. de noua. ſi ſuccedat tamen tanquā fiſcus, nihilominus ſi ſuccedat tanquam quilibet inſtitutus, poterit etiam hæres inſtitui & hoc caſu ſuccedet in inſtantia & in nouatione & iure priuati hæredis cenſebitur. l. edictum. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. Bald. in c. in præſentia. col. v. de proba.

Et quod poteſt quiſque inualidam voluntatē defuncti approbare & illam habere ratam, & ex promiſsione valida eam confirmare, etiam ſi ipſo iure diſpoſitum à teſtatore ſit inualidū ita quod non ſit orta obligatio naturalis nec ciuilis, vt hic & in d. l. ſi veritas. C. de fideicō. & in l. cum quis decedens. in prin. ff. de leg. iij. Guid. Papæ conſil. lv. numero quinto.

Et quod ſi promitto dare ſchachum matum cum pedina, & do cum pedina facta regina, ſufficit, quia dignitas debet prodeſſe & non obeſſe vt hic, & dictum fuit ſupra, & ita dicit etiam Bal. in l. ſenatores. ff. de ſenato. Abb. in praxi ſua. c. xij.

Et quod (ad idem) ſi cauſa ſit legata epiſcopo, qui poſtea ſit factus archiepiſcopus, non ob id propterea deſinet poſſe cognoſcere in cauſa inchoata, ex quo nec epiſcopus eſſe deſinit, vnde & Papa vocat ſe epiſcopum. l. eos. C. de excu. mu. ad fi. lib. x. & in proœ. Gregoria. tradit Abb. in loco præalleg. & ratione prædicta.

Et quod inducta fauore alicuius, non debent ad eius læſionem retorqueri, vulga. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in vj. quod vtique eſſet & fieri hic videretur, ſi qui eſt in aliqua dignitate, puta præcæteris Doct. c. quanto. de magiſt. legati vel fideicommiſsi capax non eſſet, & malè. Finis.

A D D I T I O.

Quod licet non dubium vel incertum ſit, quod hic dicitur, & in l. non dubium. in ſimili. C. de legi.

legi.& in.l.non eſt dubium.C.de lega.quo ad ipſum legislatorem qui habet (ut uulgo dr̃) oīa iura in ſcrinio pectoris,l.omniū.intra.eo.eſt tamē omnino quo ad nos ſecundum Bar in.l.ubicunque col.vii.ff.de int. actio.imò(ut diximus alibi ſępè)quod auxeſis figura eſt, id eſt augumentatio quoniam nulla lex eſt que dubitationem non habeat.l.quod Labeo.ff.de carb. edic.c.cum in iure peritus de offi.deleg.

Impp. Arcad & Honor. AA. Aeternali Proconſuli Aſiæ.

TESTAMENTVM NON ideo infirmari debebit, quod diuerſis hoc dificiens nominibus appellauit, cum ſuperflua non noceant. Nanque neceſſaria prætermiſſa imminuunt contractum, & teſtatoris officiunt voluntati, non abundās cautela. D. xij. kal. April. Arcadio. iv. & Honorio iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſuperflua vitient teſtamentum, in primis, quia lex abhorret ſuperfluitatem.§.quibus.in j.Cod. cōſtitutio. & nimirū quia impedit intellectū. & dicit Ange. qđ eſt vitioſa in l.ſi certis annis.col.ij.C. de pac. uſque adeò ut uitari debeat etiam reſpectu unius ſyllabę.l.i.ff.quod met.cau.& ibi gl.& Bar. hinc quoque, quod ſuperfluæ poſitioni non reſpondetur, in l.ubicunq; col.vij.ff.de int. act. & videtur caſus quod noceat in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. vbi additio hæreditatis cum adiectione diei & conditionis uitiatur.& idē in l.fideiuſſor obligari.in §.j.ff.de fideiuſſo.hic in glo.allega. ubi fideiuſſor in duriorem cauſam obligari non poteſt. & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi.inſti. ubi ſuperflua dolum arguunt.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia quæ ſuperabundant, non ſolent uitiare ſcripturas, neque (dicta potius tollēdæ dubitationis gratia quàm aliter) ius commune lędere.l.non ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de reg.iur.in ſimili Bal.in l.i.in fi.C de iur. emphi.& quia benè omiſsio eorum quæ ſunt neceſſaria uitiant, ſed non quæ ad cautelam dicūtur nocent, vnde uulgatum illud hinc elicitur. Abundans cautela non nocet, nec uitiat. Imò quod verba formalia ſunt ipſius legis, de quibus infra latius.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia verum eſt & probatur etiam in l. verba.C.de dona.& in l.fi.C.qui admi.Bal.in l. j. ff. de lib.& poſthu. vbi de ſuperfluis non curat lex, nec eius ratio, ſed obelo iugulari debent, non ꝙ uitient, maximè teſtamentum hic, inque pręſenti caſu. præallega. §. quibus. ibi reſecatis ſuperfluis, in prima Cod. conſtitutio. & in proœm. Sexti in §.nos ad apicem ibi, pluribus ex ipſis penitus reſecatis, & in proœm. Penthatheu. in prin. argumentum in l.quę extrinſecus. ff. de verborū obliga.& præcipuè quia attenditur potius qualitas diſpoſitionis, quàm verba teſtatoris, quæ ſeruiunt intentioni & non intentio uerbis.c. intelligentia.de uerbo.ſignifica.l.ſcire leges. ff.de legi. Inno.in cap. peuul. de procura. Non ſecundum, in dictis iuribus ſuperflua adiectio erat contraria actui, & naturæ eius, quia aditio hæreditaris eſt actus legitimus, & regulariter non recipit neque diem, neque conditionem, nec fideiuſſor in plus ſiue in duriorem cauſam poteſt obligari quàm reus obligatus principaliter, nimirum ſi uitiatur actus ut ibidem. Non ob. tertium, & ultimum not.ſcilicet in d.l.ſi quis ſub conditione.quia illud ideò etiam eſt, quia clauſulæ erant inſolitę, & materia ſuſpecta omnia longè aliena à caſu noſtro, ea de re non mirum eſt ſi dolum arguunt & fraudem vt etiam dicit Bald. conſil.cccxxxvj.col.ſecunda, uol.tertio, & conſil. cccxj.col.prima.uol.quinto.Caſſanc.conſil. xxv. nume.ſexto.Grat.conſil.ſecundo.nume.53. uol. ſecundo.Ro.in l.poſt venditionem.columna ſecunda. ff. de aqua plu. arcen. Ancharan. conſil. cclvij. ad finem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, qđ litis conteſtatio non uitiat proceſſum extraordinarium, ex quo abundans cautela non nocet, ut inquit Bal. in pulcherrima quęſtione.in l.ne quicquam.in §.ubi decretum. col. v. ff.de offi.conſu.& in ſimili glo. per iſtum tex. in l.ſi cum dies.in §.plenum in uer.exprimere. ff. de arbi.& dicit etiam Bellenzi.in tracta.de charita.ſub. qō. lxv. col.ix.quod in extrauagan. Inno. iij.Cardinalium facta eſt mentio ad cautelam, ut facilius alij inuitarentur ad ſolutionem.

Et qđ ſi mandatur iudici, quod procedat ſummariè & de plano, ipſe autem procedat ordinariè proceſſus ualebit ut hic per Bal.poſt Inno. in c.nouit.de iudi.col.j.Feli. latè in c. cum dilecta. col.xiiij.de reſcrip.Qui dicit ad propoſitum etiā in c.ſuper literis.col.iij.eod. titu. quod demonſtrationes ſuperfluæ, ad factum nihil facientes, habeantur pro ſuperabundantibus & non uitiāt. nonnihil Ancha.conſ.i.in prin. & Corn. conſil. cxcvj.nu.14.uol.i.idem Ancha.conſ. ccxcv. col. ii. Dec.in c.j.de conſue.col.iii.

Et quod uerba idem importantia cumulata, cēſeri debent appoſita ex abundanti, uſque adeò ut non ſit curandum ſi nihil operantur, inquit idem Corn. conſil. ccxliii. in pulchro caſu. col. ij. uol. iiij.

Et quod ſæpenumero contingit multa poni ad cautelam ex abundanti rurſum gratia tollendæ dubitationis, quæ tamen erant de iure deciſa, ut adhuc Corn. ait conſil. ccxlix.num.ſexto.eo. lib.& conſ.cclxij.col.iii.eo.lib. quod non mutāt naturam, ſubſtantiam ſeu qualitatem actus.

Et quod deniq; hac ratione conditiones, quæ in ſpiritualibus inſunt in pactum deduci poſſunt c. ſignificatum eſt nobis, de præben. c. ſignificaſti. de ele. Bononien. in re pe. c. j. col. pe. de rerum permu. in vj. & ad materiam facit etiam bonus tex. in l. legata ibi, ex abundanti. ff. de ſup. leg. pulchrè Bal. in l. j. in §. nunciatio. in prin. ff. de nou. ope. nun. & ibi in rub. dicit Alex. col. v. & non ab re, licet inter Iudæos non ſit inuocandum nomen Chriſti, ſi tamen inuocetur, quod inſtrumentum non ob id vitiabitur. Finis.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Africano P. V.

TESTAMENTA OMNIA, cæteraq; quæ apud officium cenſuale publicari ſolent, in eodem reſeruentur, nec vſque permittatur fieri vlla tranſlatio. Mos nanque retinendus eſt fideliſsimæ vetuſtatis: quem ſi quis in hac vrbe voluerit mutare: irritam mortuorum videri faciet voluntatem. D. xij. kal. Octobr. Conſtantinop. Cæſario & Attico Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod corã alio iudice quàm magiſtro cenſus, inſinuatio fieri poſſit, quia uidetur caſus in §. nullam in autẽtica de defenſo. ciui. ubi etiam facta coram defenſoribus ciuitatum ualet. imò et ſecundo. non uideo cur etiam fieri non poſsit coram principe. l. omnium. infra eo. imò coram quocũq; cum pendeat à mera uoluntate teſtantis. Et maxime quia fit non alia ratione niſi ut obuietur fraudibus & malitijs hominum. l. data. C. de dona. Bar. in. l. Modeſtinus. ff. de dona.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia unicuiq; iuriſdictio ſeruãda eſt, aliàs ordo cõfunderetur eccleſiaſticus, dicit in ſimili text. in c. peruenit. xj. q. j. & ſecularis inquit Guid. Papæ. deciſ. ccccxxxvj. col. ij. nec vllus debet ſe impedire de iuriſdictione alterius, ſeu ponere falcem in meſſem alienam. c. nullus. de parroch. l. fi. C. ſi à non comp. iud. fue. ap. Ro. conſil. ccclxxxvij. col. j. Abb. pulchrè in c. nonnulli. in j. not. de reſcrip. qui dicit, quod licet Papa concedendo literas ad lites, dicatur gratiam facere, debet tamen de iure & ratione prædicta, remittere impetrantem ad ſuum iudicem ordinarium, & iõ publicatio & inſinuatio fieri debet hic corã magiſtro Cenſus, aliàs teſtamentum non valeret.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primũ, quia id verum eſt & procedit, in prouinciis, patet, quia id ad literam dicit tex. in d. §. nullam ibi, & agi apud defenſores teſtamentorũ inſinuationes. & quia ſub titu. etiam de defenſo. ciuita. poſitus eſt, nec aliter intelligi poteſt. l. Imperatores. ff. de in di. adie. ergo non in urbe Rom. & Conſtantinopo. ut hic per glo. & Docto. Non ſecũdum, quia ſpeciale eſt in principe, ut tex. ait inquit, nanque eſt iudex ordinarius omnium iudicum, habens plenitudinem poteſtatis, c. propoſuit. de conceſsio. præben. c. cuncta per mundum ix. q. iij. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. Nec eſt uerum, eſto quod pendeat à mera voluntate teſtantis, fiatq; inſinuatio ut obuietur fraudibus, quod coram quocunque iudice fieri poſſit, ex quo limitata iuriſdictio eſt in urbe, limitatumq; effectum producere debet. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod vbi iudex eſt certus, & limitatus, non habet locum prorogatio, ita Barba ſignãter per iſtũ tex. in c. de cauſis, col. ij. de of. del.

Et quod tempora diſtinguenda ſunt, vt cõcordentur ſcripturæ iuxta glo. no. in l. j. C. de accu & in l. apud antiquos. C. de fur. nanque olim & coram magiſtro Cenſus fieri debebat inſinuatio vt hic, hodie uerò iure magiſtratus aperiuntur ut not. in l. j. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. ſed iam declarauimus (quicqnid dicatur) hoc idẽ in prouinciis verum fuiſſe, in urbe autem & Conſtantinop. ſecus, & utrunq; ſtare poteſt.

Et quod Ordinarij conqueri poſſunt ualde ex literis expectatiuis, & reſeruationibus, ſi ſibi à ſeipſiſq; quaſi abdicatum ius conferendi, contra taxt. in cap. ecce. xcix. diſtinct. Abb. in cap. mandatum. col. j. & ij de reſcrip. ſubiiciens, non ita prouidendum eſſe commodis & utilitatibus curiæ, vt tam magnum præiudicium fiat eiſdem, ex quo ordo eccleſiaſticus confunditur, ſi (ut dictum fuit etiam ſupra) ſua iuriſdictio unicuique epiſcopo non ſeruatur. d. c. peruenit. xj. q. j. & iõ literæ impetratæ ad lites ſunt odioſę, quia præiudicant ordinariè poteſtati, cui Papa ita enormiter præiudicare non intendit inquit idem Abb. in c. ad hęc. col. ij. eo. tit. de reſcrip.

Et quod omnis delinquẽs habet iudicem. c. ij. de cenſi. & ad Ro. Pau. c. xiij. quem ſi alius iudicat facit iniuriam proprio iudici, ſiue ille ſit Deus vt in occultis. c. nomen. ii. q. i. ſiue Papa ut in exemptio. & appellantibus. c. fratrem. xvj. q. i. c. de priore. de app. & Patriarcha, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus. d. c. peruenit. xj. q. j. vel inferior. c. dilectus. de appel. c. ex parte. i. de uer. ſig. Io. And. in Mercu. in c. cui licet. col. ij. de reg. iur. in vj.

Et quod deniq; difficilimum eſt moribus confirmata deſtruere. l. Imperatores. ff. de pollicita. ideò dicitur hic. quod mos fideliſsimæ uetuſtatis & ordo ſequendus eſt, & in cap. quanto. vbi etiam gloſſ. de transla. epiſcopi. Bald. conſil. ccclxx. col. ſecunda, vol. tertio. non ſubuertendus. quia peruerſio aliàs uitiat proceſſum & ſententiam, & nihil debet eſſe inordinatum uel præpoſterum, inquit Ancha. conſ. cclxxxv. col. ii. & benè. l. prolatam. C. de ſen. c. in Chriſto pater.

de con-

de conſec. diſt. j. & conſ. clxxxj. quod violantes conſuetudinem, redarguendi ſunt apud bonos & graues viros. Sed ad propoſitum obſeruandum eſt, hic vetuſtam appellari, alibi verò vetuſtiſsimam in l. ij. in §. & cum placuiſſet. ff. de ori. iur. interdum antiquam. in l. pe. ff. de iure fiſc. aliquando perpetuam in l. nam Imperator. ff. de legi. nõnunquam inueteratã in l. de quibus. ff. eo. & diuturnam in l. diuturna. ff. eo. & ſimpliciter in l. pe. C. de exac. trib. lib. x. & intelligitur de præſcripta c. cumana. de electi. Bald. in d. l. diuturna. in prima lectu. Finis.

Imp. Zeno. A. Sebaſtiano P.P.

DICTANTIBUS TESTAmenta, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum vel fideicommiſſum vel quodcũque aliud, quolibet legitimo titulo teſtatorem poſſe relinquere, minimè dubitandum eſt: Teſtibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis, pro ſuo libitu, quod voluerit, teſtator relinquere non prohibetur. D. Kalend. Maij Conſtantinop. Baſilio iuniore v. C. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod nec dictatoribus nec teſtibus relinqui poſsit, relictumq́; ſibi factum aliàs non valeat, quia in primis uidetur caſus de hoc in l. ij. C. de his qui ſibi aſcrib. in teſta. ibi, quod ſi teſtamentum dictaſſe te codicillis ſignificaui t, legato quidem vel fideicommiſſo abſtinere debes. vnde cum in uerbis non eſt difficultas non eſt admittenda uoluntatis quæſtio. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de lega. iij. Imò quod ſic teſtamentum ſuſpicione falſitatis non carebit: argumentum in l. fi. C. de fideicom. & quo ad teſtes, quia ſic probari relictum non poterit, l. omnibus. l. etiam. C. de teſti. l. nullus. ff. eod. l. i. §. in propria. ff. quando ap. ſit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in dictantibus ceſſat omnis ſuſpicio, ut concludunt omnes & benè, ergo & legis prohibitio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iur. pat. c. cum ceſſante. de app. ergo eiſdem relinqui poterit & relictum ualebit, nec ſecus in teſtibus dicendum eſt, ex quo illis etiam legari poteſt, cum quibus teſtamenti factio eſt. §. legari. inſti. de lega. teſtamenti factio (paſsiuam intellige ut ibi) in teſtibus eſt, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quia (ut inquit glo. & oẽs hic vno ore ad illum tex. tradentes intellectũ) loquitur contrarium in ſcribente, in quo bene cadit ſuſpitio falſitatis, ex quo poteſt vnum pro alio ſcribere. l. i. & l. iii. eo. ti. & lib. ergo non in dictante. & plus quod ille in S. Con. Libonianum incideret aliàs, & teneretur pœna legis Cor. de fal. ille verò non. Non ſecundum, quo ad teſtes, quia probabitur ex productione teſtamenti de quo aliàs in l. ſi legatum. ff. de eden. & in l. contrahitur. ff. de pigno. vel dicamus quod ipſi quoque poterũt teſtificari ad quos ſpectat commodum non principaliter & directo, ſed per indirectum. & in conſequentiam. l. qui teſtamento. ff. de teſta. l. i. ff. de aucto. tu. & ut per Scriben. latius hic, & Soci. in l. ſi quis ita. col. ii. ff. de reb. dub.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam voluntas in arbitrium alterius conferri non poſsit ut diximus in l. captatorias. ſupra de mili. teſta. ad eam dictandam tamen poteſt tertius adhiberi, vt conſilio ſapientis committi. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtituen. & notant hic Ferrarien. quod tamen non multum ad propoſitum facit, ex quo duo hæc ſunt longè diuerſa, ius teſtandi ſcilicet in ſecretum alienæ uoluntatis conferre, & præſente ac audiente teſtatore teſtamentum dictare. Cogita.

Et quod dictare, (vnde poſtea dictator deriuatur) nihil aliud eſt hic, niſi enũciare uoluntatem teſtatoris, quam excipit tabellio & notat. adde q́ ſic etiam dictatur lex. l. humanum. C. de legi. & iudicium. l. ſeruus depoſitus. §. ſi. ff. de noxa ae. & libellum. l. i. §. edere. ff. de eden. Purpura. in l. edita. col. ii. C. eo. & breuiter ipſi non ſcribimus, ſed notario ſcribendum pronunciamus, & lingua tantum utimur noſtra, manu uerò aliena inquit Hiero. in epitaphium Paulę.

Et quod qui per alium facit per ſe ipſum facere uidetur, ut in reg. qui facit. & in c. poteſt quis. de regul. iur. in vj. & in l. quod iuſſu. ff. eo. uſque adeò vt propriè teſtator dictare dicatur, cum ſit præſens, uideat & audiat, teſteſq́; roget, quanquã dictet alius ipſius iuſſu: argumentum in l. certè. in §. j. ff. de præca. & in l. i. in §. iuſſerim. ff. de acquiren. poſſ.

Et quod quemamodum legatarius teſtis eſſe poteſt, ita poteſt eſſe de numero teſtium executor merus, ut ſignanter per iſtum text. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tute. dixit Bald. in d. l. qui teſtamento. ff. de teſta.

Et quod deniquè ſi contingat apud legiſlatorem de aliquo dubitari omni alio caſu præſupponitur terminorum habilitas. dicta l. qui teſtamento. namque hic dubitatur nunquid teſtibus teſtamentariis poſsit relinqui, ergo innuere uidetur, quod legatarii poſsint eſſe teſtes, & ad literam eſt etiam caſus in dicta l. qui teſtamento. & in §. legatariis. inſtitu. eodem titulo. Finis.

Imp. Iuſtinianus.A. Mennæ. P.P.

AMBIGVITATES, QVAE vel imperitia,vel deſidia teſtamenta conſcribentium oriuntur,reſecandas eſſe cenſemus: & ſiue inſtitutio hæredum poſt legatorum dationes ſcripta ſit, vel alia prætermiſſa ſit obſeruatio ,non ex mente teſtatoris,ſed vitio tabellionis, vel alterius qui teſtamētū ſcribit:nulli licentiam concedimus, per eam occaſionē teſtatoris voluntatem ſubuertere , vel minuere. D.Kal.Ianuar.DN. Iuſtiniano A. PP. ij. Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quod error & ordinis peruerſio,vitient teſtamentum,quia ſi ſolū dictum fuiſſet Lucius, non valeret inſtitutio utique,ſicuti cum dictum eſt Lucius hæres , vel Lucius eſto.l i.§.ſi hæres.ff.de hęre.inſti.ex quo his uerbis,ſuppletur hæres,illis autem eſto,ſi dictum uerò ſit Lucius ſolum,nihil,&(ut dixi) teſtamentum non erit. Et idem in l.fi.ff. de iure codicillo, ubi ſi palam hæres nuncupatus ſit,nō tamen ſcritus ipſi teſtamento,teſtamentum non erit. Et qđ ordo peruerti nō debeat, quia ſimiliter dicit alibi tex. in l.j. in §.prius.ff.de vulg.& pup.ſubſt. qđ prius debet quis ſibi hæredem ſcribere , & poſtea filio ſubſtituere,& non conuertere ordinem ſcripturæ & ſic in terminis.

Contrarium tamen hic,& in vtroq; dicto quidem,deciditur, & ratio deciſionis eſt , quia veritas rerum geſtorum erroribus vitiari non debet. l.illicitas.§. veritas.ff.de offi.præſi. argumentum in l.j.C.plus va.quod agi.quàm quod ſimu.concipi. Et quia nec ordo curandus eſt ad idem,quotiens clarè de mente deque voluntate diſponentis apparet,vt hic,& in l.nec enim.ff.de ſol.& maximè(inquit rurſum hic tex.noſter) ſi ab errore tabellionis hæc omnia procedant , qui teſtatori eiuſque teſtamento officere non debet . & vt infra latius .

Ad oppoſita reſpondetur vt reſpondet Bar.in l.errore.hic in glo.etiam allega. ſupra eo.non obſtare. Non primum,& ſecundum,(ad idem enim tendunt)quia error eſt teſtatoris non tabellionis ut hic,ideò nocet & uitiat,ſuoq; gladio(ut eſt in prouerbio)ſe ipſum iugulauit. Non tertium & vlti.quia id in teſtamentorum ſcripturis diuerſis procedit,æquumq; eſt ac rationabile, ſi prius eſt pater quàm filius , vt patris teſtamentum fiat, & poſtea filij,id eſt pupillaris ſubſtitutio . at hic in ordine vnius ſcripturæ tantum loquimur & iuris,nimirum igitur ſi peruerſio non uiciat,ratione ſupra dicta,& ut per Bart. ac Docto.latius in præallega.§.prius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,& maximè quod imperfectio,ſi non fuerit ſubſtantialis , non uitiat , nec ambiguitas per alium certificata nocet.l.cum pater.§. cum per imperfecta.ff.de leg. ij. Bald. ſignanter per illum text. conſ.xcix.ad fin.vol.j.

Et quod ſimplex inſtructio ordinandæ uoluntatis non uitiat, ut idem Bal. inquit in l. ſi duas. col.j.ff.de excuſa.tuto.

Et quod ſi error tabellionis non mutat facti ſubſtantiam,nec aliquem lædat,poterit emendari.l.actorum uerba.ff. de re iud. l. ab executione. ff.de appel.not.in l.qualem.ad fi.& ſeq.ff.de arbi.Bal.met in l.cum proponebatur. in prin. col. ij.de leg.ij.

Et quod ubicunque diſpoſitio legis uel hominis eſt certa, præpoſteratio non uitiat , neq; (ut dictū eſt ſupra)de ordine curamus.d. §.nec enim ff.de ſol.l.cum pater.§.fidei tuæ ff.de leg.ij. Bar. hoc amplius. in prin. C. de fideicom. & in auth. hoc ius porrectum.col.j.C.de ſacroſan.eccl. Ange.in §.etenim. in auth.de hæ.& fal. Idem Bald. in d.l.ſi duas. Aliàs & in dubio curatur(ut ibi ſubiicit & benè) li.hæredes in d.l.§.fi.ff. ad Trebel. l. quotiēs.ff.de uſuf.l.Gallus.§.j.ff.de lib. & poſth. l.1.in fi.prin.& ibi Bar.C.de no.Cod. fa. & hinc Por.inſti.de bo.poſ.nu.4. quod uerba trāſpoſita idem ſignificant,datq; exemplum,in poſſ. bo. & bo.po.inq; ſoluendo iudi, & iudicato ſoluendo. & latius ut ibi per eum , & in l. præpoſteri. infra eo.quę ſequitur Anch.conſ.cclxxxv.col.ii. Abb. in c.ij.col.iiij.de alie.iud.mut.cau. fac. & in c. j. col.x.de lit.cont.imò dicunt Grammatici. quod figura eſt,iſteró proteró, ſeu anaſtrophæ , tradit gl.in l.riparū.ff.de re.di.& quale illud eſt Poetæ,

Moriamur & in media arma ruamus,

Item

Poſtquam alios tetigit fluctus ,& ad æquora uenit.

Eſt uerum,quando prępoſteratio uitium induceret,quod noceret,& utique uitanda foret.l. ut debitum.& ibi Cy.no.C.de hær.ac. & plenè in d.§. prius.uitiaret etiam ubi pro forma requireretur, aliquid præcedere.c.ex parte. & ibi Bald. col. ij. de reſcrip.

Et quod denique non facilè teſtatoris uoluntas,ſubuertenda eſt,ſed uerba hinc potius improprianda ut ſaluetur.l.in ambiguo.& ibi Bar.ff.de reb.dub.l.Titia cum teſtamento.§.j.ff.de lega.ii. pulchrè Pau.Caſt.conſ.cxxiij.col.ij.uol.j & fingi prius dictum,quod prius erat dicendum in ſimili in facto dicit glo.& Bald.in l.illud.ff.de acquiren. hære.

Et quod ſaluanda ſit toto poſſe teſtatoris uoluntas probatur etiam in l. Lucius.ij.ff.de hæ.inſti.& in l.gñaliter.C.de inſti. & in l. ſi is qui ducenta.in §.pe.ff.de reb.dub.Bar.in l.Gallus. in §. quidam rectè.ff.de lib.& poſthu.plenè Gui.papæ conſ.cxxxv.colum.tertia. Alex. conſil. lv. ad fin. vol. iij. Finis.

Imp.

Imp. Iuſtinianus A. Mennæ. P. P.

IN TESTAMENTIS, SIVE ſcriptis faciendis, omnem formalem obſeruantiam penitus amputamus: vt poſtquam ſeptẽ teſtes conueniunt, ſatis ſit voluntatem teſtatoris vel teſtatricis ſimul omnibus manifeſtari, ſignificantis ad quos ſubſtantiam ſuam peruenire velit, vel quibus legata dari, vel fideicommiſſa, vel libertates diſponere: etiam ſi non ante huiuſmodi diſpoſitionem prędixerit teſtator vel teſtatrix illa formalia verba. *Ideò eoſdem teſtes conueniſſe, quod ſine ſcriptis ſuam voluntatem vel teſtamentum componere cenſuit.* S. Dat. ij. idus Decembr. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano. A. PP. ii. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uerba requirantur, quibus teſtes admoneantur ſe uellę nuncupatiuum teſtamentum condere, eaque ratione cõuocatos fuiſſe, quia uidetur caſus clarus in l. hac conſultiſsima. ſupra qui teſta. face. po. ibi ut cunctis ibidem collectis primum ad ſe conuocatos omnes, ut ſine ſcriptis teſtentur edoceant. Et quia à forma recedere non oportet, cum ſit de ſubſtantia, & det eſſe ipſi rei. l. certa forma. C. de iure fiſci. lib. x. l. Pedius. §. i. ff. de arbi. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis ff. ad exhib. Bal. conſ. cxliiii. in prin. uol. iiii. aliàs actus eſſet nullus. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerbo. oblig. & hoc idem maximè in teſtamentis deſiderari uidetur ſuſpicione falſitatis cõmittendæ: argumentum in l. fi. C. de fideicom.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt, quia (ut dicunt Docto. & benè) ubi facto clara uoluntas agentis declaratur uerborum formalitas neceſſaria non eſt, ex quo (ultra eos) deſeruiunt intentioni, & non intentio uerbis. c. intelligentia. de uerb. ſig. l. ſcire leges. ff. de legi. Et quia uoluntas non minus facto quàm uerbis datur intelligi. l. Paulus reſpondit. ff. rem ra. hab. l. reprehendẽda. C. de inſtito. imò plus facto inquit Iuriſcon. in l. ſi tamen. in §. ei qui. ff. de edil. edic. & eſt argumentum etiam in c. Marchion. j. q. j. ibi non in uerbis Euangelium conſiſtit, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum, quia id uendicat ſibi locum in teſtamento cæci, & nimirum, quia propter cæcitatem facilè poteſt decipi, niſi tot inſpecta oculis, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper collata manibus ſuſpicione careant ut ibi dicitur pulchrè Ancha. conſ. cclxxxv. col. ii. iõ ubi maius eſt periculũ ibi cautius eſt agendũ. c. ubi periculũ de elec. in vj. l. i. §. ſed & ſi quis. ff. de carb. edi. Specialitaſq; in uno caſu arguit ius cõe in contrariũ aliis caſibus. l. quæſitũ. §. deniq;. ff. de fun. inſt. c. cũ dilecta. & ibi no. de confir. uti. uel inuti. nos aũt loquimur in teſtõ ſimpliciter, ergo nihil ad propoſitũ. Ex quibus ſecundũ quoq; tollitur, uerũ adhuc ubi forma à lege tradita eſt, ut in teſtõ cęci, quẽadmodũ eſt, ergo nõ aliter inq; teſtamentis aliorũ, ex quo non refert quõ conſtet teſtõris uoluntas (ubi forma nõ deſideratur) uerbis uel facto: argu. in l. ſi. in §. fi. ff. mã. & in l. Gallus. in §. ſi eius. ff. de lib. & poſthu. Bal. in l. ſi cũ dotẽ. in fi. prin. ff. ſol. mat. Nõ ob. ulti. quia timor falſitatis benę eſſe põt in teſtõ cęci (ut diximus) ſed nõ alio caſu, adhibentur eñ teſtes rogati, à notario cõſcribit à quo oĩs abeſt ſuſpicio, igitur non hac ratione ea forma deſiderabitur, eritq; neceſſaria quę dicto caſu ſeruari dẽt.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè, qđ qñ lex aliquid diſponit quãuis gñaliter loquitur, non tñ ſpecialẽ caſum cõprehendit aut tollit, illius mẽtione nõ facta, ut hic & in l. ſciendũ. ff. qui ſatiſ. cog. Fel. in c. i. col. vii. de reſcr. Iaſ. in l. i. in §. ſed & ſi mihi. ff. de uer. ob. & in l. poſtquã litẽ. ad fi. C. de pac. Caſſan. cõſ. vii. nu. 24. & cõſ. x. nu. 27. vel & melius ut inquit Bulga. quod lex noua tollẽs ſolẽnitatẽ inductã à lege antiqua, nõ intelligitur eã tollere ĩ caſu in quo aliqua ſpãlis rõ militat in rub. C. qui admi. col. xv.

Et quod dictiones uniuerſales & precisę, ut oĩs & penitus, quæ idẽ ſonat ꝙ oĩno, non ſemper idẽ operãtur, qđ ſuæ naturæ tributũ eſt, ut in c. ſolitè de maio. & obe. & in l. Iulianus. ff. de leg. iii. & in l. i. C. de gladia. lib. xj. & in l. & ſi legibus. C. ſi con. ius uel uti. pub. quia (ut dictũ eſt) oẽm formalem obſeruantiam tollit hæc lex, & penitus amputat, & nihilominus illam non tollit quæ in teſtamento cæci obſeruanda eſt.

Et quod ſuperflua atq; inutilia propriè amputãtur, ut hic, ubi formalis obſeruãtia pariter penitus amputatẽ, ex quo ſatis eſt, ꝙ de uolũtate teſtõris aliter conſtet: argu. in l. i. C. de formul. & in c. dilecti. de iudi. & in l. fi. C. qui admi. no. in l. edita. C. de edẽ. Metaphora ſumpta ab agricolis, qui circuncidunt, amputant, erigunt, extollunt, & (ut inquit Cice. v. de fini.) adminiculantur.

Et quod in teſtamentis conficiendis regulariter requiruntur ſeptem teſtes. l. hæredes palã. in prin. & ibi glo. ff. de teſta. & numerus ſolemnis dr̃ ut ibi auth. hoc inter liberos. in prin. ſupra eo. quoniam ſi inter liberos fiat, uel aliter ad pias cauſas, vel ruri à ruſtico, minor numerus etiam erit ſatis. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. l. fina. ſupra & infra eod. authen. ſimiliter. C. ad legem Falci. & ibi not.

Et quod deniq; ſubſtantia, qñq; reſpectu accidentis dicitur, ut puta, quod ea remota, accidens ſtare non poſsit, neque intentari. l. i. §. in tutela.

& ibi Bal.ad fi.ff.de tute. & ra, diſtrahen. clarius in l. cū multæ, per illū tex.pariter.C.de do.ante nup. Vel quod dat eſſe rei, quodque adimi nō poteſt.l.j.ff.de vſuf.earum re.quæ vſu conſu. Anch, conſ.clxvij.col.ij. Et quod talis præſumitur qualis eſt qualitas,& tale inuiſibile,quale per viſibile figuratur.l.pediculis.§. Neratius. l. ſi quando. ff.de aur.& arg.leg.idem Bal.conſ.cccclxxij.col, ij.vol.v.quandoq; verò pro patrimonio capitur. iuxta illud Lucæ, xv, diſsipauit ſubſtātiam ſuam & ita capitur hic & in auth.nouiſsima. C.de inofficio.teſta.& alibi ſæpè & quæ etiam quandoque facultas appellatur.l.qui ſe patris.C, vnde libe,& ibi dixi. Finis,

De hæredibus inſtituendis, & quæ perſonę inſtitui non poſſunt,

Imp.Gordianus A. Caſsiano,

NON IDEO MINVS V- xor iure hęres videtur inſtituta,quod nō vxor, ſed affinis teſtamento nominata eſt.PP.v.kal.Octob, Gordiano A. ii, & Pompeiano Coſſ,

Dubitandi rationem faciebat,quod inſtitutio non valeat,quia vxor nō eſt affinis ſed benè principium affinitatis.l. affinitatis, C. communia de manumiſsio.igitur errauit maritus & teſtator ſimul appellando ipſam affinem,& nihil eſt tā contrarium conſenſui, quam error.l.ſi per errorem, ff.de iur.om.iud.l.ij.in prin.ff. dę iudi. & quia in ſimili facta inſtitutione dę aliquo tanquā de fratre ſeu de filio, cum tamen non ſit, non valet vt ſupra in l.proxima,& quia à verbis legis de affinibus loquentis aliàs non eſt recedendum.l.nō aliter.ff.de leg.iij.l.non facilè.§.affines.ff. de gradi,

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia licet maritus vxorem, affinem appellauerit,& affinis non ſit non ideò minus tamē (vt dicebatur)valere debet inſtitutio,ex quo cōſtabat de corpore.l.ſi quis in fundi vocabulo, ff, de leg.j.l.ſi in nomine.ſupra de teſta.& vtrobiq; not.& quia regula iuris eſt etiam quod falſa demonſtratio,actum non uitiat,ſeu inſtitutionem vel legatum.l.demonſtratio falſa.ff.de condi. & demon.Feli.in not.caſu in c.ſignificante. col. j. de reſcrip.not.in l.ſi ſic.in §.quod ſi addiderit. ff. de leg.j.Corn.conſ.cliij.col.j.vol.ij.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare, non primum,quia eſto quod non ſit affinis, de corpore tamen conſtabat.Vel dicamus non officere ex alio,quia illud idem iudicamus de eo quod eſt principiū alicuius actus, quod iudicamus de ipſo actu.l.quod Seruius.ff.de cond.ob cau. ex quo potentia propinqua actui(licet à Docto.hic non dicatur)actus eſt.l.pe.ff.de mil.teſt.pulchrè Bal. in l.ſi impuberi.ad fi.ff.de tuto.& cura.da.ab his. Non ſecundum,quia in vltimis voluntatibus fallit regu.ſi ut dictum fuit,de corpore incertū non ſit.d.l.ſi quis in fundi uocabulo præallega.l. ſi in nomine.cum not.ibi. Non ob.tertium,quia errabat verè,nec de corpore tunc conſtabat (ut ibi dicunt omnes)nimirum igitur ſi in eo caſu uitiatur inſtitutio.& ſi ſciuiſſet teſtator(ut tex.met inquir)ipſum filium non eſſe,quem tamen eſſe credebat non inſtituiſſet. Non ultimum denique, ex quo uerba legis conueniunt,uxori,cum ſit(ue diximus rurſum)principium affinitatis,ergo eidem conueniet etiam eiuſdem legis diſpoſitio. l. iiij.§.toties.ff.de dam.infec. l. hos accuſare. §. omnibus.ff.de accuſa.l.ita autem.in prin.ff.de admini. tuto.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod etiam in vno nummo cōſiſtit mutuum,fieriq; poteſt.ex quo unus eſt principiū numeri,idemq; iudicamus de principio actus qđ de ipſo actu ut hic,& per Doc.atque alios in l.ij. in §.mutui datio.in prin.ff.ſi cer.pe. & ita etiā dicitur in l.ſi quis ante.ff.de acquiren.poſſ.nec ſecus de emptione rei facta de uno denario,Cy.hac ratione in l.maritus.C.de proc.nu.3.& fortè Papa & Imperator non faciunt gradum,quandoquidem ipſi ſint principia potius graduum & dignitatum,ut hic uxor principium affinitatis,ita Ferrarien.in l.j.(ubi nos multa in ij.& iij.lectu.) ff. de offi.eius.col.v,

Et quod ſi teſtator uoluntariè rem legatā alienauit,legatum reuocare uidetur,niſi affini, & vxori factum ſit que licet (ut dictum eſt) affinis non ſit,eſt tamen principium affinitatis,ut per Ro.in auth.ſimiliter.in xxvij.ſpeciali.C.ad leg.Fal. Deci.in c.quoniam abbas.col.iij.de offi.dele.

Et quod ſtatutum diſponens, cauſas compromitti debere,inter conſanguineos & affines,porrigetur etiam ſupradicta ratione,ad uirū & uxorem,ut hic per Saly.Bal.in l.affinitatis,C. communia dę ſuc.Alex.conſ.cxxv.nu.10,uol. vij.

Et quod coniuges de iure ciuili inuicem non ſuccedunt, ex quo non uocat niſi deſcendentes aſcendentes,& collaterales,de quibus in l.j.C.unde uir & uxor,inter coniuges autem nulla eſt affinitas,ergo.tamen prætor æquitate motus, conſiderās ſocios eſſe diuinæ & humanæ domus.l.aduerſus.C.dę cri.expil.hæ.infortuniaq; inter eos communia.l.ſi cum dotem.§. ſinautem in ſeuiſsimo.ff.ſolu.mat.& principia affinitatum,quāquā nō affines,uoluit ut unus alteri ſuccederet ab inteſtato,omni parente deficiente,præalleg.l.i.ubi omnes not.& benè.C.unde uir & uxor.

Et quod denique affinis nō ſuccedit in feudo, quando principium affinitatis ſublatum eſt.ut in marito & uxore dicitur in c.i.& ibi plenè Afflic. nu.7.dę inueſti. quam Titius accep. à Sempro. in uſib. Finis.

Imp.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ. Antonio.

SI COMPENSANDI DEBITI gratia vxor maritum fecit hæredem; deſiderio tuo præter portionem hereditatis debitũ quoque reſtitui poſtulantis, non tantum iuris ſeueritas, verum etiã defunctæ voluntas refragatur. PP. xij. Kal. Mart. Præſente & Albino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod maritus quoq; debitum petere poſsit à cohęrede, ex quo extingui videtur pro ea parte tantum, qua hæres extitit vxori, caſus eſt (etiam in glo. alleg.) in l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. ubi ad literam dicitur, hæreditatis aditionę debitum non cõfundi, niſi pro hæreditaria portione. ergo aliàs poterit (vt dixi) aduerſus cohæredẽ agere. maximę quia pro portione quæ ſibi relicta eſt adeũdo, ius ſibi (quo ad portionem cohæredis) reſeruaſſe uidetur, argumentum in l. ſicut. in §. non uidetur. ff. quib. mo. pig. uel hypoth. ſol. Aliàs cohæres fieri ſic uelle uideretur locuples cum ipſius mariti creditoris iactura & malę. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. ſi quis mancipiis §. fi. ff. de inſtito. ac. c. locupletari. de reg. iur. in vj. Vltimo dubium faciebat tex. in l. creditorem. ff. de leg. ij. vbi ſi debitor legatum facit creditori, is nihilominus debitum petit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia de uoluntate teſtatricis conſtabat, compenſare uolentis, quo fit ut pro lege ſeruanda ſit, nec aliud petere maritus poſsit à cohęrede. §. diſponat. in auth. de nup. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. Quod tamen uerum eſt (& ita hic declarat Pau. Caſt. & benè) ſi portio qua fuit inſtitutus tanti erat, quãti erat debitum, aliàs poſſet reliquum adhuc peti à cohærede, quoniam compenſatio fit tantũ uſq; ad concurrentem quantitatem. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ij. not. in l. ſi cum dotem. in §. ſi pater. ff. ſol. mat. & latius ut per eum, reſpondentem quoque ad glo. quæ ſenſit contrarium in d. l. creditorem. ff. de leg. ij.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia uerum eſt id in dubio (ex quo ultimũ quoque tolletur) at hic ſumus in caſu claro, maritum non ſimpliciter inſtitutum fuiſſe, ſed animo compenſandi, horumq; duorum non eſt par eademque ratio. l. Continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ergo. & eſt argumentum in l. ille aut ille. in §. cum in uerbis. ff. de lega. iij. Non igitur obſtat ſecundum, quia imò adeundo, ſciens teſtatricis uoluntatem, uidetur uoluiſſe abſque aliqua reſeruatione, omnino debitum compenſari argumentum in l. Imperator. in §. ſi centum. ff. de lega. ij. Et ſic ſibi præiudicare. qua reſponſione tertium quoque tolletur, ex quo hoc ſtante, cohæres locuples fieri non uidebitur, quãdoquidẽ nec ipſe maritus inſtitutus damnum ſentiat. & ueriſſimum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod compenſatio quæ deſcendit ex ultima uoluntatę ut hic, non eſt propriè compenſatio, ſed potius quædam imputatio, quodq; non regulatur ſecundum naturam compenſationis propriè ut hic, & in d. l. creditorẽ. & in l. qui non militabat. ff. de her. inſti. declarat Ro. in authen. preterea. col. viij. C. unde uir & vxor. Corn. conſ. cc.xcij. uol. j.

Et quod compenſare eſt ſoluere. l. Iulianus. ff. de cond. & demon. l. ſi debitor. ff. qui po. in pig. hab. Bal. in l. quoniam. col. ii. C. ad legem Iul. de adul. & conſ. cccxxii. col. i. uol. ii. & in l. tam mandatori. col. iii. C. de non nume. pecu. Alex. conſ. xii. col. pe. uol. ii. ſolutione eius qđ debetur tollitur omnis obligatio ut inſti. quib. mod. tol. obli. in prin. ergo & compenſatione, nimirum igitur ſi maritus hic à cohærede nil aliud petere poteſt. eſt uerũ quod ſolutio ficta eſt ut inquit Ange. in apoſtil. ad Bar. in l. amplius non petitum. ff. rem rat. habe. quodque fingit lex ſolutum hoc caſu ab utraque parte, gratia breuioris manus argumentum in l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. Deci. in c. cum inter. col. xi. de exceptio.

Et quod fictio non minus debet operari in caſu ficto, quam ueritas in caſu uerò. l. ſi filiusfam. ff. ſi cer. peta. uerum ſi marito ſoluiſſet uxor nil aliud petere poſſet, ergo nec pari ratione, quando ipſum hæredem inſtituit, compenſandi animo.

Et quod ſi non compenſandi animo fuiſſet inſtitutus hæres hic maritus creditor, abſque dubio poſſet debitum à cohærede petere argumentum enim à ſenſu contrario in lege fortiſsimum eſt. l. i. §. huius rei. ff. de offi. eius. & habetur etiam in d. l. creditorem. & in d. §. ſi pater. & ibi Bal. rationem aſsignat.

Et quod denique non propria uerborum ſignificatio ſcrutanda eſt, ſed in primis quid teſtator voluerit. l. cum delanionis. §. aſinam. ad fi. ff. de fun. inſtru. Imò quod uoluntatem ipſius ſequi debemus, quocunq; genere loquendi utatur, inquiunt Repeten. in l. Centurio. col. cxxvii. ff. de uulg. & pupil. ſubſt. & alibi tex. in l. pe. in fi. prin. C. de ne. ſer. hære. inſti. quod ſemper ueſtigia uoluntatis teſtantiũ ſequi debemus. cum igitur hic compenſare uxor uoluiſſe uideatur aliam debiti petitionem maritus (ut ſæpè dictum fuit) non habebit. Finis.

Impp. Docletian. & Maximian. A A. Zizoni.

NEC APVD PEREGRINOS fratrem ſibi quiſquam per adoptionem facere poterat.

cum

cum igitur, quod patrem tuum voluiſſe facere dicis, irritum ſit: portionem hæreditatis, quam is, aduerſus quem ſupplicas, velut adoptatus frater hęres inſtitutus tenet: reſtitui tibi pręſes prouinciæ curæ habebit. PP. iij. Non. Decemb. Dioclet. ij. & Ariſtobulo Coſſ.

i. Dubitandi rationem faciebat, quod & frater adoptari poſſit, & quod valeat inſtitutio facta de eo qui vt frater inſtitutus eſt, & maximè quo ad primum quia adoptio eſt actus legitimus quo fit quis filius, qui tamen non eſt, ut in §.j. inſtitu. de adop. l.j. & ij. ff. eo. & præcipuè cum ſit quiſq; in re ſua moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. non uſque. ff. ſi quis à pa. fue. ma. & quo ad ſecundum, uidetur caſus in l. nemo. (hic etiam in glo. allega.) in §. j. ff. eo. de hær. inſti. & dato ꝙ non valuerit inſtitutio, videretur dicendum bona fiſco applicanda, & nō venientibus ab inteſtato. l. j. ff. de iure fiſci. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſta.

Contrarium tamen hic deciditur in vtroque dicto, quod nec valeat adoptio, nec inſtitutus aliquid habere debeat, & ratio deciſionis eſt, quia (vt inquit glo. & Doct. hic & benè) adoptio naturam imitatur. §. minorem. inſti. de adop. l. adoptio enim. ff. eo. ſed naturale eſt quod frater à fratre non naſcatur, ergo nec poterit adoptari. & conſequenter inſtitutio erit nulla: argumentum in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & in l. fi. C. de uſu. & in l. non dubium. C. de legi. quo caſu re ad cauſam inteſtati deducta, nō mirum eſt ſi ab inteſtato venientibus pariter, bona reſtitui debent. l. quandiu. ff. de acqui. hæ. l. quādiu. C. qui admi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia verum eſt ſed non ſi adoptetur frater ratione prædicta, & ideò in diffinitione ipſa adiicitur uerbum penè naturam imitans, præalleg. §. minorem, & latius vt ſupra, & in d. l. j. & ij. ff. de adop. Non ſecundum, quia & ipſum verum eſt dummodo fiat id quod iuris eſt, neque naturæ ēt repugnet. l. libertas. & ibi Ang. ff. de ſta. ho. l. dudum. in fi. C. de contrahē. emp. Corn. cōſ. cccxxj. col. iij. vol. iiij. Non vltimum denique, ex quo ibi teſtator inſtituit eum quem diligebat vt fratrem, vt ex verbis illis apparet. qui fraterna charitate diligitur, fratremq; non eſſe ſciebat. hic uerò fratrem ſibi adoptauerat, & inſtituerat, quod tamen (vt oſtenſum eſt) facere non poterat, ergo. Nec eſt verum quod fiſcus admitti debeat hoc caſu, ſi inſtitutio ſcilicet non valet, quia verum foret quando bona ab indigno vindicarentur, toto titu. ff. & C. de his quibus vt indig. ſed reducitur res ad inteſtati cauſam, ex quo inſtitutio fit de eo, qui inſtitui non poterat, ex quo non poterat etiam adoptari. l. ſi pater. & ibi Bar. ſupra eo. nec habet dubium.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi ingreſſus monaſterij non valet, pari modo valere non debet bonorum oblatio, ita Bar. in auth. ingreſſi. in lectu. nu. 16. in repe. nu. 32. C. de ſacroſanct. eccle. & in §. ſi quis autem. in prin. in auth. de Monach.

Et quod ſi non valet expreſſum uitiatur quoque tacitum. l. iij. §. qui hauſtum. ff. de ſeru. ruſti. prædio. vt in adoptione hic dicitur, quæ non valet, vſque adeò vt nec valeat inſtitutio, & bona cōſequenter auferantur inſtituto, & ingreſſu vt ſupra. & tradit Bar. in loco præalleg. id eſt in authen. ingreſſi, in lectu.

Et quod non eſt efficax teſtatoris diſpoſitio quando errat, vt etiam per iſtum tex. & per tex. in l. eam quam. & in l. ſi pater. C. de fideicom. inquit Corn. conſ. cxviij. col. j. vol. iiij.

Et quod aduerbium nec, implicat negatiuè, ut etiam dicitur ſeu innuitur in l. nec emancipati. C. de colla. ſenſuſq; eſt hic, nec apud prætorem urbanum, nec apud peregrinum, quem (ut fratrē) adoptari poſſe, & declarat idē Corn. conſ. cxciiij. nu. 8. eodem lib.

Et quod denique venditio ſeu licentia vendendi data per errorē ſeu quiuis alius contractus & diſpoſitio facta, debet ad irritum deduci, quia deficit in cauſa finali, vt hic in adoptione & inſtitutione dicitur, & vt p Pau. Caſt. cōſ. cccxxix. nu. 9. vol. ii. & Dec. poſt Bald. hic conſ. cccxviij. col. iij. vol. ij. & conſ. cccl. col. ij. & ccclj. nu. 5. eo. lib. Et idem dicit Soci. in falſa demonſtratione, conſanguinitatem reſpiciente, quod vltimam voluntatem vitiat, ſi ignorantia fuit cauſa finalis in l. demonſtratio falſa. col. ij. & in l. falſa demonſtratio. in prin. ff. de cond. & demon. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. Hadriano.

COLLEGIUM, SI NVLLO ſpeciali priuilegio ſubnixū ſit, hæreditaetm capere non poſſe, dubium non eſt. PP. x. kalē. Iun. ipſis iiij. & iij. A A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat collegium inſtitui poſſe, primum quia vulgo dici ſolet, qđ quiſque in re ſua, eſt dominus, moderator & arbiter, etiam in abutendo. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæ. Imò per quā durum eſſet quem ad libitum de re ſua diſponere non poſſe. l. non vſque. ff. ſi quis à pa. fue. ma. l. proſpexit. ff. qui & à quib. Et videtur caſus cum ibi not. in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. cum ſenatus. ff. de reb. dub. Et quia idem iuris eſt de parte quo ad partem, quod iuris eſt de toto quo ad totum. l. quæde tota. ff. de rei uendica. l. qui ſcit. ff. de uſuris. l. iuriſgentium. §. adeò ff. de pactis. capitulo ſi diligenti. (& vbique

que not.)de præſcrip.ſigwraq; eſt apud grammaticos ſynedoche,uerum ſingulis de collegio relinqui poteſt.d.l.cum ſenatus,ergo & collegio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decitiſionis eſt, quia omne collegium illicitum eſt, niſi à lege vel à ſenatu approbetur. l. j. l. iij. §. in ſumma. ff. colleg. illici. l. j. ff. quod cuiuſque uniuer. nomi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia uerum eſt, dummodo lege non prohibeatur.l.dudum.C.de cont.emp.Ang.in l.libertas.in prin.ff.de ſta.ho.Corn.cõſ.cccxxj. col. iij. uol.iiij.ſed hic lex prohibet quoniam omnia collegia illicita ſunt,nec teſtamenti factionem paſſiuam habent.§.in hæredibus.inſti.de hær.qual. & diffe.no.in §.legari.de lega.eo.lib. ergo. Non ſecundum,quia in collegio clericorum ratione religionis approbato loquitur,ut ibi not.ubi ſignãter ita dicit Bar.nu.4.& in l.omnibus.ad Treb.& in l.iij.C.eo.& in l.ſi hæres.in §.uicis.ff.de leg.j. Ex quo tertium quoque tollitur loquens in perſonis ſingularibus collegij quæ benè poſſunt inſtitui,ſed non(ut diximus)collegium ipſum haud aliter lege uel ſenatus actoritate approbatum. & rationem aſsignat ibi Iuriſcon.quia hij nõ quaſi collegium ſed quaſi certi homines admittũtur. Non ob.ultimum,quia non eſt eadem ratio partis & totius.l.j.§.actus.ff. de ſerui. ruſti. prædio. l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff. de inoffi.teſta.not.in d.l.qui ſcit. Corn.pulchrè conſ.cxcj. col.ij.uol.iij.Dico etiam quod non procedit argumentum quando in parte quid determinatur diuerſum uerò in toto ut hic & in d.l.cum ſenatus.& in c.fi.in §.uices,de offi.deleg.in vj.quanquam igitur ſingulis relinqui poſsit, teſtamenti factionem paſsiuam habentibus, non tamen toti collegio poterit,utpotè illicito.& non aliter à lege uel à ſenatu(ut diximus)approbato.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod nullum ius ſocietati acquiritur,ſi eidem donatio terrarum fiat, quoniam à lege approbata non præſumitur, niſi probetur, ut in ſocietate inhumatorum inquit Abb. conſ. lv. col.i.& ii.uol.i

Et quod multo minus legatum peti potuit, quod aliàs uniuerſitati Iudæorum, qui in Anthiocenſium ciuitate conſtituti erant,fecit Cornelia ſaluia,ut ad literam inquit tex.in l.i.C.de iudæ.

Et quod dictio negatiua præpoſita uerbo poteſt,priuat potentiam & inducit neceſsitatẽ præciſam ſenſuſq; eſt hic, nullo modo collegiũ hæreditatem capere poſſe,nec legatum in d. l. i. Iudæorum uniuerſitatem.l.i.ff.de uer.obli. l. nemo poteſt.ff.de leg.i.gloſſ.magiſtra.in c. i.de regul. iur.in ſexto.

Et quod manifeſtum eſt illud,collegio ſcilicet relinqui non poſſe.ſoli legislatori, obſcurum autem ac dubiũ nobis,ex quo nulla lex eſt aliàs quæ non habeat dubitationem. l. quod Labeo. ff. de carb.edic.c.cum in iure peritus.de offi.deleg. & auxeſis figura,hoc eſt augumentatio,eſtq; argumentum in l.i.in §.huius quoque rei fortiſsimũ eſt:argumentum ff.de offi.eius.nonnihil Bar. in l.ubicunq;. col.vij.ff.de int. ac.

Et quod denique ex quo aliqua collegia ſunt approbata,omnia alia reprobata cenſentur, vſq; adeò, ſi aliquid collegio relinquatur, vt probari oporteat, ad hoc ut legati uel hæreditatis ſit capax,ipſum fore approbatum ut per Bar. & Doct. in d.l.cum ſenatus,& in d.l.iii.in §.in ſumma. & in l.fi.ff.de colleg.illici. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian. AA.
& CC. Aſclepiadæ.

NEQVE PER SE HAEREdes inſtitutos, quibus hoc conceſſum non eſt, neque per ſeruos proprios, hæreditatem poſſe quærere,iuris dictat ratio.S.xvj.kal. Septemb.Sirmij.Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod qui per ſe capere non poteſt,poſsit tamen per ſeruum proprium,quoniam regula iuris eſt, nos plerunq; ex alterius perſona conſequi,quod ex noſtra conſequi non poſſumus,caſus eſt in l.ariſto.ff.quę res pig.obli.non poſſ.l.quæritur.ff.de bo.lib.l. diui. ubi glo.ff.de iur.pat.Bar.in l.j.in fi.ff.de int.& re leg.& quia hinc uidemus eiũ quod inſtitutus ex ſe non habet bo.poſ.con.tab. Vltimo dubitationem faciebat tex.(hic etiam in glo.alleg.) in l.cũ autẽ.in §.fi.ff.de edil.edic. ubi emptor qui actione redhibitoria ſeruum uenditori reſtituit,tenetur reſtituere etiam quicquid per ipſum ſeruum acquiſierit, nec refert potuerit capere uenditor nec ne.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia capacitas ſerui,& incapacitas,dependet à capacitate & incapacitate domini,& eſt regula iuris.l.ſi mihi & tibi.§.regula.ff.de leg. j. not.in l.debitor.in §.fi.ff.de leg. ii. & quo modo intelligatur declarat glo.in d.§.regula.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia id eſt ex quo ille ex cuius perſona aliquid conſequimur, non erat nobis ſubiectus, ut ſeruus in caſu præſenti, quo fit ut nec mirum ſit, ſi per alium capere poſſumus, quanquam ex perſona noſtra non poſsimus. præallega.l.Ariſto. & aliis ut ſupra. Non ſecundum,quia nec id ad propoſitum facit,nec ad materiam confert, nanque bo.po.ex perſona præteriti habet, inſtitutus ibi, quoniam(ut tex.met ait)per iniquum foret, neq; ſecundum tab.tanquam ſcriptum hæredem petere poſſe,neque contra tab.quandiu præteritus nõ naſcitur.Non ultimum denique,quia ipſa met gl. reſpondet,nimirum ibidem eſſe, ex quo emptor erat capax, cui per ſeruum acquiri potuit, & per emptorem uenditori, quanquam capax ipſe non ſit.

ſit.d.§.regula.& venditori dixi, quia emptor acquiſita ſibi per ſeruum reſtituit.quod & in inductione.d.§.fi.declaratum fuit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quando eſt eadem ratio in ſe & in alio,qui non poteſt per ſe,non poteſt etiam per alium.quodque eadem ratio eſt quando quis prohibetur ſuo delicto vel quaſi.d.l.quæritur.ff. de bon.lib.Bal.pulchrè in l.humanitatis. col. ii. C.de impub.& ali.ſubſti.

Et quod ſi caſu prohibitus ſit capere qs, (tex. enim hic, loquitur de prohibitione legis) poterit nihilominus per interpoſitam perſonam, eſtquè argumentum in mente capto, qui teſtari nō poteſt pariter, & tamen poteſt ei exemplariter ſubſtitui.d.l.humanitatis,& ibi idem Bal.not. in præalleg.ii.col.& in pupillo à ſimili in viij.

Et quod fœmina quæ non poteſt eſſe argentaria.l.fœminæ. ff. de eden. non poterit etiam per ſeruum officium illud exercere.d.§.regula. & licet ſeruus poſsit.l. prætor ait.§.ſed & ſi ſeruus.ff. eo.poteſt tamen ſi dominus habilis ſit,ex quo impugnatur intellectus gloſſ. poſite in l. j. ad illum tex.C.de eden.vbi dixi ſatis in j.ij.iij.& iiij. lect.

Et quod defectus perſonæ ſerui ſuppletur ex perſona domini,ſiq; dominus erit incapax erit & ſeruus pariter,ſi capax autem, erit & ipſe quoq;. niſi officium ſit mere perſonale,quoniam tunc vicium perſonæ,interuentu domini non purgatur. l.qui hæredi.ff.de cond.& demon.Por.in §. poſſunt autem.col.j.inſti.de teſta.

Et quod deniq; aduerbium neque,poſitum inter duas orationes,negat vtranq;.l.quanquam.§. fi.ff.de ritu nup.Bal.in l.fin.ad fi.ff.eo.ſenſuſque clarus eſt hic neq; inſtitutos per ſe, neq; per ſeruos proprios ſibi hæreditatem quærere poſſe ratione ſupra dicta. & quia dixi etiam alibi ſatis & maximè in l.iuris ignorantiam. ſupra qui admi.ad bo.po.poſſunt.tranſeo. Finis.

Impp. Theod. & Valentin. AA.
Hierio. P. P.

EXTRANEVM ETIAM PEnitus ignotum hæredē quis inſtituere poteſt. D. xj. kal. Mart. Conſtantinop. Felice & Tauro, Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod inſtitutio non ualeat, primū quia vt plurimum fit erga bene meritos & ratione ſanguinis, argumentum in l.nec adiecit.ff.pro ſo.& in l. procula.ff.de prob. hæc autem non cadunt in extraneū penitus ignotum ergo.Demum quia legatum factum perſonę incertæ etiam in ſimili,non valet.§.incertis.inſt. de leg.ergo multo minus inſtitutio quæ eſt maius quiddam.Et videtur ad idem caſus clarus in l. id quod pauperibus.C.de epi. & cle.è à ſimili rurſum,quia ſic videmus teſtes in præſentia contrahentium eſſe debere, atque etiam cognoſci. §. ſi verò ignoti.in authen. de teſti. imò quod generale eſt voluntatem noſtram ad incognita non referri.quodque inuiſa cognoſcere poſſumus,incognita nequaquam.l.non eſt ferendus. ff. de tranſac.& hinc Philoſophus quod homines non decipiuntur,niſi in eo quod neſciunt,aut in eo cuius cognitio non eſt valde manifeſta.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nihil tam congruum videtur quodq; magis hominibus debeatur, quam quod liber ſit ſtilus vniuſcuiuſque diſponendi de rebus ſuis,eaſque conferendi in quencunque voluerit. l.j.C.de ſacroſan.eccle.l.nō vſque adeò,ff.ſi quis à pa.fue.ma.etiam penitus ignotum.l.in re mandata.C.man.§.diſponat.in auth.de nupt. Siq; licet abutendo.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff. de peti. hære. quanto magis hæredem inſtituendo. l. j. ff. de teſta.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,non primum, quia nō eſt generaliter verum maximè in hæredis inſtitutione, ex quo loquitur d.l nec adiecit.in legato,& donatione, & nō ſimpliciter ſed dubitatiuè appoſitione dictionis forte.& ita quod habetur etiam in d.l.Procula.vel dicamus ut not.in §.fi.inſti.de hære.inſti. quod affectio poteſt haberi etiam in eum qui teſtatori penitus eſt ignotus. iuxta illud uirtus huiuſmodi eſt vt eos etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus,quod pro ratione decidendi ponit Por.in loco præalleg.col.ii. & malè vt ſupra, & quoniam ex his potius eſt reſponſio ad rationem dubitandi.Sed primo modo melius,vt infra. Non ob.igitur ſecundum, quia antecedens verū eſt,& conſequens, ſed concluſio falſa, quandoquidem perſona incerta dici non poſsit. Vel dicamus id verum fore quando incertitudo omnimoda eſt, & extraneus (quanquam incognitus) non omnino incertus eſt,ergo. & eſt argumentū in l.cum incertus.ff.de leg.j.l.ſubſignatum. §. fi. ff.de ver.ſig. Non tertium,quod probat per locum à ſpeciali,valere relictum pauperibus factū vtpotè perſonis incertis pietatis intuitu, ergo nō regulariter d.§.incertis.inſti. de lega. quia eodē modo tollitur,ſi omnimoda incertitudo ſit,quod non eſt in extraneo etiam penitus ignoto,ex quo non eſt omnino incertus,ergo.Non vltimum denique,in teſtibus haud negandum, dum veritatē corrumpere feſtinant(ut ibi dicitur)ergo nō alia ratione in vltimis voluntatibus & hæredis inſtitutione, nec probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe,nec ex diuerſis illatio quæ bona ſit,fieri poteſt.l.nō hoc.C.vnde legi.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quanquam deportati tanquā peregrini hæreditatem non capiant,ſeu teſtamenti factionem paſsiuam non habeant.l.j.ſupra eo. not.

not. in §. legari. inſti. de lega. habent tamen peregrini vt hic, & ut pulchrè declarat Bald. in d. l. i. in princip.

Et quod in inſtitutione non requiritur quod præcedant merita, ex quo extraneus penitus igno tus, poteſt hæres inſtitui, vt hic. & declarat etiam Guid. Papæ conſ. xciiij. col. vlti.

Et quod coniunctio etiam eſt implicatiua rei, de qua ſit maior vel ſaltim par dubitatio. l. ij. l. et. l. in his. l. ſi. C. ſi tuto. vel cura. int. l. illa verba. §. ſpurij. l. item dicimus. ff. de verb. ſig. Alex. ex his & ſignanter quoq; per iſtum tex. conſ. cxvj. col. iiij. uol. ii. ſenſuſq; eſt hic non ſolum extraneum in quo dubitatio eſſe uidebatur, uerum etiā ignotum penitus inſtitui poſſe, quod maiorem dubitationem habere uidebatur.

Et quod aduerbium penitus, præciſè ſignificationis eſt aliàs. l. j. C. de gladiato. lib. xj. Archid. in c. j. de ſup. neg. prælato. in vj. plenè Alex. conſ. x. col. iiij. uol. ii. & conſ. xiij. col. iij. eo. lib. hicq; exponitur, penitus ignotum, id eſt totaliter, nulloq; modo cognitum. d. c. j. de ſup. neg. prælato. in vj. c. ordinarij. de offi. ordi. Gozad. Bononien. conſ. lxxj. nu. 4.

Et quod denique uerbum poteſt in lege poſitum affirmatiuè ut hic neceſſitatem non importat, quia ſi quis extraneum ignotum penitus nolit inſtituere non compelletur, argumentum in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. iij. & ad propoſitum quod neceſſitatem nō importet regulariter not. in l. Gallus. in prin. in glo. poſſe. ff. de lib. & poſthu. Finis.

Imp. Leo A. Erythrio P. P.

HAEREDITATIS, VEL LEgati, ſeu fideicommiſſi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad ius inclytæ vrbis, uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenire poſſunt. D. v. kal. Mart. Martiano & Zenone Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quod ciuitas capax non poſſit, quia inſtitutio uidebatur incerta, quo caſu ualere non debet, neque legatum ſeu fideicommiſſum, aut quicquam aliud. §. incertis. inſtitu. de lega. argumentum in l. collegium. ſupra eo. & in l. mortuo. ff. de fideiuſſo. & in c. Romana. in §. in uniuerſitatem. de ſen. excō. in vj.

Contrarium tamen hic deciditur. & ratio deciſionis eſt, quia actus actiuorum operantur in patiente benè diſpoſito. c. uenerabilem. de ele. Bal. in l. j. col. ix. de conſe. Alex. conſ. cxxxiiij. col. vij. uol. iiij. ſed patiens hic diſpoſitum eſt, & ciuitas capax. l. omnibus. ff. ad Treb. l. ſi hæres. §. uicis. l. ciuitatibus. ff. de leg. j. (alleg. hic in glo.) ergo & inſtitutio valebit, legatum, fideicommiſſum, & quodcunque relictum ſibi factum fuiſſet.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia non eſt uerum, ex quo perinde eſt ac ſi adminiſtratores inſtituti fuiſſent, eiſq; legatum ſeu fideicommiſſum relictum ut not. in ſimili in l. ciuitas. ff. ſi cer. pe. ciuitatem ipſam repreſentantibus, quæ fictum corpus alias eſt & repreſentatum ut in d. l. mortuo quoque. ob hoc ſublata manebit pariter, vel & aliter ut infra. Non etiam ob. quod dicitur in d. §. in uniuerſitatem, quod uniuerſitas excommunicari non poteſt. quia illud eſt ex quo excommunicatio reſpicit animam & uniuerſitas ipſa inanimata eſt, ſed interdicitur tamen, ſingulis perſonis excommunicatis, ut ibi not. & in c. ij. de offi. del. in vj & in c. præterea de conceſ. preb. Abb. in praxi col. xiiij. uer. ſi uerò. Iura autem nil aliud conſiderant quàm effectū, impoſita rebus & non uerbis. l. ii. C. communia de lega. ergo.

Prætereaq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod Roma urbs inclyta dicta eſt, id eſt magni nominis, & vrbs per antonomaſiā, diuinarum humanarumq; rerum gloria omnium præcellens, aliarum parens, orbis & Italiæ caput. iuxta illud.

Roma caput mundi tenet orbis fræna rotundi. Arx fidei. quàm fundauit Romulus, liberauit Brutus, & inſtaurauit denique etiam Camillus. fortitudinis nomen apud Græcos, apud Hebræos ſublimitatis. Inſuper legum patria eſt, ſacerdotij fons, & ſummi Pontificatus apicem habens, vt in quit Iaco. de Belui. in auth. ut eccle. Ro. in prin. col. ii. per illum tex. Carmen.

Et quod annonæ ciuiles (licet non declaretur hic) erant panes de publico ciuibus conſtituti, alimentorum loco. l. fi. §. præterea. C. de iur. dot. l. ii. C. de peti. bo. ſub. lib. x. l. hac edictali §. his illud. C. de ſecun. nup. l. i. C. de frumen. urb. Conſtantinop. lib. x. l. iubemus nulli. C. de ſacroſanc. eccle. l. ii. C. de anno. ciui. dixi ego in l. ſciendum in ii. lect. in fi. additio. iii. ff. qui ſatiſ. cog.

Et quod relictum ciuitati, relictum uidetur ciuibus, ſeu populo, qui demonſtrari non poteſt, vt not. in l ciuibus. ff. de reb. dub. & in rub. ad Treb. C. & aliter etiam ut dictum eſt ſupra.

Et quod ciuitaribus relinqui poteſt, ad ornatum, ad honorem, & ad diuiſionem ſingulorū ciuium, exemplificando ut in l. ciuitatibus. (allega. etiam ſupra) ff. de leg. i. dictumq; mirum eſt (ut ibi ſubiicit Iuriſconſul.) quod ad honorem ciuitatis pertinere dicetur, ſeu pertinet, ſi pueris puellisúe, & ſenioribus aliquid relinquatur.

Et quod denique legatum factum adminiſtratoribus ciuitatis, uniuerſitati debetur, non ſingulis. l. annua. §. attitia. ff. de annu. lega. capitulo requiſiſti. de teſtamen. not. in dicta l. ciuibus. ex quo infertur donata oratoribus à principe ſub commemoratione ciuitatis ſeu reip. eidem acquiri, non oratoribus, aliàs autem ipſis. l. diuus. ff. de bon.

de bon. damna. ſi ſimpliciter donatio facta ſit. & ut fuſius legitur in præallega. iuribus, & præci puè in d. l. ciuibus. Finis.

De impuberum & aliis ſubſtitutionibus.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Frontiniæ.

HAEREDITATEM QUIdem inteſtati filij delatā tibi dubitari non oportet. Subſtitutio enim teſtamento patris facta ad pubertatis tempora porrigi non poteſt: quia ipſo & aliis, non eiuſdem cō ditionis hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis: propter eorum perſonam, quibus in vnum caſum duntaxat ſubſtitui poteſt, etiam in filio idem ſeruari debere, & ratio ſuadet, & diuus Marcus pater cōſtituit. PP. vj. kal. Aug. Chilone & Libone Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod mater excludatur à ſubſtituto, ſi moriatur impubes inſtitutus, in pupillari ætate. Ex quo breuiloqua directa, duas etiam directas ſubſtitutiones continet, vulgarem ſcilicet & pupillarem, l. iam hoc iure. ff. de nulg. & pupil. ſubſt. & not. in l. precibus. infra eod. & in l. i. & in l. Lucius. ff. eod & nimirum quia ſic à teſtatore prædilectus videtur, & nimirum ſi matrem excludit argumentū in l. Publius. ff. de cond. & demon.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, qui a ſubſtitutio facta erat perſonis imparibus uſq; adeò ut unam tantum uulgarem cō tineat, que omnibus conueniat ut hic formaliter legitur. & æqualitas ſeruetur, ut etiam dicitur in l. in teſtamento. ſupra de milita teſta. & ideò cum nulgaris expirauerit per aditionem hæreditatis. l. poſt aditam. infra eo. nec pupillarem contineat gratia inæqualitatis uitádæ, neceſſariò mater admittetur cohærede excluſo penitus.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia verum eſt quando duobus impuberibuſ, facta fuiſſet, ſed hic extraneo & impuberi facta fuit, ergo unam tantum, uulgarem ſcilicet cō tinebit, ut pulchrè exemplificat & declarat Iuriſconſul. in d l. iam hoc iure. & in locis præallega. fuſius not. Non ſecundum, quia hoc caſu non eſt uerum, à partibus ſufficienter enumeratis ut ſupra.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè ad uulgatum illud, quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet illa pariformiter determinare, deducendo ut ſupra & ut hic per Docto. & latius in d. l. iam hoc iure. & ſignanter quod reciproca facta in una oratione interpretetur facta in eum caſum quo poſſit utrique ſubſtitui tradit pulchre Corn. conſil. cxlij. col. j. vol. iiij. magis in terminis Bertran. cō ſil. ccxlv. ad fi. uol. j. Deci. conſ. cccixj. col pe. uol. ii. & quanquā uerbo hoc vtamur reciproca & breuiloqua (ut ſupra) primo modo tamen loqui melius eſt, quia ſic etiam compendioſa breuiloqua poſſet appellari, de quo multa Iaſ. in d. l. in teſtamento. col. j. ſupra de milita. teſta.

Et quod non facilè mater debet priuari luctuoſa hæreditate filij ſui. l. fi. C. de inſtitu. & hinc eſt quod tacita pupillaris in expreſſa vulgari contenta, eam non excludit pariter ut ibi not. & in d. l. iam hoc iure & in d. l. precibus. Dec ubi ego etiá latè in c. in præſentia. col. xv. de proba.

Et quod afflictio non eſt addenda afflicto, uulga. l. diuus. ff. de offi. præſi. nec ab re luctuoſam hæreditatem filij dicit rurſum Imp. in d. l. fin. & eſt ſimile in l. unica. ad fin. C. de his qui ante ape. tab. & in d. l. precibus. & ibi Odof. col. iij. & inſtitu. ad Tertul. in fi. prin. & in l. qui duos. in §. cum in bello. ubi glo. ff. de reb. dub. Alex. in l. ex facto. col. xj. ff. de vulg. & pup. ſubſti.

Et quod à dubia ſubſtitutione magis coniuncti excludunt ſubſtitutum, ut ſignanter per tex. in d. l. fi. & in d. l. ſprecibus. & in d. l. Lucius. pulchrè inquit Bal. conſ. xl. col. ij. uol. iij.

Et quod denique non facilè ſuccumbit qui ratione & lege munitus eſt, ut mater hic, d. l. iam hoc iure. & eſt argumentum in c. i. de treug. & pace. Barto. in ſimili in l. re coniuncti. col. j. ff. de leg. iij. Odof. in l. unica. in §. hus ita. ad fi. C. de cad. tol. Finis.

Imp. Alexander A. Achillæ.

HAERES INSTITVTA MAtris teſtamento, ſi ſucceſsionem ex teſtamento omiſiſti & ab inteſtato bonorum poſſeſsionis ius habere voluiſti: ſubſtituto locum quin feceris, in dubium non venit. proinde ſi ſubſtitutus hæreditatem amplexus eſt, actionibus, quæ aduerſus matrem competebant, ipſum conuenire, non ſucceſsionem ab inteſtato potes vendicare. PP. xj. kal. Septēb. Maximo ij. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſubſtitutio cauſam inteſtati non excludat, quia inſtitutus omiſſa cauſa teſtamenti poteſt venire ab inteſtato,

teſtato,permiſsione legis.l.j.ff.ſi quis omi.cau.teſta.ergo filia etiam hoc caſu,veniens per vnde legitimi,erit exaudienda,& non à ſubſtituto excludenda,argumẽtum in l.Gracchus.C. ad leg. Iul. de adul.& in c.qui peccat.xxiii.q.iiii.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia quãdiu locus eſt ſucceſsioni ex teſtamento,nunquam admittitur ſucceſsio ab inteſtato.l.quandiu.ff.de acqui.hęr.l.quandiu. ſupra qui admi.idcircò filia prædicta(creditrix matris) imputanda eſt, quæ hęreditatem ſibi delatam repudiauit,argu.in regu.damnum.de reg.iur.in vj. ſuo enim(ut aiunt)gladio quodammodo ſe iugulauit,ea de re ſi uoluerit,a ſubſtituto poſtea, hæreditatem adeunte, creditum ſuum uendicabit, nec aliter admittetur.

Ad oppoſita reſpondetur vera eſſe,quãdo ſubſtitutum non habuiſſet,quo caſu intelligitur qđ habetur in d.l.i.& toto titu.ff.ſi quis omi.cau. teſta.ſed hic habuit,hęreditatem tacitè repudiauit, nec minus operatur tacitum quàm expreſſum. l. cum quid.ff.ſi cer.peta.maximè hic,ergo nihil ad propoſitum,& ita tenendum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod cauſa inteſtati eſt contraria cauſę teſtati,& quod una pręſupponit aliam ceſſare, quandoquidem repugnantes inuicem ſtare non poſsint.d.l.quandiu.ff.de acqui.hęr.l. antequam.C.cõia de ſuc.Alex.conſ.cxxi.col.ii.uol.i.

Et quod quemadmodũ hic ſubſtitutus admittitur,excluditq; matrem uolentem adire hęreditatem ab inteſtato,omiſſa cauſa teſtati,ita à ſimili filio hærede ſuſtituto,& adire uolente ab inteſtato pariter, præferretur pater ex teſtamento ut per Cy.in l.cũ non ſolũ.col.ij.C.de boniſq; libe.

Et quod hic uerificari poteſt regula illa trita, (notabilis tamen) quod potui nólui, quod uolui adimplere nequiui.l. multum intereſt. C. ſi quis alte.uel ſibi.potuit enim hic filia adire hęreditatem ex teſtamẽto,noluit,ab inteſtato uerò(quod uoluit)nequiuit,ex quo ſubſtitutus prælatus eſt. multa Ro.ad regu.conſ.ccccxlvj.col.ii.& quia dixi alibi ſatis tranſeo.

Et quod uia quam quis elegit ſibi patere debet ſuffragiumq; afferre,ſi afferre poſsit,aliàs imputandus eſt ſi elegerit malam ut hic & in l. ſi mulier. ad fin.ff. quod met.cau. idem Rom. conſil. ccccxxxiii. col. ij.

Et quod denique excluſus ab uno remedio,nõ propterea excluſus eſt ab alio, ſi maximè diuerſa reſpiciant nec unum ueniat in conſequentiam alterius,ut hic & in l.nec is qui.in §.fin. & ibi not. Alex.ff.de acqui.hære.& eſt argumentum in l. ſi domus.ff.de ſerui.urba.prędio.& magis in terminis Ang.in l.Modeſtinus.col. ii. ff. de ſol. ubi renunciatione vnius beneficii non intelligitur renuntiatum alteri.l.ſuum.l.puberẽ.C.de iur.deli. l.i.C.de ſuis & legi. Finis.

Imp. Alexander A. Firmiano.

QVAMVIS PLACVERIT ſubſtitutionem impuberi,qui in poteſtate teſtatoris fuerit, à parente factã ita. *Si hæres non erit*, porrigi ad eum caſum,quo poſtea, quam hæres extitit,impubes deceſſit,ſi modo non contrariam uoluntatem extitiſſe probetur:cum tamen propoſita ſit ſubſtitutionem factam eſſe. *Si mihi firmianus filius et Aelia uxor mea(quod abominor)hæredes non erunt. in locum eorum Publius firmianus hæres eſto:* manifeſtũ eſt, in eum caſum factam ſubſtitutionẽ, quo utriq; hæredum ſubſtitui potuit.PP.vj.kal. iul.Fuſco.ii. & Dextro Coſſ.

Vbi eſt regula ibi dubium eſſe non poteſt, inquit Bar.in l.quotiens.ff.ſi quis cau.ut hic, tamẽ quia potentes dubitare facile ſoluunt, nec ulla lex eſt quæ dubitationẽ(quo ad nos)non habeat. l.quod Labeo.ff.de carb.edi.c. cũ in iure peritus. de offi.dele.Bal.in l. ſi tutores. C. de compenſa. Barto.in l.vbicunque.col.vii.ff. de interro. act.

Pro ratione dubitandi adduci põt, quod ſubſtitutus admittatur mortuo pupillo in pupillari ætate Aelia matre excluſa, quia in expreſſa uulgari regulariter cõtinetur tacita pupillaris. l.iã hoc iure.ff.de uulg.& pu.ſub.uo.in l.ꝓcibus infra eo.

Contrarium tamen hic deciditur; & ratio deciſionis eſt,quia uoluiſſe uidetur teſtator uulgarem in utriuſq; perſone tãtum locum habere,ratione æqualitatis ſeruandæ. nanque uxori pupillariter ſubſtitui non poterat, ſed uulgariter tantum,ut dixi,ea de re.non mirum eſt ſi mater admittitur & non ſubſtitutus. & hic uirtualiter continetur quod in l.hæreditatem.ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quia id uerum eſt regulariter, ſed non hoc caſu quando ſubſtitutio facta eſt perſonis imparibus, ut etiam dicitur in d.l.iam hoc iure,latè Docto.hic & dictum fuit quoq; in prælleg.l.hæreditatem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia, dẽt illa pariformiter determinare.d.l.iã hoc iure.inducendo ut ſupra,& ut in d.l.hæreditatem.nouiſsimè Corn.conſ. xxxv. col.i.uol.ii.& conſ.clxx.col.pe.eo.lib. & in ſimili per iſtam regulam Deci. conſ. ccclxj. col. penul. uol. i.

Et quod totum facit uoluntas teſtatoris.à qua recedere non licet. l. in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demon.§. diſponat. in authen.de nup.l.non aliter.ff.de lega. iii. nimirum igitur hic ſi uulgaris expreſſa tacitam pupillarem

haud contineat, quia contrarium conſtat teſtatorem uoluiſſe.

Et quod uerba ſunt ſigna earũ quæ ſunt in anima paſsionum notæ.l.Labeo.§.idem Tubero.ff. de ſup.lega.vſque adeò ut deſeruiant intentioni, non è contra, intentio uerbis.c.intelligentia.de uerbo.ſigni.l.ſcire leges.ff.de legi.ea de re, facta ſubſtitutione uerbis de quibus hic facta videt̃ in eum caſum, qui utrique hæredum conueniat.d.l. iam hoc iure.

Et quod defuncti intereſt habere ſucceſſores. l.& quia.ff.de inter.actio.qua de re etiam ſucceſſorium edictum introductum eſt ut inquit Bal. ſupra de ſuc.edic.in prin.& maximè ex teſtamẽto.l.fi.& ibi idem Bal.not.C.de neceſſa.ſer.hære. inſti.& iſtud innuũt verba illa, quod abominor. Et hac ratione etiam ſubſtitutio pupillaris fauorabilis eſt, quia per eam ſucceditur pupillo, fieriq́ue poteſt filio exhæredato, fideicommiſſaria non, quia per eam ſucceditur teſtatori.l. cohęredi.§.cum filiæ.ff.de uulga.& pupil.ſubſti.Bal.in l.j.col.ij.ff.eo.

Et quod deniq; teſtator ſemper uoluiſſe uidetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, quæ eſt, quando ſubſtitutio eſt facta perſonis imparibus, ut ſemper ita & taliter facta uideatur quod utriq; conueniat.l.hæredes mei.§. cum ita, ff.de uulga.& pupil.ſubſti. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
A A. Hadrianæ.

POST ADITAM HAEREDItatem directę ſubſtitutiones non impuberibus filiis factæ expirare ſolent.PP.x.kalen.Iun. ipſis. iv.& iii, AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſubſtitutio non expiret, imò quod euaneſcat niſi hæreditas adeatur, caſus eſt in l.proxima.ſupra eo.& in l.ii.in §.quiſquis.ff.de uulg.& pupil.ſubſti.& ad idem clarior in §.ſi uerò.in auth. de hæ. & fal. & in auth.hoc amplius. C. de fideicom. & in l. & ſi ſine.in §.ſed quod Papinianus.ff. de mino. & qa filius eſt ſuus & neceſſarius hęres.§. ſui. inſti. de hær. quali. & diffe. quæ exiſtentia uim aditionis habet, & tamen uulgaris non expirat, ſed locum habet ipſo ſe abſtinente ut in prææalleg.l. proxima.ſupra eodem.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſub conditione fit ſubſtitutio, ſi hæres non erit.l.j.ff.de uulg.& pupil.ſubſti.& ut proximè ſupra in l.præceden.Bar.in l.j.ff. de cõdi.& demon.adita hæreditate ſtatim deficit conditio, ergo & ſubſtitutio quoque expirabit, ut dicit etiam Pau.Caſt.conſ.clix.col.iij.uol. j. repugnat igitur ſubſtitutioni uulgari, quod quis ſit hæres perq́; aditionem hęreditatis (iterato dixerim) excludetur ſubſtitutus, & nouiſsimè tradit ex multis Alex.conſ.j.col.iiij.uol.j.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id locum habet in ſubſtitutione pupillari quę aditionem requirit, at nos in uulgari loquimur, ergo nihil ad propoſitum. Imò quod uulgaris etiam impuberi facta, expirat hęreditatę adita ut hic. Non ſecundum, quia ibi (ut etiam dicit glo. hic & Docto.) admittitur ſubſtitutus, non uirtute ſubſtitutionis, quę (ut dictum eſt) per adiectionem hęreditatis expirauerat, ſed ex ui & diſpoſitione legis potius, ut ibi etiam dicit glo.reſpondendo tacite obiectioni, & eſt exemplum, in hęrede non implente iudicium defuncti intra annum, qui omni lucro hęreditario priuatur, & ſubſtitutis primò defertur, poſtea aliis ibidem enumeratis.eſt uerum quod propter ſubſtitutionem quanquam (ut dixi) expirauerit, maior teſtatoris affectio colligitur.aliam etiã ſol. utrobique tradit glo. quod iſta lex per illa iura corrigatur, ſed prima melior, quoniam iurium correctio, uitanda eſt, ſi expreſſe aliàs facta non ſit.l. pręcipimus.C.de appel.l.ſancimus.C.de teſta. l, j.C.de inofficiõ.dot.l.fi.C.de indic.uid.tol. Nõ ob. tertium, quia adhuc reſpondet hic glo. & benè, quod cum ibi minor ratione ętatis, aduerſus aditionem fuerit reſtitutus in integrum & in priſtinum ſtatum repoſitus.l.quod ſi minor.§.reſtitutio. ff. de mino. non mirũ eſt etiam ſi ſubſtitutio remanſit.argumentum in l.ſi unus.in §. pactus.in uer.quod in ſpecie.ff.de pac.glo.in c.ſtatutum.in uerbo numerandum, de pręben.in vj. Non ultimum denique, quia exiſtentia ſui & neceſſarii hęredis non eſt tam efficax, quantum eſt aditio hęreditatis, poſtquam beneficium abſtinendi ei conceſſum eſt.§. ſed his permittit prętor.inſti.de hær.quali.& diffe.uel & aliter ut per glo.in l.Papinianus.in §.quarta. ff. de inoffi. teſta. & Saly. hic latius. dixiq́; ego ſatis aliàs in dicto §. quarta.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſubſtitutio uenit ex expreſſa uoluntate defuncti, quo fit ut mirũ non ſit, ſi poſt aditam hęreditatem ſubſtitutus non admittitur, quia deficiunt uerba ſubſtitutionis, uſque adeò vt conſequenter deficiat mens & uoluntas teſtatoris, ut not.hic & in rub.de uulga. & pupil. ſubſti, & ita ibi in ſpecie Seyſſel.col.ix.pulchrè.

Et quod ita ſubſtitutio uulgaris facta in legato, expirat per agnitionem primi legatarii, ut facta in hęreditate, ea adita, ut hic.l.ſi legata. & ibĩ per Doct.C. de lega. & nimirum quoniam legatarius quodãmodo hęres eſt.l.id tps.ff. de uſuca. argu.in l.i.in §.ſi hęres.ff.de hęredi.inſti.

Et quod ſubſtitutio uulgaris non dicitur cõtinere fideicõmiſſariã, nec quis grauatus per fideicommiſſum poſtquã effectus eſt hęres, ut not.in l.Centurio.(eſiq́; opi.communis) ff. de uulga. & pupil.ſubſti. nimirũ igitur ſi per aditionẽ hęreditatis expirat ut hic, & ita dicit etiam Soci. iuni. conſ.i.col.i.uol.iii.

Et quod

Et quod ſicuti vulgaris expirat per aditionem hæreditatis, vt hic, ita expirat à ſimili pupillaris per aduentum pubertatis. l. in pupillari. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. Bertran. cõſ. cccxxxiiij. nu. t. uol. j. & fideicommiſſaria quoque ſi deficiat conditio ſub qua facta eſt. l. vnica. §. ſin autem ſub cõditione. C. de cad. tol. l. qui hæredi. §. Plautius. vbi Bar. & alij. ff. de cond. & demon.

Et quod denique etiam vulgaris quæ in reciproca ſimplici continetur. d. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. l. Lucius. & ibi Bar. ff. eo. l. ij. ubi etiam idem Bar. ſupra eo. pari modo adita hæreditate expirare dicitur ut hic & per Alexan. plenè conſ. clxxviij. col. ij. vol. v. Finis.

ADDITIO.

Quod per aditionem hæreditatis expiret vulgaris ſubſtitutio, tradit etiam Paul. Caſt. conſil. ccclij. ad fi. uol. ij. & conſ. ccclxxxj. col. j. eod. lib. Corn. conſ. cxcix. nu. tt. uol. ij. & cõſ. cccxxj. col. ij. uol. iij. uerisſimaq; regula eſt, quanquam fallat in aliquibus caſibus ut ſupra; & ut not. in rub. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. prꝫalleg.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. & C C. Quintiano.

TESTAMENTO IVRE FActo, multis inſtitutis hæredibus, & ſubſtitutis inuicem, adeuntibus ſuam portionem cohęredum etiam inuitis repudiantium accreſcit portio. Sine die & Conſule.

Dubitandi rationem faciebat, quod ius accreſcendi inter iſtos locum non habeat, quia per dationem ſubſtituti prohiberi uidetur. l. unica. §. pro ſecundo. C. de cad. tol. l. pe. ff. de iniuſto rup. irritoq; teſta. Et quod inuitis etiam nõ accreſcat. uidetur caſus in l. cum hæreditate. ff. de acqui. hę.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ne contingat teſtatorẽ, pro parte teſtatũ & pro parte inteſtatũ decedere, quod à iure eſt penitus alienum. l. ius noſtrũ. ff. de reg. iu. l. unica §. his ita. C. de cad. tol. imò repugnantia quædã eſſe uideretur, quę ſimul ſtare non poteſt, ut in d. l. ius noſtrum. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iu. ubi ego etiam ad propoſitum multa.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id verum eſt, ſi extraneus ſubſtituatur, at hic, cohęredes inuicem ſubſtituti fuerunt, quorum ius teſtator non diminuere ſed augere potius uoluiſſe uidetur, igitur non mirum ſi in extraneo ipſum ius ac. ſuſtulit. d. l. pe. not. in l. re cõiuncti. ff. de leg. iij. hic verò non, ſed induxit potius. Non ſecundum. quia & ipſum quoque verum eſt, ſi ſuam portionem retinere noluerint, ergo aliàs ſecus, ratione ſupra dicta. Vel dicamus quod id locum habeat in iure accreſcendi ſimpliciter, ſubſtitutione non facta, ſed qñ facta eſt, ut hic, aliter dicẽdũ eſt. & ut per Bar. ac Doc. latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ius accreſcendi cadit propriè inter plures quibus hæreditas ſeu bono. poſ. delata ſit. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legi. imò (quãquam hic non dicatur) quod in uno eodemq; ſolo poterit etiam uerificari, de quo tamen in l. ſi totam. ff. de acqui. hære. & in l. j. in §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtituen.

Et quod oportet ut locũ habeat quod portio omiſſa ſit, vel expreſſa repudiatione vel temporis lapſu, vſque adeò vt poſt aditionem acquiſitionemq; factam aliàs locum non habeat. l. j. ff. de vſuf. ac. ad fi. l. qui patri. ff. de acqui. hære.

Et quod portio omiſſa, accreſcit portioni, & non perſonæ, prꝫalleg. l. ſi totã. l. ſi Titio. vbi not. tex. in materia. ff. de vſuf.

Et quod in bo. poſ. repudiata, etiam iuri accreſcendi locus eſſet, quanquam repudians poſſit venire de iure ciuili. l. licet. C. de iur. delibe. §. liberis. inſti. de bo. poſ.

Et quod deniq; non alia ratione inuito, ut dictum eſt, (adde) vel ignoranti, acquiritur ius accreſcendi, niſi ratione ſupra dicta. d. l. ius noſtrũ. Vel quia incõuenit in eadem hæreditate partem habere, partemúe repudiare. prꝫalleg. §. his ita. argumentũ in l. eum qui ædes. ff. de vſucap. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. & C C. Feliciano.

SI TESTAMENTO FACTO intra pupillarem ætatem & in ſua poteſtate conſtitutæ filiæ, ſi intra pubertatem deceſſerit, directis verbis pater ſubſtituit: hæredem te factum ex teſtamento poſt euẽtum conditionis, inteſtati ſucceſsionem excluſiſſe conſtitit. S. kalen. Ianuar. Sirmij A A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod venientes ab inteſtato admittantur, quia pupilli mentione facta demõſtratiuè, nõ ꝓpterea fit pupillaris ſubſtitutio, ſi inſeratur autem conditioni ſic, vt per Bal. in l. precibus. col. pe. infra eo. hic verò infertus non eſt, ſed pupillaris ætatis facta mentio demonſtratiuè, ergo venientes ab inteſtato excludi non dicuntur. Eoq; magis, quia pupilli ætas, huiuſmodi eſt, vt quid videat ignoret. l. j. C. de fal. mo. uſque adeò vt nec (cum ipſe teſtamentum nõ fecerit) excludantur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cauſa inteſtati regulariter à cauſa teſtati excluditur, & quãdiu iſti eſt locus, illa ſem per ceſſat, pupillaris igitur expreſſa venientes ab inteſtato excludet. l. quandiu. ff. de acquiren. hæredi. l. quandiu. ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur nera nõ eſſe, neque obſtare, non primum, quia contrarium tenet Alexan. ibi col. iiij. & in l. ij. col. viij. ff. co. & in l. Gallus, in §. j. col. ij. ff. de lib. & poſthu. et Deci. hie, et bene ſufficitq́; etiam ſi dicatur, Titio pupillo ſubſtituo. l. iij. §. hęc uerba. ff. de uulga. & pup. ſub. l. ſi ita ſcriptum. § qui lilio. ff. de bo. po. ſe. tab. et eſt argumentum in l. iij. C. de inſti. & in c. intelligentia, de uerb. ſig. & in l. ſcire leges. ff. de legi. Non ſecundum, quia eſto quod ipſe non fecerit, fecit tamen pater, ſubſtitutioq́; ipſa teſtamẽtum eſt pupilli. §. igitur. inſti. de pupil. ſubſti. ibi duo ſunt quodammodo teſtamenta. l. patris & filij. ff. de vulga. & pupil. ſubſti.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod expreſſa pupillaris matrem excludit, quia eſt de his qui ab inteſtato pupillo ſuccedunt & nimirum quia expreſſè etiam appareret de uoluntate teſtatoris uoluiſſe eam excludere & ſubſtitutum prædiligere argumentum in l. Publius. ff. de condi. & demon. not. in d. l. precibus. ubi Bar. & omnes.

Et quod quáquam uerba ſint ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. l. Labeo. §. idem tubero. ff. de ſup. leg. deſeruiunt tamen intentioni non intentio uerbis, præalle. c. intelligentia. de ver. ſi. d. l. ſcire leges. ff. de legi. c. Marchion. j. q. j.

Et quod de modo ſubſtituendi non eſt curandum, ſeu (vt dictum eſt) quibus uerbis ſubſtitutio fiat, dummodo effectum habeamus. l. iii. præalle. pariter. C. de inſti. l. Gallus. §. ſi eius. ad fin. ff. de libe. & poſthu.

Et quod ſubſtitutio pupillaris idcircò à patre fit, quia filium habet in poteſtate, vt hic probari uidetur, inq; verbis illis, & in ſua poteſtate conſtitutæ. ergo non à matre, quæ filios in poteſtate non habet. l. illud. §. ad teſtamẽta fœminarum. ff. de bo. poſ. con. tab. §. fœminæ. inſtit. de adop. l. ſi mater. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. not. in l. moribus. ff. eo. Bal. conſ. cxxix. col. j. vol. j.

Et quod deniq; ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, nec ab re tex. hic & in illis verbis. poſt euentum conditionis inteſtati ſucceſsionẽ exclu dit, hoc idẽ ĩnuere videt. negatiuaq́; eſt vulgaris, pupillaris verò affirmatiua. l. i. & ii. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. Bellame. deciſio. Dccl. col. ii. Bal. in l. qui habebat. ff. eo. Finis.

De neceſſariis, & ſeruis hæredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA. & CC. Felici.

SI TVTOR ANCILLAM tuam contubernio ſuo coniunxit, ac poſt hęredem inſtituit: neque dominium ex huiuſmodi facto tibi auferri potuit, & vt eius aditione iuſſu tuo tibi per hanc ſucceſsio quæratur, iure conceſſam habes facultatem. S. xvi. kalend. Ianuar. Sirmii. AA. Coſſ.

Dubitádi rationem faciebat, quod ancilla fœlicis, & hæres & libera, effici potuerit à tutore, ex quo eſt quaſi dominus bonorum pupilli. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro empto. dixi ego latè in l. bonorum. C. qui admi. & patet ex diffinitione tutelæ. l. i. ff. de tute. & inſti, eodem. in prin. ſed dominus ſeruum ſuum hæredem liberumque facit. l. quidam. infra eo. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ius noſtrum, non poteſt ſine facto noſtro à nobis inuitis auferri. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iu. l. fi. ff. de pac. ergo nec felici in caſu præſenti quanquã ancillam ſuam contubernio ſuo coniunxerit tutor, eamq́; inſtituerit. eſt verum (ſubdit tex.) additione hęreditatis facta ab ipſa ancilla, domini iuſſu, Felicis ſcilicet, ſucceſſionem ſibi quæri.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia quaſi dominus eſt, non dominus pręciſè, argumẽtum in l. id tempus. ff. de vſuca. & quaſi dominus rurſum, vt pupillo acquirat, ſuamq́; conditionem meliorem faciat, non deteriorem, vt alienet, eũq́; ſpoliet, & prout clarè legitur in d. §. qui tutelam. & in d. §. tutor. & not. in §. j. inſti. de tute.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod cum ancillis connubium eſſe non poteſt, ſed contubernium, ex quo non ingenui & liberi homines naſcuntur, ſed ſerui. l. ſerui. C. ad legem Iuliam de adulte. l. cum ancillis. & ibi not. in princip. C. de inceſt. nup. deq́; contubernio hic.

Et quod à ſimili ſi libertas ſeruo relinqueretur, ſi hæres eum alienaſſet, non valeret, & inutiliter relinqueretur, ex quo eo tempore foret alterius, nec ab eo inuito ius ſibi acquiſitum, auferri poſſet, caſus eſt in l. Stichus ſeruus. ff. de ma. teſtamen.

Et quod vna eademque res diuerſo iure cenſetur, diuerſis reſpectibus, (quod eſt notandum pro limitatione. l. eum qui ędes. ff. de vſucap.) nanq; hic inſtitutio non valet vt ſeruo alieno competat libertas, valet tamen vt ſucceſsio acquiratur domino. l. iii. ff. de hęredi. inſtituen. glo. in ſimili. in c. j. l vij. diſt. bonus tex. in l. Papinianus. in §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſta. & in l. certi iuris. C. qui teſta. fa. poſſ.

Et quod vtile per inutile vitiari non debet, vt in regul. vtile per inutile, de regulis iuris. in ſexto. l. certi condictio. §. primo. ff. ſi certum petatur. maximè in his quæ ſunt diuidua ut hic, & quando non procedit lex ultra totum annullando, vt inquit Bald. in c. literis. nume. 9.

de fide

de fide inſtru. licet ergo inſtitutione alieni ſerui ſeu ancillæ libertas inde nulla ſit quæ ſibi conferatur attamen (vt dictum eſt) inſtitutio ipſa domino utilis eſt. & eſt argumētum in l. pactum quod dotali. C. de pact. ubi matrimonium valet, & tamen pactum de quo ibi uitiatur, nbi ego latè, & alibi etiam ſatis dixi.

Et quod denique iuſſu domini ſeruus hæreditatem adit vt filius. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hære. & ut hic etiam dicitur, ne tāto oneri ſeu æri alieno, inuitus obligetur. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hæ. no. latè in l. j. ſupra qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. Finis.

De liberis præteritis vel exhæredatis.

Imp. Iuſtinianus. A. Ioanni. P.P.

SI QVIS FILIVM PROprium ita exhæredauerit. *Ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ fiat*: talis filius ex huiuſmodi verborum cōceptione non præteritus, ſed exheredatus intelligatur. cum enim manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris: verborum interpretatio nunquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat. D. x. kal. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. vv. CC.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius hic intelligatur præteritus, ex quo debet inſtitui aut nominatim exhæredari. l. inter cætera. ff. de libe. & poſthu. & inſtitu. de exhæreda. lib. in prin. hoc idem factum non eſt, ergo. & probatur etiam in l. pe. infra de fideicom. imò quod nec ex alio teſtamentum valet quia ſcilicet hęredis inſtitutionem non habet. l. j. §. ſin autem. ff. de hęre. inſti. §. ante hæredis. inſti. de lega. l. proximè. ff. de his quæ in teſta. del.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum manifeſtè appareat de mente & de voluntate teſtatoris, uerborum interpretatio attendi debet, maximè quia deſeruiunt intentioni non autem intentio uerbis. c. intelligentia. de uerbo. ſignifica. c. Marchion. j. q. j. l. ſcire leges. ff. de legi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere parumq́ue obſtare, non primum, quia ex uerbis apparet (quicquid dicatur) teſtatorē omnino uoluiſſe filium ab hæreditate ſua fore alienū, quo fit ut cenſeatur quoque exhæredatus, perinde ac ſi nominatim quidem dictū factumq́; fuiſſet, argu. in l. fi. in §. fi. ff. man. & in l. iij. C. de inſti. & in l. ii. ff. de lib. & poſthu. ergo non præteritus. §. eadem. inſti. de hæ. quæ ab inte. def. Non ſecūdum, quia tex. ſupplendus eſt quòd alius fuerit hæres inſtitutus, ut hic per glo. & Docto. eſtq́; argu. in l. oratio. ff. de ſpon. & in l. j. ubi not. ff. de teſta.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod in non deſiderantibus certam formam, non refert quid ex æquipollentibus fieri ſecundum Bal. in l. ſi cum dotem. in fi. prin. ff. ſol. mat. & in l. conuenticulam. col. iij. C. de epi. & cle. uſq; adeò ut idē ſit ſi dicatur filius meus à ſubſtantia mea fiat alienus, uel exhęres eſto, quoniā utroq; modo dicetur omnino exhæredatus.

Et quod hoc caſu, cū de effectu cogitatum ſit, non de modo, ſufficit qualitercunque ad id perueniamus. dicta l. iij. C. de inſti. Bal. in dicta l. ſi cum dotem.

Et quod (ferè ad idem) magis finem quàm modum perueniendi ad finem conſiderare debemus l. actor. ff. de neg. geſt. l. ordo. ff. de pub. iud. l. ſi is qui nauem. ff. de fur. idem Bal. in l. fi. col. j. C. ex quib. cau. maio.

Et quod caſus omiſſus habetur pro expreſſo, quando huic ſimilis eſt, ut in pulchra q. inquit Ancha. conſ. cccl. col. ij. l. fideicomiſſa. §. ſi cui. ff. de leg. iij.

Et quod denique à ſenſu & mente teſtatoris haud eſt recedēdum, ut uerborum proprietas ſeruetur, quandoquidē à mente depēdeant, non menſa uerbis. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. d. c. intelligentia. de uerb. ſig. unde Pau. Apoſt. j. ad Corinth. iij. litera occidit ſpiritus autem uiuificat. & hinc eſt quod ſenſum quoque non uana nominum uocabula amplecti debemus, vt faciunt Iudæi, qui nō recedunt à verbis, ut not. in l. damni. in §. ſi is qui uicinas ædes. ad fi. ff. de dam. infec. & in l. non dubium. C. de legi. l. ij. ad fi. C. de conſti. pecu. Finis.

De poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. & C C. Soterico.

VXORIS ABORTV TEſtamentum mariti nō ſolui: poſthumo verò præterito, quanuis natus illico deceſſerit non reſtitui ruptum, iuris euidentiſſimi eſt. S. xij. kal. Mart. Sirmij. Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, poſthumo præterito, ſi natus illico moriatur, quod nihilominus teſtamentum ruptum reſtituatur ex quo uidetur caſus clarus in lege poſthumus. ff. de iniuſt.

iniuſt. rup. irritoq́; teſta.not. in l. poſthumo.C. de bo.po.con.tab.Et ad idem quoq; facit tex. in l.filio.ff.eo.ti.de iniuſt.rup.irritoq́; teſta.allega. etiam in glo.

Contrariũ tamen hic deciditur,et ratio deciſionis eſt (de abortu enim non eſt dubitandum, teſtamentum non ſolui ut dicit text.quia cũ non eſſet pfectè filius & hõ, nec haberet pro nato ut not.in §.poſthumi.inſti.de exhære.lib.nõ potuit rumpere teſtamentum .l.ſi.ff. de colla.bo.) quia extinctum non reuiuiſcit etiam quod momento uixerit filius,ĩpoſsibilisq́; eſt regreſſus (vt inqit Philoſophus) à priuatione ad habitum.l.qui res. §.aream.ff.de ſol.l.homo liber.ff. de ſta.ho. Archid.in.c.j.de ſumma Trini.& fi.cath.in.vj.Bal. in aureo alphab. ſuo.ſpiritus ad fi.nu.6.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quia (ut adhuc glo.reſpondet & doc.ueriſsimũq́; eſt) poſthumus ibi mortuus erat uiuente teſtatore,quo fit cum teſtamentum ex toto extinctum non fuiſſet, ex quo poteſtas teſtandi durabat,ut mirũ nõ ſit ſi de æquitate prætoria recõualeſcit,(quod tex met ibi innuere uidetur) hic autem teſtator erat mortuus, nec cauſa efficiens ſupererat, quę poſſet actum reparare igitur non ab re eſt ſi etiam hic reſtitui teſtamentum iam ruptum non poteſt . ex quo ſecundum quoque tollitur (ut rurſum glo.hic dicebat) & ipſius Iuriſconſul.fuit ſol.ut ſupra, inque illis uerbis.licet ſubtilitas iuris refragari uideatur,attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur.& omnino caſus diuerſus eſt,quoniam tex. iſte loquitur in poſthumo ille uerò in iam nato.& ex diuerſis non fit illatio quæ bona ſit.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter .§. nihil commune.ff.de acquir.poſ.& latius ut per glo. adhuc utrobique,& Doct.& dicam etiam ſtatim.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi filius præteritus approbet teſtamentum, reconualeſcit, ſi autem moriatur in ea ętate in qua ipſum approbare non poſsit tacitè vel expreſſè.non,ut hic,& fuſius Bal.in d.l. filio præterito.col.iiij.

Et quod abortus eſt,quando mortuum pepererit mulier,tamen abortus & aborſus (licet non declaretur) differũt,duoq; ſunt ualde diuerſa (quicquid hic dicatur) nanq; aborſus eſt in primis mẽſibus,quando mulier concipit, abortus autem tẽpore pariendi cum moritur quod naſcitur & de quo aliàs Cic. in ora.pro A.Cluen.& abortus rurſum grauidæ mulieris, quaſi non tempeſtiuè ortus,ut inquit Sext.

Et quod quanquã ſecũdũ Phyſicos natus octauo menſe,uiuere non poſsit, ſufficit tamẽ momẽto uixiſſe ut inquit Bal.conſ.cxxviij.ad fi.uol.i.& conſ.cxiii.ad fi.uol.v.& propterea fortè text. hic reſtituendus eſſet,uxoris aborſu dici debere,mariti teſtamentum ſolui non poſſe, non autem abortu . Cogita.

Et adde aliàs, quod Græci ἔκτρωμα abortiuũ uocant,conceptum verò abigi Tranquil.ait,abortare filios Iulius firmicus, aboririq́; fœtus Gellius in noctib.attic.& quod ſufficiat partum uiuum in orbem ueniſſe,dato quod ſtatim deceſſerit tradit etiam Corn.conſ.clxxvj. col.iii. uol. ii. de quibus tamen aliàs multa Soci.in l.cum anus. col.lxxi.ff.de cond.& demon. & Bertran.conſil. ccxvii.nu.v.uol.i.& Boer.deciſ.ccxx.par.ii.

Et quod in adverſatiua uerò, quæ aduerſatur præcedentibus.l.hoc amplius.§. de his autem. ff. de dam.infec.intelligitur ſemper præcedentium repetita qualitas,l.Seiæ.§.Caio.ff. de fun. inſtru. plenè Alex.conſ.ccxlix.col.ii.uol.vi.ſenſuſq́; eſt hic,aborſu teſtamentum non ſolui,poſthumi verò natiuitate ſic, uſque adeò ut nec reconualeſcat ruptum,quamuis natus illico deceſſerit.

Et quod denique momenti,tametſi ſit principium temporis aliàs ut numeri unitas,& magnitudinis punctus, ac reliquarum uocum indiuiduum,aliquando tamen cõſideratio habenda eſt, ut hic ubi poſthumus præteritus rumpit teſtamẽtum:nec reconualeſcit licet natus, momenti uiuat & moriatur illico.& in l.in numerationibus. ff.de ſol. pulchrè Bal.in c.i.in §. quin etiam epiſ. uel abba.in uſib.Iaſ.in l.inter ſtipulantem. in §. ſacram.col.viii.ff.de uerb.obli.ubi ſi filio ſubſtituat quis Titium,ſi ſine filiis filius prędictus moriatur,euaneſcit ſubſtitutio, ſi tempore mortis filium habeat, quamuis etiam momento temporis uixerit. Finis.

De iure deliberandi, & adeunda, vel acquirenda hæreditate.

Imp. Alexander A. Florentino militi.

CVM DEBITVM PATERnum te exoluiſſe allegas: pro portione hæreditaria agnouiſſe te hęreditatem defuncti non ambigitur. PP. vj. id. Februa. Maximo ij. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod filius nõ præſumatur ſoluere ut hęres ex quo potuit id etiã facere citra ius & nomen hæredis, & ſic nomine alieno.l.ſolutionem.ff.de ſolu. l. ſoluendo. ff. de neg.geſt.& maximè quia dicit alibi text.in l.pro hęrede,ff.de acquiren.hære.quod ſi quis quaſi nõ hęres aliquid facit, ſed quaſi alio iure dominus, apparet non uideri pro hęrede geſsiſſe.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia debitum paternum erat, quo caſu eo animo adiuiſſe hęreditatem, & ut hęres ſoluiſſe pręſumitur.d.l.pro hęrede. in prin. actuſq́; eſt qui citra ius & nomen hęredis communiter fieri non poteſt ut ibidem & in l. gerit. ff. eod. & quia

quia certum eſt quando ſoluit quod ſoluere magis uidetur quod debet, quàm nomine alieno. l. & magis. ff. de ſol. & quia immixtio idem quod aditio operatur in filio, propter dominij continuationem. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare. nō primum, quia uerum eſt, ſed in dubio non præſumitur, maximè (ut diximus) quando debitum paternum eſt. Non ſecundum, quia ibi contrarium erat proteſtatus, ut hic per Docto. proteſtatio autem declarat animum proteſtantis. l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. ergo vel & aliter, quod ibi dixerat, aliquid facere cuſtodis, vel pietatis cauſa, vel pro ſuo, uſque adeò ut non uideatur tunc pro hærede geſsiſſe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod quemadmodum ſoluens debita hęreditaria cēſetur adire ut hic. pulchrè Imol. conſ. viij. ad fin. pari modo exigens credita, ex quo neutrum prædictorum fieri poteſt citra ius & nomen hęredis. d. l. pro hærede. & ut ſupra nouiſsimè adde Pau. Caſt. cōſ. ccccxlviij. col. ii. uol. ij. & Bal. in d. l. pro hærede. in §. j. col. j.

Et quod actus ſolutionis non ſolet fieri pro alio, ut etiam dicit Corn. conſ. cclxxij. nu. 18. vol. j. & conſ. xxix. col. iii. uol. iiij.

Et quod veriſimiliter fit ab eo qui hæres eſſe uult, & quod ſolutio facta eſſe uidetur animo uolendi hęreditatem, & ut ſe à debito liberaret. d. l. pro hærede, & l. gerit, & l. potuit. ff. de acqui. hæ. idem Corn. conſ. cxcix. col. iij. uol. iij.

Et quod ſi res hæreditariæ venditæ fuerint, tēpore non perituræ, iuraq; & actiones conceſſæ in dictis rebus uenditis, quæ concedi non poterant niſi adita hæreditate, uendens cenſebitur adiuiſſe, talemq; animum habuiſſe, ut adhuc Corn. declarat in conſ. præalleg. nu. 7.

Et quod deniq; ſi quis faciat impenſas funerarias quæ incumbunt hæredi, cenſebitur adiuiſſe pariter, ut per plura nititur demonſtrare idem Corn. conſ. cccx. col. eo. lib. & eſt probatio præſumptiua quę ſolet plerumque colligi ex communiter accidentibus, ut dicit rurſum conſ. xxix. nu. 8. uol. iiij. Finis.

Imp. Decius A. Athenaidi.

FILIOFAMILIAS DELAta hæreditate, ſi pater pro hęrede voluntate filij geſsit, ſolemnitati iuris ſatisfactum videri, ſępè reſcriptum eſt. PP. x. kal. Mart. Decio A. & Grato Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pater non adeat etiam quod filius conſentiat quodq; ſolēniter adita hæreditas non dicatur, ex quo aditio regulariter ab hærede fieri debet, & non per alium. l. Paulus. aliàs per procuratorem. ff. de acquis. hæredi. & dato quod adeat uideretur dicendum adire poſſe ēt ſine uolūtate filij, quia quicquid acquirit acquirit patri. l. placet. ff. eo. nec ipſe adit niſi iubente patre. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum pater ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij. l. i. C. de bon. mat. æquè cōuenit ſaltem conſenſu ipſius, patrem poſſe adire ſeque pro hærede gerere, hæreditate filio delata, ut hic. & maximè quia cenſentur fictione iuris, una eademque perſona. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſti. pulchrè Bal. in l. qui in prouincia. in §. diuus. ff. de ritu nup. col. ij. eſtq; argumentum in l. cum biſextus. ff. de uer. ſig. & ſicuti filius adit (ut dictum eſt) iubente patre. d. §. iuſſum. ita adit pater uoluntate filij.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum quia perinde hoc caſu eſt ac ſi facta fuiſſet à filio ex ſupra dictis. Nec facit quod dicitur in d. l. Paulus. quia id uerum eſt ex quo uni per alterum quæri nihil prorſus poterat, at hic patri quærebatur, olim totum Bar. in l. cum filio. col. iii. ff. de lega. i. & in l. i. in prin. & col. iii. C. qui admi. d. l. placet. l. j. ff. ſi quis à pa. fue. ma. hodie uſufructus. l. fi. C. de boniſq; lib. igitur non mirū ſi uoluntate filij adit. Non ſecundum, quia id uerum eſt olim & de iure ſforum, inq; profectitiis bonis, non in aduentitiis, quo caſu lex noſtra loqui uidetur. d. l. fi. & ut hic per Docto. latius.

Præſtatq; nobis argumentum ad multa & maximè, quod delata hæreditas dicitur quam conſequi poteſt quis adeundo per ſe uel per alium, filium uel ſeruum, aut patrem ut hic & in l. delata. ff. de uerbo. ſignifica. not. in l. j. C. qui admi. ad bon. poſſ. poſſunt.

Et quod aditio hæreditatis nō poteſt fieri per alium in quo non uideatur repreſentari perſona hæredis. d. l. Paulus, & ideò quod dicitur in l. pe. ff. de bo. poſſ. & in l. bonorum. C. qui admi. infanti & impuberi bon. poſſ. acquiri iudice ſupplente tutoris defectum, etiam non ſequuta ratihabitione, non habet locum neque procedit prædicta ratione in hæreditatis aditione, ita Alexan. in d. l. bonorum. col. iij.

Et quod quanquam aliàs pro hærede gerere videatur is, qui aliquid facit quaſi hæres. l. pro hærede. in prin. ff. de acqui. hære. hic tamen uerba hæc, pro aditione hæreditatis capiuntur, & ſic, quia prius filiofamil. delatam dixerat hæreditatem, argumentum in l. ſi ſeruus plurium. in §. fin. ff. de leg. j.

Et quod non ſemper uerbum uidetur fictionē importat, ut dici ſolet. l. j. §. deiecisse autem uidetur. ff. de ui & ui arma. Bal. in l. ſed eximendi. in §. prætor. ff. ne quis eum qui. ſenſuſq; eſt hic. Solemnitati iuris ſatisfactum uidetur, id eſt ſatisfactum eſt. l. j. & ibi Bar. in prin. ff. de uen. inſpi. ubi tantum eſt dicere in ſimili. mulier mihi prægnās uidetur, quantum eſt dicere prægnans eſt. & ad idem eſt etiam bonus tex. in l. plerique. ff. de in ius vo.

ius uo.& in l.poſthumus. & ibi Albe. in princi. ff.de iniuſt.rup.irritoq; teſta.

Et quod deniq; ſolemnitati iuris nihil eſt immutandum.l.diuus.ff.de in integ.reſti. vſq; adeò ut hic ſatisfactum uideatur quemadmodum tex. ait ex quo perinde eſt ac ſi filius ipſe cui delata erat hęreditas,ipſam adiuiſſet,ut ſupra. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. Philippæ.

SI AVIA TVA PATREM tuum ex duabus vnciis ſcripſit hæredem:ex ſola animi deſtinatione pater tuus hæres fieri poterat. igitur ſi teſtamento eaſdem vncias ad te peruenire decreuit: apud rectorem. prouinciç duarum vnciarum ius perſequi poteris.PP.xvj.Kal.Aug. Sirmij.ipſis,iiij.& iij.AA.Coſſ.

Dubitādi rationē faciebat,quod de duabus vnciis pater diſponere non potuerit,quia hæreditatem non adiuit,& quia ignorans etiam non adit regulariter ut infra in l.proxima. & in §. tali, de cura.furio.& quia duo etiam hoc caſu requiruntur,quod hæres gerat ſe pro hærede,& quod hæres eſſe uelit.l.pro hærede.l.gerit.ff.de aequi. hę. l.potuit.ſupra eo.ſed hic hęres diſpoſuit(ut dixi) abſque eo quod ſe pro hærede geſſerit, & dixerit ſe hęredem eſſe velle,ergo.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia aditio,ſolo animo fit, aliquo modo declarato,& quia eo ipſo quod diſpoſuit adiuiſſe dicitur.l.pro hærede præallega.d.l.gerit. ff. de acquiren.hæredi.& eſt argumentum in l.Paulus reſpondit.ff.rem rat.hab. & in l. reprehendēda.C.de inſti.ubi vulgatum illud, quod non minus facto quam uerbis uoluntas datur intelligi, imò plus facto inquit Iuriſconſul. in l.ſi tamen. in §.ei qui.ff.de edil.edic.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum,quia imò adiuiſſe uidetur diſponendo (ut dixi)& ut in d.l.pro hærede.nec eſt uerum quod ignorans fuerit,quia non diſpoſuiſſet. ex quibus ſecundum quoq; tollitur,quia diſponendo adhuc ſe pro hærede gerere uidetur,& declarare ſe hæredem eſſe uelle. Vel & aliter, prædicta in pupillo procedere, inq; d. l. potuit, ſupra, nos autem loqui in maiore, in quo ſola uoluntas & animus ſufficit.

Præſtatq; hæc lex nobis argumentum ad multa & maximè, quod ſi hæres ſcriptus, poſſederit poſt mortem teſtatoris domos hęreditarias, eas poſſidere uidebitur tanquam hæres.& conſequēter adiuiſſe hęreditatem.l.j.C.de repud. hæ. Bar. in d. l. gerit. Soci. conſ.cxxxj.col.ij.uol.j.Corn. conſ.cxlvj.col.j.uol.j.& conſ.clxxvj.col.ij.uol.ij.

Et quod propoſitum in mente retentum,nihil operatur.l.ſi repetendi.C.de cōd.ob cau.pulchrè Bal.in l.j.col.xj.C.qui admi.ad bo.poſ. poſſunt. unde non ab re dictum eſt ſupra,& not.in d.l.pro hærede.& declarat Soci.in loco præallega. quod ſolo animo aditur hæreditas, de quo oportet qđ aliquo modo conſtet, & ſignanter hic eſt exemplum,in hærede duarum unciarum, diſponente, pulchrè Bald. in l. j. col. lx. C. qui admi.ad bon. poſſ. poſſunt.

Et quod alibi Sextantem, haſce duas uncias appellauit Imp.in §.hæreditas.inſti.de hære. inſti. & unciarum mentio hic facta,non ab re,quoniā hęreditas diuiſione legali,in xij. etiam diuidi ſolebat.d.§.hæreditas.l.ſeruum.§.hæreditas. ff. eo. totum uerò as, ſeu pondus dicebatur ut declarat Bal.in l.cum quæſtio.col.ij.C. de lega. uel dicamus quod diuiſio aliàs prædicta,quotatiua ſit vt ſentit Flor. in l. uic poſt princip. ubi exempla. ff. de ſerui.

Et quod ſi quis uenderet res hæreditarias tempore non perituras,concedendo iura & actiones in dictis bonis uenditis, quæ concedere non poterat niſi adita hæreditate,cenſebitur adiuiſſe,& talem animū habuiſſe ut idem Corn. inquit cōſ. ccxcix.col.iii.uol.iii. & diximus etiam ſupra in l.cum debitum.eo.titu.

Et quod denique facilius coniecturatur aditio,qū hæreditas eſt lucroſa, quàm aliter quando eſt damnoſa,ut ſentit Bar. in d. l. gerit. & Corn, adhuc conſ.cccx.col.ii.eo.lib. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Euſobino.

QVONIAM SOROREM tuam prius defunctam eſſe proponis, quàm cognoſceret, an à fratre ſibi aliquid hæreditatis fuiſſet relictum : manifeſtum atque euidens eſt,antequam pro hærede gereret, vel bonorum poſſeſsionem admitteret, defunctam ſucceſsionem eā non potuiſſe ad hæredes ſuos tranſmittere.PP.kal.Maij. Thiralli. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, hęreditatem & non aditam tranſmitti ad ſuos hęredes, ſiue bon. poſ.non agnitam, quia uidetur caſus ad literam in l.unica,C.de his qui ante apertas tab. & nimirum quidē eis conſulendum eſt, ut ſolacium habeant triſtitiæ ſuæ inquit adhuc tex.ibidem ad fi. in ratione ſui.& in ſimili in l.ſi.C.de inſti. & in §.j.inſti.de Senatuſcon. Tertul.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia nondum erat in bonis,uſq; adeò etiam ut tranſmitti non potuerit.l.precia rerum. ff.ad

ff.ad legem Falci. argumentum in l. nemo. ff. de regul.iur. & in l. traditio. ff. de acquir. rer. do. Bar.in l.uniuerſæ.C.de lega. & eſt expreſſè deciſum etiã in l.vnica.in §.in nouiſsimo. C. de cad. tol.& in l.emancipata.qui admi.ad bo.po.poſ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia id planè uerũ eſt in hæreditate & bo. poſ. aſcendentium & deſcendentium, quę benè tranſmittitur etiam non adita ſeu non agnita beneficio.d.l.unicę,ſed non ſi fuerit collateralium ut hic. & ut latius hic per glo. & Doct. Non ſecundum,quia ratio ad matrem in d.l. fin. & ad deſcendentes reſtringitur in d.l.unica.& ſic non ſemper ſiue non in omni caſu uerum eſt quod dicit glo.in l.regula.in §.& licet.vbi etiam Bart.ff. de iur.& fac.igno.quod vbi ratio eſt generalis & dictum particulare, extenditur nihilominus & ampliatur,ad limites rationis, ex quo ſequeretur abſurdum & legum correctio, & male hoc caſu, ideò(ut dixi) reſtringi debet ad terminos ſuper quibus poſita eſt.ut inquiunt Repeten.in l. Centurio.col.lxxxj.de vulg.& pup.ſubſti.Bar.in l.pater filium.in §.fundũ.ff.de leg.iij. & dixi ego alibi ſatis.nouiſsimè tamen adde quod generalis eſt in l.quemadmodum.in §.planè.ff. ad leg. Aquil. & tamen non ampliat dictum l.ſi iactum retis.ff. de act.emp.ſed reſtringitur ad caſum legis Aquiliæ ut ibi per glo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam ſcientia præſumatur vicinorum.l.domus.ff.loca.& conſanguineorum.l.de tutela.C.de in integ.reſt.min. & domeſticorum.l.conſenſu.C.de repud.attamen quandoque contrarium euenit, ex quo neſcit ſeruus quid faciat dominus.l.eius qui in prouincia.ff. ſi cer.pet.nec vicinus in actu momentaneo factum vicini ut inquit Soci.in l.i.col.v.ff.ſi cer.pet.nec abſentes quid faciant præſentes.l.fin.ff. de decre. ab ordi.fa. nec ſoror quid ordinauerit frater, ut hic & per Bal.in l.quicunque.col.j.C.de ſer.fug.

Et quod licet cõiunctus præſumatur ſcire bo. poſ.ſibi delatã ab inteſtato.l. octaui. ff. unde co. uſque adeò ſi eam non agnouerit intra centũ dierum ſpacium,ut eam perdat.l.ii.& ibi not. Alex. C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt. non tamen ſcire præſumetur(idemq; eſt ferè quod ſupra)ſibi delatam eſſe eam,quæ datur ex teſtamento, ex quo nec pręſumitur eius teſtamenti notitiam habere, ut hic per Bal.tamen cogita uerba hic narratiua eſſe.ſiue factum narrari, non myſterium iuris poni,vt ſentit Alex.in d.l. ii. & eſt argumentum in l.pe.in §.fi.ibi triennio exacto.ff.ad legem Falci. ultra eum. & in l. poſthumo.ubi not.omnes.C. de bo.poſ.con.tab.& in l.ſed ſi maior. & ibi Bal. ff.quemadmo.teſta.ape.Nihilominus uerum eſt. d.l.eius qui in prouincia.ubi Bart. & omnes.ff.ſi certum petatur.

Et quod plus eſt,euidens fore quid, ſeu notorium,quam manifeſtum,nanque illud ſemper notorium eſt atque euidens, iſtud uerò quandoque occultum eſſe poteſt. ita Bal.in c.fi.nu.20. de cohabi.cleri. Sa mulie.tametſi coniunctione connexiua ponãtur ſimul vt etiam in l.vt vim.ff. de iuſti.& iur.& alibi ſępè.quæ etiam manifeſta ſunt probantur. euidentia verò ſiue notoria probatione non egent ut per Bar.in l.ciues.C.de appel.& Iaſius ut not.in c.ueſtra.de cohabi.cle.& mul.

Et quod id quod vno caſu negatur,alio permittitur,argumentum in l.cum prętor.ff.de iud.ſiue quod vno reprobato,confirmantur reliqua.l.tribunus.§.fi.ff.de mili.teſta.Bal.in l.ii. C. de ſacroſanct. eccle. Feli. in c. nonne. col.i.de pręſump. unde cum in collateralibus hęreditas non tranſmittatur, ęquè conuenit ſaltem ut & ratione ſuitatis,vel ſanguinis,uel beneficio.l. cum antiquioribus.infra eo. omnimodo fiat, quod ad longum declarat,& firmat, hanc legem & cõcurdantes ſic limitando Iaſ.in d.l.emancipata,qui admi.ad bo. poſ. poſſunt.

Et quod deniq; à regula non eſt recedendum, quæ hic negatiua eſt,in collateralibus hęreditatem non aditam non tranſmitti vllo modo,nanque negatiua dictio,prępoſita verbo poteſt,priuat potentiam,& inducit neceſsitatem pręciſam l.i.ff.de verbo.obliga.l.nemo poteſt.ff. de leg. j. glo.in c.i.de reg.iur. in vj. & quod à regula nõ ſit recedendum probatur in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& in rub.& in l.j.ff. eo. & in l. quotiens. & ibi Bart. ff. ſi quis cau. Corn. conſil. clxxxij. col.ii.vol.ii. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Claudio.

LICET INCONTINENTI ſui hęredes ſe paternis non miſcuerint bonis:tamẽ ignorantes delatam ſibi eſſe hæreditatem, longi temporis præſcriptione,quo minus hanc rectè vendicent,excludi non poſſunt. S. xvii. kalend. Ianuar. Sirmii AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod qui diu ſtetit nec ſe immiſcuit hæreditati paternę eidem quodammodo renunciauit ex quo tam longo tẽpore tacens,conſentire videtur, vt in ſimili not. in l.pe.C. communi diui. Imò quod per lapſum anni tacita repudiatio omnino inducitur.l.ſi impubes.§.fi.ff. de carb. edi. maximè inter coniunctas perſonas:argumẽtum in l.Procula.ff. de proba.ergo multo magis ſi longius labatur tempus, auth.multo magis.C.de ſacroſanct.eccl.l. quanto magis.ff.de iureiu.

Contrarium tamen hic deciditur & ratio deciſionis eſt.quia in his quę ſunt parti pręiudicialia, ſcientia & patientia non operatur conſenſum etiam longo tempore,l.qui vas.§.uetare.ff.de fur.& ibi not.

not.ergo multo minus hic vbi ſui hæredes ignorabant hæreditatem ſibi delatam fuiſſe, quo caſu contradicere videntur vt habetur in d. §. vetare. Bal.pulchrè in l.falſus.col.iij.C.de fur.glo. in l. in ſponſalibus.j. ff. de ſpon. Et quia quemadmodum in acquirenda ea requiritur animus & actus ac voluntas,l.pro hærede.l.gerit.ff. de acquiren. hæredi.ita requiri videtur ac deſiderari in ea repudianda.l.potuit.ſupra eod.nanque contrariorum eadem eſt diſciplina.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.l.fi.ff.de leg.not.in rub.plenè.ff. de acquiren.poſſ.cum ergo animus,actus,ac voluntas non appareat hoc caſu, nõ videbitur facta aliqua hæreditatis repudiatio.& vt etiã per Doc. fuſius.

Ex quibus oppoſita planè reſoluta videntur, nanque primum verum non eſt, nec probatur in l.ad idem allega.Sed id tantum,ſi quis rem poſſederit vt propriam decennio, quod veriſimiliter cum fratre diuiſiſſe præſumetur,ſed quid ad propoſitum quod tacens conſentire videatur, maximè hic, deducendo vt ſupra. Non ſecundum, quia præſcriptione annali erat excluſus, hic verò longiori temporis lapſu non,nimirum igitur ſi hæreditas vendicatur. vel & aliter, licet filius præteritus anno elapſo excluſus ſit à bo.poſ.contra tab.ibi,ad eam reuerti tamen poteſt per reſti. in integ.vt ibi per glo.& Bar.& Bal.in l.filio præterito.ad fi.ff.de iniuſt. teſta. ergo multo minus excluſi erunt hic ſui hæredes, longioris temporis lapſu,ſi ex toto lapſum nõ ſit,quia tûc ſecus inq; iſto caſu bene tacita induceretur repudiatio, & vt hic per Docto.latius. Nec facit in argumentũ ẽt d.l.Procula.(quanquam nõ dicatur) quia alio caſu loquitur,in donatione ſcilicet, & quando ẽt alia concurrebant,de quibus ibi,verum ex diuerſis nulla illatio fieri poteſt quæ bona ſit.l. Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acqui.poſ.ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod quanquam ab hæreditate lõgo tempore hęredes non excludantur,vt hic,excludantur tamen longiſsimo,annorum xxx.quo tempore omnes actiones concluduntur.l. ſicut.l. omnes.l.cum notiſsimi. C. de præſcrip. triginta anno.& vt hic per glo.

Et quod facultas adeundi,præſcribi poteſt, cũ ſit ius,aliàs ſi factũ ſecus, ex quo facta nõ præſcribuntur ita Bar.in l.j.col.iij.ff.de cond.ex lege.

Et quod maritus & vxor, inuicem ſuccedunt de iure ciuili,& in caſu,authen.præterea.C.vnde vir & vxor.vbi de bon.poſ.verbum nullum,eſtq; Iuſtiniani conſtitutio illa & ſic ius ciuile,& conſequenter perpetuum vt hic,& declarat Bal.in l. certum.col.v.C. vnde legi.

Et quod ius dicendi teſtamentum nullum eſt de iure ciuili,& conſequẽter(vt nuper dicebam) durat annis xxx.& declarat Bal.in d.l.filio præterito.ad fi.ff.de iniuſt.teſta.

Et quod denique iuri adeundi præſcribitur annorum xxx.ſpacio,quemadmodum iuri agendi, vt hic & in d.l.ſicut.& vt ſupra, nouiſsimè Bald. conſ.cccel.vol. iiij. Qui dicit etiam conſ. clxviij. col.j.vol.v.ſicuti hæreditas adiri non poteſt poſt ann. xxx. quod nec pari modo legatum ſeu fideicommiſſum poſt dictum tempus agnoſci poteſt. eſt verum quod ex cauſa à iudice reciſius tempus poterit moderari.l.quandiu.iij.ff.de acquir.hær. l.ſi quis.§.j.ff.de hær.inſti.l.fi.§.pe.infra eo. Alexan.in l.j.col. iij. ff. de re indi. Et quod facultas adeundi duret annis xxx.ad differentiam iuris deliberandi quod durat per annum.l. cũ antiquioribus.infra eo.not.in l.emancipata.C. qui admi. tradit Corn.conſ.lxxxvij.col.pe.vol. j. & conſil. xc.nu.5.eo.lib.& conſ.ccxj.nu.15.vol. ij. & cõſ. ccxxxviij.eo.lib.ad fi.cõſ.vj.col.ij.vol. iij. & cõſ. cccv.nu.6.eo.lib.& conſ.cccxj.col.ij.vol. iiij. Et idem dicit Pau.Caſt.conſ.cccxxv.ad fin. vol.j. & conſ.ccccx.nu.3.eo.lib.& conſ.xxij.ad fi. vol. ij. Alexan.conſ.iiij.col.iij.vol.ij.& conſ. cxxix. nu. 23. volumi. vj. Gozadi. multa conſil. lvj. nume. 1. & 2. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC. Platoni.

SI CVRATORIS QVONdam tui teſtamento iure facto, vel ab inteſtato legitima delata ſucceſsio eſt:hoc caſu ei,qui non repudiauit hæreditatem, eam liceat adire.rector igitur prouinciæ aditus, ſi hæreditati nec dum ſunt obligati,eos an hęredes ſint, interrogare debebit: at ſi tempus ad deliberandum petierint, moderatum ſtatuet. S. xvj. kal.Ianuar.Sirmij.Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem quo ad primum dictũm, quod perpetuo adiri non poſsit hæreditas,faciebat,quia creditorum intereſt,ne ſibi longior mora fiat inquit Iuriſcon.in l.j.in prin.ff.de ſuc.ed. l.ſi quis inſtituatur.§.j.ff.de hær.inſti. Quo ad ſecundum verò tempus à iudice moderari non debere,ex quo habet iam ſtatutum à lege vnius anni.l.cum antiquioribus.infra eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis adduci poteſt,quo ad primum, quia aditio eſt iuris ciuils,ergo perpetua.l.j. & ij.ff.de peti.hære.& inſti.de perpe.& tempo.act.in prin.& in l.licet.ſupra eo.& in ſimili Bal.in l.filio præterito.ad fi.ff.de iniuſt.teſta.eſt verum,quia(vt dictum eſt & ſubiicitur hic)creditorum intereſt,quod interrogari poteſt hæres an velit hæreditatẽ adire ſeu repudiare.Et quo ad ſecundum dictũ,quia ſi petit, ei mos gerendus eſt, vt in ſimili dicitur in l.quod ſi poſſeſſor.ff.de rei vendi.& in l. circa. ad fin.ff.de proba.

Ad oppo-

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum, quia eſto quod creditores poſsint petere, vt qui primam ſucceſsionis cauſam tenet ueniat ad dicendum an velit eſſe hæres nec ne, non eſt propterea,quod perpetuo aditio fieri non poſsit ſi non petatur, nec ab aliquo dicatur quidquam. d.l.licet.& aliis vt ſupra. Non ſecundum,quia id verum eſt ſi creditores taceant, & eſt tempus (vt dictum eſt pariter)quod defertur à lege,ergo moderatum ſtatuetur à iudice,ſi petatur, vt hic, & ita declarant Docto.in præallega.l. cum antiquioribus.& benè,

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod vbi curatoris mentio fit, ibi maiorem xiiij. annorum præſupponimus, minorem verò xxv.qui tamen datur etiam dementibus & prodigis, & vt declarat aliàs Specu. in titu. de curato.in §.ut autem. & non perſonæ principaliter,ſed rebus.l.in copulandis.C. de nup.ad differentiam tutoris.l.j.ff.de tute.Bar. in l. ſi infanti.col.iiij.infra eo.& in l.de curatore.in §.quæritur.ff.de cura.bon. dan. vſque adeò ut plus iuris habeat tutor in pupillum hac de re, quam curator in adultum inquit idem Bar.in l.j. ad fi. ff. de bo.po.infan.& fu. Alex. in l. iij. C. qui admi. ad bon.poſſ.poſſunt.

Et quod aduerbium quondam regulariter rei præteritæ apponi ſolet, vt hic & in l. eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.Bal.in c.bone.j.col.ij.de elec.& vbi non eſt ſubauditur vt tradit in l.iij.C. de nup.Qui dicit etiam conſ.ccccvij col. iii. uol. i.quod præſumitur mortuus quis de quo eſt fama fiatq; mentio in inſtrumento cum aduerbio iſto quondam. Et quod apponatur rei præteritæ, liquet ex eo etiam quod dicitur in l.inſula.in §.fin. ff.de acquiren.rer.domi.quod inſula non dicitur quæ quondam fuit inſula,nec vinea ubi nõ ſunt uites,licet quondam fuerint ut inquit idem Bal. conſ.ccccx.col.ii.eo.lib.

Et quod hæreditas non eſt uiuentis niſi abuſiuè,uel niſi intelligatur quondam, ut hic rurſum in curatore dicitur, & in d. l. eius qui in prouincia.idem Bal.conſ.cccxciii.in prin.uol.v. & nouiſsimè aduerbium eſt, quod quandoque verſatur circa rem,quandoque circa perſonam,interdum circa officium, & nonnunquam circa dominium,ſed ut dictum eſt ſemper reſpectu præteriti,& ut latius declarat Flo.in l.ſi arborẽ. in prin. ff.de ſerui.ruſti.prædio.nonnihil Areti.in l.i. in §.opus nouum.ff.de non. ope. nun. in pulchra q. adhuc Bal.in §.filius.no.6.in ſtatut.

Et quod iure teſtamentum factum eſſe debet, vt etiam dicitur in l.teſtamento,& in l. ſi teſtamẽto.C.de impub.& ali. ſubſti. ex quo aliàs non ualeret nec teſtamentum propriè diceretur ſed abuſiuè,& per catachreſin ut dicunt grammatici. & ut in l.ii.in §.i.ff.quemadmodum teſta. ape. & in ſimili in l.Paulus.ff.de verbo.ſignifica.& in l.eleganter.in §.qui reprobus.ff.de pigno.act. & in l. i.in prin.ff.ad municipa.

Et quod denique ſucceſsio quæ nobis obuenit ab inteſtato,iuſta eſt, & nobis obuenire dicitur, iure legitimo.l.iii.§.de illo.ff.pro ſocio.not.in l. lege obuenire.ff.de uer.ſignifica.Bar.in l.hęc verba.nu.8.ff.de leg.i. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC. Sabinæ.

SI TE BONIS PATERNIS maior vigintiquinque annis miſcuiſti: neque inopia patris te excuſat,neque vis fratris portionem tuam,vel teſtamentum eripiẽtis,arcere de exactione creditorũ, qui iure ciuili pro hæreditaria te portione conueniunt,poteſt.S.xvj. Kal. Ianuar. Sirmij Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod filia, inopia patris,uiq; fratris.teſtamentum eripientis, liberetur à creditoribus hęreditariis,quia regulariter hæres non tenetur ultra uires hæreditarias. l.fi.§.& ſi præfatam.infra eo.neque poteſt conueniri niſi pro his bonis.quæ in hæreditate inueniũtur,ut ibidem dicitur in prin. Et etiam quia ſpoliata à fratre.c.frequens.de reſti.ſpol.in vj. & idõ quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet,de reg.iur.in vj.not.in l. tranſactione matris.C.de tranſa.& in ſimili uidemus quod alibi ſic debitori fit propter caſum mercedis remiſſio,quodque damna fatalia ſocii præſtare nõ coguntur.l.ſi merces.§.uis maior.ff.loca. l. cũ duobus.§.damna.ff.pro ſocio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia hæres repræſentat perſonam defuncti.§.j.in authen.de iureiur.à mo.præſti. d.l. fi.infra eo.ergo ſicut defunctus tenebatur,ita hæres teneri debet argumentum in l.ſi eum.in §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau. & quia filius qui ſe miſcuit bonis paternis,quaſi contraxiſſe uidetur cũ ipſis creditoribus hæreditariis.l.apud Iulianum. §.fi.ff.quib.ex cau. in poſ. ea. ſcq; illis obligaſſe, nimirum igitur ſi tenetur.l.ſi hæreditatem.ff.mãda.§.interdum.inſti.de cura.Bal.in l.in his. in §. ſeruus.ad fi.ff.ſol.mat.& cõſ.cccxcij.col.ij.uol.j.

Ad oppoſita reſpondetur, non obſtare parũq; facere,non primum,quia id verum eſt,ſi inuentarium confecerit,ut ibi ſignanter dicitur,ergo nõ aliàs & regulariter,ut hic & in l.quæ dotis.ff.ſol. mar.& in §.ſi uerò.in auth.de hære. & fal. Paul. Caſt.conſ.clxxxvj.col.ij.uol.ij. Non ſecundũ, quia etiam dicto caſu ſpecialiter eſt,prouiſione legis,in milite,ignoranter hęreditatem adeunte, qui ad conſequentias trahi non debet.c.quæ à iure.de reg. iur. in vj. imò plus quod firmat regulã in caſibus non exceptuatis.l.ius ſingulare.l. quod uerò contra.ff.de legi.l.quæſitum.§.denique. ff. de fun.

de fun.inſt.c.præſenti. §. loca. de præben. in vj. Non tertium, quia id verum eſt de iure canonico vt hic per Bar.& Pau.Caſt.& malè, nec diſcordia induci debet inter unum & aliud ius.c. cum expe diat.de elec.in vj. Vnde dici poteſt id verum eſſe ſi ſpoliatus ſpoliantem conueniat, at hic conuenitur à tertio, hoc eſt à creditoribus hæreditariis, igitur uerum non erit liberari. Non obſt. quartum, quia imputãdus eſt hęres ſeu filia quæ ſe miſcuit bonis paternis, vſq; adeò vt ei ſuccurri non debeat, cum (hac ratione) culpa non careat argumentum in l.ii.in §.ſi quis tamen. ff. ſi quis cau.& in regu.damnum.de reg.iur.in vj. Non quintum denique & vltimum, quia dictis caſibus non eſt quid, quod cõductori vel ſocio poſsit imputari, hic autem ſic, ex quo (vt dixi) ſe miſcuit hęreditati paternæ. vel dicamus ea iura loqui in ſpecie, nos autem in debitore quantitatis, qui nõ facilè liberatur, l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. obli.l.incendium.C.ſi cer.peta. l. quod te. & ibi per Docto.ff.ſi cer.peta.pulchrè Deci.conſil.vii. nume.5.volu.i.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi minor xxv.annis, miſcuiſſet ſe bonis paternis non propterea teneretur creditoribus hęreditariis, ex quo poteſt in integrum reſtitui.l.iii.§.i.ff.de mino. etiam ſi maior factus aliquid à debitoribus paternis exegiſſet, vt ibi dicitur ad fi. & ad propoſitum non ab re quia text. hic in maiore loquitur, & incluſio vnius eſt alterius excluſio, vulga. l.cum prętor. ff. de iudi. c. nonne.de præſump.& vt clarè dicitur in d.l. iii. per quam iſtud de quo hic rurſum declaratur. l. non eſt nouum.l.ſed & poſteriores. ff. de legi. c. ſuper quęſtionum.in prin.de offi.deleg.

Et quod ſuorum eſt ſe immiſcere, extraneorũ verò adire.§.extraneis.inſti.de hære.quali.& differen. l. in ſuis. ff. de lib.& poſthu.not.in rubri. ſupra eodem.

Et quod id quod vulgo dici ſolet. inanis eſt actio quã inopia debitoris excludit, de quo aliàs in l.nam his.ff.de dolo.& in l.non prius.C.quãdo fiſc.vel priua.& in c.olim.de reſti.ſpolia. locum habet & intelligi debet, quo ad inopiam ipſius debitoris, vt verba ſonant, non defuncti vt hic, quoniam hæredem non excuſat.

Et quod iudex ſubterfugia reicit vt hic, hæredis inopiam defuncti allegantis, vel fratris vim, & facit ad idem tex.in l.miles.in §. defuncto. ff. ad legem Iuliam de adulte.& in l.liberto. in §. fi. ff. de neg.geſt.glo.in c.inter opera. de ſpon. dixi ego in c.prudentiam.in §.adiicimus.de offi. del. Bal.in l.ea quæ col.ij.C. quomo. & quando iud.

Et quod denique hæres pro portione hæreditaria tantum tenetur & cõueniendus eſt, non inſolidum & pro toto debito ſolus l.j.& ij.C.de hęred.ac.argumentum in l. ſi vnus. in §. ante omnia. ff.de pac.& in l.reos.in §. cum in tabulis. ff. de duo.reis. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA, & CC. Philumenæ.

RENITENTE TE PATER tuus, in cuius fuiſti poteſtate, neque ſpem delatæ tibi legitimę quærendæ ſucceſsionis abſumere, neque hæreditarios manumittẽdo ſeruos iis præſtare libertatẽ potuit. S.vj.id.Febr.Sirmij C.C. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quod pater ſine filii voluntate poſsit repudiare hæreditatem ipſi filio delatam, quia is ſolus repudiat, qui ſolus etiã adit.l.is poteſt. ff. de acqui. hære. ſed pater ſolus adit.l.ſi infanti. infra eo. ergo ſolus etiam repudiabit maximè quia filiũ ipſum in poteſtate habet, & quicquid acquirit filius acquirit patri. l. placet.ff.de acquiren.hære.l. i. ff. ſi quis à pa. fue. ma. Et quod poſsit etiam hęreditarios ſeruos manumittere ex his, probatur & quoniã ſi quod eſt plus poteſt, debet etiam poſſe quod eſt minus ut in regu.cui licet.de reg.iur.in vj.præſertim fauore libertatis.l.libertas ff. de reg.iur.l.iii §.i. ff. de alie.iud.mut.can.fac.Docto.in l.Papinianus. in §.quarta.ff.de inoffi.teſta. dixi ego latè in tract. de fauo. lib.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia filius ante aditionem hæreditatis poſſet per emãcipationem effici ſui iuris, quęreretq; ſibi totum poſtea, & non patri. l. non dubium. infra eo. ergo non debet poſſe pater repudiare hæreditatem, quia ſic filio hanc ſpem auferret abſq; dubio & malè. l.is qui.§.fi.ff. de acquit. hære.& quia ſi filio hæreditas delata eſt æquè cõuenit vt nec repudiet, nec ſeruos etiam ſine ipſius voluntate manumittat. & vt hic etiam per Doct. latius licet non ita clarè.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia regu.d.l.is poteſt, procedit in eo qui nomine ſuo adit, ergo non qui alieno vt infantis, præalleg.l. ſi infanti. & ita declarant hic Scribẽ. & benè, ſi ſolus igitur adire non poteſt (& argumentum retorquebitur) non poterit quoque ſolus repudiare. Non ſecundum, quia patria poteſtas impedimento non eſt, quo minus ſibi acquiratur, quanquam uſufructus patri debeatur. l. fi.C.de bonis q; lib.nec facit text. in d. l. placet. quia verum eſt id olim & de iure ffororum, nõ iſto Codicis, & de quo in præalleg.l. fi. Non vltimum, quia fauorabilis eſt libertas in caſibus à iure expreſsis, quorum hic unus non eſt, igitur inutiliter præſtaretur, & eſt ſimile in milite, & in fiſco.l.in fraudem.§.fi.ff.de mili.teſta. l. item veniunt.§.in priuatorum. ff. de peti.hære.pulchrè glo.in l.fi.C.de ſacroſanc.eccle.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſicut pater non poteſt hære-

ditatem

ditatem delatam filio repudiare, non poteſt pariter repudiare bo.po. nec legatum ſine ipſius uoluntate.l.ex repudiatione.C.de fideicom. neque iniuriam filij remittere in præiudicium ipſius.l.j.C.de bo.mat.l.fi.C. de boniſq; lib.de quo tamẽ plenè Azo.in ſumma ſua.de iniur.& Hoſt.eo. ti. in ſomma pariter,col.iii.& Boer.deciſ. cxx.par.j.

Et quod pater vti legitimus adminiſtrator bonorum filij præalleg.l.j.C.de bon.mat. debet facere meliorem ipſius conditionem non deteriorem,ut in ſimili dicitur in tutore & procuratore. §.j.inſti. de aucto.tuto.l.ignorantis.ff.de procu. & hoc eſt quod dicit Bal.in l.j.col.xij.C.qui admi.quod pater non eſt legitimus adminiſtrator in repudiando.

Et quod patria poteſtas non curatur ut quid fiat quod præiudicio filiofamil. eſſe poſsit ut hic & pulchrè declarat Ro.in l.j.col. iiii. C. qui admit.ad bo.po.poſſunt.

Et quod quanquam affectus nullus inueniatur,qui vincat paternum.l.fi.C.de cura.fur.argumentum in l.nec in ea.ff.ad leg.Iul.de adul.attamen lex ei non permittit quicquã ꝙ præiudiciũ poſsit afferre filio abſq; conſenſu ipſius.

Et quod deniq; pater vti debet patria poteſtate,& non abuti,quod vtiq; facere diceretur,ſi(vt diximus)hæreditatẽ delatã filio ſine eius voluntate & conſenſu repudiaret:argumentum in l.plenum.in fi.prin.ff.de uſu & habi. & in c. priuilegium.xj.q.iij. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Antonio.

PVBEREM AGNOSCENtem bonorum poſſeſsionẽ; poſtquàm ei fuerat hæreditas delata, pro hærede gerere non ambigitur.S.iij.Kal.Decemb.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod agnoſcendo bon.poſ. non uideatur adire de iure ciuili,ex quo prætor hæredem facere non poteſt . §. quos autem.inſti.de bon.poſ. Et quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis.ff.ſi cer. pet. Sed intentio agnoſcentis eſt bon.poſ.agnoſcere,ergo non hæreditatem adire. & quia aliud eſt bon. poſ. aliud verò hæreditas, ſiue aditio hæreditatis.l.iij.§.bonorum.ff.de bo.poſ.l.nihil aliud.ff.de verbo. ſignifica.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia quam primum agnouit bo.po. manifeſtiſsimè conſtat agnoſcentem hæreditatẽ conſequi velle,perinde ac ſi adiret, quandoquidem etiam aditio in ſolo animo conſiſtat. l. pro hærede.l.gerit.ff.de acqui.hære. dictumq́; eſt alibi ſupra ſatis, ergo nec mirum ſi ſe pro hærede gerere uidetur,hęreditatemq́; adire, & ſi ut hęres tenetur creditoribus hæreditariis.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primũ quia uerũ eſt, ſed dicimus nõ à prætore fieri, quanquam bo.poſ.decernat(ut olim)uel ſimpliciter corã eo(ut hodie decitum eſt.in l.fi. C. qui admi.)agnoſcatur,uerũ à lege, quia ſolo animo adiri põt,aliquo modo declarato.d.l.pro hęrede & cum agnoſcitur bon.poſ.(ut ſupra)argumẽtũ eſt,agnoſcentẽ uelle eſſe hęredẽ, ergo adire uidebitur uel & aliter ut per Bal. Non ob.ſecũdum, quia uerum eſt ſi intentio agentis non eſt, neque expreſſa,neque ſubintellecta .l.ſi is qui. §. ſi libero.ff.cõmodo Angel.in l.obligationum ſubſtantia.in §.i.ff.de.ac. & obli. ſed hic ſubintellecta eſt deducendo ut ſupra ergo.Non tertium denique,ex quo in hoc conueniunt tametſi differant in multis.& facit quod habetur in l.hæreditatis appellatione.& in l.hęredis appellatione.ff. de uerbo.ſigni.& in l.ij.ff.de bon.poſ.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod facto non minuſquam uerbis voluntas datur intelligi. l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam habe. l. reprehendenda. C. de inſti. imò plus facto quàm uerbis dicit Iuriſcon. in l.ſi tamen.in §.ei qui.ff.de edil.edic. nimirum igitur ſi agnoſcens bo.poſ.hic (agnoſcitur enim per modum actus & facti cuiuſdam extrinſeci,ut inquit Bal.in l.emancipata.C.qui admi.ad bon. poſ.poſſunt)hæreditatem quoque adire uidetur de iure ciuili.

Et quod actus actiuorum non operantur in patiente male diſpoſito.l.hos accuſare.§.omnibus. ff.de accu.c.Meſſana.c.ſacroſancta. de elec. eſtq́; propoſitio Philoſophi in ij.de anima. quod experientia etiam docet in rebus naturalibus magiſtra rerum efficax.c.quam ſit.de ele.in vj.ex quo fruſtra ſparguntur ſemina,niſi ſulcus primũ fuerit,& bene quidem præmolitus atque diſpoſitus, agnitione igitur(ut dictum eſt)bo. poſ. videbitur quoque aditio facta hæreditatis de iure ciuili niſi prius repudiata ſit ut hic per Bar. quod tamen latè diſputat & nõ inſubtiliter quidem,Bulgar.in rub.C.qui admi.ad bon.poſ. poſſunt. col. xxiiij.xxvj.xxvij.& xxviij.dic vt per eum.

Et quod hæreditas delata dicitur quam adeundo conſequi poſſumus.l.delata.ff.de uer.ſig.diximus latè in l.j.C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt.

Et quod pro hærede gerere eſt aliquid fieri ab eo,qui id facit quod facit,quaſi hæres.d.l.pro hęrede.in prin.ff.de acqui.hæ.ut hic bo.poſ.agnoſcere,& tale quiddam.

Et qđ deniq; ambiguũ à dubio differt, aliudq́; eſt quod non ambiguum ſit quid & aliud qđ non ſit dubiũ, vt not. in rub.& in l. in ambiguo.ff.de reb.dub.& in l.de ſtatu.ff.de teſta.& in l. veteribus.ff.de pac.& ĩ c.inter alia.de ſen.excõ.Gemi. in c. j. de iudi. in vj. ſuper illo verbo iuris ambiguum non eſt. Non ambigitur ergo id de quo hic, ex quo nec iura ſunt uaria, præſupponuntquè verba hæc, Impp. Diocletian. & Maximian.interrogatus fuiſſe per verbum quid iuris,

ex quo reſponſionis modus, interrogandi formã etiam oſtendit argumentum in l. ſi defenſor. in §. qui interrogatus. ff. de inter. act. & in l. j. ff. de verbo. obliga. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Sclepolidi.

SVVM HAEREDEM OMISſa bonorũ poſſeſſione, paternam ſucceſſionem obtinere potuiſſe certi iuris eſt S. iii. id. Decẽbr. Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod omiſſo prætoris beneficio, non admittatur quis de iure ciuili quia uidetur caſus clarus in. l. i. ſupra eo. ubi excluſus ab vno beneficio, non poteſt alio iure ad ſucceſsionem uenire. et clarior in. l. hæres inſtituta. ſupra de impu. & ali. ſub. iura adducta etiam in glo.

Contrarium temen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ubi iura alicui competẽtia diuerſa ſunt, vno perdito, ſiue omiſſo non propterea perditur, ſeu omitti uidetur aliud. l. ſi domus ff. de ſeruit. urba. prædio. l. ſi filius. in prin. ff. de bo. lib. Alex. in. l. nec is qui. in §. fi. ff. de acqui. hæ. & in l. j. in prin. col. fi. ff. ad legem Fal. Ang. in l. Modeſtinus. col. ij. ff. de ſol.

Ad oppoſita reſpondetur nòn obſtare, nõ primum, quia id uerum eſt in emancipato, & nimirum quoniam iure ciuili erat incognitus. §. emanciparos. inſti. de exhæ. lib. §. emancipati. de hære. quæ ab inte. def. eo. lib. quanquam hodie ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ poteſtatis. §. nullam. in auth. de hær. ab int. veni. nos autem loquimur in ſuo, ergo. & ut hic per gloſſ. & Doct. latius Non ob. ſecundum, quia ibi repudiauit hęres omne ius teſtati, & volębat venire ab inteſtato, & malè ut ibi not. & in l. iam dubitari. ff. de hær. inſti. l. quandiu. ff. de acqui. hę. l. quandiu. C. qui admi. ad bo. po. poſſunt. nos autem loquimur quando renuntiauit certo iuri ſuccedendi, ergo. aliter reſpondet gl. adhuc noſtra ſed iſta eſt melior, quam ſenſit poſt Cy. Iacob. But. Bald. hic, & ita tenendum eſt. Et facit tex. optimus in l. j. in §. ſed uidendum. ff. de ſuc. edic. de quo nos aliàs multa in l. j. C. qui admi.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod in dubio non uidetur quis renuntiare iuri ſibi competenti in futurum, argumentum in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. ſicut. in §. non videtur. ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſol. vnde eſto quod ſuus (vt dictum fuit) omiſerit bo. poſ. de iure prætorio, non propterea ſequitur qđ nõ poſsit ad ſucceſsionẽ uenire de iure ciuili.

Et quod ius percipiendarũ hæreditatum non coanguſtari ſeu coartari ſed potius ampliari & dilatari debet. §. adhuc autem. inſti. de bon. poſ. & de Senatuſconſul. Tertul. in prin. eo. lib.

Et qđ intereſt noſtra habere plures uias, quibus nobis ſuccurſum ſit, ad ſucceſsionem bonorum conſequendam: argumentum in l. nõ eſt nouum. ff. de ac. emp. & in l. qđ in hęredẽ. in §. eligere. ff. de tributo. ac. & in l. cũ filius: in §. variis. ff. de leg. ij. not. in l. edita. C. de eden.

Et quod ſuus grauatus in hoc, qđ neceſſarius eſt etiam hæres. §. ſui. inſti. de hær. quali. & dif. in alio debet releuari. vt omi. bo. poſ. non propterea excludatur à ſucceſsione iuris ciuilis. l. cum qui. ff. de iureiu. l. cum hæreditate. ff. de acqui. hæ. gl. in l. diuortio. ff. ſol. mat. in prin. Et ſimile adducit Bal. in canonico & epiſcopo in c. irrefragabili. nu. 7. de offi. ordi. & ſubiicit nu. 8. quod ſic qui ſuccubuit in reſti. in integ. recurrit ad ius cõe. Et quod etiam qui perdit electionem actiuè, non perdit eam paſsiuè.

Et quod denique iſtud de quo hic', certi iuris eſt, apud legiſlatorem, incertum autem apud nos vt per Bar. in l. ubicunq;. col. vj. ff. de int. ac. & figura auxeſis, id eſt, augumentatio, quoniam nulla lex eſt, quæ dubitationem non habeat. l. quod Labeo. ff. de carb. edic. c. cum in iure peritus. de offi. deleg. Bal. in l. ſi tutores. C. de compenſa. & diximus alibi ſatis. Finis

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Flauiæ.

SI SORORI SVAE FRATER tuus ciuili vel honorario ſucceſsit iure: licet res ex eius bonis deſcendentes non probentur tenuiſſe: hæres tamen effectus, contra poſsidentes experiri põt. S. xij. kal. Ianuar. Nicomedię. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod hęreditas non quęratur abſq; poſſeſsione bonorum ex quo ſic regulare etiam eſt, dominium non quæri nobis niſi poſſeſsione uel traditione mediãte. l. j. ff. de acqui. poſ. l. traditionibus. C. de pac. & ad idẽ quoq; dubiũ facit tex. ĩ l. cũ hæredes. ff. de acqui. poſ. ubi traditio rurſum oĩmodo requiri uidet.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia aditio hæreditatis multum iuris habet, parum verò facti, vſq; adeò ut ſolo animo fiat. l. pro hærede. l. gerit. ff. de acqui. hære. Item actus legitimus eſt. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. cui idem ius magnum quoq; conceſsit effectum, ita ut ea ſola quis efficiatur dominus & hæres. & in hoc à bo. poſſeſsione differat, quæ eſt ius proſequẽdi, retinendiq́; patrimonij, quę cuiuſq; fuerit cum moritur. l. iij. §. bonorũ. ff. de bo. po. d. l. ꝓ hr̃de. d. l. gerit. l. ſi aut a. ſupra e. declarãt Doct. in rub. C. qui admi. Corn. cõſ. cxiiij. col. j. vol. iij.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quia id verũ eſt in cõtractibus ex quo ſunt facti. l. conſilio. ff. de curato. furio.

facta autem non tranſeunt abſque traditione. d. l.cum hæredes.ergo.nos autem loquimur in adi tione hæreditatis,quæ à ſolo animo hæredis pé- det,ergo alia traditio,ſeu poſſeſsio,non require- tur.Et ideò non dicit tex.in l.apud Iulianum. in §.fi.ff.quib.ex cau. in poſ. ea. quod aditione hæ- res cum creditoribus hæreditariis contrahat, ſed dictionibus & verbis impropriis,quod quaſi con trahat.& eſt argumentum in l.iii.in §.idem ſcri- bit,ſecundum inductionem cōmunem. ff. de pe- cu. Non ob.ſecundum, quia id quoque proce dit & adhuc verum eſt, in poſſeſsione, quę eadē ratione(quia eſt facti)traditionem requirit, nos autem loquimur in dominio quod eſt iuris , ius autem traditionem non requirit.d.l. cum hære- des.(eſt enim dominiū ius de re corporali perfe ctè diſponendi,niſi lege prohibeatur,vt pulchrè tradit Bar.in l.ſi quis vi.in §. differentia . nu. 4. ff.eo.de acquir.poſ.) ſed abſque ea quæri poteſt, ergo & vt hic per Doctlatius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul- ta & maximè, quod ius prætorium , honorarium dici debet,ab honore pretorum,vt etiam dicitur in l.ius autem ciuile.& ſeq. ff. de iuſti. & iur. & hinc honorarij ludi qui à prætoribus in prætura exhibebantur. Et honorarij tumuli, qui honoris cauſa facti erant,& fiebant.& ſalarium aduocato rum ac aſſeſſorum pariter honorarium adhuc vo catur.l.j.§.in honorariis.& in §.ſi cui.ff.de var.& extraor.cog. & tutela honoraria rurſum eorum qui honoris gratia quaſi cuſtodes pupillo dabā- tur,vno tantum gerente.l.iij.§.j.ff. de admi. tut. l.ſi quis tutor.§.quid ergo.ff.de ritu nup .

Et quod ſola hæreditatis aditione;dominium in hæredem tranſit, quæ (vt diximus) ſolo etiam animo fit,ante verò non.d.l.cum hæredes. ff. de acquir.poſ.Bal.in l.ſi quis.in §. j. per illum text. C.de ſecun.nup.Alex.conſ.ij.col.vj.uol.j.

Et quod poſt aditionem hæreditatis princeps non deberet poſſe legitimare filium naturalē in præiudicium hæredis adeūtis ſine cauſa, ex quo dominium ſibi erat acquiſitum etiam ſine appre henſione poſſeſsionis.tamen Alex.non abſque ra tione,tenet contrarium in pręalleg.conſ.ii.& be nè,dic vt per eum.

Et quod ſi bona à nemine poſiderentur,poſ- ſet hæres po.ingredi propria auctoritate,nec ci- tatio requireretur,aliàs autem ſic.l. meminerint. C.vnde vi.l.fi.C.ſi per vim vel alio mo.Bar.in l. fi.col.vii.C.de edi.di.Adri.tol.

Et quod deuique nemo experitur ſine actione l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.experietur autem hic hęres quanquam non dicatur explicitè in tex. vel peti.hæreditatis,de vniuerſis rebus,vel de ſingulis,pro hærede,pro poſſeſſore,vel rei vē- dicatione ut hic per glo.& Odof.& habetur in l. fi.C.de peti.hære. Finis.

Imp. Conſtantius A. ad Leontium Comitem Orientis.

NON EST DVBIVM, SI prius quàm filius iuſſu patris adierit hæreditatē, propriæ poteſtatis effectus ſit,arbitrio ſuo eū- dem hanc ſibi potuiſſe quærere . D. xvii.Kalen.April.Limenio & Catulino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tempus delatæ hæreditatis inſpiciatur , & non aditionis, quia bonum eſt argumentum de contractibus ad vltimas uoluntates.l.ſeruum filij.§.cum qui chy- rographum.ff.de leg.iii.Iaſ.latè in l. quæ de lega to.ff.de leg.j.ſed in contractibus inſpicitur tem- pus contractus.l.ſi filius.ff.de verbo.obl.ergo & in vltimis uoluntatibus tempus delatæ hæredita- tis,& non aditionis . & maximè quia ſtatim ius adeundi acquiritur filio,& per filium patri.l. pla cet.ff.de acqui.hære.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio de- ciſionis eſt, quia cum nullum ipſius filij factum interuenerit,reſq; integra ſit , & ipſe filius fuerit ſui iuris effectus, æquè conuenit vt ſibi quærat & non patri,tempuſq; inſpiciatur non delatæ hæ- reditatis ſed aditionis.& hac de re (vt etiā inquit Pau.Caſt.hic & benè)non poteſt pater hæredita tem filio delatam repudiare abſque ipſius con- ſenſu,ex quo ſibi auferret ſpem hanc acquirendi, ſi ſui iuris effectus fuiſſet,& malè.l. renitente . & ibi diximus ſupra eo.

Ad oppoſita reſpondetur,parum obſtare,nāq; primum,verum eſt ut not.in locis ad idem alleg. ſi non poſsit aduerſitatis ratio aſsignari, at in cō tractibus illud ideò eſt præſertim conditiona- libus, quia conditio trahitur retro.l.potior.l.qui balneum.ff.qui po.in pig.hab.Bal.in l. i. in §.qđ ſi nemo.leſt.j.ff.qđ cuiuſq; vni.no.col.iii.Bar.in l.lecta.nu.26.ff.ſi cer.pe.& quia factū filij inter- uenit.d.l.ſi filius. in ultimis volūtatibus aūt & in caſu noſtro nō,ergo nihil ad propoſitū & not. ēt in l.ſi vxor.C.de condi.inſer. Non ob.igitur ſe- cundum,quia uerum eſt id olim,& de iure ſforū. l.fi.C.de boniſq; lib.vel dicamus,id verum fore ſi pater iuſsiſſet.l.ſi quis bona.§.iuſſum.ff.de ac- qui.hæ.præalleg.l.placet.ſed(ut hic dicitur)an- tequam pater iuſsiſſet filius ſui iuris effectus eſt, ergo ſibi acquirere dicetur & poterit,nō aūt pri.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maxi mè,qđ dubia nō eſt ipſius deciſio apud legiſlato rē,vt dicebā ēt ſupra,ī l.ſuū,& alibi ſępè,& ī ab- ſtracto(nouiſſimè) ſed apud nos & in concreto quidē ſic.l.cū quidā.§.qđ dicitur.ff.de acqui.hę. Bar.in l.vbicūq;.col.vij.ff.de int.ac. not. in rub, ff.de rebus dub.Bald. in l. ſi tutores.C. de com- pen.vbi vulgatum illud , potentes dubitare faci- lè ſoluunt . l. quod Labeo . ff. de carbo. edict.

capitulo cum in iure peritus. de offic. deleg.

Et quod ideircò in aditione hæreditatis, quę à filio fieri debebat, requirebatur iuſſus patris (ut hic præſupponitur, & vt in d. §. iuſſum) verbis expreſſus, quoniam taciturnitas aliàs operatur conſenſum, ut pulchrè declarat Bal. in l. ſi fine. col. ij. C. de reſcin. ven. l. ſi procuratori præſentis. ff. de verbo. obliga. l. qui patitur. ff. mā. quod ibi ad auctoritatem eiuſdem patris & tutoris etiam hac ratione extendit & benè, l. j. in fi. ff. de aucto. tuto. l. ſi pater naturalis. ff. de adop.

Et quod patria poteſtas eſt in filium, dominica in ſeruum, & propria cum filius ipſe ſui iuris effectus eſt, vel ſeruus manumiſſus. vt hic.

Et quod quanquam patria poteſtas in aliquo minui non debeat, ut in not. q. inquit Bald. in c. contingit. nu. 27. de dolo & contu. & eſt argumētum in l. iij. in §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. minuitur tamen imò tollitur, ſi filius efficiatur ſui iuris.

Et quod denique magnum munus eſt, filium ſuæ poteſtatis eſſe, propter patriam, quæ inæſtimabilis eſt. l. filiusfa. §. ſecundum uulgarem formam. ff. de leg. j. & cum hoc caſu ipſe filius ſit paterfamilias. vt not. in l. j. C. qui ætate, lib. x. Bald. conſ. cxxxviij. col. j. uol. j. non mirum eſt ſi ſibi quærit & non patri. Finis.

Impp. Arcad. & Honor. A A. Annodio.

NEC EMERE, NEC DONAtum aſſequi, nec damnoſam quiſque hæreditatem adire compellitur. D. vj. kal. Ianua. Olybrio & Probino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod quis cogatur emere, & donatum aſſequi, & hæreditatem adire, quia videtur caſus in l. Iulianus. in §. idem Celſus. ff. de ac. emp. & in §. non ſolum. inſti. de lega. & in prin. quibus mod. tol. obli. eo. lib. & in l. j. in §. i. ff. ſi quis omi. cau. teſta. & inſti. de hæred. quali. & diffe. in §. j. & in l. ille à quo. in §. tempeſtiuum. & in l. quia poterat. (reddendo ſingula ſingulis) ff. ad Trebellia. iura omnia inductione clariſſima.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nō debet admitti quid quod nullam iuſtam cauſam habet. l. inuitum. C. de cont. emp. argumentum in l. ii. in §. circa. ff. de excep. do. igitur non mirum eſt ſi quis emere non cogitur, ſicuti nec vendere ex quo debet eſſe quilibet in re ſua moderator & arbiter. l. in re mādata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hær. & quia beneficium (quo ad ſecundum) non confertur in inuitum regulariter. l. inuito. ff. de reg. in. l. hoc iure. §. non pōt. ff. de do. l. pe. C. de pac. Tertij dicti verò, quia nō debet quis ſuo ſe gladio iugulare, & quia ſi, cū beneficiū eſt in inuitū nō cō fertur, multominus confertur, ſi hæreditas damnoſa fuerit ut dicitur in tex. d. l. inuito.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia ſpeciale eſt dicto inque re communi, quoniam ſi ſocius partem ſuam creditori obligauerit ego verò partē alterius puta Titij emerim, & creditor prouocet, antequā mihi tradatur, eaque Titio adiudicata ſit, totā ab eo emere cogor. l. cōi diuidundo. ad fi. ff. cōmuni diui. ergo in cōtrarium ius commune. l. ſingulare. l. quod vero contra. ff. de legi. l. quęſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. Eodemq; modo reſpondetur ad ſecūdum, id eſſe fauore ultimæ uoluntatis inductū, ut re aliena legata, hæres eam emere cogatur & ſoluere, vt declarat Por. in §. ſed non uſque. in prin. inſti. eo. Non obſt. tertium, quia cogitur per indirectum, ſi aliquis ſoluat creditori meo, vt ibi & per glo. hic, non directò & principaliter; argumentū in l. j. ff. de aucto. tuto. Non vltimum denique, ex quo iura prædicta loquūtur & uera ſunt in ſeruo qui benè cogi poteſt, ſed non in liberis hominibus rationibus ſupra dictis, inq; hærede rogato reſtituere hæreditatem procedunt per fideicōmiſſum vt adhuc glo. hic dicit & poſt eam Doct. ergo nō regulariter. d. §. deniq;. c. cum dilecta. & ibi not. de confir. vti. vel inutil.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſtatutum cogens partes ad cōpromittēdum odioſum eſt, ex quo eſt contra ius commune, & præcipuè ſi in eo pœna reperiatur appoſita vt inquit Bal. in l. ſi quis in graui. in §. ſi aliàs. ff. ad Syllania. Areti. conſil. lxxxiij. col. iiij. Deci. latè conſ. iij. col. iiij. vol. j.

Et quod à ſimili non coguntur hoſpites, recipere aduenas tranſeuntes ſi nolint. l. j. §. fin. ff. de fur. aduer. nau. Cy. in l. j. C. de epiſc. aud. Ancha. conſ. clvij. col. j. vbi aliud ad idem quoq; dicit, & nec mercatores pannos oſtendere emptoribus coguntur, quodq; iſtud nulla lege cauetur ſed oppoſitum potius ut hic & in d. l. inuitum. & in d. l. in re mandata. & fuſius vt per eum.

Et quod cōtrahere, eſt liberi arbitrij, & longe magis teſtari. l. j. C. de ſacroſanc. eccle. l. non vſq; adeò. ff. ſi quis à pa. fuc. ma. differunt tamen quia poteſt quis ſe obligare ad contrahendum, ſed nō ad teſtandum, quo minus teſtetur ſemper vſq; ad ſupremum vitæ exitum. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. l. iij. §. fi. ff. de adi. leg. l. pactum quod dotali. C. de pac.

Et quod quanquam libertas fauorabilis ſit. l. iij. §. j. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. l. ii. C. de long. temp. præſcrip. l. fin. C. de communi ſer. ma. latè ego in tracta. de fauorib. lib. non tamen cogitur dominus ſeruum manumittere. l. ſi priuatus. ff. qui & à quib. Vnde Imp. Adrianus (vt memoriæ proditum eſt) populo non aſſenſit uolenti Aurigam (quia in ludis placuerat) manumitti ne dominus læderetur. Nec Cato etiam in ſummis periculis permiſit inuitis dominis ſeruos liberos fieri.

Et quod

Et quod denique hic uerificatur uulgatum illud, cōtractus ab initio uoluntatis eſſe debere, ex poſt facto uerò neceſsitatis. l. ſicut. C. de act. & obl. l. neq;. C. de nup. l. inuiti. C. de loca Corne. conſ. xxix. col. j. uol. iij. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi venditio fuerit ſimulata, ſtatutum iuris congrui locum nō habet, quia quēadmodum agnatus ſeu uicinus, non poſſet antiquū dominū compellere ad uendendum, non debet poſſe pariter quando finxit ſe uendere, ex quo talis uenditio non eſt uenditio: argu. in l. ij. in §. j ff. quemadmo. teſta. ape. l. nu da. ff. de cont. emp. & toto ti. C. plus ual. quod agi. quam quod ſi. concip. tradit Pau. Caſt. conſ. lxxv. col. j. uol. ij.

Impp. Arcad. & Theodoſius. AA. Anthemio. P. P.

CRETIONVM SCRVPVLOſam ſolemnitatem hac lege penitus amputari decernimus. D. v. kal. April. Cōſtantinop. Honorio vii. & Theodoſio. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſolemnitas ſeruanda ſit, quia uidetur caſus clarus in l. teſtamenta. C. de teſta. ibi mos nanque fideliſsimæ uetuſtatis retinendus eſt. Et quia ex ſolemnibus nihil eſt immutandum. l. diuus. ff. de reſti. in integ. nec omittendæ ſolemnitates iuris. l. nemo poteſt. ff. de lega. j. & quia ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt prouidendum. c. ubi periculum. de elec. in vj. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carb. edic. uerum hic, & in aditione hæreditatis quidem, imminet periculum, ex quo plerumque damnoſa eſt. §. j. inſti. de auct. tuto. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſolo animo aditur. l. pro hærede. l. gerit. ff. de acqui. hære. quo fit ut alia ſolemnitate non ſit opus, eſtq; argumentum in l. ſi. C. qui admi. ad bo. pol. poſſunt. & in l. j. & ij. C. de formul. & in c. dilecti. de iudi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, ſecundum, tertium, quia uerum eſt quando ſolemnitas ſublata non fuiſſet per hanc legem met, & eſt verus ipſius legis ſenſus, omiſsis his quæ hic ridiculè dicuntur per glo. & Doc. de diebus creticis, ex quo cernere nihil aliud eſt quàm adire, & eretionum ſolemnitas hic, id eſt, aditionum, exponi debet ut Sext. de uer. ſig. in uer. creui, ait. Vel dicamus id uendicare ſibi locum in ſolemnitatibus neceſſariis, non ſcrupuloſis & inutilibus. Non denique & ultimum, quia cum pēdeat a ſolo animo adeuntis, dica: q; lex hæreditatem ſolo animo adiri. d. l. pro hærede. d. l. gerit. alia cantione opus non erit, nec alia ſolemnitate. vſque adeò ut regula alio caſu quoque, locum habeat & uerificetur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod iuris ſcrupuloſitas nimia reiicienda eſt, vtpote legibus odioſa. l. poſthumis. ff. de iniuſto rupto irritoq; teſta. l. j. C. communia de lega. argumentum in l. ſi ſeruus ucttitus. ff. de leg. j. nimirum igitur ſi cretionum ſolemnitas huiuſmodi quoque, hic amputata eſt.

Et quod abſurdum eſt origine rei ſublata, eius imaginem derelinqui, ut in ſimili etiā dicit text. in l. j. in prin. C. de lati. lib. tol. non ergo eſt ſolemnitas illa, quæ olim in aditione hæreditatis requirebatur, ullo modo ſeruanda, cum (ut diximus) fuerit ſublata.

Et quod aduerbium penitus iunctū uerbo amputari quod eſt futuri temporis, idem importat ac ſi dixiſſet lex, nullo modo uolumus in futurū ſeruari, ut in ſimili dicitur in l. ſi. C. de noua. & in l. fin. in § & hęc quidem. infra eod. magis in terminis, multa Alex. conſ. x. col. iiij. & conſ. xiij. col. iii. uol. ij.

Et quod amputanda ſunt ea (agricolarum more) quæ uitio non carent, ut etiam dicitur in l. j. C. de plus peti. & in c. j. in ſi. prin. de reſti ſpol. in vj. & in l. ij. in prin. C. de tempo. & repa. ap.

Et quod denique uerbum decernimus, eſt noui iuris promulgatorium, ut tradit etiā Deci. ubi & nos quoque in c. paſtoralis. in not. de excep. Crot. in l. ſi conſtante. col. xxx. ff. ſol. mat. Finis.

De repudianda vel abſtinenda hæreditate.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Claudianæ.

PVPILLORVM REPVdiatio delatę hęreditatis, ſine tutore autore facta, nihil eis nocet. S. ii. kalē: Ianuar. Sirmii. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod pupillus repudiet ſine tutoris auctoritate & conſequenter quod ſibi noceat repudiatio, quia uidetur caſus clarus in l. conditionibus pupillus. ff. de condi. & demon. & clarior in l. pen. in §. ſi. ff. de ritu nup. & in l. bonorum. C. qui admit. ad bo. po. poſſunt. & not. in l. reſtituta. in §. ſi. ff. ad Treb.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſicuti non poteſt ſolus adire. §. j. inſti. de aucto. tuto. l. potuit. ſupra de iure delibe. non debet poſſe pariter ſine tutoris auctoritate repudiare. l. his poteſt. l. his qui hæres. ff. de acquiren. hæredi. l. ſi infanti. ſupra de iure deliberan. & ideò facta ſibi non nocebit ut dicitur

in text. quo ad Ipſam hæreditatem conſequendam poſtea admittantur.

Ad oppoſita reſpondetur parum obſtare. Nō primum, quia id uerum eſt in repudiatione tacita, non implendo conditionem in mero facto cōſiſtentem, quod ſibi permiſſum eſt à lege etiam ſine tutoris auctoritate, ut ibi not. ergo non in expreſſa, nanque multa omittendo poſſumus, quæ faciendo nobis minimè conceduntur. l. aduerſus C. de uſu. argumentum in l. ſi unus. in §. illud. ff. de pac. latè Iaſ. in l. cum quid. col. ii. ff. ſi cer. pet. Non ſecundum, & tertium: quia dictis caſibus index defectum tutoris ſupplet, ut latè not. in d. l. bonorū. & ibi diximus, ergo perinde eſt ac ſi repudiatio tutore auctore facta fuiſſet: argumentū in l. ſi eum. in §. fuerat. & ibi per Docto. inſtitu. de actio.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod pupillis ignoſcendum eſt, ex quo ætas eorum quid videat ignorat. l. j. C. de fal. mo. ibi qui propter ætatem. &c. ff. de tute. argumentum in l. j. in §. pueritiam. ff. de poſtu. Bal. in l. ad teſtium. in §. j. ad fi. ff. de acquiren. hæred. Abb. in c. j. de del. puc. nimirum igitur ſi repudiatio pupilli facta ſine tutore, ſibi non nocet.

Et quod facta etiam cum præſentia matris, tāquam cum legitima tutrice cum tamen non eſſet adhuc non valebit, nec ſibi pręiudicabit ut declarat Pau. Caſt. conſ. cccxxiiij. col. j. uol. ij.

Etquod quanquam verbum ſeu dictio nihil, ſit vniuerſalis negatiua. l. fi. ff. de lib. & poſthu. l. nihil. de reg. iur. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſ. latè Alex. conſ. ii. col. iij. nu. 27. vol. j. loquendiq́; modus frequens Iuriſconſ. inferens amplius nullitatem ipſo iure, vt inquit Barba. in c. ſuper literis. col. xxvj. de reſcrip. & Feli. in c. Rodulphus. col. xxiij. eo. tit. ſignāter per text. in d. l. fin. & repulſe nota, cum à tergo ſupplicationis inſcribitur de ſtilo Curiæ Cæſareæ, vim habens decreti principis, ac diffinitiuę ſententię. & legis. l. j. ff. de conſti. prin. §. ſed & quod principi placuit. inſti. de iur. natu. attamen hic (nl fallor) vim habet ſimpliciś negatiuè, & ſic nihil eis nocere, pro non, exponi debet.

Et quod non eſt ſatis quod pupillus habeat tutorem, ſed oportet etiam quod eidem auctoretur toto titu. ff. de aucto. tuto. & ideò dicitur hic, repudiationem, ſiue tutore auctore factam, eidem non nocere, imò quod auctoritas tutoris coacta, non valet, nec ſi præſens fuiſſet, ſomno aut morbo comitiali tamen, occupatus, uel ſi perperam adhibeatur. l. j. §. fi. & l. ſeq. ff. de aucto. tuto.

Et quod denique delata hæreditas dicitur, quam quis conſequi poteſt per ſe vel per alium. l. delata. ff. de verbo. ſignifica. & ibi glo. not. l. ſi infanti. ſupra de iure delibe. diximus in l. j. qui admit. ad bon. poſ. poſſunt. & cōſequenter repudiari vt hic fieri debebat. Finis.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur deſcribantur, & inſpiciantur.

Impp. Diocletian. & Maximian. A A. Ariſtoteli.

IUS QUOD AD CAUſam nouiſsimi patris veſtri iudicij pertinet, de calumnia tibi iuranti, pręter partem, quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur: inſpiciendi ac deſcribendi, pręter diem & conſulem, tibi rector prouinciæ facultatem fieri iubebit. D. vj. kal. Maij. CC. Coſſ.

Imppp. Gratian. Valentin. & Theod. AAA. ad Heſperium. P. P.

CODICILLOS, SEU SCRIpturam quolibet tenore formatam, ea oportebit obſeruatione in publicum proferri, qua teſtamenta panduntur. D. iij. Kal. Augu. Mediolani. Auſonio & Olybrio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod totū aperiri debeat, cum die & conſule, quia videtur caſus in d. l. i. in §. fi. ff. de eden. & in l. i. in §. editiones. ff. eo. & eſt argumentum in l. inciuile. ff. de legi. & in l. cum Syllanianum. C. de his quib. vt indig. Et quia codicilli à teſtamento differunt. l. ſi idem. C. de codicil. dicendum videretur nō idem obſeruandum in eis quod obſeruatur in teſtamentis pandendis.

Contrarium tamen hic quo ad teſtamenta, & in l. ſequen. quo ad codicillos deciditur, & ratio decisionis eſt, quia cum vetuerit teſtator, vel ad ignominiam tendat in ea parte teſtamentū, æquè conuenit non edi, ad quod facit etiam quod habetur in l. argentarius. in §. edi. & ibi gloſſ. ff. de eden. & in l. fi. C. de iur. & fac. igno. neúe detur materia falſum fabricādi vt hic per glo. & Doct. & eſt argumentum in l. conuenire. ff. de pac. dotal. & in l. ſi vnus. in §. illud. ff. de pac. not. Iaſ. in l. cum quid. col. ij. ff. ſi cer. peta. Et quo ad codicillos quia ita poſſunt fieri in ſcriptis, ut teſtamenta l. generali. C. de ſacroſanc. eccle.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia id verum eſt in editione quæ fit iudici, ergo non in teſtamento, quod aperitur parti, & fuſius vt declaret Bar. in d. §. edi. Non ſecundum,

dum,quia id à perſona publica petebatur,vt puta notario,quo caſu editio benè fit cum die & conſule, quandoquidem ceſſet in eo falſitatis committendæ ſuſpitio.c.quoniam contra. de proba. ergo non ſi à priuata vt hic. & eſt argumētum in l.iij.ibi cur non in milite diuerſum. ff. de milita. teſta.& in l.nec honore vbi glo. C. de epiſco. & cleri. Non denique vltimum, quo ad codicillos, quia differunt nomine, non effectu, ratione ſupra dicta,ergo omnino id in eis,quod in teſtamentis omnimodo obſeruabitur ex quo nec iura aliud quàm effectum conſiderant: argumentum in l.nomen filiarum.in §.habere. ff. de verb. ſignifica. impoſitaq; dicuntur rebus & non verbis.l.ii.C.communia dele.& quia differunt, (ultra hæc) per plus & minus, quæ non conſtituunt differentiam ſpecificam.l.fi.ff.de fun.inſt.

Præſtantq; nobis duæ iſtæ leges, argumentū ad multa,& maximè, quod quando quis petit teſtamentum aperiri,ſibiq; copiam dari,quod triplici remedio facere poteſt per edictum de quo hic, & de tab.exhiben. & rei vendicatione vt per Cy.in l j.ſupra eo.in prin.debet iurare ſua intereſſe,& non calumniandi animo petere, & poteſt dici quod extraordinarium ſit, vt in ſimili de eo quod in ſummaria probatione deferr̄ & de quo in l.theſaurus.ff.ad exhib.inquit Bald.in c.quoniam.in §.fi.nu.3.vt lite non conte.quia ordinarium eſt id de quo in titu.de iur.cal.

Et quod ſecreta,non facilè pandi debent ſi maximè uetuerit teſtator ut hic, & facit quod dicitur ad idem in l.ii.quā.& quibus quar. pars deb. lib.x.& in l.i.in §.his qui depoſita.ff.ad leg.Cor. de fal.& in l.j.in §.ſi quis tabulas.ff.depo. & in l. ſi quis teſtamentum.in §. ſed & ſi quis. ff. ad legem Aquiliam.

Et quod nec relictum ad ignominiam nec inſtitutio cum maledicto ualet ut hic etiam not. glo.& in l.turpia.ff.de leg.i. Bal. pulchrè conſil. lxxiiii.col.i.uol.i.

Et quod nomen filiorum habere non merentur,qui nominari non poſſunt,niſi cum infamia, ut natus ex monacha uel ex ſacerdote, erubeſcit enim natura tales genuiſſe, qui ex peccato quaſi contra naturam ſunt geniti,ut adhuc per not.hic declarat idem Bald. conſ.ccclxxiii.col.j.eod.lib. nonnihil in l. generaliter. in §. i. circa medium. C. de inſtitutio.

Et quod deniq; principale ad ſe trahit acceſſorium, teſtamentum ſcilicet codicillos non è contra.l.quod permanus. ff. de iure codicillo. l. Meuia.ad fin.ff.de an.leg.Bal.in l.humanitatis. col. xii.C.de impub.& al.ſub.in not. q. Cuma. conſ. i.ad fi.nimirum igitur ſi quod dicitur in teſtamē to in codicillis quoque debet ſeruari ad unguem. Finis.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coegerit.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Eutychidi.

IVDICIVM VXORIS POſtremum in ſe prouocare maritali ſermone,non eſt criminoſum, D.v. kal. Ianuar.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod actus inſtitutionis,ſeu teſtamentum,hoc modo factum, nō valeat,& nullum ſit, quia uidetur caſus clarus in l.non eſt.ff.de inoffi.teſta.& in l.i. ii. & iii. ff. de dona.inter uir.& vxo.& in l.i.C.de ſtat.& imag. & in l.captatorias. C. de mili. teſta. & in l. item apud Labeonem.in princip. ff.de iniur.iura omnia inductione facillima. Et quia libera teſtatoris voluntas eſſe debet,non coacta.l.j.C. de ſacr. ſan.eccle.l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo.obliga.& quia denique uerba blandu,coertionem quandam habere uidentur, maximè reuerentia quadam maritali conſiderata l.i.§.quę onerandæ.ff.qua.re.ac.non de.

Contrarium tamen hic deciditur,quod maritalis ſermo criminoſus non ſit.& ratio deciſionis eſt,quia inter uirum & vxorem,quædam obligatio antidoralis eſſe videtur,quæ inſtitutionem vitiare non debet.quanquam maritali ſermone prouocetur vxor.l.ſed ſi lege.§.conſuluit. ff. de peti. hære. Et quia titulus iſte locum habet & procedit atque intelligitur, quando compellitur quia ut aliquem inſtituat.l.i.ſupra eo.uerum in uerbis ſi blanda fuerint inque maritali ſermone nulla poteſt eſſe compulſio ,igitur teſtamentum ualebit & inſtitutio, nec erit uicioſa.l.fi.ff.eod.titu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum, quoniam loquitur in blanditiis & delinimentis nouercalibus ad malum,ut parentes liberis iniuriam inferant,eos exhæredando quo caſu ad querelam exinde vocantur, nos autem aliter, ex diuerſis illatio nulla fit,quæ ſit bona. l. Papinianus exuli.ff.de mino.ergo. Non ſecundum, quia id etiam procedit in donatione facta à uiro vxori,vel è contra,ſpeciali ratione prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient,& mendicare cogātur. ſine aliis rōnibus ut ī dictis iuribus legitur. ergo aliàs hic valebit inſtitutio. Non obſt.tertium, quia ſecum etiam reſponſionem affert,uerum fore ut pœnam non deuitent, qui adulandi ſtudio ſtatuas erigunt ſine principali reſcripto & qui potius tentare audent quæ interdicta ſunt, quàm quæ conceſſa facere & exequi debito modo. & ſic ad malum non ad bonum ut hic. Quartum quoque ſpecialem habet rationem non valere, ex quo uoluntas teſtatoris in alienum conferebatur arbitrium,haud conſiderabile hic. Et quia ibi di-

ximus

ximus ſatis tranſeo nunc ad alia. Non obſt. igitur quintum, quia loquitur in eo qui mentem alicuius alienauit medicamento, vel alio modo, quo caſu aduerſus eum actione iniuriarum agi poterit ut ibi ſubiicit Iuriſconſul. at hic nullus eſt dolus ergo. Non obſt. ſextum, quia libera eſt non coacta.l.j.ff.quod met.cau. Non deuique ſeptimum,& ultimum;quia nec id uerum eſt ex quo multa alia concurrere debent ut quod metu reuerentiali factum eſſe dicatur,de quibus per Alex.in l.interpoſitas.col.j.C.de tranſac. Bal. in l.fi.ff.de cond.ob turp.cau.Feli.in c.cauſam matrimonij.col.ij.de offi.dele.Bar.in d.§. quæ onerandæ.& in d.l.interpoſitas. pulchrè idem Bald. in noſ.caſu conſ.xxvj.col.j.& ij.vol.iij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod adeò uerum eſt iſtud valere inſtitutionem ſeu relictum verbis blandis factum alicui ut ſi per alterius ſuggeſtionem adimatur, peti nihilominus ab eo cui relictũ eſt, poſsit per actionem de dolo uel in factum ſubſidiaria,ut inquit Ange.hic, vnde caute.Summus Veronen.in ſuis xxxvj.atteſtati uidiſſe ita ſemel praticari, ob id bene notandum eſſe dicentes.

Et quod ſi teſtator ſimili modo uolebat relinquere equum pupillo, tutor uerò; blando ſermone eum induxerit ad ſibi relinquendum, pupillo ad intereſſe non tenebitur,Et idem in prælato, ſi uolebat teſtator relinquere eccleſiæ,blandoq; ſermo allectus rurſum ſibi reliquerit, de quibus per Cyn.in l.quicquid.C.arb.tute.& Abb.in c. ij. de pecu.cle.ad fin.

Et quod uerba ſano modo intelligenda ſunt. l.j.ad fi.ff.ad municip.l.iii.§.non fruſtra.ff.de iure fiſ.Pau.Caſt conſ.xliii.uol.ii.col.i.ad fi.maritum ſcilicet blãdis uerbis vxorem inducere poſſe,ut ipſum hæredem inſtituat, dumtamen abſit metus uel dolus,ut hic per Docto.tradit Bald.in præallega.conſ.xxvj.col.ii. fuſius Bertran. conſ. cccxiiii.nu.2.& 3.uol.ii.

Et quod teſtamentum factum ad interrogationem alterius ualet,quicquid dixerit Iac. de Arc. in l.hæredes palam. ff. de teſta. Nicol. de Mat.& Auge.in l.iubemus.C.eod. quia (ut hic dicitur) poteſt quis perſuaſionibus ſuis,inducere teſtatorem ut ipſum uel alium hæredem inſtituat, & eſt communis opi.& ex multis ita aliquando reſpondit Coru.conſ.lxxvii.col.iiii.uol.iiii.

Et quod denique ex præſentia mariti,nõ propterea uxor, dolo inducta uidetur ad teſtandum, & ſibi aliquid relinquendum ut etiam per plura oſtendit Pau.Caſt.& præcipuè per iſtum tex.cõſil.ccccxj.col.i.uol.i. Finis.

ADDITIO.

Quod blandis uerbis fieri poteſt, ne teſtator etiam morietur teſtatus,ut adhuc idem Paul.conſuluit,conſ.cccclj.col.iii. uol. ii. Si prius tamen teſtamentum feciſſet & blandis uerbis induceretur ad ſibi relinquendum ab aliquo, quod prius reliquerat alteri, tunc dolo id factum præſumeretur,nec relictum ualeret,ut hic not.vbi Ang.& in l.non enim.ff.de inoffi.teſta.Soci. iuni. plenè conſ.cxlviii.nu.15.uol.ii.

De his quibus vt indignis auferuntur hæreditates, deque Senatuſconſulto Syllaniano.

Imp. Alexander A. Vitaliæ.

SI IDEO VLTIO NECIS teſtatoris non eſt deſiderata, quia Cædis autores reperiri non potuerint, obeſſe hæredibus, ex quo nulla eorum culpa detegitur,nõ oportet. PP. idib. Mart. Lupo & Maximo Coſſ.

Dubitãdi rationẽ faciebat,hæredibus hæreditatem eſſe auferendam & fiſco applicãdam, quia regulare eſt; ubi non uindicant defuncti necem, interfectores accuſando,caſus eſt in l.j.ſupra eo. & ideò dici ſolet hinc uulgo; cum ſtultus eſt in culpa, in pœna fit ſapiens.& fuit uerbum Bald. in c.niſi.nu.2.de offi.lega.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia qui fecit quod potuit,legẽ adimpleuit,nec pœna ibi eſſe debet,ubi non eſt culpa l.i.§.diuus.ff.de uariis & extraordi.cog.l.qui operas.ff.loca.c.cognoſcentes.de conſtitutio.l.ſi putator.ff.ad legem Aquil.Bal.conſ.cccxiiii. ad fi. uol.i.hic autem Cædis autores inueniri non potuerunt,ergo ultio fieri non potuit,neque ex hoc hæreditate ſunt priuãdi,cum in culpa nõ fuerint.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia ex his ſublata uidentur,nec ſecus iura ad idem allega.intelliguntur,uera eſſe ſcilicet, quando hæredibus culpa imputari poteſt, ex quo tunc ſunt indigni,quibus hæreditas auferatur,ſed ut dictũ eſt)hic non ſunt in culpa,ergo nec(ut rurſum dicebatur) pœna effici debent. hoc eſt priuatione hæreditatis:argumentum in l. teſtamento Centurio.ff.de manumi.teſta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod non eſt veriſimile teſtatorem uoluiſſe hæredem teneri ad impoſsibile,ut ſignãter dicit etiam per iſtum tex. Paul. Caſt.conſil. 50.ad fin.uol.ii.

Et quod negligentia & culpa non curantur, quando quis ignorantia probabili ducitur.ut hic & per Areti.in l.quandiu.C.qui admi.aliàs ſic.l. iii.ff.eo.de his quib.ut indig.

Et quod ultio necis defuncti ab hæredibus debet deſiderari,quanquam deſiderata,id eſt, vlta, hic glo.exponat.Et hoc quia aliàs indigni,& ingrati

grati uiderentur,malo hoc compeſcendi, ſi non deſiderent eam,nec ulciſcátur,ut in l.i. ſupra eo. & toto hoc titu.& ff. eo.

Et quod iſtud uerum eſt in foro fori, non in foro poli (quod pro ſupradictorum declaratione notandum eſt) ex quo inquit Paul. ad Rom. xij. Mihi uindictam & ego retribuam. & Deutoro. xxxij. Mea eſt ultio & ego retribuam. & in ſimili glo. in c.quicunque. xvii. q. iiii. dicit aliud iure poli,& aliud iure fori.& in c.inquiſitioni.de ſen. excom.& in c.tua nos.de ſpon.& in l.cum ancillis.C.de inceſt.nup.& in c. ex tranſmiſſa. de renun. Bald. in l. conditioni.C.de inſti.& pulchrè Ancha.conſ.cxxvii.col.iii.

Et quod denique hæredes culpa non carerent, ſi utique ſcirent interfectores eoſq; non accuſarent,præalleg.l.cum fratrem. ubi not. text. infra eo. argumentum in l.culpa caret à contrario. ff. de reg.iur.Si enim honorati ſunt titulo inſtitutionis uel relicti,in alio eos grauat lex ut teſtatoris mortem ulciſcantur: argumentum in l. ab eo. C.de fideicom.alias hæreditas ſeu relictum applicabitur fiſco,ut dictum eſt. Finis.

De Codicillis.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ. Aſclepiodotæ.

HAEREDITATEM QVIdem neque dari, neque adimi in codicillis poſſe, manifeſtum eſt. verbis tamen præcariis per huiuſcemodi nouiſsimi iudicij ordinationem iura non faciunt irritas voluntates. Vnde inefficaciter te codicillis rogatam eſſe, vt quibuſdam rebus contenta, portionem quam teſtamento fueras conſecuta, aliis reſtitueres: falſo tibi perſuaſum eſt. PP. idib. Octobr. Peregrino & Aemiliano Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, hęreditatem etiã in codicillis dari poſſe, quia uidetur caſus in l. Sceuola.ff.ad Treb.& clarior in l.aſſe toto. ff. de hære. inſti. Clariſsimus in l.militis codicillis. ff. de milita.teſta.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,propter breuem codicillorum ſolemnitatem, ſeu quia alia uirtus teſtamento tribuitur alia codicillis.vel ne codicilli,cum teſtamentum eorum cauſa ſit,cauſa ſuæ cauſæ eſſe videantur.l. verbis ciuilibus.& ibi glo.ff.de vulga. & pupilla. ſubſti.l.ſi idem.C.de codicil.l. ſi per ſeruum. ff. de acquiren.hæredi.not.in l.quod per manus.ff. de iure codicillo. & ne etiam confundatur ius teſtamentorum & codicillorum. §. codicillis autẽ. inſtitu. de codicil. dixi ego latè hic in lectura anni M D LVII.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia hoc non dicit ibi tex. directo ſcilicet hæreditatem in codicillis dari,ſed contrarium potius.ibi quia hæreditas codicillis neque dari neq; adimi poteſt,ſed per fideicommiſſum, ita vt venientes ab inteſtato rogari uideantur ſubſtituto hæreditatem reſtituere.& hoc (ſubiicit tex.) benigna interpretatione receptum eſt. Non ſecundum, quia hæreditas ibi ex teſtamento data uidebitur,dixit enim teſtator ſic quẽ hæredem codicillis fecero idem ſit hęres,ergo non in codicillis inſtitutio facta dicetur.neque hæreditas(ut diximus)data. Non ultimum denique, quia in milite ſpeciale eſt, ut hic per Iaſ. & ſpecialitas ratio eſt(ut dicebam ego in lectu.)militiæ ſimplicitas,tenentur enim ipſi milites arma ſcire potius quàm leges.l.j.C.de tur.& fac.igno.l.fi.C.de iure delibe.l.j.ff.de mili.teſta.Bald.in l.i.lectu. ii. col.xvi.C.de ſacroſanc.eccle.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod imperfectio voluntatis eſt eligere viam incompetentem, uſque adeò ut nec ad pias cauſas hæreditas quoque dari poſsit in codicillis,nec inter liberos adhuc,ut idem Bald.dicit in loco præalleg.omnino uidendus.

Et quod ſi facta ſint duo teſtamenta, inq; primo aliquis(puta Titius)in dimidia inſtitutus,in ſecundo verò inſolidum, certum eſt per ſecundum primum tolli.l.j.ff.de iniuſt.teſta. §. poſteriore.inſti.quib.mod.teſta.infir.ſique poſtea primi teſtamenti in vltimis codicillis mentio fiat deque contentis in eo, dicta dimidia debebitur Titio iure fideicommiſsi,& non directo, quia in codicillis hæreditas nec dari nec adimi poteſt,ut hic & in l.ij.ff.de iur.codicillo.& in d.l.Sceuola. Pau.Caſt.conſ.cxxxvij.col.i.uol.i.

Et quod non ab re dari & adimi in codicillis hæreditatem non poſſe dicitur, quia ſi data ſit in teſtamento,adimi poterit in codicillis & dari venientibus ab inteſtato.l. hac conſultiſsima. §. pe. C.de teſta.vbi etiam Bar. Bal.in d.l.militis codicillis.ff. de mili. teſta. tamen videndus eſt quoq; ad longum Alex.conſ.cxlvj.col.ij.& iij.vol.ij.

Et quod ſi teſtator inſtituerit filios ſuos coram ſeptem teſtibus & dixerit uelle dictam inſtitutionem ualere iure codicillorum, ſi dicto iure non ualebit vt hic valebit tamen ut teſtamentum, quod tenuit etiam Io.And. in addi. Spe. in ver. ad intellectum.in §.compendioſè. de inſtru. edi. Secutus Dyn.& poſt eos Alex.cõſ.liij.col. ii. uol. vii.& latius conſ.cxciiii.col.i.eo. lib.

Et quod denique hac ratione quoniam hæreditas non datur in codicillis, codicillus codicillũ non tollit, pluresq; fieri poſſunt. l. diuus. §. codicillos. ff. de iur. codicillo. ſecus in teſtamentis quia primum tollitur per ſecundum,(ut dicebam ſupra)

ſupra) §.poſteriore.inſt.quibus mod.teſta.infir. l.j.ff. de iniuſt. teſta. & hoc quia plures hæredes & domini eſſe non poſſunt,ut inquit Albe.in authen.hoc inter liberos.in §.ſi quis autem.vbi etiã ego nu.9.C.de teſta. Et ideò prædictis ſtantibus dicebant Veronen.longè vtilius eſſe in codicillis q̃ in teſtamẽtis relinquere, in cante. ſuis lxxxvij. & clxiiij. Poteſt etiam dari hæreditas in codicillis(quod ad declarationem notandum eſt)ſic;inſtituo Seium, ſi codicillis ipſum hæredem ſcripſero.l.inſtitutio.ff. de condi.inſti.quod tamen in filio verum non eſt, ex quo debet aut purè inſtitui,aut ſub cõditione poteſtatiua.l.ſuus quoq; in prin.ff. de hære. inſti. Et quoad principalem deciſionem iſtius text. adde nouiſsimè quod ita dixit etiam Pau.Caſt.conſ.ccxcij.col.iiij.vol. ij. Deci.conſ.ccclxj.col.j.vol.ij. Corn. conſil. lviij. nu.38.vol.ij.& conſ.xliiij.col.j. vol. iij. & conſ. cccvj.col.ii.eodem lib.& conſ.iiii.col.i.vol. iiii. & conſil. clviij. col. iiii. & conſil.ccij.col.ii.eodem lib. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. Hyacintho & aliis.

CVM PROPONATIS PVpillorum veſtrorum matrẽ diuerſis temporibus ac diſſonis voluntatibus duos codicillos ordinaſſe:in dubium non venit, id, quod priori codicillo inſcripſerat, per eum, in quem poſtea ſecreta voluntatis ſuæ contulerat, ſi à prioris tenore diſcrepat,& contrariam voluntatem continet,reuocatum eſſe. PP.vj.id. Septẽb. ipſis iiij.& iij.AA.Coſſ.

Dubitãdi rationẽ faciebat, quod primi codicilli per poſteriores non reuocentur, quoniã regulare eſt quod quis poſsit mori cum pluribus.l. diuus.§.codicillos.ff. de iure codicillo.§.fi. inſti. de codicil.aliàs à teſtamento non different,haud dicendum.l.ſi idem.infra eo.Et ideò videmus q; quis non ſic mori poteſt cum pluribus teſtamentis.l.i.ff.de iniuſt.teſta.§.poſteriore.inſti. quib. mod.teſta. infir. & proximè ſupra etiam dictum fuit. & in lectu. fuſius.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. i. C.de fur.& quia nemo poteſt ſibi ipſi legem imponere à qua recedere non liceat.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iii.l.iiii.ff.de adi. lega.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia verum eſt niſi fuerint contrarii rationibus prædictis,quia tunc ſecus vt dictum eſt,& nimirum ſi regula exceptionem patitur,imò ipe ptum eſt aliquando non fallere,vt inquit glo. in auth.vt ſi.prohib.mat.deb.in prin. Non ſecundum,quia in hoc non differunt,regulariter autẽ ſic,non modo nomine verum etiam effectu. l. ſi idem,infra eo. præalleg.d.§.codicillos.d.l.i.ff.de iniuſt. teſta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod vbi ſunt duo actus, quorum vnus habet ſe ad alterum vt habitus, alter vt priuatio,ſemper præſumitur quod habitus præceſſerit,nimirum igitur hic ſi primi codicilli per poſteriores cõtrarios tolluntur,& not.aliàs Io. And. in regu.cum ſint partium.de reg.iur.in vj.in Nouel.& Bal.in l.i.col.ii.per iſtum tex.ff.ſol. mat.

Et quod ultima prioribus derogant,non modo in pactis uerum etiam in vltimis volũtatibus vt hic,& in l.pacta nouiſsima.C.de pac.& in l.diui.in §.fi.ff.de iure codicillo. tradit Bald. in l. ii. col.iii.C.de ſuc.edic.

Et quod ultima ſcriptura ſemper ſeruanda eſt maxime(vt dictum eſt)contraria primæ.l. ſi quis eum.& ibi Bal.notat in prin.ff.de vulga.& pupil. ſubſti.& ferè idem eſt quod ſupra.

Et quod à ſimili ſi in eodẽ volumine ſint duo ſtatuta contraria eodem tempore cõfirmata,ſtabitur vltimo,ita Bar.in l.omnes populi. col.ii.ff. de iuſti.& iur.

Et quod denique repugnantia in eſſe deduci nõ poteſt etiam ſi eſſet Deus vt inquit Ang. cõſ. cc.col.vj.& Alex.poſt eum conſ. xv. col. ii. uol. iii. Vnde non mirum ſi poſterioribus codicillis (vt ſæpè diximus) priores contrarii reuocantur, & reuocari præſumuntur. Finis.

Impp.Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Stratonico.

NON IDCIRCO MINVS, quod inteſtato abſente te codicillos mater tua fecit: hi, quibus præcariis verbis adſcripta ſunt,relicta capiunt. Sine die & cõſule.

Dubitandi rationem faciebat, quod præſentia honorati ſeu grauati requiratur,quia de contractibus ad vltimas voluntates argumentum procedit.l.ſeruum filii.§.eum qui chyrographum.ff. de leg.j.l.ſi chyrographum.ff.de leg.iii.ſed in cõtractibus hoc idẽ requiritur.l.vt hæredibus. l. ei qui.ff.de lega.ii.l.etiam.ff.de dona.glo.in l. i. ff. de dona.cau.mor.ergo.Et eſt in ſimili argumentum etiam in l.fi.C.de aduo.fiſ. ibi examen præſente fiſci aduocato ſuſcipiant.& in l.fi. ff. de inter. act. & in l. certum. in §. ſi quis abſente.ff.de conf.& in l.famoſo.ff.de re iudi.& in l. conſenſu.ff.de ac.& obl.Et quia beneficium non confertur in inuitum.l.inuito.ff.de reg.iur.l. hoc iure. §.non poteſt.ff.de dona.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis

ciſionis eſt, quia non quærimus cum quo quis de ſupremis loquatur, ſed in quem uoluntatis dirigatur intentio. l. cum pater. §. donationis. ff. de lega. ii. l. miles in prin. ff. eo. Bar. in diſputa. filiú adultum. xiii. col. ii. Abb. in q. ſtante ſtatuto. col. iiii. Ancha. in repe. c. canonũ ſtatuta col. cxxxiij. & cxxxix. de conſti. Alex. conſ. ccxi. col. ii. uol. ii. & quia hoc ipſum ſolum pendet à uoluntate matris codicillantis. l. inter veſtem. ff. de aur. & arg. lega. & ut per Docto. hic latius.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia verum eſt, ſi non poſsit diuerſitatis ratio aſsignari, vt in locis ad idem alleg. not. ſed in contractibus ideò præſentia contrahentium requiritur, ex quo obligari non poteſt quis niſi conſenſu tacito vel expreſſo haud conſiderabile in vltimis voluntatibus. l. inter ſtipulantem. ff. de ver. obli. ergo claudicabit argumentum. Non ſecundum, quia id in fiſco eſt ſpeciale, ne ſibi adimi videretur poteſtas defendendi cauſam publicam l. ii. §. j. ff. de iur. fiſ. not. in l. j. C. de ſen. aduer. fiſ. lat. Non iura & quarto, ad idem etiam allega. quia vt dicit Bar. in pręallega. q. adultum procedunt in actibus uiuorum non in vltimis voluntatibus, rationibus ſupra dictis. Non quintum denique, & vltimum, quia relictum poterit repudiari. l. prima & toto titu. C. de rep. hæ. & ſic non confertur in inuitum neque ob hoc infertur, præſentiam requiri.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa & maximè quod ſicuti relictum factum abſenti, valet ut hic, eidemq; acquiritur, nec ipſius pręſentia eſt opus, ita priuilegium confertur, deq; beneficio inueſtitur. c. j. §. adiiciebatur. & §. ex parte. de exceſ. prælato. in vj. c. accedens. de pręb. c. ſicut. eo. titu. in vj. Imò quod à iuramento etiã abſens poteſt abſolui, & à ſententia ſuſpenſionis vel interdicti. l. Labeo. ff. de iureiu. Inno. in c. cõſideres. de ſenten. excom. Feli. omnia in c. j. poſt Bal. ibi. col. pe. de iureiu.

Et quod ab inteſtato inque codicillis legata & fideicommiſſa relinqui poſſunt, ut hic & in l. ii. ſupra eo. & in l. ii. in §. j. ff. eo. & in l. codicillis. in prin. ff. de uſuf. lega. & in l. & ſinc. C. ad Treb. & in l. Sceuola. ff. eo. titu. de cuius intellectu multa dicit Corn. conſ. clxx. col. iii. uol. iii.

Et quod una lex aliàm declarat & ſupplet. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. c. ſuper quęſtionum. in prin. de offi. dele. l. utrum. ff. de peti. hęre. not. in l. j. ff. de reb. dub. nanque eſto quod fideicommiſſum inducatur verbis præcariis ut hic dicitur & in §. fin. inſti. de ſingu. reb. per fideicom. relict. attamen quibuſcunq; etiam induci poteſt. d. l. Sceuola. ff. ad Treb. l. ii. in prin. C. communia de lega. & not. in d. §. fi. imó plus ꝙ enunciatiua quoque ſufficiunt. l. Pamphilo. in prin. l. fideicommiſſa. §. hæc uerba. ff. de lega. iii. Deci. conſ. xxxviij. col. ii. uol. i. Gozadi. conſ. cj. col. vj. ad quod etiam facit tex. in l. cum uirum. de fideicom. infra ibi. Sanè quoniam in fideicommiſsis uoluntas magis quam uerba plerumque intuenda ſunt.

Et quod ubi duorum conſenſus requiritur (ut etiam dictum fuit) abſenti non acquiritur, nouiſsimè in donatione poteſt exemplificari. l. abſenti. ff. de dona. aliàs ſic ut hic, & in l. etiam inuitis. ff. de acqui. rer. domi. l. ſeruus uetante domino. ff. de uerb. obli. not. in l. i. C. qui admit.

Et quod denique tantum eſt dicere hic, nõ idcirò minus relicta in codicillis ab eo cui facta ſunt, capi poſſe, quantum ſi dixiſſet, non ideò minus. C. de hære. inſti. l. non ideò minus. C. de lib. cauſa. eſtq; (ut dicunt Grammatici) coniunctiua dictio, idemq; ſenſus, tametſi uerborum compoſitio ſit uaria, ſeu diuerſa. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA.
& CC. Flauiæ.

NEC CODICILLOS QVIdem furentem facere poſſe, certiſsimi iuris eſt. Si igitur ſcriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, vt aliquid ex hac peti poſſit: aſſeuerationi tuæ, mentis eum compotem fuiſſe negantis, fidem adeſſe probari conuenit. D. vj. kal. Decembr. Diuelli. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod petens probare teneatur, & non filius negans, ex quo maximè negatiua ſui natura improbabilis eſt. l. actor quod aſſeuerat. C. de prob. c. bonę. de elec. Imò quod eſt regulare aliquid dicenti & affirmãti, onus probandi incumbere. l. ei qui. ff. de prob. l. qui accuſare. C. de eden. præalleg. l. actor quod aſſeuerat. l. i. ibi que in libello contuliſti proba, C. noua uectiga. inſti. non poſſe. & not in l. is poteſt, ubi Alex. in ſpecie. col. iii. ff. de acqui. hæ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in dubio quis ſanè mentis pręſumitur ut etiam dicitur in c. fi. de ſuc. ab int. & eſt pręſumptio naturę, quę transfundit onus probandi in aduerſarium. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. l. ii. C. qui teſta. face. poſ. argumentum in l. meritò. ff. pro ſo. Corn. cõſ. cccxix. col. ii. uol. i. & conſ. xxii. col. ii. uol. iiii. ergo filius negans fuiſſe ſanè mentis patrem ſuum hoc idem probare tenebitur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia non eſt uerum ut oſtenſum eſt nec repeto. nec facit quod negat, quia negatiua habens incluſam affirmatiuam fit probabilis, ut not. in locis pręalleg. & præſertim in d. c. bonę. ſed hic habet, quia negando patrem fuiſſe ſanè mentis, neceſſario. & cõſequenter dicit ipſum furioſum fuiſſe, ergo ipſe non petens legatum, id probabit l. in exceptionibus. ff. de proba. Non ſecundũ,

quia

quia nec id verum eſt hoc caſu, cum petens & affirmans ſane mentis fuiſſe teſtatorem, pro ſe naturæ præſumptionem habeat, quæ (ut diximus) efficit ut onus probandi in aduerſarium reiciatur. l.j.& ibi glo.ff.de excep.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod extra naturam eſt quod quis ſit prodigus uel furioſus, ea de re non mirum eſt ſi hic dicitur non præſumi, quod etiam ſic inducendo tradit Bal.in l.j.in prin.C.de cura.furio.

Et quod ſanitas mentis directo probari nõ poteſt, nec cadit in ſenſum teſtis, propterea præſumitur, & qui contrarium dicit probet, vt idẽ Bal. pulchrè declarat in l.ij.ad fi.ff.de teſta.eſt uerum quod eſt præſumptio naturæ ut ſupra, & ut adhuc inquit Bal.in l.qui patri.ad fi.ff.de acqui.hę. niſi teſtator proferat uerba furoris, quia tunc ſecus.l.quidam & ibi not.ff.de cond.inſti. Vel niſi probetur aliquo tempore furioſum fuiſſe de quo tamen per Alex.in l.is poteſt.col.iij.ff.de acqui. hære.& Corn.conſ.xxj.col.j.uol.ij.& cõſ. ccxvj. col.pen.uol.iij.

Et quod ille qui dat operam rei illicitę, dolo carere non uidetur, aliàs præſumeretur furioſus & fatuus & malè, quoniã præſumptio potius eſt quod ſit ſane mentis ut hic & in l. qui cum aliter. vbi Flo.col.j.ff.ad legem Aquil. & eſt argumentum in l.j.C.ad legem Cornel.de ſica.

Et quod nemo præſumitur inhabilis, niſi probetur, nec quod quis ſit uſurarius manifeſtus ut in pulchro caſu dicit Bal.conſ.cccxxxiiij.col. ij. uol.ij. & ad propoſitum quod ſane mentis quis præſumatur, plura congerit Alexan. conſ. xxxiij. col. iij.vol. iij.

Et quod deniq; ex ſignis deputatis alicui actui iudicatur de illo prout facta demõſtrant.col. iij. in prin.ibi ſiue uſus fuerit ſiue nõ.ff.quod quiſq; iur.& ſic ſanitas mentis, quæ etiam (ut diximus) in dubio præſumitur & nouiſsimè not. in c. ubi periculum.de electio.in vj.ubi probus non ignobilis Iuriſcõ.nu.7.& 8.multa. Et dicit hinc Corne.conſ.ccxix.nu.7.vol.j.quod teſtibus deponẽtibus de ſana mente potius creditur propter præſumptionem hanc, quam deponentibus contrarium. Et idem data paritate probationum. conſ. xcj.ad fi.uol.iiij.& cõſ.cclxj.col.viij.e.lib. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA. Demoſtheni.

SIVE INITIO, QVAE FVErat codicillis relicturus generaliter, ſiue nouiſsimè relicta ſeruari mandauerat: confirmatione munitus, nullam iuſtam gerere ſollicitudinem potes. D.iij.id. Decembr. Nicomediæ.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod teſtamentum præcedere debeat, quia ſi pręcedant codicilli utiq; teſtõ nõ cõfirmabũtur, ex quo cõfirmãs dẽt ꝑcedere cõfirmatũ. l.ante tabulas.ff.de iu. codicillo. & quia ſic teſtm̃ à codicillis confirmari uideretur non è contra codicilli à teſtamento & malè.l.quod per manus.ff.co. argumentum in c. quod in dubiis, de conſecra.eccle.vel alta.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in ultimis uoluntatibus, ordo ſcripturæ non attenditur uſque adeò ut teſtamẽto confirmentur, vel præcedant, vel ſubſequantur.l.præpoſteri.C.de teſta.l.ii.§.prius.ff. de uulga.& pupil.ſubſti.l.talem.in prin.ff.de hære.inſti.Bal.in l.fi.C.eo.col.vj.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia (ut inquit etiam glo.hic & Doct.) id uerum eſt iure ueteri, non hodie. vnde ſi tempora diſtinguantur concordabuntur ſcripturæ, ut not.pariter in l.i.C.de accuſa. & in l. apud antiquos.C.de fur.& in c.ſi peccauerit.ii.q.i. Non ſecundum, quia nec id verum eſt etiam quod codicilli præcedant, cum ſint pars & ſequela teſtamenti, ab eoq; ſemper dependentes. l. ſi quis cũ. §.fi.& l.ab inteſtato.ad fi.ff.de iure cod.not.in l. j.ſupra eodem.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod natura dictionis ſiue, quæ eſt coniunctiua, propriè etiam eſt diſtinguere uerba & non ſenſum, iuxta uulga.illud.. Alexander ſine paris, & de quo aliàs in l.ad protegendum. C. de in litem dan.tuto.& in l.fi.in §. ſunt munera. ff. de mune.& hono.Bar.in l.ſi is qui ducenta. in §. utrum.ff.de reb. dub. Corn. conſ. cxcviij. col.ii. uol.iii.& ſic non eſt ſimilis alternatiuè ſimplici, aut, & vel. & ſenſus hic, ſiue codicilli præcedant ſiue ſequantur, ſemper teſtamento confirmari.

Et quod quanquam codicilli præcedant, fingitur tamen fieri prius, quod fieri debebat teſtamẽtum ſcilicet.l.iii.§.qui hauſtum.ff.de ſerui.ruſti. prædio. Vnde a ſimili ſi Papa conferat alicui prębendam canonicalem, eo ipſo ſibi canonicatum contuliſſe uidetur, ita Bal.in l.illud. ff. de acqui. ren. hæredita.

Et quod ubi apparet ordo iuris uel ordo intellectus non curatur ordo uerborum uel ſcripturę, aliàs ſecus ubi non appareret. l. quotiens. ff. de uſuf.l.ſi ſeruus communis.ff.de ſtipu ſeruo.c. in Chriſto pater.de conſecra.diſt.ii.Idem Bal. in l. cum pater.in §.fidei tuæ.ff.de leg.ii.Bar. in auth. hoc ius porrectum.col.1.C.de ſacroſanc.eccle.

Et quod (ferè idem eſt quod ſupra) indiſpoſitis à iure, certo ordine, non curatur ordo hominis.l.Gallus.§.j.ff.de lib.& poſthu.Bal.adhuc in l.edita.lectu.ii.col.xvij.C.de eden.

Et quod denique ſic olim inutiliter legabatur, ſiue libertas relinquebatur ſeruo ante hæredis inſtitutionem ex quo caput eſt & pręcipuũ quiddam in teſtamento. §.ante hæredis.inſti. de lega. l.proximè. ff.de his quæ in teſtamen. delen. hodie

die ſecus, quia ordo ſcripturæ non attenditur (ut dictum eſt ſæpè) ſed intellectus. Finis.

Imp. Conſtantius A. ad Maximum. P.P.

SI IDEM CODICILLI, quod teſtamenta poſſent: cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quę vis ac poteſtas vna ſociaſſet? Igitur ſpecialiter codicillis inſtituendi ac ſubſtituendi poteſtas iuris auctoritate data non eſt. D. iij. Iun. Pacatiano & Hilariano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, idem in codicillis dici debere quod dicitur in teſtamentis, quia uocabulorum diuerſitas non debet inducere diuerſitatem effectus. l. teſtamẽtum. ſupra de teſta. Maximè quia quæ differunt per plus & minus nõ faciunt quoque rem differre ſpecie. l. fi. ff. de fun. inſt. & eſt argumentum in l. cum furti. ff. de in litem iuran.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi nomina ſunt diuerſa diuerſiq; tractatus, æquè conuenit ut nec eadem ſint, diuerſosq; pariant effectus, inq; codicillis ſpecialiter inſtitutio ac ſubſtitutio fieri non poſſit, in teſtamentis autem ſic, aliàs cum teſtamenta ſint codicillorum cauſæ, ſi fieri poſſet, eſſent codicilli ipſi cauſæ ſuarum cauſarum dictu abſurdiſſimum. l. quod per manus. allega. proximè ſupra. ff. de iure cod. & per Bar. hic.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia iam eſt reſponſum, quod imò inducere debet, ex quo non modo uocabulorum ſeu uerborum diuerſitas eſt, uerum etiam tractatus, diffinitionis & titulorum. l. i. C. de iure emphy. Gemi. in c. præſentium. in §. teſtes. col. i. de teſti. in vi. & ut hic per glo. Bart. & alios. Non ſecundum, quia uerum eſt id quoque in caſu ſuo, non hic, inq; his quæ ſunt iuris, & maximè quia multa concurrunt ad idem differentiam ſpecificam inducentia ut not. in l. unica. ubi Cur. & Dec. ille nu. 9. iſte col. vii. C. de ſen. quæ pro eo. Alex. in l. Centurio. col. i. ff. de uulg & pupil. ſubſtitu. & oſtenſum fuit ſupra, vltra eos. ex quo etiam argumentum .l. cum furti tollitur. ff. de in lit. iur. nec dubium habet.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſic interdicta & actiones ſunt diuerſa, ut hic teſtamentum & codicillus, aliàs ſi forent eadem non haberent nomina diuerſa, inquit Odof. in l. incerti. ad fi. C. de interdic.

Et quod illud quod minimum iuris habet, nõ poteſt tollere illud quod habet plurimum ut ſignanter per iſtum tex. & per tex. in d. l. quod per manus. ff. de iur. codicil. in argumentum tamen, inquit Bal. in l. pacta quæ contra. ad fi. C. de pac.

Et quod quãquam liberorum appellatione ueniant etiam nepotes. l. liberorum ap. ff. de uer. ſigni. propriè tamen filij non ſunt. ex quo nõ ſunt in primo naſcẽtiũ ordine, nepoteſq; non filii ſeu liberi appellãtur, & ſic diuerſis nominibus, ut declarat Bar. in d. l. liberorũ. & idẽ Bal. poſt eũ in l. maximum uitium. col. v. C. de lib. præte.

Et quod ciuilia uocabula quæ ad inuicem differunt, nõ differunt ſine magno myſterio inquit adhuc Bal. noſter in l. ex legato. col. i. C. de lega.

Et quod denique fideiuſſor, debitor & reus dicitur, & tamen talis propriè eſſe non dicitur, qđ nominum diuerſitas indicat, ita Ang. in l. Stichũ in § quod uulgo. ff. de ſol. Finis.

EXPLICIT LIBER PRIMVS Secundæ partis Cod. Aequilibrij Scholaſtici Mantuæ.

AEQVILIBRII SCHOLASTICI MANTVAE

Liber Secundus Secundę Cod. partis.

DE LEGATIS.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Sabiniano.

QVANVIS HAEres inſtitutus hæreditatẽ vẽdiderit: tamẽ legata vel fideicõmiſſa ab eo peti poſſunt: & quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore & fideiuſſoribus eius petere poterit. PP. x. Kalend. Septembr. Laterano & Rufino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod cõtra emptorem agi poſsit & debeat & cõſequenter quod hæres ſit liberatus, ex quo idem emptor hæreditatis cum emolumentis & oneribus etiam emiſſe uidetur, quo caſu deberet etiam (ut dixi) poſſe cõueniri à creditoribus hæreditariis. Et maximè quia ſi iura utilia habet actiuè æquè conuenit rurſum, quod ea etiam habeat paſsiuè. l. ſecũdum naturam. ff. de reg. iur. l. unica. §. pro ſecundo. ad fi. C. de cad. tol.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia adeundo hæreditatem quaſi cõtrahit cum creditoribus hęreditariis. l. apud Iulianum. §. fi. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. quo caſu ſemel obligatus, non poteſt eiſdem inuitis obligationẽ hanc mutare inque alium transferre. l. pacto ſucceſſorum. C. de pac. l. ſi mandato meo. in prin. ff. manda. argumentum in l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & in l. fi. ff. de pac.

Ad oppoſita reſpondetur vera nõn eſſe, ratione prædicta, ex quo nulla obligatio contracta eſt cum his, quibus agentibus, emptor uulga. illud ſanè audacter obiicere poterit. quantum ad uos liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. uendi. quæ exceptio ſatis realis eſt aduerſus quemcunque titulum ſiue actionem non habentem ut inquit Caſsiodo. deciſio. iiij. nu. 8. de reſti. ſpol. eſt verum quod hæres ipſe habebit regreſſum aduerſus. ipſum emptorem qui tunc ſine dubio tenebitur. l. ij. §. ſiue ipſe venditor. & §. ſi quid publici. & ibi glo. ff. de hær. vel act. vend. Pau. Caſt. cõſ. ccxciiij. col. fi. uol. ij. & conſ. cccvj. ad fi. eo. lib. pulchrè Deci. conſ. ccxxxvij. col. iij. uol. ii. & per Doct. in l. ii. C. de pac.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod dictio quanuis implicat pro etiam. Imò quod aduerſatiuè etiam ſtare uidetur ſenſuſq́; eſt, legata ab hærede nõ modo peti poſſe, ſi hæreditatem habeat, uerum etiam ſi eam alteri uendiderit & not. aliàs in l. qui iuraſſe. in §. fi. ff. de iureiu. & in c. porrò. de priuile. & in c. venerabilem. de elec. Card. in c. paſtoralis. in vij. q. de reſcrip. Corn. latè conſ. xlij. col. pe. uol. iij.

Et quod qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus ff. de mino. quo minus teneatur ſcilicet creditoribus hæreditariis etiam ſi (ut diximus hęreditatem uendiderit & not. etiam in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Bal. in l. in ſuis. in rep. col. iiii. ff. de lib. & poſthu. & conſ. ccccii ii. col. ii. uol. iii.

Et quod legata uel fideicommiſſa regulariter capiuntur de manu hęredis, etiam (ut dictum eſt) ſi hæreditas uendita ſit & ad propoſitum probatur in l. j. ff. quo. legato. & hac ratione dicimus inhærere hæredibus non hęreditati, ſecundum Ang. in l. i. in prin. ff. de acqui. hære. Et quod legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede pręſtanda. l. legatum parua. ff. de leg. ii. & quod non debentur niſi deducto ęre alieno. l. fi. §. licentia. C. de iur. delib.

Et quod nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. quoniam ſic etiã ſine cauſa agere uideretur, nec eſſet audiendus ut inquit Bal. in l. ſi quis conductionis. col. iiii. C. loca. & hoc idem utique foret verum ſi creditores hæreditarii, legatarii, uel fideicõmiſſarii, emptorem hęreditatis conuenirent. libelluſq́; tanquam ineptus reiiceretur. l. i. ff. de offi. aſſe. idem Bal. in ſimili in l. ancillę. col. iiii. ad fin. C. de fur. & ob id dicimus hinc etiam actionem adhuc nõ dari niſi ad id qđ eſt in obligatione, ex qua actio deſcendit & naſcitur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. Bar. in l. vinum. col. iiii. ff. ſi cer. peta.

Et quod denique uerba legis ſano modo in-

telligi

telligi debent.l.iii.§.non fruſtra.ff.de iure fiſci.l.j.ad finem.ff.ad municipa.l.ſi quando.ff.de lega.primo.Paul. Caſt.conſil.xliii.col.prima. uolu.ii. quod hęreditas hic fuerit uendita, non uiuentis aut ſerui,quia tunc uenditio nõ ualuiſſet ex quo uiuentis hæreditas non datur.l.finali. C. de pact. l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.heredi.nec ſeruus hęreditatem habet.l. ſeruus. C. communia de ſucceſ.argumentum in l.prima.in §.finali.ff. ad leg. Corneliam de fal. & ad propoſitum eſt text. de hoc in terminis in l.prima.in prin.ff.de hære. uel actio.uendi. Finis.

Imp. Antoninus. A. Sulpitio.

SERVIS TESTAMENTO dominorum,non data libertate, legatum ſeu fideicommiſſum relictum non valet: nec conualeſcere poteſt,licet poſt mortem teſtatoris libertatem aliqua ratione conſecuti ſunt.PP.v.kal.Iul.Antonino A. iiij.& Balbino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatum ualeat & ſeruo debeatur, quia eidem libertas ſimul relicta uidetur.l.ex his.C.de milita. teſta. & clarius inſtitu.de hære.inſtituen.in prin. & maximè quia relinqui ob merita ſolet.l.nec adiecit ff.pro ſocio.l.ſi quis filij.& ibi Bal. not. ff. de teſta.tut.Idem Bal.in l.fœminę.col.ii.C.de ſecun.nup. & hac de re factum filiis non extenditur ad poſthumos ut declarat Por. in §. fin. inſtitu. qui teſta.tut.da. poſ. col. iii. Et ad propoſitum facit etiam reg.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.& c. cum dilecti.de dona.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia quod à principio nullum eſt,ex ſuperueniente caſu non confirmatur obſtante regula Catoniana.l.i.ff.de reg.Cato. l. quę ab initio.ff.de reg.iur.& latius ut hic per Bald.adde tu eundem in l.qui filiabus.in §.fi.ff.de leg.j.& in l.ſi mihi & tibi.in §.i.& in l.id quod apud hoſtes. ff. eodem.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia(ut inquit Bar.hic) id uerum eſt in milite, qui legato ſeruo facto eum appellauit liberum eo animo ut eſſet liber, & ſic plenius quàm glo.quæ dicit ſimpliciter.quod id in milite procedit.Et mirum uidetur in caſu d.l. ex his, quoniam aliàs ſi dixerit quis ſeruo, bene ueneris liberte,non propterea hoc idem ei proderit,ad libertatem.l.obligationum ſubſtantia.ff.de act. & ob.Clemen.ſi ſummus. de ſenten. excom. tradit Cyn.in l.cum teſtamentum.ad fi.C.de iur.& fac. igno.ſed nihil eſt,ex quo uerba tunc ſenſu carẽt, in caſu prædicto uero non, ex quo eo animo ſic dixit ut ſibi libertatẽ relinqueret, & ſic duo ſunt ibi,efficientia legatum ualere, alterum quod legans erat miles,& quod ſeruum libertum appellauerat alterum,ſed contra,quia duo ſpecialia nõ poſſunt ſimul concurrere.l.j.C.de dot. promi.l.cum poſt.§.gener.ff.de iur.do.Sol. poſſunt conſecutiuè ut ibi & ut declarat Bar.in l. ſub conditione.col.j.ff.de ſol.not.in l.licet inter priuatos. C.de pac.& in l.ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. Non ob.ſecundum,quia text. ibi quoque loquitur, quando dominus ſeruum hęredem inſtituit,hic quando legatum reliquit,quo caſu regulæ Catonianę tunc locus non eſt, ex quo hæreditas titulo inſtitutionis relinquitur, ut hic per Docto.tradit ultra eos Alex.in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum.col.iiij.ff. de lib. & poſthu. & in l.moribus.col.iij.ff.de vulga. & pupil. ſubſti. & ideo ad propoſitum hic legatum ſeu fideicommiſſum nõ ualet,nec reconualeſcit ex quo à principio ſine datione libertatis factum inutile fuit, ut dictum eſt nec repeto. Non ultimum, quia & id non negatur quod larga fiat interpretatio in teſtamentis,ſed non ut legatum reconualeſcat, ex poſt facto,quoniam obſtat(ut ſupra)regu. Cato.prędicta communiterq; uerum eſt quod in l. in teſtamentis.pręallega.dicitur,non hoc caſu.

Pręſtatq; nobis hęc argumentum ad multa,& maximè,quod ſi legatum factum ſeruo ſine datione libertatis,non ualet, ualebit tamen à contrario ſi relictum fuerit ſibi cum libertate, & legatum libertatis deficiat,ut in caſu. l. ſi in diem. §.ſeruo.& ibi Imol.ac Soci.ff.de condi. & dem. l.Iulianus noſter.ff.eo.ti.

Et quod cuiuſque potentiſsima pars eſt principium,ut etiam dicitur in l.j.ff. de orig. iur. vnde principio remoto remouentur conſequentia ab actu inquit Bal.in l. Continuus. in §. cum quis. ad fin.ff.de uerbo.obliga. dixi ego in collectan. multa inque d.l.j. & alibi ſæpè, nimirum igitur hic ſi à principio legatum nullum non conualeſcit poſtea,ex ſuperueniente caſu.

Et quod negatiua dictio,nec, ſeu non, priuat potẽtiam & inducit neceſsitatem pręciſam, uſq; adeò ut ſenſus ſit hic nullo modo legatum ſeu fideicommiſſum reconualeſcere poſſe.l.j.ff.de uerbo.obl.l.nemo poteſt.ff.de lega.j. not. in c. i. de reg. iur. in vj.

Et quod à priuatione ad habitũ(ut inquit Philoſophus)impoſsibilis eſt regreſſus.l. qui res. §. aream.ff.de ſtat.ho.Bald. in l. libertè C.de ope. lib.& in l.ſi bonorum.C.qui admi.ad fin. & ferè idem eſt quod ſupra.nec ob id quia ſic etiam dici uideatur in d.l. quę ab initio.ff.de reg.iu.quod hic,regu.Catonia.reddetur ſuperflua,ut declarat Bartol. in l.prima.in princi. ff. eodem. de regu. Cato. dic ut per eum, & adde quod dicto caſu, quando actus ab initio eſt nullus, aliquando reconualeſcit ope ſuperuenientis æquitatis. lege filio præterito. ff. de iniuſto rupto irritoque teſtamento. lege deferre. §. finali. ff. de iure fiſci. lege ſecunda. ad finem. ff. ſi ex

noxa.cau.aga.Bal.in l.Meuius.in §.duobus. col. ii.ff.de leg. ii.

Et quod denique legatum deberet valere hic ſeu recõualeſcere, ex quo deuenit ad eum caſum à quo incipere potuit, quia legatarius conſecutus eſt libertatem.l.pluribus.§.& ſi placeat. l. exiſtimo.ff.de verbo.obli.tamen quia defectua eſt à principio,& originali non in ſuperuenienti non modo reconualeſcere non poteſt.nullum,uerum etiam ſi ualuiſſet uitiaretur: argumentum in l. quanuis.C.ad legem Iul.de adul.Abb.in c.1.ad fi.de accuſa. Finis.

Imp. Antoninus A. Iuliano.

SI LEGATA RELICTA primus, legatarius agnouit: ſubſtitutio eorum in perſona Põtianę facta euanuit.PP. viij. kal. Maij.Romę Lęto ii.& Cereali Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod agnitione legati ſubſtitutio non euaneſcat, quia hoc ad literam dici videtur in l.fideicommiſſum. ff. de leg.i.& in l.Imperator.in prin.ff.de leg.ii. ubi legatarius erat legatum conſecutus & tamen ſubſtitutio non extinguitur. Et idem dici videtur in l.ſi paterfamilias.ff.de hęre. inſti. ubi inſtitutus adit pariter & tamen ſubſtitutio non euaneſcit. & clarius quam alibi in §. ſi verò. in authen. de hæred. & fal.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſtatim quod legatarius agnouit legatum,conditio defecit. ut in hæreditate dicimus.l.poſt aditam.C.de impub.& aliis ſubſt.uimirum igitur ſi ſubſtitutio euaneſcit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum,quia id uerum eſt in ſubſtitutione fideicommiſſaria,legatario ad reſtitutionem grauato ergo non in vulgari ut hic & in d.l.poſt aditam, & ut per Docto.latius poſt Bar.in locis ad idem alleg.ſupra. Non ſecundum,quia ibi propter repugnantiam iuris admittitur (caſus enim eſt ſatis clarus)concurſus inſtituti & ſubſtituti. Non denique & tertium,quia id non virtute ſubſtitutionis eſſe uidetur ſed beneficio legis,& propterea à regula non eſt recedendum.l.ab ea parte.ff. de proba.uulga.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Bar.in l.j.col.ii.ff.ſi quis in ius vo.non ier.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa maximè, quod ſicuti hæredibus ſubſtitui poteſt directo & per fideicommiſſum ita ſubſtitui poteſt etiam legatariis, caſus eſt in l. ut hæredibus.ff.de lega.ii.Corn.conſ.xxxii.col.ii.uol. iiii. Seyſel.in l.cum filiofamil.col.ii.ff.de leg.i & nimirũ quia legatarius quodãmodo eſt hæres. l. id tempus.ff.de uſuca.arg.in l.i.in §.ſi ex fundo.ff. de hær.inſti.Bal.in l.ſi abducta.col.ii.C.de fur.

Et quod ubi non poteſt diuerſitatis ratio aſſignari,idem ius per omnia ſtatuendum eſt,etiam data differentia perſonarum.l.à Titio. ff. de ver. obli.l.item legato.§.parui autem refert.ff.de leg. iii.Bal.in c.i.in §.i.ĩ prin.de natu.feu.in uſib.feu.

Et quod eadem ratione poterit etiam fieri ſubſtitutio,in donatione cauſa mortis, ut ad literam dici uidetur in d. l. ut hæredibus, ut donatarius ſcilicet alteri promittat ſi ipſe capere non poterit,& hoc ideò quia in poſterioris quoque perſona confertur,ut ibi ſubiicit Iurecon.

Et quod nec ſecus dicendum erit in contractibus,cum de his ad ultimas uoluntates arguamus. l. ſeruum filii.§.cum qui cyrographum. ff. de leg. iii.late Iaſ. in l. quæ de legato.ff.de lega. i. & ad propoſitum eſt tex in l.quotiens.ad fin.C.de dona.& in d.l.ut hęredibus. Bal.conſ.ccxlix.col. ii. uol.ii.Pau.Caſt.cõſ.cccxlvii.col.i.uol. i. ex quo duo reſultant ſpecialia,quod actio alteri per alterum acquiratur, & dominium ſine traditione transferatur ut pulchrè poſt alios declarat Sauilian.conſ.xix.col.iii.nu.8.uol.i.

Et quod denique ſubſtitutio in dubio præſumitur directa, deq; ea facta mentione non aliter intelligi deber,niſi ex aliis præſumptionibus eliciatur contrarium.c.ſi pater.de teſta.in vi.Corn. conſ.cxxviii.col.iii. uol. iiii. & conſ. cxlii. col. ii.& conſ.cccxx.nu.9.eo.lib.& eſt etiam tex.iuncta glo.in d.l.poſt aditam. C. de impube. & aliis ſubſtitu. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Titiano.

MONVMENTA QVIDEM legari non poſſe, manifeſtũ eſt:ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. PP. ij.kal. Septembr. Maximo ij.& Aquilino. Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod legari poſſint, quia monumentũ dicitur antequã cadauer in eo inferatur,qua de re deberet ẽt poſſe legari.l. ſi quis ſepulchrũ.iuncta gl.ff.de relig. Imò vẽ caſus clarus in l.vel quæ paterfamilias.& pręced. in cip. familiaria ſepulchra.ff.de relig.& ſump.fun. & in l.ii.ĩ §.locũ,ff.eo.Et qa ẽt in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l. in re mãd.C.mã l.ſed ſi lege.§.cõſuluit.ff.de pet.hæ.l.i.C.de ſac.ſan.ecc.

Cõtrariũ tñ hic deciditur,& rõ deciſionis eſt, quia ſepulchra ſunt religioſa quæ ẽt monumenta uocãtur,quorũ cõmerciũ habere nõ poſſumus neq; de eis aliter diſponere.l.inter ſtipulantẽ. §. ſacrã.ff.de ver.ob.§.nullius.in ſti.de re.di. Sed & rurſus(quo ad ſecũ in dictũ)dubiũ facit, ius mortui inferendi nec legari poſſe,quia cõnexũ eſt & depẽdẽs à re religioſa, cõnexorũ & dependentiũ idẽ eſt iudicium.l.quę religioſis.ff.de rei vend.l. quãuis.ff.de pręca.c.trãſlato.de conſti.ergo.

Contra-

Contrarium tamen hic deciditur,& nimirum (hæcq; eſt deciſionis ratio) quia id priuati iuris eſt,ſeu priuatam concernit utilitatem,& ob id legari poſſe non prohibetur.l.fi.ff.de religio. l. nō uſque adeò. ff. ſi quis à pa. fue. ma. dicta l. in re mandata.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum,quia monumenta, id eſt ſepulchra exponi debent,quæ religioſa ſunt, ergo (ut dictum eſt) legari non poterunt, & ita exponunt & intelligunt omnes hic. eſt verum (ut ſubiiciunt & glo. hic prius)quod quamuis legatum ualeat,ualet tamen quo ad ius quod in eis habemus.argumentū in l.i.in §.ſi quis ita.& ibi Bar.ff.de uer.obl. Nō ſecundum,quia iura illa expreſſè loquūtur in monumentis antequā eſſent religioſa,quo fit ut nec mirum ſit ſi legari poſſunt, quoniam ceſſante cā prohibitiua ceſſat effectus.c.cū ceſſante. de app. l.adigere.§.quanuis.ff.de iure pat.& licet obſtare ad idem uideatur quod dicitur in d.§. locum, nō ob.tamen, quia monumentum etiam purum ibi erat,nec in eo cadauer rurſum aliquod illatū fuerat,ergo nec religioſum. Non tertium,quia uera etiam regu. illa trita eſt, niſi repugnet lex ut hic,& declarat Angel.in l. libertas. in prin. ff. de ſta.ho.Imò ſi religioſum erat, vt præſupponunt omnes, & ueriſsimum eſt, quod res ſua dici non poteſt, ergo nec ad propoſitū regula. Minus ob. Item (quo ad ſecundum dictum) illa connexorū quia ſolet limitari non procedere ſi diuerſa eorum ratio poſsit aſsignari ut not.in d.c. tranſlato.& patet ex ſupra dictis poſſe hic. Vel & melius dicamus, quod connexa non ſint quoniam unum ſine altero ſtare poteſt.l.etiam.§.j.ff.de mino.not.Bār.in l.ſi quis aliam.ad fi.ff.de ſolu.Aret.pulchrè conſ.cxiij.col.fi. nimirum igitur ſi ius mortui inferendi legari poteſt, monumenta ipſa autem ſiue ſepulchra,non.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod promiſcuè ponitur monumētum & ſepulchrum,uſque adeò ut non ab re (ſicuti dictum eſt ſupra) monumentum id eſt ſepulchrum exponatur.l.familiaria.l.quod ſi locus. & ſeq.ff.de religio.& ſumpti. fune. l. in tantum. §. pe.ff.de rer.diui.& ita exponit glo.in d.l.quod ſi locus.& monumentum magis propriè dici uidetur,quaſi mentem monens, ut de morte cogitent tranſeuntes,in ſui contemptum, uel defunctorū memoriā.iuxta illud Sapien.xix.adhuc enim inter manus habentes luctum,& deplorātes ad monumenta mortuorū.alibi uerò,tumulus appellatur,quaſi tumens tellus.Sic Maro Aeneid.iij.

Manesq; vocabat Hectoreum ad tumulum.

Imò quod ibi Seruius Grāma.tumulū,id eſt Cenotaphium expoſuit pariter, ſacrumq; dixit, & de quo in d.l.in tantum.in §.fi.& malè quoniam ſepulchrum impropriè eſt,& inane,ſine cadauere,quo utuntur ſacerdotes in defunctorum memoriam quotannis, inque anniuerſariis (quod aiunt) exequiis. meminimuſq; etiam nos in l. ſunt perſonæ.ff.de religio.& in l.j.(obiter)lectu. anni. M D L V I I. ff.ſi cer.peta.

Et quod negatiua dictio præpoſita uerbo poteſt,priuat potentiam,& inducit neceſsitatē præciſam.l.i.ff.de uer.obli.l.nemo poteſt.ff.de leg.i. c.j.ubi glo.not.de reg.iur.in vj.& dictum eſt alibi ſæpè, ſenſuſq; eſt hic, monumenta nullo modo legari poſſe.

Et quod manifeſtum à notorio differt,ex quo illud probatione indiget iſtud uerò non. c. ueſtra.& ibi not.de cohabi.cleri.& mulic.Bar.in l. ciues.C.de appel.ſed cogita, quo modo uerum eſſe poſsit manifeſtum ſcilicet iſtud de quo hic, cum factum ſit negatiuum,ſuper quo nec manifeſtum eſſe poteſt,ſui natura improbabile.c.bonę. de elec.tradit Alex.in l.cum quidam. in §. quod dicitur.col.ii.ff. de acqui. hære. niſi exponamus manifeſtum,id eſt certum, perſpicuum, atq; indubitatum de iure,ratione ſupra dicta:uſq; adeò ut alia probatione non ſit opus, quanquam propriè manifeſtū(ut diximus) ꝓbatione indigeat.

Et quod aduerſatiua in lege poſita ſine copula præcedentibus aduerſatur in iure & in facto ut hic & in l.ſed ſi lege.& ibi not.ff.de peti.hæredi.& in l.qui uſumfructum.ff.de uer.obl.Bar. in l.j.ad fi.ff.in ius uo.vt eant. & not.etiam in l. ij.in §.quod ſi in patris.ff.ſolu.matri.

Et quod denique verificari hic uidetur uulgatum illud,quod non eſt expreſſè prohibitum uidetur conceſſum,de quo in l.nec non.in §.quod eis.ff. ex quib. cau. ma. quo modo arguit etiam glo.in l.j.ad fi.ff.eo.& Odof.in l.ſicut.C.de rep. hære.& in auth.præſente.C.de fideiuſſo.& Bar. in l.edita.col.v.C.de eden.& Cy.in l. in bonæfidei.col.j.C.de reb.credi.aliàs ius publicum à priuato non diſtingueretur,haud dicendum. l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti.& iur. & ibi nos in paraphra.multa. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Syllæ.

CREDITOR SI A DEBITORE ſuo rem, quam pignoris nomine ſuſceperat, legatā ſibi contendit:etiam debito ab hæredibus eius oblato,quo minus reſtituat defendi poteſt.S. xviij. kalen. Februa. Sirmij CC. Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quod hæres poſſit petere rem legatam oblato debito, ex quo perinde eſt ac ſi ſoluiſſet, vel oblato, id eſt ſoluto dicamus, verum ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, uſque adeò ut debitori ſiue hæredi (& melius) eius perſonam repreſentanti.§.primo.in auth.de iureiuran.à mo. præſti. naſcatur actio pignoratitia ad rei reſtitutionem.

tutionem.l.ſi rem.§.fi.ff.de pigno.act.& inſtitu. quib.mod.tol.obl.in prin.ergo. Et maximè quia legatum lactum uideter compēſandi animo, quo caſu res retineri non poteſt.l.ſi non compenſandi.C.de hære.inſti.l.creditorem.ff.de leg.ii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, ut hic per Docto. ſed quia ſeruit nobis ad aliud (ut ſtatim dicemus) ex alio docetur, quia ſcilicet legata ut plurimum fiunt propter merita.l.nec adiecit.ff.pro ſo.pulchrè Iaſ. in l. ſi domus.in §.ſi fundus.nu.22.ff.de leg.i. vnde nō mirum eſt ſi retinetur, ſiq; debitum pariter ſolui tur, ut not.etiam in l. ſi cum dotem in §. ſi pater. ff.ſolu. matri.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia verum eſt ſi legatum non eſſet at hic factum eſt, ergo nulla actio naſcetur hæredi ratione ſupra dicta. Non ſecundum, quia nec id procedit in dubio, ita ut neceſſariò exprimi debeat, prælleg.l.creditorem.ff.de leg.ij.l. ſi adulta.& ibi in terminis not.Bal.C. de hære. act. & in ſtatu.in §.dos.nu.4.not.in auth.præterea.C. vnde uir & uxor.& in d.§.ſi pater.latè Corn.conſil. cclvii.nu.20.uol.i.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè quod creditor is eſt, qui exceptione perpetua ſubmoueri non pōt.l.creditor.ff.de verb.ſig.

Et quod debitor ſimili modo eſt is à quo inuito pecunia exigi poteſt.l.debitor.ff.eo. quorum hic mentio facta eſt, & ſunt duo correlatiua, vt pater & filius, maritus & uxor, emptor & uenditor, & locator & cōductor, ſtipulator & promiſſor, & ſimiles de quibus in l.fi.C.de indi.uid.tol. ex ſubſtātia (quod pro declaratione nota) ad differentiam eorum quæ ſunt correlatiua ratione qualitatis, ut eger & ſanus, ius ſcriptum, diuinum & humanum. Vel ex quantitate, ut paruum & magnū, plus & minus. vel ratione numeri, ut par impar. vel & vltimo ex actionibus noſtris uoluntatis, vt emptio vēditio, locatio & conductio, & ſimilia.l.fi.C.de impub.§.ex non ſcripto.inſt. de iure natu.l.fi.ff.de fun.inſt.d.l.fi.C. de indi. uid. tol.& correlatiua dixi, quia regulariter ſeparari non poſſunt, etiam ſi agatur de legum correctione, ut inquit Bal.conſ.cccc xxiiii.col.i.uol.iii. & conſ.clxxxviii. col. i. uol. i. ſignanter utrobique per tex.in d.l.fin.

Et quod pignus propriè eſt in rebus mobilibus, à pugno non ab re dictum, uſq; adeò ut eius ethymologia non conueniat rebus immobilibus quanquam eiſdem conueniat diffinitio, quæ eſt quod nudo conſenſu cōtrahitur.l.i.ff. de pigno. actio.not.in l.qui pignoris. ff. de acquiren. poſ. & in c.cum aliquibus.ff.de re iud.& ideò ad propoſitum rei, pignoris nomine ſuſceptæ legatum factum fuiſſe dicitur.

Et quod quanquam uerbum rei generale ſit.l. j.ad fin.ff.ſi cer.peta.hic tamen ad rem mobilem (ex quo pignoris mentio facta eſt, quod (ut diximus) immobilem non includit) reſtringitur: argumentum in l.ſi ſeruus.in §.qui quinque.& ibi Bal.ff.de leg. j. ubi ratione adiuncti recedimus à propria uerborum ſignificatione. eaque inſuper declarantur & determinantur.l.uxorem. in prin. l.quæſitum.§.j.l.prædus.ff.de leg. iii. Paul. Caſt. conſ.ccclxxj.nu.13.uol.i.

Et quod denique uerba ſunt aptanda ſenſibus ut inquit etiam Bal.in l.iii.ad fin.C. de act. emp. not.in l.eas cauſas.ff.de condi.& demō. nimirum igitur ad propoſitum ſi oblato quoq; debito uerbum, ultra propriam ſignificationem, exponitur hic, id eſt ſoluto, & idem in ſimili in §.quia uero hactenus.in auth.de nup.quanquam tamen (ut diximus) etiā oblatio vim ſolutionis habeat. l. qui decē.i prin.ff.de ſol.l.obſignatione.C.co. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximia. AA. & CC. Eutychiano.

DATVM LEGATVM ADIMI tam purè, quàm ſub conditione non liberis tantum, ſed etiam ingenuis placuit. D.iij.Non. Mart.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatum datum, adimi non poſſit, in primis uulga. regula. quod ſemel placuit amplius diſplicere nō poſſe, vt in c.quod ſemel.de reg.iur.in vj. quæ maximè locum habet ſeu habere debet quando ſcienter datum eſt, & non ſolum teſtatori danti, ſiue leganti, ſola mente plura, uerum etiam uerbo & facto. Et quia alia extat regula, quod non poteſt quis uenire contra factum proprium, l.poſt mortē.ff.de adop.& not.in c.noſti.de electio.& quia dominium rei legatæ tranſit in legatarium recta uia.l.à Titio.ff.de fur.l.ſi tibi homo. §. cum ſeruus.ff.de leg.j.uſque adeò ut ſic ius ſibi acquiſitum ei auferri non poſſit, eoq; inuito. l. id quod noſtrum eſt.ff.de reg.iur.l.fin.ff.de pac. Et quia variatio etiam ac inconſtantia à lege prohibita eſt.l.iuſiurandum.C.de reb.cred.l.ſi fundus. §. j. ff. de lege commiſſo.l.fi.C.de modo mulcta.Cardi.multa in cle.j.in prin. de renun. & ultimo loco videtur caſus in l.non ad ea.ff.de cond. & demon. vbi ad literam dicitur, ſi teſtator his uerbis uſus fuerit. Do lego, non do nec lego, quod non ob id legatum ademptum uidebitur.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia ambulatoria debet eſſe teſtatoris uoluntas uſque ad ſupremum uitæ exitum. l. iiii.ff.de adi.lega.& inſti.de ademp.lega.in prin. nec poteſt quis ſibi legem imponere à qua recedere non liceat, etiam ſi iuraſſet.l.ſi quis in principio teſtamenti.& ibi Bar.ff.de leg.iii.l.ſeruum filij.§.ſi Pocula.& ſequen.ff.de lega.j.c.cum Marthæ.de cele.miſſa.& hoc eſt in terminis quod dicit Cur. iun. olim collega, & inſignis Iuriſcon. conſ.lvj.nu.2.quod diſpoſitio per quam promiſit teſtator, legatum non reuocare, de iure non eſt va-

eſt ualida vtpotè contra ipſius legati ſubſtantiã, & bene & eſt vltra eum: argumentum in l. cum præcario.ff.de præca.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,& ſecundum, quia dictæ regu. ſupra dictis rationibus limitantur hoc caſu. ex quo ſumus in dependentibus à uoluntate unius, & in caſu in quo uariatio permittitur à lege & pęnitẽtia ẽt facti proprij; & ſuſius ut not. in dicta regula quod ſemel. Non tertium, quia id uerum eſt fictè nõ verè,ut ſimiliter not.in d.l.à Titio & in d.§.cum ſeruus. Vel & melius dicamus ius acquiſitũ fuiſſe tunc legatario reuocabiliter, promiſsione legis ut ſupra, ergo non officit (ut per Doctor. in d.l.fi.ff.de pac.)quo minus adimi poſsit. Non quartum, quia uerum eſt id regulariter ſed non in nltimis noluntatibus(ut ſupra dicebam)& probatur in d.l.ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg.iij. Non ultimum denique, ex qno id etiã ſpecialem haber rationem legatum non uideri ademptũ dicto caſu,quia nec ueriſimile eſt teſtatorem uoluiſſe ſe incontinenti corrigere: ad qđ etiam tex.ille ſolet allegari. & ideò videmus (ut ibi ſubiicitur) fore ſecus ſi dicta nerba poſt aliquid temporis interuallum prolata fuiſſent.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod cnm myſterio legati mentio facta eſt hic an adimi poſsit, & in hoc teſtamẽtũ mutari,qnia quo ad hæredis inſtitutionem ſecus dicendum eſt,quod ſcilicet mutari non poſsit niſi cum ſolemnitate retro ſimili. l. militis codicillis.§.ueteranus.ff.de mili.teſta.Bal.in l. hæredes palam.in§.ſi quid.ff.de teſta.

Et quod non ab re datum legatum hic rurſum dicitur,quoniam dare eſt dominium transferre. §.ſic itaque.inſti.de actio. & dominium rei legatæ recta via dicitur tranſire in legatarium, quanquã fictè à morte teſtatoris,ſed verè ab adita hęreditate ut not.Alex.in d.§.cum ſeruus.& rationem aſsignat Bal.ibidem.& ideò ad propoſitum dici ſolebat communiter Stichum hominem do lego.§.coniunctim autem.inſti.de lega.

Et quod legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda. l. legatum parua.ff.de leg.ij.§.j. inſti. de lega.niſi fuerit ademptum,quod non modo expreſſè fieri poteſt, uerum etiam tacitè.l.iii.§.fin.ff.de adi. lega. Areti. plenè conſ.clv.col. v. & hoc caſu locum habebit etiam regula.l.cnm quid.ff.ſi cer.pera.

Et quod non idem operatur fictio in caſu ficto quod ueritas in uerò,ut aliàs dicitur in l.qui ad certum.ff.loca.patet quia ſi uerum tranſlatum eſſet dominium in legatarium,adimi amplius nõ poſſet legatum.d.l fi.ff.de pac.præalleg. l. quod noſtrum.ff.de reg.iur.ſi fictè autem ſic,vt hic,ergo non uera generaliter regula.

Et ꝙ deniq; cõiũctio ſed,cũ implicatiua ẽt, poſita in lege,ut hic,diuerſitatẽ facti implicar, ſiue pſonarũ & idẽptitatẽ iuris.& eſt ſimile ĩ l.ĩ anna lib.j.eo.& ĩ l.j.in fi.prin.C.de lati.lib.tol. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximia. AA. & C C. Niconi.

NON TANTVM DVORVM menſium,ſed & minoris tẽporis maritus vxori teſtamẽto ſcriptus ſuccedit:nec legata, vel fideicommiſſa,ſeu donationes temporis huius anguſtia capi prohibet. Dat. v.id. Decemb. Nicomedię. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem ſaciebat, quod inſtitutio non ualeat,nec legatum uel fidcicommiſſum ſiue donario ab uxore facta marito, quia ut plurimũ hæc fieri uidentur, ratione affectionis maritalis(ſunt enim vir & vxor ſocij diuinæ & humanæ domus.l.aduerſus.C.de crimi.expil. hæred.& duo in carne nna,ſiue anima una, in duobus corporibus.Gen.ii.c.ſciſcitatur.xxx. q. iiij. in l.ut uim.in ſimili de duobus amicis.col. it. ff. de iuſti.& iu.& Poe.lyricus lingua Italica ibi.

Al qual vn'alma in duo corpi s'appoggia)

quæ affectio eſſe non poteſt in matrimonio inſtantaneo,ergo. Et quia etiam propter merita hęc fiunt.l.nec adiecit.ff.pro ſo.merita autem tam paruo tempore conſiderari non poſſunt, ergo. Et quia denique tam breui tempore,maritus ipſi uxori,mortem præbniſſe uidetur, uſque adeò ut ex hoc commodum nullum uxoris rurſum,conſequi debeat.l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſol.mat.l.itaq; fullo.in prin.ff.de fur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia tempns non eſt de ſubſtãtia matrimonii, ſed ſolus conſenſus ſufficit immediatè quod celebratum eſt,uerbis de præſenti (ut aiũt) l.cum fuerit.ff.de condi.& demon.l.fideicõmiſſum.ff.de leg. i.l.nuptias.ff.de reg.iur.& ideò(vt hic dicitur) temporis Anguſtia non uitiat inſtitutionem non legatum vel fideicommiſſum, aut donationem marito factam.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia uerum eſt,ſed non quod ob id facta uicientur, quandoquidem effectus conſumatus ſit,unde eſto quod ceſſet cauſa nõ propterea ceſſat effectus.l.à Titio.ff.de uerb.obli.Bart.in l. ii. in §.fi.ad fi.ff.de dona.not.in c.cum ceſſante. de appel.Ex quo ſecundum quoque tollitur. Non ob.igitur ultimum,quia in dubio non eſt præſumendum.l.meritò.ff.pro ſo.c.i.de ſeruti. fa. ubi aliàs tex.in d.§.j.& in d.l.itaque fullo.loquuntur in caſu claro, quorum duorum nõ eſt par eadẽq; ratio.l.Continuus.§.cum ita.ff.de uer.obli.ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ex forma ſtatuti maritus lucratur dotem licet momento matrimonium durauerit,de quo hic etiam per Bal. adde tu Dec.i. ubi & nos multa in c.de cauſis.col.iii. de offi.dele.& in l.ſi tibi.ad fi.ff.ſi cer.peta.

Et quod

Et quod ſic prorogatio etiam facta in ultimo momento temporis valet.l.ſed ſi manente. ff. de præca.Idem Deci.in loco prælleg.id eſt in d. c. de cauſis.& eſt propria.d.c.materia.

Et quod ſufficit quod poſthumus natus, niuat momento,ad effectum de quo in l.ij. & ibi diximus.C.de poſthu.hæ.inſti.& in ſimili filius ad excluſionem ſubſtituti,ut inquit Bal.in c. j. in §. quin etiam epiſco.vel abb.in uſib.not.in c.in præſentia.de proba.& in l.vnica.in §.nouiſsimo.vbi idem Bal.C.de cad.toll.

Et quod priuilegia quæ dantur matrimonio, & de quibus in l. j. ff. ſolu. matri. habent locum quanquam momẽto durauerit,ut hic & in l. j. & ibi per Doc.C.de priui.dot.& in ſpecie idẽ Bal.

Et quod deniq; donatio inter uiuos,ſi ab vxore fiat marito,non ualet.l.j. ij. & iij. ff. de dona. inter uir.& vxo.morte tamen confirmatur.l.donationes.C.de dona.inter uir.& uxo.& ita intelligi debet quod hic dicitur.

Impp. Diocletian. & Maximian.
A A. Eutychiano.

VXOR PATRVI TVI SI TEſtata deceſſerit:res tuas tantũ vſumfructum earũ habens, non potuit legare, D. vii. kal. Ianuar. CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatum ualeat, rei in qua teſtatrix uſumfructum tantum habebat,quia regulariter dicimus etiam rem alienam legari poſſe, caſus eſt clarus in l. cum rem alienam. ſupra eo.ergo potuit vxor patrui hic, tã de rebus ſuis quàm nepotis quæ inſtituit hæredem,diſponere,eaſq;(ut diximus)legare.l.unum ex familia.§.ſi rem.ff. de leg. ij. & maximè concurrente conſanguinitate quæ facit uideri legatum amplius & fauorabilius.l.Aurelius.§. Titius teſtamento.ff.de lib. leg. d. l. cum rem alienam. Areti.conſ.xcij.col.v.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia legatum uim poſt mortem obtinet,quanquam dicatur rei legatæ dominium ipſo iure tranſire in legatarium,quod fictè intelligi debet,ut ſupra in l.præced.l.ſi tibi homo.§. cũ ſeruus.ff.de lega.j.uerum eo tempore uſufructus finitur.l.j.ff.de teſta.l.ſi domus §.ſi.ff.de leg.j.§. finitur.inſti de uſuf.glo.hic & omnes, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare ex his quoniam uera ſunt, quando teſtatrix in re legata,uſumfructum non habuiſſet, quæ non potuit diſponere,niſi de iure tantum quod in eo habuit uſufructus autem ut diximus morte finitus eſt, prællega.§.finitur.argumentum in l.qui tabernas argentarias.ff.de cont.emp.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod ſtatutum, filiumfamil. poſſe teſtari ualet,ſine præiudicio tamen iuris, quod habet pater in bonis,nam de iure ſuo non alieno teſtandum eſt,ut hic & in l.cum maritus.in §.fin. ff.de pac.dot.& in l.ex facto.in prin.ff. de uulg. & pupilla.ſubſti.Bal.in l.ſi quæramus. in fin. ff. de teſtamen.

Et quod donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruato ſibi uſufructu non ualet,ex quo morte finitur ut hic & not.in l.fin. C.de pac.& in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de uerbo.obliga.Cur.iun.olim collega.conſil. xxv.nu.a.& Pau.Caſt. ante eum conſ. lxxv. col. tertia,uol.ſecundo.

Et quod nulla ordinatio defuncti in feudo,valet in præiudicium eorum qui lege feudali ſuccedunt.c.j.in prin.de ſuc.feu.ex quo ius teſtatoris decedentis ſine hærede expirat morte,merito non poteſt alij legare quod ipſo iure deſinit ut hic,ita pulchrè Bal.conſ.cccix.in prin.uol.j.

Et quod à ſimili finita tertia generatione emphytheoſis reuertitur ad dominum ut etiam dicitur in l.Sticho.ff.de vſuf.leg.& in l. lex uectigalis. ff.de pigno.idem Bald. conſi. i. uol.ij. unum uerbum Bar.hic.multa Nicel. in cõcordãt. eiuſdem Bar.ccciii.Pleniſsime Alex.conſi.ix.col.vj. & vii. uol.ij.

Et quod denique nemo plus iuris in alium transferre poteſt quem ipſe habeat.l.nemo. ff.de regu.iur.l. traditio.ff.de acquir.rer.do.Corn. ad propoſitum.conſil.lxxxiiii.col.i.uol.ii. & conſ. cclxxxij.col.iij.uol.iij.& conſ.cccx.ad fi. eo. lib. & conſ.lxiiij.col.j.uol.iiij. & conſ. ciij. col. j. & conſ.cc.col.iij.& in.fiſco ut hic.ita quoque dixit Bal.nouiſsimè conſ.ccliij.col.ij.uol.j. Finis.

Imp.Conſtantinus A. ad populum.

IN LEGATIS VEL FIDEI commiſsis verborum neceſſaria non ſit obſeruantia: ita,vt nihil prorſus interſit,quis talem voluntatem verborum caſus exceperit, aut quis loquendi vſus effuderit. D. Kalen. Februa. Conſtantio ij. & Conſtante Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uerba neceſſaria ſint,quia uidetur caſus in d.§. j. inſti. de lega.ubi cuiq; generi legatorum quæ ſunt quattuor, certa quædam uerba aſsignata uidentur ergo non eſt verum quod quibuſcunque uerbis (vt hic dicitur) legatum relinqui poſsit. & maximè quia ſi ſolemnitas uerborum in ſtipulatione requiritur aliàs non ualet.l.j.ff.de uerbo.obli.multo magis requiri uidetur in teſtamentis ſeu legatis.l.in teſtamentis.ff.de reg. iur. c. cum dilecti. de dona.argumentum in §.coniunctim.inſti.de lega. Et quia hinc uidemus etiam quod uerborũ

incon-

incongruitas vitiat reſcriptum.c.ad audientiam. de reſcrip.ergo(ut dixi)& legatum.

¶ Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in legatis & fideicommiſsis primum obtinet locum voluntas teſtatoris.l.in conditioni bus primum locum.ff.de condi.& demõ. §.diſponat.in auth.de nup. argumentũ in l. quia poterat.ff.ad Treb.l.j.C.de ſacroſan.eccle.l.non uſq; adeò.ff.ſi quis à pa.fue. ma. ergo cum de voluntate ipſius conſtat, verba non aliter curanda ſunt, quę deſeruiunt intentioni,non intentio verbis.c.intelligentia.de verb.ſig.l.ſcire leges.ff.de legi.l.quoniam in dignum.C.de teſta.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia uerum eſt olim non hodie argumentum in l.j.& ij.C.de formu.& in c.dilecti.de iud. & in l.fi.C.qui admi.& in l.6.C. de interdi. vnde diſtinguamus tempora & ſcripturas cõcordabimus inquit gl.in.l.i C.de accu.& in.l.apud antiquos.C.de fur.dictũq; eſt alibi ſępe.Non.ſecũ quia id eſt ſpeciale in ſtipulatione, nõ in legato, quod etiam ſolo nutu relinqui poteſt.l. nutu. ff. de leg.lij.Imò quod in ſtipulatione etiam ſolẽnitas Leonina cõſtitutione ſublata eſt.l.omnes.C. de contrahen.& cõmit.ſtip.§. ſed hæc ſolemnia. inſti. de nerb. obli. & ſic non ob. Non deniq; tertium & vltimum,quia id quoque in reſcripto Papæ procedit, quod per multas tranſit manus, magnaq; maturitate decoquitur,uſq; adeò vt nullum uitium debeat continere, etiam quod clarè mens ipſius colligatur,ut ibi not.pulchrè Rom. conſ.cccl xxvj.col. iij. ergo non teſtamentis quæ manu ſolius teſtatoris,vel tabellionis,ſcribuntur & ſufficit quod de mente & uoluntate ipſius teſtatoris conſtet, ita nec falſa latinitas teſtamentũ vitiat,& ut ibi ſuſius legitur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod in legatis filij poſiti in conditione cenſentur uocati & poſiti in diſpoſitione; licet in hæreditate ſit ſecus.l. Lucius. ubi glo. ff. de hær.inſti.& hoc ad propoſitum,quia poſſunt quibuſcunque uerbis & nutu etiam relinqui, ut ſupra & in d.l.nutu.ff.de lega.iij.& ità dixit Ange.in quibuſdam lect.quas tamen non habemus hic,& poſt eum Iaſ.in l.j.col.iiij.ubi etiam Dec. ſenior.C.de pac.Sed dubitat Soci.in l.cum auus. col.lxxviij. ff. de condi. & demon. multa Corn. conſ.cxlvj.col.iiij vol.ij.diximus etiam nos in d. l.j.tu interim cogitabis.

Et quod non ab re,legatorum fideicommiſſorumúe facta eſt mentio & in l.non tantum.ſupra eo. & hic. & in l. ſeq. & in l. qui fideicommiſſariam.de fideicõ.infra & alibi ſæpè, quoniam per oĩa exequata ſunt.l.j.ff.de leg. j. ſupra eo. Corn. conſ.clxxxiiij.nu.3. uol. j. diximus nos in collectan.in d.l.j.ff.de lega.j.

Et quod quanquam uerba quibus olim utebãtur teſtatores,in legatis vel fideicommiſsis,minimè neceſſaria ſint, ſi quis tamen eiſdem vteretur, utique legata ſeu fideicommiſſa non vitiarentur. l.unica.in prin.C.de rei vxo.actio.argumentum inſti.de teſta. in prin. inque illis verbis, ut nihil antiquitatis pœnitus ignoretur.

Et quod fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora vt inquit Philoſophus & probatur in l.dominus teſtamento.ff.de condi.in de. vnde uulgatum illud quoque prodiit, circuitus euitandos eſſe,quando ſunt minimè neceſſarij,ut ibi,& in clem.auditor. de reſcrip. nanque olim multis modis fiebant legata, ut ſupra hodie ſufficit dicere lego.

Et quod denique exolèta obſeruari non debẽt neceſſariò, ut uerba hic, in legatis uel fideicommiſsis,quæ olim(ut dictum fuit) neceſſariò requirebantur, & ut in ſimili de legibus inquit Iuriſcon.in l.ij.in prin.ibi exactis regibus omnes leges exoleuerunt.ff.de oti.iur.hinc dicimus uulgo.oportere(ut ſeruentur)quod ſint in uiridi obſeruantia.de quo aliàs in l.Arriani.C.de hære.bonus tex.in l.ſi quis donaturus ibi uſitatum eſt.ff. de uſufru. & in l. ſi quis vxori. in §. neque.ff.de fur.& in §.ſed hoc iure.inſti.de Attil.tuto.in verbis illis.hoc iure utimur. Finis.

Imp.Iuſtinianus A.Mennæ. P.P.

IN ANNALIBVS LEGATIS vel fideicommiſsis, quæ teſtator non ſolum certę perſonæ,ſed etiam eius hæredibus,præſtari voluit,eorum exactionem omnibus hæredibus & eorum hæredum hæredibus conſeruari per voluntatem teſtatoris præcipimus. Dat. iij. id. Decembr. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A.PP.ij.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod nõ veniãt hæredes in infinitum,quia uidetur caſus clarus in l.antiquitas.C.de uſuf.ubi ſignãter dicitur quod appellatione hæredis de primo tantum intelligi debet.Imò quod generalis regula eſt, verba ſimpliciter prolata ad primum actum reſtringi ſemper l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb. ſignifica. Bal.in l.cum pater.in §.præter.ff.de leg.ij. Bar.in l.& licet.ff.de iur.dot.& in l.cum quidam. ff. de aur.& argen.lega.& Alex.in l. diuortio. in §. ob donationes.col.iij.ff.ſol.mat.ergo & hic,ad primum hæredem.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.l.fi.C.de hęre.inſti.l.ſciendum.l.hæredis appellatione.ff.de ver.ſig.l.iij.ff.de iur.immu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia id in uſufructo uerum eſt & procedit, & hoc idem quia ſi aliter intelligeretur proprietas redderetur inutilis, hic uerò in legato annuo in quo debetur proprietas,nimirum igitur ſi ratione

tione prædicta de heredibus in infinitum intelligitur: quia indefinita æquipollet vniuerſali, eritque alia ad tex. ratio vulga. l. ſi pluribus. ff. de legat. ij. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruitu. ruſtico. prędio. & ut hic per glo. & Docto. latius. Bald. pulchre in l. corruptionem. col. ij. C. de vſuf. Corn. conſi. cliiij. col. j. vol. j. & conſi. ccxlviij. ad fin. eo. libr. Non ſecundum, quia antecedens uerum eſt, cõſequens falſum, & concluſio ſeu illatio ad idem, ex quo militat diuerſa ratio. vulga. l. à Titio. ff. de verbo. obli. Et quia ſic non eſſet ſatisfactum menti & voluntati diſponentis, & male inquit Bal. in l. fideicommiſſa. in §. ſi quis decem. ff. de leg. iij. Fel. in c. innouamus. col. v. de treu. & pa.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa, & maxime quòd defuncti volũtas facit tranſmiſsibile ad omnes etiam conditionalia relicta, quando fit mentio hæredis recipientis ſeu eius in quem uerba diriguntur, ut per Bal. in l. fi. col. iij. C. de hære. inſtit. Alex. conſ. xxxvj. col. ij. vol. iij. & in l. paterfam. ad fin. ff. de vulg. & pupilla. ſubſti. Anchara. conſi. cccxciij. col. j. Idem Alex. conſi. ix. col. ij. uol. j. & conſi. clxxiij. ad fi. vol. v.

Et ꝙ uerbum iſtud appoſitũ in feudo ad ampliandum & augmẽtandum, debet aliquid operari, ultra ſtrictam naturam ipſius feudi, uſque adeo ſi concedatur, pro ſe & hæredibus ſuis, ut non ſolum de liberis, ſed etiã de extraneis intelligatur, ita idem Bal. in l. etiam, ad fi. prin. ff. ſol. matri. Alex. conſi. xxix. col. j. volu. j. & ita in emphyteoſi inquit Abb. in c. in præſentia. col. viij. de proba. Idem Alex. conſ. lxxxix. col. ij. uol. iiij.

Et quòd ſi franchiſia & libertas in contractu hominibus, eorumque hæredibus data ſit, complectetur omnes hæredes in infinitum. Inquit Barto. conſi. lix. col. ij. per iſtum text. & per tex. in d. l. ſciendum. ff. de verbor. ſigni.

Et quòd nomen hæredis, eſt appellatiuum, maxime iunctum cum nomine ſignificante genus ſiue agnationem & familiam, puta. Subſtituo hæredes M. Mantuæ Benauidij, ſub quo includuntur illi non ſolum qui ſuperſunt tempore teſtamenti, ſed etiam qui in eorũ locum ſuccedunt poſtea. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Anch. conſi. cxxx. colum. j.

Et quòd denique verba teſtatoris ita ut dictũ eſt interpretari debent, dummodo non ſequatur abſurdum, ex quo aliàs de deſcendentibus tantum intelligeretur uerbum hæredibus, ab eo prolatum, & non etiam de extraneis. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verb. obli. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excu. tut. Alex. conſi. cxxv. ad fin. uolu. v. Corne. conſi. clix. col. j. uol. iij. Idem Alex. conſ. cxxxix. col. ij. uolu. vj. & quòd ſucceſſoribus & hæredibus aliàs ac in perpetuum intelligatur, nouiſsimè tradit idem Corne. conſi. cxxj. col. ij. uolu. j. & conſi. cccvij. col. j. eod. lib. & conſi. xxxij. ad fi. uolu. ij. & conſi. lix. ad fin. & conſi. clxxxij. col. j. eod. lib. & conſi. cclxx. col. ij. uol. iij. & conſi. cclxxij. col. ij. uolu. iiij. Deci. conſi. ccxciiij. colum. prima. uolu. ſecundo. Bar. conſi. cxlviij. nu. ſexto, uolu. ij. Alex. conſi. lvi. col. i. uol. i. & conſi. xxiii. col. i. uol. ii. & conſi. clxxxix. col. v. eod. libro. & conſi. clxxiii. in prin. & conſi. cxl. col. i. uolu. vi. Et longe magis ſi adiiciantur uerba lata, & ad comprehendendum omnes hæredes, ut pulchre tradit idem Alexan. conſi. xcv. col. ii. uolu. vii. & de materia dixi etiam ego fuſius hic in lectura. Finis.

De verborum ſignificatione.

Imp. Iuſtinianus A. Iuliano. P. P.

SANCIMVS CAVTIOnis noĩe vel ασφαλειας non eſſe fideiuſſoris dationem interpretandam: niſi hoc ſpecialiter vel in græcis, vel in latinis verbis ſcriptum fuerit, niſi enim vel generaliter de ſatiſdatione, vel fideiuſsione ſpecialiter ſit nominatum: cautione vel ασφαλεια minime fideiuſsionem, ſed nudam promiſsionem ſignificari. D. Kal. Mart. Conſtantinop. Lamp. & Oreſte VV. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat ꝙ de cautione intelligatur cum fideiuſsione, quia uidetur caſus clarus in l. ſi mandato Titii. in §. fin. ff. manda. ubi ad literam dicitur, quòd qui promiſit cauere, tenetur id pignore uel fideiuſſoribus facere. ergo non de ſimplici cautione intelligetur. & idẽ in l. i. §. caueri. ff. de colla. bono. & in l. prętoriæ. ff. de præto. ſtipu. & in l. i. C. de procura. Et quia etiam cautio ipſa ſolẽnis eſſe debet regulariter. l. huiuſmodi. in prin. ff. de lega. i. alias dubitandi rationes etiam ponit Bal. dic ut per eum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia inuenire fideiuſſores præcipue in arduis & magnis negotiis, difficile reputatur. l. ii. §. ſed ſi dubitetur. ff. de iudic. l. i. §. ſi per inopiam. ff. de colla. bono. & hinc etiam grauior obligatio, niſi cautionis verbo, de ſimplici & nuda intelligeremus, igitur non aliter dicendum eſt, niſi cum dictum uerbum profertur, ſine fideiuſſore intelligi debere. Vel quia imputandus eſt is cui promittitur, cur ſibi apertius non prouiderit: argu. in l. ueteribus. ff. de pact. & cui vulgatum illud dici poteſt, de quo in l. ii. C. de fur. amice diſce cautius negotiari.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere, non primum, quia illud ideo eſt: quoniam cautioni uerbum idonee adiectum erat: argum.

in l. vni-

in l. uniuerſa. C. de precib. Impe. offe. & ut hic per glo. Bar. & omnes, quo caſu non aliter intelligi poteſt, aliàs dictum uerbum nihil operaretur (ultra eos) & malè nec dicendum argumentũ in l. ſi quando. ff. de leg. j. & in c. ſi Papa. in §. j. de priui. in vj. bonus tex. eſt ad idem in l. ait prætor. in prin. ibi, nec fruſtra adiicitur conditione delata. ff. de iureiu. Non ſecundum, quia dicta iura loquuntur in cautionibus prætoriis & iudicialibus, quæ non modo ſolemnes eſſe debent verum etiam plenę, ex quo formandi iudicij uigorem reſpiciunt, ut hic plenè per Bald. Idem in l. uniuerſa. col. ij. C. de precib. Imper. offe. præalle. Non denique tertium & ultimũ, quia (ut adhuc Docto. dicunt & idem Bal. in ſpecie hic) ſolẽnis eſſe debet, id eſt efficax, uſq; adeò ut de iure ualeat deq; conſuetudine, ſed non vt cum fideiuſſoribus fiat ratione ſupra dicta. l. generaliter. C. de fideiuſſo. Imò quod nec in d. l. huiuſmodi dicitur quod cautio ſolemnis eſſe debeat, ſed quod relictum factum erat ſub cõditione ſi legatarius caniſſet hæredi de aliquo ſibi dando, quo caſu de nuda cautione etiam intelligi debet ut hic, & à regula recedere non debemus. l. ab ea parte. ff. de proba. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi uerbum cautio, reperiatur appoſitũ in ſtatuto, de nuda intelligi debet quoniam ſtatutum particula iuris eſt. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Iuris autem eſt ſic intelligi debere, ut hic, & tradit Bald. in d. l. uniuerſa. C. de precib. Impe. offe. col. ij. Ergo, uidendus eſt tamẽ idem Bal. in ſtatu. Cauere. nu. j. in fi.

Et quod pluribus modis quid nudum dicitur, & maximè à pignoris uel fideiuſſoris interuentione, ut rurſum cautio hic, & ita declarat etiam Deci. ſeni. in l. traditionibus. ad fi. C. de pact. & ſentit etiam glo. hic.

Et quod uerba legis aut teſtatoris ſano modo interpretanda ſunt & etiam ſecundum qualitatẽ perſonarum. l. iij. §. non fruſtra. ff. de iure fi. l. j. ad municipa. l. plenum. §. æquitij. ff. de uſu & habi. Pau. Caſt. conſ. xliij. col. j. uol. ij. quia ſi, qui cauere debet, fuerit locuples, & bona immobilia poſſideat, utique de nuda & ſimplici cautione uerbũ interpretabitur, & prout eſt regulare, aliàs non, ſed cum fideiuſſoribus argumentum in l. ſi. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. Bar. in l. illicitas. in §. ne potentiores. nu. 4. ff. de offi. præſi.

Et quod ubi perſona ſuſpecta eſt, quomodo cauere debeat, arbitrio iudicis committitur. l. pen. ff. de peti. hære. Bald. in loco ſupra alleg. cauere nu. 1. in ſtatut.

Et quod denique cautio eſt nomen generis habentis in ſe ſpecies tres, ſatiſdationem, ſatis acceptionem, & cautionem ipſam in ſuo proprio nomine ſtantem, & de iſta hic. Eſt uerum pro cõplemento ſi reip. fauor & utilitas exigeret, quod fideiuſſoribus opus eſſet, nec cautio nuda foret ſatis. §. interdicimus. & ibi ad fi. poſt multa Iac. de Beluiſ. in auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. multaſq; declarationes & limitationes ponit Pet. de Belliaperti. in quæſt. ſuis. cccclxiij. & Alex. in l. diuortio. in §. interdum. col. j. ff. ſolu. matri. & Soci. reg. xliij. Finis.

De fideicommiſsis.

Imp. Antoninus. A. Rufino.

CVM SECVNDVM VOluntatem defunctę Chryſidem puellam ab hæredibus manumiſſam, eamque prius, quàm ei reſtitueretur hæreditas, inteſtatò vita functam proponas: ad manumiſſores eius ſucceſsio pertinet, qui ſi adierint eius hæreditatem: confuſis actionibus, fideicommiſſo ſunt liberati. PP. v. id. Decemb. Læto ij. & Cereali Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod manumiſſores liberati non ſint, & mortua liberta teneãtur ad reſtitutionem fideicommiſsi, ex quo regulariter ſi fideicommiſſarius moriatur ante fideicommiſsi reſtitutionem tranſmittitur ad ipſius hæredes. l. ſi in perſona. infra eo. l. apud Iulianũ. §. antiſtia. l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebel. Guid. Papæ. conſ. cxxxvij. nu. 2. multa. & conſil. cxlviij. ad fi. & conſ. ccx. ad fi. quanquam in hæreditate ſecus ſit. l. unica. §. in nouiſsimo. C. de cad. tol. l. quoniam ſororem. C. de iure delibe. & ut hic per Docto. latius.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia debitores, id eſt hæredes & manumiſſores, ſucceſſerunt creditori, hoc eſt Chryſidi libertæ, quo caſu actiones confuſè ſunt (ut tex. met dicit, & habetur in l. debitori. C. de pac.) & propterea liberati ſunt omninò, & nulli reſtitutioni eſt locus.

Ad oppoſita reſpondetur, quia id uerum foret aliàs quando liberta habuiſſet hæredes legitimos, ſed hic non habuit, ergo nec tranſmiſsio fieri debet. Et quia patroni hoc caſu ipſius libertæ hæredes ſunt, eiq; ſuccedunt, ut iuſti. de ſucc. lib. in prin. & in l. j. & ij. ff. ſi quid in frau. pat. quanquam prima facie domini nõ uideantur, cum eſſet Chryſis, ancilla teſtatricis. l. j. & toto titu. C. de his qui à nõ do. manu. Sed nihil eſt (ut inquit Saly.) quia aditione hæreditatis facti erant domini & benè: argumentum in l. j. in §. veteres. ff. de acquir. poſſ.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam Chryſidem puellam dixerit hic Imp. & non ancillam, ſeu ſeruam ſubintelligitur tamen, ex quo primum hoc idem

declarat

declarat uerbum manumiſſam quod ſequitur. Demum quia hoc nomine etiam appellari ſolebant ſerui & ſeruæ. Iuxta illud Matth. viij. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus; & male torquetur. & quia etiam verba deſeruiunt intentioni non intentio uerbis c. intelligentia. de uerbo. ſignifica. l. ſcire leges. ff. de legi.

Et quod uerbum manumittere, æquiuocū eſt, & capitur quandoq; pro datione libertatis ut toto titu. de manu. teſta. & de manu. uindi. & de manumiſsio. quandoque uero pro emancipatione. l. j. ff. ſi quis à pa. fue. ma. & iſtud idem indicat ĉt rub. ibidem. Et primo modo hic. manumittiq; dicebatur ſeruus, cum dominus caput eius tenens uel aliud membrum, hunc hominem liberum eſſe volo, dixiſſet, cumq; è manu emiſiſſet ut inquit Sext. de uerb. ſig. Item aliter cenſu, uindicta, & teſtamento, hoc eſt ſi iubente domino nomen dediſſet in cenſum; & uirga qua lictor capiti imponens, eum in libertatem, ſolemnibus quibuſdam uerbis uindicabat. & ſi quis eum teſtamento liberum ſcripſiſſet.

Et quod in his quæ ſunt compatibilia quis fungi poteſt vice duarum perſonarum, uel & aliter quod duo officia in una eademq; perſona (dummodo compatibilia ſint) concurrere poſſunt. l. ſi conſul. ff. de adop. l. pe. ff. de offi. aſſeſſ. plenè Ancha. conſ. cccxxiij. col. ij. Bal. in l. j. in §. j. C. de no. Cod. compo. nanque hic hęredes, ut patroni, & ut debitores Chryſidi ancillæ ab inteſtato ſuccedere potuerunt, nimirum igitur ſi ipſa mortua ante reſtitutionem fideicōmiſsi (ut dictum eſt) liberati fuerunt.

Et quod tranſmiſsio fideicōmiſsi eo caſu quo locum habere poteſt, non fit, ſi non ſint hæredes, ad quos tranſmittatur, & cum (ut diximus) hęredes hic ſint patroni & debitores, deq; eorum ſucceſsione agatur, non poterit dici uacans, & tale quidem ut fiſco debeat applicari iuxta not. in l. uacantia. C. de bon. uacantib. lib. x.

Et quod denique hæredes prædicti, grauati in hoc, ut Chryſide manumiſſa ei hæreditatem reſtituerent, in alio debuerunt releuari, vt ea mortua ante fideicomiſsi reſtitutionem, inteſtata & ſine hæredibus legitimis ſint liberati, eiq; ſuccedant. l. cum qui. ff. de iureiu. argumentum in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & in l. fina. C. de inſti. Finis.

Imp. Alexander A. Victorino.

VOLUNTAS PATRIS PROhibētis liberos fundos extra familiam vēdere, vel pignori dare, fratrem ſorori donare prohibuiſſe non videtur. PP. kal. Iul. Maximo ij. & Aeliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſorori donari non potuerit fundus, ex quo ſtat prohibitio ne fiat extra familiam, at iſta, erat in aliena familia nupta, ſequebatur forum & domicilium uiri. l. cum quædam puella. & ibi not multa. C. de iuriſdi. om. iudi. etiam ſi eſſet uidua. l. filij. §. j. ff. ad municip. ergo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia dicta ſoror de familia teſtatoris eſſe dicitur. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerb. ſigni. id eſt de agnatione. l. fi. C. de uerb. ſign. ergo frater donando eidem, non uidetur aliquid feciſſe contra uoluntatem teſtatoris, & conſequēter quod ualebit donatio.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia id uerum eſt, quo ad obſequia præſtanda uiro, & ut uidua priuilegia uiri retineat, non quo ad alia ut in iuribus prællega. not. & per Bar. in l. fin. in §. idem reſpondet. ff. ad municip. & ut per Doctores etiam hic latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod à ſimili prohibitus alienare in potentiorem, poterit nihilominus in filiū proprij corporis id facere, ex quo uidetur potius cōtinuatum quàm trāſlatum quod in ipſum filium tranſlatum eſt. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Bald. in l. ea lege. col. v. C. de cond. ob cau.

Et quod emphyteuta prohibitus alienare irrequiſito domino rem emphyteoticam poterit nihilominus in eum qui ſit conſors in eadem re emphyteotica, ita idem Bal. in l. in emphyteoticariis. col. xvj. C. de iur. emphy. Nonnihil in feudo Gui. Papæ conſ. xlvj. col. ij. Capel. Tholo. deciſi. lxxv. Pau. Caſt. conſ. cccexxxij. col. ij. uol. j.

Et qđ epiſcopus qui iurat ſimiliter bona epiſcopatus non alienare, poterit nihilominus illa donare capitulo, quia non exeunt de corpore eccleſiæ ut not. in cle. ſi. de reb. eccle. non alie. & in l. dudum. C. de cōt. emp. Idem Bal. in loco ſupra alleg. Feli. in c. quæ in eccle. col. pe. de conſti.

Et quod non dicitur alienare ille qui inter cōiunctam perſonam relictum confert ſeu ultimam diſpoſitionem. Imò quod alienatio tunc & maximè in filios neceſſaria dicitur, quæ nec prohibita eſſe uidetur. d. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. l. j. §. ita enim. C. de impo. luc. deſcrip. lib. x. l. alienationes. C. fam. her. l. ſi quis prioris. §. ſi quis certum. C. de ſecun. nup. Bal. conſ. xxxvij. col. j. uol. iii.

Et quod denique prohibita uenditione omnis alienatio prohibita uidetur ut etiam not. in l. ii. C. de uſucap. pro emp. & in l. filiuſfam. in §. diui. ff. de leg. i. quodque pignoris mentio ſit hic, ex quo adhuc prohibita uenditione, hypotheca pro hibita non uidetur. l. in quorum. ff. de pigno. latè tamen in l. fi. C. de reb. ali. non alie. & in rub. extra eo. ti. de reb. eccle. non alie. & in d. §. diui. ubi præcæteris Crot. multa nu. 123. & 124. & quod non cenſeatur res alienata quādo remanet inter agnatos tradit adhuc Pau. Caſ. cōſ. lxxxiiii. col. i. uol. ii. Et quod prohibitio alienandi extra familiam

familiam, & limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtamen. del. pulchrè oſtendit Dec. conſ. ccclxxvij. col. v. uol. ij. Finis.

Imp. Alexander A. Reginæ.

SI FRATER TVVS POſteaquam hæres patri extitit, pubes iam ſine liberis deceſsit: ex pupillari ſubſtitutione tibi hęreditas eius delata non eſt. Sed ſi verbis fideicommiſsi aliqua parte teſtamenti confirmata eſt: fideicommiſſum ab hæredibus petere non prohibe ris. PP. x v. kal. Febr. Iuliano ij. & Criſpino Coſſ.

Dubitādi rationem faciebat, quod frater ſubſti ntus fratri, eo mortuo ſine liberis ad ſucceſsionem non uocetur ex ui ſubſtitutionis, ex quo facta fuit pupillo, mortuo poſt pupillarem ętatem, quo caſu expirauit, nt uulgaris poſt aditam hæreditatem. l. poſt aditam. C. de impub. l. in pupillari. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. l. uerbis ciuilibus. ff. eodem. & quia ſi teſtamentum inter liberos ſit nunquam intelligitur eſſe locus fideicommiſſo. Imò inquit Barto. hic poſt Dyn. in l. Sceuola. ff. ad Trebel. ſi ſubſtitutio ualet iure fideicommiſsi, quod adueniente pubertate expirat: fideicommiſſum & benè. l. ſi Titio. & ſequen. ff. de lega. j.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia de uoluntate teſtatoris apparet, uolentis aliqua parte teſtamenti fideicommiſſum inducere, puta quia dictum ſit & quandocunque deceſſerit talem ſubſtituo, quæ in conditionibus primum obtinet locum. l. in conditionibus. ff. de condi. & demon. Ea de re quanquam pupillaris expirauerit pubertate, non tamen expirauit fideicommiſſaria qua illa confirmata eſt, admittiq; debebit ſubſtitutio ſi non ex ui ſubſtitutionis pupillaris, ex ui ſaltem fideicōmiſſariæ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia uerum eſt, quando (nt diximus) non fuiſſet uerbis fideicommiſsi confirmata, at hic confirmata fuit, ergo licet pupillaris expirauerit non tamen expirauit fideicommiſſaria. Et idē foret dicendum ſi in teſtamento reperiretur clauſula codicillaris, iuxta not. in l. præcibus. C. de impub. & in l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. Non ſecundum, quia imò erit locus ex quo tunc dicta clauſula ſubintelligitur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ubi glo. ff. eod. quod tamen hic probari non uidetur. ut infra. Ideò dic aliter, uerum eſſe, niſi ex uerbis comprehēdatur, ut hic. Non ultimum deniq;, quia nec id negatur ſi teſtator dixiſſet ſimpliciter. Volo ſubſtitutionem ualere iure fideicommiſsi at hic fuit confirmata pupillaris uerbis fideicommiſſum importantibus, quandocunque (ſcilicet) deceſſerit, ergo. & ut etiam hic per Bar. & Docto. latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi teſtator dixerit ſub diſtinctione temporis, ſine ſubſtituerit ſic, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea licet non adiecerit uerbum quandocunque, ualebit ſubſtitutio intra pupillarem ætatem iure pupillari, poſtea ut fideicommiſſaria, ita ſignanter per iſtum tex. etiam Bar. inquit, in d. l. precibus. ad fin. C. de impu. & ali. ſubſti. atteſtatur amplius quod omnes ita tenent. & ita hanc legem quoque inducit glo. (ut ſupra) in §. maſculo. inſtitu. de pupilla. ſubſtitu.

Et quod non eſt verum dictum glo. ad hoc allegari ſolitæ in l. cohæredi. in §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. quod in teſtamento condito inter liberos ſubintelligitur clauſula codicillaris, & nouiſsimè per iſtum text. aduertit etiā Iaſ. in l. hac cōſultiſsima. in §. ex imperfecto. col. iij. C. de teſta.

Et quod noſtra intereſt habere in ſucceſsionibus plures uias, quibus nobis ſuccurſum ſit argumentum in l. non eſt nouum. ff. de act. emp. & in in l. ſi domus. ff. de ſerui. urba. prædi. & in l. quod in hæredem. in §. eligere. ff. de trib. ac. & in l. cum filius. in §. uariis. ff. de lega. ij. nanque ſubſtitutus hic qui ex ui pupillaris ſubſtitutionis uenire non poteſt, quia expirauit, ueniet nihilominus ex ui ſi deicommiſſariæ, ut ſæpè dictum fuit.

Et quod quibuſcunque uerbis fideicommiſſum induci poteſt. l. & eo modo. l. ēt. ff. de leg. j. quæ ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. lega. Vel poſtea igitur, uel quandocunque (ut ſupra) dictum fuerit, uel aliis uerbis, ex quibus mēs & uoluntas teſtatoris eliciatur, fideicommiſſum hic induci potuit.

Et quod denique ſubſtitutio directa in fideicommiſſariam conuertitur, maximè uoluntate teſtatoris uerbis expreſſa ut ſupra, quia per fideicōmiſſum ipſi ſucceditur. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. Alex. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. col. iiij. ff. ad Treb. Butigel. in l. j. in §. ſi quis ita. ff. de uerb. obli. Finis.

Imp. Alexander A. Maſculo.

QVI FIDEICOMMISSAriam libertatem meruit, legata ſeu fideicommiſſa à defuncto ſibi data ſuo iure perſequitur. PP. xv. kalend. Iun. Fuſco ij. & Dextro Coſſ.

Dubitādi rationē faciebat, qđ legatū ſeu fideicōmiſſum peti nō poſsit, quia cedit a morte teſtatoris, vel ab adita hęreditate. l. à titio. ff. de fur. l. ſi

tibi hõ.§.cũ ſeruus.ff.de leg.j.& ſic eo tpe quo legatarius erat ſeruus,quo caſu relictũ nõ ualuit. l. ſeruis.ſupra de lega.argu.in l.ſeruitutẽ.& in l.qđ attinet.ff.de reg.iu.& in l.placet.ff.de acq. hære.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia (ut inquit formaliter Iuriſcon. in l.ſi quis ſeruo ſuo.in prin.ff.de leg.ii.)in perſonam legatarii quodammodo dies ceſsit & libertatis & legati, & ſic libertatis prius, ut legatum ualeat factum libero & non ſeruo. Imò plus (ut inquit Iaſ. & benè) quod in dubio ſi duo ſint actus nec appareat quis prior uel poſterior fuerit,præſumetur præceſsiſſe actus qui facit utrunque ualere,id eſt libertas.l.cum in teſtõ.§.i.& ibi not.ff.de hæred.inſtituen.vbi Cyn. in ſpecie, & vltra eos Alex.pulchrè conſ.lxxxj.col. iiii. uolu. iii.& utile eſt ad multas quæſtiones ut idẽ Alex. dicit in l.diuortio.col.iiii.ff.ſolu.matri.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia eſto quod cedere uideatur à morte teſtatoris uel ab adita hæreditate fingitur tamen cedere (vt dictum eſt) eo tempore quo eſt libertatem conſequutus, unde non ab re text. in d. l. ſi quis ſeruo ſuo,uſus eſt uerbo quodammodo,quod improprietatem deſignare uidetur.l.in ſuis. ff. de libe. & poſthu. §. igitur. inſtitu. de pupilla. ſublli. ut uoluntas teſtatoris executioni mandetur, & legatum ſiue fideicommiſſum ſuſtineatur, ualeat nec pereat argumentum in l.uel negare. ff. quẽadmodum teſtamen. aper. & in l. quotiens. ff. de reb. dub.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod actus actiuorum non operantur in patiente male diſpoſito, ut inquit Philoſophus.c.uenerabilem.de electio.c.Maſſana.c. ſacroſancta.eodem titu.l.hos accuſare. §. omnibus. de accuſa. ff. nec relictum hic ſiue legatum uel fideicommiſſum debetur ſeruo,ſi libertatem conſequutus non fuerit.

Et quod libertas vt plurimum ſeruis optimè meritis debetur.l.teſtamento Centurio. In prin. ff.de manumiſ.teſtamen.uſque adeò ſi male meriti fuerint ut non debeatur, quod Iuriſconſult. ſenſiſſe uidetur etiam in loco pręallega.ad finem l.fideicommiſſaria libertas.§.j.ff. de fideicom. libe. Imò videmus hinc,ſi iactantia quadam quãquam liberti & manumiſsi vel contumacia, ceruicem erexerint, aut leuis offenſę culpam contraxerint, quod in ſeruitutem ingrati reuocantur.l.ii.C.de lib.& eo.libe.

Et quod uerbum meruit de quo hic,quanquã adhuc relationem habeat ad libertatem,poteſt nihilominus referri etiam ad legata ſeu fideicommiſſa,quę propter merita pariter,relicta quoque præſumuntur.l.nec adiecit.ff.pro ſoc. Iaſ. in l. ſi domus.in §.ſi fundus,nu.22.ff.de leg.i. Bal. in l. ſi quis filiabus.ff.de teſta. tut.maximè quia inter hęc duo poſitum reperitur,l.iii. §. filius autẽ inter medias.ff.de libe.& poſthu.

Et quod intercidere non ſolet deſtinata fideicommiſſaria libertas, uſque adeò ſi rogatus quis fuerit ſeruum manumittere, nec morte pręreptus manumiſerit,ut perinde ſit ac ſi ad libertatem peductus fuerit, & ea donatus in poſſeſsione libertatis interim eſſe uideatur caſus eſt ſingularis in l.cum uerò.in prin.ff.de fideicom. libe. ergo & multo magis hic legata uel fideicommiſſa eidem debebuntur.

Et quod deniq;, cum nil aliud ſit actio quàm ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur, §.j.inſti.de actio. non ab re dicitur hic qui fideicommiſſariam libertatem meruit, poſſe legata uel fideicommiſſa ſibi à teſtatore relicta iure ſuo perſequi, & non alieno, quia liber erat, ſiue (ut dixi) fideicommiſſariam libertatem conſecutus. Finis.

Imp. Gordianus A. Paulinę.

AB EO QVI NEQVE LEGAtum, neque fideicõmiſſum, neque hęreditatem, vel mortis cauſa donationem accepit, nihil per fideicommiſſum relinqui poteſt. PP. xvij. Kalen. Octobr. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat in caſu præſenti, quod grauari poſsit is etiam qui non honoratur,quia quotidie uidemus,hoc idemq; experientia docet magiſtra rerum efficax. c. quam ſit. de electio.in vj.quod poteſt executor quis teſtamenti fieri.cui tamen nihil relinquatur,ſeu relictum vel legatum non fiat,caſus eſt in l. Theopompus. ff.de dote prælega. Et idem probari uidetur in l. ſi fuerit.ff.dę leg.iij.& clarius in l.à patre. ff. eo. titu.vbi hæredem hæredis mei, vel ſeruum aut filium grauare poſſum,quanquam eis nihil relinquam,nec à me aliter ſint honorati. Et maximè (ut dici etiam ſæpiſsimè ſolet) quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter,& iuxta illud vulgatum. Figulus Ollis anſas ponit. l. in re manda. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia nec rationi nec æquitati conuenit,quem grauari ſi non fuerit honoratus, quiq; lucrum aliud non ſentiat.l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu.tollen. l. ſecundum naturam. ff. de reg.iur.c.rationi.eo.titu.in vj.& eſt argumentum in l.eum qui.ff.de iureiur.& in l.fi.C. de inſti.& in l. vnica.C.de his qui ante aper.tab. & in §.ſed quia.inſti.de fideicom.hære.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia id miniſterium eſt potius quàm grauamen,quod etiam ſponte ſuſcipitur, ex quo inuiti non coguntur ut etiam dicunt Doctores hic & benè.tradit Bar.ultra eos in l.j.in §.quãnis.ubi pup. edu. deb. & dñr executores quaſi procuratores,

tores,

tores, ſeu & melius, adminiſtratores potius, ad uniuerſitatem quandam dati ſiue deputati. c. ij. de teſtamen. in vj. Aretin. conſil. lxvj. col. iij. & quod non cogantur officiū acceptare tradit idē Bal. in l. Labeo. in §. j. ff. de arb. Imò quod quandoque honorantur, etiam quod grauamen eſſet, ex quo iuris eſt, non inſtituto hęrede, ut ipſi hæredis loco ſint & habeantur. l. alio à ſenſu contrario & ibi Bar. ff. de ali. & cib. lega. Specu. in §. nunc uerò. q. xxij. de inſti. edi. Areti. conſ. lxiiij. col. ij. Non ob. ſecundum, & tertium; quia id de benignitate uerum eſt, non de rigore iuris, vt ſentit tex. in d. l. ſi luerit. ibi hoc ualere benignū eſt, & ſimile eſt in l. Sceuola. ad Trebel. & in l. qui negocia. ff. manda. & in l. nōnunquam. ff. de coll. bon. & in l. hæc conditio. ff. de cond. & demon. & in l. ſi tibi. ad fi. ff. ſi cer. pe. Vel & melius fore ſatis ac ſufficere, quod primus hæres, vel dominus aut pater, fuerit honoratus. l. cum filioſam. & ibi Bar. in prin. ff. de lega. j. eſtq; argumentum in l. tutori. ibi ſufficit ſi in paucis amici laboribus cōſulatur. C. de neg. geſt. Idem Barto. in ſimili in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. col. iij. Non ultimum denique, ex quo uerū eſt id quoque, ſed non ut cogatur inuitus grauamen ſuſcipere, ſi honoratus non fuerit. l. inuito. ff. de reg. iur. alibi beneficium inuito non confertur regulariter, l. hoc iure. §. j. ff. de dona. Ergo multo minus maleficium ſeu grauamen. l. relegatorum. §. conſtitutum. ff. de inter. & relega. l. nec ex uera. C. de acqui. poſ. c. ſi Paulus. xxxij. q. v.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ubi auus inſtituit filium, & non nepotem, eum onere fideicommiſſi grauare non poteſt, ſi grauamen tamē iniungatur expreſſo nomine proprio uel eo qđ uice nominis proprij fungatur, quia ſi ſub nomine hęredis ſecus, d. l. ſi fuerit. ff. de leg. iij. l. ſi ſic. & ibi Bar. ff. eo. Bal. pulchrè conſ. cclxxxvj. ad fi. uol. iij.

Et quod ſi pater in legitima filium inſtituat, poteſt ei pupillariter ſubſtituere, ſi fuerit impubes, non per fideicōmiſſum, quia in legitima inſtitutus quæ ei debita eſt inſtinctu naturæ, non dicitur honoratus. l. ſi arrogator. ff. de adop. ergo nec grauari potuit ut hic, onere fideicōmiſſi. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. & pup. ſubſt. Iaſ. in l. ex tribus. col. iij. C. de inoffi. teſta. & in l. ſi Titio. in §. ſicuti. nu. 10. ff. de leg. j.

Et quod fideicommiſſum iniunctum adhuc nepotibus, vel pronepotibus in conditione poſitis, ualet, ex quo iniungendo onus, tacitè (quaſi hoc idem ſit neceſſarium antecedens. l. ad legatum. l. ad rem mobilem, in argumentum tamen. ff. de procu.) inſtituti videntur. de quo tamen latiſsimè per Bar. eſtq; ſatis dubia quæſtio, in l. Centurio. & ibi latè Iaſ. col. xxix. ff. de vulga. & pupil. ſubſt. Alex. conſ. cv. col. iij. uol. j. nōnihil conſ. iij. ad fi. uol. iij. & conſ. xj. col. v. & conſ. cj. col. v. eo. lib. & Gozadi. conſ. lxiiij. col. j. & conſ. ciiij. nu. 13.

Et quod ſi teſtator debitori fideicōmiſſum iniungat pariter, à debito ipſum liberat. l. j. §. pe. & fina. ff. de leg. iii. & hic. & in l. denique. in §. interdum. & ibi Bar. ff. de pecu. lega. & in l. Proculus. ff. de uſuf. Iaſ. in l. ſi pecunia. nu. 7 ff. de leg. 1.

Et quod in contractu matrimonii poteſt donatio fieri filio, inq; eis bonis inſtitui, eidemq; ſubſtitui, ut in pulchro caſu decidit Guid. Papæ cōſ. cciij. nu. 5. Et quod inſtitutis marito & vxore ac grauatis ſuas portiones alteri reſtituere, erit locus fideicommiſſo, ſi vnus moriatur, etiam ſuperſtite altero, per hanc regulam, ut tradit Imol. & Alex. in l. hæredes mei. in §. cum ita, ille. col. vj. iſte. xvii. ff. de cond. & demon. Eſt verum quo ad regu. adhuc. quod aliquando prętcritus, & ſic nō honoratus, rogatus nihilominus præſumitur & grauatus reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, ſi in teſtamento reperiatur adiecta clauſula codicillaris, ut per Bar. in l. i. in v. q. ff. de iur. cod. & in auth. ex cauſa. in ulti. col. ubi etiam ego. C. de lib. præte. Finis.

Imp. Gordianus. A. Firmo.

VERBVM VOLO LICET deſit, tamen quia additum perfectū ſenſum facit, pro adiecto habendum eſt. PP. iij. id. Decemb. Gordiano A. & Auiola Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod uitietur legatum, ſi uerbum uolo adiectum non fuerit, quia uerbum regulariter eſt forma orationis ipſi dans regimen, uſque adeò ut ubi ſuum deficiat ſubſtātiuum, ubi deficit uerbum ipſum. Imò quod omiſsio formæ uitiat actum, etiam ſi omitteretur à ruſtico & per errorem. l. fi. C. de teſta. glo. in l. ambiguitatem. C. eo. Bal. in l. iuris ignorantiam. C. qui admi. & eſt argumentum in l. Iulianus. in §. ſed & ſi quis, ibi, nam mutata forma prope interimitur ſubſtantia rei. ff. ad exhiben. ergo & ſi omittatur. & maximè quia noſtrum non eſt legem extendere. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. matrimo. argumentum in l. commodiſsimè. ff. de libe. & poſthu.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia quod orationi deeſt ſuppleri debet, ut inquit Iuriſcon. in l. oratio. ff. de ſpon. & uerbum quidem congruum ad inducendum effectum non incongruum. Imò quod ubi deficit oratio ſupplet ſenſus. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de lega. ii. & maximè ut legatum debeatur, & actus potius ualeat quàm pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. & ut hic per Docto. latius. & præcipuè Bal. & Saly.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia licet deficiat uerbum uolo, nō deficit tñ ſubſtantiuū, ex quo ſuppletur. l. cū auus. ff. de condi. & demon. d. l. oratio. Et hac ratione etiam forma omiſſa nō dicetur, nec muta, nec cōſequen

ter uitiabitur actus. Non ſecundum, quia & id quoque uerum eſt, ſed dico non extendi, ſuppleri autem ſic permiſsione legis. d. l. oratio. d. l. cũ auus. l. prima. iuncta gloſſ. ff. de teſtamen. Imò quod ſuppletio neceſſaria eſt. l. prima. §. ſi ex fundo. allega. etiam hic in glo. ff. de hæred. inſtituen. not. in l. eam quam. vbi Bal. col. ij. infra eod. Ripa in rub. ff. ad Trebellia. in princ. & præſertim pro ſaluanda falſa latinitate, uitandaq́; iurium correctione ut dicitur in locis præallega. & nouiſsimè per Abb. in cap. ſuper quæſtionum. in ij. not. de offic. deleg.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod in inſtrumento non enratur oratio imperfecta ratione ſcripturæ dummodo ex præcedentibus & ſequentibus per intellectum ſuppleri poſsit, ita Roma. ex ſupra dictis iuribus conſil. clxx. col. j. Barto. in l. fin. col. iij. C. de edict. diui Adria. tollen.

Et quod uerba etiam ſuppleri poſſunt & debent in ſententia, ut actus potius ualeat quàm pereat, ſi de uoluntate iudicis conſtet tamen, aliàs non, ut per Alexan. in l. errore. C. de teſtamen. Nicel. in concordan. Bar. xx. Feli. in c. ad audientiam. j. col. iij. de reſcrip.

Et quod ſi teſtator dixerit ſic quandocunque filij mei deceſſerint, eos inuicem, nõ adiecto verbo ſubſtituo, tacitè ſubintelligetur, ex quo (ut dictum eſt) oratio perficitur, & mens teſtatoris ſaluatur, eritq́; reciproca, uel etiam compẽdioſa, ut per Bal. in l. in teſtamento. col. quarta. C. de milita. teſtamen.

Et quod non dicitur falſa latinitas (cõferetq́; ad ſupradicta) quanquam deſit uerbum orationem perficiens, quia ſubauditur, & ſufficit quod oratio mentalis ſit perfecta: & quod in mente ſit uerbum principale, quo poſito ponitur orationis perfectio, ex quo uirtus humanorum actuum, non ſtat in modico atramẽto, ſed in eo quod maximè eſt homo, hoc eſt in mente hominis. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. idem Bal. pulchrè in l. Imperator. lectu. j. in prin. ff. de ſta. ho.

Et quod denique ſi diceretur, fur alicui, uel mulieri meretrix, teneretur ſic dicẽs actione iniuriarum, quia suppleretur uerbum es tu. & ſenſit Bar. conſi. cviij. col. j. Et ad propoſitum uerbi uolo, quod ſubaudiri debet, notandum cenſeo nihil importare, niſi ratione adiuncti, vnde fit ſi dicam uolo eligere, quod non propterea eligam, aliàs ſic, ſi dixero. volo rem iſtam, Titio amico meo centum dari uolo, ita Bar. in l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. Finis.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ. Sempronio.

QVOTIENS PRINCIPALI loco hæres inſtitutus, teſtatori ſuccedit: legata ſeu fideicommiſſa à ſubſtituto data poſci iure non poſſunt. PP. viij. Kal. Mart. Præſente & Albino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legata à ſubſtituto relicta debeantur, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & tantum operatur oppoſitum in oppoſito quantum propoſitum in propoſito. l. prima. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. fina. ff. de leg. iij. not. in rub. ff. de acqui. poſ. uerum habemus quod legata ab inſtituto relicta, intelliguntur repetita à ſubſtituto. l. licet Imperator. ff. de leg. primo. l. ſi Titio. ff. de leg. ſecundo. ergo è contra relicta à ſubſtituto, intelligentur repetita ab inſtituto. præallega. l. fina. & aliis ut ſuprà. Et quia uno ex pluribus cohæredibus repudiante, à quo legata erant relicta, alij nihilominus tenentur. l. prima. §. ſi cohæredi. ff. ad legem Falcidiam. Id unum haud omittentes, quod teſtatoris uoluntas etiam, & quàm maximè attendi debet. §. diſponat. in auth. de nup. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia poſt aditam hæreditatem, uulgaris ſubſtitutio ſtatim moritur & euaneſcit. l. poſt aditam & ibi diximus ſupra de impub. & ali. ſubſti. quo caſu extincto principali, acceſſorium id eſt legatum quoque corruit. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. Saly. in l. intelligere. col. ſecunda. C. de luitio. pig.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia fallit regula ubi oppoſitorum diuerſa eſt ratio, nanq; antecedens non ſapit naturam conſequentis nec conuenit, ſed è contra ſic, argu. in l. ex pupillari. ff. de uulga. & pup. ſub. & in l. ꝙ per manus. ff. de iur. cod. & propterea non idem ſiue tantum operari debet, oppoſitum in oppoſito (ut dicebatur) quantum propoſitum in propoſito, nec legata à ſubſtituto relicta, repetita ab inſtituto, ut è contra ratione ſupra dicta uel & latius ut hic per Scriben. Non ſecundum, quia eo caſu ita uoluiſſe uidetur teſtator, ex quo plures erant cohæredes, nec (ut hic) ea eſt conſideratio dicto caſu, ſubſtitutionem ſcilicet per aditionem hæreditatis expiraſſe, nimirum igitur ſi tunc vno repudiante ibi alij tenentur. Non tertium denique & ultimum, quia huiuſmodi hic fuiſſe uidetur, ſicq́; uoluiſſe cõformare cum diſpoſitione iuris cõmunis. l hæredes mei. §. cum ita, & ibi not. ff. ad Treb. igitur attendenda (ut dicebatur & negari non poteſt) ſed non quod legata ab inſtituto debeantur, quia nec iſtud (ut dixi) ſenſiſſe uidetur teſtator.

Præſtatq́; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè quod non debet grauari qui nõ eſt à teſtatore honoratus. l. ab eo. & ibi diximus ſupra eo. nouiſsimè etiam facit, non ex hoc ſolo quod filij ſint onerati, inuitatos & honoratos cenſeri, nec ex eo ſolo quod ſint in conditione poſiti, ſed ex

ambobus

ambobus ita Corn. conſil. cxix. col. ix.vol.ij.& conſil.ccvij. col. ij. & iij. eodem libro. nimirum igitur ſi hic & fideicommiſſum à ſubſtituto relictum,nou debetur,quia per aditionem inſtituti expirauerat ſubſtitutio.

Et quod ſubſtiiutio eſt ſecunda inſtitutio.l.j. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. l. precibus. C. de impube.& utrobique not. uſque adeò ut non ab re dixerit hic tex.principali loco hæredem inſtitutum ſucceſsiſſe teſtatoci.

Et quod tantum eſt dicere ſucceſsiſſe teſtatori,quantum eſt dicere hęreditatem adiuiſſe & ſic perifraſticè ac per circumlocutionem, ſubſtitutionem vulgarem expiraſſe ut ſupra.

Et quod peti non debet id quod à iure eſt alienum,quoniam nec petens eſſet audiendus: argumentum in l.nepos Proculo.ff.de verb.ſignifi.& in §.iuris præcepta.inſti.de inſti.& iur. & in l. ſi pupilli.in §.uideamus.ff.de neg.geſt.

Et quod denique ob hoc præpoſita eſt hic rurſum negatiua dictio,verbo poteſt,quæ priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam.l.i.ff. de uerbo.obli.l,nemo poteſt.ff.de lega.i.glo.in c.i.de reg.iur.in vj. ſenſuſq; eſt nullo modo peti poſſe,quod iure peti non poteſt. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
AA. Fortunato.

SI CREDITORIS VOLUNtas iure ſubnixa liberari te debito volentis doceri poteſt:& antequam ſolemniter tibi liberatio à ſucceſſore præſtetur, exceptionem tibi ex voluntate defuncti, deſcēdentem competere manifeſtum eſt. PP. xij. Kalend. Maij Maximo ij. & Aquilino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod contra debitorem agi poſsit effectualiter ab hærede, ex quo nondum erat liberatus, & probabiliter dicere poterit hæres,vulgatum illud, filius meus uiuit,ſtat obligatio,debes amicè, ſiue debitor es, ſolue:argumentum in l.j.C. de execu. rei iudica. & maximè quia uerbum de futuro, (hic enim erat diſpoſitio liberationis huiuſmodi) non diſponit de præſenti. l. ſi ita. ff. de auro & argento legato.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia cum appareat de uoluntate teſtatoris, quæ in ultimis uoluntatibus primum obtinet locum, & maximè attendenda eſt. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonſtratio. §. diſponat. in authen. de nup. l. cum uirum (quæ proxima eſt) ſupra eodem. eidem debitori liberatio ſibi relicta deneganl non poteſt, aliàs hæres agens, doli mali exceptione repelletur. l. apud Celſum. §. præterea, ff. de exceptio. doli. l. quod mihi. ff. de libe. lega: l. ſi quis decedens. §. nunc de effectu. l. non ſolum. §. finali. ff. eodem. & ut hic etiam per gloſſ.& Doctores quæ generalis eſt & obiici poterit etiam ſi liberatio facta eſſet ſine cauſa.l. ſecunda. §. & generaliter. ff. de exceptio. do.l.tale pactum.in prin.ff.de pac.dixi ego in l.ſi unus. in §.pactus.ff. eo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia eſto quod effectualiter liberatus non fuiſſet, erat tamen liberandus ab hęrede cui liberatio erat relicta & ad quam ipſe etiam grauatus à teſtatore, faciendam tenebatur: argumentum in l. prima. ff. quorum legatorum. & in l. apud Iulianum. in §. finali. ff. quibus ex cauſis in poſſe.eatur. & in l. ſequenti. eodem titulo. Imò quia liberandus erat de proximo, quod perinde eſt ac ſi fuiſſet effectualiter liberatus, uſque adeò ut contra eum nullo modo agi poſsit. & quia potentia etiam actui propinqua, actus eſt. l. penultima. ff. de milita. teſtamen. l. quæſitum. §. illud fortaſsis. ff. lega. tertio. l. tertia. §. ſi ſeruus. & ibi Paul. Caſtren. ff. de acquiren. poſſeſ. & ſi egerit (ut diximus) exceptione doli repelletur, liberatio igitur denegari non poteſt. Nou ſecundum, quia imò diſponit, quo tenebatur hæres (ut dixi pariter) neceſſario ipſum debitorem liberare.§.his igitur.in authen.de hæred.& fal.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod uoluntas teſtatoris, quę iure ſubnixa non ſit, non attenditur, nec executioni mitti debet argumentum in l. quarta. in §. condemnatum. ff. de re iudica. & in l. ſecunda, in §. primo. ff. quemadmodum teſtamen. aper. & in l. Paulus. ff. de verborum ſignifica. & in l. eleganter. in §. qui reprobos. ff. de pigno. act. Eſt bene uerum aliàs quod declaratur. l. finali, ff. de reb. eorum. pulchrè Aretin. conſil. xvij. col. octaua. Bartol. in l. fideicommiſſa. in §. quotiens. ff. de lega.tertio.& in l.in teſtamento, ff.de fideicom.libe.

Et quod alicui aliquid aſſerenti non eſt credendum, niſi id quod aſſerit & allegat, doceat ſeu probet. l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.l. ſecunda. ff. eodem. l. qui accuſare. C. de edend. bonus text. in l. prima. C. noua uectiga. inſti nou poſ.

Et quod liberatio ſolemniter fieri debet, hoc eſt per acceptilationem tolli obligatio. §. item per acceptilationem.inſti.quib.mod.tol.obl.quę nihil aliud eſt niſi quædam imaginaria ſolutio ut ibi & per Alex.in l.ubi pactum. col. ii. C. de tranſa. Ex quo arguitur, cum ſolutio rurſum ſit iuriſgentium, quod & acceptilatio quoque erit talis, aliàs tamen quo ad aliud iuris ciuilis. l. an inutilis.§.fi.& ibi Bar.ff.de acceptila.

Et quod idem eſt ſucceſſor, quod hæres imò plus qđ magis propriè ſucceſſor dicitur, ſeu dici

debet,

debet, quàm hęres, ex quo hęreditas nil aliud eſt quàm ſucceſsio in uniuerſum ius quod defunctus habuit. l. nihil aliud. ff. de uerb. ſigni. Bar. in l. iij. nu. 3. ff. de bon. poſ.

Et quod denique, quicunq; petit id quod exceptione elidi poteſt, dolum cōmittit vſq; adeò vt nec mirum ſit ſi de exceptione iſta hic (quanquam non dicatur in tex.) intelligi debet. l. ij. §. & generaliter præalleg. ff. de excep. do. & hoc idem manifeſtum eſt, quia ita eſt etiam iuris, adeò ut probatione non egeat argumentum in l. ornamentorū. ff. de aur. & arg. leg. Bal. conſ. cccclxvij. col. j. volu. v. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Apolauſto.

CVM NECESSITATEM reddendæ rationis defunctus remittendam tibi eſſe petierit: manifeſti iuris eſt, volūtatem defuncti immutatam eſſe debere. PP. id. Mart. ipſis. iiij. & iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tutor teneatur reddere rationē, quia generale eſt in quacunque adminiſtratione, aliàs iudicio tutelæ tenebitur. l. j. §. officio. ff. de tute. & ra. diſtrahen. Et quia ſic inuitaretur delinquere & male. l. conuenire. ff. de pac. dotal. & quia etiam cum ſit futurus debitor hæredis, non debet poſſe defunctus eum liberare, ſicuti nec poteſt remittere ſatiſdationem de fruendo & utendo arbitrio boni uiri. l. ſcire debetis. C. ut in poſ. lega. & quia denique non poſſet ipſum liberare uiuens ſine auctoritate curatoris. l. ſi curatorem habens. C. de reſti. in integ. & ultra uidetur caſus in l. quidam decedens. ff. de admi. tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia cum eſſet dominus & moderator in rebus ſuis minor intra legitimam ætatem, habens amplius liberam adminiſtrationem, debuit etiam potuiſſe remittere tutori redditionem adminiſtrationis. l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. lega. argumentum in l. re mandata. C. manda. & in l. ſed ſi lege. in §. conſuluit. ff. de peti. hęre.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia uerisſimum eſt, niſi remiſſa fuerit (ut hic) redditio, & in præallega. §. Caius. Non ſecundum, quia remiſsio eſt à tutela præterita, non à futura, quo caſu inuitari non poteſt ad delinquendum, ergo non erimus in caſu, l. conuenire (ad idem allega.) ff. de pac. dotal. & eſt argumentum in l. ſi unus. In §. illud. ff. de pac. not. Iaſ. in l. cum quid. col. ij. ff. ſi cert. peta. & in d. §. illud. ex quibus tollitur quoque tertium, quoniam id etiā uerum foret, niſi remiſsio fiat à teſtatore, nanque tunc futurus debitor hæredis non erit. ergo & cōſequens falſum erit ratione ſupra dicta. c. cum ex officij. de præſcrip. Bal. in l. conuenticulam. col. iiij. C. de epiſco. & cleri. Non quartum, quia ea ſatiſdatio gratia hæredis imponitur. ergo non debet poſſe à teſtatore remitti. & quia aliàs legatarij ſiue fideicommiſſarii bene hoc caſu inuitarentur ad delinquendum & male ut ſupra, & not. in d. l. ſcire debetis. Non quintum, quia licet uiuēs non poſsit pōt tñ in teſtamento & in vltima uoluntate præalleg. §. Caius. & ut hic late per Doct. Non ultimum deniq;, ex quo eo caſu doloſe geſſerat, nec dolum remittere uoluiſſe uidetur, nimirum igitur ſi tenetur tunc rationem reddere ut ibi & in d. §. Caius. & in l. ſi quis rationes. ff. eod. titu. & ut hic etiam per glo. & Docto.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod adeò neceſſe habet tutor reddere rationem ut ſi id non fecerit contra ipſum poſsit in litem iurari, gloſſ. eſt ſingularis in l. j. in §. officio. ff. de tute. & ratio diſtrahen. Imò plus quod poteſt ut falſarius condemnari. l. j. §. tutores. & ibi Bar. ff. ad legem Corn. de fal. & utrunq; dictum ponit & refert Areti. in §. impuberes. nu. 5. uerſi. quæro quando petitur, uſque in fin. inſti. de Attilia. tuto. Niſi redditio à teſtatore ſit remiſſa, ut ſupra.

Et quod ſic pariter teſtator remittere poteſt redditionem rationis executoribus bonorum, niſi fuerint in dolo, ita Collectar. in c. Ioannes. in ix. q. de teſta. latius Cap. Tholoſa. deciſio. xlvj. poſt Bar. Bal. & Saly. hic, & Bar. adhuc in d. §. Caius. & in l. ne quicquam. in §. de plano. ff. de offi. procon. & alios ut ibi per eam.

Et quod plerunq; ſubauditione opus eſt, nanque defunctus nihil remi[illegible]t, ex quo mors omnia ſoluit. §. deinceps. [illegible] auth. de nup. & tamē hic dicitur. defunctum rationis reddendę neceſſitatem remiſiſſe, ea de re, quondam ſubauditur, ita glo. in ſimili, & in defuncto ſignāter, in l. eius qui in prouincia. in prin. ff. ſi cer. peta. & quia dixi alibi ſatis tranſeo.

Et quod quandoque ſine dubitatione eſſe poteſt. l. iii. ff. de nata. reſti. ibi hæc lex nō habet, nec unquam habuit dubitationem, dixi in l. ſi conuenerit. ff. de iur. om. iud. & ita innuitur hic, inque illis uerbis manifeſti iuris eſt, & verum eſt, quo ad ipſum legiſlatorem, & in abſtracto, non in cōcreto, & quo ad alios ut per Bar. in l. ubicunque. col. vij. ff. de int. act. exauxeſiſq; figura eſt ſiue augumentatio, quoniam aliàs nulla eſt quę dubitationem non habeat. l. quod Labeo. uulga. ff. de carb. edic. c. cum in iure peritus. de offi. dele. Bal. in l. ſi tutores. C. de compenſa.

Et quod denique multum intereſt, cui teſtator proſpicere uoluerit cuiuſque contemplatione ipſe aliquid fecerit vt hic, redditionem rationis remittere. & vt in ſimili dicit etiam tex. in l. ſideicommiſſa. in §. pe. ff. de lega. iij. & non ab re hic rurſum eius uoluntatem immutatam eſſe debere, eiq; implicitè & uirtualiter obtemperandum eſſe, quod & Diui Seuerus & Antoninus

quoque

quioque reſcripſerunt.l.ſeruo alieno.§.j.ff. de lega.i.Et maximè quia ahnc teſtator non prꝑſumitur uoluiſſe in uanum loqui. l. cum tacitum. ff. de proba.ego in l.uerius.ff.eodem. Roma. conſil. cxxij. col. ij. Finis.

Impp.Diocle.& Maximia.AA.Ampliato.

CLARI ET APERTI IVRIS eſt, in fideicommiſsis poſteriores voluntates eſſe firmiores.PP.viij.id.Septemb.ipſis AA. iiij. & iij. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod anteriora præualeant, ex quo idem uidemus eſſe in contractibus.l.ſicut.C.de ac.& obli. deq; contractibus ad ultimas uoluntates ualet argumentum l. ſeruum filij.§.cum qui Cyrographum.ff. de leg. i.plene not.in l.quæ delegato.ff.eod.ergo.Et in pactis, quia ultimum non ualet, l. iuriſgentium. §.ſed ſi fraudandi.ff. de pac.& rurſum uidetur caſus in l.ſi quis, in principio teſtamenti.ff.de leg. iii.& in l.ſerui electione.in prin.ff.de leg.j. vbi facta ſerui electione, uariari non poteſt.& in regu.quod ſemel.de reg.iur.in vj.

Contrarium tamen hic deciditur, poſteriora eſſe firmiora, & nimirum (hæcq; eſt deciſionis ratio) quia ambulatoria debet eſſe teſtatoris uoluntas uſque ad ſupremum uitæ exitum.l. iiij. ff.de adi.leg.l.non uſq; adeò.ff. ſi quis à pa. fue. ma.l.i.C.de ſac.ſanct. eccle. ita ultima derogent prioribus, & (vt tex.inquit) ſint firmiora anterioribus.& iſtud idem uel expreſſa fuerit teſtatoris voluntas vel tacita.l. cum proponatis. C. de codicil.l.iii.in ſin.l.ex parte.ff. de adimen. lega. & vt hic etiam per glo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia non procedit argumentum quando diuerſa ratio poteſt aſsignari.l. ſi. & ibi Saly. C. de lega.uerum in cõtractibus illud ideò eſt, quia pendent à uoluntate duorum ab vno uero in ultimis uoluntatibus.l.j.ff.de pact.§.diſponat. in authen.de nup.d.l.iiii.ff.de adi.lega.d.l.i.C. de ſacroſanct.eccle.cum ſimilibus, nimirum igitur ſi vno caſu poſteriora & vltima firmiora ſunt prioribus, altero vero priora vltimis.imò quod in cõtractibus idem quod hic dicendum foret, quando contrahentes contrario conſenſu ſimul à contractu receſsiſſent.l.i.C.quando lice.ab emp.di. ex quo ſecundum quoque tollitur, quia pactum quoque contractus eſt.l.i.ubi glo.magna ad ſi. ff. de act.& obl. Vel dicamus illud ideò eſſe ibi, quia ultimum pactum erat dolo atque fraude initum, qui ſeu quæ nemini patrocinari debet.l.ne ex dolo.ff.de dolo.c.ſedes Apoſtolica.de reſcrip. & vt ibi etiam not.aliàs ſtaretur vltimo pacto, vt per Cy.in l. pacta nouiſsima. C. de pac. Non obſt. tertium, quia ibi prius teſtamẽtum habebat clauſulam derogatoriam ad ſequens, vt etiam hic declarat gloſ. & Doctor. & fuſius in d. l. pacta nouiſsima. ego ad ſaturitatem in Collectane. in d.l.ſi quis in principio teſtamenti. Non quartũ, quia & id quoque in electione procedit, quæ ſi ſemel facta fuerit trahit ſecum executionem. l. apud aufidium.ff.de ope. lega. ideò variatio non eſt at hic in teſtamento loquimur, & eo caſu quo variatio teſtatori permiſſa eſt & mutatio voluntatis, uſque (vt diximus) ad extremum vitæ. d. l. iiii.ff.de adi. leg. Non quintum denique & vltimum, quia fallit regu.in teſtamento vt ſignanter per tex.in d.l.iiii.& ſui rationem, inquit glo. in d.reg.quod ſemel, & veriſsimum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod nouiſsima hominum iudicia potiſsimè valent, ibiq; plena præſumitur deliberatio, vbi ſecunda interuenit conſideratio.l.ſi. C. ſi contra ius vel vti. publ. §. & hoc verbo iubemus.in auth.vt nulli iud. pulchrè Bald. in conſi. ſciſma.quod poſitum eſt ſub titu. ſi quis aliquem teſta.prohib.C.col.xiiii.

Et quod ſi prætor contrauenerit ex cauſa ſtatuto etiam iurato, aliudq; ſtatuerit, huic vltimo ſtandum erit, ut hic per Bal.tamen ipſe tenuit cõtrarium in l.quid ergo.in §.pœna grauior. ff. de his qui not.infa. & hanc contrarietatem perpendunt Canoniſtæ in c.i.de conſti.Sed à prima opinione non eſt diſcedendum, vt etiam tradit Saly. in l.& ſi ſeuerior.col.pe.q.iiii.C.ex quib.cau.infa.irroga.Fuſius Moder.in d.c. i.& vt hic.

Et quod nouiſsima ſcriptura ſpectanda eſt, verbúmq; vltimum prænalere.l. tutor datus. §. i. & ibi etiam not.Bal.ff.de teſta.tute. d. l. pacta nouiſsima.C.de pac.l.ſi quis eum.& ibi idem Bald. ff.de vulga.& pupilla. ſubſtitu. & ideò (vt dicitur & in d.l.tutor datus) tutor datus in teſtamẽto vel codicillis poterit vetari ne tutor eſſe poſsit.

Et quod ſic à ſimili fama poſterior derogat priori in actu tamen non exercito ſed exercendo in futurum.l.ſi mater.C. ne de ſta. defun. l. i. C.de teſta.l.ad teſtium.§. conditionem. ff. de teſti.l.Barbarius.ff.de off.prę.Bal. adhuc latè in l.is poteſt.ff. de acquiren.hære.

Et quod denique ſi duo ſint ſtatuta contraria tamen, eodem tempore confirmata, ſtabitur vltimo, ſiue vltimum derogabit priori, vt per Bar. in l.omnes populi.col.xxi.ff.de iuſti.& iur. Finis.

ADDITIO.

Quod eum hæc omnia clari & indubitati iuris ſint, & quod generaliter hic dicitur, vt tex.innuit confundi videtur regula.l.quod Labeo.ff.de carbo.edic.quod imò quelibet lex debet eſſe de caſu dubio, vt ibi & in c.cum in iure peritus.de offic.deleg.Sed (vt dixi proximè inq; l. præcedenti. & alibi ſępè) reſpondendum eſt, nec repeto. vel & nouiſsimè quod clarum ac indubitatũ eſt, peritis, imperitis verò obſcurum ac dubium, vt per Cy.in l. non dubium. C. de legi. Vel clarum ac indubitatum adhuc, quoniam traditur regul.

poſita

poſita etiam in d.l.pacta nouiſſima.C. de pac. & ita dicit Bar.in l.quotiens.ff.ſi quis cau.

Et quod etiam inueſtiture (in feudis) ſecunde ſtandum eſt, ut inquit Paul. Caſt. conſ. cccclxj. col.ulti.uol.j.

Et ad declarationem, quod ultimum quid, dici poteſt in intentione.l.mela.§.j.ff. de ali.& cib. lega.l.ſi quis ante.ff. de acquir. poſ.& in uigore quidem atque efficacia, & de hoc in l. ſancimus. C.de teſta.& in l.pacta nouiſſima præallega. C. de pactis. & hic, pulchrè Bald. in c.fina.nume. 12.de conſue.

Et quod ſi in materia uarietur. ſtilus ultimus attenditur inquit Bal.& Ange.in l. Gallus. in §. idem credendum.ff.de lib.& poſthu. Feli.latè in c.cum P.tabellio.col.iij.de fid.inſt.

Et qd ad hæc prouerbium quadrabit, res uenit ad triarios, hi enim ultimi ſemper ſunt, qui fortiores labantem aciem reſtituere ſolent, quique ſemper ultimo releruantur loco.

Et quod ſic etiam ultimo laudo eſt ſtandum, inquit Corne.conſ.cxiii.nu.1.uol.iii.& legi nouæ potius q̃ antiquæ, conſ.cxxxiii.col.i. uol. iiii.

Et quod ultima capitula terræ, ſubiicientis ſe alteri, præualent & præiudicant prioribus, decidit conſ.clxxxvij.col.j.& idem in decreto Gubernatoris ultimo, eidem ſcilicet ſtandum eſſe, ait conſ.ccxxvij.col.iij.eo.lib.

Et quod ſi in contractu etiam fuerint plura capitula ſtatur ultimo, ſi maximè fuerit contrariũ primo, in totũ vel pro parte.l.lecta.§.ſi. ff. ſi cer. peta.Bal.in l.Titia quæ.in §.ij.ff.de uer. obli.

Et quod vltima mora nocet ut tradit Iaſ. in d. l.pacta nouiſſima.col.ii. Adde Deci.in l. uinum. nu.14.ff.ſi cer.peta.

Et quod denique per ſecundum actum, ante rem perfectam uidetur receſſum à primo. l. Valerianus.ff.de præto. ſtipu. l. ſtipulatus es opus. ff.de fideiuſſo.l.cũ in plures.§.lege.ff.loca. Boer. deciſio.ccxlviij.col.ij.par.ij.

Impp.Dioclet.& Maximia.AA.Iuliano.

ETIAM A PVPILLORVM tutoribus, velut ab ipſis, relicta fideicommiſſa debentur PP. iij. Non. Decembr. ipſis iiij. & iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod à pupilli tutore fideicommiſſum relinqui non poſſit, quia qui non honoratur grauari non poteſt. l. ab eo. ſupra eod. vbi dictum eſt etiam ſatis, fideicommiſſum onus eſt, & grauamen, l.cohæredi.§. cum filiæ.ff.de vulga.& pupilla.ſubſti. tutor honoratus non eſt à teſtatore ergo grauari non poteſt. Et uidetur caſus in l.ſi Titio.in §. Iulianus. ff. de leg.ij. ubi ſi unus ex hæredibus legitimis, à quo fideicommiſſum relictum erat, portionem ſuam repudiauerit, non propterea cohæres eius fideicommiſſum præſtare cogetur, & tamen erat honoratus, ergo multo minus tutor hic, qui (ut dixi) honoratus non fuerat.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia relicta à tutoribus uelut relicta à pupillis uidentur. l.cum etiã.C.de reb.cred. l. peto.§.mater.ff.de leg.ij. alleg. etiam hic in glo. verũ ſi à pupillis eſſet relicta tutores fideicõmiſſum pſtare cogerent, ergo eſtq; arg.in l.qui fundum. in §.ſi tutor.ff.pro empto.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.& quia etiam quæ non poſſunt cadere per prius in perſonã tutoris nomine proprio cadunt in ipſo nomine appellatiuo.l. polla. ff.de his quibus ut indig.& ut hic etiã per Doct. ſed ut prius melius meo quidem iudicio.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ſatis eſt quod pupillus ipſe honoretur. Et quia etiam effectualiter miniſterio & manu tutoris ſoluit. & ſic tutor ratione officij, qui pupillum ipſum repræſentat, fideicõmiſſum præſtat. Non ſecundum, quia contrarium uerius eſt, eaque opinio fuerat Iuliani, ex ſequen. uer. improbata ibidem ab Vlpiano ex quo relicta ab inſtituto debentur à ſubſtituto. l. licet Imperator.ff.de lega.j.ſed cohæres eo caſu quaſi ſubſtitutus dicitur igitur cum ſuo onere (ſubiicit) conſequetur accreſcentem portionem, intellige repudiantis, ergo nihil ad rumbum, quod tutor hic non teneatur, & contrarium potius dici debet, ſicuti ibi tenetur cohæres pręſtare fideicõmiſſum, ea ratione, quia quaſi ſubſtitutus erat repudianti, ita tenebitur hic tutor alia ut ſupra, & ut per Scriben. fuſius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod exhæredare ab extraneo hærede inſtituto res inepta eſt.l.quidam cum filiũ. ff.de uerbo.obliga.niſi fiat ſub nomine appellatiuo, & fundetur totus gradus in perſona eorum à quibus fit exhæredatio nec refert (& nunc ad propoſitum) an præcedat nomẽ proprium uel appellatiuum, quia ad id debet referri quod faciat actum valere ut hic & in d.§.mater, & tradit alibi Bal.& Saly.clarius in l.j.col.ij.C.de lib.pręte.

Et quod coniunctio etiam, ſeu implicatiua ſecundum nos, non expreſſa includit & rem de qua ſit maior uel ſaltim par dubitatio.l.ij. l. etiam in his.l.fi.C.ſi tuto.vel cura.l.illa uerba.§.ſpurij. l. item dicimus.in prin.ff.de uerbo.ſignifica.l. extraneum.C.de hære. inſtituen. Alex. conſ. cxvj. col.iiij.uol.ij.diximus nos alibi ſatis, & ſenſus eſt hic non modo à pupillis uerum etiam à tutoribus fideicommiſſum relinqui poſſe & deberi.

Et quod uelut, aduerbium eſt, & ſimilitudinis nota non ueritatis, ut ad idem eſt etiam not. tex. in l.ſi Titio.ad fi.ibi uelut alluuio.ff.de uſufru.& in l.certi condictio.in §.ſi nũmos.ibi uelut tuos. ff.ſi cert. peta.& in l.peculium & ex eo. ibi. Idq; uelut propriũ patrimonium.ff.de pecu.& in l.pręcibus.in fi.C.de imp.& al.ſub.Bal.in l.ſed ea. in j.lectu.

§.lectu.ff.de legi.not.& ſenſus hic clariſsimus eſt.

Et quod fideicommiſſum iniunctum tutori, contemplatione pupilli, iniunctum uidetur pupillo: argumentum in l.ſed ſi plures.in §.in arrogato.ff.de vulga.& pupilla.ſubſti. & ita tn ſimili inquit Bal.in l.j.col.v.C.qui admi. ad bo. poſſ. poſſunt. quod ſi filius inſtituatur contemplatione patris, hæreditas diceretur quaſi profectitia.

Et quod à ſimili cum mandatum tutoris mandatum pupilli cenſeatur.l.iij.§. fin.ff. de tributo. Alexand. in l. qui pupillæ. C. de neg. geſt. ita quod ſibi iniunctum eſt, cum pupillo iniunctum cenſeatur pariter ut ſupra. exequi debet & tenetur. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC. Plautiano.

ET IN EPISTOLA, VEL libello, vel ſine ſcriptura, imò etiam nutu fideicommiſſum relinqui poſſe adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt. D. idib. April. Bizantij AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod nutu legata ſeu fideicommiſſa relinqui non poſsint, quia ſi ſic hæredis inſtitutio fieri non poteſt, neque hæreditas relinqui.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta. face.poſ.l.iubemus.§.ſi verò.C.de teſta. non deberent utique ſic legata ſeu fideicommiſſa relinqui pariter. Et in legatis vel fideicommiſsis uidetur caſus in l.diſcretis.C.qui teſta.face.poſ.

Contrarium tamen hic deciditur,& in l.nutu ff.de leg.iij. alleg. etiam hic in glo. non modo in epiſtola ſcilicet, vel libello, ſed etiam ſine ſcriptura, imò & nutu quoq; relinqui poſſe. Et ratio deciſionis eſt, quia tn ſupremis hominum iudiciis, primum obtinet locum eorum uoluntas, & quomodocunque de ea appareat ſufficit, legiq; ſatiſfactum videtur. l. in conditionibus primum locum.ff.de cond.& demon. §.diſponat.in auth.de nup.l. non vſque adeò. ff. ſi quis à pa. fuc. ma. quę non eſt bona, ex quo ea attenta etiam hæredis inſtitutio nutu deberet poſſe fieri, & tamen (vt dictum eſt) non poteſt. Vera igitur ratio eſt, relinqui poſſe, quia in eis non cõſiſtit totius ſucceſsionis pondus, ita Bal.in d.l.iubemus.in prin. C.de teſtamen.

Ad oppoſita reſpondetur ex his non obſtare, non primum, quia ſtant iſta ſimul quod hæreditas ſic relinqui non poſsit, ex quo de maiori præiudicio agitur tunc, & vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum,.l.j. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo.edic.c.ubi periculum. de elec. in vj. & tamen in legatis & fideicõmiſsis ſit ſecus vt ſupra. Non ſecundum, quia (vt inquit Bar.in d.l.nutu. & benè, imò quod in d.l.diſcretis dicitur) id verum eſt in muto à natura, nos autem loquimur in eo qui ex aliquo accidenti propter morbum & egritudinem loqui non poterat, quo caſu conatus quidam cum ſignis ſufficere uidetur.l.Labeo ad fi.ff.de ſuppelle.lega.Bal. in d.l. iubemus. & idẽ Bar.in d.l.nutu.clarius,& Iaſ.in l. ſi res obligata.nu.32.ff.de leg.j.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quod legatorum ſeu fideicommiſſorum hic tantum mentio facta eſt, nutu ſcilicet relinqui poſſe, non modo in epiſtola vel libello, & etiam ſine ſcriptura, vt ſupra, quoniã expreſsio neceſſaria eſt in hęredis inſtitutione, & hoc ideò quia in his ſunt ſumma ſummarum nihil ita proprium eſt vt claritas, §. nos igitur. in auth. de teſti.Bal.pulchrè in dicta l. iubemus. in princi. C. de teſtamen.

Et quod quanquam adhuc legata ſeu fideicommiſſa, in codicillis relinqui poſsint, adhibitis ſaltim quinque teſtibus l.fin.§.fin. C.de codicil. & not.hic per glo.& Docto.ſecus tamen in hæreditate.l.ij.C.eo.& ibi diximus.

Et quod natura huius dictionis.et, eſt coniungere diuerſa,& copulare æquè pariter ea.l.ad inſtructionem.vbi Saly.C.de epiſco.& cler.nor. in c.ex parte.de reſcrip.Guid.Papæ deciſ. cxxxviij. col.v.l.ſi mihi & Titio ff.de verbo.obliga.l.reos. §.cum in tabulis.ff.de duobus reis. Corn. conſil. clix.col.iij. vol.iiij.& eſt ſenſus non modo in teſtamento, ſed in epiſtola quoque vel libello, vel ſine ſcriptura, imò & nutu legata, ſeu fideicommiſſa, relinqui poſſe.

Et quod ſimiliter dictio vel, ſolet poni communiter inter diuerſa.l.hæc verba.ff.de verbo.ſignifica.Cuma.conſ.xcvij.col.ij. nanque epiſtola & libellus ſunt diuerſa hic, nimirum igitur ſi ſic dictum eſt, in epiſtola vel libello. Poſſet etiam dici qđ poſita ſit inter æqualia ſiue ſimilia, vt quãdoque etiam poni ſolet.l.j.& ibi Barto.ff. de reb. dub. not.in l.filię.C.de colla. quoniam in epiſtola, vel libello (vt dictum eſt) vel ſine ſcriptura ẽt fideicommiſſa ſeu legata relinqui poſſunt.

Et quod denique, etiam, implicatiua eſt rei, de qua ſit maior vel ſaltim par dubitatio.l.ij. l. etiã. l.ſi.C.ſi tuto.vel cura. Alexan.conſ.cxvj.col. iiij. vol.ij.ſed quia dixi in l.etiam.ſupra cod.tranſeo nunc ad alia. Finis.

ADDITIO.

Quod per iſtum tex.ibi nulla dubitatio eſt, vt etiam dicitur in l.iij.ff.de nata.reſti.confundi videtur, quod dicitur in l.quod Labeo.ff.de carbo. edict.& in c.cum in iure peritus.de offic.delega. quod nulla lex eſt quæ nõ habeat dubitationem. Sed poteſt reſponderi vt dixi ſupra in l. clari. & in l.ſi creditoris.cod.tutu.& alibi ſæpè, quod nũc aliter non repeto.

Et quod quemadmodum legatum hic nutu relinqui poteſt, & vt hic dicitur etiam in d.l.nutu. ff.de leg.iij.ita quoque fieri poteſt inſtitutio particularis, ex quo æquiparatur legato.l. quotiens. C.de hæred.inſtituen.l.j.§.ſi ex fundo.ff. eodem.

Guid.

Guid.Papę deciſio.cccclix.atteſtatus amplius vi diſſe ita determinari in curia parlamenti.

Et quod nutu relinqui non poſſunt fideicommiſſa uniuerſalia,ex quo tex.noſter in particularibus loqui uidetur,& tradunt Bal. & Ang. hic, & Iaſ.latè in l.ſi res obligata.nu.32.ff.de leg.j.

Et quod quanuis legata poſſint ſolo nutu relinqui,attamen uerba enunciatiua legatorum de præterito non inducunt diſpoſitionem de præſenti, ita glo. in l. ſi ita legatum. & ibi idem Iaſ. multa nu.9.ff.eo.ti.de lega.i.

Et quod quanuis rurſum tex. hic loquatur in ultimis uoluntatibus, inque legatis & fideicommiſſis attamen procedit quoque in contractibus in quibus uerba haud ſunt neceſſaria, ex quo facto uoluntas datur intelligi. l. Paulus reſpondet, ff.rem rat.hab.l. reprehendenda.C.de inſti.Imò plus facto quàm uerbis inquit Iuriſconſul. in l.ſi tamen.in §.ei qui.ff.de edil.edic.& ſufficit quod partes nutu & ſignis ſe intelligant.l.item quia.in prin.& ibi not.ff.de pac.d.l.nutu.de leg.iii.l.nutum.ff.de acqui.hære.Alexan. conſ.cxlvj.col.vj. uol.v. & ad materiam dixi latè in collectan. in d. l.nutu.dic ut ibi.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Stratonico.

SI VERITAS, VEL SOLEmnitas iuris deeſt, nec amplexus parentis voluntatem relicta dediſti, vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus promiſiſti, negociumq; integrum eſt:ad ſolutionem vrgeri nõ potes. D.v.Kal.Febr.AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ex minus ſolemni uoluntate,fideicõmiſſum debeatur,quia uidetur caſus clarus in l.fin.infra eo.& clarior in l.i.ſupra eo.& quia ſatis eſt quod appareat de uoluntate defuncti codicillantis:argumentum in §. diſponat.in auth. de nup. & in l. in conditionibus primum locum . ff. de condi. & demon.quæ etiam declaratur ex actu nullo ut inquit Iuriſcõ. in l.ſi.ff.de reb.eo.& in ſimili dicimus etiam, quod ius accreſcendi locum habet in teſtamẽto minus ſolemni.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de teſtamen.Bal.in l.ſi poſt diuiſionem.ad ſi. C. de iur.& fac.igno.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis aſsignari poteſt, quia ſi codicillus falſus eſt,uel minus ſolemnis,quia factus ſit corã duobus teſtibus,ubiquinque aliàs requirebantur.l.ſi. §.ſi.infra eo.hæredem non obligat,ad fideicommiſſum præſtandum:argumentum in l. ii. in §. i. ff.quemadmodum teſta.ape.& in l. Paulus.ff. de verbo.ſignifi.& in l.iiii.in §.condemnatum.ff.de re iud.cum ſimilibus.Eſt uerum(ut ſubiicit tex.) quod teneretur ſi cauſa tranſactionis agnouiſſet, aut alio modo eius uoluntatem agnouiſſet,quod ad primum caſum referri tamen non poteſt,quãdo de ueritate non conſtat,quia agnoſci non poteſt,quod non eſt.l.poſt legatum. ff. de his quib. ut indi. & ſi prætextu falſi inſtrumenti quoq; trãſactio facta fuiſſet,utiq; reſcinderetur,quod nota,& habetur in l.ſi ex falſis.C.de tranſa. & ut hic etiam per Docto.& benè.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum, quia ibi teſtator de ſola hæredis fide erat confiſus quod & ibi tex.ad literam innuere uidetur uſque adeò ut ſoluere debeat, aut iurare ſibi fideicommiſſum,& onus iuxta tex.in l.cohęredi. in §.cum filiæ.ff.de uulga.& pupilla.ſubſti.iniunctum non fuiſſe.& ut etiam per glo. & Batt. hic. Non ſecundum,quia illud ideò eſt ex quo triennalis præſtatio interuenerat, quę ipſum obligat hæredem, ad præſtandum quoque legatum alimentorum & ueſtiarium in futurũ.Calderi. pulchrè conſ.xviii.de teſtamen.& ibi Bar.ante eum, qui dicit etiam in l. eum de in rem uerſo . col. ii. ff.de uſu.quod ibi militabat duplex fauor alimẽtorum & ultimę uoluntatis,&(adde tu)diuturnę præſtationis vt ſupra, & clarius quàm alius Bald. conſ.xlvj.col.ij.uol.v.& cum ſpeciale ſit ex multis dicto caſu in contrarium erit ius commune in cæteria.l.ius ſingulare.l.quod uero contra. ff. de legi. l. quæſitum . §. denique. ff. de fund.inſt. Non tertium,quia debito modo non apparet, ex quo perinde eſt ac ſi non appareret argumẽtum in l.ſi in lege.ff.de cont.emp.aliàs hæredis inſtitutio facta in teſtamento minus ſolemni, etiam ualeret & tamen non ualet, quanquam de uoluntate teſtatoris cõſtet.l.iubemus.C.de teſta. l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.eo. Nec officit quartò,quod etiam ex actu nullo declaretur, quia illud non eſt generaliter uerum, ſed in caſu tantum quando id etiam in teſtamento minus ſolemni fieri poterat,exempli gratia licentia alienandi,ut not.in l.admonendi.ubi Cur. in ſpecie. nu.46.ff.de iureiu. vel dicamus quod imò nõ probetur uoluntas ex actu minus ſolemni, ſed ſi teſtamentum ſit inofficioſum dicto caſu, ergo nihil ad propoſitum etiam quod in codicillis loquamur.Non ultimum denique,ex quo id etiam procedit,quia ius accreſcendi in ſucceſsionibus ab inteſtato locum habet quoq;. l.unica.C.quãdo non pet. par. ergo nimirum ſi etiam in teſtamento minus ſolemni,ſed non ob id quod ſic fideicommiſſa præſtare teneatur hæres, in teſtamento minus ſolemni, pariter relictum, ut dictum eſt ſupra.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod non ſolemne & falſum æquiparantur, licet non per omnia tamen ęquiparatio procedat,quia non ſolemne habet eſſe de iure gentium, quo introducta eſt naturalis obligatio.l.cum amplius.§.is natura debet.ff. de regul. iur.quæ obligatio in conſtitutum deduci poteſt, l.j.§.debitum.ff.de conſtitu.pecu.in falſo autem ſecus.

ſecus.l.fin.ff.eo.titu.Bal.ſignāter per iſtum tex. in l.nō dubium.allega.etiam ſupra.licet ad aliud col.ij.C.de teſta.

Et quod tranſactio ſtipulationē requirit, uſq; adeò ut pactum nudum ſufficiat, & eòperi quod ita iſtum tex.poſt multa intelligit & declarat De ci.ſenior in l.ſi pacto quo pęnā.col.j.C. de trāſa.

Et quod uerbum promiſit ſtipulationem non importat,niſi aliàs in inſtrumento poſitum inue niatur.§.ſi ſcriptum.inſtitu.de inuti.ſtipu.l.i. & ibi Odof.C.de ſuffrag.l.ſciendum. §. dictum, ff. de edil.edi.Iaſ.in l.ſciendum.col.ii. ff. de uerbo. obli.Bal.in l.ſi interrogatione.col.ij.C. de uſur. & in l.j.col.j.C.de dot.promiſ.nimirum igitur ſi hic,vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus promiſiſti,dicitur,quod notandum eſt.

Et quod ſolemnitas eſt quicquid ultra conſen ſum à lege,ſeu à iure requiritur, & quicquid adii citur formæ iuriſgentium.l.ius ciuile.ff.de iuſt. & iur.not.in l.prolatam.C.de ſen.& int.om.ind. Bald. in l. & in epiſtola, (quæ proxima eſt) ſupra eodem.

Et quod denique negatiua dictio, præpoſita uerbo poteſt,priuat potentiam & inducit neceſſitatem præciſam.l.i.ff.de uerbo. obliga. c. j. ubi glo.ſingula.de reg.iur.in vj. diximus nos ſupra, & alibi ſæpè, ſenſuſq; eſt hic, ſi negocium integrum fuerit, nec hæres ſoluerit, aut per ſtipulationem ex cauſa tranſactionis promiſerit, nullo modo ad ſolutionē urgeri poſſe. Et nimirū quia ubi nulla eſt obligatio efficax ibi nō eſt & actio. l.licet.§.ea obligatio.ff. de procu. & quia ſolutio obligationē prẹſupponit,uſq; adeò vt nec ad ſoluēdū teneatur,qui obligatus nō eſt:argu.in l.loci corpus.in §.cōpetit.ff.ſi ſerui.uen.& in l.ſi pupilli.in §.uideamus ff.de neg.geſt. & legitur inſti.quib.mod.tol.obli.in prin. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Menoſtrato.

INSTRVMENTA PRAEdiorum per fideicommiſſum relictorum,quę ad probationem originis eorum pertinent, hęredes præſtare neceſſe non habent: tamen cautionem præſtare debent, quod ſi opus fuerit,legatario ſeu fideicommiſſario ipſa, ſi habeant, proferant.D.kal.Decēbr. Sirmij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod inſtrumē ta emptionalia rei legatæ non debeant ſtare penes hæredem, quia uidetur caſus quod ſtare debent pœnes eum ad quem pertinēt in l. ſi quis ex argentariis.in §.pertinere.ff.de eden. ſed fideicō miſſario ſeu legatario pertinere uidentur, ergo. Idq; & clarius in l.ſicut.C.de libe. cau. & in l. ii. C.de uerbo. ſignifi. & in l. ereditor. & in l. Titius.ff.de act.emp.

Contrarium tamen hic deciditur, cautione præſtita tamen ſi opus fuerit legatario ſeu fideicommiſſario, de ipſis proferendis, ſi habuerint. & ratio deciſionis eſt,quia regulariter ea ſemper apud digniorem ſtare debent. l. procurator. C. de eden.l.iiii.in fi.ff.famil.her. ſed hæres legatario ſeu fideicommiſſario eſt dignior, quod ſanè negabit nullus.ex quo hæres, idem eſt quod dominus.l.item Mela.§. legis. ff. ad legem Aquil. glo.in l.j.in prin.ff.ſi cer.peta. argumentum in l. iii.in§ j.ff.de leg.præſtan. ergo. & quia hęredis intereſſe uidetur etiam,non legatarii uel fideicōmiſſarii,præiudicium nullum ſentientium. l. ſi à ſubſtituto.§ i.ff.de lega.i. qui legata quoque capiunt ab ipſius hæredis manu, ſiue fideicommiſſa.l.j.ff.quo.lega.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum,quia antecedens uerum eſt conſequens fal ſum ut ſupra oſtenſum eſt,& ut in d.l.Titius hæres.ff.de act.emp. Non ſecundum, quia illud eſt in inſtrumento manumiſsionis,quod cum conti neat liberationem à ſeruitute,& ad legati conſecutionem pertineat, non ab re etiam legatario ſpectabit & argumentum retorquebitur,nos autem in inſtrumento emptionali, ergo nihil ad propoſitum.& latius ut hic per glo.Bar.& alios. Non tertium,quia dicto caſu quoque, id locum ſibi vendicat in inſtrumento fundi, & non emptionis ut hic, & ideò cum ſint diuerſa rurſum nulla illatio fieri poteſt,quæ bona ſit,uulga.l.Papinianus exuli.ff de mino.l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de aequi. poſ. Non denique & ultimo alia iura ad idem allega. quia uera ſunt & procedunt non in originalibus ea ſcilicet tradi legatario ſeu fideicōmiſſario,ut apud eos ſtēt,ſed ut exemplanda tradantur, quod ſanè æquum eſt & rationabile,ſiue uidenda & leganda exhibeantur,ut clare ibidem probatur, & hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam inſtrumentorum mentionem tantum faciat,eorum app.tamen,ue niunt rationes quoque.l.notionem.§.inſtrumen torum.ff.de uerbo.ſignifica.ſed non ē contra.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem. ff. de eden. Soci. in l.ſi.col.ii.C.eo.

Et quod actor tenetur edere inſtrumenta reo, ad exceptionem fundandam,ſi tamen exceptio fa uorabilis ſit, iuſtitiam cauſæ reſpiciens ut puta pacti tranſactionis & ſimilium.l.non eſt nouum. C.de eden. non ſi odioſa, vt illa præſcriptionis, & eſt declaratio Bal.hic,quam reaſumit Dec.ſeni.in d. l. non eſt nouum. & gloriatur ibidem à nemine allegari. tamen dubito ego, & contrariū tenuit ipſemet Bal. in l.edita. in lectu. Peruſina. C.eo.& refert Alex.in l.j.in prin.col.ſi.ff. eo.eſt verum quod idem Deci. fœdere diſtinctionis nititur concordare has opiniones, ſed mihi nō placet quia repugnat generalitati legis noſtrę, igitur à

tur à regu. non diſcedemus uulga. l. ab ea parte. ff. de proba. ſiue exceptio ſit odioſa ſiue fauorabilis, reo edenda eſſe. Cogita.

Et quod non ab re in ciuitate Pariſien. & in Ducatibus Burgundiæ & Borbonen. conſuetudo eſt, quod vaſallus intra xl. dies poſt homagium per eum præſtitum, teneatur domino declarare feudum, ſeu declarationem facere rerum feudalium, vt atte atur Nicol. Boer. in lib. conſuetud. Bituricen. fol. 40. col. iiij. vbi multa poſt Bal. etiã hic. ſubiiciens ſi non declarauerit, nec fidem fecerit, quod punietur, & expelletur ſimul, ſecundum Ange. in l. ſi in rem. ff. de rei uend. Sed tamen expelli de conſuetudine non poteſt, de quo uidendus eſt Bal. in c. j. in §. fi. col. fi. de pace iura. fir. in uſib. feudo. & in c. cæterum. col. iiii. de iudi. Iaſ. in prælud. feudo. col. xvij.

Et quod quemadmodum inſtrumenta hic penes hæredem collocantur & ſtare debent vt pote digniorem, & ad effectum de quo hic, ex quo etiam de ipſius intereſſe agitur, & ad ipſum pertinere videntur, ita his rationibus debent collocari apud dominum & non ſtare apud emphyceotam, ex quo iſte habet vtile dominium, ille directum, ita Bal. in l. in emphyteoticariis. col. vj. C. de iure emphy.

Et quod denique inſtrumentorum deſcribendorum facultas alteri communionem habẽti, denegari non debet, eſtq́; regula poſita in l. procurator. C. de edcn. & maximè ſtante cautione de eiſdem proferendis, ſi opus fuerit, & dictum eſt ſupra, & de materia in d. l. Titius hęres. & in l. creditor. ff. de act. emp. & facit etiam regu. l. in creditore. ff. de euictio. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA.
& CC. Iulianæ.

HAEREDVM ETIAM RES proprias per fideicommiſſum relinqui poſſe non ambigitur. D. ij. kal. Mart. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, rem hęredis per fideicommiſſum relinqui non poſſe, quia vulgo dici ſolet, quod in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. res hæredis non eſt teſtatoris. l. Pomponius. §. j. ff. de procu. ad fin. ergo. & quia res aliena etiam legari non poteſt. l. cum rem alienam. C. de lega. ergo nec hæredis. Et quia deniq; rei legatæ recta uia dominium tranſit in legatarium. l. à Titio. ff. de fur. not. in l. ſi tibi homo. in §. cum ſeruus. ff. de lega. j. & in l. ij. C. communia de lega. & tamen ſi legetur res hæredis ſecus, ergo legatum ualebit de facto & non de iure. l. Papinianus. ff. de ſerui. l. magis puto. §. ſi fundus. ff. de reb. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia hæres eſt una eademq́; perſona cum defuncto vt in ſimili etiam dicimus in filio l. fi. C. de impub. & ali. ſub. §. j. in auth. de iureiu. à mo. præſti. quo fit vt mirum non ſit ſi ab eo ẽt fideicommiſſum relinqui poteſt. Et maximè quia ſi rurſum honoratus eſt debuit poſſe grauari onere fideicommiſsi etiam rei ſuæ propriæ, vel ſciat vel ignoret. l. vnũ ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. ii. l. ab eo. ſupra eo. & ratio in d. §. ſi rem (vbi etiam Docto.) aſsignatur. Imò ſi res eſt hæredis non grauatur eam redimere, vt ibi, tradit nouiſsimè Corn. conſ. ccxij. col. ii. vol. i. & conſ. lxxxiiii. col. ii. vol. ii. & ideò omnimodo legatum valebit. Et quia ſi poteſt legare rem alienam, ſi hoc tamen ſcienter faciat, in præiudicium hæredis. d. l. cum rem alienam. C. de lega. & vt hic in gloſſ. multo magis permiſsione legis debet poſſe illam quę ſit hæredis, auth. multo magis. C. de ſacroſanct. ecc. c. cum in cunctis. de electio.

Ad oppoſita reſpondetur, nihil facere, nõ primum, quia antecedens verum eſt, verius conſequens, concluſio falſa, quia (ut diximus) ſi rẽ alienam poteſt legare & per fideicommiſſum relinquere, multo magis poterit ſi fuerit hęredis, quia perinde eſt ac ſi de ſua propria diſpoſuiſſet, & ſic ex ſupra dictis erimus in caſu regulæ. Non ſecundum, quia imò poteſt dummodo ſcienter id faciat, vt ſupra dictum eſt pariter, & tradunt omnes hic & in præallega. l. cum rem alienam. Non deniq; tertium, & vltimum: quia id bene verum eſt quo ad dominii tranſlationem, quoniam legatarius quo ad rem legatam eſt loco hæredis, & ſubintrat ius defuncti. l. id tempus. §. i. ff. de uſucapio. defunctus dominium non habet ergo nec legatarius niſi rem apprehendat. l. nemo. ff. de reg. iur. l. traditio ff. de acqui. rer. domi. glo. in l. Papinianus. præalleg. ff. de ſerui. Por. in §. ſed non vſque. col. ii. inſti. de lega. ſed non quod legatum non valeat, vt oſtenſum eſt.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod dictio etiam, eſt implicatiua rei de qua ſit maior dubitatio l. ii. l. etiam. l. fi. C. ſi tuto. vel cura. Alex. plenè cõſ. cxvj. col. iiii. vol. ii. dixi ego in l. etiam. ſupra eo. & alibi ſæpè, nouiſsimè Corn. quoq; conſ. cccii. num. 14. vol. iii. not. glo. in l. magiſterie. C. de iuriſdi. om. iudi. & probatur etiam in l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. & breuiter hic ſenſus eſt non ſolum res proprias teſtatorem legare poſſe & per fidei commiſſum relinquere, verum etiam hæredum ſuorum. & idem dicitur in §. non ſolum. inſtitu. de lega.

Et quod verificatur hic regula, cui licet quod eſt plus, eidem quoque licere quod eſt minus, ſed legare alienam rem plus eſt, & hoc idem fieri poteſt vt ſupra dictum eſt, ergo & eam quæ fuerit hæredis, quod eſt minus, ut in c. cui licet. de reg. iur. in vj. & in l. non debet. ff. eo. & in l. nec in ea. in §. ſed qui occidere. ff. ad legem Iul. de adul. maximè quia maior ratio eſt etiam, quod poſsit qđ eſt minus, quàm quod poſsit quod eſt plus vt pul

chrè

'ehtè declarat Ro.conſil.ccccxxxvj. in fin. ex quo uno caſu rem redimit altero uerò non, & ut ſupra ēt dictū eſt fuſius,aliter tamen deducendo,

Et quod non abſque ratione res proprias hęredum dicitur hic, poſſe legari, quoniam ſi forēt feudales ſecus,nec ualeret legatum, de quo tamē plenè Pic.in l.Titia.in §.Titia.col.lxxj.ff.de le.ii.

Et eum uerbum rei ſit generale.l.i.ad fin. ibi, uerbum quoq; rei ut generale prætor elegit.ff. ſi cer.pet.quod qualiſcunq; res ipſa fuerit hæredis, duntamen(ut dixi)ſit ipſius propria, legari poterit & per fideicōmiſſum relinqui,ut ēt gn̄aliter dicitur in d.§.non ſolum.& in d.§.ſi rem.& hic.

Et quod deniq; iſtud ambiguum nō eſt ut hic rurſum dicitur, & apud peritos, apud imperitos uerò ſic,quod declarat Cyn.in l.non dubium. in prin.C.de legi.& Odof.in l.ii.in prin.C.de bon. poſ.ſe.tab.uel quia ſic erat antiquitus & clarè deciſum in d.§.ſi rem.Vel non ambiguum eſſe apud Imperatorem apud nos autem ſic, quia nulla lex eſt,quæ dubiū non habeat. l. quod Labeo. ff. de carb.edi.c.cū in iure peritus.de offi. del. & ut alibi diximus,ſæpè non modo ſupra inq; locis pluribus,uerum ēt in l unica.in lectu.quādo nō pet. par.nunc aliter non repetendum. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & C C. Olympiadi.

FIDEICOMMISSVM EIVS, qui reliquerat, pœnitentia probata,ſucceſſores nunquā præſtare cōpelluntur. D.v.kal.Octob. Viminarij. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod quanquā teſtatorē pęnituerit, legatū ſeu fideicōmiſſum nihilominus debeatur, idq; hæres prę́ſtare teneatur in primis quia regulā habemus, id qđ ſemel placuit,amplius diſplicere nō poſſe ut in regu.quod ſemel de reg.iu.in vj.& maximè quia uariatio & incōſtantia quæ alteri ſit præiudicialis nō admittitur.l.iiii.§.i.l.pe.ff.de lege cōmiſſo.& probatur per locum à ſpeciali in l.nonnunquā.ff. de colla. bo.Et quia ius erat acquiſitum legatario ſeu fideicōmiſſario, quod ſibi auferri non pōt. l. id quod noſtrum.ff.de reg.iur.l.fi.ff.de pac.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia in ultimis uoluntatibus,poſteriora derogāt prioribus.l.clari.& ibi diximus ſupra eo.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.i.l. pacta nouiſsima.C.de pac. Et quia ambulatoria ſemper eſt uoluntas teſtatoris,uſq; ad ſupremum uitę exitum.l.iiii.ff.de adi.lega.l.i. C. de ſacroſanct. eccle.l.non uſque adeò.ff.ſi quis à pa.fuc.ma.§. diſponat. in auth.de nup.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primū,quia ut ſignāter dicitur in præalleg. reg. per glo.id fallit in ultimis uoluntatibus, & fortè uendicat ſibi locum in contractibus,qui ab initio uoluntarij ſunt,ex poſtfacto neceſſarii,pœnitētiaq; ſera,uulga.l.ſicut.C.de act.& ob.intelligēdo ſemper,niſi cōtrahentiū cōſenſu receſſum ſit,quia nihil tā naturale quàm unūquodq; uinculū ſoluere eo modo quo ligatum eſt.l.nihil tam naturale.ff. de reg.iur.c.i.eo.ti.in antiq.l.i.C. quādo lice. ab emp.diſcede. Non ſecundum, quia hoc caſu permiſſa eſt quoq; ut ēt in d. l. nonnunquā. & argu. retorquebitur, & quod ibi dicitur extendetur ēt ad caſus ſimiles ut per glo.in l.i.C.de cond.inde. Non ultimum deniq;,ex quo ſibi erat acquiſitum reuocabiliter,ut not.in d.l.fi.& in d.l.id quod noſtrum.& ueriſsimum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè,quod ei qui aliquid dicit non creditur, niſi dictū probet,vt pœnitentia teſtatoris in caſu pręſenti.l.qui accuſare.C.de eden.l.actor quod allegerat.C.de proba.l.ii.ff.eo.

Et quod ſi uxori maritus fecerit legatum ſeu fideicōmiſſum reliquerit, ignorans ipſam à ſcholari carnaliter cognitā, idq; poſtea ſciēs deteſtetur legatum ſeu fideicōmiſſum perdit,ut hic per glo. & in l.indignū.& in l.in metallū.& ſeq.ff. de his quib.ut indi.Bar.ultra eum in l.i.ff.eo. Pic. in l. Titia.in §.Titia.col.lxxxix.ff.de lega.ii.

Et quod fideicōmiſſum quanquam ſit factū in teſtamēto pōt nihilominus in codicillis reuocari ut etiam not.Bar.in l.ſi ita ſcriptum.ff. de lega.i. & probatur quoque inſti.de ademp.lega.in fi.& in l.ſi quis eum.in prin.ff.de uulga.& pup.ſub.& in l.ii.in §.codicillorum.& in l.quidam referunt. ff.de iure cod.Idem Bar.in l.hæredes palā.in §.ſi quid poſt.ff.de teſta.Deci.plene.cōſ. ccclxj. col. iij. uolu. ij.

Et quod ablatiui abſoluti in lege poſiti, cōiter in conditionē reſoluuntur l.à teſtatore.ff.de condi.& demon.conditio aūt debet adimpleri in forma ſpecifica.l.qui hæredi.l.Meuius.ff.de cond.& demon.& ſenſus eſt hic pœnitētia probata,id eſt ſi probata fuerit,quia(ut dixi)hæredi hoc dicenti à cuius manu legatum ſeu fideicōmiſſum capitur.l.j.ff.quo.lega.non crederetur.

Et quod deniq; hæredes,non ab re ſucceſſores appellantur, quia hæreditas nihil aliud eſt pariter,niſi ſucceſsio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit.l.nihil aliud.ff.de uerb.ſig. l.hæreditas.ff.de reg.iur.Bar.in l.iij nu.2.ff.de bo. poſ. & diximus alibi ſatis. & hac ratione iura actiua & paſsiua,in ipſos hæredes ac ſucceſſores tranſeunt. Et ſic ſucceſsio in uniuerſum ius actiue & paſsiue,& hæres rurſum eadem perſona cum defuncto §.j.in auth.de iureiu.à mo.præſti.Corn.cōſ.lxiij. col.j.uol.ij. quanquam ab inſtitutione effectualiter aliqua detrahantur & legata ac fideicōmiſſa fiant,quoniam non propterea uitiatur inſtitutio,ut idem Corn.dicit & declarat conſ. ciiij. nu. 24. uol. prædicto. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Tyberio.

EX FIDEICOMMISSO SUB conditione ſine libertate ſer uis propriis inutiliter dato, libertas peti non poteſt. D. xv. kal. Nouemb. Trans mare. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod ex fideicõmiſſo etiam inutili libertas petatur, quia uidetur caſus in l. ex his. ff. de milita. teſta. & clarius in l. Lucius. in §. j. ff. eo. & melius quàm alibi in l. pen. in §. illo. C. de neceſſa. ſer. hær. inſti. Et maximè quia apparere uidetur de mente & uoluntate teſtatoris, ſibi legatum ſiue fideicõmiſſum quãquã inutiliter relinquentis, cui omnibus modis ſatiſfieri debet. l. i. §. ſi enim teſtator. C. cõia de lega. & eſt argumentum in l. fi. ff. de reb. eo.

Contrarium tñ hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi ſibi relicta non eſt, utiq; peti nõ poteſt, nec præſumitur uoluiſſe teſtator quod uerbo non expreſſit. l. quidam cum filium. ff. de hæredi. inſti. argumentum in l. ſi repetendi. C. de cõdi. ob cau. latè Iaſ. in l. iii. C. de libe. præte. vnde non abre dicitur hic & clarius in l. ſeruis. ſupra eod. legatum ſine fideicommiſſum, ſine libertate inutiliter dari.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia id in milite procedit, qui hoc caſu priuilegium habet ut hic per glo. ſicuti ẽt (adde tu) qđ pro parte poſſit decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. ſi duobus. ff. de mil. teſta. l. certi iuris. C. eod. not. in l. unica. in §. his ita. C. de cadu. tol. ergo & ſpeciale, & in contrariũ ius cõe. l. ius ſingulare. l. quod uerò cõtra. ff. de legi. c. præſenti §. loca, de preb. in vj. l. quæſitum. §. deniq;. ff. de fun. inſt. inſtrumẽtoq; leg. Non ſecundum, quia id de urbanitate uerũ eſt, & fieri debet, ne impius hæres exiſtat, liberalitatemq; teſtatoris ſeruilis laboris debita remuneratione defraudare uideatur ut ſignãter dicitur in d. §. illo. & eſt argu. in l. quidam Hybernus. ff. de ſer. urba. præd. non de iuris rigore, ut hic & in d. l. ſeruis. Non ultimũ deniq;, quia eſto quod ſic uoluerit teſtator, deq; uoluntate ſua conſtet & appareat, quia tamen non eſt iuridica & conformis diſpoſitioni iuris cõis, imò quod uoluiſſe uidetur ne leges habeant locũ in ſuo teſtamento & malè. l. nemo poteſt. ff. de leg. i. l. teſtandi cauſa. C. de teſta. non debet (ut dicebatur) eidem omnibus modis ſatisfieri & eſt argu. in l. ii. in §. i. ff. quẽadmo. teſt. ape. & in l. Paulus. ff. de uer. ſigni. & in l. iiii. in §. cõdemnatum. ff. de re iudi. & in l. eleganter. in §. qui reprobos. ff. de pigno. act. cum ſimilibus.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè ꝙ illis ſolũ legari ſeu fideicõmiſſũ relinqui põt, cũ quibus teſtamẽti factio eſt. §. legari. inſti. de lega. ſeruus hmõi eſt, teſtamẽti. n. factionẽ actiuã uel paſſiuã nõ hẽt hoc caſu, qa libertas ſibi à domino relicta non erat, ergo nec legatũ ualuit.

Et qđ paria ſunt legatũ non fieri, uel fieri & inutiliter quidẽ, quia peti non põt: argu. in c. inter corporalia. de trãſla. præla. & in l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cog. vel dic aliter quod nullum & inutile ratione prædicta æquiparẽtur, declarat Bal. conſ. cccixv. col. i. uol. iii.

Et quod id in teſtamẽto dr̃ inutiliter relinqui, rectius em̃ q̃ dari ut hic, legit, dici debet, quia dare eſt dñium trãsferre, ex inutili diſpoſitione aũt nõ trãsfertur, licet in poſſeſsione ſit ſecus. l. i. §. ſi uir. ff. de acqui. poſ. ergo.) qñ debitis iuris modis nõ relinquitur, argu. in l. ſcio. ibi quadã quaſi forma obſtrictus. ff. de app. l. certa forma. C. de iur. fiſ. lib. x. nimirum igitur ſi nec libertas, nec fideicommiſſum peti poteſt.

Et ꝙ nemo ſine actione experit. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. nãq; ſi libertas ſeruo ꝓprio relicta nõ eſt cõſequẽter peti nõ poterit, ſiue actionẽ non habebit ad eã conſequẽdam, & ubi nulla eſt obligatio, ibi cõſequenter actio nulla. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu.

Et qđ deniq; negatiua dictio, prępoſita uerbo põt, priuat potẽtiã & inducit neceſsitatẽ pręciſã l. j. ff. de uer. ob. l. nemo põt. ff. de leg. i. gl. in c. i. de reg. iur. in vj. & diximus alibi ſæpè, nouiſsimè Bal. in l. i. col. xvj. C. qui admi. ad bo. po. poſ. pulchrè Nel. in tract. banni. q. lxvj. in ii. par ii. tẽpo. col. ii. & maximè quia non reſultat abſonus intellectus, aliàs præſumptionẽ importaret ut inquit Abb. in c. quãto. col. i. de pſũmp. Alibi dicit Bal. quod non neceſsitatẽ importat, ſed impoſsibilitatẽ, quæ ſunt cõtradictoria ad inuicẽ, reprehendendo glo. in d. c. i. qđ ineptè loquatur in l. i. ad fi. ff. de iniuſt. rup. irri. teſta. ideq; Corn. nulla Bal. mẽtione facta cõſ. clxxvii. col. vj. uol. ii. utcũq; ſit tñ ſenſus eſt hic, libertatẽ peti nõ poſſe, hoc eſt nullo modo poſſe. ad quod facit ẽt bo. tex. in §. quos aũt. in Iti. de bo. poſ. & in l. bonorũ. ff. rem rat. habe. & in l. i. in §. decretalis. ff. de ſuc. ed. & in l. i. ff. de acqui. hæ. & in l. ſi donatione. C. de colla. & dixi ẽt ego in d. c. i. de reg. iu. in vj. Bal. in ſtatu. præſentia. nu. i. ibi ubicunq; potentia deeſt ibi actus eſt irritus. Alex. conſ. lxxvii. col. i. uol. iii. idẽ Bal. in c. ſciſcitatus. nu. 3. de reſcrip. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Achilleo.

EX TESTAMENTO, QVOD iure non valet, nec fideicõmiſſum quidem, ſi non inteſtato quoq; ſuccedentes rogati probẽtur, peti poteſt. D. viii. id. Decemb. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod fideicommiſſum relictũ in teſtamento minus ſolẽni debeatur, qm̃ uim codicillorum habere uidetur, in codicillis

dicillis autem fideicommiſſum relinqui poteſt.l. & in epiltola.ſupra eo.l.fi.infra eo.ergo. Et quia vulgo dici etiam ſolet ſi id quod agitur non ualet ut agitur quod ualet ſaltem ut ualere poteſt. l.i.§.ſi quis ita.ff.de uerbo. obli. & quoniam alibi dicitur, diſponat teſtator & erit lex. §. diſponat.in auth.de nup.l.in conditionibus. primum locum.ff.de condi.& demon.

Contrarium tamen hic deciditur niſi nominatim repetitum fuiſſet, à ſuccedentibus ab inteſtato.& ratio deciſionis eſt,quia teſtator teſtari intendebat,& cum teſtamentũ minus ſolemne fuerit,nec nominatim à uenientibus ab inteſtato fuerit repetitum(ut dixi)non debebitur nec ex teſtamẽto,neq; ex codicillo,nec ab hr̃de peti poterit.

Ad oppoſita reſpõdetur,vera nõ eſſe, nec obſtare,non primum,quia negatur quod teſtamentũ uim codicillorũ habeat, quia nõ ſunt eiuſdem gñis naturæ vel formę,quo fit ſi nõ valet ut teſtm̃ quia minus ſolẽne,ut neq; valeat tanquã codicillus,ſtantq; ſimul iſta qđ fideicõmiſſum in codicillis relinqui poſsit,& tñ nõ debeatur relictum in teſtamẽto minus ſoléni,& ut per Doct.hic latius.Ex quibus tolletur ẽt ſcđm,quoniã fallit regu.qñ defectus eſt in forma.l.an inutilis.ff.de accepti.not.in l.moribus.ff.de uulg.& pup.ſub. & in d.§.ſi quis ita.& ut hic, ubi ẽt de hærede obligãdo agitur,locũ nõ habet qđ dicit̃ in d.§.ſi quis ita.declarat Bal.cõſ.cccclxv.cõl.ii.uol.i.qđ rurſum eſt hic,qm̃ legata & fideicommiſſa ab ipſius hæredis manu capiuntur.l.i.ff.quo. lega. Non ultimum deniq;,quia diſpoſitio non eſt ſolemnis ergo nec lex,niſi abuſiuè.l.ii.§.i.ff.quẽadm.teſta.ape.argu.in l.iiii.in §.cõdẽnatum.ff.de re iudi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſi ex teſtamento minus ſolẽni fideicõmiſſum peti non põt,ut hic,multo minus peti poterit ſi fuerit nullum alia rõne puta quia legatum relictum non ſit hoſpitali,prout requirebatur ex forma decreti.& codicilli pariter.ita Deci.ſignanter per iſtũ tex.cõſ.ccclxj.col.iii.uol.ii.

Et quod nullitas teſtamenti, proueniẽs ex defectu ſolemnitatis non ſeruatæ, influit etiã in codicillis ex teſtamento dependentibus.l.i.C.de codicil.l.poſt legatum.§.qui principale. ff. de his quib.ut indig.idem Deci.in loco præall.glo.iii.

Et quod(ferè idem eſt)non aliter iudicamus de eo quod ab aliquo pendet niſi quod iudicamus de eo à quo pendet. l. quamuis. ff. de præca. Imò quod dependentes,pars eſſe dicuntur,eorũ à quibus dependent.c.cupientes.§. deniq; de electio.in vj.Albe.in not.q.cxxiiii.in j.par.ſtatuto. non ergo(ut dicebam) ex teſtamento fideicommiſſũ peti põt,quia minus ſolẽne,& minus ex codicillis ab eo depẽdẽtibus,qa teſtari intẽdebat.

Et qđ uirtus copulatiuè eſt incluſa in dictione nec.l.ea tamen adiectio.ff.de leg.iii.l. & quia. ff.de iuriſ.om.iud.l.nec emancipati.C. de colla. Saly.in l.nec apud.C.de hære.inſti.Corn. conſil. lxvj.ad fin.uol.iii.quæ poſita inter duas orationes negat utranq; l.ii. C.de bon.damna.l.pe.§.fi. ff.de aur.& arg.leg.Bal.in l.fi.ad fi.ff.de rit.nup. ſenſuſq; eſt hic.ſicuti libertas peti non põt,ex teſtamento,in quo relicta non eſt(ut ſupra in l.prçced.)pari modo nec legatum, ſeu fideicommiſſum ex teſtamento iure nõ facto, peti poterit.

Et quod deniq;, deſtructo principali tollitur acceſſorium.l.cum principalis.ff.de reg.iur.c.acceſſorium.eo.ti.in vj.gl.in l.eos.C.de uſu. Alex. in l.i.C.de codicil.latè ego in d. l. cum principalis.Et hoc eſt quod dicebat poſt Bal.hic,Soci.iuni.conſ.lxxxiiii.nu.2.uol.iii. quod quando contractus eſt inutilis,omnes clauſulæ tunc, ſunt tales.ex ſupra dictis,iudicio meo maximè facientibus comprobandum. Finis.

ADDITIO.

Quod clauſula codicillaris operatur ut cẽſeantur grauati omnes, uenientes ab inteſtato, & ſic fideicommiſſum ut etiam hic dicit glo. (quo ad uerba rogati probentur, in text. poſita)& in l. ſi quis cum nullum.ff.de iure codicillo.Bar. in l. j. q.j.ff.eo.titu.Gui.Papæ conſ.ccij. ad fin. & cciij. nu.4.&(ſcitu dignum eſt)quod ẽt fiſcus cenſebitur grauatus ad quem bona uacantia deuoluũtur ut declarat Cuma.in l.ſi ſeruus plurium.in §.ij. ff. de lega. ij. & pro ſingulari dicto iſtud exclamat Seyſel.in l.quia poterat.in §.ſi fiſco. ad finem. ff. ad Trebellia.

De vſuris vel fructibus legatorum ſeu fideicommiſſorum.

Imp.Gordianus.A.Dionyſio.

IN LEGATIS ET FIDEIcõmiſsis fructus poſt lit. conteſtationem, non ex die mortis ſequuntur: ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur.PP.Non. Septemb. Gordiano A.& Auiola Coſſ.

Dubitandi rõnem faciebat, quod fructus debeãtur quoq; ante litis conteſtationẽ & peti poſſint dicto tempore,& hoc idẽ quia ubi petitur id quod eſt petentis,fructus ſtatim ueniunt.l. uideamus.ff. de uſu:ẽt ante morã.l.ſolũ.ff. de rei uen. ſed legatũ eſt legatarij petentis,quia dñium rei legatæ recta uia tranſit in eum.l à Titio uulg.ff.de fur.l.ſi tibi homo.§.cñ ſeruus.ff.de leg.j.ergo. & maximè quia fructus ipſi, pars rei eſſe dicũtur. l. fructus ff.de rei uen.ergo ſtatim debẽt peti poſſe quia(ut dixi)dominium rei legatæ recta uia tranſit in legatariũ.Et qđ à die mortis teſtõris ſeu aditæ hęreditatis teneatur hæres probat clarè ẽt in l.grege.ff.de leg.j.& in l. peculiũ.ff.de leg.ij.& in l.herẽnius.ff.de uſu.quorũ iuriũ inductio facillima eſt,& ex infra dicendis ſtatim patebit.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia per lit.conteſtationem mora cõtrahitur. l. ſi inſulam.ff. de uerbo.obli. quo caſu non mirũ eſt ſi tenetur,imò inquit Cy.hic,ſubaudiri debere , non modo poſt litem conteſtatam peti poſſe, uerum etiam poſt moram per interpellationem contractam ante,& eſt rationabile,quoniam eſto quod legata & fideicommiſſa,ſint ſtricti iuris,attamen habent ſe ad inſtar contractuũ bonæfidei.l.in minorum.C. quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſaria. Verum in contractibus bonæfidei debentur uſuræ à tempore moræ.l. uideamus.§.fi.ff.de uſu.ergo & fructus hoc caſu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum , quia id uerum eſt in fructibus perceptis, non percipiendis in futurum . Ex quo tollitur ẽt ſecundum,quia ſati ſunt pars rei , aliter uero nõ. Et id quod dicebatur,dominium rei legatæ recta uia in legatarium tranſire,quia fictè uerum eſt,& fictio non legatarij fauore, ſed de neceſsitate iuris,quæ trahit aditionem ad tempus mortis.l.hę res.ff.de acquir.hære.Cyn.& Albe.hic.Bar.ultra in l.ſi quis ita.ff.de cond.& demon. Alex. in l. ſi tibi homo.in §.cũ ſeruus.col.ii.ff. de leg. i. & ibi pulchrè rationem aſsignat Bal.nõnihil in l. huic ſcripturæ.in prin.ff.ad legem Aquil. Non ob. tex.in d.l.grege.& in d.l. peculium . quia procedunt in legato uniuerſali, in quo fructus augentes gregẽ,ſiue aliud uniuerſale cedũt legato à tpe teſtamẽti,hic aũt in particulari,quorũ nõ eſt par eademq; rõ ergo.& minus tex.in d.l. herennius. quia ex rñſione ad primũ tollit̃ pariter , & latius ut hic per Bar.iuraq; ipſa ſic ſecum ſol.afferunt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod quanquam dominium rei legatæ,tranſeat in legatarium ipſo iure, non tamẽ effectualiter tranſit, ut ſtatim fructus cõdici poſſint.quia non requireretur aliàs(ut hic)litis conteſtatio.& ideò(ut ſupra dictum eſt) tranſit fictè nõ uerè.Et mirũ uidetur quia trãſit in debitorẽ ſi ei liberatio legetur,oportetq; per acceptilationẽ ab hærede liberari , & rõnem differẽtiæ aſsignat Cy. in l.ſi creditoris.(& ibi diximus) ſupra eo.

Et quod dominium rei per fideicommiſſum relictę pariter,tranſit in fideicõmiſſarium,ſi fideicõmiſſum fuerit particulare ut hic nõ ſi uniuerſale,niſi facta reſtitutione.d.l.à Titio.ff.de fur.l.cũ pater.§.ſurdo.ff.de leg.ii.l.facta.ff.ad Treb.& nõ ab re,quia in uniuerſali ſi tranſiret,non inueniretur hæres aliquod lucrum percepiſſe, & ſic grauamen ſibi impoſitũ nõ teneret.l.ab eo.C. de fideicõ.Alb.pulchrè in l.ii.col.ii.C.cõia de lega.licet dicat Por.nõ inueniſſe ab aliquo tactũ.inſti.de fideicõ.hær.in prin.col.ii.& nimirũ,quia memoria labilis eſt.l.peregrè.ff.de acqui.poſ.inuenitq; & fortè non recordabatur.& plus quod nõ idẽ dicit ibi,ꝙ Alb. in loco ſupra allega. & ita ẽt dicit Boer.ſed tñ diuerſitatis rõnẽ nõ aſsignat (ut Albe.)deciſ.clvj.nu.13.par.i.Bar.ĩ l.iii.ĩ §.ſi qs Titio.ff.de adi.leg.& in l.quidã.in prin.ff.ad Treb.

Et quod ſi fictè legatũ tranſit recta uia in legatariũ à morte teſtatoris uerè ab adita hæreditate (ut dictũ eſt)& idẽ in donatione cã mortis ut declarat Bal.in Marga.dominus.nu.13.& 37. à tempore acceptationis tamẽ tranſibit incõmutabiliter,ut not.in d.§.cũ ſeruus.& in l.legatũ. j. ff. de leg.i.Corn.conſ.cxix.col.ii.uol.ii.

Et quod regula.l.à Titio.ff. de fur. locũ habet ſi legatum ſit ſpeciei declarando tñ ut ſupra, & ſi res fuerit teſtatoris,quia ſi res extranei uel hęredis tunc ſecus.l.hæreditatũ.ff.ad leg.Fal.Bal.latè ubi alia multa in Marga.legatũ.nu. 15. & in l. magis puto.in §.i.per illũ tex.ff.de reb.eo.& in l. Papinianus.ff.de ſer.urb.pręd.Ang.in l.qui exceptionẽ.in §.ſi pars.ff.de cond.inde.Calcan.conſ. lvj.in prin.Bar.in l.ii.ff.de manu.teſta.

Et quod deniq; legatũ ſtatim ſuũ operatur effectũ ut hic & in d.l.à Titio.in hæreditate ſecus, ideò delata filio ſine iuſſu patris adiri nõ põt. l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum.ff.de acqui.hę.l. qui in aliena.ff.eo.Bar.in l.omnes populi.col. xxiii. ff. de iuſti. & iur. Finis.

Ad legem Falcidiam.

Imp. Alexander A.Philetiano.

ET IN LEGATIS PRINcipi datis legẽ Falcidiã locũ hẽre meritò diuo Hadriano placuit.PP.v.Kal. Ianuar.Alexãdro A. Coſſ.

Dubitandi rõnẽ faciebat,ꝙ de relicto principi nõ detrahatur falcidia,q̃a ſi nõ detrahitur,ceſſatq; in teſtamẽto militis.l.in teſtamẽto. infra e. quãto magis dici debet,ꝙ ceſſet in principe, nec de relicto ipſi principi detrahatur, nanq; ꝑp unũquodq; tale & illud magis auth.multo magis. C. de ſac.ſan.ecc.c.cũ in cunctis.de elec.l.quãto magis.ff.de iureiu.aliàs à priuato nõ differret,haud dicẽdũ.l.iii.ibi ſed cur nõ in milite diuerſum. ff. de mili.teſta.glo.in l.nec honore.in ſimili.C. de epiſco.& ele.not.in c.i.de iudi.

Cõtrariũ tñ hic deciditur , & plus alibi ꝙ ſic de fideicõmiſſo uniuerſali ſibi relicto pariter,detrahitur trebellianica.l.ſi legati.§.i.ff.ad Treb.& rõ deciſionis aſsignari põt,quia (ut clarè dr̃ in l. digna uox. C.de legi.) digna uox eſt maieſtate regnãtis,legibus alligatũ ſe principẽ ꝓfiteri , & idẽ in l.princeps.ff.eo.& in l.ex imperfecto.C. de teſta.uerum lex uult ut de legatis falcidia detrahatur,inſti.de lege Falci.in prin. ergo.

Ad oppoſita rñdetur non obſtare,non primũ, quia eo in caſu priuilegiatus eſt miles, princeps nõ,imò quãquã ſolutus legibus ſit attamẽ (ut dixi) ſe legibus uiuere uelle profitet̃ . & propterea ſtãt iſta ſimul ꝙ militi hoc idẽ cõceſſerit, ut alia quãplurima,ſibi verò ademerit . Ex quo tollit̃ ẽt ſecundum,quia ſic uult uti iure cõi,præterquam

tamen

tamen in caſibus à iure expreſsis argumentum in
l.item ueniunt.in §.in priuatorum.ff.de peti.hę.
nimirum igitur ſi de relictis ſibi,ut de relictis pri
uatorum detrahitur Falcidia.l.i.§.ad municipiũ.
ff.ad legem Falci.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul
ta & maximè,qđ in actu qui geritur per princi-
pem de ſe loquentem ſibi legem non imponit,de
aliis autem ſic.d.l.digna uox.pręalleg.l.ex imper
fecto.C de teſta.Cur.in l.i.nu.5.ff.de offi.eius.

Et quod principem decet. l.princeps.ff.de le-
gi. dum dicit ipſum legibus ſolutum eſſe, ha-
bere ſuſpectam,ut inquiũt aliqui (incertus enim
autor eſt) de inſti. principis Chriſtiani loqnen-
tes,& benè d.l.digna uox.C.de legi. & non ab re
hic Hadriano placuit, de relictis principi ſalci-
diam detrahi poſſe.

Et quod cõiunctio et,ſecundum nos uerò co
pula coniungit diuerſa,ſoletq; ſui natura copula
re ea ęqno & pariter ut per Saly.in l.ad inſtructio
nem.C.de epiſco.& cleri.not.in c.ex parte. de re
ſcrip.l.ſi mihi & Titio.ff.de uer.obli.l.reos.§.cũ
in tabulis.ff.de duo.re.Gui.Papæ deciſ.cxxxviii.
col.v.Corn.conſ.clix.nu.5.uol. iiii. eſtq; ſenſus
hic non modo in priuatis relictis falcidiam locũ
habere uerum etiam in relictis principi.

Et quod copula legis copulat uniformiter,nõ
ſecus ac copula hominis hoc caſu deducendo ut
ſupra.quanquam ſecus dixerit Bal.in l. ſi cum do
tem.col.ii.ff.ſolu. mat.Cogita.

Et quod denique neceſsitas ex parte perſonę,
non eſt in principe.d.l.princeps.ff.de legi.ex par
te rei autem ſic, ut hic. Et eſt ſimile in domo refi-
cienda,quia cadit, nanque domino neceſsitas nõ
eſt,ea reficere, ſi nolit, ſed bene domus ipſa ne-
ceſsitatem habet,ut reficiatur ita Bar.in l.i.nu.t.
C.de nouo cod.fa. Finis.

Impp.Diocle.& Maximia.AA.Iuſtino.

IN DONATIONIBVS INter virum & vxorem factis
legem Falcidiam habere locum (quando fideicommiſsi partibus
funguntur) nonnullis iuris placitis cõprehenſum eſt.PP.xvj.kalen.Iul.ipſis
AA.iv.& iij.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod falcidia
non detrahatur, nec locum habeat in donatio-
nibus factis inter uirum & uxorem, quia dona-
tio regulariter non ualet.l.i.ii.& iii. ff. de dona.
inter uir.& uxo.ergo nec de falcidia hæres loqui
poterit detrahenda,quia priuatio (uulgo dici ſo
let) præſupponit habitum.l. decem. ff. de uerbo.
obliga.c.ad diſſoluendum. de deſpon. impub. Et
uidetur caſus in l.ſi uſufructus.in §.dos data.ff.ad
leg.Fal.ubi legatũ factũ erat uxori & tñ falcidia
nõ detrahit, ergo multo minus de donõnib. hic.

Contrarium tamen hic deciditur & in l.dona-
tiones.C.de don.int.uir.& vxo.ſi tamen donatio
uim relicti & fideicõmiſsi habeat, ex quo de fidei
cõmiſsis detrahiť ergo.& hinc dicimus ad propo
ſitum,quod legatum nihil aliud eſt, niſi donatio
quædam à defuncto relicta,ab hærede præſtanda
l.legatũ parua.ff.de leg.ii.§.legatũ.inſti.de lega.

Ad oppoſita rñdetur non obſtare,nõ primum
quia uerũ eſt ꝙ ab initio non ualet, ſed iñ morte
cõfirmatur & hoc modo uim habet relicti ut hic
& in d.l.donationes.& eſt argu. in l.circa. ff. de
inoffi.teſta.no.in l.ius noſtrũ.ff.de reg.iur. de re
lictis aũt detrahitur falcidia(ut dictum eſt)ergo,
Non ſecundum,quia illud procedit in relicto do
tis facto à marito. quæ erat uxoris, uſq; adeò, ut
tunc falcidia nõ detrahatur, ex quo recepit quod
ſuũ erat, ut ſignãter ibi inquit Iuriſcõ. & quia in
ſecundo caſu adhuc d. §. nominatim expreſſum
fuerat,extra modũ legis Falcidiæ eſſe debuiſſe res
eidem uxori legatas,neq; tũc falcidiá detrahi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul-
ta & maximè quod in legatis oportet quod lega-
tarius ſuperuiuat & ad hoc ut donatio quæ non
ualuit, morte tamen confirmetur, & uim habeat
legati.& propterea ſi ambo moriantur donãs &
donatarius,neq; appareat quis prædeceſſerit,do-
natio non ualebit neque habebit uim relicti, ut
pulchrè tradit Soci.in l.ſed & in illo.col.ii.ff. de
reb.dub.ſignanter per illum tex.

Et quod hic eſt caſus contra regulam,quod ab
initio non ualet tractu temporis tamen non re-
conualeſcere,de qua in l.quæ ab initio.ff.de reg.
iur.& in l.quod in initio.ff.eo.& nimirùm, quia
ſpeciale eſt hoc caſu ut aliis ſanè multis de qui-
bus in regu.ipſa prælleg.quod in initio, ex quo
non ſolo temporis tractu reconualeſcit, ſed mor
te,quæ eſt quid ẽt quod confirmationẽ operatur
& ualet uimq; relicti habet adhuc propter mortẽ,
prout nunc,& nõ prout tunc.l.obſeruare.ad fi.ff.
de offi.procõ.declarat Abb.in c.cũ nos. de his q̃
fi.à pręla.ſi.con.cap.& not.in loco præalleg. Vel
dicamus quod donatio ualebat quanquam poſ-
ſet annullari, quodq; hoc caſu non ab re morte
potuit confirmari.c.quod ſicut.de elect.ad fi.no.
in reg.non firmatur.de reg.iur.in vj.& in d. reg.
qđ in initio.ſed primo mõ melius, quia dicimus
donationẽ non ualere morte tamen confirmari.

Et quod ſi res deuenit ad eum caſum à quo in-
cipere poteſt, neque lex initio reſiſtat, valet ut
hic.& in ſubſtitutione pupillari à ſimili,quæ in-
ter alia requiſita deſiderat quod filius ſit in pote-
ſtate,& tamen ſatis eſt,quod ſit tempore mortis
patris,licet non ſit tempore ſubſtitutionis.l. co-
heredi.§.cum filię.ff.de uulga,& pup.ſubſt. Pau.
Caſt.in l.moribus.ubi etiam alij.ff.eo.& hoc idẽ
quoque quia ſic è contra dicimus, quando actus
deuenit ad eum caſum à quo incipere non po-
teſt, quod uitiatur. l. pluribus. §. & ſi placeat.
l. exiſtimo. ff. de uerbo. obli. & utrobique dixi
aliàs in collectan.

Et quod actus quanquam inualidus, confirmari poteſt, & tunc denominationem accipit à confirmante & non à confirmato, vt hic vbi donatio non valet, & tamen confirmatur morte & habet vim relicti, & in ſimili in l. adoptio non iure facta. ff. de adoptio. latè Moder. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.

Et quod denique, licet aliud ſit quid eſſe tale, & aliud haberi pro tali. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad legem Iul. de adulte. attamen quo ad effectum legis Falcidiæ detrahendæ, idem erit, quod legatum ſeu relictum factum ſit, vel quid, quod vim relicti habeat, vt donatio in caſu præſenti. Finis.

Quando dies legati vel fideicommiſſi cedit.

Impp. Seuerus & Antoninus. AA. Aeliæ.

SI PONTIONILLA AD eam ætatem peruenit, cui legatum vel fideicommiſſum derelictum erat: petitionem ad hæredes tranſmiſit, licet ante deceſſerit, quam conſequeretur legatum vel fideicommiſſum. PP. v. kalen. Aug. Chilone & Libone Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatum ſeu fideicommiſſum relictum Pontionillæ, ad hęredes non tranſmittatur, quia negari non poteſt quod non ſit conditionale. l. ſi cui. §. hoc autem legatum. ff. de lega. j. legata autem conditionalia non tranſmittuntur, vt ibi dicitur & in l. vnica. in §. ſinautem. C. de cadu. tol. not. in §. ex conditionali. inſti. de verbo. obli. ergo. Et maximè cum vt plurimum fiant, meritorum intuitu. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. Bald. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſtatuto. & in l. idemq;. in §. ſi quis ea. & in §. fi. ff. mãda. Saly. in l. cum neceſsitatem. C. de fideicom. & eſt argumentum in l. Publius. ff. de cond. & dem.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ad eam ætatem peruenerat Pontionilla prædicta, in quam legatum ſeu fideicommiſſum ei relictum fuerat, & ſic purificata conditio argumentum in l. cedere diem. ff. de verb. ſig. & ita dicitur etiam in l. ſi uſufructus. in fin. & ibi glo. ff. quando di. lega. ced. not. in l. ſi ita ſcriptũ. in §. j. ff. de leg. ii. & formaliter in d. §. ſinautem. non aliter igitur dici poteſt, niſi quod tranſmiſſio fiat, quanquam petitum non ſit, & ipſa mortua ante petitionem, & nouiſsimè habetur etiam in l. ſi cum pręfinitione. ff. quando di. lega. ced. & in d. §. hoc autem legatum. Et ſi conditionale nõ tranſmittitur, mortuo legatario, ſeu fideicõmiſſario, pendente conditione ut in locis præalle. not. & legitur. & ultra in l. quæ legata. ff. de reg. iur. & in §. ex conditionali. inſti. de verb. obl. & ibi glo. ac Docto. rationem aſsignant, ſequitur neceſſario, ſi mortuus ſit ea exiſtente, ꝙ tunc trãſmittet.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ex his ſublatum eſt, nanque antecedens verum eſt, quod pulchrè oſtendunt Docto. in d. §. hoc autem legatum, verius conſequens. d. §. ſinautem. ſed concluſio falſa, ex quo legataria mortua erat (ut diximus) purificata conditione, & ſic perinde ac ſi legatum purum fuiſſet, quoniam pari modo tranſmittitur, etiam ſi petitum non ſit. Vel ſi fideicommiſſum ſit vniuerſale, reſtitutione non facta. l. cum ſecundum. & ibi dixi C. de fideicom. quanquam tamen in hæreditate ſecus, nec traſmittatur non adita. l. vnica. §. his ita C. de cad. tol. & ſi trãſmittitur ſpecialis eſt fauor & diſpenſatio legis inquit Bald. in d. l. unica. in prin. col. ii. Non ſecundum, de quo etiam Por. in §. omnis ſtipulatio. col. iiij. in materia inſtitu. de inutilib. ſtip. qui iad tranſmiſsionem tollere non debet, intuitu enim meritorum dictæ Pontionillæ relictum factum erat, quo caſu non curat lex, etiam quod hæredes ipſius, de teſtatore bene meriti non fuerint. & ita (ut dictum eſt) diſponit, ſi exiſtente conditione moriatur, quod legatum ſeu fideicommiſſum ad eos omnino tranſmittatur, & ut ſupra latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod conditio nihil ponit in eſſe, quodque non ſunt in diſpoſitione, quæ pendent & ſunt in conditione. l. ſi quis ſub conditione dãdorum decem. ff. ſi quis omi. cauſa teſta. Et ideò hic conditionale legatum non tranſmittitur ſi legatarius moriatur pendente cõditione. & ad propoſitum dicebat etiam Bar. ſi adhuc relictũ uim cõditionis habeat quod nec olim nec hodie orietur actio niſi purificata conditione in l. fin. C. de his quæ ſub mo. & alibi rurſum, qđ actio & obligatio inter hæredes, diuidi non poteſt, ſi quid ſit in conditione, aliàs ſic, ſi in diſpoſitione, conditioneq; purificata in l. ſi ſeruus. in §. j. nu. 1. ſi quis cau. & probatur in l. cui fundus. ff. de cond. & de.

Et quod relictum ſub conditione, antequam exiſtat non poſſet repudiari, ex quo nec ad legatarium pertinet. l. ſi ita ſcriptum. §. j. alleg. etiam ſupra. ff. de lega. ij. & eſt argumentum in l. j. in §. decretalium. in ſui ratione. ff. de ſuc. edic.

Et quod hic uerificatur regula, neminem poſſe plus iuris in alterum transferre, quam ipſe habeat. l. nemo. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. c. quod autem. de iur. pat. nanque ſi legatarius hic moriatur purificata conditione legatum tranſmittit ad hæredes, ſed non (ut diximus) ſi moriatur ea pendente, quia legatum nõ habet.

Et quod rem habere uidetur, hoc eſt legatum hic, qui actionem ad legatum habet, ex quo mortua eſt Pontionilla exiſtente conditione, legato non petito, & ad propoſitum probatur in l. qui actionem.

actionem.ff.de reg.iur.& ibi dixi.& in l. non ui detur.ff.de reſti.in integ.& in l.rem in bonis. ff. de acqui.rer.domi.plenè Bal.in l.j.lectu.j. ff. de ſta.homi.Corn.conſ.cxlv.col.j. vol.ij. & conſil. cxlv.nu.12.& conſ.clxvij. nu. 20. & conſ. clxix. col.ulti.& conſ.ccxxxj.col.ii.eod.lib. Abb. in c. tua.col.fi.de his quæ fi.à præla.ſine conſenſu capituli.pulchrè Iaſ.in legato,in l.ſi domus. in §. ſi fundus.nu.10.ff.de lega.j.& in l.non quocunq;. in §.j.ff.eo.nu.3.Alex.conſ.xxj.col.iij.uol.iii. & conſ.lxxv.col.ij.vol.vj.

Et quod denique non ſemper bonum eſt argumentum de ultimis voluntatibus ad contractus, quia hic,ſi moriatur(ut diximus)legatarius, pendente conditione ſpem non tranſmittit ad hæredes,ſed conditione exiſtente, in contractibus autem ſic ſi ſtipuletur quis ſibi aliquid dari ſub conditione.§.ex conditionali,inſti.de verbo.obl. & ibi Docto.rationem aſsignant, & ſic limitabitur quod habetur in l.ſeruum filij.in §. eum qui cyrographum.ff.de lega.j.plenè Iaſ.in l. quæ de legato.ff.eo. Finis.

Vt in poſſeſsionem legatorum vel fideicõmiſſorum ſeruandorum cauſa mittatur,& quando ſatiſdari debeat.

Imp.Alexander A.Paulinæ.

QVI LEGATI SIVE FIdeicommiſsi cauſa in poſſeſsionem mittuntur, nõ proprietatem nanciſcuntur,ſed ius pignoris, vt autem poſt acceptum pignus ſatisfiat defuncti voluntati:competens iudex, te adeunte,prouidebit.PP.iij.id. Auguſt. Iuliano.ij.& Criſpino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod legatarius ſiue fideicommiſſarius in poſ.miſſus, rerum hæreditariarum, earum dominium nanciſcatur, quia non ſatiſdat hæres, de eo præſtando adueniente die,vel conditione exiſtente,& ſic quodámodo in ipſius hæredis pœnam: argumentum in l.teſtamento Centurio.ff.de ma.teſta. Et quia ét circuitus euitandi ſunt, & fruſtra fiat per plura quod poteſt fieri per pauciora.l. dominus teſtamento.ff.de condi.inde.cle. auditor. de reſcrip. vſque adeo ut alia petitione non ſit opus. & uidetur caſus in l. ſi finita. in §. Iulianus. in §. ſi quæ ſint.ff.de dam. infe. Vbi ſignanter dicitur, eum qui ſatiſdare tenebatur,idq; facere neglexerit,audiendum non eſſe, contra eum qui in poſſeſsionem miſſus,effectuſq; dominus.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia licet miſſus ſit in poſſ.legati ſeu fideicommiſsi conſeruandi cauſa, legatarius uel fideicommiſſarius,nõ propterea ſibi ſatisfactum erat,ſolutioq; legati ſeu fideicõmiſsi facta. Ideò omnino petitione opus eſt,ex quo iudex non impartitur officium ſuum,niſi ſit requiſitus. l. iiii. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe. & ad propoſitum eſt argumentum in l.nepoti.ff.de fund. inſt.& in l. hæres à debitore.in §. quod ſi ſtipulator.ad fin. ff. de fideiuſſo. & facit quia inducta ad unum finem alium non operantur, nec actus agẽtium non operantur ultra eorum intentionem, nec extenduntur regulariter ultra id quod de neceſsitate inferunt.l.legata inutiliter.ff.de adi.lega.l.non omnis.ff.ſi cer.peta.l. fi. C. ne uxor pro mari.Sed miſsio in poſ.facta eſt,cauſa(ut dixi)legati ſeu fideicommiſsi conſeruandi, ergo ius pignoris conſtituetur, non autem debiti ſolutionem operabit.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum,quia non eſt uerum, ex quo non ſatiſdare, delictum non eſt,ergo nec quodammodo in pœnam hæredis dici poteſt, dominium in legatariú ſeu fideicommiſſarium transferri maximè quia nondum uenerat dies,aut conditio extiterat,nec res ad eum pertinebat, ut dicitur in l. ſi ita ſcriptum.in §.j.ff.de lega.ii.& quod ibi pœna nõ ſit ubi non eſt delictum eſt pulcher tex. in c. pœnitentia.de pœn.diſt.iii.& quia(ut dixi) miſsio fit vt conſeruetur legatum ſeu fideicommiſſum, nõ ut ſolutio fiat, & dominium in legatarium tranſferatur. Non ob. ſecundum, quia circuitus ſunt euitandi quando neceſſarij non ſunt, & per pauciora fieri,quando plura fieri non requirit lex,ut in locis ad idem alleg.not.& in l.ſi abſentis. C.ſi cer.peta.Bal.in proœ.Grego.col. ii. ſed hic ſunt neceſſarii,petitioq; fieri debet, rationibus ſupra dictis,ergo. Non ultimum denique, ex quo id uerum eſt in cautione damni infecti,inq; miſsione in poſ.ex ſecundo decreto,longe differentia à caſu noſtro,de miſsione in poſ.legatorum ſeu fideicommiſſorum conſeruandorum cauſa, loquẽte,ergo ius pignoris legatarius nanciſci dicetur, & non dominium,petitioneq; opus erit,& (ut dicit tex.)competens iudex prouidebit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod à ſimili,ſi reus fuerit contumax lite non conteſtata, actor in poſ. bonorum, ſiue rei petitæ,cauſa cuſtodiæ mittetur,quam tamen intra annum recuperat reus, ſi ſoluerit expen.ſiq; cautionem offerat de ſtando iuri, & latius (ubi etiam quid in perſonali) in c. quoniam frequenter.in §.fi.ut lite non conteſta.

Et quod non ſine cauſa miſsio in poſ.bon. hic fieri ſolet,aliàs actus miſsionis non ualeret.l. ii. §.circa.ff.de excep.do.cauſa autem eſt (ut dictũ fuit) quia non ſatiſdat hæres de legato præſtando,ſeu fideicommiſſo,adueniente die, uel conditione exiſtente. Et incolorate fieri diceretur ni-

quit Iuriſconſ.in l.minor.in §.i.ff. de mino. Bal. in Marga.petitio,nu.15.& ſine ratione, quorum primum Græcè ἀλλως dicitur, ſecundum uerò ἀλλογως.

Et quod iſtud, quod orationi deeſt, ſuppleri debet ut inquit rurſum Iuriſcon.in l.oratio.ff.de ſpon.hac de cauſa ſcilicet,(ut prædictum eſt) legatarium in poſ.mitti,quia hęres non uult pręſtare ſatiſdationem de legato præſtando.& eſt argumentum in l.i.ff.de teſtam.& in l. i. & ibi Odoſ. C.de fideicom.& in l.ſi.ff.de int.act. & in l. eius qui in prouincia.ff. ſi cer. pera.

Et quod uoluntati teſtatoris defuncti ſatisfieri debet,& omnibus quidem modis,ut etiam dicit aureus tex.in l.i.in §.ſi enim teſtator.C.communia de lega.& nimirum quia dicitur alibi quoque quod in conditionibus primum obtinet locum.l.in conditionibus primum locum.ff.de cõdi.& demon.ſic uolo iubeo ſit pro ratione uolũtas.l.qa poterat.ff.ad Treb.diſponat teſtõr & erit lex.§.diſponat.in auth. de nup. & ſimile quiddã.

Et quod denique actus facti coram iudice incompetenti non ualent.l.ſi.C.ſi à non comp.iud. fue.ap.l.ſi.ff.de iur.om.iudi.c.at ſi clerici. de iudi.l.ii.§.confeſtim ibi huic rei ſedenti.ff. ad Tertul.l.ii.ff.ſi quis in ius uoc.non ie.l.i.& ibi Salic. C.qui pro ſua iur.l.ſi quis filio.§.quod ſi quis.ff. de iniuſto rup.irritoq; teſta.& dixi ſupra alibiq; ſatis,nouiſsimè glo.ſingu.in cle.i.de ſeque. poſ. & fruct. Et non ab re hic dicit text. (figuraq; eſt pleonaſmos, id eſt adiectio uerbi ſuperuacui) competens iudex te adeunte prouidebit. Finis.

De ſuis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato uenientibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Catoniæ.

APVD HOSTES PATRE defuncto filia communis vobis,quo caſu ſcientia mortis non poſtulatur, hæres extitit ſua, & ad te ſucceſsionem tranſmiſit. S. xij. kalend. Decembr. Nicomediæ Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod filia hic, ſucceſsionem non tranſmiſerit ad matrem, ex quo regulare eſt hęreditatem non aditam, non tranſmitti.l.unica.§.his ita.C.de cad.tol.l. quoniam ſororem.C.de iur.delibe. & facit regu. neminem plus iuris in alium transferre poſſe quàm ipſe habeat.l.traditio.ff.de acqui.hære. l. nemo. ff.de reg.iur.& maximè quia(ut hic præſupponitur) ignorabat mortem patris, ignorans autem mortem defuncti eidem hæres eſſe non poteſt. l. qui hæreditatem.ff.de acqui.hære.l. nec nos. C. de cap.& poſtli.re. ergo. Et quia ſicuti uidemus, quod ſuitas ſiue exiſtentia ſui hæredis, non impedit alios ſuccedere, in oneribus & honoribus hæreditariis,etiam de iure ciuili, ſi hæreditas conſumpta ſit,ut ſentit Bal.hic col.ij.& not.in l.qui ſe patris. C. vndę libe. pari ratione tranſmiſsionem operari non debet.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt,quia æquè conuenit,ſicuti ſui,ad deſcendentes hæreditatem etiam non aditam trãſmittunt,ita tranſmittant deſcendentes,eorum hęreditatem, ad aſcendentes, & hic ad matrem in ſpecie ratione ſuitatis,& in ſolatium amiſſę filiæ vt in ſimili dicitur in l.ſi. C. de inſti. & in l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iur. dot. & probatur ratio, in l. unica. C. de his qui ante apet. tab.& plenè not.Iaſ.in l.emancipata.C.qui admi. ad bo. poſ. poſſunt.Imò plus quod ratione ſuitatis,trãſmiſſio hæc, fit etiam ad quoſcunque hæredes quanquam extraneos & ad hoc lex iſta allegari ſolet. l.ſi fratris.C.de iur.delibe.l.Lucius.ff. de iur. fiſ. Bar.in l.uentre.ff.de acqui.hære.

Ad oppoſita reſpondetur,non obſtare, nõ primum,quia id uerum eſt in extraneo,non in ſuo, in quo dominij continuatio conſiderabilis eſt, quæ efficit,ut ob id dicta tranſmiſsio fiat, ex quo ignorans quoque, immiſcetur per legem hæreditati paternæ.l.in ſuis uulga.ff.de lib. & poſth. l.nihil.ff.de uſucap.pro hæ.§.ſui.inſti. de hæred. quali. & differen. & ſic tranſmittit quod habet, nec ſumus in caſu regu.l.traditio & ſimilium. ff. de acqui.rer.dom. Non ſecundum,quia(mitto alias reſponſiones, quæ non ſubſiſtunt, & ut breuitati conſulamus) ſcientia hoc caſu ratione prædicta non eſt neceſſaria, nec faciunt iura ad idem allegata quia loquuntur quando tempore captiuitatis filius non erat in poteſtate patris in quo tunc adeundi animus requiritur.l.auia. C.de iur.deli.& ut hic per Docto. latius. Non ultimum denique,ex quo ſuitas & exiſtentia eſt tantum ſui hæredis quo ad effectum dictæ trãſmiſſionis,non quo ad alia, ſtant igitur iſta ſimul qđ non impediat alios ſuccedere in honoribus & oneribus hæreditariis, & tamen operetur tranſmiſsionem.& latius ut diximus in d. l. qui ſe patris.fuſius idem Bald.hic col.ii.prællega. & ueriſsimum eſt.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod quanquam hodie filius,beneficium habeat ſe abſtinendi ab hæreditate paterna,non ideò minus tranſmiſsionem operatur, ne quod in ipſius fauorem inductum eſt,ad eius lęſionem retorqueatur.l.quod fauore.C.de legi.c. quod ob gratiam.de reg.iur.in vj.ita Bar. in d.l. uentre.nu.12.ff.de acqui.hære.

Et quod quanquam alibi hæreditas tranſmiſſa ſit ratione ſuitatis, non tamen tranſmittitur

bo.poſ.

bon.poſ. uſq; adeò nt neque hæredi fiat collatio in l.j.in §.ibidem.ubi ẽt Bar.ad fi.ff.de colla. bo.

Et quod id quod fit ipſo iure per legem, non deſiderat ſcientiam hominis, mortis ſcilicet uel teſtamenti ut hic & in l.liber homo.in §.fi. ff. de ſtip.ſer.& in l.ex militari.in §.fi.& l.ſeq.ff.de mi lita.teſta.& in l.multum intereſt. ff. de condi. & demon.& in l.ſi pecuniam. in §. ſi ſeruum, ff.de condi. ob cau. & in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer.pet i.& in l.qui Romæ.in §.duo fratres.& ibi Bar.nu.13.ff.de uerbo. obli. Bald.conſ. ccccijij. col. j. uol. iij.

Et quod ſi hæreditas ad matrem tranſmittitur (ut hic rurſum dicitur) multo magis tranſmittetur bonorum ſubſidium,& legitima inſtinctu naturæ debita.l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſt. Bal, pulchrè conſ.ccccxx. col.j.uol.iij.

Et quod denique ſtante ſtatuto,extantibus filiis maſculis, fœminas non ſuccedere, ſi Titius moriatur duobus filiis maſculis relictis & nepte ex altero, quod non excludetur neptis iſta pariter ſtante dicto ſtatuto, ad quam pater portionẽ ſuam(ſi erat apud hoſtes)tranſmiſit beneficio ſuitatis,ut pulcherrimè concludit Deci. ſenior in l. ii.col.ii.C.de in ius uo. Et ad regu.quod ueriſsima ſit,ex potentia ſuitatis,hæreditatem etiam nõ aditam ad quoſcunq; tranſmitti, adde Alex. cõſ. lxxx.col.i.uol.i. & conſ.cxxxij.col. ii. uol. vj. & communem ſententiam eſſe teſtatur conſ.clxxij. col.iii.& conſ.cxcviij.col.ii.eo.lib.& clarius cõſ. clxviij.col.penul.uol.vii.& conſ.ccxj.col.ii.eod. lib.Guid.Papæ conſ.xcvj.nu.4.Fulgo.conſ. xxj. col.ii & conſ.xlix.ad fi.& cõſi.lxiiii.ad fi.clarius. latiſsimè Deci.atteſtatur pariter ita communiter teneri conſ.cccxxx.col.vj.uol.ii.Ferrarien.conſ. xx. nu. 1. uolu. j. Et Ro.quod ob hoc monachus qui retinet iura ſuitatis.l.Deo nobis.C. de epiſc. & cleri.hæreditatem etiam non aditam ſic tranſmittit monaſterio in l. j. col. iiii.C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt.Et quod indubitata opin.eſt, regula ut ſupra & legia deciſio, Corn. conſ.cl.nu. 2.uol.ii.& alibi quod fit cum poteſtate abſtinendi conſ.cliii. ad fi. uol. iiii. Bar. de hoc ante eum in d.l.uentre.ff.de acqui.hære. & alii latius quos non refero breuitatis cauſa, Finis.

De legitimis hæredibus.

Impp. Theodo. & Valentin. AA. ad Florentium. P P.

SCIANT OMNES, QVI ad ſucceſsionem uocantur pupilli mortui, ſi defuncto eius patre, tutorẽ ei ſecundum legem non petierint intra annum: omnem eis, ſiue ab inteſtato,ſiue iure ſubſtitutionis ſucceſsionem eius (ſi impubes moritur) denegandam eſſe. D. v. id. Iul. Conſtantinop. Theodoſio A. xvij. & Feſto Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat.etiam quod tutor intra annum pupillo petitus non ſit quod nõ propterea is,qui ei ſuccedit quique tutorem petere debebat,ſi moriatur pupillus,eius ſucceſsione priuari debebit, quis uidetur caſus clarus de hoc in l.matres.ſupra ad Tertul. ubi mater (cum enim dicat omnes, matrem etiam comprehẽdit,) non petiit tutorem filio decedenti,& tamen ſucceſsione eius non priuatur. Et clarius in l.ii.C.ſi aduer.delic.& in l.fi.in §.ſi uerò.ff.qui pet. tuto. & latius etiam ut hic per glo. Et ultra, quia ſatis iniquum uideretur,matrem,uel alium agnatum, ſeu cognatũ, ob hoc priuari ſolatio triſtitiæ ſuæ, ut dicitur in ſimili in l.fi.C.de inſti.& in l.j.C.de his qui ante aper. tab. Imò quod ſic inuitus quis quodammodo,compelleretur agere & malè. l. j. C.ut ne.inui.Et quia ſi ipſi ſunt tutores legitimi l.legitimos.ff.de legi.tuto. non debent poſſe petere,ſe dari,uel alium.

Contrarium tamen hic deciditur,& in l.iii.ff. qui pet.tut.& ratio deciſionis eſt iſta, ne pupillus pereat in pupillari ætate,negligentia eorum, qui ei ſuccedere debent,& indefenſus maneat. l. j.ff.de tute.l.iii.in prin.ff.qui pet.tuto. uſq; adeò ſi non petatur intra annum, ut ſucceſsione priuẽtur, quodammodo in pœnam & facit uulgatum illud qui non laborat non manducat,de quo in l. quamuis.ff.de dam.infec.

Ad oppoſita reſpondetur parum aut nihil facere,non primum, quia mater eo caſu non tenebatur petere tutorem, quippè quod filius pubes mortuus erat, nec egebat tutore, ideò nulla mora ſiue negligentia poteſt eidem matri imputari, ut formaliter dicit text. ibidem& latius ut hic per glo. Rofre. & Saly. Non ſecundum, quia id quoque ſpecialem habet rationem matrem ætatis lubrico excuſari lapſa,ex quo erat minor xxv.ann. nos autem loquimur in maiore, quę regulariter nullam habet excuſationem. Imò quod hoc caſu adeò ſunt tutæ matres,ut nec reſti tutione opus ſit,ut ibi not.& benè,latè Alex.in l. ſciendum.in §. poſſeſſor.ij.in prin.ff. qui ſatiſda. cogan. Non ob. tertium, quia & id etiam uerum eſt in legato ſingulari,quod de bonis teſtatoris legatarius conſequitur ab hærede,uel etiam uniuerſali, quo etiam non pupillo ſed teſtatori ſucceditur,l,cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulga.& pupilla.ſubſti. ea de re etiam quod non petatur tutor, hoc idem ſibi officere non debet ratione prædicta, & fortè ſecus ſi de bonis foret pupilli, ut hic not. Non ob.quartum,quia imò æquum eſt in pœnam matris uel agnatorum aut cognatorum petere negligentium tutorem ipſi pupillo ut ſupra & nouiſsimè eſt argumentum in l.te-

ſtamento Centurio.ff.de ma.teſta. Et ideò ratio dictorum iuriũ reſtringitur ad terminos de quibus ibi,& limitabitur quod dicitur in l.regula.in §.& licet.& ibi Bar.ff.de iur.& fac.igno.& probatur limitatio hęc in l.quemadmodum.in §.planè.ff.ad legem Aquil.coniuncta l.ſi iactum retis.ff.de act. emp.& not.glo. in d.§.planè. Non quintum,quia cauſatiuè compellitur, ne ſucceſſione priuetur,& ſpeciale eſt hoc caſu ne pupillus ſine defenſore relinquat ut ſupra,& in odiũ fortè matris ad ſecunda vota tranſeuntis.l.omnẽ C.ad Tertul.non neceſſitate præciſa, ut in d. l.j. not. Non vltimum denique, quia petunt ſibi adminiſtrationem cõcedi intra annum præmiſſo inuentario, vel alium ſi ipſi ad id minus idonei fuerint. & vt hic per Docto. latius. & præcipuè Bald.

Præſtatq; nobis hæc lex not. & pulchra argumentum ad multa & maximè, quod pœna quæ imminebat matri & auiæ & libertis de iure ffonorũ nouiter extenſa eſt ad omnes qui ad ſucceſſionẽ pupillorum uocantur. & hinc uulgatum illud. qui omne dicit nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.iii.c.ſolitæ.de maio.& obe. Et non modo puniuntur ſi non petant,uerum etiam ſi ipſi proximiores ſint, nec petant ſibi tutelam decerni inuentario confecto ac iuramento pręſtito ut ſupra & in d.l.legitimos.Bar.in l.j.ff.qui pet.tut. Ancha.conſ.ciiij.col.ij.Bal.conſ.ccvj.ad fi.uol. iiij.

Et quod excluſis his qui ad ſucceſſionem pupilli uocantur ſi eidem pupillo non petierint tutorem ſequentes ſine onere admittentur ſimpliciter,vt ex not.hic etiam dixit idem Anch. conſ. ccl.col.j.in ſimili Bal.cõſ.cxl.col.j.uol.j. & cõſ. ccclxxiiij.vol.ij.Alex.conſ.clxxxv.col.fi. uol.vj. Corn.conſ.ccxxxiiij.col.ij.vol.iiij.

Et quod ſi clericus inſtitutus,non petierit tutorem pupillo pariter eius ſucceſſione priuabitur,ita idem Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta. col.xxxix.de conſtitutio.& Feli.in c. quæ in eccleſiarum.col.xxiii.eod.titu. ſignanter per iſtum tex.in argumentum & ibi alia multa.

Et quod qui tenetur aliquid facere (eſtq; pulcherrima daclaratio)intra certum tempus, licitè aliquid facere etiam cenſebitur, quanquam vltima determinati temporis die id faciat. l. ſi quis ſic dixerit.ff.de uerb.ſigni.Ro.conſ.ccxxj. col. j.

Et quod denique poſt annum, contra matrem eſt pręſumptio iuris & de iure,quę non admittit probationem in contrarium, & ſi tunc petat tutorem filio, legitimam excuſationem non habet ſecundum Bar.in l.ii.in §.confeſtim.col.j.ff. ad Tertulia. & ad anni propoſitum, quod mater poſſit moram purgare intra iſtud tempus etiam ultima die ut ſupra,tenuit Bald.conſ. ccccxxxii. uol. ii. ubi atteſtatur quod ita etiam ſeruat & ſe habet generalis conſuetudo.Et ideò contrarium & malè conſuluit Fulg.conſ.xlviii.col.ii. Et qđ tantum temporis habeat ita tenendum eſſe remotis fabulis Bar.firmat idem Bal.conſ.cxlii.ad fin. uol.iii.& fortè uerba eiuſdem Bar. multa intellexit quæ latè effundit in quæſt.ſuis xviii.incip. pupillus. & ita etiam declarat, quod poſſit petere (tutorem ſcilicet) & moram purgare intra annũ, conſ.ccxcvii.ad fi.eo. lib. & ad materiam conſil. ccccx.col.ii.adhuc lib. iii. dicit quod ſi à die ſciẽtiæ,intra annum tutelam non ſuſceperit ſubſtitutus pupillo, in aliquo eidem non ſuccedet. Et quo ad matrem, ſi præuiatura filij morte fuiſſet præuenta,habens annum,quod nihilominus excuſaretur,conſ.cxxxiii.col.i.uol.iiii. Finis.

ADDITIO.

Quod hodie per iſtum tex.mitigatus eſt rigor l.ii.§.confeſtim.ff.ad Tertul. nanque ſi ſtatim tutorem non petiiſſet mater illico etiam erat excluſa à ſucceſſione filij,ubi aliàs ipſa hodie & oẽs(ut dictum eſt)habent anni ſpacium,ita Bald. conſi. lxxj.ad fi.uol.ii.& fuſius conſ.cclxxxviii. col.ii. eo.lib.& conſ.cclxxxix.col.i.uol.i.& formaliter in l.præcibus.col.vii.C.de impu.& ali.ſubſti.

Et quod mater vel quiuis aliàs excuſaretur fortè(dictum ſanè notandum eſt) ſi intra annum tutorem petere non potuiſſent propter peſtem in loco debacchantem ut nunc in Gallia qui eſt annus 1564.& tradit Pau.Caſt. conſ. cxlvii. in fin. uol.i.Bononien.in l.i.in §. præterea. col. xx. de quæſtio.Saly.in l.cum à matribus.C.qui pet.tuto.Boer.deciſ.cxxiiii.nu.21.par.j.

Et quod mater minor mariti mortui tempore,poſtea facta maior intra annũ adhuc filii ſucceſſione non priuabitur, quanquam tutorẽ haud petierit,ſecundum Bal. in auth. ſi captiui. C. de epiſco.& cle.& in præalleg.l.præcibus.col.v. & in d.l.ii.ubi etiam Saly.C.ſi aduer.del. alleg. pariter ſupra latiſſimè Grat.conſil. lxxxiii. col. ii. uolu. ſecundo.

Communia de ſucceſſionibus.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Vlpianæ.

VITRICO PRIVIGNI ſucceſſionẽ inteſtato ciuili vel honorario iure non deberi, certiſſimum eſt. S.xv.Kal.Mart. Sirmij.CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, ſucceſſionem uitrico priuigni ſi inteſtatus moriatur, omnimodo deberi,quia loco patris habetur. l. ſi paterno. C.de neg.geſt.& ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.l. ſi eum §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.§.fuerat.& ibi plenè not.inſti. de actio. Verum pater ad filii ſucceſſionem admittitur,cui hæreditas filii non minus debita eſt quàm patris filio.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſt.& in §.præferuntur.inſt.ad Tertul.ergo.

Contrarium

f . Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia uitricus & priuignus ſunt affines,affinitatis autem ſucceſsio nulla eſt.l.affinitatis.infra eo.Deci.conſ.cccxxj.uol.ii.Corn. cõſil.cxxxiiii.col.ii.uol.i.& cõſ.xlii.col.iiii. & cõſ.xliii.col.i.& conſ.cccxiiii.col.i.uol.iiii.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia eſto quod loco patris habeatur, quo ad aliquid, non tamen eſt pater,quo ad effectum ſucceſsionis,nanq; aliud eſſe talem & aliud haberi pro tali.l.ſi maritus. §.legis Iuliæ.& ibi Bar.ff. ad leg. Iul.de adul.glo.in ſimili in l.non diſtinguemus. in §.cum quidam. ff. de arbi. Nec ad propoſitum facit regula.d.§.qui iniuriarum. quia loco patris ſubrogatus eſt cum ſua cauſa, argumentum in l. Pomponius.in §.cum quis.ff.de acqui.poſ. ut ſit affinis,uerum(vt dixi) affinitatis ſucceſsio nulla eſt,ergo. Et ideò ſtant iſta ſimul, quod pater admittatur ad ſucceſsionem filij, & nõ minus debita ſibi ſit,quam patris filio,& tamen non admittatur ratione prædicta uitricus ad ſucceſsionem priuigni,neq; priuignus ad ſucceſsionẽ uitrici.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod non ab re dicitur in l. affinitatis prællega. affinitatis nullam ſucceſsionem eſſe,quia non modo non ſuccedit uitricus priuigno,uerum etiam nec percipit fructus ex bonis ipſius aduentitiis, imò quod perceptos reſtituit. l.ſi propter.C.de compenſa.dixi ego latè in auth. præterea.C.vnde vir & vxor.

Et quod ciuili uel honorario iure non deberi dixit hic tex.quoniam poſſet municipali ſuccedere uitricus priuigno, & priuignus uitrico etiam ſi non diceretur.nanque ſucceſsiones debent eſſe æquales, & qualis quis alteri ſuccedit, talis ut ſibi ſuccedatur,inquit Pau.Caſt.in l.lege xij. tab. col.i.C.de legit. hære. Regien. conſil.xii.nume. 6. uolu. primo.

Et quod uitricus eſt uir matris meę,priuignus uerò(quod ad declarationem nota)ille,qui antequam mater tranſiret ad ſecunda uota, progenitus eſt.l.non facilè.§.affines.in prin.& ad finem. ff. de gradi.

n Et quod ius prætorium honorarium appellatur ab honore prætorum.l.ius autem ciuile.ad fi. l.nam & ipſum ius.ff.de iuſti.& iur.l.ſi ſorori.C. de iur.deli.Sicuti ſalarium aduocatorum uel aſſeſſorum.l.i.§.in honorariis.§ ſi cui. ff. de uar. & extraor cogni.Et honorarii ludi, qui in prætura à prætoribus exhibebantur pariter. & tumuli honoris cauſa facti. de quibus in Auguſto Tranquil. de correctione & reformatione abuſuum, ibi.triginta amplius dies,qui honorariis ludis occupabant,actui rerum accõmodauit. & in Claudio,de patre ipſius & geſtis eius,ibi.Cæterũ exercitus honorarium ei tumulum excitauit.Et tutela denique honoraria,honorariiq; tutores, deq; his in l.iii.in §.i.ff.de admi.tuto.& in l.ſi quis tutor.in §.quid ergo.ff.de ritu nup.ſenſus igitur eſt hic,nullo iure deberi ſibi,ciuili uel prætorio.

Et quod denique hoc de uitrico & priuigno, dictum eſt ſine dubitatione, ex quo text. inquit certiſsimum fore,& malè.l.quod Labeo.ff.de carbo.edi.Sed (ut dixi alibi ſæpe, & nouiſsimè in l. auunculo.infra eo.) reſponderi poteſt, certiſsimum eſſe quantum ad perſonam legiſlatoris, nõ quo ad nos ut per Bar.in l.ubicunque.col.vii.ff. de int.act.& ut ibi latius. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA.
& CC. Aſterio.

SERVVS SVCCESSORES habere non poteſt.D. Non. April.Cæſaribus Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod ſeruus ſucceſsionem habere poſsit, nanque uideo qđ quis mortuus eſt apud hoſtes & ſic in ſeruitute, & tamen filiam habuit ſibi ſuccedentem,quæ hæreditatem etiam non aditam ad matrem tranſmiſit.l. apud hoſtes.C. de ſuis & legi. de quo etiam in l. fi.C.ex quib.cau.ma.Et ad idem quoq; facit tex. in l.fi.C. ad orfi.& in l.pe.C.de his quibus ut indignis.ubi libertas ancillæ erat relicta, hæres moram faciebat in ea manumittẽda, peperit & mortua eſt, dicit text. quod filium habebit hæredem. Et idem dicitur in l. i. in §. quæri poterit. ff. de ſuis & legi.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia ſeruus pro mortuo habetur.l.qđ attinet.ff.de reg.iur. & ita Odof. hic. Sed mihi non placet,quoniam liber homo mortuus eſt,& ſic fortius,& tamen ſucceſſores habere poteſt. §. j.inſti.de hære.quæ ab inte.defe. Ideò dic tu, qđ ratio deciſionis ſit, quia ſtatus ſeruorum fuit annihilatus,non modo iure ciuili,ut dicitur in d.l. quod attinet.ſed etiam ut not.in l.ſi id quod. ff. de condi.inde.Et plus quia nihil habet.& totum id quod acquirit,domino acquirere dicitur, uulga.l.placet.ff.de acqui.hære.l.i.in fi.ff. ad legem Corn.de fal. & eſt argumentum in l. ſi mihi & tibi.in §.regula.ff.de lega.i.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum,quia non de ſeruo loquitur, ratione poteſtatis dominicæ,ut hic,ſed in eo qui ab hoſtibus captus eſt, quique fingitur mortuus præambula hora captiuitatis & ſic eo tempore quo ſeruus hoſtium non erat.l.lege Cornelia.ff.de teſta.not.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſucap.nimirum igitur ſi habet ſucceſſores. Non ſecundum, aliaq; iura ad idem facientia,quia eſto quod uerè ſit ſeruus,ſiue ſerua, pro liberto tamen ſiue libera haberi debet pariter,fictione iuris, ut dicunt omnes, propter moram hęredis,& ſic quia nihil eſt quod ſibi poſsit imputari,non ideò minus habebit ſucceſſorem dictis caſibus, & nouiſsimè idem dicitur etiam in l.ſi quis in teſtamento.ff. de fideicõ. libe.ergo non regulariter.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa &

ta & maximè, quod dictio negatiua prępoſita uerbo poteſt priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. l. i. ff. de uerb. obli. c. i. ubi glo. de reg. iur. in vj. & dictum eſt alibi ſæpè, nouiſsimè Bal. in l. i. col. xvj. C. qui admi. Qui ob id dicit etiam alibi quod omnes regulæ negatiuæ neceſsitatem continere uidentur in c. cum cõtingat. col. i. de iureiu. Senſus igitur eſt hic, ſeruum ſucceſſorem habere non poſſe, id eſt nullo modo poſſe, & ſi quo caſu contrarium probari poſſe uideatur, id ſpeciali aliqua ratione eſſe dicemus ut ſupra.

Et quod non mirum eſt ſi ſeruus ſucceſſorem non habet, quia (ut dictum eſt) pro nihilo reputatur, ſtatu omnium annihilato, & ultra quia pecudibus comparatur, vi liſsimuſq; homo eſt. l. ii. ff. ad legem Aquil. l. qui duos. ff. de lega. iii. l. ſi ex duobus. ff. de noxal. act.

Et quod hiſce rationibus, nec legitimam perſonam habet ſtandi in iudicio, nec clericalem ordinem capit. l. ſeruus. C. de iudi. Cardi. in rubri. de ſeruis non ordi.

Et quod dictum hic, debet intelligi pro regula traditum, quæ limitatur in caſibus de quibus ſupra, & in glo. hic, & declarat Dyn. in tracta. de ſuc. ab inte. col. v.

Et quod denique idem In monacho dici debet quod in ſeruo, auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl. quoniam alibi dicit Bal. & benè, quãdo ſunt duo eandem rationem habentia licet unius fiat mentio tantum, fit exemplariter non reſtrictiuè, in l. de quibus. col. xiiii. ff. de legi. Et pulchrum uerbũ hic quod omnia iura loquentia in ſeruo, habent locum etiam in monacho, in his tamen quæ eidẽ poſſunt adaptari. l. filius. & ibi not. C. de pact. & fuit Inno. in c. cum olim. de priuileg. per quam theoricam ita etiam dixit (adde tu) in l. ſacroſanctæ. C. de epiſc. & cle. & in l. Deo nobis. col. v. C. eo. & in l. ſi liber. C. de cond. ob cau. & in c. i. col. xiiii. C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. & in l. cum prætor. in §. fi. ff. de iud. & probatur in c. multos. liiii. diſtinct. Fed. de Sen. conſ. xxxv. in prin. Bar. in d. auth. ingreſsi. nu. 29. Idem Bald. in l. ſeruus. ff. de teſta. Et ſecundum hanc declarationem tolluntur motiua Bart. quæſtio. xii. quidam reliquit col. ii. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Publiciano.

AVVNCVLO PRIORI, QVI eſt in tertio gradu, quàm cõſobrino, qui ſequentem occupat, deferri ſucceſsionem inteſtati, certi iuris eſt. Suppoſ. kalend. Octobri. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod materterę filius, unà cum auunculo, ad ſucceſsionem conſobrini ſui admittatur, quia filius repreſentat matris perſonam ut patris. §. cum filius. inſti. de hæ. quæ ab inte. defe. Sed matertera, cum ſit in eodẽ gradu, admitteretur abſque dubio: argumentum in l. maximum uitium. ff. de libe. præte. ergo & filius. Et probari poſſe uidetur in auth. poſt fratres ij. & ibi not. ſupra titu. proxi. pulchrè Iaſ. in l. fratres. C. de inoffi. teſta. Et hinc uulgatũ illud prodiit, quod ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. plenè in §. fuerat. inſti. de actio.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia regulariter in ſucceſsionibus ab inteſtato, ille qui eſt gradu potior, eſt etiam potior in ſucceſsione. l. iii. auth. poſt fratres (præallega.) ſupra titu. proxi. §. admonendi. inſti. de hæred. quæ ab inte. defe. & de legi. agna. ſuc. in prin. ſed auunculus eſt proximior conſobrino, ille in tertio gradu, iſte uero in quarto ergo. l. Iuriſcon. §. tertio. ff. de grad. & §. quarto. ibidem. & inſti. eo. §. tertio. & §. quarto.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia non eſt uerum in patre, quod à filio repreſentetur in ſucceſsionibus tranſuerſalium ſiue collateralium, (id enim quod dicitur in d. §. cũ filius. & in d. auth. poſt fratres, procedit ſolum in ſucceſsione aſcendentium, non (ut diximus) trãſuerſalium authẽ. ceſſante. eo. tit. §. ſi plures. inſti. de legi. agnato. ſuc. Dec. plenè. conſ. i. col. iii. uol. i. Alex. conſ. cxxix. col. ii. uol. v. Idem Deci. conſ. x. col. ii. uol. iii. Abb. conſ. lxxxvj. col. ii. uol. i. & alii quos foret longum referre) ergo multo minus in matre. ex quibus regu. etiam tollitur d. §. qui iniuriarum, quia non facit ad propoſitum ex his. Vel dicamus quod fallat ratione qualitatis inhærentis auunculo, quia ſcilicet eſt proximior & quo caſu d. regu. limitatur. l. i. §. ſi quis autem. ff. de ſuc. edi. Bal. in l. certum. in iiii. q. C. unde legi. l. cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. do. Bart. in l. i. in §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. libe. eſſe iu. fue. Alex. conſ. cvj. col. ii. uol. iii.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa & maximè, quod ita (ut in ea deciditur) etiam hodie ſeruatur, nec (quod appareat) correcta eſt, imò dicit Bar. (hoc idem atteſtatus) quod eſt ſingularis, hic, & refert Boer. deciſio. cccij. in prin. ubi etiam de materia multa par. ii. quod ſit ſingularis tranſeat, ſed quod hoc dicat Bar. non eſt uerum. dicit tantum, quod bona eſt, quodq; correcta non eſt. & benè. ideò uulgatum illud addam ego. quod nõ mutatur cur ſtare prohibetur. l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. C. de app. maximè quia nunquam lex dicitur eſſe correcta, niſi de correctione expreſſè appareat. l. fi. in prin. C. de ind. uid. tol.

Et quod hac ratione de qua hic patruus excludit filium amitæ, uel è contra amita filium patrui, ut per iſtum text. ſignanter dicit idem Boer. ubi ſupra. poſt Io. Berber. in iuris uiato. de ſucceſ. ab inte.

Et quod

Et quod ſic pari modo patruus utrinq; cõiunctus præferetur auunculo defuncti ex uno latere tantum ut dixit Io. And. in addi. Spe. de ſuc. ab inteſta. in §. i. Pulchrè Alex. cõſ. clxvij. col. i. uol. v. Idem Boer. in loco præallega.

Et quod auũculus (pro declaratione enim aduertendum eſt) eſt frater matris qui Græcè θεῖος appellat. Matertera uerò ſoror matris, coſobrini autem qui ex duabus ſororibus procreantur, de quibus hic dubitando & decidendo ut ſupra, & in §. tertio gradu. & in §. ſed quidam rectè. inſti. de gradi. cogna. & in l. Iuriſcõſultus. in §. auũculus. & in §. eodem gradu ſunt. ff. eo.

Et quód denique iſtud, de quo hic, cum certi iuris ſit, ut ſignaoter dicit text. dubium non habet, & malè, uulga. l. quod Labeo. ff. de carb. edic. Vnde Papa deridet eos, qui de indubiis conſulunt. c. de multa. & ibi Abb. col. i. de præbẽ. Niſi (ut alibi ſæpè diximus) reſpondeamus, hoc idem hic dictum fuiſſe, quia ponitur regula (ut ſupra) & ubi eſt regula ibi dubium eſſe non poteſt, inquit Bar. in l. quotiens. ff. ſi quis cau. Vel quod aliquando ſiat lex huiuſmodi. l. non dubium. C. de lega. capitulo non dubium. ubi Felin. in prin. de ſenten. excommunica. Vel quod apud legiſlatorem noo eſt dubia, nec apud peritos, ſed apud nos ut per Bar. in l. vbicunque. col. vii. ff. de int. act. & Cyn. in l. ii. C. de bo. poſ. ſec. tab. uel quod auxeſis ſit, id eſt augumẽtatio, & figuratus loquẽdi modus ex quo nulla elt quæ dubium non habeat. d. l. quod Labeo. Bar. nouiſsimè in l. qui Romæ. in §. duo fratres. n. 4. ad fi. ff. de uer. ob. Finis.

De hæreditatibus decurionum, Nauiculariorum, cohortalium, militum & fabricenſium.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Florentio. P. P.

INTESTATORVM CVrialium bona ſi ſine hærede moriantur, ordinibus patriæ eorum addi præcipimus. D. v. id. Mart. Florentio & Dionyſio Coſſ.

Dubitaudi rationem faciebat, non ſenatui decurionũ (curialis enim idẽ eſt qđ decurio, & ordo ſenatus. l. ſi quis curialis. C. de epi. & cle. l. nutu. in fi. ff. de leg. iij. l. ſenatus. ff. de leg. j. io prin.) bona decurionis inteſtato mortui, ſine hæredibus applicari ſeu deuolui, ſed fiſco, quoniam uacant tunc, & regulariter uacantia eidem deuoluũtur. l. uacantia. C. de bon. uacant. lib. x. Barto. in l. pen. nu. 2. C. ad Treb. de facto quia ipſo iure ipſi fiſco acquiruntur, aliàs. l. i. §. an booa. ff. de iure fiſci. & not. in d. l. uacantia. Et quia quemadmodum non ſuccedit ciuitas ciui. l. iii. §. muoicipibus. ff. de bon. poſ. l. i. C. de bo. uacan. lib. x. pari modo uideretur dicendum, nõ ſuccedere curiam ſiue ſenatum, decurioni.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ius decurionum, ſeu curialium in perſonis ſingulorum conſiſtit, qua de re nec mirum eſt ſi ipſis bona acquiruntur, id eſt ſenatui & curiæ, & (ut tex. met inquit) addi debent, & nõ patriæ: argumentum in l. ſin. C. in quib. cau. col. do. ac. po. eo. lib.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, ex his etiam ſublata, oon primum tamen, quia uerum eſt quod uacaot. d. l. uacantia. ſed non ut fiſco deuoluantur, ex quo iure traditum eſt ratione prædicta, deuolui addiq; debere ſenatui, ſeu curiæ decurionum, ergo noo fiſco: argumentum in l. Pompooius. in §. j. ff. de procu. ad fi. ibi nam cum iudicatur rem meam eſſe, ſimul iudicatur illius oõ eſſe. Noo ſecundum, quia illud ideò eſt, ex quo ius ciuitatis, in uniuerſo corpore conſiſtit, hic uerò (ut diximus) in perſonis ſingulorum decurionũ, & curialium, ergo, & not. in l. in tantum. in §. uniuerſitatis. ff. de rerum diui. & in c. Romana. in §. in uniuerſitatem. de ſen. excom. in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi ſenatus ſuccedit Senatori ut hic mortuo ſine hæredibus ab inteſtato, ita ſuccedit eccleſia clerico. l. præsbyter. C. de epiſc. & cle. no. in l. ſi quis filio. ff. de iniuſt. teſta. & ſentit Bal. hic, adde tu bene facere rationẽ, quia habemus quando ſunt duo, eandem rationem habentia, uoius autem fiat mentio tantum, exemplariter fieri dicitur, non reſtrictiuè. l. Imperium. ff. de iur. om. iud. Bal. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de iuriſdi. om. iudi.

Et quod à ſimili ſi dominus habeat ſubditos ſeu nobilis homines ſuos, & colooos, quorũ unus moriatur ab inteſtato ſioe legitimo hærede, eidẽ ſuccedit pariter. d. l. ſi. C. in quib. cau. col. lib. x. Et nimirum (addas tu) quia ſi perſona eſt alicuius, multo fortius illius ſunt, iſtius bona, tũ quia perſona rebus eſt digoior. l. iuſtiſsimè. ff. de edil. edi. tum quia etiam bona perſooæ accedunt, de quo aliàs in c. in præſentia. de proba. & in auth. ingreſsi. C. de ſacroſanc. eccle.

Et quod idem eſt in liberto, qui ſi inteſtatus adhuc moriatur, nullo relicto hærede, lege xij. tab. patronum habet ſucceſſorem, caſus eſt clarus inſti. de ſuc. lib. in prin.

Et ꝙ ſtant iſta ſimul, ꝙ quis alicui ſuccedat, & tñ hæres nõ dicatur, ut ſenatus hic, & decurionũ ordo, & fiſcus aliàs. d. l. uacãtia. Bar. in d. l. pen. & quãquã ſenatus, uel ẽt fiſcus, teneatur creditoribus hæreditariis, nõ tñ tenẽtur, quia hęredes, ſed quia booa hñt. l. quotiẽs. §. fi. l. nouatio. ff. de noua. Bal. io l. ſi cõſtãte. in §. fi. ff. ſol. mat. in prin. & appellantur (maximè fiſcus) ſucceſſores anomali inquit idẽ Bal. in d. c. in pręſeutia. col. v. de prob.

Et quod deniq; uerificatur illud uulgatum hic quotiens apud legiſlatorem de aliquo dubitare cõtingit, qđ omni alio caſu præſupponitur habilitas.

litas.l.qui teſtamento.ff. de teſta. nanq; dubitatur hic, an ſenatus ſuccedat decurioni mortuo ab inteſtato ſine hærede, & deciditur quod ſic, ergo ſecus ſi cum hærede, & cōſequenter quod teſtamenti factionem habebat, indubitatumq; eſt.l. i. C.de ſacroſan.eccle. Imò dicimus quod edictum de teſtamentis eſt prohibitoriū certarū perſonarum, omnis igitur qui prohibitus nō eſt teſtamēti factionem habere dicitur. l. ſi quæramus.& ibi Bar.ff.de teſta.& idē multo magis in alijs de quibus ſupra dicēdum eſt, rōne prædicta. Finis.

De vindicta & apud concilium manumiſsione.

Imp. Conſtantius A. Maximo P.P.

APVD CONCILIVM noſtrum, vel apud conſules, prætores, præſules, pręſides, magiſtratuſve earū ciuitatum, quibus huiuſmodi ius eſt, adipiſci poteſt patronorum iudicio ſedula ſeruitus libertatē.

Dubitandi rationem faciebat, nanq; præſupponitur hic, quod etiam apud magiſtratū nō ſuū poſsit fieri manumiſsio, ut quoq; dicitur in l. ēt. in §.fin.ff.de ma.uind.& malè, nanq; regulariter extra territorium ius dicenti impune nō paretur l.fi.ff.de iur.om.iud.l.non uidetur.iuncta glo.ff. de iud.Bar.in l.cūctos populos.nu.35.C.de ſum. Tri.& fid. catho. Et dicebat ob hoc Corn. alibi, quod executio extra territorium adhuc nulla fieri pōt, conſ.clix.col.j.uol.ij.& benè, & probatur etiam in c.ut animarū.in §.j.de conſti.in vj.& in l.cum unus.ff.de bon.aut.iud. poſ. Et quia aliter etiā deberet poſſe fieri coram delegato, & tamen non pōt ut per glo.in l.ab ea parte.ff.de proba.

Contrarium nihilominus hic deciditur, & in præalle.l.etiā.in fi.ff.de ma.uind.& ratio deciſionis eſt, quia manumiſsio, emancipatio & adoptio ſunt de uoluntaria iuriſdictione, quo caſu nec mirum eſt, ſi apud quencunque fieri poſſunt.l. emācipari.ff.de adop.præalleg.l.etiam.ad fi.& utrobique not.glo.& Iaſ.in d.l.fi.ff.de iur.om.iudi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, imò qđ ex his ſublata uidentur, nanq; primum, uerū eſt in his quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, ergo non (ut diximus) in manumiſsione, quæ eſt uoluntariæ, aliàs una non diſtingueretur ab alia, & malè ut inquit glo.in l.j.C.de emanci.lib. Odof. pulchrè in l.ſi conſul.ff.de adop. Nō ſecundum, ex quo expeditur officio iudicis nobili, cauſę cognitionem requirit, & ius tribuit manumiſſo, & propterea delegari non poteſt, nec à delegato fieri.l.ne quicquam.§.ubi decretum.ff. de offi. proconſu.l.ij.& utrobique not.ff. de offi. eius non. nihil Saly.hic & nos aliàs in d.§.ubi decretum.& propterea bene locuta eſt glo.in d.l.ab ea parte. quanquam in emancipatione loquatur, quia omnino idem eſt in manumiſsione, eiuſdem iuris cuius eſt illa, ut ſupra, nec eſt dubitandum.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod uindicta manumiſſus dicitur ſeu dicebatur, quia prætor ſerui caput, uirga tangebat, quam uindictam appellabant, dicens liber eſto. alij à Vindicio ſeruo originem habuiſſe ferunt. nanque exactis regibus, quia adoleſcentes nobiles de eis recipiendis coniurarāt, Brutus ſecuri eos percuſsit, ſeruo indici ueto, cui nomen erat Vindicius libertatem dedit ex cuius nomine libertas uindicta appellata eſt. Nonnulli ſic in more poſitum fuiſſe apud re. homines, quem manumittebant, eius corpori ſecturam inijcere. Sed primum cæteris uerius, unde Saty.v. Perſi.

Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunq; uoluntas?

Et alibi, paulò infra tamen.

Liber ego, vnde datū hoc ſumis tot ſubdite rebus?
An dominū ignorās, niſi quem vindicta relaxat?

Et quod concilium ſiue conſilium, id eſt auauctoritas exponitur, confeſſuſq; uirorum erat certis ſtatis anni diebus, exeuntium, qui cum pręſide conſidebant nu.xx. quiq; peregrini recuperatores uocabantur, & apud quos deniq; iuſtæ dicebantur manumiſsionis cauſæ. regulariter tamē iure cuiuſlibet magiſtratus etiam non ſui ut dixi ſupra, præbere auctoritatem manumittentibus competebat & not.in l.i.ff.de offi. eius cui man. eſt iur.& ibi nos multa lectu. anni M D LIX. nu.38. Et quanquam multis modis pręter hęc, fieri ſoleret manumiſsio.§.multis autē modis.inſti. de lib.uindict. ſcilicet & apud concilium, ille tamen prætermittendus non eſt, quod dominus ſeruum manu apprehendens, ipſum uertebat ut eo liber proficiſceretur quo uellet, ut idem Saty. ait loco præallega.ibi.

Vappa, lippus, & in tenui farragine mendax,
Verterit huhc dominus momento temporis exit.

& fuſius ut dixi in loco de quo ſupra.

Et quod Sedula ſeruitus eſt, ut libertatem conſequatur, ex quo miſera res eſt illa & odioſa, cui mors anteponitur, Dulce uerò bonum iſta, quæ morte emitur. Ex quo dum ſub haſta uenderetur neſcio quis, uendenſq; diceret mancipium, mentiris inquit ille, dic captiuum.

Et quod adeò uerum eſt, manumiſsionem fore uoluntariè iuriſdictionis ut non ſit omnino neceſſe pro tribunali ſedere l. non eſt omnino. ff. de ma.uind. Ex quo uidemus quod plerunque in tranſitu ſeruus manumitti ſolebat. Vel cum aut lauandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodiiſſet prætor, aut proconſul, legatus ne Cæſaris, ut ibi ſubiicitur. Imò quod paſſus eſt interdum quoque Vlpianus, dum in uilla cum prætore eſſet, apud eum manumitti, tametſi lictoris præſentia non eſſet. l. ego. ff. eodem. lictor

fine

ſine c.tamen(quicqnid ibi legatur)ſcribi debet à
ligando dictus,quippè quod magiſtratus iuſſu,ſi
uirgis quis nerberandus erat,crura eius manuſq;
ligabat hinc Ci.pro C.Rabi.

I litor colliga manns,caput obnubito , arbori
infęlici ſuſpēdito.& Gręcè λειτος publicus.

Et qnod denique poteſt quis apud ſe conſiliū
præbens(quod plus eſt)manumittere.l. an apud.
ff.de ma.uind.ibi,memini Iabolenum pręcepto-
rem meum in Africa & in Syria ſeruos ſuos ma-
numiſiſſe cum conſilium præberet. Cuius exem
plum ſecutus(ſubiicit)ego & in prætura & in cō
ſulatu meo quoſdam ex ſeruis meis uindicta libe-
raui . Ex quibus planè liquet quantum libertati,
ſeu manumiſsioni fauendum ſit , eſtq; argn. in l.
ilj.in §.j.ff.de alie.iud.mnt.can.fac. Finis.

De teſtamentaria manumiſsione.

Impp. Seuerus & Antoninus
AA. Euphroſyno.

LIBERTAS TESTAMEN
to defuncti data , adita
hæreditate contingit : &
licet hæres ſcriptus per
in integrum reſtitutio-
nem abſtinuerit hæreditate,tamen ni-
hil ea res libertati obeſt.

Dubitādi rationem faciebat,quod hoc ipſum
officiat libertati,ſi hæres per in integrum reſtitu
tionē hęreditate abſtinuerit , qiua perinde eſt ac
ſi teſtamentum non ualeret , uerum hoc caſu li-
bertas non debetur in eo ſeruo relicta.l.teſtamen
to manumiſſus.ff.de ma.teſta.l.ſi iure.infra eod.
ergo.Et quia legata etiam ſoluta corruunt(nt hic
dicit Saly. & benè) ergo & libertas. Et maximè
quia reſtitutio nihil aliud eſt quàm repoſitio in
ſtatum priſtinum.l. quod ſi minor . §. reſtitutio.
ff. de mino. & ſic habito reſpectu ad tempus an-
tequam hæreditas adita fuiſſet , quo libertas non
debebatur.d.l.teſtamento.l.ij. quæ proxima eſt,
ſupra eo.ergo data debet irritari , & reſtitui hæ-
res , etiam quo ad libertatem ipſam. Et quando
ſunt duo,unum tamen propter aliud,eo remoto
per quod aliud eſt,utrunq; remotum eſſe intelli
gitur,ſed libertas eſt propter teſtamentum, ergo
teſtamento remoto,hæredeq́; reſtituto , reſtitu-
tio etiam ad libertatem extendetur.d.l.ij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio de-
ciſionis eſt , quia aditione hæreditatis teſtamen-
tum confirmatum eſt,& data libertas quo caſu ēt
quod hæres per in integ. reſtitutionem abſtinue
rit ſe ab hæreditate,hoc idem tamen eidem offi
cere non debet.§.ſemel.inſti.qui & ex quib. cau.
ma.non po.argumentum in l. id quod noſtrum.
ff.de reg.iur.& in l.fi.ff.de pact.Quibus accedit
etiam libertatis fauor.l.iii.§.j.ff.de alie.iud. mut.
dan.fac.l.generaliter . §. ſi quis ſeruo pignorato.
ff.de libe. & poſthu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare , quia
aliud eſt quod teſtamentum non ualeat,quia nec
aditur hæreditas,ut ibi dicitur,& aliud quod ua-
leat & adeatur hæreditas,deturq́; libertas,ut hic
quia quanuis hæres abſtineat hæreditate, nō pro
pterea liberto præiudicat ut dictum eſt , & ut in
præalle.§.ſemel. Non ſecundum,quia non eſt ue
rum,loquutuſq; eſt Saly.contra caſum l.iij.ff. de
condi.inde.quem ſingularem hic exclamat Bal.
& ideò ex deſtructione antecedentis deſtruitur
conſequens.c.cum ex officij . de præſcrip. Bald.
in l.conuenticulam.col.iij.C.de epiſ.& cle.Saly.
tamen defendi poteſt quia probatur contrarium
in d.l.iij.& in l.necnouum.eo.tit.& ibi Bar.po-
teſt igitur reſponderi aliter in libertate eſſe ſpe-
ciale & ſic in contrarium ius commune.l.ius ſin-
gulare.l.quod uerò contra.ff.de legi. Non ulti-
mum denique, ex quo eſt in priſtinum ſtatum re
ſtitutio quo ad aditionem hæreditatis , non quo
ad libertatem, quàm ſeruus cui erat relicta conſe
cutus eſt,& iam effectus conſumatus uſque adeò
ut nullo modo debeat irritari. Nec eſt uerum qđ
unum ſit propter aliud,imò quod ſunt duo pœni
tus ſeparata,& quando forent etiam, ſtant iſta ſi
mul(ut dixi)quod quo ad hęreditatis aditionem
teneat reſtitutio,ſed non quo ad ius alteri quæſi
tum,hæreditate prius adita,& maximè quo ad li-
bertatem , ſui natura priuilegiatam & præſertim.
hoc caſu.l.i.ſupra ti.j.l.iuſta.ff.eo.d.§.ſemel.l.ii.
C.de fideicō.lib.Iaſ.in l.ii.in §.i.in prin. ff.de cō
di.ind.l.iiij.§.quid ergo.ff.de fideicom.lib. l. Lu
cius.in fi.prin.ff. eo.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad mul
ta & maximè,quod licet dictiones uniuerſales re
gulariter uirtutem habeant uniuerſaliter operan
di.l.Iulianus.ff.de lega. iii. c. ſolite . de maio. &
obe.l.j.ff.ſi quis ius di.non obtemp.l.ſi pluribus
ff.de leg.ii.& in proœ.fforum. in prin. ibi omnē
totius reip.noſtræ ſanctionem & ibi Bar. tamen
quandoque reſtringuntur,ut hic nanque reſtitu-
tio omnia reponit in ſtatum priſtinum ut dicit
text.in d.§.reſtitutio. & ibi Bart. & tamen reſti-
tuto minore hic,libertas non reuocatur.Et eſt ſi-
mile in §. fina. inſtitu. de pœna teme. litigan.ubi
omnium inſtituendarum actionum principium,
ab ea parte edicti proficiſcitur de in ius uoc. &
tamen (nt ibi dicit Areti.) id non eſt generali-
ter uerum . Et idem in c. j. de regnl. iur. in an-
tiq. quod omnis res per quaſcunque cauſas na-
ſcitur,per eaſdem diſſoluitur, quæ regula tamen
fallit in pluribus caſibus de quibus ibi per glo.&
uidemus hinc quoque ſi maritus obligat omnia
bona ſua,qnod non tamē uidetur obligare dota-
lia.l.Lucius.§. Imperator. ff. ad municipa. Bald.
in l.ſi conſtante.in §.ſi maritus . ff. ſoluto matri-
monio.& ſi promittam te defendere ab omni per
ſona,non tamen includor ergò loquens,capitulo

petitio de iureiu. argu. in l. inquiſitio. C. de ſoln. Et ſi ſtatutum dicat de omnibus cauſis cõpromiſſum fieri debere, non tamen fiet de tutela ut not. in l. non diſtinguemus. in §. de liberali. ff. de arb. Bal. in l. prætor. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. Nec in legato uſufructus omnium rerum quæ in domo ſunt, ueniunt & comprehenduntur uenalia. l. generali. §. uxori. & ſeq. ff. de uſufruc. leg. Dicitur etiam in auth. qua in prouincia. Omni priuilegio ceſſante. C. ubi de cri. agi opor. & tamen excipitur (ut ibi dicitur ad fi.) pragma. ſanctio. Datus eſt rurſum terminus ad omnem deſenſionem faciendam, & tamen nullitas non excluditur. cle. i. de ſeq. po. & fructuum. Idem Bal. in l. ſcire oportet. in §. fi. ff. de excu. tu. & ſi ſtatuto omnis exceptio ammoueatur, nõ propterea amota dicetur il la iudicis incompetentis (quod ferè idem eſt) & per tex. in d. cle. j. adhuc Bal. tradit in l. ſi quis filio. in §. quod ſi quis. ff. de iniuſto teſta. Ad idem locutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael ut dicitur Deutorono. c. j. & tamen ibi tantum erant principales in promulgatione legis. Et Luc. iiij. quod facta erat fames ualida in omni terra à qua tamen Iſrael excepta eſt. Omnem iuriſdictionem mandauit princeps & tamen non intelligitur mandaſſe merum imperium. l. j. & ibi not. in glo. iuriſdictione. ff. de offi. eius. Legauitq; teſtaror omne argentum & tamen non uenit pecunia. l. Quintus. i. j. §. j. & ibi Bar. ff. de aur. & arg. lega. & plura ſunt eiuſmodi breuitatis inſtitutæ gratia aliter non referenda.

Et quod (eo redeuntes unde diſceſſimus) reſtitutio affert, quod læſio abſtulit, ſi rem, ad rem fit, ſi actionem, ad actionem. & ideò libellus ſemper formandus eſt, & petendum nos reſtitui aduerſus illud quod abſtulit læſio ut per Ange. in l. qđ te mpore. col. j. C. de reſti. mil. & in l. cum & minores. col. j. C. ſi aduer. rem iudi. ſi ergo hic minor læſus eſt hæreditatis aditione, aduerſus eam reſtituetur, ergo non quo ad libertatem.

Et quod ius nobis ſemel & irreuocabiliter acquiſitum, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt ut libertas in caſu præſenti. l. fi. ff. de pac. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & in ſimili, ac in libertate, eſt bonus tex. in l. Stichus ſeruus. ff. de manu. teſta, ubi libertas relicta ſeruo, ſi hęres eum alienauerit, inutiliter relinquitur, ex quo eo tempore eſſet alterius, coq; inuito ius ſibi quæſitum ab eo auferri non poſſet.

Et quod tribus modis impeditur uolũtatis mutatio primo ſi ius quæſitũ eſt parti, ſecundo ſi res non eſt integra tertio ſi uolnntas ſecum executionem traxit. d. l. fin. ff. de pac. l. & quia. ff. de iuriſd. om. ind. l. qui ob rem non deſenſam. ff. de condi. inde. Dyn. in l. ſi ſeruum. in §. ſequitur. ff. de uerbo. obli. Bal. in l. ſi cum dotem. in §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri. hic ſeruo ius erat quæſitum libertas data, & ſic res non integra, & uoluntas teſtatoris executa, igitur libertati non oberit, tãetſi hæres aduerſus aditionem hæreditatis (ut dictum eſt) reſtituatur.

Et quod denique locus hypotheticus eſt hic, à cõditionali proloqnio ſi res mihi iure quæſita eſt, a me (ut dictum eſt) auferri non poſſe, & nouiſsimè probatur etiam in l. ſine quæ. j. eſt. C. de uſucap. pro dona. & eſt ſimile cum dicimus. ſi ſol oritur dies eſt. Si res aliena eſt donari non poteſt l. ii. C. eo. ſi res furtiua eſt, uſucapi non põt. §. furtiuè. inſti. de uſucap. & ſimile quiddam. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Germano.

DIRECTIS VERBIS IVRE data libertate: nõ ſolum impoſitione pilei; ſed & adita hæreditate (ſi nulla iuris impediat conſtitutio) liberti conſtituuntur orcini.

Dubitandi rationem faciebat, per ſolam impoſitionẽ pilei ſeruos liberos fieri, quia hoc ad literam dicit tex. in l. j. in §. ſed & qui domini. C. de lati. lib. tol. ubi ſerui pileati funus dñi antecedẽtes, ſi id ex uoluntate dñi uel hęredis faciãt, illico (inquit) ciues Ro. efficiũtur & ſic liberi, ergo alia aditione opus non eſt, nec fieri debet quod factũ nõ releuat. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. caue. & quia dixiſſet utiq; nõ dixit, ergo nec nos dicere poſſumus, quorum proprium non eſt legem extendere. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hæt. l. ſi uerò. §. de uito. ff. ſol. mat. & maximè, quia uerbis directis libertas relicta eſt, aliàs à fideicõmiſſariis non diferrent, haud dicẽdum. l. libertates. ff. de fideicom. lib. l. Imperator. §. fi. l. cum nerò. ad fi. & l. ſeq. ff. eo. cum ſimilibus. Odofre. pulchrè hic in rub.

Contrarium tamen hic deciditur, oportere ſcilicet, hæreditatem aditam eſſe, & ratio deciſionis eſt, quia tũc teſtamentum tranſit in ſuum eſſectum. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hęre. inſti. §. in hætedibus. inſti. de hære. quali. & diffe. Bal. in l. j. col. j. ff. de teſta. deq; teſtatoris uoluntate conſtat tunc, nimirum igitur ſi ſola pilei impoſitio non ſufficit, ſed quod hæreditas etiam adita ſit, requiritur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primũ, quia forte dicto caſu, ſpeciale in funere eſſe uidet, inq; ſeruis pileatis funus dñi (ut dictũ eſt) præcedẽtibus arg. in l. impẽſa funeris. ff. de relig. not. in l. Papinianus. in §. quarta. ff. de inoffi. teſt. uel dicamus illico ibi intelligi, (ubi etiam glo. declarat) poſt aditam hæreditatem. l. iij. C. quomo. & quando iud. quia nec inconuenit. Imò eſt regulare, quod ſic una lex, alteram declaret. l. non eſt nonum. l. ſed & poſteriores. ff. de legib. c. ſuper quæſtionum. in prin. de offi. del. & ſic omnino aditio requiretur, fieriq; debebit, factaq; releuabit, quoniã libertatẽ ſeruus cõſequetur, pilei impoſitione, & ſic arg. retorquebit. l. ij. iij. & iiij. ſupra

ſupra eo.l.ſi hęredes.ſupta eo. Nec facit quod nõ dixerit, quia dixit uirtualiter & implicitè, ut hic. Supplebiturq; ibi, quod orationi deeſt, ut in ſimili inquit Iuriſcon. in l.oratio.ff.de ſpõſa. pro prima reſponſione tamen facit tex. in d.l.j.in §.ſimiliq; modo.cogita. Non ob.ſecundũ, quia quo ad iſtud non differunt. ut in iuribus ſupra alleg. quo ad alia ſic, & maximè ex eo quia uerbis directis relictã ſibi libertatẽ ſeruus ipſo iure conſequitur, fideicommiſſariis autem ab hærede, ut no. in rub. ſupra eo.& primo caſu libertus erit teſtatotis, ſecundo ueto hæredis.§.fi.inſti.de ſing.reb. per fideicom. relict.

Præſtatq; nobis argumentum hæc lex ad multa & maximè, quod directis verbis relinquitur hęreditas quãdo teſtatot dicit, Stichus ſeruus meus liber eſto. fideicõmiſſariis uerò, quando hæte de inſtituto dicit te rogo ut Stichũ ſeruũ meum manumittas, & ſimilib. de quibus in d.§.fi.& in pręal leg.l.cũ uerò.in fi.& l.ſeq.ff.de fideicom. lib.

Et quod pileo ſerui raſo capite manumitti ſolebant in templo Feronię, de quibus etiam Sene. lib.vj.epi.xlvij. priſciq; dare caſtori & polluci pilea, quod lacones fuerint, quibus pileatis mos eſt militare. pileus eſt ſiue pileum, tegmen capitis, & Galerus, hinc Plau. ego hodie raſo capite accipiã pileum.& Lini. poſtero die ſerui ad pileum uocati fuerunt & emiſsi. Inq; Sergij manumiſmate uiſiter puella manu pileum tenens, circumquaque literis inſcriptis libertas publica.

Et quod Orcini ſerui appellabantur hii, quibus directis uerbis libertas erat relicta, ut hic & in d.§.fi.inſti.de ſing.reb per fideicom. relict. & in l.iiij.in §.hi qui.ff.de fideicõ.lib.& in l.tutela. in §.planè.ff.de legi.tut. & Orcinus quia patronum teſtatorem non habet, cum ſit mortuus. nõ hæredẽ quia directis uerbis libertas ei relicta eſt, Orci igitur hoc eſt Ditis libertus erit à partibus ſufficienter enumeratis, & ſic Orcini nomen conſequens rei.§.eſt etiam aliud.inſti.de doua.l.ſenatus.§.j.ff.de dona.cau.mor.l.ii.§. appellata. ff. ſi ſi cer.pe.Fuſius glo.hic.& in d.§.fi.inſti.de ſing. reb. per fideicom. relict.

Et quod hæreditatis aditio eſt unũ ex pluribus perfectionibus. quæ ad eſſe teſtamenti requiruntur, & de quibus per Bal.in d.l.j.ff. de teſtamen. ſi non ſit adita igitur non tranſmittitur regulariter.l.unica.§.his ita.C.de cad.tol. nec libertas debetur in caſu præſenti, & latius ut ſupra.

Et quod denique longè magis dilectus, & pro meritus uidetur, ſeruus cui libertas uerbis directis relicta eſt & fauorabilior, quam ille cui relinquitur per fideicommiſſum. Ex quo (ut dixi) primo caſu fit liber ipſo iure, ſecundo uerò libertatem conſequitur ab hærede: argumentũ in l.Publius.ff.de cond.& demon.& in c.ſi pater.de teſtamen.in vj. pulchrè Corn. conſil. cccxc. col.j. uolu. iiij. Finis.

De fideicommiſſariis libertatibus.

Imp. Alexander A. Dionyſio.

MINOR ANNIS LEGE diffinitis, nec per fideicõmiſſum libertatem ſupremis ſuis elogiis relinquere poteſt, niſi iis, quorum cauſam probare poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod minor annis xx. poſſet libertatem relinquere in teſtamento ſeruo, quia vr̃ caſus in l.ſi rogatus. in prin. ff. de ma.uind. ubi ad literam eſt tex. quod ſi rogatus ſit manumittere ſeruum per fideicommiſſum, incunctanter debet ei permitti, ergo nõ eſt ratio cur etiam eam relinquere non poſsit in teſtamento ſuo: argumentum in §.legari iuncta glo.inſti. de lega.& uidetur ad literam eſſe caſus. in §. j. in auth.ut ſpon.largi.ibi liceat eis teſtari, & etiam ſeruos ſuos in ultimis uoluntatibus manumittere. nullo eis impedimento ætatis faciẽdo.& quia denique ſi eidem teſtamenti factio conceſſa eſt, non uideo cur non debeat poſſe etiam in eo (ut dixi) libertatem ſeruis relinquere.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò nec directo nec per fideicommiſſum poſsit, niſi his quorum cauſam iuſtam probare poteſt apud conſilium de quo nos alibi ſupra de manu. uind. in l.apud.& not.in §.eadem (quod ẽt hic dicitur in gl.) inſti.quib.ex cau.ma.non lic.& in d.l.ſi rogatus.& in l.ſi minor.ff.eod. & rõ deciſionis eſt, quia lex Aelia ſentia, olim lata (ut memorię proditum eſt) à S. Aelio & C. Sentio Coſſ. utebat ut in ſimili dicitur in §.furtiuæ.inſti.de uſuca. unde factũ lege prohibẽte nõ ualeret: arg.in l.cũ lex.& ibi not.ff.de fideiuſſ.deq; hac lege.inſti quib. ex cau.ma.non licet.in prin.& in d.§.ſi ęadem.

Ad oppoſita rñdetur non obſtare, nõ primum quia (ut ẽt glo.hic dicit) tex.ille loquitur, qñ minor fuit rogatus manumittere ſeruum alienũ, quo caſu põt, ex quo erat honoratus, & potuit grauari, licet gl.nõ dicat hic.l.ab eo.C. de fideicõ. Sed nõ ut ipſe regulariter libertatẽ relinquere poſsit in teſtamẽto ſuo. Non ſcd'm, quia (ut adhuc dicit gl.) id uerũ eſt hodie non tpe huius legis, ꝙ probo ego quia ibi tex.uſus eſt uerbo ſancimus, qđ eſt noui iuris promulgatotiũ.l.unica.C.de ſent. quę pro eo qđ int.l.ſancimus.C.de teſta.cũ ſimi. & innuit ibi uacãte lege, Aelia Sẽtia ſcilicet, quæ hoc primitus prohibebat, vnde diſtingue tpa & cõcordabis ſcripturas inquit glo.in l.apud antiquos.C.de fur.& in l.i.C.de accuſa & in c.ſi pec cauerit.ij.q.j. Et qđ uerũ ſit iſtud probatur quoque in auth.hodie.C.qui ma.non poſ. Ex quibus ulti.quoq; tollitur, quia eſto qđ teſtamẽti factio nẽ habeat actiuã, nõ tñ debet poſſe libertatẽ relinquere, uetãte (ut diximus) lege, & ſcd'm hæc tpa.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentnm ad multa &maximè, quod tantum eſt dicere minorem annis lege diffinitis, non poſſe libertatem in teſtamento relinquere, quantum eſt dicerè, minorem annis uiginti, perifraſiſq; figura eſt, ſiue circumlocutio, ſimile in l.iii.C. de ſer.& in l.ſi arborem.in prin.ff.de ſer.urba.prædi.& in l.eum qui. ff.de iur.om.iud.& in l. cum inter. infra eodem. & alibi ſæpè.

Et quod hic uerificatur uulgatum illud. cum apud legiſlatorem de aliquo dubitare contingi omni alio caſu habilitatem præſumi.l.qui teſtamento.ff.de teſta.minorem ſcilicet ann.xx. poſſe teſtari, licet non poſsit in teſtamento ſuo (ut dictum eſt & de quo eſt dubitatio) libertatem relinqnere.

Et qđ uirtus copulatiuè eſt incluſa in dictione nec, qnæ inter duas orationes poſita, ſiue inter duo diuerſa, negat utrunque.l. debitorum pactionibus.C.de pac.l.ex teſtamento. de fideicō, & ibi dixi l.ii.C. de bon. damna. l.pe.§.fin.ff.de aur.& arg.leg.ubi Ric.& Cy.Bal.in l.fin.ad fi. ff. de ritu nup.bonus tex.in l.ea tamen adiectio. ff. de leg.iii.iuncta l.& quia.ff.de iuriſ.om.iudi.ubi etiam glo.& in l.nec emancipati. C. de colla. & in l.nec apud.C.de lib.er.inſti.Corn.conſ.lxxvj.ad fi.uol.iii.ſenſus igitur eſt hic nec directam nec fideicommiſſariam relinquere poſſe.

Et quod elogiis uerbo, quia multas habet ſignificationes. l. iii. in prin.ff.de re mili. l. diuus Adrianus.ff. de cuſto.reo.l.ſi poſthumus.ad fi.ff. de lib.& poſthu.l.ediles.§.iumentorū.ff.de edil. edic.additum eſt hic aliud, ſupremis ſcilicet, quo teſtamentum ſignificaretur.l.iiii.ad fi.ibi, uſque ad ſupremum uitæ exitum.ff.de adi.lega.

Et quod denique coniunctio niſi, compoſita ex non & ſi, eſt exceptiua, ſignificans oppoſitum antecedentis, cui immediatè aduerſatur.l. extraneo de uen.in poſ.mit.l.iii.ff.de cuſto.reo. not.in l.actione.C.de trāſa.& in c. cum acceſſiſſent.ad fin.de conſtitutio. Bertran.conſ.ccclxij. nu.5.uol.ii.& quando precedit oratio negatiua, ponit & affirmat ut not.in d.l.actione. & in l. ſi eum. in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Corn. conſ.cclxj nu.26.uol.iiii. Senſuſq; eſt hic quanquam regulariter iure iſto non poſſet minor ann. xx.relinquere libertatem in teſtamento ſuo, poſſe tamen ſi iuſta ſubſit cauſa, ſique eam probare poſsit apud concilium.d.§.ſi eadem.d.l. ſi rógatus.ff.de ma.uind. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Hyrenio.

EX VERBO COMMENDO teſtamento, vel codicillis, non videri fideicommiſſariam libertatem relictam eſſe authoritate iuris declaratur.

Dubitandi rationem faciebat, quod per iſtud uerbum commendo, ſeruo fidei.cōmiſſaria libertas relicta uideatur, quia uideo quod fideicommiſſum quibuſcunq; uerbis relinqui poteſt ut in §.fi.inſti.de ſingu.reb.per fideicom.relict.& in §. j.de lega.co.lib.& in l.ii.C. communia de leg. ergo etiam per iſtud uerbum (ut dixi) commendo. Et maximè quia in fideicommiſsis potiſsimum mens & uoluntas attendenda eſt, præſertim uerbis declarata.l.in conditionibus primum locum ff.de cond.& demon.l.cum utrum.C.de fideicō. l.iii.C.de libe.præte. quæ nulla alia fuiſſe uidetur quibus accedit etiam libertatis fauor.l.iii. §. 1. ff. de alie.iud.mut.cauſa fac. l. generaliter.§.ſi quis ſeruo.ad fi.ff.de fideicom.lib.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l.thais. §. Lucius.ff.eo.& ratio deciſionis eſt, quia uerbū prædictum, non eſt de his quæ fideicommiſſum important, ut in d.§. fin. & aliis ut ſupra. Et quia uerba prolata ad unum effectum, alium non operantur: argumen. in l.legata inutiliter.ff.de adi. leg.ſed hic prolata ſunt congratulandi gratia, ſiue commendandi, ergo non operabuntur libertatem fideicommiſſariam, ad quod etiam facit quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, nec extenduntur ultra id quod de neceſsitate inferunt.l.non omnis.ff.ſi cer.peta.l. fi. C. ne vxor pro mari. Verum teſtatoris intentio fuit commendare ſeruum, ſiue ſeruos, ergo non eis libertatem relinquere.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia uerum eſt ſi uerba ſint fideicommiſsi ſignificatiua, & ita exponi debet uerbum quibuſcunque.l.ut gradatim.§.& ſi lege.ff.de mu.& ho. &l.i.in prin.C.de ſacroſanct.eccle.l. qui autem. §.fi.iuncta glo.ff.de conſti.pecu.ubi in terminis, quibuſcunque uerbis paciſci poſſumus idoneis tamen inquit glo. Ex quo tollitur etiam ſecundū quod nec eſt agendum, quando declarata fuiſſet, verbis fideicommiſſum (ut dixi) importantibus, igitur alia omnimodo fuit, ex quo uerba ſunt ſigna (& argumentū retorquebitur) earumq; ſunt in anima paſsionum notæ.l Labeo.§. idem Tubero.ff.de ſup.lega. Non ob.ultimum, quia ſi relicta non eſt, nec iſtud ipſum uerba innuunt, conſequens eſt, ut nec eidem ſit fauendum.l.cum uerò.in fi.prin.ff.de fideicom.lib.l. generaliter. §. cæterum.§.ſi quis ſeruo.ad fi.ff. eo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ſimili literæ commendatitiæ non habent uim mandati, nō diſponunt, nec obligant, ſicuti nec hic uerbum commendo pariter libertatem fideicommiſſariam importat. l. fi.C.quod cum eo.l.ſi uero non remunerandi. §. eum quidam.ff.manda.Bal.in c.petitio.in fin.de procu.qui etiam dicit hic quod in beneficialibus commenda non dat titulum, & bene, nihil allegat adde tu probari in c.dudum.de electio.not. in c. nemo.eo.titu.in vj.Ro.conſ.cccl.in prin.

Et quod uerba generalia qualia hic cōſenſum

non

non habent igitur nec effectum ſortiri debent;argumentum in l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & obli.Cy.in l.j.C.quæ res pig.obli.poſ.& in l.cum teſtamentum.in fi.C.de iur.& fac. igno.

Et quod uox ſeu uerbum præter intellectum nihil ſignificare poteſt ſicuti nec uox picæ uel pſitaci.d.l.obligationum ſubſtãtia.Stepha.Fede. in tract.int.iuris.col.xviii.par.iii.

Et quod in uerbis ſpecialibus eſt pondus eſtus & diei,in generalibus autem & in certis nõ. l.ij. C.in quib.cau.col.lib.xj.l.ſciẽdum.§. dictnm. ff. de edil.edi.l.ſi.prællega.C. quod cum eo.Bald. conſ.ccxviii.col.iii.uol.iii.

Et quod deniq; ubi non conueniunt uerba legis,ibi nec conuenit lex,eiuſque diſpoſitio.l.iiii. §.totiens.ff.de dam.infec.l.hos accuſare.§. omnibus.ff.de accu.l. i.§.loquitur.ff.de aqua quoti. & æſti.ſed hoc caſu non conueniunt uerba legis ſideicommiſſum indncentia de qua ſupra, & maximè in d.§.ſi.inſti.de ſingu.reb.per fideicom. rel. ergo nec lex,quod fideicommiſſaria libertas relicta uideatur. Finis.

De ſeruo pignori dato manumiſſo.

Imp. Alexander A. Sabiniano.

SI (VT PROPONIS) conſentiente creditore, cui pignoris iure cũ aliis mancipiis obligatus fuiſti, à debitore manumiſſus es: potuiſti ad libertatẽ peruenire.

Dubitandi rationem faciebat,quod ſeruus pignori datus, à debitore manumitti non poſsit, quia uidetur caſus ad literam in l. præcedenti. ad ſi.& in l.pignori.ff.de hære.inſti. Et quia ſi debitor non ſoluendo efficeretur,inanis eſſet creditoris actio.l.nam is.ff.de dolo.

Contrarium tamen hic deciditur,conſentiente nihilominus creditore,etiã ſi eſſet minor ann. xx.ut hic per glo.& in l.ſi pater.in §.ſi.ff. de ma. uind.& ratio deciſionis eſt, quia uolenti & conſentienti non fit iniuria.l.i.§.uſq; adeo. ff. de iniur.Imò ſi manumitteretur uidente creditore & nihil dicente ualeret manumiſsio,nec propterea creditor ſciens ius ſuum perdurare,ſibi præiudicaret in aliquo.l.ſicut.§.non uidetur.ff. quib. modus pigno.uel hypo.ſol.& ad propoſitum eſt argumentum etiam in l.pe.C.de pac.& in l. re mandata.cum ſimilibus.C.manda.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum,quia uerum eſt id, ex quo non conſenſerat creditor,ideò manumitti non potuit,ergo eo cõſentiente ſecus,ut dictum eſt.Vel ſi non ſpecialiter obligata mancipia fuiſſent,ſed facta generalis bonorum obligatio, quia tunc etiam ſeruis libertas dari poſſet ut ibi dicitur in prin. aliàs ſpecialis hypotheca à generali non differret haud dicendum. l. ii. C.de pigno.l.eſt differentia.ff.quibus ex cau.pi.ta.conſ. Non ob.ſecundum,quia paratus ibi erat debitor prius ſatiſfacere creditoribus,& ſoluere,ſolutione autem eius quod debetur tollitur omnis obligatio ut inſti. quib. mod. tol.obli.in prin.ergo. Non ultimum denique, quia imputandus erit ipſe creditor conſentiens, damnum enim quod quis ſua culpa patitur ſibi imputatur.& ſi ſuo ſe gladio iugulauit,aliorũ culpa non erit ut in regu.damnnm.de reg.iur.in vj.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod qui non poteſt facere,poteſt tamen facienti conſentire.d.l.ſi pater.§ fin. ff.de ma.uindic.nanque creditor non eſt dominus ſerui,nec ipſum manumittere poteſt, & tamen poteſt conſentire debitori domino, ut manumittatur.Et idem in minore ann xx.qui pariter manumittere non poteſt,lege Aelia ſentia obſtante,ut diximus in l. minor. ſupra titu. proxi. & legitur inſti.quib.ex cau.ma.non li. in prin.& tamen poteſt manumittenti conſentire,ut hic per glo.& in d.§.ſi.& ut ſupra etiam dictum eſt.

Et quod ad idem,ſtante ſtatuto, mulierem cõtrahere non poſſe,ſine præſentia propinquorum ſuorum, poterit tamen cõtrahenti conſentire , ex quo aliud eſt contrahere & aliud conſentire . d. §.ſi.tradit Bal.in rub.C.de pac.& in l.ii.C.ſi aduer.dona.Deci.ſeni.in l.ſi.in glo.accommodauerit,ſeu alias col.iij. C. de pac.

Et quod adhuc ſtante ſtatuto, mulierem contrahere non poſſe abſque conſenſu duorum propinquorum,nec maiores conſanguineos habeat, ſed minores ſtatuto ſatiſfactum erit illis conſentientibus, quia circa ætatem nõ diſtinguit ut hic & in d.l.ſi pater.in §.ſi.ff.de ma.uind.Bal.in l. in coniunctione.ad ſi.C.de nup.

Et quod ex his fallentia colligitur ad regulam, quę habet id quod principaliter fieri non poteſt, non poſſe fieri pariter per acceſsionem. l. ſi prædium.& ibi idem Bal.in prin.C.de iure do. fallẽtiæ autem eſt ratio ut ſupra.

Et quod denique poteſt quis ad ſui præiudicium auctorari in facto proprio, & conſentire ut hic & in l.ſi conſul.ff.de adop.& in prællega. §.ſi.Bal.in l.bonorum.col.iij.C.qui admi. ad bo. poſ.poſſunt.aliàs non ut ibi & in l.j.ff.de aucto. tuto.& in l.iiij.C.de reb.cred. & in clem. ſi una. de reb.eccle.non alie. Finis.

ADDITIO.

Quod per ſpeciale pignus plus iuris conſtituitur creditori ut hic & ſupra in l.proxima & in §. ſi autem.creditor.in auth. de non alie. & ibi not. Iacob. de Beluiſ. pulchrè Alexan. conſil. cxviij. col. penul. uol. v.

De his

De his qui à non domino manumiſsi ſunt.

Imp. Alexander A. Pompeio.

QVI TIBI HAEREDITATEM vendidit, antequam res hęreditarias traderet, dominus earum perſeuerauit. & ideò manumittendo libertatem ſeruo hæreditario præſtitit.

Dubitandi rationem faciebat, qnod ſeruus manumitti non poterit, quodque manumiſsio tunc non ualeat ex quo hæres hæreditatem uendidit, quo caſu cum non amplius ſit dominus, æquè cõuenit ut nec ſeruus ſic manumitti potuerit, à non dominoq́; manumiſſus ſit, & malè. l. i. ſupra eod. & maximè quia alia traditio non eſt neceſſaria, ex quo hæreditas eſt ius. l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de uerbo. ſignifi. tranſiuitq́; dominium in emptorem ipſo iure ut per glo. in l. j. ff. de uſuca. pro dote. argumentum in l. ii. ff. pro ſoc.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. qui tibi. C. de hære. vel act. uendi. & in l. cum qui. ff. de manumi. & ratio deciſionis eſt, quia ante traditionem, nenditor eſt dominns pleno iure, & conſequenter manumittere potuit. l. ſi ancillam. §. ſi pater. C. de ac. emp. l. Quintus. ff. eo. l. quotiens. l. ſeruum. C. de rei uendi. eſt uerum qnod tenebitur, (quoniam fidem contractus fregit) actione ex empto, & quanti intererit emptoris præſtare cogetur, nt in dictis iuribus legıtur, & præcipuè in d. l. qui tibi.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ex his non eſt uerum, Imò quod ante traditionem ſemper eſt dominus uenditor, & qđ tradere tenetur ſi poteſt, aliàs rerum ſingularum perſecutionem cedere debet. l. ii. §. perueniſſe. ff. de ac. emp. not. in d. l. qui tibi. Non ſecnndum, quia eſto quod hæreditas ipſa ſit ſucceſsio in uniuerſum ius quod habuit defunctus, res tamen hæreditariæ & corporales, tradi poſſunt, ideò omnino traditio neceſſaria eſt, & ita etiam ſentit gloſ. in d. l. j. ff. pro dote. nec officit quod dicitur in l. ii. ff. pro ſoc. quia licet ſpecialiter traditio nõ interueniat tacitè tamen creditur interuenire dicto caſu nt ſignanter Iuriſcon. met ibi dicit vel qnod in ſocietate ſit ſpeciale reſpondeamus, qđ dominium ſine poſſeſsione ſcilicet & traditione acquiratur, ut alibi ſæpè legitur acqniri, & ut ibi latius per glo. & Docto. & in d. l. i. ff. de uſucap. pro dote. Bal. in c. i. in prin. col. pen. de cap. qui cu. uen. in uſib.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod nõ dicitur ſuperfluum id qđ prius diſpoſitum erat (nanq; dictum hic, alibi ẽt reperitur deciſum, ut ſupra oſtenſum eſt) & hoc quia leges ſub diuerſis titulis poſitæ ſunt, & quidem propter diuerſos fines, quo caſu (vt dixi) ſuperfluitas argui non debet ut pulchrè inquit Bur. in c. ſignificantibus. col. i. de lib. obla. ſubiiciens ibi, conditores legum, non eſſe reprehendendos, quanquam decretales nõ faciant ad titulos ex toto notandumq́; eſt, ad euadendum ſcopulum. §. quibus. in prima Cod. conſti. Imò ſi plures dicit in eodem titulo, reprehenſibile non eſſet, dummodo uel in una clarius id dicatur quod dicitur in alia, uel aliquid additum ſit. l. fi. ad fi. ibi licet à nobis clarius. C. de pac. l. librorum. §. quod ſi in codicibus. ff. de leg. iii. fuſius Feli. in proœ. rex pacificus. ad fin.

Et quod traditionibus dominia rerum acquiruntur, inquit etiam tex. in l. traditionibus. C. de pac. Vnde nimirum ſi ante traditionem uenditor hæreditatis hic, non deſiit eſſe dominus. & in cõtractu dictum eſt regulariter quoniam in ultimis uoluntatibus ſecus, uanque dominium rei legatæ recta uia tranſit in legatarium, nec traditione eſt opus. l. à Titio. ff. de fur. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. j. glo. in l. ſeruum. C. de rei uend.

Et quod dominiũ adeò difficilius à nobis abdicatur. l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acqui. poſ. ut nuda uoluntate in alium non trãsferatur, imò nec per confeſsionem abdicantis factam abſente aduerſario inquit pulchrè Dec. (Idemq; eſt ferè qnod ſupra) in l. j. col. vij. C. de pac. nimirum igitur ſi hic remanſit dominus (ut dixi) ante traditionem uenditor.

Et quod quemadmodum in rebus corporalibus requiritur traditio ut hic & in locis ac iuribus ſuperius allega. & non ſufficit titulus, ita in actionibus requiritur ceſsio, ut pariter dictũ eſt ſupra, & ut in d. l. qui tibi. & ſentit gl. etiam hic, quæ pro quaſi traditione habetur, ut not. in l. ad eum. ff. de dona. & in l. i. C. de act. & obli. & in l. fi. C. quando fiſ. uel. priua. & in l. ea uerò. ff. pro ſocio. Bal. in l. cum fundus. in §. ſeruum tuum imprudens. col. ij. ff. ſi cer. peta.

Et quod denique in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. l. ſtipulationes non diniduntur. ff. de nerbo. obli. Et ideò non mirum eſt etiam hic, ſi uenditor ſeruum manumittens, tenetur quanti emptoris interfuerit ipſum manumiſſum non fuiſſe. l. i. in prin. ff. de actio. emp. præalleg. l. qui tibi. & hoc ideò, quia ſic manumittendo uel alienando, rem nenditam, fidem contractus frangit, ut dicitnr in d. l. qui tibi. & in d. l. ſi ancillã. quod ſanè graue eſt atq; nefariũ. l. i. in prin. ff. de cõſti. pecu. l. i. §. meritò. ad fi. ff. depo. Bal. cõſ. cccl xxj. col. i uol. iii. & in terminis dicit ſi non ſeruetur, qnod ad pœnã uel intereſſe agitnr cõſ. ccclxviii. col. ii. uol. v. Et alibi qđ fallere grauibus graue eſt grauioribus grauius, exẽplaribus uiris uero grauiſsimũ, & in ſe malũ denique, extra ſe uero mali exempli conſ. cccxliii. col. ii. uol. i. Finis.

Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittantur.

Imp. Alexander A. Iuſtinæ.

DIVO MARCO AVTHOre ampliſsimus ordo cenſuit, ne quis ſpectaculo, quod edatur, actorem ſuũ alienumve ſeruum manumitteret: & ſi factum eſſet, pro infecto haberetur.

Dubitandi rationem faciebat, quod manumiſſio ita facta & corã populo quidem, ualeat, quia metu facta eſt alibi & coactè quidem & tamen ipſo iure valet. l. metum. §. idem Pomponius. ff. quod met. cau. ergo & multo magis facta coram populo. Et quia uidemus hinc etiam quod facta in eccleſia & ſub aſpectu plebis, aſsiſtẽtibus Chriſtianorum Antiſtitibus, pari modo ſubſiſtit, nec prætextu aliquo infringi poteſt. l. j. in prin, C. de his qui in eccl. manu. Et maximè etiam quia multa contra iuris rigorem pro libertate conſtituta ſunt inquit Iuriſconſul. in l. generaliter. in §. ſi quis ſeruo. ad fi. ff. de fideicom. lib.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ſi priuatus. ff. qui & à quib. & ratio deciſionis eſt, quia coactus coactione populari uidet̃ manumittere & malè d. l. ſi priuatua. nimirũ igitur ſi nõ ualet.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id eſt verum in coactione facta ab extraneo, ſeu à priuato tantum, quo caſu eſto quod ualeat, quia uoluntas coacta tunc uoluntas eſt, l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. eo. reſcindi tamen poteſt, per actionem quod met. cau. ut ibi dicitur, ergo perinde ac ſi libertas data non fuiſſet. Vel dic quod priuatus conueniri poſsit ad ſeruum, & ſi præſtari non poterit, in quadruplum teneatur, ut ibi no. & in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & in l. uerum. ff. de minо. & in l. ſi cum exceptione. in §. ſ. ff. quod met. cau. vel quod non ualeat, quia uanæ uoces populi non ſunt exaudiendæ. c. Oſius epiſcopus. de electio. l. decurionum. C. de pœn. & ut infra latius. Non ſecundum, quia ſpeciale ibi eſt in eccleſia, quandoquidem fiat coram epiſcopo (plurale enim dicto caſu in ſingularem reſoluitur. l. falſa demonſtratio. §. fi. ff. de condi. & demõ. & ubi dicit antiſtitibus perinde eſt ac ſi dixiſſet Iuriſcon. antiſtite) & ſic ac ſi facta fuiſſet coram iudice nimirum igitur ſi ualet. Non ob. igitur ultimum, quia & id quoque uerum eſt in dubio at hic ſumus in caſu claro, & ubi lex ulterius procedit annullando manumiſsionem factam, pro infecta haberi debere, quorum duorum non eſt par eademq; ratio. l. Continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. ergo. Odoſ. pulchrè in l. ad probatiõnem ſeruitutis. ad fi. C. de proba.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod Diuus Marcus eſt ille de quo in pluribus locis tum maximè in l. pen. C. de his quib. ut indi. ibi. Belliſsimum noui uidetur D. Marci prudentiſsimi principis orationẽ & in libertatibus producere, ne princeps Philoſophiæ plenus, aliquid uideatur imperfectum ſanxiſſe. Et hinc Poe. lyricus.

Vedi il buon Marco d'ogni gloria degno:
Pien di Philoſofia la lingua e'l petto.

quod ex illo loco uериſimiliter hauſit. Et Diuus idem, quia mortui inter Deos (auctor Herodianus eſt) opinione hominum referri dicebantur.

Et quod ampliſsimus ordo, nil aliud erat quã Senatus l. ſenatus. in prin. ff. de leg. j. l. nutu. ad fi. ff. de leg. iij. dixi ĩ l. inteſtatorũ. ſupra de hę. decu.

Et quod adeò uerum eſt iſtud de quo hic, ut Adrianus populo non aſſenſerit, uolenti aurigã, quia in ludis placuerat manumitti, ne domino fieret iniuria.

Et quod non ab re coram populo manumiſsio fieri non poteſt, quoniam (ut ueteres aiunt) mendax eſt infidus, & læuia inaniaq; pro grauibus & ueris aſtutiſsimè cõponens. Imò quod plus eſt magnum eſſe erroris Sapientes Magiſtrũ, opinati ſunt, ſicq; ipſum etiam appellarunt.

Et quod denique niſi ita cælitus determinatũ fuiſſet, uanæ uoces pariter, imò infauſtæ & infœlices, Iudæorum. dicentes, crucifige crucifige, non erant audiendæ, ut hic & in d. c. Oſius. & in d. l. decurionum. Finis.

ADDITIO.

Quod facta pro infectis haberi nõ poſſunt uerè fictè aũt ſic, ut hic & in l. in bello. in §. factæ. ff. de capti. & poſtli. reuer. & eſt ſimile in l. ſi ex precio. C. ſi cer. pe. declarat Bar. in l. nõ dubium. col. iij. C. de legi. & in l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. Bald. conſ. ccxxvij. col. j. uol. ij.

De ingenuis manumiſsis.

Imp. Gordianus A. Pompeiæ.

INGENVAM NATAM, neque nutrimentorũ ſumptus, neque ſeruitutis obſequiũ faciũt ancillã neq; manumiſsio libertinam.

Dubitandi rationem faciebat, quod ingenua ancilla ſit, & libertina pariterquæ manumittitur ex quo habemus, accidentia magnam partem cõferre ad cognoſcendum quod quid eſt. c. tertio loco. c. afferte mihi gladium. de præſump. §. pauonum. inſti. de rer. diui. Et hoc eſt quod dicebat ẽt Bal. alibi quod talis præſumitur ſubſtantia, qualis eſt ſuperficies, & inuiſibile quemadmodũ per uiſibile figuratur cõſ. ccccxv. ad fi. uol. iij. & pro-

batur in l. pediculis . in §. Neratius. ff. de aur.& arg.leg.& in l.ſi quando.eod.titu. Verum mulier hic ſeruit,à domino alitur,ergo ancilla.& ſi aliàs manumittatur, libertina dicetur, quia non alius manumittitur quàm ſeruus nec aliud manumiſſio quàm libertatis datio eſt,ut inſti.de libertin. in prin.l.manumiſsiones quoq;.ff.de iuſti.& iu.

Contrarium tamẽ hic deciditur,& in l. ad probationẽ ſeruitutis.C. de ꝓb. & rõ deciſionis eſt, quia cum mulier nata ingenua . ſit in poſſeſsione libertatis,opinio non debet officere ueritati,hęc què plus ualet quàm illa,quæ ſæpè fallitur , ueritati uerò nihil eſt realiter cõtrarium, inquit Bal. in c.ii.nu.2. ut lite non conte. argumentum in l. neque. C.de teſta. & hoc eſt quod dicit etiam in l.de quibus.col.xiiij.ff.de legi.quod maior eſt ueritas quàm coniectura,nil aliud quidem niſi opinio.l.Continuus.§.cum ita.ff. de uerbo. obli. & alibi ad idem , quod ubi eſt ueritas confunditur imaginarium.in c.nihil eſt.nu.16.de elect.

Ad oppoſita reſpondetur, antecedens uerum eſſe,quod accidentia magnam partem conferant ad cognoſcendum quod quid eſt niſi id cognitũ ſit per ſe , ut hic ubi conſtabat ingenuam mulierem natam,ex quo(ut diximus)erat in poſſeſsione libertatis, & tunc cõſequens erit falſum quod ſit ancilla,etiam quod ſeruiret & à domino aleretur. Et maximè quia aluntur quoq; & ſeruiunt liberi,nec ob id propterea ſerui dicuntur. Nec officit quod non alius quam ſeruus manumittatur, quia uerum eſt id quoque & regulariter,ſed non hic,ratione ſupra dicta,& ideo facta de facto (ut etiam glo.fi.infra not.)ingenuam libertinam nõ facit.& pulchrè legitur in §.fi.inſti.de ingenu.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod ingenuus is eſt, qui ſtatim ut natus eſt , liber eſt , uſque adeò ut non officiat ei in ſeruitute,id eſt in ſtatu ſeruili fuiſſe , ut hic & inſti.de ingenu.in prin.& in d.§.fi.

Et quod licet aliàs in his quæ à ſolo animo gerentis actum,opinio potius inſpiciatur,quàm ueritas. regulariter tamen ſecus eſt,ut hic . l. multũ intereſt. ff.de condi.& demon.Bar.in l.ij.in §.Labeo.plenè.ff.pro empto.Areti.conſ.v.col. ij.

Et quod à ſimili imagine naturæ ueritas obũbrari non debet,ut pulcherrimè inquit Iuriſcon. in l.filio quem pater.& ibi no.ff.de lib. & poſth. Bal.in auth.in ſucceſsione.in fi.C.de ſuis & legi. latè nos in collectan.in præalle. l. filio quẽ pater.

Et quod quæ de facto fiunt nihil operantur,ut hic manumiſsio & in d.§. fi. imò dicit alibi glo. ſingula.quod quæ de facto fiunt ſic de facto aliàs debent reuocari,in l.minor xxv.ann.ff. de euict. & quanquam contrarium dici uideatur infra in l.ſeq.quod ſolemniter fuerit pronuntiatum,manumiſſam ingenuam fuiſſe , non propterea negat de facto quoque id fieri poſſe , aliàs male loqueretur glo.præalleg. quæ tamen communiter tenetur.l.j.§.j.ff.ſi mul.uent.no.Bal.in c.ex parte.j.ad fi.de reſcrip.& conſ.ccclxvj.col.i.uol. iii.

& in ſtatut.accuſatio.nu.2.Alex.in l.j. in princ. col.v.ff.de fer.Ange.in l.quotiens.in §.i. in prin. ff.de acquiren.hæredi.Veronen.conſ.xix. nu. 5. cauſarum ciuilium.

Et quod denique copulatiuè uirtus,incluſa eſt in dictione neque , quæ concurſum omnium copulatorum requirit , & ſenſus eſt , quod non alimenta,non ſeruitus ingenuam facit ancillam, nõ manumiſsio libertinam . l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos. ff. de uerbo. obli. l. ſi is qui ducenta.§.item ſi pater.ff.de reb.dub.Alex.conſ. xcij.ad finem.uolumine tertio. l. ea tamen adiectio . ff. de lega. tertio . iuncta l. & quia . ubi etiam glo. ff. de iuriſdi. om. iudi. Corn. conſ. lxxvj.ad fi.uol.iii.   Finis.

De liberali cauſa.

Impp.Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Stratonico.

LIBEROS PRIVATIS PActis , vel actu quocunque adminiſtrationis, nõ poſſe mutata conditione ſeruos fieri,certi iuris eſt.

Dubitandi rationem faciebãt multa quod pacto libertas infringi poſsit,& actu adminiſtrationis,fieri ſeruus,qui ingenuus eſt,& maximè quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter uulga. l.in re mandata.C.manda.l.ſed ſi lege. §. conſuluit.ff. de peti.hære.& hæc eſt ratio quare poteſt quis iuri ſibi competenti renuntiare ut not. in l. pe.ubi inſpecie Iaſ.col.ii.C.de pac. Et ideò pactũ (ut ibi ſubiicit col.v.)uicino meo factũ, ne poſſim ego uendere rem meam abſque ipſius licentia , tanquam contra bonos mores non ualet , & probatur in l.dudum.& ibi etiam Cy.C.de cont. emp.imò quod regulariter nõ compellitur quis, rem ſuam uendere,etiam ſi expoſuerit(adeò uera eſt regula hæc & efficax)eam uenalem.l.nec emere.C.de iur.delibe.Cyn.met in l.i.C.de epi.aud. Et ad propoſitum redeũtes dubitationem etiam faciebat,quia ait prætor pacta ſeruabo, uſq; adeò ſi factum ſit hic,inq; præſenti caſu,ut ualeat.l.iuriſgentium.§.prætor ait. ff. de pac. & ad idem q̃d contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.legẽ.C.de pact.l.i.§. ſi cõueniat. ff.depo. l.cõtractus.ff.de reg.iu. Et ultimo loco , quia uidemus hinc quoq; quod põt quis pati maior annis uiginti,ſeſe uenundari ad precium participãdum.§.fi.inſti.de iure per.l.& ſeruorum quidem in prin.ff.de ſta.ho.& no.in §. fi. inſti. de ingen. Et quo ad ſecundum dictum, quia facto non minus quàm uerbis uoluntas datur intelligi.l.reprehendenda.C.de inſti. l.Paulus reſpondit. ff. rem rat.habe.imò plus facto quàm uerbis.l.ſi tamen. §.ei qui.ff.de edil.edict. parq; uirtus taciti & expreſsi .

preſsi.l.cum quid.ff.ſi cer.pet. nimirum igitur ſi ſeruum ſe facit, cum adminiſtret ut ſeruus argumentum in l. pediculis. in §. Neratius. & in l. ſi quando. ff. de aur. & arg.lega.Bal.conſ.ccccxv. ad fin.uol.iii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia nemo eſt ſui ipſius dominus. l. liber homo.ff.ad legem Aquil.c. ſi quis abſciderit. lv. diſtin. unde ſtant iſta ſimul quod pactum factum ſit, uel ut ſeruus quis adminiſtrauerit & tamen ſeruus non efficiatur, nec pactum ualeat, qđ probatur etiam in l.nec ſi uolens.ſupra eo. alleg. quoque hic in glo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia uerum eſt (ut argumentũ ſonat) quẽlibet eſſe moderatorem & arbitrum in re ſua, ſed non ſui ipſius, ex quo reſiſtit lex (ut dictum eſt) & fortè, quia libertas res eſt inæſtimabilis.l.libertas.ff.de reg.iur.& quia homo naſcitur reip.l.j.§. & generaliter. ff. de uen. in poſ. mit.Gerar. pet. ſan.in ſingu.ſuis.xxiiij.Bar.pulchrè inſt.de iuſti. & iur.in prin. nu.2. Et quanquã Ionas ſui ipſius ſuaſus fuerit à nautis in mari merſus, mergi hac ratione tamen non debuit. Vel exempla Sãctorũ & Prophetarum, ad conſequentias trahenda non eſſe dicamus.c.quæ à iure.de reg.iur. in vj. Non ob.ſecundum, quia & id quoque uerisſimum eſt niſi pactum ſit contra leges & bonos mores, d. §. prætor ait, at hic huiuſmodi eſt, (ut diximus) ergo. Non ultimum denique, ex quo uirtute legis ciuilis quæ eſt domina hominis, ſuſtiuetur, multis etiam ad idem concurrentibus de quibus in locis prçalleg.ubi hoc idẽ not.& nouiſsimè Bar. in l.Titio centum.ff.de condi.& demon.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod non ab re pactis priuatis ſimpliciter quem ſeruum fieri non poſſe, dictum eſt hic, ex quo alias auctoritate legis ſecus, ut in uenditione facta iure ciuili, ſi quis id patiatur ad precium participandum ut ſupra, & in d.l.& ſeruorum.ff.de ſta.ho.

Et quod lex quanquam iniqua ſeruanda eſt.l. proſpexit.ff.qui & à quib.not.in l.maximum uitium.C.de libe. præte. Abb. in c.inquiſitioni.de ſen.excommu.nanque hic (ut innuunt uerba prędicta pactis priuatis) legis authoritate quis poteſt fieri ſeruus, ut dictum eſt pariter ſupra, iniquum ſanè & deteſtabile.d.l.liber homo.ff.ad legem Aquil. & tamen ſeruanda eſt, nec pœnam meretur qui ſic legis authoritate id facit.l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adulte. Sed lucrum potius conſequitur, participatione precij.

Et quod aliàs promittens & locás operas ſuas ad tempus fidem ſeruare tenetur, ſed non ſi perpetuò, quia nemo conuentione poteſt ſe ſeruum facere, inquit Dyn. & ut hic habetur & eſt argumentum in l.ii.ff.de lib.ho.exhib.& in d.l.& ſeruorum.& declarat Bal. poſt eundem Cyn. in l. ſi hi. C. loca.

Et quod ex his, poteſt quis facere ſe inteſtabilem non modo per actum meritorium & laudabilem puta ingrediendo monaſterium. auth. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccle. uerum etiam per actum deteſtabilem patiendo (ut diximus) ſe uenundari ad precium participandum, pactis priuatis uerò non ut hic, & pulchrè tradit Corn. conſ. cclij.nu.2.uol.iij.

Et quod denique dictio negatiua (ut ſæpè etiã diximus ſupra) præpoſita uerbo poteſt ut hic, priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam. c.j.ubi glo.de reg.iur.in vj.ſenſuſq; eſt nullo modo pactis priuatis quenquam liberum ſeruum efſici poſſe, niſi eiſdẽ acceſſerit iuris & legis auctoritas ut ſupra. Vel quod hoc idem ſit propter libertatem, ſicut alibi propter formam.l.j.ff.de uerbo.obli.l.nemo poteſt.ff.de lega.i. & quod aliàs ſecundum ſubiectam materiam intelligi debeat; argumentum in l.ſi uno.ff.loca.Bal.in l. ex arrali.ad fi.C.de act.emp. Finis.

ADDITIO.

Quod dicta ſupra ſine dubitatione eſſe uidentur, propter uerbum certi iuris, hic poſitum, & malè.l.quod Labeo.ff.de carbo.edi.Bar.in l. qui Romæ.in §.duo fratres.nu.4. ad fin. ff.de uerbo. obli.Bal.in l. ſi tutores. C. de compenſa. niſi reſpondeamus (ut alibi ſæpè) quod apud peritos & iuris prudentes, & legiſlatorem, dubium non eſt apud nos uerò & imperitos ſic, ut per Barto.in l. ubicunque.col.vii.ff.de int. act.Cyn.in l.ii.C. de bon.poſ.ſecund. tab. not. in rub.plenè ff.de reb. dub.uel quod auxeſis figura ſit, id eſt augumentatio, ex quo nulla lex eſt quæ non habeat dubitationem.d.l.quod Labeo.

Et quod ſicuti pactis priuatis liberi non poſſunt effici ſerui, pari modo nec liberti poſſunt effici libertini. l. ingenui. C. de inge. ma. l. fina. C. de collu. dete.

De vſucapione pro hærede.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Diodoro.

OPINIONE FALSA mortis pro hærede poſſeſsio rerum abſentis procedere non poteſt.

Dubitãdi rationem faciebat, quod uſucapio procedat & potiſsimũ quia poſſidens ea tenebat ſeu poſsidebat pro hærede, & quidem bona fide.l.plerique.ff.eo. not. glo. in l. i.ff.eod.& uidetur caſus in l.non ſolum.in §.idẽ. ff.de uſucap.ubi qui exiſtimauit ſe hæredem incipiet fundum pro hærede poſsidere. Et idem dicit in uſucapione pro legato, tex.in l.iiii.ff.pro lega.ibi in horum enim perſona ſubeſt iuſta cauſa quæ ſufficit ad uſucapionem. nec ſecus in l. fina. ff. eodem.

Contrarium tamen hic deciditur.& in d.l.i.ff. eo.&

eo. & ratio deciſionis eſt, quia error falſæ cauſæ titulum nõ tribuit uſucapionis.l.fi. ff. pro dona. nec ius facit præſertim (ut inquit Bal. & benè) in lucro captando & quis etiam uiuentis nulla eſt hæreditas.l.j.ff.de hær.uel act. uen. l. hæreditas. ff.de uerbo.ſignifica.l.neminem.ff.de acqui. hæ, in terminis. Sed hic falſa opi.putabat poſsidens, abſentem mortuum eſſe, ſeq; ab eo hæredem inſtitutum, cum tamen uiueret aliumq; ſibi feciſſet hæredem, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id uerum eſt, ex quo hæres erat qui rẽ defuncti carentis titulo tenebat pro ſua & bona fide quidem, longe alienum à caſu noſtro, in quo erat error in cauſa, poſsidenſq; mala fide poſsidebat, tum quis non erat hæres, & quia (ut dictum eſt) teſtator etiam uiuebat. Non ſecundum, quia ibi quoque ille qui cœpit fundum pro hærede poſsidere iuſtiſsimam habebat cauſam exiſtimandi ſe hæredem, uel bon. poſ. ut ſignanter dicit tex. hic autem falſa opi. poſsidebat, ergo. Ex quibus tollitur etiam vltimum, ſecum ſolu. afferens, quod & in inductione liquet repetenda ibi, in horum enim perſona, ſubeſt iuſta cauſa, quæ ad uſucapionem ſufficit, hic autem falſa fuit (ut ſupra, & ſignanter in tex.) ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod opinio falſa & error, non debet præiudicare ueritati, ſed erranti tantum, & ſi ipſi ueritati non ſit conſons ut hic reiici, clem.ne Romani. & ibi Cardi.col.i.de electio.l.illicitas. §.ueritas.ff.de offi.præſi.Specu.in §. ſatis. nu. 3. de diſputa.& allega.

Et quod uſucapio requirit bonam fidem, iuſtũ titulum, quod res non ſit uitioſa & quod poſſeſsio durauerit uſque ad ultimum diem, quem ſufficit tamen attigiſſe.l.in uſucapione.ff. de diuer. & temp. præſcr. Idem Card.in cle.j.col.ii.de ſeq. poſ. & fruc. Vbi aliàs hic opinione falſa mortis, poſſeſsio pro hærede rerũ abſentis proceſſerat, ni mirum igitur ſi uſucapi non potuerunt.

Et quod dictum in l.ſine poſſeſsione.ff.de uſucap.& in rub.ubi glo.ff.de acqui.poſ.quod uſucapio ſine poſſeſsione non procedit, debet intelligi ſano modo, niſi poſſeſsio ſit falſa opinione mortis abſentis, qui tamen uiuebat ut hic, quoniam tunc perinde eſt ac ſi bona ipſius poſſeſſa non fuiſſent: argumentum in l.iiii. in §. condemnatum.ff.de re iudi.& in l.Paulus.ff.de uer.ſig. & in l.ii.in §.j.ff.quemadmo.teſta.ape.

Et quod temere nihil agendum eſt, ut hic pro hærede falſa opinione mortis, bona & res abſentis (ut dictum eſt) poſſediſſe ex quo temeratoris pœnam luit poſſeſſor, ut nihil ualeat uſucapio: argumentum in l.teſtamento Centurio. ff. de ma. teſta. & in l. ſi quis obrepſerit. ff. ad legem Corneliam de ſica.

Et quod deniq; negatiua prępoſita uerbo poteſt, (ut alibi diximus ſæpè) priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam, ut etiã dicit glo. formalis allegari ad idem ſolita in c.j.de reg.iur. in vj. nouiſsimè Bar.in l.de his.ff.de tranſa. & in l.Gallus.ubi etiã Bal.& Iaſ.latè col.iiij. in prin. legis.ff.de lib.& poſthu. Idem Bal.in l.j. col. xvj. C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt. Qui dicit etiam in ſtatut.præſentia.nu.1.quod ubicunque potentia deficit, ibi actus irritatur, & ſenſus eſt hic, poſſeſsionem pro hærede, rerum abſentis, eius qui falſa opinione mortis poſſedit, nullo modo procedere poſſe. Finis.

De præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorum.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Hermogeni.

DIVTINA POSSESSIO tantum iure ſucceſsionis ſine iuſto titulo obtenta, prodeſſe ad pręſcriptionẽ hac ſola rõne nõ põt.

Dubitandi rationem faciebat, quod diutina poſſeſsio (de materia huius legis dixi ſatis in l.opinione.ſupra de uſucap.pro hęre.ideò hic ero breuis) ad præſcriptionem proſit; quia ſi regulariter ſine poſſeſsione non procedit, ut formaliter dicit tex.in l.ſine poſſeſsione.ff.de uſucap. not.glo.in rub.ff.de acqui.poſ.à cõtrario, dubio procul admittetur, ſi maximè diutina fuerit, decem ann. inter præſentes, uiginti uerò inter abſentes. l. ſi cum fideicommiſſaria libertas.§. Ariſto.ff.qui & à quib. Et maximè ſi poſsidens bonafide poſſederit, quæ in materia pręſcriptionis, & inter alia, præcipuum quiddam eſſe uidetur, cauſaturq; ex diutina poſſeſsione ut tradit Ange.in l.pe.C.quibus non obiici.longi temp.pręſcr.Alex.in apoſt. ad Bar.in l.ex diuerſo.ff.de rei uendi.

Contrarium tamẽ hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia dici ſolet quando duo requiruntur à lege quod non ſufficit alterum interuenire, l.iij.& ibi Flor.col.j.ff.ad leg. Aquil.argu.in l.cũ hi.in §.ſi prætor.ff.de tranſa.Bar.conſ.cliiij.col. ii.Bal.conſ.cccj.col.iij.uol.j. uerum hic iuſtus titulus requiritur & non putatiuus.l.ſi is cõtra quẽ. l.ſuper longi.infra eo.& hic. ipſeq; requirit bonam fidem ſine obice contradictionis iuris & de iure.l.ſi ancillam. ff. pro ſuo. nec poſſeſsio poteſt eſſe ſine titulo, ut ibidem & tradit Bal.conſ. cccxj.in prin.uol.j.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nõ primum, quia fateor ſi titulus præcedat (ut dixi) & probatur in l.longi.ſupra eo.& in l.Celſus. ff. de uſuca.nouiſsimè, aliàs ad præſcriptionem nõ proderit, quanquam diutina. Non ſecundum, quia nec id negamus, quod ſcilicet bona fides non ſit præcipuum quiddam in præſcriptione, ſed ita demum, ſi à iuſto titulo cauſetũ ut ſupra aliàs

bonæfidei poſſeſſor non diceretur, nec ſufficeret poſsidentem credere ſe inſtitutum fuiſſe hæredẽ & teſtatori ſucceſsiſſe, cum tamen alius uocatus & inſtitutus fuiſſet, & ut latius dictũ eſt in pręal lega. l. opinione.

Præſtatq; hæc nobis argumentum ad multa & maximè, quod ſi deficiat unum de ſubſtãtialibus, actus corruit. d. §. ſi prætor. Bar. in l. ſi curatorem col. ii. C. de reſti. in integ. ut iuſtus titulus hic. & generale eſſe dicit Bal. quotienſcunq; plura copulatiuè requiruntur, ad ſolemnitatem ipſius, qđ ſi unum omittatur adhuc totum uitiat in l. ad teſtium. in §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſta.

Et quod titulus (quod ad declarationem notandum puto) idem eſt ꝙ cauſa, quodq; nil aliud eſt dicere, quo titulo poſsides, niſi ex qua cauſa, ſiue quo iure poſsides. l. cogi. C. de peti. hær. Bald. conſ. x. ad fi. uol. v. ſi quis ergo ſine cauſa, ſiue ſine titulo poſsideat (ut dictum eſt) nihil agit & ita in ſimili inquit Iuriſcõ. in l. pe. ff. pro dona. & eſt argu. in l. ii. in §. circa. ff. de excep. do.

Et quod iuſtus dicitur eo quod ſit uerus, & tẽdat ad dominij tranſlationem, & quod ceſſet alienæ rei ſciẽtia. l. iuſto. ff. de uſuca. l. apud antiquos C. de fur. Vel & aliter, quod omnis ſit dicamus, quem prætor tueatur etiam cum alienæ rei ſcientia. l. & generaliter. ff. de noxa. Bal. cõſ. cccclxxx. ad fin. uol. v.

Et quod ex poſſeſsione pacifica iuncta titulo, præſumitur bona fides, & longe magis, quia ex titulo ſimpliciter etiam idem dicimus. l. pen. infra eo. l. improba. de acqui. poſ. l. intra utile. §. uendẽtibus. ff. de minio. Bal. conſ. præallega. cccclxxx. ad fi. uol. v. & quod poſſeſsio ſola nõ faciat titulum, eſt bonus tex. in l. herennius. ff. de decurio. Bellame. deciſio. dccv.

Et quod deniq; diutinam poſ. non tribuere titulum dicitur hic, ex quo antiquiſsima habetur pro titulo. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uer. ſig. Abb. in c. quanto. nu. 9. de tranſla. epi. Feder. de Sen. conſ. ccxxiiij. Dec. conſ. cxxvj. col. ii. uol. j. & cõſ. cclxxj. col. j. uol. j. dixi ego latiſsimè in dialog. inq; lib. j. locorũ cõi. xix. Finis.

ADDITIO.

Quod titulus etiã præſumitur in his quæ ſunt modici præiudicij ut not. Bar. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſu. & in l. ſi certis annis. C. de pact. Ferrariẽ. in l. i. col. x. C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. ergo non aliàs & regulariter ut hic. caſuſq; iſte & ſuperior, ſpeciali ratione procedere uidentur, ille propter antiquitatem, cuius non parua eſt auctoritas. l. ſi arbiter. ff. de proba. iſte uerò, quia modica non curantur: argumen. in l. ſcio. ff. de reſti. in int. & in l. quotiens. C. de preci. Impe. offe. ea de re firmant regulam in caſibus non exceptuatis, arguuntq; ius commune eſſe in contrarium ut hic, uulga. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi. capitulo præſenti. §. loca. de præben. in ſexto.

In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Dionyſio.

IN SERVORVM PROprietatis negocio, cũ vſucapio locum habeat, ad quæſtionem longi temporis præſcriptionis ſuperfluo peruenitur.

Dubitandi rationem faciebat, quod in ſeruo præſcribendo non modo titulus & bona fides uerum etiam longum tempus requiratur, & poſſeſſio diutina ut dictũ eſt ſupra, in l. diutina. de præſcrip. longi. tempo. & triennium non ſufficiat, quia uidetur caſus clarus in l. iii. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. ubi non modo in prędiis uerũ etiam in mancipiis longæ poſſeſsionis præſcriptio deſiderari uidetur decem annorum uel (ut diximus) uiginti, quod ibi gl. declarat, & de quo tex. etiam hic. Et magis in terminis facit tex in l. i. C. de ſer. fugi. ubi ad literam dicitur, ſeruum nec uſucapi nec præſcribi poſſe. Et pręcipuè quia uſucapio & præſcriptio genere ſunt idem.

Contrarium tamen deciditur hic, & ratio deciſionis eſt, quia in rebus mobilibus triennium ſufficit ad uſucapionem. l. unica. §. cum autem. ſupra de uſucap. transfor. Verum ſeruus rei ap. continetur. l. omnia. §. fi. ff. de leg. ij. not. in l. j. ad fin. ff. ſi cert. peta. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, quia tex. in d. l. iii. loquitur (ut etiam hic rurſum not. per glo. & Docto.) in ſeruo aſcriptitio, nanq; is pars rei immobilis eſſe cenſetur, ergo nimirum ſi præſcriptio longi temporis requiritur: argumentum in l. quæ de tota. ff. de rei uendi. & in l. quæ religioſis. ff. eo. & in c. tranſlato. de conſti. & eſt ſol. ipſius met Iuriſconſul. in d. l. iii. Non ſecundum, quia (ut inquit glo. hic etiam) res eſt tunc uicioſa, nec uſucapi poteſt. §. furtiue. inſti. de uſucap. ultra eam. Vult dicere, quod ibi ſeruus erat fugitiuus nec ab re ſi neque uſucapi poteſt neque præſcribi, ne ſeruorum fuga (ut formaliter dicit tex. ibi) dominis ſuis ex quacunque cauſa fiat damnoſa. Non ultimum denique, quia licet ſint idem in genere, ſpecie tamen differunt & ſunt diſtinctè, & propterea quod oppoſitum eſt in forma præſcriptionis (ut inquit Bal. & benè) probatum eſt in forma uſucapionis, & ſufficit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ubicunque fit uſucapionis mentio, & rei mobilis, ibi debet intelligi triennij ſpacio cauſari, ut ſupra, & inſtituta

de uſucap.in prin.quod & hic etiam ſubaudiri debet,quanquam tamen uirtualiter intelligatur.

Et quod uſucapio à præſcriptione differt,primum,quia hic ut diuerſa ponuntur,& in rub.inſti.de uſucap.per copulam et,quę huiuſmodi eſt, quæque ſui natuta diuerſa copulare quærit ſemper,iuxta glo. nulga. in rub. de iur. & fac. igno. demum quia minus tempus requiritur in uſucapione ut ſupra,quàm in præſcriptione, in illa ſcilicet triennium,in iſta uerò decennium inter præſentes,uiccunium uerò inter abſentes ut in loco prællega.inſti.ſcilicet de uſucapio. in prin. Vbi Por.col.ii. quoque rationem aſsignat, hoc ideò eſſe,quia in rebus mobilibus tractatur de minori præiudicio quàm in immobilibus. & quia ultimo loco in uſucapione quæritur dominium directum,utile uerò in præſcriptione,ex quo iſtud in rebus mobilibus nō datur ut per glo.in §.adeò inſti.loca.latius Por.in loco præallega. de uſuca. eo.lib.in prin. col. iiij.

Et quod hodie immobilia præſcribuntur uſucapiuntur uerò mobilia,ut hic, & in loco præall. quoniam olim uſucapionis nomen erat commune tam immobilibus quàm mobilibus ut pulchrè declarat Flor.in l.ædes.in §.i.ff.de ſerui.urbano. prædio.quod unum referre uoluimus, ne quid antiquitatis ignoretur pœnitus,ut inquit tex. inſti. de teſta.in prin.& Specu.in prin.eo.titu.

Et quod nihil ſuperfluo agendum eſt. §. quibus.in prima conſti.Cod.glo.in l. inſtrumentorum.C.de preci.impe.offe.& in c. legabatur. de maio. & obedi. ex quo iura ſuperfluitatem reiiciunt non curant,nec eorum ratio inquit Bald.in ſtatu.inſtrumentum.nu.15. & iſtud eſt quod dicitur in l.hęc ſtipulatio.in §.diuus.ff.ut lega.no. caue. fieri non debere quod factum non releuat. & in prællega.c.legebatur uirtualiter.dum glo. allegat tex.iſtum. Et alibi fruſtra quoq; fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora in l. dominus teſtamento.ff.de condi.indebi.pulchrè Cyn. in l.ſi non conuicij.col. ulti. C. de iniur. Lapſu triennij igitur locum habet uſucapio, abſque eo quod longius tempus expectetur.

Et quod denique id dicitur tale, quod eſt ſimpliciter tale,& non ſecundum quid. l. hoc legatum. ff. de lega. iii. uſque adeò ut lex loquens in ſimplici non habeat locum in qualificato,exempli gratia in ſeruo hic, ſi non ſit ſimpliciter ſeruus ut ſupra, & nouiſsimè declarat Præpo. Alexand.in capitulo ad id. col.ii. de ſponſa. Et hinc à ſimili diſpoſitum eſt, ne Iudæus mancipium Chriſtianum habeat.l.i.& in rub.C.ne Chriſtia. mancip. & tamen habebit & poſsidebit ſi fuerit ſeruus aſcriptitius, caſus eſt ſtupendus in c.multorum. de iudæ. quem ad idem exclamat Barba. in l. ſecunda. in §.ex his. columna decimaquinta. ff. de verborum obligatio.& Bauer. in §. teſtes.nu.15.inſti. de teſta. Finis.

Quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio.

Impp. Diocletia.& Maximian. AA& CC. Numidio rectori Italiæ.

NON EST INCOGNITUM, id temporis, quod in minori ætate trāſmiſſum eſt, longi tamporis præſcriptioni non computari. ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem ętatem dominus rei peruenerit.

Dubitādi rationem faciebat,quod minori currat(difficulter enim hoc caſu (ni fallor) oſtendi poteſt, hac de re qualiſcunq; fuerit hæc, ſatisfactum iri putabo,iuxta uulga. glo. l. eunuchi. C. qui teſta.face.poſ.)præſcriptio,tametſi ſibi nulla poſsit negligentia imputari, quia alibi habebam ſeruitutem aquæ ducendę ex fonte,fons exaruit, aquam ducere non potui, mihi nulla negligentia poterat imputari,& tamē dicit tex. quod præſcribitur,& ſeruitus amittitur in l. & Attilicinus. ff. de ſerui. ruſti. prædi. & ita etiam per illum text. Bar.in l.Senatuſconſulto.nu.2.ff. de offi. præſid. & Bal.in l.j.in vj.col.C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt.Et ad idem uidetur etiam caſus in l.fi. ad fi. ibi nulla ſcientia,uel ignorantia expectanda. C. de præſcrip.long.tempo.tradit Bar.in l.j. in §. ſi quis autem.ff.de iti. actuq; priua. Et quia deniq; eſto quod minori propter ætatem negligentia imputari non poſsit, poteſt tamen eius curatori, cur tempus labi permiſerit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt,mihi minor ætas,quæ ipſum excuſat, & tuetur,ea de re(ſubiicitur hic rurſum) cum primum ad maiorem ætatem peruenerit, quod incipit currere. Et facit etiam regu. quàm naturalē admodum dicit Bal.in auth.niſi triennale.C.de bo.mat.in prin. quod impedito & nō ualenti agere non currit præſcriptio.l.i.ad fi.C.de anna.excep.l.non enim.ff.ex quib.cau.maio. Bal. in ſtatu.præſcriptio.nu.17.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum,quia ibi impedimentū eſt facti,cuius difficultas præſcriptionis curſum nō impedit, hic autem iuris.l.quoties.C. de precib. Impe. offe. l. pacta nouiſsima.& utrobique Cyn. C. de pactis. Bald. in d. l. prima. C. qui admi.nimirum igitur ſi non currit hic,eoque magis dicemus non obſtare, quia eſto quod dicto caſu currat contra me præſcriptio, ſum tamen quamprimum reſtituendus ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa ſub eſſe uidetur, de qua in l. j. ad finem. & l. ſed & ſi per prætorem. in princip.ff. ex quib. cau. ma. & not. in d. l. & attilicinus. Ex quo ſecundum

quoque tollitur, loquens in præſcriptione ſeruitutis habentis cauſam continuam, cauſata contra ſcientem uel ignorantem, cui non datur reſtitutio, ex quo lex ita diſponit, ut pulcherrimè declarat Bal. in d.l.j.col.vii.C.qui admi. & ſic in maiore, non autem in minore, inter quos longe diuerſa eſt ratio, & non mirum ſi diuerſum ius quoq; ſtatuitur. l. à Titio. ff. de uer.ob.l. Papinianus exuli. ff. de mino.l. naturaliter. §. nihil commune. in argumentum. ff. de acqui. poſ. Hinc ortum prouerbium eſt, quid ad rumbum? Nihil cũ fidibus graculo: nec Amaricino ſui. Non ob. ulti. quia curatoris negligentia, non debet obeſſe minori, nec poſſe eius conditionem deteriorem reddere: argumentum in l. ignorantias. ff. de procu. & in §.j. inſti. de aucto. tuto. & cum ita lex etiam ſtatuerit hic, eidem ſtandum eſt. c. in iſtis. iiij. diſt. gloſſ. in l. ſi non fuerint magna. ad fin. ff. pro ſocio. Bal. in d.l.j.C. qui admi.

Præſtatq; nobis hæc argumentum ad multa & maximè, quod præpoſterum eſt prius præſcriptionem currere, quam poſſe agere, quod multis modis contingere poteſt, inter quos hic vnus eſt, propter perſonam ſcilicet habentis actionẽ, quæ tamẽ non poſſit exerceri & vt per Bal. latius in l. in rebus. col. ii. C. de iure do.

Et quod longa temporis præſcriptio, eſt decẽnij. inter præſentes, uicennij uerò inter abſentes ut inſti. de uſucap. in prin. & in l. pe. infra eod. & in l. fi. ſupra de præſcrip. long. tempo. & diximus in l. diutina. eo. titu.

Et quod melius eſt intacta iura minorum ſeruari, quàm poſt uulnerata cauſam remediũ quærere, & ideò uerus intellectus eſt hic, minorẽ ipſo iure ſeruari illæſum, uſq; adeò ut reſtitutione etiam non ſit opus. l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſa. & ſic nõ modo hodie & iure nouo, uerũ ẽt olim & ueteri & ut hic in gl. latius.

Et quod hinc dici etiam ad idem ſolet, ubi cõpetit remedium ordinarium, non eſſe ad extraordinarium recurrendum. l. in cauſis. ff. de mino. not. glo. in d.l. fi. latè Docto. in l. in prouinciali. ff. de nou. ope. nun.

Et qđ deniq; diſpoſitio. d.l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt ne. dicens nullam præſcriptionem currere contra minorem, generalis eſt quo ad cauſas, ſpecialis autẽ quo ad perſonas vt hic. & latius declarat Ro. in l.j. in §.i. col. ii. ff. de nou. ope. nuncia. Finis.

Quo modo & quando iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, vel vna parte abſente.

Impp. Diocle. & Maximia. AA. Marino.

EA, QVAE STATVVNTVR aduerſus abſentes, non per contumaciam ſcilicet denũciationibus nequaquam ex more conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere, certum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia cõtra abſentem ferri poſſit, & lata ualeat tametſi contumax non ſit. quia (ut alibi dicit pulcherrimè text. in l. properandum. in §. ſi autem reus. in uerſi. cum autem. C. de iudi.) litigatoris abſentia, Dei præſentia repletur. Et uidetur caſus clarus in l. ij. in §. quod de frumentaria. ff. de admin. re. ad ciui. perti. ibi, deque & ſi contra abſentem pronuntiatum eſt, inanis querela eſt, quia (dicit ibi glo.) ualet pronũciatio. & quia ſi certus eſt (ſtant enim iſta ſimul, quod fuerit citatus, & tamen ob id non ſit contumax ut hic per Docto. & ut infra latius) non amplius eſt certificandus uſque adeò ut ſententia omnino ualeat. l. i. ad fi. ff. de actio. emp. l. de tutela. & ibi Odofre. C. de in integ. reſti. mino. l. quidam decedens. §. fi. ff. de admi. tuto.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia non æquè cõuenit in abſentem ſententiam ferri poſſe, ſi contumax non fuerit. l. abſentem. in prin. & in §. i. ff. de pœn. ergo nec lata (ut hic dicitur) ualebit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum quia id uerum eſt in actore uel reo, ſi lite conteſtata ſe ſubtrahat, & ſic contumacę, quo caſu iudex examinat negocium pro eo qui eſt præſens & diffinit, ſuppleturq; abſentia alterius, præſentia Dei, ergo non ſi abſens contumax non ſit. Non ſecundum, quia ibi certum erat abſenti defenſionem non competere, ideò nec citatio requiritur, nec contumacia deſideratur, ut ibi Barto. declarat, & Alex. in l. ſi pacto quo pœnam. col. prima. C. de pactis. But. & Abb. in capitulo cauſamque. de reſcrip. Iaſo. in l. ne quicquam. in §. ubi decretum. col. viij. de offic. procon. & in l. ſi quis arbitratu. in 11. ff. de uerbo. oblig. latè Gramma. deciſio. xxxvj. nume. 72. & deciſio. lxv. nume. 9. & alij quos non refero breuitatis gratia. Non ultimum denique, quia non eſt certus eo modo quo requiritur, ut ſit contumax, & ut non ab re poſſit in eum etiam ſententia ferri, & ita declaratur quod dicitur in præalleg. l. i. argumentum not. per Bar. in d.l. quidam decedens. in §. fi. ff. de admi. tu. Floria. in l. qui foueas. ff. ad legem Aquil. l. ad peremptorium. ff. de iudi. l. tres denunciationes. infra eo. & fuſius ut hic. per glo. Bal. Pau. Caſt. & Saly.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod adeò uerum eſt iſtud ſententiam ferri in abſentem non contumacem haud poſſe, latamq; non ualere, etiam ſi lata eſſet in fauorem ipſius ut inquit gloſſ. hic per text. in l. furioſo. ff. de re iudica. & benè licet Paul. Caſt. ſentiat contrarium & malè, ex quo opinio. communis eſt cum glo. ut inquit Iaſ. in l. ne quicquã. in §. ubi decretum. col. ix. ff. de offi. procon. quam

not.etiam ad idem dicit Abb.in c.quoniá cõtra.
col.v.dę proba.& rationem aſsignat Pet. de Ra-
ue.in aureo Alpha.ſub ſententia,ad fi. per quam
tollitur illa Pau.hic,dic ut per eum.

Et quod ſi non ualet ſententia lata contra ab-
ſentem citatum non contumacem tamen, ut ſu-
pra,multo minus ualebit lata contra abſentẽ nul
lo modo citatum.l.de unoquoq;. ff. de re iudi. l.
nã ita diuus.ff.de adop.cle.paſtoralis. de re iudi.
d.l.abſentẽ.ff.de pœ. Anch.cõſ.ccclxxxvj. col. ii.

Et quod mos fidelisſimę uetuſtatis ſeruandua
eſt.l.teſtamentum.C.de teſta.argu.in l.i.in §.qui
mandatam.ff.de offi.eius.cui man.eſt iur.& in l.
more maiorũ.ff.de iur.om.iu.& in l. liberorum,
in §.j.ff.de his qui not.infa. & in l. ſed & ſi. in §.
hæc clauſula.ff.ex quib.cau.ma.& in l. moribus,
ff.de uulga.& pup.ſubſti.uſq; adeò ut abſens nõ
citatus debito modo & ut motis eſt, etiam con-
tumax non ſit ut ſupra.

Et quod quanquam aliàs ſententia lata fuerit
Piſis anno M CCCXIII. v.Kal.Maij, con-
tra Robertum Siciliæ Regem,anno rurſum v.Re
gni,Imperij uerò j.abſentem,ut refert Cardi. Za
ba.in cle.præallega.paſtoralis.col.iii.non ualuit
tamen,quia citatus non fuerat debito modo,nec
erat contumax.de quo tamen ibi latè per Docto.

Et quod denique contumacia nihil aliud eſt
quàm contemptus prętoris ſiue iudicis ut inquit
Bal.in c.auditis.nu.j. de procurato.nimirum igi
tur ſi ſententia in contumacem ferri poteſt ab-
ſentem,aliàs non. adeò deteſtabilis rurſum, ſi ſit
cum contemptu, ut non modo ſententia in eum
ferri poſsit, uerum etiam audientia denegari. l.
diffamari. C. de ingen. ma. Barto. in l.ſecunda.
nume. ſecundo, & tertio. & ibi Deci.xxx.ubi &
nos latè.C.de eden. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.
A A. Bleſio.

CVM NON VOLVNTATIS
tuæ arbitrio, ſed neceſsita-
te profectus ſis: quidquid
contra te abſentem ſtatutum fuerit,
quando abſentiæ cauſa neceſſaria fuit,
officere tibi iuris ratio non permittit.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſenten-
tia nocet abſenti, quia lata eſt ſeruatis ſeruandis.
l.prolatam.C.de ſenten.Et quia etiam cum de iu
re ex hoc ualeat,non poteſt eidem non obeſſe.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deci
ſionis eſt,quia nihil ſibi imputari põt, & (ut di-
cebam proximè in l.ea quæ.) eo tunc lata nocet
abſenti, contumaci, hic autem contumax non
erat, abſens ex cauſa neceſſaria (ut ſignan-
ter dicitur in tex.) ergo eſto quod ualeat, non
oberit tamen effectualiter, ex quo reſtituetur.l.j.
ad fin. l. ſed & ſi per prætorem. in princip.ff. ex
quib. cauſis maio. l. fina. ff. de reſti. in integ.

Ex quibus dubitationem facientia & ad oppo
ſitum adducta, tolluntur facilè, quoniam uerum
eſt quod lata fuit ſeruatis ſeruandis, quodque
de iure ualuit, ſed non tamen quod obſit, ex quo
abſentia neceſſaria priuilegiata eſt, & (ut dixi)
oĩmodo hac de re reſtituet.Si maximè hoc idem
ignorauerit iudex,abſentiã.ſ. neceſſariam fuiſſe,
qm̃ aliàs ſi ſciuiſſet tunc fuiſſet ſententia ipſo
iure nulla.& ut hic per Bar.& Docto.latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad mul
ta & maximè,quod quando duo ſunt eandem ra-
tionem habentia & unius tantum mentio fiat,fie-
ri dicitur exemplariter nõ reſtrictiuè.l.imperiũ.
ff.de iur.om.iud.Bal.in l.de quibus. col. xiiij. ff.
de legi.unde eſto quod de abſentia neceſſaria hic
dicatur tantum, uendicant tamen ſibi locum ſu-
pradicta etiã in probabili ut hic rurſum not. per
glo.& Scriben.& in l.i.in gloſſ. proficiſcatur.ff.
de offi.eius cui man.eſt iuriſ.

Et quod ſi abſentia fuiſſet uolũtaria,utiq; ſen-
tentia ſibi obeſſet,& maximè cõtumaci, ut ſupra
in l.ea quæ.eo.tit.ubi dictum eſt ſatis,& ad pro-
poſitum eſt argu.in l.quæſitum.in §.deniq;.ff.de
fun.inſt.ubi uulgatum illud exceptio in uno ca-
ſu firmat regulam in non exceptuatis. & innuit
tex.in primis uerbis.

Et quod adeò priuilegiata eſt abſentia neceſ-
ſaria & probabilis præter hæc, ut non obſtante
ſtatuto, quod lapſo termino banni non recipia-
tur aliqua defenſio,poſsit tamen allegari neceſ-
ſaria & probabilis abſentiæ cauſa, ſaltim ope re-
ſtitutionis in integrum implorandæ,de quo per
Bal.aliàs in l.ſeruum quoque. in §. publicè. col.
vii.ff.de procura.

Et quod fauorabilior eſt reſtitutio, quæ con-
ceditur abſenti ex cauſa neceſſaria & probabi-
li,quàm illa quæ conceditur ratione minoris ęta
tis ut ſentit Saly.in l.i.C.de milita.teſta. de quo
tamen dubito,ut per Bal.in d.l.fi.ff.de reſti.in in
teg.not.in l.ſi qua militi.ff. ex quibus cau. maio.
Areti.pulchrè conſ.clxj.col.iii.

Et quod denique ibi non eſt uoluntas ſolida
ubi arbitrium non eſt liberum,tametſi coacta uo
luntas ſit.l.ſi mulier.§. ſi metu.ff. quod met. cau.
c.meritò.xv.q.j.ſed(ut inquit Bald. hic) non eſt
uoluntas libera ſed ſecundum quid,exemplificã-
do ut per eum. adde tu quod conſenſum & diſſen
ſum in ſe ſimul habet, fitq; permixtio contrario-
rum in eodem ſubiecto, & reſultat inde quoddã
mixtum in anima,ex quo libertas huius diſſentit
ſed conſentit ſenſualitas ne maius detrimentum
patiatur,ita idem Bal. in c. cum inter. col. ii. de
elect.& hoc eſt quod dicit tex. (rurſum adde tu)
in c.ſacris.quod met. cauſa. quod coactus magis
pati quàm agere dicitur. nonnihil ego in l.de-
bitori.in ſecunda lectu.C.de pactis.& in l. ædem.
C.loca. Finis.

De ſententiis & interlocutionibus omnium iudicum.

Imp. Alexander A. Vectio.

PRAESES PROVINCIAE non ignorat diffinitiuã ſententiam, quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet, pro iuſta non haberi.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia ualeat & iuſta ſit, quanquam condemnatiouem uel abſolutionem non habeat, quia uidetur caſus clarus in l.quid tamen.in §.i.ff.de arbi.ubi pronũtiatum ualet quanquam dicat ſolum arbiter Titium nihil debere Seio.Et idem in l.in ſumma.ff. de re iud.quod ſatis erit ſi iudex ẽt ſic alicui prę. ſtari aliquid,uel ſolui iuſſerit.& ĩ l.eos.in fi.prin. C.de ap.ubi ſufficit pronuntiare pariter, ſententiam iuſtam uel iniuſtam.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſententia maturo iudicio fieri debet,ſolemniter,& ſcribi,ſeruatiſq; ſeruandis.l. prolatam.infra eo.c.iudicantem.xxx.q. v. c. tum ex literis.de reſti.in integ. igitur ſi condemnationem uel abſolutionem non contineat, ſententia non erit,pro iuſta non habebitur (ut inquit textus)& erit nulla.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,quia ſolo hoc uerbo tolluntur omnia ad idem tendentia (ut etiam hic per glo. & Docto. Bar.Bal.Saly.& alios) condemnationem uel abſolutionem continere uirtualiter,licet præciſè non dixerit condemno uel abſoluo,ſufficit enim qũocũq; cõſtet de mente iudicis, ex quo illa potius quàm uerba attendi debet.l.iii.§.conditio.de adi.leg.l. fi. C. quæ res pig.obl.poſ.l.promittendo.ff.de iur.do. c.Marchio.i.q.i.no.in d.l.in ſumma. Aliàs ſi ſententia nihil contineret abſq; dubio foret nulla in iudicio fin.regun.inquit Bal.conſ.ccccxx.col.ii. uol.i.& conſ,ccccxlv.col.i.uol.v.quod illa diſputatio uti poſsidetis ita poſsideatis.l.i. C. uti poſ. in illo locum non habet,cum ſit petitorium, & ſi diceretur uti petitis ita petatis, nihil (ut dixi) contineret.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſimilium eadem eſt natura, præſertim quando ſunt ſimilia ſimpliciter ut hic & in iuribus ſupra allega.& in l.fi.ff.manda. Bal. pulchrè in l. humanitatis. col. iii. C.de impube. & ali.ſubſtitu.

Et quod effectus non modus loquendi,curandus eſt,ut ſupra,& in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.& in l.ordo. ff. de publi. iudi.& in d.l.fi.ff.manda. Idem Bal. in l.cum mulier.in pen.col.ff.ſol.matri.

Et quod in non deſiderantibus certam formã ſufficit qualitercunq; perueniamus ad effectum, quia de ſolo effectu quoq; cogitatum eſt.l. ſi mater.C.de inſti.d.l.fin.Bal.adhuc in l.ſi dotem. in fi.prin.ff.eo.ſolu.matri.

Et quod in actu diſpoſitiuo ut hic non refert quid ex æquipollentibus fieri ſeu dici, ex quibus rurſum idem effectus inſurgat, præallega. l. fina. ff. manda. in fin. Bald. in d. §. & quid ſi tantum. col. ii.

Et quod denique paria ſunt aliquid expreſſè dici ſeu per relationem certam. d.l.in ſumma.ff. de re iudi. plenè Feli.in c. ſuper quæſtionum. in prin.col.fi.de offi.dele.Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff.de condi.& demon.& ad propoſitum in materia quod per uerba æquipollentia pronuntiatio fieri poſsit,& facta ualeat,not.etiam in l. 1. ff. de re iudi.& in l.cum iudex.& ibi Bar.infra eo. latè Pau.Caſt.conſ.cclxxv.col.i.uol.ii. Finis.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Menodoro.

NVLLI, QVI STATVENdi facultatem non habet, interdicere patriæ cuiquam permittitur.

Dubitandi rationem faciebat.quod interdicere patriæ permittatur delegato, quoniam fungitur uice delegantis. l. prima.§.qui mandatam. ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſdi. l. ſolet. ff. de iuriſdi. om. iudi. uſque adeò ut nihil proprium habeat ſed iuriſdictione eius qui mandauit utatur.d.§.qui mandatam.uerum delegans ſtatuendi facultatem habet,ergo & delegatus, & conſequenter patriæ omnino interdicere poſſe ſiue relegare uidetur,eidemq; permiſſum eſſe. Et cum delegatus & arbiter æquiparentur.l.finali.C. ubi & apud quem. l. finali. C. de iudi. Bald. in c. quintauallis. col. penul. de iureiuran. nec arbitro hoc idem denegatum uidebitur.

Contrarium tamen hic deciditur,& ratio deciſionis eſt, quia interdicere patriæ, ſeu (ut dixi) relegare, eſt meri imperii, quod ſoli præſides habent & ſic ſtatuendi facultatem ut tradit Bartol. in l. imperium. nume. 10. ff. de iuriſdi. om. iudi. ergo & ipſi ſoli, interdicent patriæ & relegabunt.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia uerum eſt id, & procedit quantum ad ea, quæ ſunt delegabilia, ſed iſtud ipſum delegari non poteſt quanquam ſit meri imperii parui ſecundum Barto. in loco præallega. ergo. Et ſi non poteſt delegatus, quia (ut dixi) nec ius relegandi poteſt delegari, multo minus poterit arbiter qui nullam habet iuriſdictionem pariter. l. ait prætor. & ibi Iaſ. in princi. ff. de re iudica. l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſdic. omnium iudicum.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod eadem eſt qualitas fori & ſtatuti ut hic per Bal.& Anchara.per iſtum text. in c.canonum ſtatuta. col. lxx. de conſti. & hoc eſt ultra quod à ſimili dicebat etiam Deci.in c. quæ in eccleſiarum.col.ij.eo.titu.quod à pari procedunt forum ſortiri in loco & ſtatutis ligari.

Et quod interdicere patriæ ſeu relegare, expeditur officio iudicis nobilis, & reſpicit utilitatẽ publicam,ſed quia(ut diximus) non eſt Imperij meri magni,poteſt ſententia ferri in abſentem,& agitari cauſa etiam per procuratorem.l.pe.§. ad crimen.ff.de pub. iud.l.ſeruum quoque.§. publicè.ff.de procu.l.abſentem.ff.de pœn.Bar.in d. l. Imperium.nu.prællega.10.ff.de iur.om.iud.

Et quod dictio nulli,eſt uniuerſalis negatiua. l.nulli.C.de epiſco & cleri.l.nullam.C. ex quib. cau.infa.irro.l.nulli. ff. quod cuiuſque uniuerſi. nomi.& qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus.ff.de leg.iij.c.ſolitæ.de maio.& obe. ita Alexand.(ſenſus enim aliàs clarus eſt ex hoc)conſil. clxxxv.col.ij.uol.ij.

Et relatiuum qui quandoque ſtat augumentatiuè,quandoque reſtrictiuè, quandoque declaratiuè ut hic, & refertur ad ſuum antecedens cum omni ſua qualitate.l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. Por.inſtitu.de iur.natu.in fi.prin.l.à filia.§. teſtator.ff.de ali.& ciba.lega.Bar.in l.ſanctio legum.col.iij ff.de pœn.Pau.Caſt.conſ. cxl. ad finem. uolumi. primo.

Et quod denique non mirum eſt ſi interdicere patriæ,ſiue relegare,eſt meri imperij, ſiq; ſoli præſides,quique facultatem habent ſtatuendi, ſoli inquam id facere poſſunt,quoniam priuari patria,omnino magnum eſt quiddã,iuxta illud.Ci. Chari parentes,chari liberi,affines, & amici, ſed una omnes charitates complexa eſt patria.Sapiẽtiſsimuſq; olim uir,Ithacam illam patriã in aſperrimis ſaxulis tanquam nidum affixam, ſanè immortalitati antepoſuit. Finis.

Impp. Arcad.& Honor. AA.Iuliano Procon ſ. Aſiæ.

IVDICES TAM LATINA, quàm Græca lingua ſententias proferre poſſunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod ubi non eſt intellectus,ibi ſententia eſſe non pòt, & propterea lingua proferri debet qua poſsit intelligi & nõ Latina uel Græca,vt hic dicitur.Imò literis tã claris ut de plano rectè legi poſsit: argumẽtũ in l.ſed & ſi pupillus.in §. proſcribere.ff.de inſti. aliàs nec mitti executioni poſsit foretq; ſic indicium eluſorium & malè.l.ſi prætor.ff. de iudi. l. fi.ff.ne quid in loco publi.in terminis glo.in l.& ſi ſine.in uer.reſtitui.ff.de min.Pau.Caſ.ccccvij. col. i..uol. i. Bal.conſ.lxvij.ad fi.uol.iii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia iudicis officium latiſsimum eſt, ut dicitur in l.i.ff.de iuriſ.om.iudi.& cum in uerbis ſententiæ, forma ipſius ac ſolennitas non cõſiſtat:argumentum in l.in ſumma. ff. de re iudi. & in l.quid tamen.in §.j.ff.de arbi.& in l. prolatam.ſupra eo.dixi in l.præſes proximè, non mirum eſt,ſi tam Latina quàm Græca lingua proferri poteſt,Græca inter Græcos(ut hic dicit etiam glo.)Latina uerò inter Latinos. Imò, quia idioma partium attendi debet, potius quàm iudicis, & lingua,ſi eam neſciat iudex adhibebitur interpres,ut in ſimili in ſtipulatione dicitur in l. i. in §.fi.ff.de uerbo.obli.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quanquam ex his reſoluta maneant,nõ primum, quia uerum eſt in ſe,ſed non hic,quandoquidem ſit intellectus,ſi iudex lingua Latina loquatur (ut diximus)inter Latinos,Græca uerò inter Græcos. Vel quia linguam ſeu idioma partium non intelligat,adhibito interprete, ergo & ſententia inde eſſe poterit,& argumentum retorquebitur. tolleturq; ſic ſecundũ, ex quo clarè etiam & de plano legi poterit hoc modo. Et conſequenter mitti executioni,nec eluſoria erit utiq;, ſublatumq; manebit vltimum.& maximè quia ipſe eſt qui eã executioni mittit.l. i.& ibi Bal. & omnes. C. de execu.rei iudica.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quando plura ſunt eandem rationem habentia(ut dixi etiam ſupra in l. cum non uoluntatis.quomodo & quando iud.)unius autem uel duorum mentio tantum facta fuerit, exemplariter facta dicitur, & non reſtrictiuè. l. Imperium.ff.de iuriſdi.om.iudi.Bal.in l.de quibus.col.xiiij.ff.de legi.nouiſsimè addo text.in l. traditionibs.C.de pac.& in l. i. ff. de publicia.& vtrobique not. licet ergo Latinæ & Græcæ linguæ tex. hic mentionem faciat, aliàs tamen non excludit,declarando ut ſupra.

Et quod duarum linguarum mentio tantum hic facta eſt, quia iſtæ Latina & Græca ſcilicet ſunt præcipuè:argumentum in l.i.in §.fi.(allega. etiam ſupra) ff.de uerbo.obli.& eorum quæ not. in l.i.ff.ſi cer.peta.& in l.i.ff.ad Treb.S.con.

Et quod dummodo iudex à partibus intelligatur & modo quidem quo ſupra,ſatisfactum eſt legi,quacunque lingua inde ſententiam ferat:argumentum in l.fi.ff.manda.& in l.ſi mater. C. de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac.

Et quod quando fit aſimilatio,per aduerbia tã & quam, illud adiungitur aſimilato, iſtud uerò ei cui fit aſimilatio,ut hic,& in l.ut liberis. & ibi not. in prin. C. de colla. & ſic copulatiuè potius quàm comparatiuè.& in proœ.fforum. in pluribus locis ibi, tam friuolum quàm ridiculum. & ibi,tam legere quàm intelligere.& ibi tam athletæ quam gubernatores.& ibi,tam in regiis urbibus quàm in Beritenſium ciuitate.& alibi ſæpè.

Et quod denique uerbum poteſt, appoſitum in lege,non importat neceſsitatem præciſam,nec

cauſatiuam,

cauſatiuam, de ſui proprio ſignificato, quando aliud ſubiecta materia non dictat, unde eſto quod poſsit iudex hic ſententiam ferre tã Latina quàm Græca lingua, non tamen cogitur hoc facere ſi nolit, & not. aliàs in l. Gallus. in prin. in glo. poſſe. ff. de lib. & poſthu. Finis.

Si à non comp. Iudice iudicatum eſſe dicatur.

Imppp. Grat. Valentin. & Theod. AAA. ad pontium Mutium.

ET IN PRIVATORVM cauſis huiuſmodi forma ſeruetur, ne quẽquam litigatorum ſententia nõ à ſuo iudice dicta conſtringat.

Dubitationem faciebat in caſu præſenti, ſententiam etiam à non ſuo iudice ferri poſſe; latãq; tenere, quia uidetur caſus clarus in l. j. C. de iur. om. iudi. ubi iudex alterius fori quàm eſſent partes cognouit & ſententiam tulit, & tamen dicitur ibi, quod ualet. Et idem dicitur in l. cum Papinianus. & in auth. & conſequenter. C. de ſentẽ. & inter. om. iudi. Nec ſecus in l. non tantum. in §. ſed & Articulciano. ff. de fideicom. lib.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia unicuique ſua iuriſdictio conſeruari debet. c. peruenit. xj. q. j. nec falx ponenda in alienam meſſem. c. nullus. de parro. & nimirũ dicitur alibi. extra territorium ius dicenti impunè parendum non eſſe, in l. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et quod actor debet ſequi forum rei in l. iuris ordinem. C. eo. & quod nullitas ex defectu iuriſdictionis, ſiue iudicis incompetentis, quandocunque opponi poteſt ut per glo. in cle. i. de ſeq. poſ. & fruct. Bal. in l. generaliter. col. ii. C. de epi. & cle. & quod prius de iuriſdictione conſtare debet, inquit idem Bal. in l. cum mulier. col. vij. ff. ſolu. matri.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia eſto quod iudex eſſet incõpetens partium prorogatione tamen factus eſt competens. l. j. ff. de iudi. c. P. & G. ubi de materia latè de offi. dele. Ex quo à ſimili tollitur ſecundum, quandoquidem reconuentio idem operetur. d. l. cum iudex. ad fi. ibi. cuius enim in agendo obſeruat arbitrium, eum habere & contra ſe iudicem in eodem negocio nõ dedignetur. Et paulò ſupra, ad huc ibi, nulla ei opponenda exceptione quod nõ competens iudex agentis eſſe cognoſcitur. & ita declarat glo. in c. iij. de conſue. Non denique & ultimum, quia id fauore libertatis tolerabile eſt, ut ſenſit glo. in dicto loco & Saly. hic; & benè, eſtq; argumentum ultra eum in l. generaliter in §. ſi quis ſeruo. ff. eo. de fideicom. lib. & in l. cũ nerò. in fi. prin. ff. eo. & in l. iii. in §. j. ff. de alie. iudi. mut. cau. fac. & not. in d. l. fi. ff. de iur. om. iud.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod nihil prodeſt æquitas ſtatuti, ſi auctoritas ſtatuentis deficit, ut etiam habetur in l. cõſulta diualia. ad fi. C. de teſta. pulchrè Bal. in l. j. col. j. ff. de legi.

Et quod acta ſeu geſta per eum qui non iure electus ſit minimè ualent, ex quo electio ſiue collatio non habuit radicem neque fundamentum. c. fraternitatis. de hære. l. actuarios. C. de numera. & actuar. lib. xij. & hic tradit idem Bald. in l. Barbarius. col. xj. ff. de offi. præto.

Et quod non poteſt dici iuſtitia denegata ſi ex defectu iuriſdictionis ſententia nulla non fuit executioni per iudicem mandata, ut in pulcherrimo caſu repreſaliarum conceſſarum à D. Florentinis contra Lucanos, inquit Ro. con. xlviij. col. j.

Et quod omnis actus qui fit à iudice incompetenti, ſine ordine & ſine citatione fieri uidetur. l. ij. ff. de pœn. l. ſi pater. C. ne de ſta. defun. Bal. ſignanter per iſtum tex. & iura prædicta in c. j. in §. ſancimus. col. ii. quo temp. mil. in uſib.

Et quod denique non poteſt delegari cauſa, quæ ad iuriſdictionem delegantis non pertineat caſus eſt in l. j. & ibi glo. C. qui pro ſua iu. Finis.

ADDITIO.

Quod ſi quis eum qui non ſit ſuæ iuriſdictionis damnauerit, teſtamentum eius non erit irritum. l. ſi quis filio. §. quod ſi quis. & ibi gloſſ. per iſtum text. & iura proximè allega. ff. de iniuſto rup. irritoq; teſta.

Et quod acta quæ fiunt à iudice incompetenti debent lacerari, inquit Bald. in c. i. in §. ſi acta. col. ii. ſi de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. in uſib.

Et quod hac de re, CHRISTVS ad Herodem, & ab Herode ad Pilatum miſſus eſt, ut ſic unicuiq; ſua cõſeruaretur iuriſdictio, trãſlatioq; imperfecta apud Rhetores appellatur, per locum à cauſa. Et quo ad ſententiam de qua hic, ſcias à iudice incompetenti latam nec re nec nomine ſententiam dici. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. ii. §. j. ff. quemadmo. teſta. ape. l. Paulus. ff. de uerbo. ſigni. l. cum precibus. ff. de proba. cle. j. de ſeq. poſ. & fruct. Bal. conſ. cccxxxij. col. ij. uol. ij. Et quia dixi alibi etiam ſatis, nunc tranſeo. Vel ſi adhuc addẽdum aliquid eſt, id addi uolo, quod copula et, ſic in prin. legis poſita, coniungit diuerſa, ſoletq; æquè & pariter ea copulare ut per Saly. in l. ad inſtructionem. C. de epiſc. & cle. no. in c. ex parte. de reſcr. Guid. Papæ deciſ. cxxxviij. col. v. l. ſi mihi & Titio. ff. de uerbo. obli. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. Corn. conſ. clix. col. iii. uol. iiij. dixi in l. in legatis. C. ad legem Fal. & ſenſus eſt hic, quod non modo in cauſis fiſci uerum etiam priuatorum ſententia à non ſuo iudice dicta, quenquam non aſtringit.

Senten-

Sententiam reſcindi non poſſe.

Imp. Conſtantinus A. ad Proculum.

IMPETRATA RESCRIPTA non placet admitti, ſi deciſæ ſemel cauſæ fuerint iudiciali ſentētia, quā prouocatio nulla ſuſpendit: ſed eos, qui tale reſcriptum meruerunt, etiam limine iudiciorum repelli.

Dubitandi rationem faciebar, quod reſcripta etiam poſt ſententiam impetrata ualeant, & reſcindi poſsit, quoniam in principe eſt plenitudo poteſtatis. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. nec eſt quis qui ei poſsit dicere cur ita facis. l. ij. C. de cri. ſac. pulchrè Anch. conſ. x, in prin. Bal. in prælud. feudo. col. xiij. Iaſ. in l. i. in prin. ff. de conſti. prin. Et uidetur caſus clarus in l. j. in §. de qua re. ff. de poſtu. & in l. fin. C. de ſen. ubi lata erat, & tamen principis reſcripto reſciſa fuit, & not. etiam in ſimili in auth. hoc inter liberos. C. de teſta.

Contrarium tamē hic deciditur, & in l. i. C. ut lit. penden. & in l. fi. C. de erro. aduo. & in ſimili in l. cauſas, C. de tranſa. Et plus quod impetrantes à limine iudicij ſunt repellendi. & ratio deciſionis eſt, quia non præſumitur princeps quidquam uelle, quod ſit contra ius, reſcriptumq; potius per importunitatem impetratum, quàm aliter, ut per Bald. Paul. Caſt. & Iaſ. in l. reſcripta. in prin. C. de precib. Impe. offe. c. fi. de reſcrip. in vj. l. i. C. de peti. bon. ſub lib. x. Ancha. cōſ. clxxxviij. colum. tertia.

Ad oppoſita reſponderur non obſtare, nō primum, & ſecundum: (ad idem enim tēdunt) quia uerum eſt quando apparet eum, uelle uti plenitudine poteſtatis, ſed in dubio non præſumitur. c. innotuit. & ibi Inno. de electio. ergo. Non tertium, & quartum: quia loquuntur ea iura, in reſcriptis gratioſis, quibus quis aduerſus ſententiā reſtituitur, famam recuperat, uel ei pœna remittitur, quod ſemper facit de plenitudine poteſtatis princeps, nos autem in literis ad lites & de iuſtitia, quorum duorum non eſt par eademq; ratio ut not. in c. poſtulaſti. de cauſa poſ. & propri. Non ultimum denique ex quo dictum eſt ibi, nō obſtante ſententia, ſeu tali lege ut hic dicit glo. Saly. Bal. & omnes. & benè, quoniam tunc ſumus in caſu claro: argumentum in l. Continuus. in §. cum ita. ff. de uer. obli. & not. aliàs in l. fi. C. ſi cōius uel uti. pub. Alex. conſ. xciiij. col. i. uol. ii. & conſ. xcv. col. ii. eo. lib.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod qui ſupplicat principi ut retractetur ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam non ſolum caret impetratis, uerū etiam infamiam incurrit, quoniam impetrans à limine iudicij, uelut infamis repellitur, ut ſubiicit. & clarè etiam probatur in l. fi. C. ut lite pendē. & ibi Pau. Caſt. not. pulchrè Gerar. pet. ſanc. ſingu. xx. ubi alia ad idem multa.

Et quod ſi quid in ſpecie non licet, multo minus in genere inquit etiam Ancha. conſil. clxiiij. columna ſecunda.

Et quod ſi lites ſopitæ per ſententiam adhuc ſuſcitari nō poſſunt reſcripto Imperatoris, multo minus ſuſcitari poterunt per aliam ſententiā, uel programmata iudicis, ait idem Ancha. conſ. clxvij. col. j. & habetur in toto titu. cōmi. ep. Bal. conſ. cccc. uol. iii.

Et quod ſi ſententia per reſcriptum principis reſcindi non poteſt, ius plenè quæſitum uidetur parti, quod tamen poſt concluſum in cauſa dici non poteſt, ex quo infertur non eſſe abſolutè uerum, uulgatum dictum Bart. in l. ſi mater. in §. eandem. ad fi. ff. de exce. rei iudi. paria fore ſcilicet ſententiam latam eſſe, & concluſum in cauſa & aduertit Ripa uidendus tamen ad longum in l. admonendi. nu. 48. ff. de iureiu.

Et quod deniq; iuſtitia eſt, quod res iudicata non retractetur, & ideò quanquam Bal. in c. ſtuduiſti. col. ij. de offi. dele. dicat. Si fuerit ſupplicatum principi ſuper remiſsione ſententiæ, quod poterunt dari iudices & ſentētia ipſa corrigi, nō dicit tamen quod tranſiuerit in rem iudicatam, quia tunc non daret nouos iudices nec eis committeret iuſtitiam fieri, ex quo (ut dixi & repeto) iuſtitia eſt, quod res iudicata non retractetur, ita Deci. conſ. cxcviij. nu. 7. uol. j. & conſil. ccxcv. nu. 7. uol. ij. Imò quod quanuis in reſcripto dicatur non obſtante priori ſententia, non per hoc derogatum uidetur illi, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ut tradit Alex. conſ. xciiii. in prin. uol. ii. Deci. conſ. cccviii. col. i. eo. lib. Finis.

De re iudicata.

Imp. Antoninus A. Pacatiano.

RES IVDICATAE SI SVB prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia poſsit retractari, quia uidetur caſus clarus in l. i. in §. i. ff. quæ ſent. ſine appel. re. ubi neceſſe non eſt (inquit Iuriſcon.) appellare ex quo prætextu erroris calculi retractatur. not. in l. i. C. de erro. cal. Et dictat ratio quoque quoniam deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt. nec ſtultis conſueuit, ſed errantibus ſuccurri. l. ii. §. uerba. ff. ad Velleia. S. Con. l. ſi ſine. ad fi. C. eo. l. pe. §. ſi quis. ff. de iur. & fac. igno. c. ſuper literis. de reſcri. c. cum uniuerſorū. de rer. permu.

Contrarium

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia lites non debent fieri immortales.c.finem litibus.de dolo & conto.c.diſpendia de reſcrip.in vj.l.quidam æſtimauerant.ff. ſi certa peta. Rota pulchrè deciſio. ccccxlvj. ad finem. in nouis.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia (ut inquit glo.& benè) de errore cõſtabat in ſententia, in qua erat expreſſus, quo fit ut non poſsit denegari decepto, ipſius ſententiæ retractatio, & iſto in caſu procedit quod ſecundo loco dicebatur deceptis ſuccurrendum eſſe, aliàs non, quia ſententia tranſiuerat in rem iudicatam pro qua præſumitur.l.Herennius.§.Caia.ff. de euictio. c. in noſtra.de renun. c. quod ad conſultationem. de re iudi.l.ſi ob cauſam.C.de euic.obſtat exceptio rei iudi.l.j.C.de arbi.l.ii. ff. eod. Imò quod hac de re proprie res iudicata eſt & ſentẽtia diffinitiua ut pulchrè inquit Bal.conſ.cccxliiij. col. ii.uol.i. quia ſcilicet tranſiuit in rem iudicatam, quando obſtat exceptio rei iudicatæ, & ſi mandetur executioni, & ut ipſe fuſius in loco præall.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam probato errore, potius ueritati ſtandũ ſit quàm ſcripturæ, præallega.l.i.C.de erro.calcu.Bal.conſ.ccxxxj. uol. ii. Fallit tameu re indicata, ut hic.

Et quod à ſententia lata per errorem calculi poteſt appellari, ut not.in d.l.i. Idem Bal. cõſ. ccliiii.col.ii.eo.lib. & in ſimili conſ. cccxxxiii. in prin. adhuc lib. prædicto. dummodo tamen non tranſierit in rem iudicatam, quia tunc ſecus, auth.hodie.C.de appel.c.quod conſultationem. de re iudi.& ut ſupra dictum eſt latiua, & nouiſsimè Corn.ubi multa conſ.lxii.col.ii.uol.iii.

Et quod ſi à reo conuento fuiſſet allegatus error in prima inſtantia, & dicta allegatione non obſtante, fuiſſet condemnatus, & condemnatio tranſiuiſſet in rem iudicatam, ammodo allegari non poſſet amplius quia cenſeretur ſuper eo lata ſententia.ita Pau.Caſt.conſ.x.col.i.uol.ii.

Et quod quando duo ſunt uel plura eandem rationem habentia, unius autem fiat mentio tantum, id fieri dicitur exemplariter non reſtrictiuè.l.imperium.ff.de iuriſdi.om.iudi.Bal.in l. de quibus.col.xiiii.ff.de legi.unde non modo error calculi re iudicata allegari non põt, uerũ etiam ſi tranſactio ſecuta ſit.d.l.i.ad fi.C.de erro.calcu. Io.de Ana.conſ.vj.Regien.conſ. cxxxiiij. uu. 1. uol.i.Vel iuratum, ratione iuramenti, ut in c. ex reſcripto.ubi glo.& Abb.de iureiu. But. in c.pe. ad fi.de emp.& uendi. de quo ultimo tamen latè Deci.conſ.cccl.col.pe.uol.ii.

Et quod denique prædicta maximè locum habent cum error partis agentis ſupinus eſt & craſſus, ut not.in l.ſi res obligata.ff.de lega. i. & in l. cum filius.in §.in hac.ff.de uerbo.obl. Alex.cõſ. ccvii.col.iii.uol.vii. Finis.

ADDITIO.

Quod litium finis aliquando eſſe debet, ne aliter modus earum multiplicatus ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem.l.ſingulis.ff. de excep.rei iudi.not. in l. non eſt nouum. ff. de actio.emp.& in l.poſtquam liti.C.de pac. & in l. terminato.& in l.non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Bal. in auth. in ſucceſsione. ad fin. C. de ſuis & legi.

Et quod hac ratione ab executione appellari nou poteſt, aliàs nũquam eſſet litium finis, quod iura abhorrent quàm maximè.d.c.finem litibus. de dolo & contu.& aliis allega.ſupra.l.fratris.C. de tranſa.l.properandum.in prin.C.de iudi.pulchrè Alex.conſ.xcv.col.iii.uol.ii.

Et quod nullibi de iure canonico deciſum inuenitur, inſtantiam fore perpetuam, ut uolunt Iuriſtæ.in d.l.properandum.C. de iudi. ita intelligentes tex.in c.uenerabilis.de iudi.& malè, quia ſic Papa diſponeret contrarium eius quod ſemper abhorruit, & ad quod ſemper ſolicitus extitit, ne lites ſcilicet immortales efficiantur.d.c.finẽ litibus.c.uenerabilibus.c.cordi.de appel.in vj. Ro.pulchrè conſ.ccxx.col.iiij.

De exſecutione rei iudicatæ.

Imp. Gordianus. A. Amando.

ET NOMEN DEBITORIS in cauſa iudicati capi poſſe, ignotum non eſt.

Dubitandi rationem faciebat, nomem debitoris capi nõ poſſe, quia executio debet fieri in bonis mobilibua prius, & poſtea in immobilibus.l.à diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iudi.ergo non in cauſa iudicati, nomen capi debitoris. Et clariùs hoc idem dicitur, capi ſcilicet non poſſe, in d.§.ſic quoque ea.l.& titu. & maximè quia executionem faceret creditor de eo quod non eſt debitoris condẽnati, nanque bona ſui debitoris non ſunt bona ſua. l.Quintus.§.argento.ff.de aur.& argen.leg. Bal. plenè in l.i.col.i.lectu.i.ff. de ſta. ho. executioq́; prius fieri debet in bonis ſuis & poſtea alienis.d. §.in uenditione.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l.pen. C.quando fiſ.uel priua.& in præallega.§.in uenditione.& ratio deciſionis eſt, quia ordo iuris ex poſtulat ut non inuentis bonis mobilibus uel immobilibus, ad nomina deueniamus in ſubſidium ut etiam declarat Paul. Caſt. conſ. cclxxv. col.fi.uol.ii. Imò plus (quanquam non dicatur) quod debitor condemnatus ſi nominibus careat, niſi cedat bonis.l.i.ff. de ceſsio. bono. poterit in carcere detrudi.l.iii.§.tutores.ff.de ſuſpe.tuto.& fuſius ut not.in d.§.in uenditione.

Ad oppoſita reſpondetur facilè, non obſtare, non primum, quia uerum eſt, ſed una lex per alteram intelligitur & declaratur: argumentum in l.non eſt nouum.& in l.ſed & poſteriores. ff. de legi.

legi.& in c. ſuper quæſtionum. in prin. de offi. dele.non prius nomina capi poſſe,ratione facilio ris executionis,quam facta fuerit in bonis mobilibus & immobilibus,& ſic(ut dixi)in ſubſidium ex quo non æquè conuenit etiam ut creditor ſuo credito fraudetur,& debitor locuples fiat cum ip ſius creditoris iactura,uulga. l. nam hoc natura. ff.de condi.indebi.c.locupletari.de reg. iur. in vj. Non ſecundum,quia id quoq; procedit capi non poſſe,ſi ſe debitorem debitoris condemnati negarit, quia tunc creditor non haberet executionem paratam contra eum,iure.d.§. in uenditione.ſed oporteret agere ordinario iudicio & facere eum condemnari ut hic not. Docto. & benè. Et ex his tollitur ultimum,fieri in ſubſidium auctoritate iuris,ſi tamen(ut dixi)ſe debitorem cõ fiteatur,aliàs non niſi prius fuerit condemnatus.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod coniunctiua dictio etiam, implicat, multoq; plura uerbis non expreſſa includit.l.ſupra iter.§.officiũ.ubi Bar.in fi.ff. de aqua plu.arcen.l.ſi commendit.ff.de fideiuſſo.l. etiam. C.ſi tut.uel cura.l.Centurio.ff.de uulg. & pupil. ſubſti.c.cum in illis.de præben.in vj.l.etiam. C. de fideicom.Bertran.conſ.lxxxj.num.2.uol.i. & conſ.ccclv.nu.2.uol.ii.Corn.conſ. cccii. nu. 15. uol.iii.Bononien.in rub.de conſtitu.extra num, 20.& ſenſus eſt hic, non modo in mobilibus uerũm etiam in nominibus executionẽ fieri poſſe.

Et quod nomen debitoris non continetur inter mobilia uel immobilia,quia ſi prius in his executio fieri debet.ſequitur neceſſariò,quod de his non ſit,ſed quædam tertia ſpecies per ſe.l.mouentium.ff.de uerbo.ſigni.l.quam Tuberonis.§.fi.& ibi Bar.not.ff.de pecu.Idem Bart. in l. poteſt.ff. de aucto.tuto.& in l.ſi conuenerit.nu.2.ff.de pigno.actio.& conſ.50.in prin.& in l.i.nu.4. C. ſi adner.tranſac.Bal.cõſ.ccxxxii.ad fi.uol.ii. Corn. conſ.ccxxix.ad fi.uol.iiii.& conſ.cclxxxix.nu.3. & conſ.cccxvj.nu.6.eo.lib.Bertran.conſil. lix. ad finem. uol. ii.

Et quod omnia diſcutĩ debent,priuſquam executio fiat in perſonam, quanquam ſtatuta & conſuetudines Thuſciæ,aliter ſtatuant ut inquit Bar. in l.ii.in §.tutores qui ff.de ſuſpe.tuto.not. in d. §.in uenditione.ubi Alex.& alii.Feli. in c. quod ad conſultationem. de re iudica.Capici.deciſio. clxix. Didac. Couar.uariar.reſolu.lib.ij.c. j. nu. 2.multa ad numerum tertium.

Et quod ſi in executione ſententiæ capiuntur ea,quæ faciliorem habent expeditionem, d. §. in uenditione & in ſubſidium nomina,ut ibidem ad huc & hic, alio caſu tamen erit ſecus puta in eccleſia,quæ nomina debitorum habeat,quia prius quam immobilia uendi debebunt. l. magis puto. §.ne autem.ff.de reb.eo.Bar.pulchrè in auth.hoc ius porrectũm.nu.19.& 20.C.de ſacroſan.eccle.

Et quod denique ordo iſte iudiciarius in executione ſententiæ diffinitiuæ, ſeruandus eſt etiã in interlocutoria, ut tradit glo. in l. præſenti. C. de his qui ad eccle.confug.& in l.i. C. de prato, pi. Bal.in l.ii.ff.ſi ex noxa.cau.aga.not.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pac. Finis.

ADDITIO.

Quod etiam olim non fiebat miſsio, niſi pro menſura declarati,& non in omnia bona, ut ſenſit glo.in l.properandum.in §.ſin autem reus.C. de iudi.& malè aliàs ordo traditus in d.§. in uenditione & hic,fruſtratorius fuiſſet, nõ dicendum quia ars & natura nihil agũt fruſtra.l.qui bis idẽ. ff.de uerbo.obli.& poſt Bar.ita declarat Bald. in d.§.ſinautem reus.col.ii.

Et quod ordo iſte,(ut ſupra)omnino neceſſarius eſt,aliàs executio foret nulla, eſtq; opi. communis, dubia tamen propter conflictum opi. ut refert Bertran.ita tamen atteſtatus conſi. clxiiii. col. i. uol. iii.

Et quod ſeruãdus eſt (ex quo ſecus diſpoſitum non reperitur)etiam in foro eccleſiaſtico, ut innuit Inno.in c.i.& ibi dixit Bald. fore memoriæ commendandum nu. 9. de offi. ordi. & eſt argumentum in c.i.& ibi Abb.de nou.ope.nun. Nõ omittentes tamen in Delphinatu non ſeruari tãetſi lex ſit generalia, iſtud idem diſponens hic & in d.§.in uenditione, & teſtatur Guid. Papæ deciſio.cclxxxj. ad fi. & in ſimili facit quod dicit ẽt Bar.in loco de quo ſupra,hoc eſt in l.ii.in §. tutores.ff.de ſuſpe.tuto.Et quo ad iſtud de quo hic quod nomẽ debitoris pignori capi poteſt in cauſa iudicati,ut etiam dicit Bal.hic, rurſum qui ita tex.hunc ſummario complectitur,adhuc ſciendũ eſt,quod ab eo pignore quod accepit creditor diſcedere non poteſt,& ad aliud tranſire,ut in d. l. à diuo Pio.in §.ſi pignora.ff.de re iud.Idẽ Guid. Papæ deciſio.cccxlviii.col.ii,

Quibus res iudicata non nocet.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Honorato.

IVRIS MANIFESTISſimi eſt,& in accuſationibus iis, qui congreſsi in iudicio non ſunt, officere non poſſe, ſi quid fortè præiudicij uideatur oblatum.

Dubitandi rationem faciebat,quia uideo ſi teſtator à familia occiſus ſit, ut dicitur in l. i. ff. ad Syllania.& occiſor ab extraneo accuſetur hæredibus id facere negligentibus, & cõdemnatus ſit quod hæredes quoque condemnati uidentur, ita ut bona ſibi auferantur,& reputentur indigni. l. in cognitione.quam ſingularem hic dicit Bal. ff. eo.l.i.C.de his quib.ut indi.& applicentur fiſco ut ibi & ſic ſententia cum uno lata aliis præiudicat. Et quia ſi accuſatus (exempli gratia) mecum

homicidium

homicidium commiſit, æquè conuenit etiam ut ego cum eo pariter pœnam patiar, & ſic ſententia contra accuſatum lata, alteri noceat, argumentum in l.quæ religioſis.ff.de rei uédi.& in c.trãſlato.de conſti.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia ſi alius accuſatus non fuit, nec cõſequenter condemnatus, non æquè conuenit ut puniatur, res enim inter alios acta tertio præiudicare non debet, ut infra in l.ſeq. & ſupra in præceden.& in l.j.& toto titu.C. res inter alios acta, & in l.ſæpè.ff.de re iudi.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quia illud uerum eſt in his quæ ueniunt intrinſece, ex quadam illatione neceſſaria, quandoquidem occiſore condemnato probetur hæres indignus, nimirum igitur ſi bona ſibi auferuntur & applicantur fiſco, & ita per tex.in d.l.in cognitione. dicit etiam idem Bal.in auth.caſſa.ad fin.C.de ſacroſanct.eccl.& Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta. col.cxxxj.de conſtitutio.nos autem loquimur in his quæ ueniunt ab extrinſeco, uerbi gratia quod aliquis ſit culpabilis, quia mecum homicidium commiſiſſe dicatur, ideò ſententia contra unum lata, non facit ius contra alium, & ut per Bal. hic fuſius. Ex quo ultimo tolletur quoque ſecundũ, quia eſto quod accuſatus homicidium mecum commiſiſſe dicatur, non conſtat tamen nec ſum propterea ego accuſatus nec condemnatus, & iò ſententia lata contra unum (ut diximus) alteri non præiudicat.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa, quanquam breuis, & maximè, quod in criminalibus idem ius eſt, quod eſt in ciuilibus, ut etiã dicitur in l.abſentem.ff.de pœn.& inſti.de publ. iudi.in prin.& ut ſupra oſtenſum eſt latius.

Et quod copula et, regulariter coniungit diuerſa, ſoletq́; copulare æquè & pariter, ut inquit Saly.in d.l.ad inſtructionem. C. de epi. & cleri. not.in c.ex parte.de reſcrip.& probatur in l.ſi mihi & Titio.in prin.ff.de uerbo. obli. & in l. reos. in §.cum in tabulis.ff.de duo.re.& in l. duobus. in §.fi.ff.de lega. i. Guid. Papæ deciſio. cxxxviij. col.v.Corn.conſ.clix.col.iii.uol.iiii.& diximus alibi ſatis.ſenſuſq́; eſt & in ciuilibus, & in criminalibus ſententiam contra unum latam alteri pręiudicium non facere.

Et quod qua ratione ſententia (ad huc) lata cõtra unum, & ſic (ut dicebam ſupra) res inter alios acta alteri non nocet, pari modo ac ratione nec prodeſt, ut not.in l.i.ſupra eo.Bar.conſ. clx. col. ii.ad fin. ſed tamen Bal. ad idem uidendus eſt in l.poſt uenditionem.ad fi.C.de pac.

Et quod rurſum nocere non debet illis, qui citati non fuerunt.c.inter dilectos.§.porrò. de fide inſtrumento.c.penul.de re iudica.l.i. & ii. ſupra eo.d.l.i.C.res inter alios acta.Deci.conſ.cccxlii. col.iiii.uol. ii.

Et quod denique tranſactio, habens nim rei iudicatæ.l. i.& ii.ff.de iureiur. In cauſis criminalibus ab uno facta, aliis non præiudicat, quo minus iterum accuſare poſsint ſi uoluerint.l.tranſigere.& ibi not.ubi & nos multa, maximè in ij.le ctu.C.de tranſac.Et in ſimili dicebat Bald. quod reconciliatio uiri & uxoris, iuri tertij non præiudicat. Et quod ſi duo nobiles facientes pacem ſub pœna applicanda fiſco ſiue eccleſiæ, rupta pace, poſtea ſe reconciliauerint, nullum fiſco ſeu eccleſiæ, præiudicium ſit, in l.inſulam. in §. fina. ff. ſolu. matri. Finis.

Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones authoritatem rei iudicatæ non habere.

Imp. Alexander A. Maximo.

REI IVDICATAE EFFEctum non habet, quod per epiſtolam rector prouinciæ ſoluere vos pecuniam reipublicæ iuſsit.

Dubitandi rationem faciebat, quod ſententia etiam per epiſtolam ferri poſsit in caſu præſenti, ex quo fauor reipubli. maximus eſt, multaq́; hac de re permiſſa ſunt à lege, quæ regulariter in priuatorum cauſis non permitterentur: argumentũ in l.i.ibi nam & reip.intereſt.ff.ſolu.matri.l. ſed & maior. inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. uel negare.ibi publicè enim expedit ſuprema hominum iudicia &c. ff.quéadmo.teſta.ape.& maximè, quia omninò epiſtola loqui uidetur, repreſentatq́; rectoris prouinciæ loquentis ſiue ſcribentis perſonam.l.arriani.C.de hæreti. l. ſi procuratorem.ff.de procu.Bar.in l.nuda.ff.de dona. not.in l.i.ff.de uerbo.obliga.Bonus tex.in l.miles ad ſororem.ff.de leg. ii.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia non ſine cauſæ cognitionẽ ferẽda eſt, & inter præſentes quidem, uel uno præſente altero uerò abſente, contumace tamen recitanda.l.j.& ij.C.de ſen.ex pe.reci. l. properandum. §.ſin autem reus.C.de iudi.c.iudicãtem.xxx.q.v. Et cum hoc idem pro forma traditum ſit. d. l. ii. mutari non poteſt, ſiue ferri ſententia ipſa temere & per æquipollens, ut puta (ut dictum eſt) per epiſtolam.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.obl. l.ſcio.ff.de appel.l.fi.infra eo.tit.Bal.in l. ſi cum dotem.in fi.prin.ff.ſolu.matri.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia reipub. fauendum eſt in caſibus à iure expreſsis, ut in ſimili in fiſco dicimus, in libertate, in milite, & ſimilibus.l. item ueniunt.§.in priuatorum.ff.de peti.hære.glo.in l.fin.C. de ſacroſanct.eccle.l.in fraudem.§.fi.& ibi Bal.ff.de mil. teſta. hic autem expreſſum non eſt, ſed contrariũ potius, ergo cum lex ita ſtatuerit eidem acquieſcendum eſt. l.proſpexit.ff.qui & à quibus. c. in

iſtis.

iſtis.iiij.diſt.glo.in l.ſi non fuerint magna. ad fi. ff.pro ſocio.Non ſecundum,quia eſto quod epiſtola loqui uideatur,non tamen loquitur uerè,neque ſcribens eſt præſens,aut recitare dicetur ſententiam ipſam,ut formaliter requiritur, & propterea ſic ferri non poterit,nec lata ualebit.d.l.ſi procuratore.ibi literis eius approbatis uelut præſentis,quæ dictio uelut eſt ſimilitudinaria.l.precibus. ad fi. ibi uelut ex cauſa fideicommiſſi. C. de impub.& al.ſubſti.l.etiam.C.de fideicom.l. ſi Titio.ff.de uſuf.non omne ſimile eſt idẽ.l.quod Nerua.ff.depo.ergo non erit propriè & uerè præſens quo ad effectum prædictum.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod non modo rei iudicatæ effectum non habet ſententia lata per epiſtolam, uerum etiam ſic iudicãdo iudex aduerſus legis præceptum, & nonnihil prætermittendo legem ipſam offendit,ut etiam dicitur in l. non quicquid in fin.ff.de iudi.

Et quod aliud eſt eſſe talem, & aliud haberi pro tali in his maximè quę ſunt facti.l.ſi maritus. §.legis Iulię.& ibi Bar.ff.ad legem Iul.de adulte. l.mercis,ff.de uer.ſig.not.in l.ſi is qui pro empto re.ff.de uſucap.Nel.de Sanc.Gemi.in tracta. ban. pulchrè in iij.par.ij. tempo. q. lxxiiij. quod quis ſcilicet ſit præſens, uel quod pro præſente habeatur,& ut ſupra oſtenſum eſt latius.

Et quod ſi non ſeruetur forma etiam in actu fauorabili,nihil fit,& actus ipſe nullus eſt,uitiaturq; diſpoſitio,d.§.Flauius.pulchrè Bal. in l. ii. col.iii.C.ſi cõ,ius uel uti.pub. Anch.cõſ. cclxviij. col.ii.Idẽ Bal.ĩ l.oẽs populi.col.i.ff.de iuſt.& iu.

Et quod nihil temere agendum eſt ut in d.l.ſi. infra eo.& in l.eum quem temere.ff.de iudi.& in rub.inſti.de pe.teme.litigan. & in c. rurſus. qui cle. uel uo. quod utique dici poſſet hic, ſi rector prouincię per epiſtolam ſententiam poſſet ferre.

Et quod deniq; ubi quid pro tribunali à iudice fieri debet, pręſertim in his quę ſunt contentioſę iuriſdictionis ſi aliter fiat factum nõ ualebit ut hic ſententia ſi per epiſtolam feratur, aliàs in his quę ſint uoluntariè,ſecus l.non eſt. ff. de ma. uind.l.ſi.C.ubi & apud quem.l.iiij.§. hoc autem iudicium.ff. de dam. infec. l. libertus à patrono. ff.de in ius uo. Finis.

Imp. Philippus A. & Philippus Cęſ. Caſsiano.

PROGRAMMA, SI QVOD à præſide prouinciæ propoſitum eſt, vim rei iudicatę nequaquam obtinere poteſt. Nec cõminationem vim rei iudicatæ obtinere manifeſtum eſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod programma ſiue comminatio, habent uim rei iudicatæ, ex quo proueniunt à iudice, nomina enim debent eſſe conſona rebus. §. eſt aliud ibi & conſequentia nomina eſſe ſtudentes, inſtitu. de dona. l. ſenatus. §. j. ibi donatio, quaſi doni datio. ff. de donatio. cauſa mortis. pulchrè Bald. in l. quotiens. col. octaua. C. de hæredi. inſtituen. hinc ius honorarium ab honore prætorum in ſimili appellatum eſt. l. ius autem. ff. de iuſti. & iure. & ius gentium quod eo omnes gentes utentur. l. omnes populi. ff. eodem. & inſtitu. §. quod uerò. inſtitu. de iure natura. Iudex autem dictus eſt, quaſi ius dicens. c. forus. de uerbo.ſignifica.& res iudicata quaſi à iudice dicta, ergo & programma ſeu comminatio iudicis vim habebit rei iudicatæ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia iudicis uox ſine cauſę cognitione emiſſa auctoritatem rei iudicatę non habet, ſeu ſententia non eſt, aut res iudicata, l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. quę proprie pronuntiatio iudicis, finem controuerſiis imponens, & condemnationem uel abſolutionem continens dicitur. l. j. ff. de re iudica. l. pręſes prouincię. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. uſque adeò ob id, ut programma ſiue comminatio auctoritatem aut uim rei iudicatæ non habeat.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniam ſtant iſta ſimul quod à iudice proueniat, & tamen ſententia (ut dixi) non ſit, præallega. l. ex ſtipulatione. & eſt ſimile, quia non omne id pariter quod principi placuit legis habet uigorem, ſed ſi animum condendi legem habuerit. §. ſed & quod principi placuit. inſtitu. de iure natu.& ibi Por. declarat. l. j. ff. de conſtitu. princi. Ex quo ruunt reliqua, parum ad propoſitum noſtrum facientia, diceturq; programma iudicis, & non ſententia, comminatio, & non res iudicata. & ſic bene res iudicata à iudice, ſed non programma, uel comminatio, tametſi à iudice proueniant, uim rei iudicatæ obtinebunt ut hic.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quanquam prætor habeat poteſtatem legis condendę edicto ſuo tamen pœnam capitalem imponere non poteſt, & multo minus præſes, & ideò programmata ſeu præconia eorum (ut hic dicitur) non habent uim ſententiæ, & firmat etiam poſt Bal. Ancha. in rep. c. canonum ſtatuta. col. lxxvj. de conſtitutio.

Et quod edicta magiſtratuum non dicuntur, nec ſunt ſtatuta municipalia, ex quo non proponuntur perpetuæ iuriſdictionis cã, ſed prout emergunt & incidunt hominum negocia & facta. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. om. iudicum. l. fina. ff. de pœn. Roma. in rubr. C. qui admi. col. ij. Sed potius banna habentia uim interlocutoriæ ſententiæ non legis, nec diffinitiuæ, ut not. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & ſignanter ita dicit per iſtum tex. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iude. Ancha.

in loco

in loco præallega. Aliter tamen Cyn. quem refert Bal. in ſtatu. auctoritas nu. 2. quod imò magiſtratibus uidetur conceſſa auctoritas ſtatuendi ſi ad bonum publicum, & quietem ſtatuant, puta quod quilibet in aciem prodeat, vel quod nullus noctu ambulet per urbem ſub certa pœna, ſed non ad ſingulorum utilitatem. Idem Bal. in l. i. ff. de offi. eius cui man. eſt. iuriſdi. multa Bar. in l. i. col. i. ff. quod quiſq; iur. dicerem ego (ut prius) quod potius banna ſint, programmata (programma enim tabula eſt in qua edicta proponũtur, de quo etiam in l. ſi eo tempore. C. de remi. pi. aliter glo. hic, & aliter alij, quod literæ ſunt miſſe prouincialibus ad diuulgandam conſtitutionem factam. Ioann. Monach. in c. fundamenta. col. ii. de elec. in vj. ſed primo modo melius) & comminationes, & not. etiam in d. l. i. ff. de iuriſdi. om. iudicum.

Et quod in exigendis publicis functionibus, puta tributis, gabellis & collectis nullus exigitur ordo. nec citatio requiritur. Imò quod in his ualent præcepta generalia & denuntiatio qđ quicunq; debet ſoluere ſoluat quãquam huiuſmodi præcepta generalia non habeant nim rei iudicatæ. Inque his iudices & exactores procedunt de plano cogendo & exigendo non citando & procedendo. l. cum eo. ad legem Iul. pecu. §. & feſtinare. in auth. de man. prin. l. ii. C. de iudi. l. miſsi opinatores. C. de exac. trib. & fuſius ut per Bald. conſ. cccxxxiiii. col. i. uol. iii.

Et quod ſi iudex in pręcepto exprimit certam pœnam, expreſsio eſt nullius momenti, quoniam ſine cauſæ cognitione procedit & pro ut uult poteſt ipſam pœnam minuere & augere, de quo tamen aliàs Bar. & Iaſ. in l. i. in princip. ff. ſi quis ius di. non obtemp.

Et quod denique ſi iudex aliquid fieri mandat ſub certa pœna, idque non fiat, non propterea pœna ipſo iure commiſſa eſt ſed uenit committenda per ſententiam, ad quam debet ille citari. l. iii. §. ſi ad diem. ff. de re mili. Et ſic uerba illa ſub pœna parum operantur, & ſola comminatio eſt, quæ uim ſententiæ non habet ut hic, & per totum, & in l. tutor qui repertorium. in §. ſi deponi oporteat. ff. de admi. tuto. Pau. Caſt. cõſ. xcix. col. i. uol. i. Finis.

Si ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis iudicatum ſit.

Imp. Gordianus. A. Herennio.

IVDICATI EXECVTIO ſolet ſuſpendi, & ſoluti dari repetitio, ſi ex falſis inſtrumentis circumuentam eſſe religionem iudicantis (crimine poſtea falſi illato) manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum.

Dubitandi rationem faciebat, quod executio differri non debeat, quia caſus clarus uidetur in l. ſecunda. infra ad legem Corneliam de fal. ubi exceptio falſi obiecta, cauſa differendi proceſſum, non debet admitti, nec conſequenter executio ſuſpendi. Et quia exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur, nec impediunt (ut diximus) executionem, in qua ſummariè proceditur. l. tertia. §. idem ſcribit. ff. ad exhiben. l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudica. & quia ſtat ſententia etiam quæ regulariter ſoluti repetitionem impedit. l. prima. ſupra de condi. inde. l. cum putarem. ff. famil. herciſcundæ.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia læſus reſtituendus eſt, ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa ſubeſſe uidebitur de qua in l. prima. ad finem. ff. ex quibus cauſis ma. & in l. ſed & ſi per prætorem. in princi. ff. eodem. nimirum igitur ſi ſuſpenditur executio, ſique ſoluti datur repetitio. l. diuus. ff. de re iudi. Azo in ſumma eodem titulo noſtro, ad finem. & omnes hic. & quia ſententia lata ex falſis inſtrumentis, non eſt ſententia. l. quarta §. condemnatum. ff. de re iudi. argumentum in l. ſecunda. in §. primo. ff. quemadmodum teſtamen. aper. & in l. Paulus. ff. de uerbo. ſignifica. nec conſequenter executioni mitti debet, imò plus quod ipſo iure eſt nulla, aliquo caſu. l. i. ii. & iii. ſupra eodem. gloſſ. in d. l. diuus. & Azo in loco præallega.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia præſumptio erat ibi, quod opponeretur exceptio calumnioſè, ut ſentiunt Docto. hic præſertim Paul. & Saly. & ideò fit executio, præſtita tamen cautione per actorem de reſtituendo eo quod acceperit ſi contigerit opponentem obtinere, de quo etiam in c. ſciſcitata. de reſti. in integ. egregiè Guid. Papæ deciſio. ccxv. col. pen. & placet, quia uerba hoc idem innuere uidentur ibi, cum morandæ ſolutionis gratiâ à debitore falſi crimen obiicitur. nec poterit ſolutionem recuſare debitor, dicens. melius eſt non ſoluere quàm ſolutum repetere ut dicitur in l. tertia. ff. de compen. quia compelli poterit, inquit tex. in dicta l. ſatis apertè. ad finem. Hic autem non (ad propoſitum redeuntes) quia oppoſitio erat reſpectu debiti principalis, ibi uerò ſuper adminiculis, cum debitum fateretur, & ideò non mirum ſi non differebatur executio. Non ob. igitur ſecundum, quia uerum eſt, ſed hic patebat, altiorem indaginem non requirebat, incontinenti probari poterat, igitur non mirum eſt ſi hac de re (ut inquit Bar. & poſt eũ Saly.) impedit ſiue ſuſpẽditur executio, pulchrè Pau. Caſt. conſ. cclvii. col. ii. uol. ii. Non deniq; tertiũ & ultimum, quia nec id negã-

dum eſſet, quando ſtaret ſententia & quo caſu loquuntur iura ad idem allegata, ſed hic ad non ſententiam redacta eſt: argumentum in d. §. condemnatum. per reſtitutionem in integrum ſcilicet reſciſſam ergo, & probatur etiam in l. ſi prætor. in §. Marcellus. ff. de iudi. Corn. conſ. xlvj. in prin. uol. iiii. unum uerbum hic Cyn. & alij.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quando ſunt duo eandem rationem habentia, unius autem fiat mentio, fieri dicitur exemplariter non reſtrictiuè. l. Imperiũ. ff. de iuriſ. om. iudi. Bal. in l. de quibus. col. xiiii. ff. de legi. nanque hic fit mentio inſtrumentorũ, & quia in exercendis litibus parem uim habent inſtrumenta & teſtes, quod in inſtrumentis hic dicitur locum quoque habet in teſtibus. l. in exercendis. C. de fid. inſtr. Azo hoc eo. titu. noſtro, & Docto. hic. & indicat lit. iſta, & glo. declarat ante alios in d. l. diuus.

Et quod ſententia nulla lata prętextu falſorum inſtrumentorum non debet executioni mandari, & ſi executa fuerit executio retractabitur per reſtitutionem in integrum, ut inquit etiam Iaſ. in d. §. condemnatum. in prin. Sed puto aduertendum, quia (ut dicebam ſupra) ſententia ualet, quã quam in minore ſit nulla, & ipſo caſu per reſtitutionem in integrum uenit retractanda.

Et quod dicta hic uendicant ſibi locum, etiam ſi inſtrumenta falſa producta fuiſſent abſque dolo & malitia partis, ita Bar. in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. quanquam tamen hic uerba aliud innuãt in actore ut infra.

Et quod decretum (licet hic non dicatur) cum non eandẽ habeat rationem. interpoſitum ex falſa cauſa, reſtitutione non eget, ex quo nullũ eſt, ut in minore diximus & in ſententia ſupra l. cum uerò. §. ſubuentum. ff. de fideicõ. lib. late Scriben. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acqui. poſ. fortè, quia expeditur officio iudicis nobili, abſq; cauſæ cognitione, ſententia uerò mercenario, actioni deſeruiente, & cum cauſæ cognitione, & fuſius ut not. in d. l. iuſte poſsidet. & in §. ſi quis autẽ. inſti. de excuſa. tuto.

Et quod denique dolus non præſumitur, niſi probetur. l. dolum. C. de dolo. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. l. merito. ff. pro ſo. Corn. conſ. ccxcix. col. iiii. & conſ. xxxiii. col. ii. uol. iii. & iiii. Pile. in q. ſuis. xlj. col. iii. Odof. in l. hi qui. C. de app. Finis.

A D D I T I O.

Quod iudices iurare debẽt i leges, ut obſtricti religione iudicẽt ut in Tyberio inquit Trãquil. ibi legum & religionis admonebat &c. & quia iudex uir bonus. dr̃. l. uir bonus. ff. iud. ſol. Et quia in cauſis Deus eſt iudicãs. l. ii. §. qđ ſi actor. C. de iura. cal. & quia leges quibus iudicat. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi. per ora principũ promulgantur. l. fi. C. de præſcrip. lon. tempo. nimirum igitur ſi hic religionem iudicantis circonueniri, & in l. fi. ff. de uar. & extraordi. co. & in l. fi. ff. de ſuſpe. tuto. & in l. i. in §. diuus. ff. de quæſtio. & in l. i. ad fi. ff. de reb. co. & in l. quęſitum. ff. de teſti, & inſti. de ob. quæ ex qua. delic. in prin.

Et quod hoc uerbo circumueniri aliquem, ut hic iudicantis religionem, dicimus doloſe, & animo decipiendi. l. i. §. dolum. ff. de dolo. tametſi aliquando etiam ſine dolo intelligatur ut dicebam ſupra, & nouiſsimè habetur in l. item ſi precio. in §. fi. & ibi glo. not. ff. loca.

Et quod in criminibus, & maximè falſi, quo nullum eſt grauius ut not. in l. tranſigere. C. de tranſac. probationes debent eſſe manifeſtiſsimè, & ut hyperbolicè inquit tex. luce meridiana clariores. in l. fi. C. de proba.

Res inter alios acta, vel iudicata, aliis ne noceat.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Fortunatæ.

SI CVM FRATRE TVO matri ſucceſsiſti: frater pro portione tua cum debitoribus hæreditariis paciſcendo vel agendo, non ex tua voluntate, pro hæreditaria parte tibi quæſitam obligationem extinguere non potuit.

Dubitãdi rationem faciebat, quod frater poſſit fratri præiudicare, maximè hoc caſu paciſcendo & agendo, in primis quia frater & coniuncta perſona, ferè alter (ut vulgo dici ſolet) & cui multa ratione ſanguinis permittuntur quæ non permitterentur aliàs argumentum in l. Procula. ff. de proba. & in l. i. in §. largius. ff. de ſuc. edi. & in l. cum rem alienam. C. de lega. & quia uidemus etiã quod admittitur ad agendum ſine mandato. l. ſed hæ. ff. de procu. not. in c. nonnulli. in §. ſunt & alii. & ibi plene dixi de reſcrip. quodque ſuo contractu ſibi quæritur, c. i. §. ſi autem. de his qui feuda. poſ. in uſib.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia res inter alios acta tertio non nocet nec præiudicat regulariter, ut in toto hoc titulo noſtro. & in l. ſæpe. ubi per Docto. ff. de re iud. Pyleus in q. ſuis plene liiii. col. ii.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia eſto quod ſit frater & coniuncta perſona, & aliis caſibus ratione ſanguinis multa concedantur à lege, iſto tamen fratri præiudicare nõ poteſt, non ius ſibi quæſitum tollere, uel obligationem quæ adhuc ſibi quæſita ſit, extinguere. l. dudum. C. de contrahen. emptio. l. prima. C. qui teſtamen. facere poſſunt.

Non ſecũdum, quia eo caſu ut not. in d. §. ſunt

& alij.

& aliȷ. de modico agitur præiudicio. Vel quod quanquam agat, non præiudicat ſibi tamen, niſi ratum habeat ut per Bar. in l. ſi quis. in §. j. ff. iud. ſol. ad fi. & ita declaratur quod dicitur etiam in l. maritus. C. de procu. Non ultimum denique, ex quo id in feudo eſt regulare, concernente commodum & emolumentum fratris, non damnum, & quid quod ipſi præiudicium afferat, & potius beneficio domini, quàm ex regula contractuum, ut hic per Bald. & Saly. & benè, poſt Odof. in dicto §. ſi autem. quandoquidem tenor inueſtituræ ſemper inſpiciendus ſit, nec ab eo recedendum. capitulo primo. ad fin. & ibi not. omnes de duobus fratr. à cap. inueſti. in uſib. Bal. in prælud. feudo. in quarta diuiſio. in uer. porrò. & in capitulo primo. in §. denique. col. j. quæ fu. pri. cauſa benefi. amit. eod. lib. Deci. plenè conſ. cxciii. in prin. uol. j.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod non ab re dicit non ex tua uoluntate, quia ſi te uolente frater tuus uel pactus fuerit, uel egerit, tibi præiudicabit. ita Bar. in l. i. col. ii. ff. iud. ſol.

Et quod de re & contractu ad alterum pertinente non debet quis de euictione obligari, ut in pulchro caſu inquit Areti. conſ. 100. col. j.

Et quod perſonæ in pactis omiſſæ non debent ſubintelligi. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerbo. obliga pulchrè Ancha. conſil. cciiij. col. ſecunda. qui ad idem dicit etiam alibi conſ. cccc. col. prima, quod conſenſus ſiue conuentio inter certas perſonas, non extenditur ad res diuerſas uel perſonas in ea non comprehenſas.

Et quod acta contra perſonas diuerſas facta, non ualent, neque probantur ſignanter per totum hunc titulum, dicebat Bald. in l. ii. col. iiij. C. de eden.

Et quod nemo poteſt intentare ius tertij, nec in iudicium deducere ſine mandato, & ſi lex diceret contrarium eſſet fatua, nanque ſi poſſet intentare ſuccumbendo præiudicaret iuri alterius, dictu abſurdiſsimum, ut hic; & declarat Bal. met in l. cum ſeruum. col. ij. C. de ſer. fugi.

Et quod denique ſententia contra unum lata non nocet alteri qui in in iudicio nunquam fuit. c. dilecto. c. fi. de preben. l. denunciaſſe. §. fi. ff. ad legem Iul. de adul. not. in c. quanuis. de re iudi. Ancha. conſ. xxj. col. j. Finis.

De appellationibus & conſultationibus.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ. Probo.

SI AD SCRIBATVM NOminatus non prouocaſti: cō uelli ſtatuta non poſſunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod nominatus non appellet, quia uidetur caſus ad literam in l. nominationes. infra eodem, ibi de quibus nec appellare neceſſe eſt, & cum in uerbis nō eſt difficultas nō eſt admittenda uoluntatis quæſtio uulga. l. nō aliter. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. iij. & maximè quia à ſententia appellatur, auth. hodie. C. de appella. ſed nominatio non eſt ſententia: ergo. Item officium publicum eſt. in quo nec grauamen eſſe poteſt, à quo electus debeat prouocare: argumentum in capitulo ut debitus. de appella. & in l. prima. in §. ſolent. ff. quando appel. ſit. Et quia idem quoque uidemus in tutela quæ munus publicum eſt pariter. l. i. ff. de tute. Eaque ratione quoque appellatio non eſt neceſſaria. l. j. §. ſi quis tutor. ff. quando appel. ſit.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decisionis eſt. quia nominatus grauamen fortè ſentiebat ſibi iniūgi, quo caſu extraiudicium etiam licet prouocare. l. ſecunda. C. de decurio. lib. x. l. hi qui. infra eodem. Vel quia nominatio uim ſententiæ interlocutoriæ habere uidetur facta cum decreto iudicis & legitimè à quo ſi inferatur grauamen nominatus ſemper poteſt appellari, ut in dicta l. hi qui. not. in l. ſecunda. ff. de appel. recip. & ſi appellatum non ſit, electioni conſentire uidetur, & ipſam confirmare. d. l. hi qui. l. i. ſupra de poſtu. & iſtud innuit litera hic, inque illis uerbis. ſtatuta conuelli non poſſunt.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia nominatio ibi erat inualidá, unde ſicut à ſententia nulla & inualida non appellatur. l. ſi expreſsim. & ibi not. ff. de app. pari modo nec appellatur à nominatione quæ ſit huiuſmodi, & ita loquatur tex. in d. l. hi qui. Non ſecundū, quia etiam quod non ſit ſententia, à grauamine extraiudiciali tamen appellatur. d. l. hi qui. Vel dicamus ut ſupra, quod uim ſaltim habeat & æquiparetur ſententiæ interlocutoriæ. Non tertiū, quia imò eſſe poſſet quáquam officium publicum ſit. l. munerum. §. iudicandi neceſsitas. ff. de mune. & ho. not. in d. c. ut debitus. ſed tráſeant hæc. quod grauamen eſſe poſsit nominato, probatur in d. l. hi qui. quia fortè ſit priuilegiatus, & uacationem habeat vt ibi, ideò poterit omninò appellare ſi voluerit. Non ultimum denique ob. quia eo caſu cū officium ſit auctoritate publicum, utilitate uerò priuatum, habet tēpus tutor ſe excuſandi l. quinquaginta. ff. de excu. tuto. ideò appellatio nō eſt neceſſaria. hic autem ſic, quia officium publicum eſt auctoritate & utilitate aliàs nominatio ſtatim tranſiret in rem iudicatam, nominatus electioni conſentiret, & officium ſuſcipere teneretur, argumentum in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. nō poſſe. Pulchrè Bald. in l. ſcire oportet. in fin. prin. ff. de excu. tuto.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod neceſſaria forma curanda eſt, ſuperuacua non, ut inquit Bal. in l. in teſtamentis. C. de teſta. & probatur etiam in d. l. hi qui. & in d. l. nominationes. infra eo.

Et quod quanquam prouocare & appellare cō fundi uideantur, & promiſcuè proferantur, propriè tamen appellatio fit in iudicio, prouocatio autem extra, ita Inno. in c. cum ſit Romana. de appel. Bal. in Marga. ſua appellatio. nu. 43. & ita formaliter Guid. Papæ ſingu. ncviij. & minus è mirum ſi hic non prouocaſti dictum eſt, cum de grauamine ageretur extraiudiciali ut ſupra.

Et quod tacens conſentire uidetur, ut in reg. qui tacet. ff. de reg. iur. l. ii. §. uoluntatem. ff. ſolu. matrimo. l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procu. nanque ſi prouocare nominatus potuit nec prouocauit, tacitè electioni conſenſit, & eam confirmauit. & eſt argumentum amplius in l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ubi uulgatum illud quod par eſt uirtus taciti & expreſsi.

Et quod ſcribatus officium publicum eſt auctoritate & utilitate, (ut dictum eſt) ſed tamē ad de quod dignitas non eſt, niſi ſcriba ſit Regis ſeu Principis, & fortè ita intelligitur hic ut gloſſ. prima declarat. quod tamen aliàs non ſit dignitas not. in l. uniuerſos. C. de decurio. lib. x. Bal. in in c. quoniam contra. uu, 29. de proba.

Et quod deniq; ſtatuta & ordinata rite & rectè, non facilè ſunt conuellenda, hoc eſt reuocanda & annullanda: argu. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. & in l. cauſas. C. de tranſac. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximian. AA. & CC, Haberad. chariſs. nobis.

DOMINVS LITIS CAVſam appellationis, quā procurator ſuus litigando interpoſuit, etiam abſente procuratore exequi poteſt.

Dubitandi rationem faciebat, quod procurator & non dominus appellationem proſequi debeat, quia uidetur caſus in l. nulli C. quorum app. non recip. ubi etiam glo. declarat, quod procurator appellat & appellationem proſequitur. Maximè, quia poſt lit. conte. fit dominus litis. l. procuratoribus. l. nulla. C. de procu. nec poteſt reuocari. l. poſt litem. l. in cauſæ. §. fi. ff. eo.

Contrariū tñ hic deciditur, quod imò poſsit & præſente & abſente procuratore, & ratio deciſionis eſt, quia non æquè conuenit quod defenſio propriæ cauſæ, denegetur domino, quodq; propria lite careat, poſtquam ita uult, & plus quod ſi uterque ad iudicem ueniat, dominus ſemper erit præferendus. l. quæ omnia. & ſeq. ff. de procurato. argumentum in l. in re mandata. C. manda. & in l. ſed & ſi lege. in §. conſuluit. ff. de peti. hær. & in l. j. ad fi. (melius quam alibi) ff. de carb. edi. ibi maiore conſtantia cauſam defenſabit, Imol. in l. pe. in §. ad crimen. col. xiij. ff. de publ. iud.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, nō primum, quia id uerum eſt ſi dominus uoluerit, ergo aliàs non, & ita loquitur glo. ad idem allega. Non ſecundum, quia uerum eſt quo ad primam instantiam. non quo ad ſecundam, & ideò cum eius officium finitum eſſet, non poterat appellationem proſequi, quo minus id facere poſſet dominus. Non denique & ultimum, quia ſtant iſta ſimul quod reuocari non poſsit, & tamen eo inuito dominus appellationem proſequatur, ex quo mandatum non habebat ad appellandum & proſequendū ut infra in l. proxi. & Bal. hic latius.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod uerbum ambiguum, æquiuocationem habet ut per Bar. in l. quotiens in ſtipulationibus. ff. de uerb. obl. quodque utimur figura quæ appoſitio appellatur æquiuocationis remouendæ gratia, & coniunctione duorum ſubſtantiuorum, quorum unum alterum declarat. l. i. ff. de pac. Bar. in l. i. in prin. & col. ii. ff. de tutel, & eſt exemplum ſi dixerimus. Canis ſtella lucet, uel ut hic. Dominus litis appellationem quam procurator ſuus interpoſuit, exequitur, ex quo non modo dominus litis dicitur aliàs qui procuratorem conſtituit, ſed etiam ipſe procurator poſt litem conteſtatam ut ſupra.

Et quod lis & cauſa duo ſunt inuicem differentia. l. cauſas. C. de tranſactio. l. poſtquam liti. C. de pact. nanque lis dicitur cum ius in iudicio deducitur, cauſa uerò ipſa inſtantia iudicij, & quandoque etiam ius quod in iudicio deductum eſt ut not. in l. j. ff. ſolu. matri. & in l. qui Romæ. in §. Calimachus. ff. de uerbo. obliga. & in l. litem. C. de procu. & in l. litis nomen. ff. de uerbo. ſignifica. & in d. l. poſtquam liti. & in d. l. cauſas. & in l. cum lite mortua. ff. iud. ſol.

Et quod quanquam procurator appellare teneatur, non tamen tenetur neque poteſt appellationem proſequi, niſi mandatum habeat ſiue ad hoc ſit ſpecialiter conſtitutus. l. fin. ff. an per ali. cau. ap. exer. po. deq; hoc etiam in l. inuitus. C. de procu. & in l. ſeq. infra eo. præallega.

Et quod ubi procuratoris mentio facta eſt (ut hic) de eo intelligitur, qui mandato domini aliena negocia adminiſtrat, ut dicitur in l. i. in prin. ff. de procura.

Et quod denique coniunctio etiam, eſt implicatiua, & augumentatiua. l. ſi contendat. ff. de fideiuſſo. l. etiam. C. ſi tutor uel curator. l. Centurio. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitu. capitulo cum in illis. de præben. in ſexto. Corn. conſil. cccii. nume. 15. uolumi. tertio. & eſt ſenſus quod dominus appellationis cauſam à procuratore ſuo interpoſitam, non modo eo præſente proſequi poteſt, uerum etiam abſen. & quoniam de iſta implicatiua dixi alibi quoq; ſatis in l. etiā de fideicom. & in l. etiam. de execu. rei iudi. ſupra tranſeo. Finis.

Imp.

Imp. Conſtantinus. A. ad Voluſianum.

LATA SENTENTIA, QVAE pertinet ad bona vacantia, & ad ea quæ vt indignis legibus cogentibus auferuntur: ſi qui putauerit prouocandum: vox eius debebit admitti.

Dubitandi rationem faciebat, quod hoc caſu appellari non poſsit quia cauſa fiſcalis eſt. l. abſtinendum. l. fina. infra quorum appel. non recip. nanque duæ cauſę potiſsimę ſunt confiſcationis, una eſt uacatio. l. uacantia. l. ſi nacantia. C. de bo. uacan. lib. decimo. altera uerò indignitas. l. prima. l. hæreditas. & toto titu. C. de his quibus ut indig. l. Claudius. ff. eodem. Et qnia quemadmodum à præfecto prætorio non appellatur. l. à pro conſulibus. ſupra eodem. l. i. C. de ſen. præfec. præto. nec à ſentẽtia principis. l. ne cauſas. ſupra eo. not. in l. & in maioribus. eo. titu. pari modo nec à procuratore Cæſaris eſt appellandum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia & in maioribus & in minoribus negociis appellandi facultas eſt, nec ob hoc fit ininria iudici (inquit text. in præallega. l. & in maioribus. ſupra eodem.) Imò ſi appellationi non detulerit, quod punietur. l. quoniam iudex. quæ eſt huic præcedens. ſupra eodem. maximè quia inuenta eſt ut uel iniquitas uel imperitia iudicantium corrigatur. l. i. in prin. ff. de appella.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, non primum, quia loquitur in debitore fiſci, manifeſtè conuicto, qui callidis artibus ſolutionem differre uolebat, uel contumace, quo caſu non mirum eſt ſi appellatio ei denegatur, ut clarè utrobique ibi dici uidetur. & manifeſtè conuicto uel contumace diximus, quia in dubio aliàs appellatio admitteretur. l. quoniam nonnulli. ſupra eod. & ibi not. Non ſecundum, qnia non eſt uerum, præallega. l. & in maioribus. & quia exceptio in uno caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. not. in capitulo cum dilecta. de confir. util. uel inutil. unde ſi à ſententia præfecti prætorio non appellatur, uel principis neceſſariò dicemus à ſententiis aliorum, & maximè procuratoris Cæſaris poſſe. Et præſertim quia regulariter fiſcus utitur ubique uult iure priuati. l. item ueniunt. §. in priuatorum. & ibi not. ff. de peti. hęre. l. quod placuit. ff. de iure fiſ. argumentum in l. non puto. ff. eo. Saly. in l. exemplo. in prin. C. de proba.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi à ſententia lata in cauſa charitatiui ſubſidii, decimarum, & aliis etiam cauſis piis & ſpiritualibus poteſt appellari ut per Hoſt. in ſumma de cenſi. in §. ex quibus. uer. quid ſi ſubditus glo. in c. tua. ij. de deci. clemen. diſpendioſam. ad fin. de iud. Bellenz. in tracta. charitat. ſub. q. lv. non ab re eſt ſi poteſt & multo magis in cauſa fiſcali de quo hic.

Et quod (ferè à idem) ſi ex modica iudicis læſione poteſt rurſum appellari. d. l. & in maioribus Imol. conſ. cxlv. col. v. Ancha. conſ. cxcviij. col. i. & conſ. ccclxxxii. col. i. multo magis poterit ſi de bonis applicandis fiſco agatur, propter unũquodque tale enim & illud magis, inquit Philoſophus, auth. multo magis. C. de ſacroſanc. eccle. l. quanto magis. ff. de iureiu.

Et quod per appellationem differtur executio eaq; pendente nihil eſt inualidum. l. non tantum ff. de appel. d. l. & in maioribus. c. de appellationibus. extra eo. tit. Veronen. cautel. ii. col. ii.

Et quod bona uacantia dicuntur etiam (quod pro declaratione notandum eſt) ſi defunctus cõſanguineos reliquerit ultra decimum gradum, ex quo non admittuntur de iure, & ſine dubio applicantur ex iſto capite, fiſco. ut in dicta l. uacantia not.

Et quod denique indigni dicuntur, quibus hæreditas auferenda eſt, ſi teſtari uolentem prohibuerunt, uel nolentem coegerunt, quique haberi quæſtionem de familia non petierint occiſo teſtatore, antequam hæreditatem adirent, nec eſt defuncti haud uendicantes. l. i. & ii. C. ſi qnis aliq. teſta. prohib. l. i. C. de his quib. ut indig. non ab re igitur ſi ad delationem alicuius lata ſententia à procuratore Cæſaris his caſibus fiſcus admittitur, quanquam ab ea poſsit etiam appellari ut hic. Finis.

ADDITIO.

Quod apud acta & ſtatim uina uoce appellatur, & nõ ab re dicitur hic. uox eius admitti debebit, quæ eſt, appello. aliàs autem ſi ex interuallo libellus appellationis offerri debebit. l. i. §. ſi. ff. de appella. & not. in l. litigatoribus. ſupra eo.

Qui bonis cedere poſſunt.

Imp. Theodoſius A. apud acta dixit.

IN OMNI CESSIONE bonorum ex qualibet cauſa facienda, ſcrupuloſitate priorum legum exploſa, profeſsio ſola quærenda eſt. Idem dixit. In omni ceſsione ſufficit voluntatis ſola profeſsio.

Dubitandi rationem faciebat, qnod aliqua ſolẽnitas requiratur, quodq; ſola ꝓfeſsione nõ fiat, ex quo uidemus ꝙ interrogandus eſt creditor an uelit debitorem ſuum cedere bonis, an uerò ſibi quinquennale temporis ſpacium indulgere. l. ſi. infra eo. & plus quod cedẽdo bonis teuebitur

præſtare ſatiſdationem ſoluendi ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam. c. Odoardus. de ſolu. l. vnica. §. cum autem. ad fi. C. de rei uxo. act. ſi poſſit, aliàs ſufficiet cauere uerbaliter. l. ii. §. pen. ff. de iudi. Ad hoc etiam facit, hic cedere non poſſe, niter natibus percutiendo lapidem quem uituperij uocant, terq; alta uoce clamando, *Cedo bonis.* Mediolani aſcendit locum eminentem coram iudice aſtante multitudine populi, ſicq; ter natibus lapidem pulſat. Romæ uerò leonem ante Capitolij ianuam rugientem, quatit, & ut per Bal. fuſius in d. l. fi. infra eod. & Albe. in ſtatu. par. prima. q. xxxvij.

Contrarium tamen hic deciditur, ſolo uerbo, Imò per nuncium & per epiſtolam quoque fieri poſſe. l. fin. ff. de ceſsio. bon. & ratio deciſionis eſt, ne detrudatur in carcerem. l. j. ſupra eod. quæ mala manſio eſt, & longe melius in agro fodere quàm in carcere macerari ut per gloſſ. in l. item apud Labeonem. in §. quæſtionis uerbo. ff. de iniur. & in l. ſi hominem. in prin. ff. depo. & in cle. j. de hæret. Bal. in l. ij. col. ij. C. de epi. aud. quanquam tamen uerba hæc aliter intelligantur ut dixi in obſeruatio. legal. lib. x. obſerua. xcv. uſque adeò ut hoc ipſum ſibi permittat lex, utq; confugiat ad hoc miſerabile auxilium, quia non propterea liberabitur. d. l. i. d. l. fi. ſupra & infra e. Et quia ēt inanis eſt actio quā inopia ipſius debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia id uerum eſt non regulariter, ſed cū ceſsio impetratur à principe, ut ibi not. regularis autem rei diſpoſitio debet attendi, ergo. l. regulariter. ff. de peti. hære. l. in teſtamento. C. de milita. teſta. & ita in ſimili dicit glo. limitando regu in l. fi. ff. de tute. Non ſecundum, quia id iure canonum procedit ergo non ciuili, & utrunq; ſeruabitur, in ſuo foro ut inquit glo. in c. ii. de arbi. in vj. & ſimile adducit Alex. in l. ſi ab hoſtibus in ulti. col. ff. ſolu. matri. Ancha. in c. canonum ſtatuta. in repe. col. xxxvj. de conſti. Abb. in c. eccleſia S. Mariæ. col. iiii. eo. titu. Non tertium, & ultimum: quia id eſt ex forma ſtatutorum ut hic (ſtatutum enim condidit D. Antonius Confeſſor) & de conſuetudine locorum, alibi (ut Mediolani & Romæ) quo caſu licet de facto ſeruentur, de iure tamen non ualent, quoniam contra bonos mores eſſe uidentur. d. l. fi. infra eo. præalleg. l. fi. ff. eo. Cyn. in l. j. in v. q. ſupra eo, argumentum in l. iuriſgentium. in §. prætor ait. ff. de pac. l. pacta quæ contra. C. eodem. Bald. in ſtatu. cedere. nume. 3.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. iii. c. ſolite. de maio. & obe. Imò quod ſubiicit geminando uerbum (qđ plurimum operatur. l. baliſta. ff. ad Treb.) ex qualibet cauſa, & ſic quod ſola profeſsio ſufficit in omni ceſsione ex qualibet cauſa. tamen cogita quia debitor fiſci bonis non cedit. l. nemo. l. quotiens. C. de exac. trib. lib. x. Et pro reſolutione ad Cyn. recurre in d. l. j. ſupra, in prin. & interim à rego non recede. Vel dic quod imò cedat ut per Bal. in ſtatu. cedere præalleg. ſupra, nu. 38.

Et quod quanquam ex ſolemnibus nihil ſit immutandum. l. diuus ff. de in integ. reſti. l. & ſi nihil. ff. de reg. iur. ſecus eſt tamen ſi aliud dictarit æquitas, vel quia contrarium iure deciſum ſit ut hic & in d. l. fi. infra eo. & in præalleg. l. diuus.

Et quod leges plerumque ordine ſunt poſteriores, compoſitione tamen priores, nanq; ſcrupuloſitas in ceſsione bonorum erat in l. fin. infra eo. quam explodit hæc, & tamen dicit fuiſſe priorum legum, ita glo. in auth. de nup. in prin. & in l. fi. C. de libe. præte. Cogita.

Et quod uoluntatis ſola profeſsio erit, ſi dixerit debitor. Profiteor me uelle cedere bonis: argumentum in l. tale pactum. in prin. ff. de pac.

Et quod denique dictiones uniuerſales etiam ad habilitatem reſtringuntur. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mune. & ho. l. j. ff. manda. Alex. in l. j. in prin. & in §. lex Falcidia. ff. ad leg. Fal. in pulchro caſu Bal. conſ. clxiii, uol. ii. Vnde licet hic dicatur. In omni ceſsione, attamen intelligi debet, quæ admittatur & fieri poſsit de iure, ex quo falliti hoc beneficio non gaudent, quod eſt miſerorum ſubſidium, ut dicitur in d. l. fi. infra eo. nō doloſorum, & ad longum uidendus eſt, Boer. deciſio. ccxv. nu. 5. & 6. par. ij. Finis.

De bonis authoritate iudicis poſsidendis, ſeu venundandis, & de ſeparationibus bonorum.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Aelidæ.

IN POSSESSIONEM rei ſeruandæ cauſa vxor defuncti vel alij creditores miſsi, dominium ex hac cauſa tenentes adipiſci minimè poſſunt.

Dubitandi rationem faciebat, quod miſſus in poſſeſsionem dominium acquirat dummodo ille contra quem miſsio facta eſt, ſit dominus, quia ita clarè dicere uidetur tex. in l. properandum. in §. ſin autem reus. C. de iudi. Sin minus quia dominus non ſit acquiretur ſibi uſucapiendi conditio l. & generaliter. ff. de noxal. l. prætoris. ff. de dā. infec. l. ſi finita. §. ſi quæ ſint iura. §. ſi de uectigalibus. ff. eodem.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. pro debito. ſupra eo. & in l. legis Iuliæ. Qui bon. ced. poſ. alleg. etiā hic in glo. & in l. is cui. in prin. ff. vt in poſ. lega. quia uxor, ſiue alij creditores in poſ. miſsi fuerunt cauſa rei ſeruandę & ex primo decreto,

creto, ut hæredes defunctum repreſentantes tedio affecti uenirent reſponſuri. l. is cui. ff. ut in poſ.lega.præallega.l.i. & ii. ff. quibus ex cau. in poſ.ea.& not.in locis ſupra alleg. pariter, & in c. quoniam contra.in §.fi.in prin. ut lite non conteſta.& eſt argumentum in l.legata inutiliter. ff. de adi.lega.ubi uulga.illud inducta ad unum effectum alium nō operantur. & ſic dominium ex hac cauſa poſſidentibus non acquiretur.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere, quoniā uera ſunt & procedunt quando miſſio in poſ. fit ex ſecundo decreto,& per ſententiam diffinitiuā ad hoc ut prædictis ſatisfactum ſit pro modo debiti declarati ut infra in l. ſeq. & auth. & qui iurat.& ut latius not.in d.§.ſi de uectigalibus. & ſi (ut dictum eſt) hæredes erat domini, poſſidentibus acquiretur dominium, aliàs uſucapiendi conditio. diuerſumq; eſt à caſu legis noſtræ, nec eſt diuerſis poteſt fieri illatio quæ bona ſit uulga.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqu. poſ.l.Papinianus exuli. ff. de mino. latè Bald. & Caſtren.hic.& ante eos Odoſ.pulchrè in l.ii. in §.j.col.ii.ff.ſi ex noxa.cau.aga.

Preſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quod tantum eſt dicere uxorem,ſiue alios creditores, cauſa rei ſeruandæ in poſ. miſſos fuiſſe,quātum eſſet ſi dictum fuiſſet, miſſos ex primo decreto, quod eſt primus iudicis iuſſus,& ſententia interlocutoria,ut not.in d.§.i. & in d. §. ſi de uectigalibus. ex quo nullus alius eum precedit argumentū in §.nos uerò.in proœ. ffórum.Et ſic perifraſticè ſiue per circunlocutionem, figuratoq; loquendi modo, quo ſepiſsimè utuntur legum latores.l.i.ff.de pact.glo.in c. forus. de uerbo.ſignifi.

Et quod miſſus in poſ.ex primo decreto(ut dixi)efficitur tantum detentator,pro dominio autē nunquā eſſe incipit,ut hic,& in d.l.is cui.l.ad effectum de quo ſupra,ut etiam dicit Bar.in l.iubere cauere.nu.3.ſignanter per tex.in d.l.is cui. ff. de iur.om.iudi.

Et quod primum decretum adhuc præambulum eſt ad ſecundum.& ſententia interlocutoria, ſecundum uerò diffinitiua,uel uim diffinitiuę habens,ſi ergo non acquiritur dominium ex miſſione primi,hac de re dici neceſſariò debet quod acquiratur ex ſecundo,cum declaratione ut ſupra,& ut in locis ad idem allega.legitur plenius.

Et quod non ab re dicitur, rei ſeruandę cauſa, & ut tedio affectus reus ueniat ad iudicium reſponſurus,creditorem aliàs mitti in poſ. & quod efficitur tantum detentator, ex quo fructus non lucratur,niſi in caſu.l.apud Iulianum.§.fi.ff. quibus ex cau.in po.ea. Vel ſi hoc ipſum dictaret lex municipalis ut in §.ſi uerò. ubi gloſſ. in auth. de exhi.re.& ut latius declarat Bal.in d. c. quoniam contra.in §.in alijs.nu. 3. ut lite non conte. & ex his indubitatum uidetur, dominium non acquiri ex primi decreti miſſione,quouis modo.

Et quod denique dictio alius, ſiue alij implicatiua ſimilium eſt, & ſic quod uxor hic etiam erat creditrix ſuę dotis. l. ſi fugitini. ubi glo. C. de ſer.fugi.l.quidam relegatus.ff.de reb.dub.l.j. §.i.ff.de pollicita.l.non ſolum.§. quæritur. ff. de pecu.l.ſi mater.§. eandem. ff. de excep. rei iudi. Bar.conſ.ii.ad ſi.Fe li.in c. cum non ab homine. in prin.de iudi. Areti.multa conſ.cxv.col.ii.Bal. cōſ.cccxcv.col.ii.uol.ii.Et hoc regulariter, quia memini me aliàs oſtendiſſe ſatis fallere regulam in multis caſibus,à qua tamen nunc breuitatis inſtitutę gratia,non recedemus. Finis.

De reuocandis iis quæ per fraudem alienata ſunt.

Impp.Diocletian. & Maximian.AA. & CC. Acyndino.

SI PATERNA HAEREditate abſtinuiſti, nec quidquā in fraudem creditorum ex bonis eius in te iure donationis tranſcriptum eſt: à priuatis creditoribus præſes prouinciæ conueniri te non patietur. PP. x. Kalend. Iul. ipſis iiij. & iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quod filius poſſit conueniri à creditoribus hęreditariis quanquam paterna hęreditate abſtinuerit,quia uidetur caſus in l.fi.C.de primipil.lib.xij.ubi ad literam dicitur, eſto quod filius paterna hęreditate abſtinuerit poſſe nihilominus conueniri. ibi.teneri D.Aurelianus ſanxit, ſi neque patri ſucceſſiſti.& iſtum tex.ad idem(corrupto tamen) allegat glo.in l.proxi.ſupra eo.Et clarius ad idem facit tex.in l.itamen.in §.ſi pater.ff.ad Treb. ubi filius à patre erat inſtitutes hęres, qui ſuſpectam habebat hęreditatem,abſtinuit, & tñ cōuenitur.

Contrarium tamen hic deciditur, & in præallega.l.proxi.ſupra eo.& in l.i.& toto titu. C. ne fil.pro pat.& in l.i.& ii.C.de rep.hær.& in l.eum C.arbi.tut.& ratio deciſionis eſt, quia filius per aditionem hæreditatis quaſi contrahit cum creditoribus hæreditariis.l.apud Iulianum.§. fi. iuncta l.ſeq.ff.quib.ex cau.in poſ.ea. eiſdemq; tenetur, ergo non ſi hæreditate abſtinuerit,necquidquam in fraudem creditorum(ut hic dicitur)iure donationis in bonis eius,inq; ipſum filium trāſcriptum fuerit, quia non æquè conueniret, & propterea à dictis creditoribus conueniri non poterit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primum, quia (ut ſignanter ibi dicit text.) ex ſola principali cauſa conuenitur, ergo non regulariter (ut poſtea ſubiicit his uerbis) conſequens eſt,à

eſt, à paternis creditoribus uos non conueniri. Imò fuiſſet ſatis dicere, id in primipilo uendicare ſibi locum, ex quo ſpecialitas in uno caſu, arguit in cõtrarium eſſe ius commune in reliquis, firmatq́; regulam in non exceptuatis. l. ius ſingulare. l. quod uerò contra. ff. de legi. c. præſenti. §. loca. de præb. in vj. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. instruc. inſtrumentoq́; lega. tradunt Canoniſtæ in c. cum dilecta. de confir. uti. uel inuti. Modeſtus de re mili. ad Theodo. dicebat primipilũ fuiſſe tũc qui præerat legioni decimæ cæteris p̃ſtantiori, ſeu militibus. clx. Alij alia, ſed id magis placet ſi fuiſſe dixerimus (ut declarat Ange. in l. j. C. de priuil. fi.) fuiſſe generalem adminiſtrationem ſeu theſaurium principis. Romæ Camerarius Papæ eſt. nonnihil idem Ang. in l. ſatis. C. in quib. cau. pig. uel. hypo. ta. con. Pyrrhus lib. iij. de mili. offi. & Capici. plenius quàm alius deciſi. cxxix. nu. 15. & 16. Non ob. igitur ſecundum, quia eſto quod eo caſu reſtituat hæreditatem fideicommiſſario, non tamen adit ex quo reſtitutio non fit eo animo. ſed magis animo contrario, ut non ſit hæres, quandoquidem id coactus faciat, non ergo (ut in inductione argumenti dicebatur) conuenitur ipſe ſed fideicommiſſarius, qđ & ibi ſignanter dicitur, & not. eſt ille tex. ad id ꝙ exiſtentia ſui hæredis ſubſtitutionem fideicommiſſariam confirmat, & ſi fideicommiſſariã quæ eſt onus & grauamen. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. multo magis confirmabit pupillarem aliàs quæ eſt fauorabilis. l. ſi filius. ff. eo. Bal. pulchrè in l. quidam elogio. col. v. C. de iure delibe. & illum tex. adhuc dicit ſingu. Corn. conſ. xcvij. nu. 7. uol. ii.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod licet filius ſit ſuus & neceſſarius hæres. §. ſui. inſti. de hære. quali. & diffe. beneficium tamen abſtenſionis habet ſi uoluerit. §. ſed his permittit prætor. inſti. eo. tit. Bar. in l. qui ſe patris. nu. 8. & 9. C. unde libe. ne inuitus creditoribus teneatur. l. neceſſariis. ff. de acqui. hære. Ang. de Perig. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. ſiue aliàs in tracta. ſuitatis. in ix. q. inq́; iij. effectu. numero 27.

Et quod (ad idem) filius in poteſtate exiſtens, ex hæres ipſo iure lege xij. tab. re & effectu. de iure prętorio nomine tantum, ex quo habet licentiam abſtinendi. Et ideò dicebat hinc Cyn. in l. i. C. ſi ut ſe ab hære. abſti. quod prætor concedens beneficium abſtinendi non poteſt facere quod filius qui ipſo iure eſt hęres, deſinat eſſe hæres, eſtq́ue argumentum in l. & ſi ſine. in §. ſed quod Papinianus. ff. de mino. nonnihil Iacob. de Belui. in q. poſita ſub titu. de trien. & ſeni. in auth. col. iiii. Deci. conſ. cccxxxi. col. i. & ii. uol. ii.

Et quod rurſum hoc beneficio abſtinendi uulneratur ſuitas, in caſibus in quibus eſt utile filio ut non ſit hæres patri, quo ſit ut nec teneatur creditoribus hæreditariis, aliàs ſecus. ita Por. inſti. de Attilia. tuto. col. iiii. & not. in l. ſi filius. qui patri. ff. de uulga. & pup. ſubſti. Gozadi. Bononien. conſ. lvj. col. ii.

Et quod beneficium nõ confertur in inuitum, l. inuito. ff. de reg. iur. Bar. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. peta. in fi. Bald. in l. non hoc ibi nemo inuitus gaudet. col. iiii. C. unde cogna. not. in l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. Nimirum igitur ſi filius poteſt abſtinere. l. cum hæreditate. ff. de acqui. hære. gl. in l. unica. in §. his ita. C. de cad. tol. dixi ego in rub. C. quando non pet. par. & hinc eſt per iſtam regu. quod dicunt Docto. ubi & nos quoque in l. i. C. de pac. quod ius quod nobis acquiritur ſine facto noſtro, ex legis diſpoſitione, uel teſtatoris, poteſt ſimplici repudiatione tolli. bonus tex. in l. hoc iure in §. non poteſt. ff. de dona. pulchrè in ſimili Corn. cõſ. xxxi. nu. 7. uol. ii. & quia dixi aliàs ſatis in d. l. inuito. nũc trãſeo.

Et quod denique fraus nemini debet patrocinari. c. ſedes Apoſtolica. de reſcrip. c. ad noſtrã. de emp. & uend. c. cum. de cleri. non reſi. in eccle. Vnde præfect. uigilum punit eum qui euidenti fraude bona pupilli alienat, l. i. §. item ſolẽt. ff. de offi. præfect. uigi. Quique nummis tutelam occupat, ut ibidem. Et idem ſi capſarius in ſeruandis ueſtimentis fraudulenter ſe geſſerit ut ſurriperentur. l. iii. §. fi. ff. eo. ex qua fraude ſimulatio prǽſumitur, & è cõtra ut inquit Bal. in rub. de offi. iud. nu. 24. odioſa legibus pariter iuxta not. in tit. C. plus ual. quod agitur quàm quod ſi. concip. accipiebantq́; ueteres fraudem pro damno Moderni uerò (ut uerbis Bal. utamur conſ. lxxx. col. i. uol. iii.) ex illicitis conſilium fraudis præſumunt. not. plenè in l. ſi non conuicij. C. de iniur. nimirum igitur hic, ſi quidquam in fraudem creditorum iure donationis in filium tranſcriptum fuiſſet, tunc poſſe conueniri. Finis.

Reuocan. his quæ in frau. credito. aliena. ſunt.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & C C. Acyndino.

SI PATERNA HAEREditate abſtinuiſti, nec quidquam in fraudẽ creditorum ex bonis eius in te iure donationis trãſcriptum eſt, à priuatis creditoribus præſes prouinciæ conueniri te non patietur. PP. x. kalend. Iul. ipſis iiij. & iij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat primo text. in l. ita tamen. in §. ſi pater. ff. ad Treb. ubi filius, quãquam nomine, non re, patris hæres, à creditoribus hæreditariis conueniri poteſt. & clarior in l. fin. C.

fin.C.de primipil.lib.xii.ubi primipili filius tam etſi hæres non fuerit (& ſic fortius) tenetur, & cõueniri pariter ab eiſdem poterit. Et nimirum quidem, quoniam ſatis lugubre eſt, & iniurioſum ſanè, quod quis ſine hærede moriatur, ſaltim nomine.l.& quia.ff.de int.act. Imò (ut ibi pulchrè inquit Iuriſcõ.) quod non modo intereſſe eſt defunctorum, uerum etiam uiuentium. & maximè creditorum in caſu iſto, ne ſuo iure, ac creditis, & debitorum nominibus, deluſi fraudentur.

Contrarium tamen hic deciditur, & in d.l.fin. C.de primipil.& in l.proxi.ſupra eo.& benè, & ratio deciſionis eſt, quia ſi filius abſtinuit ſe ab hæreditate patris, nec quidquam habeat de bonis ipſius, ut dicitur in text. (abſtinere enim poteſt ſe, quamuis lege xij.tab.ſit ſuus & neceſſarius hæres.l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.§. ſui. inſtitu. de hære.quali.& diffe.prætoris beneficio.§. ſed his permittit prætor inſti.eo.) non æquè conuenit ut teneatur.l.ſecundum naturam.ff. de regul. iur.l.unica.§.pro ſecundo.ibi neque enim ferendus eſt.C.de cad.tol.& facit ad idem quod habetur in l.i.& rub.C.ne fili.pro pat. & in l. ſi unus. in §.ante omnia.ff.de pact.& in l.ſæpè.ff. de re iudica.& in l.i.& toto titu.C.res inter ali.acta.

Ad oppoſita reſpondetur, dubitationem facientia, non obſtare, non primum; quia dicto caſu cõueniri poteſt tantum, & cogi, ut hæreditatem adeat, & fideicommiſſario reſtituat (rogatus enim fuerat ut eam alteri reſtitueret, exiſtentiaq; ſui hæredis, ipſum ad id obligabat) ſed non ut damnum aliquod patiatur, quo caſu adduci regu.poteſt, quod tibi non nocet & alteri prodeſt, id ei denegare non debes.l.in creditore.ff.de euictio.quid enim fœdius eſt, (aiunt) quàm vnde tu nullum detrimentum referas, alteri nolle accommodare. Item. Quid honeſti ab eo expectari poteſt, qui abſque ſuo ullo incommodo, præſidia ingenij amici denegarit. Et Poe. lyricus lingua Italica.

Però s'i mi procaccio
Alimenti al viuer curto;
Si ricca donna deue eſſer contenta;
S'altri viue del ſuo ch'ella no'l ſenta.

Non ſecundum, quia etiam dicto caſu eſt ſpeciale in fiſco, & in cã primipili, licet enim fiſcus regulariter utatur iure priuati.l.item ueniunt. §. in priuatorum.ff.de peti.hære.attamen in multis caſibus priuilegiatus eſt, inter quos iſte præcipuus eſt.nanque primipilus erat decimæ legionis (hæc enim dicebatur oĩum præſtantiſsima) caput, apud quẽ erãt quoq; militaria ſtipendia, qua de re filios & uxores habebat fiſcus, uelut maritorum & patrum, quodammodo prædes, etiam ſi eis hæredes non fuiſſent, nimirumq; ſi tex.in d.l. fi.dicit ex ſola primipili cauſa, hoc idem ibi deciſum fuiſſe.l.his ſolis.C.de reuo.do.l. ſolam.C. de teſti.& hic priuatis creditoribus, ergo in contrarium erit diſpoſitio iuris communis.l.ius ſingulare.l.quod uero contra.ff.de legi.c.præſenti. §.loca.de præben.lib.vj. æqua certè & rationabilis propter abſtenſionem, ut ſupra dictum eſt. Nec facit quod lugubrè ſit ac iniurioſum, mori ſine hærede, quia primum cum hærede mortuus eſt, licet poſtea hæres eſſe deſierit: argumentum in l.& ſi line.in §.ſed quod Papinianus. ff. de mino.demũ, quia licet abſtineat filius, admittentur tamen uenientes ab inteſtato.l.ſi quis cum teſtamentum.l.conficiuntur.ff.de iure codicillo.& ultimo loco fiſcus bonis uacantibus.l.uacantia. C. de bo.uacan.lib.x.

Præſtatq; nobis argumentum lex iſta, ad multa & maximè, quod rigorẽ & duritiem legis xii. tab.prætor ex bono & æquo temperauit, nanque durum uidetur, quod filius eſſet patris hæres, etiã inuitus, & ſic ſuus & neceſſarius, ut dictum eſt & inuitus creditoribus paternis teneretur.l.neceſſariis.ff.de acqui.hęre. Ange.in tracta.ſuiſa.q.ix. col.x.igitur conceſsit ſibi prętor, ut ſi uoluiſſet, abſtineret.d.§.ſed his permittit prætor. inſti. de hære.quali.& diffe.& in ſimili in §. quos autem. ibi prætor ex bono & æquo dilatauit.inſti.de bo. poſ. Imò inquit Cice.ad Heren.ius ex æquo & bono conſtare, ſi ad ueritatem, & communem utilitatem pertinere uideatur. eſtq; pro eo argumentum in l.ſi ſeruum.in §.ſequitur.ff.de uerbo.obl. dixiq; alibi ego ſæpè.

Et quod exempla non reſtringunt regulam.§. hactenus.inſti.de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet.ff.de dam.infec. unde eſto quod hic filius beneficio pretoris abſtineat, nec ob id poſſit à creditoribus paternis conueniri, eiuſdemq; mentio tantum facta fuerit, non eſt propterea ꝙ alio beneficio etiam ſibi ſuccurſum non ſit, Iuſtiniani ſcilicet, de quo in l.fi. in §. & hęc quidem. C.de iure delibe. ubi filius non tenetur creditoribus hęreditariis, ſi inuẽtarium confecerit aliàs ſic. Vel ſi (& tertio addas) ſeparationem bonorum petieris.l.j.§.ſciendum.ff. de ſeparatio. Bal. in l.pro hęrede.in §.j.col.j.ff.de acqui.hę. & unũ uerbum dixit hic. Sed aduertendum eſt (obiterque dictum ſit) quod deciſio.d.§. & hęc quidem. non habet locum niſi in foro contentioſo, & ſic in caſu ſuo non autem in foro cõſcientię & poli, ut pulchrè dicit Abb.in c.quia pleriq;.col.pe. de immu.eccle.& Feli.in c.i.col.xiii.de conſti.

Et quod non ab re bonorum mentio fit hic, & poſtea creditorum paternorum, quoniam aliàs bona non dicuntur niſi deducto ære alienõ.l. bonorum.l.ſubſignatum.§.bona.ff. de uerbo.ſigni. uſque adeò ut ſi pater hinc, in certis rebus filiam inſtituerit, & mandauerit, ipſam fore tacitam & contentam, nihilq; petere amplius poſſe, de bonis ſuis, quod nihilominus, ſi petierit dotem maternam audietur, et ad ipſam conſequendam admittetur, ex quo petit eam, tanquam ęs alienum. d.l.bonorum.pręallega.§.bona.l.pretor.§. emancipati.ff.de colla.bo.Bar.in l. vt iuriſiurandi.in §. ſi liberti ad fi.ff.de ope.lib.

Et quod quanquam abſtineat filius, non propterea

pterea iniuriam facit patri nec ob id efficitur infamis ex quo idem facit permiſsione legis, ut hic & in d.§.ſed his permittit prętor. & qui aliquid facit lege permittente pœnam non meretur. (infamia enim pœna eſt. l. iuſta. ff. de ma. uind.) l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulte. & eſt ſenſus clarus in l. nemo. C. ex quib. cau. infa. irroga.

Et quod denique donatio facta filio, in fraudem creditorum, non ualet, reſcindiq́; poterit per iſtum titulum. & ff. eo. quæ in frau. cred. etiã fraude non probata, eſtq́; caſus in l. omnes. in §. Lucius. ff. eo. latè Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem col. vj. inſti. de actio. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Epagatho.

FILIOS DEBITORIS ET ſuccedentes ueluti in creditorum fraudem alienatorũ facultatem reuocandi non habere, notiſsimi iuris eſt. Subſcripta. x. kalend. Maij. AA. Coſſ.

Dubitandi rationẽ primo faciebat generalitas tituli noſtri, & ff. eo. quæ in frau. cred. ubi utrobique dicitur alienata in fraudem creditorũ poſſe reuocari, ergo à quocunque, quia ubi non diſtinguit lex, neque nos diſtinguere debemus. l. de precio. ff. de publicia. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. Et ad idem uidetur caſus in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. ubi uenditor fundi, in quo factum erat opus, uenditionem dicit nullam, eamq; retractat. & ab abſurdo uitando arguentes deniq; quia ſi filij hic forent creditores patris, nec poſſent alienata in eorum fraudem reuocare. ſuis creditis fraudarentur, quod ſatis iniquum foret, & à natura pœnitus alienum: argumentum in l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. & in regu. locupletari. de reg. iur. in vj. & quod damnum pati non debeãt eſt caſus in l. an uicium. in §. i. ff. de diuer. & tempo. præſcrip.

Contrarium tamen deciditur hic, & benè, & ratio deciſionis eſt, quia ſicuti pater ſi uiueret nõ audiretur, allegans turpitudinem ſuam, pari modo nec filij debent audiri, qui iuris interpretatione eadem perſona cum patre eſſe uidentur. l. fi. C. de impu. & ali. ſubſti. §. ei qui. inſti. de inutil. ſtip. l. i. C. de lib. cã. & iuris interpretatione dixi, quia lex ita fingit, eſtq́; fictio unitiua, quæ non diuiditur, uſq; adeò ut idem in uno dici debeat quod dicitur in alio. declarat Bal. in l. qui in prouincia. in §. j. col. ii. ff. de ritu nup. & ad propoſitum ita etiam not. in l. tranſactione finita, per Abb. ad fi. C. de tranſactio. Bar. pulchrè in l. iuſiurandum. in §. procurator. nu. 6. ff. de iureiur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primũ, quia eſto quod generaliter loquatur reſtringuntur tamen ad habilitatem, & ad id quod ratio nis eſt. l. ut gradatim. §. & ſi lege. ff. de mun. & ho. l. quique. in prin. l. quamuis. ff. de in ius uo. derogaturq; generi per ſpeciem. c. generi per ſpeciem de reg. iur. in vj. igitur nec mirum ſi filij hic alienata per patrem non reuocant.

Non ſecundum, quia ibi uenditio erat ſimulata, & cõſequenter nulla. l. nuda. ff. de contrahen. emp. l. imaginaria. ff. de regul. iur. quo caſu ſemper poteſt quis (ut ibi dicitur) uenire contra factum proprium, & erit limitatio ad tex. in l. poſt mortem. ff. de adop. & ſic dicit uenditor ibi uenditionem nullam & ſimulatam, poteſtq́; auctoritate legis dicentis, plus ualere quod agitur, quàm quod ſimulate concipitur. l. j. & toto titulo plus ual. quod agi. non autem turpitudinẽ ſuã allegat.

Non obſt. tertium, quia abſurdum toleratur, quando eſt in lege ſcriptum. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. Bart. in l. Cæſar. col. viij. ff. de publica. & uectiga. Vel & melius dicas idem procedere, quando filius non eſt hæres patris, quia tũc uenit ut creditor extraneus, & non ut filius argumentum in l. ſi paterfamil. in §. j. ff. de adop. & in l. tutorem. ff. de his quib. ut indi. & poterit tunc reuocare alienata per patrẽ. Vel etiam ſi creditori fraudato ſucceſsiſſet, quoniã tunc ex iure trãſmiſsio, audiretur, præallega. l. an uicium. §. j. ſi tamen paternam hæreditatem adierit, & inuentarium confecerit, ut Bald. & Saly. hic declarat, & benè. l. finali. §. & hæc quidem. §. licentia. C. de iure delib.

Præſtatq́; nobis argumentum iſta lex ad multa & maximè, ac primo & ad vulgatum illud, qđ ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & ibi not. & fuſius in §. fuerat. inſti. de actio. unde cum filius ut hic, ſit loco patris, imò (ut diximus) eadem perſona cum eo, non debet poſſe allegare ipſius turpitudinem, ſicuti nec ipſe poſſet ſi uiueret. Et quanquam loquatur in filio, habet tamen locum etiam in extraneo, dummodo ſit patris hæres, quia ipſe pariter una eademq; perſona cum defuncto eſſe cẽſentur, uulga. §. j. in auth. de iureiu. à mo. præſtl. fictione iuris tamen, ut in filio tradit Bar. in l. fi. nu. 4. ff. commu. prędio. & adeò quidem uerum eſt, ut ſententia lata contra principalẽ, poſsit mitti executioni ſine alio proceſſu, etiam contra hæredem & ſucceſſorem, hac ratione. l. miles. §. iudicati. ff. de re indi. Bar. in l. creditores. C. de pigno. Practi. Pap. in forma exe cu. ſen. diffini. col. vj.

Et quod hic maximè uerificatur id nnũ, quod habet quodque dici communiter ſolet ſic. propter unumquodq; tale & illud magis, auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccle. l. quanto magis. ff. de iureiu. nanque ſi non poteſt hæres uenire, ſeu impugnare factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei uen. Ex quo dicimus hinc etiam, quod ex cuius perſona. quis lucrum ſentit, eius factum non impugnat ut ibidem, & quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit excepio. l.

uendican-

uendicantem.ff.de euictio.multo minus poterit, allegando turpitudinem eius.

Et quod non ſemper eſt uerum,nec omni caſu, quod ille agere uideatur, qui exceptione utitur, quodque in exceptionibus reus ſit actor,ut dicitur in l.j.ff.de exceptio. & in l. in exceptionibus. ff.de proba. quoniam ſi alleget quis turpitudinē defuncti,agendo ut hic,non auditur,ſi uerò excipiendo,ſic,ita Bar.in l.aliàs.ff.de iureiu.quam legit in l.iuſiurandum.in §.procurator.nu.6.co.ti.

Et quod fortè dictum hic, procedit iſto iure, & in foro fori, non in foro poli & conſcientiæ ſi filius uellet exonerare animam patris, quia tunc licebit allegare ipſius turpitudinem.c.lator.c. cō ſanguinei.de re iudi.gloſſ.in c. inter dilectos. de dona.Feli.latè in d.c. lator.

Et quod notiſsimi iuris eſſe dicitur,quod planè omnibus inotelcit, turpitudinem ſcilicet patris,allegari non poſſe,quia una eademque perſona eſt cum filio,iuris interpretatione, ut dictū eſt,uſque adeò ſicuti regulariter pater non poſſet,nec etiam poſsit filius,& ſimilibus uerbis utitur etiam Imp.in l.cum notiſsimi.C. de præſcr. xxx.ann.& alibi ſępè.

Et quod denique filius debet patrem reuereri, & colere, non modo uiuum, uerum etiam mortuum, non memoriam eius aboleri quærere, uel ei iniuriam aliquam inferre, quod utique facere uideretur,ſi ipſius turpitudinem allegaret,& ingratitudinis nota, qua nihil eſt deteſtabilius muri. Finis.

Vnde vi.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Vlpię & Proculinę.

AVCTORITATEM, vobis reſcripti noſtri, retinendę poſſeſsionis,quam vos per violentiam adeptam profitemini, accommodari nimis improbè poſtulatis. S. viij. idus April.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, hic ſupplicationem Vlpiæ & Proculinæ, admitti debuiſſe, quoniam ex ipſarum impetratione,ac ſupplicatione,cum de momentanea poſſeſsione ageretur aduerſarius parum lędi uidebatur.l.j.C.ſi de mo. po.fue.sp.l.quotiens.C.de preci.Impe.offe.pulchrè Bar.in l.fi.col.ii.C.ſi con.tus uel uti.publi. Cardi. in c. mandatum. in vii. not. de reſcrip.& hoc eſt quod ad idem etiam dicebat alibi Bal.ꝙ quanquam princeps, uelit omnes ſuos actus regulari,à iuſtitia fori & poli,non tamen uult propter modicum exceſſum uituperari in l.i.lectu.j. col.ii.ff.de conſtit.prin.& nimirum quia parum & nihil æquiparantur.l.quamuis.ff.de cond.& demon.deq; minimis non curat prætor, uulgo dici ſolet.l.ſcio.ff.de reſti.in int.neque in cauſa momentaneæ poſſeſsionis,hac de re, & quia in petitorio damnum poteſt reparari, appellatur communiter.l.i.& ibi Bar.ff.de ap.recip.

Contrarium tamen hic deciditur,& benè,deciſioniſq; ratio eſt,quia improbè ſupplicarent, uiquè poſſeſsionem adeptè fuerant, uſque adeò ut merito repelli debeantur & nō exaudiri.d.l. quotiens.l.nec damnoſa.C.de precib.imp.offe. Imò quod quanquam reſcriptum à principe cenſebitur ſimpliciter, nec de aliqua improbitate aliter appareat,ſemper intelligitur concedi abſque pręiudicio tertij.l.ij.§.merito.§.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco pub. & ad propoſitum eſt argumentum in l.ſanum mente ibi nec poſtulare debueras improbo deſiderio.C.de tranſa.& in l. nō mutant.C.de lib.cau.ibi ſi ad ciuiles honores illicitè atque improbè aſpirauerit, ergo hic cum appareat denegari debuit.

Ad oppoſita reſpondetur nō obſtare,quia eſto quod de momentanea poſſeſsione agatur non ob id tamen reſcriptum cōcedi debuit (ut diximus) odio uiolenti poſſeſſoris,uſque adeò ſi quis occupauerit ui aliquod caſtrum, idq; ſibi à ſuperiore concedi procurauerit,non propterea ſibi prodeſt quominus ſpoliatus ſit ſtatim reſtituendus ut hic per Bar. ſubiicientem ſub dubio tamen & per uerbum fortè, quo reſpondent ſæpè periti, inquit glo.in l. ſi duo. ff. de arbi. quod imò nec conceſsio ualebit,& rurſum benè licet dicat non recordari ubi probetur, quia uidetur caſus in l. ii.quod conceſsio nō ualeat.C.de fun.lim.troph. lib.xj. Vel dicamus ad argumentum non eſſe uerum,quod de parua aduerſarii læſione agatur, ex quo abſorbet iudicium poſſeſſoriū,de quo quæritur non autem differt & ſic non ſumus in caſu glo.& ſimilium.l.quotiens præallega. C. de precib.impe.offe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè.quod à principe,non debet peti,niſi id quod honeſtum eſt,fas iuſtum & rationabile,imò & à priuato,ſeu ab amico, iuxta illud uulgatum ab amicis honeſta petamus.hinc Veteres, Themin deam eſſe putabant,quæ hominibus hoc ipſum præciperet, ne ſcilicet peteretur (ut diximus)quod fas eſſet,& eſt argumentum in l. Domitius Labeo.ff. de teſta. & in l. precibus. C. de impub.& ali.ſubſti.aliàs repulſam pati debet petens,deq; conſuetudine eſt ſi ſupplicatio huiuſmodi non fuerit,ut a tergo, uerbum hoc tantum ſcribatur, Nihil quod ego uidi obſeruatum fuiſſe,in quadam ſupplicatione olim porrecta fuiſſe Karolo Quinto, qua petebatur donationem feudi confirmari,quia non ualebat ex quo erat facta cuidam incapaci,in præiudicium aliorum agnatorum, & ut latius ex tenore inueſtiturarum apparebat quodque princeps ipſe, non debet opem ferre improbo poſſeſſori, ut in ſimili inquit Bal. in l.

in l.ſed & partus in §.j.lectu. ij.ff. quod me.cau.

Et quod lex debet intelligi ſecundum naturã tituli ſub quo ſituata eſt. l. imperator.ff.de in di. ad.glo.in c.ne innitaris de conſtit. Et ſic de uiolentia expulſiua quę punitur per interdictũ unde ui,ut in l.j.& toto tit.ff.de ui & ui ar.tradit Bart. in l.extat nu.3.ff.quod met.cau.

Et quod interdictum prædictum unde ui pro uiolentia expulſiua(ut diximus) locum habet in re immobili tantum ad differentiam turbatiuæ inquietatiuæ ablatiuæ & compulſiuæ, de quibus idem Bar.in loco præallegs.latius. l. uim facit.ff.de ui & ui ar.

Et quod uiolentia eſt quid ſanè odioſum, & irrationabile,quod ius noſtrum maxime abhorret, deteſtatur, & punit, & aliàs iniuria perſonalis & realis,non furtum. & ut per Bald.fuſius in l.manifeſtiſsimi col.ij.C.de fur.

Et quod uiolentia non fit ſolo uerbo,&(ut ita dicam) ad motum labiorum, ſed facto quodam extrinſeco,ut hic,& quando quis de poſſeſsione rei ſuę expellitur,uel turbatur,aut aliter inquietatur,& declarat Ancha.conſi.ccxlviij. col.i. Et quanquam hæc omnia ita uera ſint, patitur uiolentiam nihilominus Cœlum.c.importuno, de pœ.diſt.ij.& Math.ij.nanq; grãdis uiolentia eſt, in terra naſci,& cœlum capere, & habere per uirtutem,quod non poſſumus per naturam, unde poſtea vj.formaliter ſic dicitur. A diebus Ioann. Baptiſtæ uſque,nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et Luc.xvj.lex & Prophetæ uſque ad Ioannem, ex eo regnum dei euangelizatur,& omnis in illud uim facit. Finis.

De liberis exhibendis ſeu deducendis,& de libero homine exhibendo.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Cyrillæ.

ADI PRAESIDEM PROuinciæ, ac poſtula filios tuos exhiberi. Subſcriptà, v.Di.April.Bizantij.AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, non per hunc titulum,de libe.exhiben.filios ſuos cyrillam petere potuiſſe,ſed uendicare potius.l.j.§.per hanc autem.j.ff.de rei uend.Inno.in c.ex parte de reſti.ſpoliato.Cuma.conſ.j.§.per hanc autem.j.ff. de rei uend.Inno.in c.ex parte de reſti.ſpoliato. Cuma.conſi.j.Et ideo dicebat Spe.hinc in tit.de lib.concep.in princip.& Abb.in praxi ſua inque prohe.ad fin.quod magnum imminet periculũ in conceptione libelli & quod pauci reperiuntur in hoc bene inſtructi, imò quod nullus eſt communiter qui non labatur,& ut habetur etiã in c.aduerſus de immu.ec.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò per titulum de liberis exhibendis peti debent,ſiue interdictum,& bene.l.j.& ſecunda. ff. eod. Et idem in marito qui ſic per interdictum de uxore exhibenda,eam exhiberi ſibi poterit petere utilotamen & à ſimili,ut infra.l.ſeq.quam aliter ob hoc, non legam.nec ſecus in Monacho, qui ſic pariter per Abbatem peti poteſt, & latius ut in locis ſupra alleg.Fely.in c.illud col. j. & ſecunda de præſump. Et ratio deciſionis eſt,quia ſi Cyrilla mater, uult filios detentos,ſibi exhiberi,utiq; etiam conſentaneum eſt, per interdictum iſtud peti, ut ſic faciat lex ad titulum. l. imperator.ff. de in di.ad.glo.in c.ne innitaris,de conſtitutio. Et eſt arg.in §.eſt aliud inſti.de dona.& in l.decernimus.C.de epi.& cler.aliàs inepte agens repelleretur.l.j.ff.de offi.aſſe.perinde ac ſi actionẽ non haberet.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff.de nego. geſt.& eſt arg. in l.& eleganter in §. ſeruus pactionis.ff.de dolo.dicebatque Bal.alibi, quod ſicut planta,& animal ſuam habet naturam, ita ſuam habet actio a iure ſibi datam, quę ſemper ponderanda eſt.in l.ſed & partus in §.fin. ff. qđ met.cau.& ita(ut dictum eſt) Monachus,per interdictum de libero homine exhibendo,& uxor per illud,de uxore exhibenda, quanquam titulũ non habeamus,ut in locis ſupra allega.dicitur & præcipue in d.l.ſeq.& in ſimili gloſſ. in l. admonendi,ubi ego concordantes tradidi. ff.de iureiurand.

Ad oppoſita reſpondetur,& maxime ad text. in d.§.per hanc autem cætera ex ſupradictis non faciunt ad propoſitum)non eſſe uerum, quia liber homo non uendicatur,uel ſi uendicatur, id ita demum fit ſi adijciatur cauſa,ut tex.inc ibi dicit ad fin. Et mirum uidetur,quia id remedium, extraordinarium eſt,iſtud autem ordinarium, quod illud tollit,l.in cauſæ.ff.de mino.l.in prouinciali.ff.de no.oper.nunc. Niſi reſpondeamus concurrere,nec unum per aliud tolli, quando extraordinarium uenit ad ordinarium coadiuuandum ut hic & in l.ſi maritus in §.j & ibi Bar. in prin.ff.ad leg.Iuliam de ad.Roma.in l. j. in §. dixerit aliquis.ff.de pub.& uectig.Bal.in termi- nis in c.præterea.nu.7.de dila.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa,quanquam breuis,& maximè quod legiſlator ſeu princeps,ſi conſultationi reſpondeat, quod non intendit ius de nouo facere,ſed tantum oſtẽdere, ut etiam dicit glo.in c.ex tua, de fil.præſbyte.& in c. conſultationi de tempo.ordi. Et in ſimili Bartol.in l.j.num.2.ff.de regu.cato.plenè Corſe.in ſingula.ſuis,conſultatio.

Et quod nihil eſt quod magis in principe, ſplendeat quam humanitas.ecce mulieri Cyrillę ſupplicanti hic dictũ eſt humaniter & benigne. Adi pręſidem prouincię,& filios tuos exhiberi poſtula. Non ſecus quàm Auguſtus olim,

militi

militi libellum porrigenti (timidè enim id forſaſsis faciebat) Putas ne te aſſem dare elephanto? Imò inquit alibi tex. nihil tam peculiare eſſe Imperiali maieſtati quàm humanitas, per quam ſola Dei ſeruatur imitatio.in l. ſi nnus.C. de dona. inter uir.& uxo.

Et quod præſidio nomen generale eſt, quia prouinciæ uerbum additum fuit ſine neró,generaliſsimum.l.i.& ibi not.ff. de offi. præſid. & eſt ſimile in l ubicunq;.ff.de reg.iur. dixi fuſius ego in l.i.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdi.

Et quod ad competentes iudices cauſæ, ſunt communiter referendæ.§.fin.in authē. de appel. glo.in l.adductos.C.eo.& in l. ſolent. ff. de offic. procon. & eſt argumentum in l. Imperatores.ff. de app.& hinc dici etiam ſolet, quod priuilegiū non habet qui per ſaltum prouehitur.l. pen. ubi glo.C.de aduo.di.ind. Iaſ.in l.ſi quis maior.col. pe.& fin.C.de tranſact.

Et quod denique index regulariter non impartitur officium ſuum, niſi fuerit requiſitus. l. iiij.§ hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.maximè quando aliquid conſiſtit in inueradicato parti,ut declarat Bal.in l.i.in §.magiſtratibus.ad fin. ff.de magiſtra. conue. & hinc inoleuit praxis ꝙ in libello concludatur, & dicatur, quare ſtantibus prædictis,peto ipſum condemnari &c. & docet Alex.in l.i.col.ii.ff. de eden. & ad idem dicit Ange.in ſimili, quod nec ſcholaris hinc eſt doctorandus,niſi petat(ut quotidiè fit)inſignia ſibi tradi.in l.i.C.ut ne li.ſi.impo.ea de re,dictum eſt hic cum myſterio, ad præſidem prouinciæ, ac poſtula. Finis.

ADDITIO.

Præſtat quoque nobis argumentum lex ſeqnēs quanquam eam, haud legamus (ſimile enim (ut ſupra oſtendimus) continet caſui de quo in præcedenti) ſi ad inſtar dicatur, ut ibi, quod aduerbium erit ſimilitudinis præſertim ſi genitiuo iungatur,idemq; in l.inſtar.C.de inr.fiſ. lib. x. & in clemen.j.de iud.& in c.ii.de offi.lega. in vj. tradit Bar.in l.quod ſi epheſi.ff.de eo quod cer.loc. & not.in l.in minorum.C. in quib.cau.in integ. reſti.non eſt nece.

Et quod legiſlatori interdictum,ſine editū referenti,credendum eſt,quanquam id minus inueniatur,ut in ſimili nor.in l. admonendi. ff. de iureiur. & dictum fuit ſupra, & eſt not. limitatio ad tex.cum ibi not.in auth.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.

Et quod quanquam notio à iuriſdictione differat,arbiter enim notionem habet, & tamen iuriſdictione caret.l.ait prætor.ff.de re iudi.l. priuatorum conſenſus.C.de arbi. quandoq; tamen confunduntur, & notio pro iuriſdictione ponitur,ut hic,& ut fuſius not.in d.l.ait prætor.

De præcario & ſaluiano interdicto.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Fabricio.

HABITANTIS PRAECArio hæredes ad reſtituendum habitaculum teneri, contra eos interdicto propoſito, manifeſtè declaratur.S.kal.Decēb.Sirmij AA.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat tex.in l.cum hæres.& in l.cum præcario.in §.fi.ff.eo. ubi ad literam dici uidetur, quod hæres eius qui præcario rogauit,rectè conueniri non poterit quodq; præcarium trāſit ad hæredes. & ſic de directo pugnāt cū iſto.Et maximè,quia(ut uulgo dici ſolet)hæres & defunctus,una eademque peſona eſſe cenſentur.§.j.in auth.de iureiu.à mu.præſti. Imò & ultimò,quod eorum poſſeſsio (& ſic magis in terminis) cenſetur quoque numero eſſe eandem. l. cum miles.ff.ex quib.cau.ma. Bal.in l.ſi abducta. col.ii.C.de fur.uerum defunctus ſi uiueret utiq; conueniri non poſſet, ergo nec hæres. cui rogans quoque ille proſpexiſſe uidetur.l.ſi pactum ff.de proba.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.

Contrarium tamen decīditur hic, & ratio deciſionis eſt,ut formaliter dicitur in l. cum præcario.in fin.ff.eod.quia ipſi roganti duntaxat non etiam hæredi eius,poſſeſsio conceſſa eſt, nimirū igitur ſi interdicto interpoſito, ad reſtitutionem habitaculi tenetur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nō primo tex.in d.l.cum hæres. quia (ut hic reſpoudet glo.& ibi)hæres hic ſciebat, ibi uerò ignorabat, habitaculum defuncto conceſſum præcario fuiſſe,imò quod tex. met ita dicit ibidem, & cùm ſit ipſius Iuriſconſul.ſolu.ſequenda eſt. Sed nec illa diſplicet,quod ab initio non teneatur, ex poſtfacto autem certioratus,ſic,argumentum in l.circa.ff.de inoffi.teſta.& in l.ius noſtrum.ubi glo. & nos etiam multa ad idem.ff.de regu.iur. Et minus quod dicitur in d. §. fina. quia uerum eſt, quod ad hæredes tranſit concedentis, non rogantis, ut ibi dicitur.

Non etiam regu.ueniat perſonarum,quia fallit quando actus non eſt ad hæredes tranſitorius. l. ſi is cui. ff. rem ratam habe. præallegato §. finali. & minus poſſeſsionis, quia id procedit (ut Bald. dicit ſignanter in loco præallegato.) in ſuis hæredibus, ergo non regulariter.

Non deniq; quod ſuis hæredibus proſpexiſſe uideatur,quia in cæteris contractibus uerum eſt non in præcario,in quo ſolum liberalitas concedentis,perpenditur.l.j.ff.eo.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſermo mutilatus & im-

perfectus ſupletione eſt coadiuuandus. l. oratio. ff. de ſponſa. l. j. ff. de teſtamen. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. nanque ſi ad propoſitum hic defunctus erat ille, cui habitaculum fuerat conceſſum, quomodo habitare dicetur. §. deinceps. in auth. de nup. ideò quondam ſubaudiri debet, ut in iuribus præallega. & in terminis in d. l. eius qui in prouincia.

Et quòd aliquo caſu hæres, non repreſentat defuncti perſonam, & aliquo caſu dixi, quia regulariter ſecus eſt. l. cum à matre. C. de rei uendi. l. fi. C. de hære. inſti. Areti. conſ. 50. col. iij.

Et quòd adhuc hæres, non repreſentat defunctum, niſi inquantum eſt hæres. l. ſi uxor tua. & ibi Bal. in prin. not. C. de bon. aucto. iud. poſ. ſed hic in habitaculo ipſiuſq; poſſeſsione, non eſt hæres conceſſa defuncto cum uiueret, d. l. cum præcario. ad fi. ff. de præca. ergo.

Et quòd ſimile non eſt idem. l. quod nerua. ff. depo. l. j. in prin. iuncta gl. ff. quod iuſſu. nãq; eſto quod præcarium ſit ſimile cõmodato. l. i. §. fi. ff. de præca. differunt tamen, quia (ut hic dicit glo. & benè, & in l. cum præcario. ff. co.) commodatũ ad certum eſt uſum, & ante reuocari non poteſt. l. in commodato. §. ſicut. ff. commo. præcarium autem quandocunq;. l. i. ff. de præca.

Et quòd deniq; ſunt quædam, quæ ad tempus ualent, quæq; perpetuò ualere non poſſunt. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. communi diui. gl. in l. antiquitas. C. de uſuf. & maximè quando ad hæredes non ſunt tranſmiſsibilia ut hic, & uulgatum illud erit in cauſa, talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant, de quo in l. ſi defenſor. in §. qui interrogatus, ff. de inter. actio. glo. in ſimili in d. l. antiquitas. Finis.

De operibus publicis.

Imppp. Arcad. Honor. & Theodoſius, AAA. Aemiliano. P. P.

SI QVANDO VSVS EXEgerit, vel porticus vel quaſlibet ætatis ſenio ædes, ſeu fortuitis concuſſa caſibus, reparari: liceat ét incõſulta clemẽtia noſtra, cũ reuerentia ſui, imaginem deponere, vel noſtram, vel retro principũ, reportatamq; poſt refecta ædificia loco proprio denuò collocare. D. v. Kalen. Iul. Conſtantinop. Arcadio. A. v. & Probo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, imaginem principis & ſtatuas deponi non poſſe etiam hoc caſu, ex quo ad perpetuam rerum bene geſtarum gloriam, decerni poniq; ſolent, deponi uerò ac deici ſanè ob demerita. Imò quòd nonnihil religionis habere uidebantur, ex quo toti erant omnes ad eas confugientes. l. ij. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. non ſecus ac illi qui ad aſylum Romuli, uel ad ſtatuam Beli Aſsyriorum regis (ut memoriæ proditum eſt) confugiebant pariter. Vel ad illam Ptholomæi ponti regis, ut Magius Campanus ille ab Hannibale uictus, quo caſu ſi deponantur uel deponere quis audeat temere, ſacrilegium quodammodo, & crimen læſæ maieſtatis incurrere uidebitur.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia quod quis facit cum cauſa, & lege permittente, nec pœnam patitur, nec ullam habet reprehenſionem. l. ij. §. circa. ff. de excep. do. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adul. l. ſi hominem. ff. manda. Verum hic porticus ſeu ædes reparatione indigebant, nec abſque principis conſenſu deponebantur ſtatuæ ueniebantque poſtea, & denuò ſuis propriis locis collocandæ, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia ita demum procederent, ſi nulla cauſa ſubeſſet, præallega. §. circa. uel temere (ut dictum fuit) depoſitę fuiſſent, eoque animo ut non reponerentur amplius, quorum omnium contrarium eueniſſe conſtat ergo.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè ad id, quòd nihil inconſulto principe agendum eſt, præſertim ubi de ipſius præiudicio agitur. l. dinus. ibi conſules nos. ff. de offi. prę ſid. l. j. §. fina. ubi not. text. ff. de quæſtio. melior in l. ad beſtias. ff. de pœn. & in l. non fine. in prin. C. de boniſq; libe. & in l. fin. ubi ego multa in prin. C. de pact.

Et quòd aliàs quãdo lex requirit cõſenſum debet intelligi de expreſſo ut hic, & ut in l. eo iure. in §. deinde. ff. de ritu nup. & in c. placuit. de pœnit. diſt. vj. & in c. omnis. de pœni. & re. not. in l. ii. in §. uoluntatem. ff. ſolu. matri.

Et quòd exempla non reſtringunt regulam, tametſi declarent. §. hactenus. inſtitu. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infect. nanque eſto quòd tex. iſte in ſtatuis & imaginibus loquatur inque porticibus & ædibus, extendetur tamen & locum habebit quoque in eccleſiis reparandis & aris, ac reliquiis, ut poſſint ſic pariter ammoueri & poſtea reponi.

Et quòd omnia orta occidunt, & (ut inquit in Iugurtino Saluſti.) aucta ſeneſcunt, figuratuſq; eſt loquendi modus, quod ędes & porticus ſenio conficiantur, ut homines & animalia bruta, eſtq; figura quàm Græci προσωποποιείαν uocant. l. ſenium. C. qui teſt. face. poſ. l. ſemper. ff. de iure immu. l. iij. §. ignoſcitur. ff. ad Syllanian. S. con.

Et quòd denique clementia eſt propria principum dos, quæ Deum optimum maximum imitatur, ubi ſæuitia & crudelitas ferarum eſt, & Barbarorum uirtus. l. Imperialis. C. de nupt. c. qui clementiam. lxxxvj. diſtinct. nec ab re clementiam

mentiam noſtram hic dicit, ut ille aliàs. Sum pius Aeneas. præcaturq; quotidiè Deus, ut gentes Barbaræ, quę in ſua feritate cōfidunt potentia dexterę ſuæ conterantur. Finis.

De pignoribus & hypothecis.

Imp. Gordianus. A. Feſto.

QVANVIS PERSONALI actione expertus aduerſus reum, vel fideiuſſores, ſeu eius mandatores, feceris condemnationem, pignoris tamen adhuc habes perſecutionem PP. idib. Martiis. Gordiano A. & Auiola Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, tex. in l. ſoluitur in §. fi. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. & in l. ſi deferente. ff. eo. ubi ad literam legi uidetur agēte creditore aduerſus debitorem, actione perſonali, & ſic in terminis noſtris, ſententia lata, pignus liberari. & idem dicitur in l. ſolutum. in prin. ff. de pigno. act. & maximè quia electione unius actionis, alia tolli uidetur. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. act. l. cum filius. §. uariis. ff. de lega. ii. not. in l. edita. C. de eden. Diciturq; hinc, uiam quam quis elegerit, ſibi patere debere. l. ſi mulier. §. fi. ff. quod met. cau. l. non codicillum. C. de teſtamen.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. grege in §. fi. ff. eo. & in l. quę ſitū. in §. fin. ff. de diſtrac. pig. in ſimili in l. creditor qui non idoneum pignus. ff. ſi cer. pe. & rō deciſionis eſt, quia hypothecaria conditionem habet ita demum tolli ſi creditori ſolutum ſit. l. ſi rem alienā. §. omnis. ff. de pigno. act. d. l. grege. §. etiam. ff. de pigno. l. ex ſextante. §. latinus. in fi. ff. de excep. rei iudica. ſed hic ſolutio facta non fuerat, nec creditori ſatiſfactum erat, ergo nimirum, ſi pignoris perſecutionem habet.

Ad oppoſita reſpondetur nō obſtare, non primum, quia illud ideò eſt utrobiq; deciſum in d. §. fi. & in d. l. ſi deferente ſcilicet, ex quo debitori erat iuſiurandum delatum, nec aliud quærēdum erat. l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. nanque iurauerat ad petita non teneri, neque obligatum fuiſſe, & conſequenter fuerat abſolutus, quæ abſolutio parit ſibi exceptionē iuriſiurandi ut dicitur in d. §. dato. & in l. duobus. in §. colonus. ff. eo. Minus ob. rurſus ad idē tex. in d. l. ſolutum. quia ibi nouata erat debiti obligatio, quę nouatio pignus perimit, niſi aliud dictum ſit ut ibi. & in §. præterea. inſti. quib. mod. tol. obli.

Non regu. §. eligere. & ſimilium, quia non eſt de illis actionibus quæ electione tollantur, pro ut ſignanter iura prædicta loquuntur, & not. in d. l. edita.

Vltimò non obſt. illa, de qua in d. l. ſi mulier. §. fina. ff. quod met. cau. quia ita demum habet locum & procedit, ſi non ſit ſibi ius reſeruatum: quo ad aliam uiam ut hic, & in iuribus ſupra allega. aliàs quod in fauorem creditoris inductum eſt, ad eius læſionem retorqueretur, locupletareturque debitor cum iactura creditoris, & malè. l. quod fauore. C. de legi. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. Vel dic quod actiones ſint eo caſu de illis quę electione tolluntur, actorique, ita utilibus actionibus conſultum, ut illa, quod metus cauſa, & è contra, ſi coactus hęreditatem adierit. eritque multiplex declaratio ad illum tex.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ubi alieni conſultum eſt, pluribus actionibus & uiis, quibus poſsit ius ſuū quodque ſibi debetur conſequi. Electione unius non præſumitur alteri renuntiare: argu. in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. fi. in §. Lucius. ff. manda. & in l. creditor qui non idoneum pignus ff. ſi cer. pe. & in l. aliam. ff. de noua. aliás ſuo ſe gladio iugularet, nec uerisſimile.

Et quòd noſtra intereſt habere plura remedia, & plures agendi formulas, quibus nobis conſultum eſſe poſsit. l. non eſt nouum. ff. de acti. emp. l. ſi domus. ff. de ſerui. urba. prędio. glo. in l. nam poſteaquam. in §. fi. ff. de iureiu. Bal. in l. certum. col. iij. C. unde cogna. Saly. in l. ſi ex cautione. col. x. C. de non nume. pecu.

Et quòd uerborum improprietas, eſt expoſitione adiuuanda, nec abſurditatem incurramus, nanque dicitur hic, quod agens perſonali actione, aduerſus reum uel fideiuſſores, ſeu mandatores, condemnationem fecit, & malè quia priuatus iuriſdictionem non habet: argumentum in l. priuatorum conſenſus. C. de arbi. not. in l. j. ff. de iuriſdi. om. iud. ubi iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ. Et propterea (ut etiam hic dicitur per glo. & in l. furti. in §. mandati. ff. de his qui not. infa. & in l. pietatis. C. de ſuſpect. tuto. & in l. ſi tutor condemnauerit. ff. de adminiſtra. tuto. & in l. tutelas. ff. de cap. dimi.) exponitur condemnationem feciſſe, id eſt procuraſſe, condemnaretur, actionem inſtituendo. l. nam abſurdum. ff. de bon. lib. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. hoc iure. ff. de ſol. l. conſulta diualia. C. de teſta. cum ſimilibus.

Et quòd uerba legis ſunt ſemper ſano modo intelligenda: argumentum in l. ſi quando. ff. de lega. j. & in l. iij. in §. non fruſtra. ff. de iur. fiſ. & in l. j. ad fi. ff. ad municipa. Paul. Caſt. conſil. xliii. col. j. ad fin. uol. ſecundo. de quo agens ſcilicet, ēt condemnatione ſecuta, pignoris perſecutionē habeat, ſi ſolutio facta nō fuerit, quoniā aliás (ut dictū eſt) pignus liberaretur, & ſic facilè quidem

ut etiam facilię contrahitur. l. Titius. ff. quib. mo. pig. uel hyp. ſol. Bar. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. nu. 6. ff. de uer. obli.

Et quod deniq; fideiuſſores & mãdatores, quo ad exactionis effectum non differunt, ideò dicitur hic fideiuſſores ſeu mandatores. l. ad protegendum ubi glo. uulgatum illud adducit. Alexãder ſiue paris. C. de in lit. dan. tut. Bar. in l. ſi quis ita. ff. de aur. & arg. leg. & quo ad exactionis effectum diximus, quia aliàs ſecus, nanq; præcęteris, mandator ſolo conſenſu conſtituitur, fideiuſſor autem ſtipulationem deſiderat. l. i. in prin. ff. mãda. l. blanditus. C. de fideiuſſ. & ideò in rub. dicitur ubiq; de fideiuſſo. & mãdato. copula ſolet poni cõmuniter inter diuerſa, ut inquit glo. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & in c. querelam. de ſimo. ergo. Finis.

De exceptionibus & præſcriptionibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Aurelio.

PRAESCRIPTIONEM peremptoriam, quam antea cõteſtari ſufficit, amiſſam prius quàm ſententia feratur obiicere quandoque licet. S. xv. kalend. Nouembr. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſi quandoque licet, exceptionem peremptoriam opponere ut ſignanter hic dicitur, non licebit communiter & ſemper uſque ad prolationem ſententię. regularis autem rei diſpoſitio debet attendi l. iiii. §. j. ff. de fideicom. lib. Bar. in l. fin. col. iii. C. de ſent. paſſ. l. non puto. ff. de iu. fi. l. in teſtamento. C. de teſta. mil. Inno. in c. anditis, de præſcrip. ergo. Imò plus dico, dato etiam quod liceat poſſe obiici cum perpetua ſit, ſemper etiam poſt ſententiá. §. perpetua. inſti. de exce. l. minor xxv. ann. omiſſam. ff. de mino. l. i. C. de iur. & fac. igno. l. tametſi ff. ad Macedoniá.

Contrarium tamen hic deciditur, poſſe ſcilicet obiici uſque ad ſententiam, non autem poſt, ex quo (hęcq; ſit deciſionis ratio) perpetua eſt (ut dictum fuit) & lata ſententia, iudicium finitum, nanque tres habet partes ut not. in rub. de iudi. principium, medium, & finem, ſcilicet, ſiue incoatum, formatum, & finitum, eſſe dicitur, citatione, litis conteſtatione, & ſententiæ prolatione. ergo non poſt.

Ad oppoſita reſpondetur parũ aut nihil facere, nõ primũ, quia quandoq; exponitur, id eſt qñcunq; ut alibi ét. inſti. qb. mo. re cõt. obl. in prin. abſurditatis uitandę grã. & ita exponit glo. hic. Imò dico (ut in ueris exẽplarib. continetur Haloand.) quandocunq; legi debere, & nõ qñq; ne uiolentia fiat literæ. Non ſecundũ, & alia, ad idẽ tendentia, quia ſpecialia ſunt, enumerata in d. §. perpetuæ. poſſe ſcilicet, dictis caſibus, ẽt poſt ſententiá obiici, minoris fauore, & in reſtitutione in integ. prætextu ætatis, in milite, & filiofa. ac exceptione S. Con. Macedo. arguentia in contrariũ eſſe ius cõe, & ſic argu. retorquebitur. l. quæſitũ. §. deniq;. ff. de fun. inſt. inſtrumentoq; lega. l. ius ſingulare. l. quod uerò contra. ff. de legi. c. præſenti. §. loco. de preb. in vj. & idẽ quoq; cum à ſentẽtia fuit appellatũ, quia tunc, non deductum deducam nec allegatum allegabo dici ſolet. l. per hanc. C. de tempo. & repa. app. in prin.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè, exceptionem pręſcriptionẽ appellari, ut alibi ẽt & præſertim in l. ij. C. ſi cont. ius uel uti. publi. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. & nimirum uidetur, cum ponantur ut diuerſa in rub. ſupra, propter copulam & uulga. glo. in rub. ff. de iur. & fac. igno. niſi reſpondeamus, quanquã differant, hic tamen pro exceptione poni præſcriptionem, quia una aliã parit, non ſecus ac filiam mater. l. pe. ad fi. C. de præſcrip. long. tempo.

Et quod rõne adiuncti, recedimus à propria ſignificatione uerborum. l. ſi ſeruus. §. qui quinq;. & ibi Bal. ff. de lega. j. nanq; præſcriptionem dicit hic tex. & tamen exceptio eſt, ut uerbum peremptoria innuit. §. appellantur. inſti. de excep. & ideò alibi dicebat Bar. quod uerbum nolo, de ſe nihil importat, niſi ratione adiuncti determinetur in l. j. nu. 3. C. de ſum. Tri. & fid. catho.

Et quod conteſtatio nihil aliud eſt quàm proteſtatio. l. ſi maior tranſegiſti. C. de tranſa. not. in l. non ſolũ. in §. morte. ff. de nou. ope. nun. & in c. cum M. de conſti.

Et quod proteſtatio, conſeruat ius proteſtanti. l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pignus uel hypo. ſol. Alexan. pulchrè conſ. cxxviij. col. v. uol. iiii. Pau. Caſt. conſ. cccxj. nu. 5. uol. j.

Et quod denique ſufficit (ut uulgo etiam dicitur) ſi in paucis amici laboribus conſulatur. l. tutori. C. de neg. geſt. Barto. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. col. iij. ff. de his qui not. infa. hoc eſt quod exceptiones peremptoriæ uſque ad ſententiam opponantur. poſtea nõ. niſi (ut diximus) ſpeciali ratione, aliis caſibus. Finis.

De contrahenda & committenda ſtipulatione.

Impp. Seuerus & Antoninus, AA. Petronio.

SI FILIAE TVAE, QVAM in poteſtate habebas, pecuniam dari ſtipulatus es, paratam

tam obligationem exercere non prohiberis. PP. Non. Nouembr. Fauſtino & Rufino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, communis regula, quæ habet quod nemo alteri ſtipulari poteſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerbo. obli. l. ſi cum pecuniam quæ eſt ſequens. infra eo. §. alteri. inſt. de inut. ſtip. ergo nec pater filiæ hic. & uidetur caſus in l. quod dicitur patrem. ff. de uerb. ob. ubi ſignanter dicitur, quod imò pater filiæ ſtipulari non poteſt, & dato quod poſsit, quodq; obligatio quæratur patri per filium, ut hic præſupponitur dubitationem faciebat ultimò, ſi quæri debeat, quod quæratur filiæ & non patri. l. quodcunque. §. ſi quis ita. ff. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, in utroq; dicto, & ratio deciſionis eſt, quia pater ſibi ſtipulari uidetur, ut ſignanter dicit tex. in d. l. quod dicitur, in prin. cenſentur enim (ut diximus alibi ſæpè) una eademq; perſona. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſti. §. ei. inſti. de inutil. ſtipu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id uerum eſt regulariter, ſed fallit in patre, ratione ſupra dicta, ut in aliis multis caſibus, de quibus per Docto. in d. §. alteri. & quanquam regula generalis eſſe uideatur, reſtringitur tamen ad id quod rationis eſt. l. quiq;. §. j. l. quãuis. ff. de in iũs uo. inceptumq; eſt regulam non fallere. l. uxorem. §. fœliciſsimo. ff. de lega. iii. l. ſemper. ff. de reg. iur. glo. in §. j. in auth. ut ſi. prohib. mat. deb. Non ob. tex. in d. l. quod dicitur patrem, quia (ut hic glo. declarat, & tex. met ibi) ſtipulari non poteſt, ea quę in facto conſiſtũt, ut puta ire agere licere, cohærent enim perſonæ, & non poſſunt quæri patri, ideò inutilis eſt ſtipulatio, nos autem loquimur in his quę ſunt iuris ergo. & eſt argu. in §. ſed cum factum ultra gl. inſti. de ſtip. ſer. Non ultimò quòd imò filiæ quæratur, non & patri, quia illud eſt ex quo poſt mortem ſuam, ſtipulatus erat eidẽ filiæ dari, nec patri conſequenter quid erat in cauſa, quod ſibi quæri potuiſſet, uſq; adeò ut clara maneat utriuſque dicti deciſio, & uera.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi filia hic fuiſſet emancipata, non potuiſſet pater ſibi ſtipulari aliquid dari, & nimirum fortè, quia non erat iure ciuili cognita. §. emãcipatos. inſt. de exhæ. lib. §. emãcipati. inſt. de here. quæ ab inte. def. ſtipulatio aũt iuris ciuilis eſt. l. j. ff. de uer. ob. §. de pecunia aũt cõſtituta inſt. de act. ergo. aliás uerba quã in ptãte habebas hic, forẽt ocioſa & nihil operarentẽ, haud dicẽdũ. l. ſi quãdo. ff. de leg. i. l. ait pretor. in prin. ubi no. tex. ff. de iureiu. & ſignanter quod regu. l. fi. C. de impub. & ali. ſubſti. non habeat locum in filio uel filia emãcipata, declarat ibi Iaſ. col. ii. & not. in l. lis nulla. ff. de iud. & in l. qui in poteſtate. C. de in ius uoc. Eſt uerum fortè quod hodie ſublata differentia emãcipationis, & patrię poteſtatis. §. nullam. in auth. de hære. ab inte. ueni. Bar. in §. peto. ad fi. ff. de leg. ii. ſecus dicendum foret. Vel dic quod ei quæratur utilis actio, quia eſto quod ſit emancipata non propterea filia eſſe deſinit ut hic per Saly. & Albe.

Et quod exẽpla nõ reſtringunt regulã, tametſi declarent, ut dictum quoq; eſt alibi. §. hactenus. inſti. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet ff. de dam. infe. namq; eſto quod pecuniæ hic mẽtio facta ſit, habet tamen locum deciſio in quacunque re, conſiſtente pondere, numero, uel mẽſura: dummodo in dando conſiſtat ſtipulatio, & maximè quia uerbum generale eſt. l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. l. pecuniæ uerbũ. l. pecunię nomen. ff. de uer. ſig. not. in l. ii. in §. creditũ. ff. ſi cer. pet.

Et quod de modo non curamus, ſi tamẽ idem reſultet effectus. l. ſi mater. C. de inſti. l. ſed & ſi de ſua. in prin. ff. de acqui. hære. uanq; filius quicquid acquirit, acquirit patri. l. placet. ff. eo. uel ex ipſius pacto. l. ſi tibi decem. §. fin. ff. de pac. uel ex ſtipulatione patris ut hic, & in d. l. quod dicitur patrem. ff. de uer. ob. & hoc eſt qđ dicebat Alex. in d. l. ſed & ſi de ſua. per illum tex. quod ubi effectũ acquiſitionis habemus, de modo per quẽ fiat, nõ curamus, eſtq; notãdũ ad ornatũ. d. l. placet.

Et ꝙ quanquã fœmininũ nõ concipiat maſculinum. l. ſi ita ſcriptũ. ff. de lega. ij. not. in l. j. ff. de uer. ſig. & in §. ſi quis filiabus, inſti. qui teſta. tut. da. poſ. & in l. ij. ff. de reg. iur. cõcipit tamen, quãdo eadem eſt ratio ſecundum But. in c. fin. in 9. char. de conſue. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iur. om. iud. ut hic, unde eſto quod filiæ mentio facta ſit, quia ita euenit in facto iuxta uulga. Fulgo. Theor. in rub. C. de milj. teſta. non eſt propterea quod pater non poſsit pariter ſtipulari filio. d. l. quod dicitur patrem. ff. de uer. ob. & quanquam dubitauerit. Deci. in d. l. ii. ad fi. quod imò fœmininum maſculinum non cõcipiat, dubitatio uana eſt & leuis, & ex his ſublata, ideo non aliter dici debet, ac teneri.

Et quod deniq; patris & filiæ mentione facta, in matre fortè locum non haberet deciſio præſentis legis, ex quo filius eidem non ſtipulatur. l. debitor. §. fin. ff. ad Treb. ergo nec mater filio, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & tantum operatur oppoſitum in oppoſito quantum propoſitum in propoſito. l. fi. ff. de lega. iii. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. not. in rub. ff. de acquiren. poſ. Finis.

De inutilibus ſtipulationibus.

Imp. Alexander A. Menophilo.

LIBERA MATRIMONIA eſſe antiquitus placuit. Ideòque pacta, ne liceret diuertere non valere: & ſtipulationes, qui-

bus pœnæ irrogarentur ei, qui diuortium feciſſet, ratas non haberi conſtat. PP. Non. Februa. Maximo ij. & Aeliano. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, ſtipulationem ualere, pœnamq́; in contractu apponi potuiſſe, quoniam quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter, contractuſq́; ex conuentione partium legẽ accipiunt. l. in re mandata. C. manda. hinc prouerbium. Figulus ollis anſas ponit. l. i. §. ſi conueniat. ff. depo. l. legem. C. de pac. Deq́; pœna conuentionali, bonus tex. in l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor.

Contrarium tamen hic deciditur, & benè, quia pactum ſiue ſtipulatio (hęcq́; eſt deciſionis ratio) erit ſic contra bonos mores, quandoquidem (ut hic etiam legitur in primis uerbis) matrimonia libera eſſe debeant, & abſoluta, tam in contrahendo, quàm in diſtrahendo, à pœnarum uinculis. l. diuortio. l. Titia. ff. de uerbo. obli. l. fi. C. de ſpon. c. gemma. eo. titu.

Ad oppoſita reſpondetur procedere & uera fore, regulariter, pręterquam ratione ſupra dicta, in matrimoniorum contractibus, & nouiſsimè probatur etiam in l. iuriſgentium. in §. prætor ait. ff. de pact. & in l. generaliter, & in l. ueluti. ff. de uerbo. obliga. & in l. conditiones. j. & ij. ff. de condi. inſti. & ſic quod etiam dicitur de pœna conuentionali, in d. l. ſeruus ea lege. Bar. in d. l. fin. ad fin. C. de ſponſal.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod illud quod eſt contra bonos mores perpetuò prohibitum eſt, nec poteſt ullo modo confirmari. d. l. Titia. l. iuriſgentium. §. & generaliter. ff. de pac. l. turpia. ff. de leg. iii. argumentum in l. nam & ſi ſub conditione. in prin. ff. de iniuſto rup. irritoq́; teſta. Bal. in l. cum mulier col. ii. C. de don. ante nup.

Et quod in omnibus diſpoſitionibus quæ debent eſſe liberi arbitrij, hoc præcipuum eſſe dicitur, ut pactis non coarctentur, ſed tales ſint ſemper, & à principio & ex poſtfacto ut not. in l. pactum. C. de pact.

Et quod pari modo ſi mulier iuraſſet cum aliquo contrahere, poſtea eam pœnituiſſet, non eſſe compellendam, hac ratione, ſed monendam potius. Et quia coactiones huiuſmodi ſolent habere difficiles exitus, ut pulchrè declarat Abb. in c. requiſiuit. in prin. de ſpon.

Et quod aliàs quanquam dicatur in l. ſi mulier & in §. pen. ff. quod met. cau. quod uoluntas coacta uoluntas eſt, & rationem aſsignat Bal. in c. ſacris. qđ met. cau. etenim in mr̃imonio nulla eſt.

Et quod deniq́; libertas matrimonii non debet impediri directè uel indirectè. l. ſi ſponſus. §. j. ff. de dona. int. uir. & vxo. c. ſtatutum. j. de hær. c. cum quid una uia. de reg. iur. in vj. Alex. conſi. xcvij. col. ij. uol. j. Finis.

De fideiuſſoribus & mandatoribus.

Imp. Antoninus A. Rufæ.

NOVATIONE LEGITIMÈ perfecta, debiti in aliũ tranſlati, prioris contractus fideiuſſores vel mandatores liberatos, nõ ambigitur: ſi modo in ſequenti ſe nõ obligauerunt. PP. xv. kal. Octobr. Antonino A iiij. & Balbino Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quia nouatione ſic fieri deterior, creditoris conditio uideretur, non dicendum tamen. l. non ſolet. & ſeq. ff. de regul. iur. l. aliam. ff. de noua. & uidetur caſus in l. j. ſupra eo. ubi obligatio in alium transfertur, & nouatio fit. l. j. ff. de noua. & tamen fideiuſſor non liberatus ſed obligatus manet. Et cum ius fuerit acquiſitum ipſi creditori, id non debet ſine facto ſuo ſibi auferri. l. fi. ff. de pac. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ſi creditor. & in l. nouatione. ff. de noua. & in d. l. aliã. & in l. j. C. etiam ob cyrographa. pe. & in l. Valerianus. ff. de præto. ſtipu. & benè, & ratio deciſionis eſt, quia à priori obligatione nouatione creditor receſsit, ergo & à fideiuſſoria, quoniam acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis hocquè extincto, conſequenter & illud etiam extinguitur. l. cum principalis. ubi ego multa. ff. de regul. iur. c. acceſſorium. eo. tit. in vj. l. iiii. C. depo. l. fi. in fi. ff. de eo quod cer. lo. l. an inutilis. §. fi. ff. de acceptila. & quia res inter alius acta, tertio nec prodeſt nec præiudicat. l. i. & toto titu. C. res inter alios acta. l. ſæpè. ff. de re iudi. argumen. in l. ſi unus. in §. ante omnia. ff. de pac.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, non primum, quia id uerum eſt in nouatione neceſſaria, nos autem loquimur in uoluntaria, igitur nõ mirum, ſi uno caſu liberantur fideiuſſores alio autẽ non, quemadmodum iura ipſa docent & declarant, aliàs actus uoluntarius, à neceſſario non diſtingueretur, haud dicendum. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogan. pulchrè Alex. in l. tutori. in prin. C. de neg. geſt. & in l. ſi cum dotem. in §. ſi pater. col. iii. ff. ſolu. matri. Bar. in d. l. aliam. ff. de noua.

Non ſecundem, quia tex. in d. l. i. loquitur in caſu quando transfertur in alium obligatio per modum ſucceſsionis factæ in quota bonorum hic autem nouationis, ſingularis obligationis, ut etiã declarat Saly. hic, & benè. Sed ego dicerem aliter quanquam Lyſias ibi deliquiſſet eaque ratione partẽ bonorum habeat fiſcus, quod partem ipſe quoque retineat, eaq́; ratione qui fidem ſuam creditoribus ipſius aſtrinxerunt poſsint iure priſtino

ſtino conueniri , quia obligatio eorum, non erat extincta.

Non ultimum denique, quia uera regula eſt, ſi obligationem primam non nouaſſet ipſe quo ſit, ut iic facto ſuo ſibi auferatur (& argumentum re torquebitur) quanquam non dixerit quia nō minus eo modo uoluntas declaratur, quàm uerbis. l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam habe. l. reprehendenda. C. de inſtitutio. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil. edic. Inciderítq; planè in foueam (ut uulgo dicitur) quam fecit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod nouatio quo ad quid, eſt ſolutioni ſimilis, namque ſolutione eius quod debetur, omnis obligatio tollitur, etiam fideiuſſoria, uſque adeò ut nullæ reliquæ remaneant, inquit tex. inſti. quib. mod. tolli. obliga. in prin. & Gui. Papæ in deciſio. ſuis cccc xvij. & nouatione pariter, ut hic dicitur, & quo ad quid dixi, quia aliàs differunt. Et quod ſint ſimiles quandoque, facit, quia fit etiam nouatio interdum ſolutione, exempli gratia. Si iuſſero debitori meo, ut tibi ſoluat, & ſolutio facta ſit. l. ſingularia. ff. ſi cer. peta.

Et quod exempla regulam non reſtringunt, tametſi declarent. §. hactenus. inſti. de gradi. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infect. unde quamuis lex iſta, in fideiuſſoribus loquatur, attamen in pignoribus quoque uſuris, & pœnis locum habebit, nouatione ſcilicet repetita, ſeu repetitas non intelligi. d. l. ſi creditor. d. l. nouatione. ff. de noua. Bar. in d. l. aliam. ff. eo.

Et quod à ſimili etiam ſi pupillus ſine tutoris auctoritate rem ſaluam fore ſtipulatus fuerit, factuſq; pubes ratam ſtipulationem habuerit, nouandi cauſa, quod ſic tutelæ actio tolletur pariter ut pulchrè inquit Iuriſconſ. in l. ſi pupillus. in prin. ff. eo. de noua.

Et quod iterum obligari nō poterunt fideiuſſores, etiam ſi partes paciſcātur, ipſos teneri quāquam non dicatur, ex quo obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſol. nec pactis priuatorum ius publicum mutari poteſt. l. ius publicum. ff. de pact. argumentum in clemen. ne Romani. de electio. in c. cum inferior. de maio. & obedi.

Et quod denique eſt quiſque in re ſua moderator & arbiter, poteſtq; ſibi quam legem uoluerit, imponere, iuriq; ſibi competenti renuntiare. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. uſque adeò (ut hic dicitur) ſi uoluerint, ſiq; conſenſerint fideiuſſores prædicti, uel mandatores, prætextu ſecundæ obligationis, teneri, & aſtrictos eſſe, ut nulla ratione poſsint ſe tueri, quominus teneantur. Ex quo ſic ſuo ſe (ut aiunt) iugularunt gladio. Finis.

ADDITIO.

Quod id non dicitur factum, quod legitime factum non eſt, ut in nouatione hic dicitur, & in l. ii. C. de noua. & in ſimili in l. uenditrici. C. de reb. alie. non alienan. & eſt argumentum in l. ii. in §. i. ff. quemadmodum teſta. aper. & in l. Paulus. ff. de uerbo. ſignifica. & in l. eleganter. in §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. & quanquam iſtud uerum ſit, atque intelligatur, ita ut exprimi non debuerit. l. iii. ff. de leg. i. expreſſum tamen non uitiat. l. non ſolent. l. quæ dubitationis tollendæ gratia. ff. de reg. iur. l. i. §. ſed ſciendum. ff. de edil. edic. l. teſtamentum. C. de teſtamen. Bald. in l. i. in fin. C. de iure emphi.

De ſolutionibus & liberationibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Ambroſio.

SVCCESSORES EIVS, qui maior uigintiquinq; annis in ſolutum pro debito iure mancipia dedit, hæc reuocare non poſſe cōſtat. S. v. id. April. Byzātij AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia cum res datur pro re, cōtractus innoīatus eſt. l. naturalis. §. j. ff. de pſcri. uer. in cōtractibus innoīatis habet locum pœnitentia, l. dedi. §. j. l. ſi pecuniam. §. j. ff. de condic ob cau. ergo. factum defuncti debet poſſe per hæredē reuocari, & datio in ſolutum, de qua hic. & not. etiam in. l. ſi ad fundum. ff. de pac.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia hæres repreſentat perſonam defuncti. l. fi. C. de hær. inſt. l. cum à matre. C. de rei uen. Aret. cōſ. 50. col. iij. uerū defunctus nō poſſet uenire contra factum ſuū ſi uiueret. l. ſicut. C. de act. & ob. & in regu. quod ſemel placuit de regu. iu. in vj. ergo. et dato quod potuiſſet, quia tamen quæſtus non eſt uiuens, ob id non debet permitti hęredi ut ipſius factum improbet. l. ea quę C. de reſti. mil. & maxime qa ex ipſius defuncti perſona, lucrum ſentit. l. uxor. C. de bo. auc. iud. po. l. ſi ab eo. C. de nego. geſt. l. ex qua perſona & ibi not. ff. de regu. iur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quod ſit contractus innominatus, quia non eſt uerum, tametſi fuerit uerbum Bal. hic its dubitantis, patet quia ſignanter dicit tex. pro debito, mancipia, creditori in ſolutum data fuiſſe, datio in ſolutum autem ſimilis eſt emptioni & uenditioni. l. fi. ff. de uſucap. pro emp. l. libera. & ibi Bar. C. de ſen. & interlo. om. iudi: ergo nec cōſiderabile an pœnitentiæ ſit locus. Et dato etiam quod eſſemus in contractu innominato, non conceſſo tamen, adhuc pœnitentiæ locus non eſſet, ex quo res non erat integra, ut not. in d. l. ſi pecuniam. nullo modo ergo defuncti factum poterit reuocari, ut etiā dicitur in l. uenditrici. C. de reb. alie. non alie. & in l. cum dominam. C. de pigno. hic quoq; in glo. allega. & in d. l. ea quæ. C. de reſti. mil.

Præſtatq;

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod in caſu.l. i. C. de pac. Philinus iunior, non contrauenerit facto patris Philini ſcilicet ſenioris quia erat eius hæres, & ut ibi ego latiſsimè dixi.

Et quod non ab re dictum eſt pro debito iure mancipia in ſolutum data fuiſſe creditori, quoniam aliàs ſi quid contra legem, uel in ipſius hæredis fraudem factum fuiſſet, id utique potuiſſet improbari.l.quemadmodum.C. de agric. & cen. lib.xj.l.poſt mortem.& ibi not. ff. de adop. tradit Bal.in l.i.ad fi.C.ne fiſ.rem quam uen. lib. x. pulchrè Caſſane.conſ.lxix.nu.1.Alex. conſ. xxj. col. ii.uol.iii.

Et quod hæredes ſucceſſores appellantur.l. nō ſolum.ff.de reſti.in integ.idemque ſucceſſor ſonat quod hæres, unde hinc dicimus quod hęreditas nil aliud eſt quàm ſucceſsio in uniuerſum ius quod habuit defunctus.l.nihil aliud eſt hæreditas.ff. de uerbo. ſigni.

Et quod non ab re maioris facta eſt mentio ut alibi etiam in d.l.cum dominā.C.de pigno.quoniam ſi minor fuiſſet potuiſſet in integrum reſtitui.l.i.ff. de mino. Imò quod beneficium huiuſmodi tranſit ad hæredes.d.l.non ſolum.ff.de reſtitutio.in integ.

Et quod denique ſucceſſor tenebitur ſtare colono.l.uiam ueritatis.C.loca.l.hæredis.l. ex qua perſona.ff.de reg.iur.uniuerſalis tamen, ratione ſupra dicta, quia repreſentat perſonam defuncti, ad eumq; tranſeunt omnes obligationes actiuè & paſsiuè, & idem ſi ſit ſucceſſor ſingularis, dūmodo hoc caſu locatio facta ſit ad non modicum tempus, aliàs obligatio perſonalis non ſequitur emptorem.l.i.§.ſi hęres.ff.ad Treb.Bar.in l.ſi tertius.in §.fi.ff.de aqua plu.arcen.Gui. Papæ deciſio.cccclxxx.col.ii. Finis.

De acceptilationibus.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Claro.

SI DONATIONIS GRAtia nouatione facta, per acceptilationem præſtitiſti liberationē: omnis agendi via perempta eſt. S.vj. Kalend. Ianua. AA. & Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſolutione uera, extinguitur obligatio, ut inſti. quib. mod. re contrahi. obliga. in princip. ergo non acceptilatione, quæ eſt ſolutio ficta & imaginaria. §. item per acceptilationem. inſti.eod.titu. nanque ueritas imagine naturæ obumbrari non debet.l.filio quem pater.ff.de libe. & poſthu. Et præſertim cum obligatio ſit iuriſgentium.l. ex hoc iure.& ibi plenè not.ff.de iuſti.& iure. acceptilatio uerò iuris ciuilis, nec æquum, ut tollatur l.an inutilis.§. acceptum.ff.de acceptila.d.§.item per acceptilationem.l.actus legitimi.l. nihil tam naturale.ff.de reg.iur.§.fi.inſti.de legi.agna. tut. l.ii.§.fi.ff. de uſuf.earum rer.quæ uſu conſu. & uidetur caſus qui dubitationem facit etiā quod acceptilatione agendi forma non perimatur in l. ob eam cauſam.ff.de præſcrip.uerb. ubi quis per Aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem erat liberatus, & tamen actione præſcriptis uerbis agitur.

Contrarium tamen hic, & in l. ſeq. deciditur, & in l.ut reſponſum.C.de tranſac.quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, & ſic etiam facilis interitus.l.in rē.§.item quæcūq;.ff.de rei uend.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.c.j.eo.ti. in antiq. nanque ſicuti per aquilianam ſtipulapulationē, nouatione facta prima obligatio tollitur, & ſic per alteram obligationem, ut hic per Cyn. ita per acceptilationem maximè (ut diximus) factam donationis gratia, tollitur ſtipulatio & conſequenter omnis agēdi uia perimitur, quæ ex obligatione matre oritur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nō primum, quia antecedens uerum eſt, conſequens falſum, ut in iuribus ad idem allega. deducendo ut ſupra.& probatur in d. §. item per acceptilationem.& quia nō minus operari debet fictio in caſu ſuo, quàm ueritas in uerò, ut declarat Bart. in d.l.filio quem pater.uulga.l.qui ad certum loca. c.ex parte.c.cum dilectus.de cleri.non reſi.in eccle.cum nec illud ſit generale, de quo in d.l.cum filio. ubi ego in collectan.multa. Ex quo tollitur etiam ſecundum, quia acceptilatio directo obligationem non tollit nec actionem perimit, ſed ſtipulationem.d.l. nihil tam naturale, & aliis ut ſupra.uel & aliter ut infra.

Non ob.ultimo text.in d.l.ob eā cauſam.quia (ut ſentit gl.hic) non ex cauſa donationis ibi debitor fuerat liberatus, ſed ut debitorem ſuum ſtipulanti & per acceptilationem ipſum liberanti, delegaret, quo caſu ſi id non faciat actione præſcriptis uerbis illi conſultum eſt, ut deleget, & ſi id non faciat, ad intereſſe teneatur.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè unumquodque conſiderari debere ad finem, ad quem tendit, & propter quem fit, & quando unum propter aliud eſt, id attendi rurſum debere propter quod eſt.l. & ſi non ſint. §. perueniamus.ff.de auro & argen.lega. eſtq; argumentatio ibi Iuriſcon.quod finis ſit (iterato dixerim) cuiua gratia res fiat, & in not.q.tradit Bellame.in deciſio.ſuis DCV.& Bar.ante eum in l.cū proponas.in j.lectu.col.iii.C.de dolo.& eſt ſimilis tex.in l.cum enim.ff.de noua.& hoc idē quia ſtipulatio non debet poſſe obligationem tollere, ex quo iuriſgentium eſt, illa uerò iuris ciuilis.§. de pecunia autem conſtituta.inſti. de actio.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.§.fi.inſti.de legi. agnatute.

tate. & ut in ſimili dicebã ſupra de acceptilatione, & tamen tollit, quia prima obligatio eſt, ad obligãdum, & ſecunda pariter, cuius prætextu fit ſtipulatio, quæ ob hoc conſiderari non debet. d. §. perueniamus. eſt uerum quòd nec acceptilatio tollit obligationem contractumq́; iuriſgentium, ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſi non peccet in forma, ut per Cy. in l. ſequen.

Et quòd actio ſiue obligatio, ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. l. eius qui delatorem. in fi. ff. de iure fiſ. Bart. in l. Meuius. 10 §. duobus. ou. 3. ff. de leg. iij.

Et quòd à priuatione ad habitum (ut inquit Philoſophus, idemque eſt, quòd ſupra) impoſſibilis eſt regreſſus. d. §. qui aream. l. ſi cum in annos ff. quib. mod. uſufruc. amit. l. homo liber. ff. de ſtat. hom & hoc eſt etiam quod dicebat Bald. quòd ſemel annihilatum nunquã reſurgit. conſ. cc. col. ij uolu. v.

Et quòd melioris cõditionis eſt debitor per acceptilationem liberatus, titulo lucratiuo, quàm ſi fuiſſet oneroſo. l. ob eam cauſam. ff. de præſcript. uer. allega. etiam ſupra. & per glo. hic.

Et quòd denique duo uincula magis ſtringũt quàm vnum. c. j. de treuga & pace. argum. in §. ſed hodie. inſtitu. de adop. & in §. fi. o. in auct. de conſangui. & vter. frat. & liquet hic ex acceptilatione, & donatione ſimul omnem agendi uiam perimi, ut dictum eſt. Finis.

De euictionibus.

Imp. Alexander. A. Octauio.

NON DVBITATVR, ET ſi ſpecialiter venditor euictionem non promiſerit, re euicta ex empto actionem competere. PP. viij. id. Marti. Alexandro A. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, tex. in l. emptorem §. qui autem. ff. de actio. emp. ubi caſus clarus, uenditorem de euictione non teneri ad intereſſe, ut hic præſupponit. Et clarior in l. ſi fundum. infra eo. Et quia omiſſum debet haberi pro omiſſo, uſq; adeò ut propoſitum in mente retentum nihil operetur. l. commodiſsimè. ff. de lib. & poſthu. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matri. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cau. l. ſi repetendi. C. eo. & eſt argumentum in l. ſolemus. ff. de iudi. ubi id tantum in iudicium uenit, de quo actum eſt inter litigantes.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò (& ſi dictum non fuerit) tenebitur uẽditor, actione ex empto ad intereſſe, & idem in l. ſi in uenditione. ff. eo. & ratio deciſionis eſt, quia ſemper in contractu iſto emptionis & uenditionis, quamquam nihil dicatur, ueniunt ea ſemper quæ ſunt de natura ipſius contractus. l. ex empto. in prin. ff. de cont. emp. & appellantur naturalia contractus ut ibi dicitur.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia dicto caſu, ita partes conuenerant, cõtractus ex conuentione partium legem accipiũt. l. j. §. ſi conueniat. ff. de po. l. contractus. ff. de reg. iur. ergo intereſſe remiſſum uidebitur. Non ſecundum, quia etiam dicto caſu, ſciens quis emerat fundum alienum, ſibiq́; omnino præiudicauit damnum enim quod quis ſua culpa patitur ſibi imputetur, ut in regu. damnum. eo. tit. in vj. Nec eſt uerum ultimò, quod omiſſum pro omiſſo habeatur, quodq́; propoſitum in mente retentum, nihil operatur, quia duo hæc limitantur, in his quæ inſunt ex natura contractus, l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Bar. in l. quicquam aſtringendæ. ff. de uerbo. obli. col. ij. ex quibus argumentum quoq; tollitur. d. l. ſolemus. quod in iudiciis procedit, non in contractu de quo hic, nec ſemper bonum eſt argumentum de contractibus ad iudicia, ideò cum myſterio dicit alibi tex. in l. iij. in §. idẽ ſcribit. ff. de pecu. quaſi contrahitur. quod nota. l. id tempus. cum ſimilibus. ff. de uſucap.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur. l. iij. ff. de lega. iii. l. non rectè. C. de fideiuſſo.

Et quod quando aliquid ineſt de neceſsitate, per expreſsionem non augetur nec minuitur effectus. l. fi. & ibi Bal. in prin. C. de procu.

Et quod non ſunt exprimenda quæ parum aut nihil conferunt, inquit etiam Cyn. in l. fin. C. de precib. impe. offe.

Et quod ſicuti quę ueniunt ex natura contractus, non ſunt exprimenda, ita exprimi non debent, quæ ueniunt de conſuetudine. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edic. ex quo non poteſt diuerſitatis ratio aſsignari, & ibi glo. concordantes allegat. Adde bonum tex. in l. ſi quis donaturus. ff. de uſuf. Bart. in l. de die. col. tertia. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. non erit. in §. j. ad fin. ff. de iureiuran.

Et quod deniq; ſi conuentum fuerit, ne uenditor de euictione teneatur, quãquam hoc caſu intereſſe remiſſum uideatur, ut dictum eſt ſupra, nõ tamen remiſſum uidebitur pretium, præallega. l. emptorem. §. qui autem. ff. de euictio. & dictat æquitas naturalis, quia nemo in dubio præſumitur uelle iactare ſuum, uel eligere (ut aiunt) uiã ad impugnanda ſua iudicia, imò quod cum iactura emptoris efficeretur locuples uenditor & malè, l. cum de indebito. ff. de probatio. l. tertia. ff. de milita. teſtamen. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebi. capitulo locupletari. de regul. iur. in vj. Finis.

De patria poteſtate.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Donato.

FILIA TVA, NON SOlum reuerentiam ſed etiã ſubſidium vitæ vt exhibeat tibi, rectoris prouinciæ auctoritate compelletur. PP. Kal. Mart. Diocletiano iij. & Maximiano AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia onus iſtud alendi filios patris eſſe uidetur, non filij, ſeu filię parentes etiam ſi egeant. l. ſi quis à liberis. §. ſi uel parens. ff. de libe. agno. ſicuti etiam dotare filiam onus patri s eſt. l. ſi. C. de dot. promi. quæ dos ſuccedit loco legitimè & alimentorum. l. iij. §. ſed utrum. ff. de peti. hære.

Contrarium tamen hic deciditur, & clarius in l. j. & ij. C. de alen. libe. & in l. ſi quis à liberis præ allega. in prin. ff. de libe. agno. & in l. cum non ſolum. in §. ipſum autem filium. C. de boniſq; libe. in glo. hic etiam allega. & ratio deciſionis eſt, quia ſicuti pater alit filium egentē. d. §. ſi uel parens. ita natura æquum uidetur, ut à filio alatur, ſi egeat pariter & ut in iuribus prædictis continetur, & eſt argumentum amplius in l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & in l. ſi. ff. de leg. iii. ubi uulgatum illud quoque ad propoſitum, quod cõtrariorum eadem eſt diſciplina, quodque tantum operatur oppoſitum in oppoſito quantum propoſitum in propoſito, ſi non poſsit contrariorũ ſiue oppoſitorum diuerſitatis ratio aſsignari, ut in dictis locis legitur, & per Docto. in rub. ff. de acqui. poſ. aliàs necare filius, patrem uideretur, & male. l. necare. ff. de libe. agno. imò quòd ſi extraneo id minimè permiſſum eſt. d. l. necare. c. paſce. lxxxvj. diſtin. multo minus permitti uidetur filio, qui cum patre cenſetur, una eademq; perſona. l. fin. C. de impube. & ali. ſubſti. §. ei. inſti. de inuti. ſtip. & dictum fuit alibi ſupra.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quod onus ſit patris alere filium, filiamúe, eamque dotare quia ueriſsimum eſt, ſed non quod uerſa uice, non teneantur filij quoque præſtare ſubſidia uitę, & alimenta patri, egenti, ut dictum eſt, & legitur in iuribus pręallega. Imò quòd longe magis filij tenentur, quàm parentes, à quibus eſſe illi acceperunt, & uiuere, aliàs ingratitudinis nota inurerent, quo nihil fœdius. Improbus enim homo eſt (inquit Comicus) qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod non modo filij reuereri parentes debent, uerum etiam ei alimenta (quæ uitæ ſubſidia appellãtur) pręſtare ſi maxime egeãt, ut dictum eſt, quoniam aliàs non tenerentur. Et hac ratione in caſu iſto, non poterit uerificari uulgatũ illud, de quo in l. tutori. C. de nego. geſt. Bar. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.

Et quod lex generaliter loquens generaliter intelligi debet. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. l. de pretio. ff. de publicia. act. uſque adeò ut quod hic dicitur intelligatur & locum habeat quoque in patre naturali. l. parentes. ff. de in ius uo. ibi una enim omnibus parentibus debita eſt reuerentia, ex quo etiam regula fundata eſt in ratione naturali, ut declarat Alex. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. col. xvj. ff. ad Treb. Bar. in l. hos accuſare. in §. omnibus. col. ij. ff. de accuſa.

Et quòd exemplo filiis eſſe debet Ciconia, in caſu iſto, cuius pulli parentibus iam ſenio confectis, & longa ætáte inualidis, opem & alimenta miniſtrant, in mutuam compenſationem.

Et quod ubicunq; uerba diriguntur ad iudicē ibi regulariter nõ actio, ſed officium iudicis oritur, ut inquit glo. in l. ſi ſoror. C. de colla. Bart. in l. ſolent. col. ii. ff. de ali. & ciba. lega. & in l. metũ. in §. ſed quod pretor. ff. quod met. cau. igitur hic dictum eſt, auctoritate rectoris prouinciæ præſtanda eſſe uitæ ſubſidia.

Et quod denique, ſi filius recuſauerit alimenta præſtare patri, pietatemq; paternam non agnouerit, compelli poterit, pignoribus captis, imò plus, quod iure patrię poteſtatis non prohibebitur, eum caſtigare, inquit aureus tex. in l. iij. ſupra eo. & dictu mirum eſt, quod tunc nec filio licebit reſiſtere patri, ipſum caſtiganti, ut tradit glo. & Bar. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. pulcherrimaq; uerba legenda ſunt, quæ ad propoſitum dicuntur, Deutorono. c. xxj. ibi ſi genuerit homo filium contumacem & proteruum. Finis.

De adoptionibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Proculiano.

ADOPTIO NON TABVlis, licet per tabellionem conficiendis, ſed ſolemni iuris ordine apud præſidē ſolet copulari. PP. kal. Septemb. ipſis AA. iv. & iii. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod tabellio poſsit adoptioni auctoritatē interponere, quandoquidem iudex ſit. l. j. & ibi glo. ff. de iudi. iuriſdictionem habeat, ut ibi & per Bar. in l. j. col. pe. ff. de iur. om. iud. & adoptio imperio magiſtratus fiat. l. ij. ff. de adopi

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. j. ſupra eo. & in l. ii. ff. eo. præallega. & ratio deciſionis

nis eſt, quia ubi certa ſolemnitas requiritur in actu, ſiquidem non adhibeatur, erit utique nullus. l.iij. infra de emancipa. libe. uerum hic requiritur, quod ſolemni iuris ordine fiat apud præſidem, iuriſdictionem ordinariam habentem, & in d.l. j. ſupra eo. ergo non erit ſatis, quod tabellio eidem auctoritatem interponat & eſt argumentum etiam in l. qui Romæ, in §. Flauius. ff. de uerbo. obliga.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia eſto quòd tabellio ſit iudex, chartularius ſcilicet nulli tamen præeſt adminiſtrationi inquit Bart. in l. fi. ad fi. C. ubi & apud quem. & in l. iubemus. in §. ſanè. j. in ij. col. C. de ſacroſanct. eccle. Iuriſdictionemq; habet potentia, & non actu, nec cohærentem alicui territorio, ut declarat Bar. in d. l. j. ff. de iur. om. iud. & conſequenter nullam ſecundum Bal. in l. fi. ad fi. C. de ſen. ex per. reci. ergo non mirum ſi non poteſt interponere auctoritatem (ut dixi & repeto) huic actui legitimo. Eſt bene uerum, quòd inſtrumentum guarentigiatum, ubi eſt præceptum notarij, non requirit cauſam, ex quo in iudicio factum uidetur, unde confeſſus ſine cauſa informaliter, habetur pro cõdemnato inquit Alex. in l. iiij. in ij. col. C. de rep. hæred. Et quod quemadmodum iudex lata ſententia nil aliud facit, ſemel functus officio ſuo, uel benè uel malè. l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. ſic pari modo notarius ſeruat, nec inſtrumento ſemel parti tradito, poterit amplius errorem ſuum corrigere, ita Ange. in l. Imperator. in prin. ff. de ſta. homi.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quòd cum adoptionis mentionem fecerit aliud ſit in arrogatione ſeruandum; argumentum in l. cum prætor. ff. de iudi. & in c. nonne. de præſump. & probatur in l. ii. ff. eod. allega. etiam ſupra. ubi principis auctoritas hoc caſu requiri uidetur. & non ab re, quia ſit de eo qui eſt in poteſtate patris. agiturq; de maiori præiudicio in arrogatione, quàm in adoptione, cum bona tranſeant ſecum, in patrem arrogantem, nulliuſq; conſilium & aſſenſum, quàm ipſius requiratur, ubi in adoptione, bona remanẽt apud patrem adoptati, & ipſiua patris conſilium amplius requiri uidetur, uſque adeò ut fuerit opus etiam cautius prouidere, maioriq; ſolemnitate dictę arrogationis actum perficere. Conſiderantes quoque in adoptione, facilè fieri tranſitum de poteſtate patris in poteſtatẽ adoptantis, propter ſimbolum & ſimilitudinem. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uen. l. hæredes. §. de pluribus. ff. famil. her. & ob id pręſidis auctoritas ſufficit. quòd non eſt in arrogatione, ex quo poteſtas de nouo inducitur, igitur principis auctoritas deſiderat̃.

Et quod adoptio eſt legitimus actus, per quẽ fit quis filius, qui non eſt penè naturam imitans, ut inquit etiam glo. in §. j. inſti. de adop.

Et quod tabelliones à tabulis conficiendis uocãtur, quę ſui inſtrã, idcirco quia in tabulis olim ſcribebantur: hinc bono. po. ſecundum tab. contra tab. & ſimilia. nec ab re tabularũ prius mentio facta èſt hic & tabelionis poſtea, qui etiam notarius dicitur, à notis, de quibus in. l. ſed cum patrono in. §. fi. ff. de bo. po. et ſeruus publicus, à publice ſeruiendo, ut in. l. ij. ff. rem pup. ſal. fo. et in. §. cum autem, in materia, & in adoptione ſignanter inſti. de adop. & in. l. ij. ſupra. eo.

Et quod ſolemnis ordo iuris eſt, cauſæ cognitio, & iudicis auctoritas, ſi filiusfamil. uelit, adoptanſq; conſentiat, ſiq; expediat adoptionem fieri, uſque adeò ut trium perſonarum interrogatio præcedere debeat, ſiue tres perſonæ interrogari, filiusfam adoptandus, adoptans, & agnati, ſingula ſingulis referendo, ſi uelit (ut dixi) adoptari, ſi uult adoptare, ſiq; expediat, quod ab eo adoptetur. Et quòd inde publicum inſtrumentum fiat. l. in adoptionibus. ff. eo. & longe magis hæc aliaquè multa ſunt ſeruanda cum arrogatio fit, ut in l. nec ei. in §. i. ff. eo. & in d. §. cum autem. inſtitu. eo. & in l. ii. ſupra eo.

Et quòd denique, argumentum à ſolitis ualet, ſeu ab eo quod fieri ſolet, idemq; in l. ut liberis. ad fi. C. de colla. l. ſolutum. §. fi. iuncta l. ſeq. ff. de pigno. actio. Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. re. Ange. in §. emphyteoſim. in auth. de nõ alie. col. ii. Idem Bar. in l. Seio. in §. medico. ff. de annu. lega. Finis.

De capitiuis poſtliminio reuerſis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Baſilidæ.

COMMERCIO REDEMptæ fęminę filios, licet ex ſeruo, medio ſuſceptos tempore origini ingenuitatis matris iuxta ea, quæ benigne placuerũt, reddi conuenit. S. v. kal. Septembr. Viminatij AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia regulariter, filij conditionem patris ſequuntur, et nõ matris. l. exemplo. l. nullus. l. eos. C. de decu. lib. x. et uidetur caſua in. l. ſi qui. C. de ſer. fu. ergo filij liberi dici non poterunt quaſi de libera matre nati. Et maxime, quia ſi ſucepti ſunt eo tẽpore, quo mater erat capta, & apud hoſtes, quomodo probabiliter dici poteſt quod ſint liberi, repugnat enim quod ipſa ſit ſerua, & filij nati inde, ingenui, ſeu (ut dixi) liberi vocent, ex quo effectus ſue cauſę commenſurandus eſt, argumentum in l. licet in § ea obligatio. ff. de proc. l. ita autem in prin. ff. de admi. tu. Pau. Caſt. cõſ. lxxiii. col. iij. uolumi. tertio.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. partũ

C. de

C.de rei uen.& benè, quia origine inſpecta mater ingenua erat, quo fit ut benigna interpretatione etiam, ea redempta, liberi (quanquam medio tempore ſuſcepti) ingenui & liberi ſint & quaſi ex libera matre nati.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia non eſt verum, niſi per accidens, ſiue per medium non immediatè. d.l. partnni. & declarat Bal. in d.l. ſi qui. per illum tex. qui ob hoc quoque non obſtabit. & uideri etiam poteſt in iuribus præallega. ubi ſequuntur conditionem patris, quo ad honores, & non (ut dicebatur) regulariter uerum eſt.

Non etiam ob. quòd ex ſerua ſint nati, quia origine inſpecta erat ingenua, & ideò (ut diximus) quamprimum redempta fuit, perinde eſt ac ſi capta non fuiſſet, & conſequenter liberi, nati ex libera, non autem ex ſerua dicentur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod origo ſemper ſpectanda eſt. l. aduerſus. C. de non nume. pecu. l. iij. C. ad Macedonia. l. clam poſsidere. ff. de acqui. poſ. l. ſi procurator. ff. manda. l. cum filius. §. hæres. ff. de lega. ij. deducendo ut ſupra.

Et quòd unaqueque res de facili, reuertitur ad naturam ſuam, imò quod ſolet iſtud etiam fauorabile reputari. l. ſi unus. §. pactus. uer. quod in ſpecie. ff. de pactis. capitulo ſtatutum. ubi glo, numerandum. de præben. in ſexto. & precipuè, quando eſt in potentia, ut hic & in dicto §. pactns. & ibi Bald. in præallega. uerſi. quod in ſpecie. in fin. declarat.

Et quòd media non curantur, quando potentiam extremorum habemus. l. ſed & ſi in conditione. §. ſolemus. ff. de hæred. inſtituen. Bald. pulchrè in capitnlo primo, nume. 9. de electio. nanque eſto quod medio tempore, liberi ſuſcepti ſint, non ideò tamen ſerui ſunt, quia mater erat ingenua, & poſtea redempta. nonnihil ad propoſitum Roma. in l. apud Trebatium. per illũ tex. ff. de aqua plu. arcen.

Et quòd potentia propinqua actui, quodammodo actus eſt. l. abeſſe. l. qui mittuntur. ff. ex quibns cau. maio. l. penul. ff. de mili. teſta. l. quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de lega. tertio. ut hic mulier capta, poſtea redempta, & ſic non amplius ſerua, ergo nec cum eſſet apud hoſtes, quia redimi poterat, ergo & filij liberi.

Et quòd aliquo caſu denique benignè agendum eſt, ut hic, & in l. hæc conditio. ad finem. ff. de condi. & demonſtra. & in l. penul. in princi. ff. eodem. & in l. Sceuola. ff. ad Trebellia. & in l. ſecunda, ad finem. ff. de libe. & poſthu. & in l. qui negotia. ff. manda. & in l. nonnunquam. ff. de colla. bono. & in l. ſi tibi. in fine. ff. ſi certum peta. dixiq; ego alibi ſatis. Finis.

De donationibus.

Imp. Decius A. Marcellino.

SPEM FVTVRAE ACTIOnis, plena intercedente donatoris voluntate poſſe transferri, non immeritò placuit. PP. Non. Mart. Decio A. j. & Grato Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, text. in l. ſpem. C. quæ res pig. obli. poſ. ubi ſpes obligari non poteſt, ergo multo minus donari. & quia uidemus hinc, quod de his quæ relinquuntur in teſtamento quoque, cum ſpe debeantur non poteſt tranſigi uel paciſci. l. de his. ff. de tranſactio. & ut etiam hic per glo. Et quia ſequeretur aliàs ſi factum eſſet legatum Titio ſub conditione & liberis ſuis, iſque decederet ante conditionem exiſtentem, quod hanc ſpem poſſet tranſmittere uni ex liberis & tamen non poteſt. l. legata ſub conditione. ff. de condi. & demonſtra. l. ſubſtitutio. ff. de acquiren. rer. domi.

Contrarium tamen hic deciditur, quod imò poſsit ſpes, pignori obligari, uendi, & donari, & idem in l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. & in l. prima. C. de pact. & ratio deciſionis eſt, quia unicuique licet ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere, ut inquit Iuriſconſul. in l. pactum. in fine. ff. de pactis. donatio autem dilapidatio eſt. l. filiusfamiliàs. ff. de donat. ergo. Quaſi dicat, quod quilibet eſt moderator & arbiter in re ſua, etiam ſi eam non utatur ſed abutatur. l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi. & firmat Alexand. quod poſſit in l. diuortio. col. xij. ff. ſolu. matrimo. & Fulgo. conſ. cj. col. ii. & conſ. cv. ad fi. & Soci. conſil. lxxxj. nu. 11. uol. iii.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia id eſt premiornm fauore inductum, non quod ſpes in contractum deduci non poſsit, ut hic, & in l. ſi iactum retis. ff. de actio. emp. & allega. ſupra latius. Quis nanque uirtutem ipſam amplectitur (inquit Poeta) premia ſi tollas? & Cice. quod bonos alit artes, quodque omnes incendunt ur ad ſtudia gloria.

Non ſecundum, quia id etiam ſpeciale eſt, in his quæ relinquuntur in teſtamento, ut non poſſit nec tranſigi nec paciſci, niſi prius uiſis & cognitis uerbis teſtamenti, & ibi plures rationes aſſignaui ego quare id á lege inductum ſit. ergo ad propoſitum ius commune in contrarium, ut hic l. quæſitum. §. denique. de fund. inſt. inſtrumentoq; lega. l. ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi.

Et non ultimum denique, quoniam eo caſu quoque, non tranſmittit, cum in eius perſona legatum euannerit adhuc conditione non purifi-

cata,

cata,& quod non eſt,tranſmitti nõ poteſt. l. eius qui in prouincia.ff.ſi certum petatur. l. ſi in perſona.C.de fideicom.uel & aliter ut infra.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quòd ſicuti ſpes ordinata à cauſa præcedenti poteſt donari, ut hic, ita etiam debet poſſe tranſmitti ad hæredes, ut in iure conditionali oriente ex contractu, de quo in §. ex conditionali.inſti. de uerbo. obli. quo caſu tantum(ut ibi dicitur)ſpes eſt debitum iri.

Et quòd à ſimili idem in iure primogenituræ ſaltim ſpe & habitu quæſito primogenito dici debet ut illud, ad hæredes tranſmittatur pariter, ita Ancha.conſ.lxxxij.col.iij.

Et quòd in legato conditionali erit ſecus. l. unica. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C.de cad. tollen. l. unum ex familia. §. rogo.in fin. l. miles.§.j.ff.de leg.ij.Corn.conſ.cxlvj.col.ii.uol. ii.dixi ego in d. §. ſinautem. latè. Et differentiæ ratio eſt in legato conditionali, & contractu ſtipulationis ut ſupra quia legata propter merita communiter relinquuntur. l.nec adiecit. ff. pro ſoc.quæ in hærede conſiderari non poſſunt, ergo ad eum tranſmitti non poteſt, maximè, quia nullum factum legatarij interuenit ut in ſtipulatione,qua de re quia non ſolum ſibi uerum etiã hæredibus proſpexiſſe uidetur.l.tale pactum. §. fin. ff.de pact.l. ſi pactum. ff. de proba. non mirum ſi tranſmittitur hoc caſu, illo autem non. & ut latius in d.§.ex conditionali.not.

Et quòd exempla non reſtringunt regulam tametſi declarent.l.damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infect. §. hactenus. inſtitu. de grad.nanque eſto quòd loquatur text.iſte in donatione, non eſt propterea quod obligari & uendi etiam non poſsit ſpes. ut oſtenſum fuit ſupra.

Et quod denique ualebit generalis renuntiatio ſiue refutatio, de omni & toto eo, quod petere poſſum uel ſpero poſſe,& rationibus de quibus ſupra, & ut latius per Barto. & alios ubi locus ſuus in l.qui Romę.in §.duo fratres.ff.de uerbo. obli. Finis.

Impp. Diocletian.& Maximian. AA. & CC. Theodoro.

SENECTVS AD DONAtionem faciendam, ſola nõ eſt impedimento. D.v. kal. Decembr. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſenes ut plurimum delirant, iuxta illud bis pueri ſenes. ſenectuſq́; ipſa morbus eſt, Moleſta & læthalis dicebat Euripid. Seniumq́ue uocabat ſonticum id eſt nocens Neuius. ea de re cum auocetur ſenex à rebus gerendis, & quaſi mente captus ſit proximus etiam num morti hincq́; Maro. Subeunt morbi triſtiſq́; ſenectus, Et labor, & duræ rapit inclementia mortis non deberet poſſe donationem facere: argumentum in l. in negotiis. ff.de reg.iur.

Contrarium tamen hic deciditur, & benè,eſtq̀ue deciſionis ratio, quia quilibet, etiam quod ſit ſenex & decrepitæ ætatis, præſumitur ſanæ mentis. l. nec codicillos. C. de codicil. igitur debet poſſe etiam donationem facere, & non ab re, ſolam ſenectutem impedimento non eſſe dicitur hic, quo minus fieri poſsit, & facta valeat.

Ad oppoſita reſpondetur non præſumi primum, ſenem delirare. Verumq́ue eſſe, quod ſanectus ipſa morbus ſit, & moleſta, aliaq́; habeat incommoda, ſed quid tum, ſanus mente tamen præſumetur quis(ut dictum eſt)& non quaſi mente captus, probariq́ue debebit ſi quis hoc idem dixerit. l. qui accuſare. C. de eden. l. in exceptionibus. ff. de probatio. cum ſimilibus. Et ideò quod hic dicitur, indubitatum eſt, ut ſupra.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod exempla non reſtringunt regulam, ut dicebam etiam proximè, tametſi declarent. §. hactenus. inſtitu. de gradibus. l.damni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de damno infecto. unde eſto. quod dicat ſenectutem non eſſe impedimento, quo minus donatio fiat, ad teſtamenti factionem tamen extẽditur, & eſt caſus in l. ſenium.C.qui teſta.fa.poſ.

Et quando ſunt duo uel plura, eandem rationem habentia ſi unius tantum fiat mentio,quod fieri uidetur exemplificatiuè, non autem reſtrictiuè. l. imperium. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Bald. in l.de quibus.col.xiiij.ff. de legib.

Et quòd Cato ob id de quo hic ſeneſcens literas latinas didicit, ſenex uerò Græcas. Socrates fidibus operam dedit.& Plato,peregre profectus eſt.Imò quòd moriens Chriſippus ſcribebat.præclaraq́; ediderunt uolumina, Iſocrates ac Sophocles.& tanta auctoritate fuit Solon, ut aliquando interrogatus à Piſiſtrato tyranno,qua fiducia ſibi obſiſteret, ſenectute reſpondit. & M.Caſtruceius,cum diceret Carbo Coſ.eidẽ pariter,ſe multos habere gladios,& ego annos dixit. non igitur ſenex donationem facere poterit?

Et quòd directo non probatur quod quis ſit ſanus mente, quia non cadit in ſenſum teſtis, ideò (ut dictum eſt) præſumitur, ſecundum Bald. in l. in eo. ff. de teſtamen. & in l. quidam. col. prima. ff. de condi. inſtitu. qui dicit etiam alibi quod eſt ſtatus qui naturaliter ineſt homini. in l. filium. ff. de acquiren. hæredi. & idem contra eum qui dabat operam rei illicitæ, & ſimilis eſt præſumptio, ſeu in eo præſumetur dolus, aliàs præſumeretur furioſus & fatuus, quòd tamen (ut dixi) de nemine præſumitur, niſi probetur, ita Florian. in l. qui cum

aliter. in j. col. ff. ad legem Aquil. Alex. in l. is poteſt. col. iij. de acqui. hære.

Et quòd denique non abſque ratione ſola ſenectus dicitur, quia mentis & ratio exilium non inducit, nec tuta eſſe poteſt, ut non præſumatur ſenex intelligere, ſi ad id non acceſſerit infirmitas, uel aliquid aliud, ut hic per Bald. & not. in d. l. ſenium. Finis.

De reuocandis donationibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Proculæ.

CVM PROFITEARIS TE in fraudem alterius donaſſe profeſsionem inhoneſtam continere intelligis, itaque ſi donationem perfeciſti, eam reuocare non potes, ex memorata allegatione ſub obtẽtu pœnitentiæ. PP. kalend. April. Heracliæ AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſi alienata in fraudem creditorum poſſunt reuocari, toto titulo. ff. quæ in fraud. credito. æquè conuenit etiam, donationem hic fieri non potuiſſe, & conſequenter poſſe reuocari. Etiam quòd allegetur propria turpitudo. l. j. C. de lib. cau. & donãs ueniat cõtra factum proprium, ut ibi dicitur.

Contrarium tamen hic deciditur, & in ſimili in l. filios. & ibi dixi ſupra de reuo. his quæ in fraud. credito. alie. ſunt. & benè eſtq; deciſionis ratio, quia non auditur ueniens contra factum proprium, allegando turpitudinem ſuam, de quo etiam in l. poſt mortem. ff. de adop. & in l. j. C. de fur. & in l. tranſactione finita. C. de tranſac.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, quia uerum eſt quòd alienata in fraudem creditorum poſſunt reuocari, & conſequenter donata, ſed nõ ſi ab eo qui donauit hoc idem fiat, ratione ſupra dicta. Et uerius quod poſsit quis uenire contra factum proprium, etiam allegando turpitudinem ſuam, aliquo caſu ut in d. l. i. fauore libertatis ſcilicet & quando factum eſt illicitum, inhoneſtum, ſine cauſa & contra leges, ac bonos mores, pater enim ibi filios ingenuos & ſine cauſa uendiderat. Imò quòd nec ualuit uenditio. l. non dubium. C. de legi. uſque adeò ut nec uideatur uenire contra proprium factum & quòd fauore libertatis liceat, tenet etiam Caſſaneus conſ. lxvj. nume. 54. ergo non regulariter ut hic, exceptio enim in uno caſu firmat regulam in caſibus non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtru. inſtrumentoque lega. l. Ius ſingulare. l. quod uero contra. ff. de legi. capitulo præſenti. §. loca. de præben. in ſexto. Et ad dictum caſum, adde ſimilem quoque, quando confeſsio per ſententiam reprobata eſt, quod licet pariter uenire contra ipſam confeſsionem, etiam iuratam, ut tradit Bald. in c. mulieri. nu. 3. de iureiur.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, quando apud Legiſlatorem de aliquo dubitare contingit, quòd omni alio caſu præſupponitur habilitas. l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. capitulo primo. de ęta. & qualita. in ſexto. Deci. in capitulo quæ in eccleſiarum. in princip. de conſtitutio. & in capitulo primo. col. nona. de iudi. nanque hic dubitatur an donans admittatur ad reuocandam donationem, quam fecit in fraudem creditorum, & deciditur quòd nõ, ergo præſupponit, quòd admittantur ſaltim creditores, & ueriſsimum eſt. l. prima. & toto titulo quæ in frau. credito. l. poſt contractum. ff. de donatio. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pigno. uel hypothe. ſol. in ſimili Ancha. conſ. ccxxxvij. col. i. & ii.

Et quòd aliàs ſi donatio facta fuiſſet, nec propria allegaretur turpitudo, poſſet aliquo caſu reuocari, puta à patre, ſi donet filio, propter merita, eam non ſpecificando, uel probando aut iurando. l. fortè. ff. de caſtren. pecul. l. ſi donatione & utrobique not. C. de colla. dixi ego in l. frater à fratre. ff. de condi. inde.

Et quod poſſet uenire quoque quis contra factum propriũ, quando fuiſſet meticuloſum, quia id non dicitur tale, quod non eſt ſimpliciter tale. l. hoc legatum. ff. de lega. iii. & ſignanter ita decidit Bal. in l. licet de uitanda. col. ii. de electio.

Et quod factum proprium magis officit alicui quàm alienum, uſque adeò ut plus faueatur tertio opponenti, quàm ipſi contrahenti. d. l. poſt mortem. l. cum à matre. C. de rei uendi. & hic. dictumq; fuit uirtualiter ẽt ſupra & nouiſsimè tradit Bal. per iſtũ tex. cõſ. ccccxxxviij. col. ii. uol. v.

Et quòd deniq; poteſt quis uenire contra factum ſuum, ſi non proprio nomine, alieno tamen exempli gratia iconomus ſi alienauit bona eccleſiæ, qui ipſius nomine, ea poteſt uẽdicare, de quo tamen per Cyn. in l. iubemus. col. j. C. de ſacroſanct. eccle. Finis.

Qui accuſa. non poſ.

Imp. Alexander. A. Felici.

SI EA, QVAE CRIMEN intendit, cognitionem moratur, certa perferendæ accuſationis tempora competens iudex pręſtet intra quæ ſi agere ſuperſederit, renuntiaſſe intelligitur. PP. xv. Kal. Septẽbr. Agricola & Clemente Coſſ.

Dubitandi

Dubitandi rationem faciebat, quia nemo inuitus compellendus eſt agere uel accuſare.l.j. C.ut nemo inui.l.creditor.C.de pigno.l.fi.C. de uſu. pup.& pondera quod ibi, & uirtualiter in d.l. i. & in d.l.creditor. reperitur appoſitum aduerbiũ negandi, ſiue (ut dicimus nos) negatiua dictio, non, quæ priuat potentiam & inducit neceſsitatem præciſam.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.l.i.ff.de uerbo.obli.not.glo.in c.i. per illum tex. de reg. iur.in vj. & ſenſus eſt, nullo modo cõpelli poſſe. Et dictu mirabile quia iſtud locum habet etiam ſi literæ impetratæ fuiſſent, quoniam illis poteſt impetrans renuntiare, ut pulchrè per Bald. in c.ex conquæſtione.nu.6.de reſti.ſpol.& in criminali cauſa tradit Bar.(homicidio tamen excepto)in l.in eum.ff.de accuſa. Imò quòd cum à lege biennij tempus ſtatutum ſit, quo criminis quęſtio terminetur, deque ea cognoſcatur.l. fi. C. ut intra cer.temp.l.properandum.C.de iudi.nõ debet poſſe aliud accuſatori, ſtatui, argumentum in auth.hodie.C.de app.& in l.nam magiſtratus.ff. de arbi.& in c.cum inferior.de maio.& obe.& in clem.ne Romani.de elect. Nec admitti mulier.l. j.ff.de accuſa.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ſi eo tẽpore.C.de remi.pi.& ĩ l. diffamari.C.de inge. ma.& in l.Titia.ff.de accuſa.tradit Bar.in l.ii.nu. 3.C.de eden.& in l.Papinianus.in §. ſi quis poſt. ff.de inoffi.teſta.& ratio deciſionis eſt, quia malitiis litigantium obuiandum eſt: argumentum in l.in fundo.ff. de rei uend. & cum accuſando quis reum diffamauerit, & iudiciũ prouocauerit, ęquè conuenit ut accuſationem proſequatur, intra præſtitutum tempus à iudice quo lapſo, ſi id non fecerit perpetuum ſilentium ſibi ita ponatur, nec amplius audietur poſtea, ex quo cauſę renuntiaſſe uidebitũ, deq; ea diffidere.c.honoratus. lxxiiij. diſt.in.l.ſi apparitor.C.de cohartal.lib.xij.Bal in l.quid ergo.in §.contrarium.col.ii.ff. de contra. ac.tu.& ut infra latius.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia uerum eſt id ab initio, quando res eſt integra, nec adhuc iudicium cœptum, ac formatum, ſed hic accuſatio iam inſtituta eſt, ergo debet poſſe cogi à reo mulier accuſationem proſequi, ſeu cauſam ut ſignanter hic dicitur, & in §. omnem.in auth.de litigio.argumentum in l.circa.ff.de inoffi.teſta.not.in l.ius noſtrum.ff.de regul.iur. Ex quo tollitur etiam põderatio, dictionis negatiuę, quia eodem modo intelligi debet, à principio ſcilicet, non ex poſtfacto uerum, & maximè quia dicta inductio non ſemper procedit, ut oſtendi ego ex multis in d.c.j.de reg.iu.in vj. Non ob.ꝙ de literis impetratis dicebatur, quia & id quoq; ſpecialẽ habet rationẽ quod nõ ſunt inſtrumenta fori, niſi producantur, nimirũ igitur ſi hac de re, illis poteſt renuntiari, ut declarat idem Bal.ibidem.poſſet etiã dici ut ſupra, non cõpelli, quia ipſis nõ præſentatis res adhuc integra eſt. Et ta intelligi debet, quòd dicit Bar.in d.l. in eum, quando aliquis iniuriatus eſt, nec uult iniuriantẽ accuſare, quod nõ cõpellitur.d.l.i. C. ne inult. ſatis diuerſum à caſu noſtro, ut ſupra. Non ꝙ biẽniũ à lege indultum ſit, quia nec id negamus ſed dicimus, moderari, ſeu reſtringi ſaltim poſſe, ut ſic citius finis liti imponatur, ut ẽr gl.hic dicit, ad de tu tex.not.in c.cum ſit Romana.de appel.l.ij. C.de tempo.ap.deq; materia plenè in l.j.C.de dila.& in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.& in c.indultum.de reg. iur. in vj. Non ob. ulti.quia licet fœminæ regulariter non admittantur admittãtur tñ ſua uel ſuorũ iniuriã ꝓſequãtur, ut in d.l.j.& ij.dñ.ff.de accu.& in l.uxor. & in l.de crimine.ſupra & infra eo.& eſt argum.in l.ſeq.& in l. fœminæ. ff. de procu. & iſto in caſu loquitur lex iſta.

Quæ præſtat nobis argu.ad multa & maximè, qua ratione poteſt iudex præfigere terminũ actori ad agendũ quo elapſo amplius nõ audiatur, & ſic audientia denegari, quòd eadem ratione poterit denegari etiam ſuper aliquo inſtrumento, qđ ad longum tamen diſputo ego in d.l.ii.C.de edẽ.

Et quòd qui negligit iura ſua proponere debito tẽpore, illis tacite renũtiare uidetur, & not. etiã in l.ſi unus.in §.pactus.ff.de pac.l. ſi maritus §.ſi negauerit.ff.ad leg.Iul.de adul.Bal. in l. cum mulier.col.vij.& viij.ff.ſol. mat. uſq; adeò ut iudex hoc caſu nõ ſuppleat exceptione ſcilicet, neglecta & omiſſa, ſicuti cum alicui ablata eſt, in ſui odiũ, quoniã ſi deficiat aliàs, ex defectu materiæ, ſupplet tunc, æquitate illa generali, ne lucretuę quis cũ aliena iactura.l.planè.l.fi.ff.de peti.hære. argu.in l.reſcriptum.in §.plerunq;.ff.de pac. idẽ Bal.fuſius in loco præallega.

Et quod ſi reo imminueæ neceſsitàs proficiſcẽdi, aduerſarius autem doloſè differat petere, terminus eidem aſsignari poterit, intra quem petat, quod petere intendit, aliàs non audietur poſtea, ut not.in l.j.C.ut nemo inui.Bal.plenè in c.licet cauſam.col.v.de proba.

Et quòd debitor exceptionem habens, procedentem ex diſpoſitione præambula obligatoria, poterit petere ut creditori perpetuum imponatur ſilentium.l. Aurelius.§.centum.ff.de libe. lega.Marga.Bal.agere nu. 25.

Et quòd deniq; in accuſationibus, hominis, ſtatum reſpicientibus, lapſus temporis à iudice præfixi, omnibus uiam claudit, ut amplius audiri non debeant. l. diffamari. allega. etiam ſupra. C. de inge. ma. nouiſsimè Oldra. conſil. tertio, nume.3.& proxim.dicta l.diffamari.pulchrè ponit Bald. in authen. ad hæc. col. ſexta. Ct de uſu. & ibi dixi etiam ego ſatis, multa Angel. in §. ſi quis autem. col. j. in authen. de hæred. & fal. & Bald.in d.§.contrarium. & But. in c.conquerente, col.v.de offi.ordi.

ADDITIO.

Quod finitis terminis peremptoriis, datis am-

babus partibus ad producendum, ſi quid producatur, productio non ualebit, nec producens audietur. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Bal. pulchrè conſ. lxvij. ad fi. uol. iij.

Et quod moleſtatus ſuper aliquo iure particulari, quia dicat quis, ius uniuerſale ſibi debitum, poterit ita dicentē cōpellere ut declaret quid ſuper iſto iure uniuerſali, uelit comprehendere, ut per eundem But. in d. c. conquerente. in prin.

Et quòd ſi terminus de quo hic, à iudice incōpetenti, præſtetur, non arctabit eum, cui præſtitus fuerit, ad reſpondendum, argu. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & in l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & ideò conuentus in materia d. l. diffamari. coram iudice incompetenti, ad ſuum remitti debebit, ut ex multis declarat Capici. deciſio. xviij. nu. 1. Tamen Alex. tenet contrarium omninò uidendus, conſ. ciij. col. ii. uol. v.

Et quod licet aliàs dilatio inuito dari non debeat, datur tamen in eius odium. d. l. diffamari. prællega. l. mancipiorum. de ope. lega. l. ii. C. ut intra cer. temp. Bal. in c. prętere a. nu. 5. de dila.

Et quòd quanquam reus non poſsit trahere actorem ad cauſam in ſimplicibus iudiciis, poterit tamen ſi controuerſiam patiatur, ut hic, uel extra iudicium ut in caſu dicta l. diffamari. & fuſius ut idem Bald. declarat in capitulo ſi autem aliquis. de reſcript. nume. 4. & idem in appellante dicit Bellame. ſi nolit appellationem proſequi, quòd indirectè poterit ab appellato compelli, deciſio. DCCxviij. col. ult. Finis.

Imp. Gordianus A. Caio militi.

NON PROHIBENTVR MIlites accuſationem quę publici iudicij inſtar obtineat, intendere, ſi ſuam ſuorumque iniuriā proſequantur, ideoq; conſobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. xvii. kal. Auguſt. Pio & Pontiano Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quia qui ſtipendium merentur, propter ſacramentum accuſare non poſſunt. l. qui accuſare. ff. de accu. & rationē aſsignat alibi tex. in l. milites. C. loca. & in l. fin. C. eo. ne priuatis negociis occupētur, & arma deferant, nec rempub. à qua aluntur, à bellorum periculo & neceſsitate defendant. Imò plus quòd militia cadunt ſi ſecus agant, ut dicitur in præallega. l. fi. & eſt argumentum etiam in l. filiusfam. in §. ueterani. ff. de procura. & in l. militem. C. eo. & in l. fi. C. de aſſeſſo.

Contrarium tamen deciditur hic, ſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequantur, & in l. ſi crimen & in l. de crimine (in ſimili tamen) infra eo. & in l. hi tamen. ff. de accu. & ratio deciſionis eſt, quia cum hoc caſu fuerit miles qui ratione priuilegij, erat inhabilis, à lege habilitatus, nulla ratio adduci poteſt probabiliter qua prohibeatur, necem conſobrini ſui (ut in tex. ſubiicitur) defendere. aliàs deterioris conditionis eſſet quám mulier non dicendum, quæ iſto in caſu admittitur pariter. l. ſi ea. l. uxor. l. de crimine. ſupra & infra codem, & eſt argumentum in l. ſi uiua matre. C. de bon. mater.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia uera ſunt & procedunt regulariter, ſed limitantur in caſu iſto, & exceptio in caſu firmat regulam in non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſt. not. in c. cum dilecta. de confirm. uti. uel inuti. & ita intelliguntur iura ad idem adducta & allegata ratio cuiuſq; militia cadere, ſi aliorum iniuriam proſequatur, non ſi ſuam uel ſuorum, nec ſecus quod dicitur in d. l. fi. C. de aſſeſſ. ibi, ne cum in utrunque feſtinat, neutrum bene peragat conſiderata regula ſcilicet, non exceptione à regula. Et ſic per iſtam legem, cæteræ omnes, non modo limitantur, uerum etiam ſic declarantur, nec nouum. l. ſed & poſteriores. l. non eſt nouum ff. de legi. c. ſuper quæſtionū. in prin. de offi. del.

Quæ præſtat nobis argumentum ad multa & maximè, quod non ſemper ſit uerum quòd dicitur, non eſſe idem cum illo, quod eſt ad inſtar illius, nanque inſtar, ſimilitudinis aduerbium eſt. l. fi. C. de lib. exhib. l. inſtar. C. de iur. fiſ. lib. x. nō omne ſimile eſt idem. l. quod nerua. ff. depo. l. i. & ibi glo. ff. quod iuſſu. ergo. & ita hic præſupponere uidetur, Imp. dum dicit. homicidij crimen, non eſſe publici iudicij, cum ſit, ſeu habeat ſe ad inſtar illius & tamen huiuſmodi eſt. l. i. ff. de pub. iud. niſi reſpondeamus quod ad inſtar publici iudicij, dixerit, reſpectu antiquæ ſolemnitatis duarum tabularum, quæ à prætore iudicibus dabantur & in quibus uel condemnando, uel abſoluendo, ſententiam conſcriberent, eaq; in uſu eſſe deſierit ut dicitur ad literam in l. ordo. ff. eo. ſed non quod publici iudicij (ut diximus) nō ſit.

Et quod exemplà non reſtringūt regulā, tametſi declarent. l. dāni infecti ſtipulatio pertinet. ff. de dam. infe. §. hactenus. inſti. de grad. nanq; eſto qđ habilitatus ſit miles, ſi ſuam uel ſuorum iniuriā proſequatur, legitimā tā habebit perſonā quoq; in crimine lęſę maieſtatis, uel annonę fraudatę. l. nullus. C. ad leg. Iul. ma. l. mulierē. ff. de accuſa.

Et quod ineptum eſt regul. non fallere ut in auth. ut ſi. prohib. mat. debit. in prin. ubi glo. no. ad iſtud, & ideò quāquam milites (ut dictum eſt) à militia euocari non debeant, & rempub. defendere teneantur, à quo aluntur, non eſt tamen qđ aliquo caſu etiam regula non ſit relaxanda, & iā oſtenſum eſt, uſq; adeò ut id unum quoq; uideatur poſſe hoc caſu uerificari in argumentum tamen, ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur de quo in l. tutori. C. de nego. geſt. Bart. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. col. iii. ff. de his qui not. infa.

Et quod

Et quod in criminalibus, criminoſum accuſare, eſt eum defendere, qui iniuriam paſſus eſt, argumentum in l. in exceptionibus. ff. de proba. & in l. prima. ff. de exceptio. & in capitulo olim. de reſcrip. & in l. pater Seuerinam. in §. conditionum. ff. de condi. & demonſtra. Si ergo accuſatio ad criminoſum referatur ſtabit propriè ſi ad eum qui iniuriatus eſt, impropriè, quia (ut di xi) appellabitur defenſio, & eſt ſimile etiam in l. ii. ubi glo. ff. de offi. procon.

Et quòd denique conſobrini, propriè ſunt illi, qui ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini, & ita propriè intelligatur uerbum, de quo hic, quoniam aliàs ſi ex duobus fratribus, impropriè hoc modo uocarentur, nanque fratres patrueles, dicuntur aliàs. §. quarto gradu. inſtitu. de gradi. & in prin. uerſi. item patruus. de legi. agna. ſuc. eodem lib. & ſcitu dignum eſt, ſi iſtorum mentio fiat in ſtatuto, cuius uerba (ut notum eſt) ſunt ſemper in propria & ſtricta ſignificatione intelligenda l. iij. §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. Ang. in l. ſi auiæ. C. de ſucceſ. edict. Corn. conſ. xcii. col. ii. & conſ. cxcii. col. i. uol. iii. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Finis.

Imp. Philipp. A. & Philippus Cæſ. Saturnino & aliis.

DATA OPERA PARTIS aduerſæ, res veſtras incendio exarſas eſſe aſſeuerantes, crimen legis Corneliæ de ſicariis exequi poteſtis. PP. xxiij. Kal. Iul. Peregrino & Aemyliano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quod non lege Cornelia de ſicariis teneatur, ut hic dicitur, Incendiarius, quia damnum emendat tantum & ex eo punitus. l. in lege. l. lege Cornelia. in prin. ff. ad legem Cornel. de ſica. Vel & ſecundo dicamus quod damnum emendet tantum, & ſi ſoluendo non fuerit, quod luet in corpus l. qui ædes. ff. de incen. rui. nauf. aut quod teneatur lege Aquilia. l. in lege ii. ff. ad legem Aquil. Imò plus ultimo loco, quod non teneatur eſt tex. in l. pe. ff. de incen. rui. naufra.

Contrarium tamen hic decliditur, & ratio deciſionis eſt, quia (ut expreſſè dicitur, in l. j. ff. ad legem Cornel. de ſica.) qui hominem occiderit, aut cuius dolo malo incendium factum fuerit, lege Cornelia de ſicariis tenebitur, quod in oratione etiam pro. C. Rabirio, ſæpiſsimè dicit Cice. Verū hic ſerui Saturnini, incēdio perierūt. ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniam primum procedit, quando non dolo ut hic, ſed lata culpa incendium factum eſt, quæ in criminibus, non æquiparatur dolo. d. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de ſica. Bart. in l. quod nerua. ff. depo. & in l. j. in §. non autem. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fue. & maximè in atrocioribus, ut eſt incendium, & declarat Areti. cōſ. clxv. col. pe. Non ſecundum quoq; uerum eſt, quando incendium læui culpa commiſſum eſt. Ergo multo minus tenebitur delinquens pœna legis Cornel. de ſica. ex quo tollitur etiā aliud, in leuiſsima culpa procedens, quo caſu loquitur lex ad idem allega. in l. ij. ff. eo. ad legem Aquil. Non ultimum deniq; quia fortuito euenit, ut dicitur in d. l. pe. ni mirum igitur ſi nō tenetur, quia quæ fortuitis caſibus eueniunt, humano iudicio, præuideri non poſſunt. l. quæ fortuitis. C. de pign. ac. l. ii. §. ſi eo tpe. ff. de admi. re. ad ciu. pert. c. Ioānes. de homi.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè, quod idem ſit dicere, data opera incēdium commiſſum ſeu res incendio exarſas fuiſſe, ac ſi dolo cōmiſſum fuiſſe diceretur, aliàs nō haberet locum lex Cornel. de ſica. ut ſupra, & probatur, in l. j. ff. ad leg. Cor. de ſica. uſq; adeò, ſicuti non refert quid per equipollens fieri. l. ſi. ff. man. ita nō referat ſic dici pariter, ex quo uerba intentioni deſeruiunt, non è contra. c. intelligentia. de uer. ſigni. l. ſcire leges. ff. de legi. ita ut ſenſus ſit data opera, cōmitti, id eſt ſtudioſè de induſtria & dolo, non autem caſu, uel culpa.

Et quòd rei appellatione, ſerui continentur. l. omnia. §. fi. ff. de lega. ii. l. fin. C. de uerbo. ſigni. l. cum ancillis. ad fin. C. de inceſt. nup. dixi ego plenè in l. j. ff. ſi cer. pēta.

Et quod ad effectum de quo hic, cum incendium multiplex ſit, ſiue multis modis oriri poſſit, ui diuina & fulmine. l. fluminum. §. uicium. de dam. infec. l. Seio. §. medico. ff. de an. lega. malitia humana. l. fi. ff. de offic. præf. c. uigi. & negligentia habitantiū. l. ſi uendita. ff. de peri. & cōmo. rei uen. l. ſi ſeruus ſeruum. §. d tornacarius. ff. ad leg. Aquil. ſiue & plenius, dolo malo, lata culpa, leui, leuiſsima, & caſu fortuito, ut hic per Bal. in prin. & ad propoſitum fiat mentio tantum de eo quod fit ſtudioſè & dolo malo omnia alia excluduntur argumentum in l. cum prætor. ff. de iudi. & in c. nonne. de præſump.

Et ꝗ ſermo mutilatus, ſuppletione eſt coadiuuandus. l. oratio. ff. de ſponſa. l. j. ff. de teſta. l. omnes. ff. de legi. l. qui autem. §. fi. ff. de conſti. pecu. cum ſimilibus. Vnde eſto quòd Saturninus hic aſſeueret. prout tex. dicit, res ſuas incendio, data opera fuiſſe exarſas, non tamen ei credēdum eſt, niſi probauerit. ex quo dolus aliàs non præſumitur. l. quotiens. §. qui dolum. ff. de probatio. l. dolum. C. de dolo. l. j. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor quod aſſeuerat. C. de probatio. l. i. iuncta glo. C. de non nu. pec. c. j. ut eccle. be. ſi. di. conſe. probabitur autē præſumptionibus & cōiecturis, ut dicitur in d. l. dolum. ex quo directò aliàs probari non pōt, ut in ſimili dicitur, in §. alie. inſt. de ac. & in c. literis. de præſum. & in l. Lucius. ff. de cond. & demon. & in l. filium diffiniuimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. puta hoc caſu, quod inimicitia præceſſerit, & dixerit coram teſtibus

ſe ita factum ſæpè & ſępius.l.capitalium.§. qui ob inimicitias.ff.de pœn.

Et quòd denique tacitum pro expreſſo haberi debet.l.his ſolis & ibi Bal.ad fin.C.de reuo. dona.argumentum in l.cum quid.ff. ſi cer. peta. Imò quòd expreſſum uidetur, quoniam hoc idē eſt de mente legis.l.nominis & rei. §. uerbum ex legibus.ff.de uer.ſig. Finis.

Impp. Diocletia. & Maximian.AA. & CC. Aſclepio.

SI MAGNVM ET CAPITAle crimen ac non læue, frater contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolum audiendus non eſt, ſed etiam exilij pœna plectendus. D. x.kal.Febr.CC.Coſſ.

Dubitandi rationē faciebat, quia ſi poteſt frater accuſare ſororem.l. ſi ſororem. infra eo. non eſt ratio cur non poſsit etiam fratrem, argumentum in l.maximum uitium. C. de libe. præte. & maximè quia in hoc uertitur utilitas publica, ut delicta puniantur, nec impunita remaneant.l. ita uulneratus.ff.ad legem Aquil.c.ut famæ.de ſen. excommu.in vj.l.congruit. ff. de offi. procon. & ita dicebat ſignanter Corn.conſ. ccc. nu. 3. uol. iiij. quòd iudicia criminalia, tendunt ad uindictā. publicam et Cice.nequiſsimorum hominum improbitatem, aliquando retundi, & non pati.impunitate augeri, non ſolum utile eſſe reip. uerum etiam neceſſarium.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia fratres debent ſe inuicem diligere (frater enim dictus eſt quaſi fere alter) et non accuſatione ſi maxime crimen capitale fuerit & magnum, ſe odio perſequi, uſque adeo rationę coniunctionis ut erubuerit lex hoc idem permittere hoc eſt eos inuicem poſſe ſe accuſare. Imo quod fraternū fœdus, ſanctius eſſe debet q̃ amicorum neceſsitudo, quodque homicida eſt aliàs (ut aiunt) qui odit fratrem ſuum, ē contra uero quaſi ciuitas munita, ſi frater à fratrę iuuetur.

Ad oppoſita reſpondetur nō obſtare, non primum quia id uerum eſt, in leui crimine, eſtq; ſol. communis, ut hic per glo. Bal.Saly.et Odof. ante oēs.nec ab ea diſcedendū.l.j.ff. de offi. quęſto. c. Capellanus & ibi Abb.de fer.Sed cogita rationē legis ita in leui crimine, militare, ut in magno & graui, ſeu capitali, & eſt argumentum.in l.ſi.ff.de fun.inſt.et dic cū ita deciſum inueniatur in.d.l.ſi ſororem.ab ea quicquid ſit, diſcedēdum non eſſe l.ij.C.de eri.ſac.c.in iſtis, iiij.diſt. Non.ſecundū quia impunita non manebūt, ex quo ab alio accuſabitur, ſi non à fratre, uel per inquiſitionem iudex procedet quę inquiſitio, loco accuſationis eſt.l.diuus.ff.de cuſto.reo.d.l.cōgruit.ff. de offi. procon.c.qualiter & quando.de accu.uſque adeo ut omni uia legi ſatisfactum ſit. abſque eo quod frater à fratre accuſetur.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maxime, quod coniunctio et quandoque ponitur pro idest, ut hic, cum dicit magnum & Capitale.& eſt ſimile quando teſtator dicit, donat, & legat, & bonus tex.iuncta gl.in.l. ſi in uen ditione.ff.de euictio.& in l.j.ff.de tráſac.& in.§. cum autē inſti. de tutel.Bertran.conſil.lviij. nume. 7.uol. ij.

Et quod pœna capitalis, decitur mors, uel exilium.l.ij.ff.de pub iud.l.ij.ff.de pœn.l.edicto.ff. de bo.po.not.in l.tranſigere & ibi dixi in prima &.ij.lectu.C.de tranſac.

Et quod quanquam uulgo.aliàs dicatur ſic.

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus

Et fratrum quoq; gratia rara eſt, debent tñ ſe ita diligere ut quemadmodum ex eodem patre ſunt nati, ita vnanimes ſint inque eis idem uelle & nolle, vnaq; anima in duobus corporibus ut in ſimili inquit Bal.in l.ut uim.col.ii. ff.de iuſti.& iure.

Et quod omnis regula exceptionem patitur, ut in auth.ut ſi.prohib.mat.deb.in prin. nanque eſt quod frater non poſsit accuſare fratrem ſi crimen fuerit magnum & capitale ut hic, poterit tamen (ut dictum fuit) ſi læue.d.l. ſi ſororem. item ſi maius, puta læſæ maieſtatis.l.pe.infra eo.argumentum in l.quiſquis.C.ad legem Iul. maie. uel de inſidiis ſibi paratis, ut hic per gloſſ.argumentum in l.propter inſidias.infra eo.

Et quod denique fratris mentione facta ſimpliciter, in lege, ut hic, de fratre naturali, quoque intelligitur, argumentum in l. tutelas. ff. de cap, dimi.& in l.parentes.ff.de in ius uo.uſq; adcò ut ſocius, tametſi ſocietas ſe habeat ad inſtar fraternitatis.l.uerum.ff.pro ſo. poſsit ſocium accuſare, ex quo hic fraternitas naturalis perpenditur, non ſimilitudinaria, & propter accidens contracta.& quia non eſt idem cum illo, id quod eſt ad illius inſtar, nec ſimile idem.l.quod nerua.ff.depo.l.j.iuncta glo.ff.quod iuſſu. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian.AA. & CC. Aeliæ.

PROPTER INSIDIAS quas tuæ vitæ paratas contendis, accuſationem apud præſidem prouinciæ, contra filium tuū (ſi pietas & ratio naturalis animi tui intentionem non reuocat) conſtituere potes.S.xvj. Kalen.Mart. CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. i. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& tantum operatur oppoſitum in oppoſito, quantum propoſitum in propoſito. l. ſi.ff.de lega.iij.uerum filius ad matria accuſationem non admittitur.l.pen.& ſi.infra eo.ergo nec

mater

mater ad accuſaodum filium. Et maximè quia cogitationis pœnam pati noo debei.l.cogitationis.ff.de pœn.l.ſi quis maior.C.de tranſa.Feli.io c.j.col.ij.de præſump.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio decifioois eſt,(ut io patre dixit 1ex.in l.iij.C.de patria pote.)quia pietatem matri debitã non agnouit, nanque in partu eſt doloroſa, ante oneroſa, poſt uerò laborioſa.c.ex literis. de coouer. infidel.Præpoſi.in rub.de ſponſal.ou.7. & ideò licet denominatio ſemper fiat à digniori, hac ratione tamen à matre potius, quàm à patre dicitur matrimonium. Et ad propoſitum facit etiam quod dicitur Eccleſiaſtici iij. ibi qnàm malę famæ eſt, qui derelinqnit patrem, & eſt maledictus à Deo, qni exaſperat matrem.

Ad oppoſita reſpondetur noo obſtare,nõ primum, quia uerum eſt quando oppoſitorum ſiue contrariorum eadem eſt ratio,ut dicunt omnes, maximè io rub.ff.de acqui.poſ.Alex.io l. oeceſſariis.in prin.ff.de acqui.hære.uulga.l. illud. ff. ad legem Aquil.l.à Titio. ff. de uerbo, obli. Sed hic diuerſa eſt,quia adeò de matre confidit lex,ut putauerit, eam uerisimiliter filium accuſare oõ debuiſſe.l.iij.præallega.l.nec io ea.ff.ad legem Iul, de adul.quod tamen de liberis ooo credit,oimirum igitur ſi eos ab accuſando repellit, matrem autem non. Et longè minus ſecundum,quia & id procedit quoque quando filius ſtetiſſet in finibus cogitationis: argumentum in l. ſi repetendi.C.de condi. ob cau. ſed hic oon ſtetit, ſed tranſiuit ad aliquem actum, ſibi omninò præiudicialem,ut inſidiaretur matri, exemplificando ut hic per Bal.& benè,ſi coniurauit in eam, uel mandauerit uel ſteiiſſet armatus hac de cauſa, ꝙ uidentur innuere, uerba illa, propter inſidias. Ergo.& ita etiam reſpondet Bar.io l.diuus.ff.ad legem Corn.de ſica.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè,quod non minus matrem debet filius uereri,quàm patrẽ,ratione ſupra dicta. & quia æquum eſt ſi plus diligit filium, quàm pater, ut ipſa experientia docet,magiſtra rerum efficax.c.quam ſit.de electio.in vj.& teſtatur Philoſophus viij.Ethico.utique etiam à filio diligi debet,non autem ei inſidiæ parari, multa Albe. in l. uelut col.ij.& iij.ff.de iuſti.& iure.

Et quod materna pietas,maxima eſt, & quandoque talis ut nolit filium etiam delinquentem puniri.

Et quod ſi accuſationem reuocauerit inſtitutam,ab eaq; deſtiterit,nullam pœnam patietur.l.ii.C.de abolitio.eritq; oot.limitatio ad tex.in l.j.in §.i.ff ad Turpil.& ſpeciale in matre.

Et quòd fœminæ non habent filios in poteſtate.§.fœminæ.inſti.de adoptio.l.illud.§.teſtamenta fœminarum. ff. de bon. poſ. contra tab. quo fit ut mirum oon ſit ſi accuſatione & pœna legis Corne.de ſica.hic caſtigatur qui inſidias parauit matri,alibi uero iure patriæ poteſtatis à patre,in l.iii.etiam ſupra allega.C.de pat.po. à quo præſidi offertur, dicturo ſenteotiam quam ipſe uoluerit,ut ibi dicitur.& Deutorono.c.xxj.

Et quòd denique ſi impium eſt,atque nefariũ hominem homini inſidiari,ut dicitur io l.ut uim.ff.de iuſti. & iu.& maritum uxori uel è contra l.fi.C.ad legem Corn.de ſica.Impiiſsimum erit,& pluſquam nefas, quod filij inſidias inſtruant parentibus. à quibus ſunt geoiti, & eſſe habuerunt. Finis.

De accuſationibus & inſcriptionibus.

Impp.Diocletian.& Maximiao.AA.
& CC. Aurelio.

FACTVM SPONTE SE præcipitantis, innocenti criminis periculum afferre non poteſt.S.xiiij. Kal. Iun.Sirmij AA.Coſſ.

Dubirandi rationem faciebat,text. in l. iii. in prin.ff.de bon.eo.qui ſibi mor.cõ. ubi qui mortem ſibi conſciuit,hæredem non habet. & ſentit etiam glo.in l.iudiciorum.ff.de accuſa.& in l.ij.C.qui teſta.face.poſ.Imò quòd idem dicit tex.in d.l.ex iudiciorũ.& perinde eſt ac ſi dixiſſet,bona eius publicari debere,& applicari fiſco.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt,quia booa publicantur propter crimen l.cum ratio.ff.de bon.damna.d.l. ex iudiciorum at hic illius, qui ſe ſponte præcipitauit, nullum crimen eſt,culpa caret, ergo eum in damnum uocari noo conuenit, nec bona eius publicãda ſunt, nec præiudicium in aliquo hæredibus fieri debet c.cognoſcentes.de conſti.l.fi.ff.de bo.eo. qui ſibi mor. coo. l. i. C. eod. l. in fraudem. §. i. ff. de iure fiſ.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia ibi (ut ſignanter dicit text.) in ſcelere deprehenſus fuerat, & metu criminis imminentis,mortem ſibi conſciuerat.& ita cætera iura ij.& iij.allegata loquuntur,quo fit ut oon ſine ratione,bona publicentur,quia tunc crimen confiteri uidetur,& ex confeſsione ipſa pro condemnato habetur, ſi tamen tale ſit crimen, ut prætextu eius inde dictorum bonorum ademptio ſequi debeat & poſsit poſt mortem crimino ſus accuſari. d.l.l.C.de bonis eo.qui ſibi mor.conſci.d.l.iii.ff.eo. & aliis ut ſupra, nos uerò hic, quando tedio uitæ,uel impatientia doloris, aut quia æs alienũ imminebat ſponte ſe præcipitauit,ergo non mirum, ſi oec fraudantur hæredes, nec bona publicantur.

Præſtatq; nobis argumentum lex iſta ad multa & maximè, quod afflictio afflicto danda non eſt,uulga.l.diuus.ff.de offi. præſid. l. ex facto.§.fi.ff.de uulga.& pupilla. ſubſti. l. iam dementis.

& ibi

& ibi Bar. C. de epiſcop. audien. quod utique foret ſi ſponte ſe præcipitanti (ut hic dicitur) publicarentur bona.

Et quòd dato uno inconuenienti, non debet dari aliud, ſiue multiplicari. l. j. C. de dot. promi. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure do. Bal. in l. cum lege. ad h. C. eo. multiplicaretur autem hic, ſi factū præcipitantis noceret etiam hæredibus. ergo.

Et quòd innocens eſt qui abſque conſcientia criminis, præcipitauit, ſeu interfecit. tamen adde quòd cum hoc idem facere non poſsit, ex quo fit iniuria Deo, natura læditur, & communitas deſtruitur. ut pulchrè inquit Archidia. in c. ſi non licet. xxiij. q. v. crimine carere non uidetur. Imò quòd Iudas (ut ibi ſubiicit) plus peccauit ſe ſuſpēdendo quàm tradendo CHRISTVM.

Et quòd ſponte factum dicitur, quanquam doloris impatientia, aut tedio uitæ, vel ne in manus inimicorum ueniret, & ſimili, quando quis ſe dedit præcipitem, ſeu ſe aliter interfecit, ut Andragacius, Cato, Demoſthenes, Aiax, Hannibal, M. Antonius, Cleopatra, Brutus, Caſsius, Mithridates, Charondas, Tyrius, & alij.

Et quòd denique (quamuis nō dicatur expreſſè) nec fraudabuntur hæredes, tametſi ſe præcipitauerit quis, prætextu criminis, quòd tamen de his non ſit, quorum gratia accuſatio etiam poſt mortem poſsit inſtitui, ex quo regulariter crimina morte extinguuntur, neque poteſt quis regulariter poſt mortem accuſari. l. ſi. ff. de bo. eo. qui mor. ſibi con. c. i. xxiiij. q. ij. c. admonere. xxxiij. q. j. not. in c. cauſamq;. qui fil. ſint legi. & in c. à nobis. de ſenten. excommunica. & in c. quorundam. xxiij. diſtin. Finis.

De exhibendis & tranſmittendis reis.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Drepanio Proconſuli Africæ.

NEMINEM IN IVDICIO exhibendum eſſe præcipimus, niſi de cuius exhibitione iudex pronunciauerit. D. PP. Non. Februa. Mediolani. Valentiniano A. iij. & Neoterio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, multa de quibus hic per glo. & præſertim id unum, de quo in l. i. C. de fal. mo. ubi propria auctoritate reum capere poſſum, & ad iudicem ducere. Et idem ac. tj. in l. unica. C. quādo li. unicuiq; ſi. iud. ſe uind. & iij. in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. (reliqua dic ut in glo.) ff. quæ in fraudem. & ibi Bar.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia tutela publici iuris, ideò eſt in medio conſtituta, ne ualeat quis propria auctoritate ſibi ius dicere. l. nullus. C. de iudæ. l. extat. ff. quod met. cau. l. pe. & ſi. C. ad legem Iul. de ui.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniam ſpeciale eſt dictis caſibus, namque primo, tex. in. d. l. j. loquitur in eo, qui falſam monetam cudebat, eſtq; id in criminis deteſtationem inductum. l. ij. C. eo. Capel. Tholoſa. multa deciſio. clxij. Cuma. cōſ. cxxxviij. col. ij. Alex. conſ. cxxj. col. i. uol. vii. text. uerò in l. unica. C. quando li. uni. ſi. iud. ſe uind. de nocturno depopulatore agrorum, & agreſſore itinerum, quos non modo capere anctoritate propria, poteſt quis, uerum etiam occidere promiſsione legis: & quod fit lege permittente pœnam non meretur, uulga. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulte. deq; materia etiā latè in c. inter alia. de immu. eccle. & modo ſimili ſpecialem habet rōnē, qd dicitur in d. §. ſi debitorem, quando ſcilicet debitor de fuga ſuſpectus eſt, ut ibi not. idem Bar. in §. neceſsitate. col. ſ. in auth. ut iud. ſi. quoquo ſuffra. & in l. dies feſtos. C. de fer. tribus tamen concurrentibus hoc caſu (& notandum eſt) primo quod copia iudicis haberi non poſsit, ſecundo, quod fugiat cum pecunia creditoris, tertio, quod fuga ſit peruenerit poſt contractum, & declarat Aage. in l. extat. col. ii. ff. quod met. cau. non nihil idē Bar. conſ. cv. col. j. l. creditores. ff. ad legem Iul. de ui priua. dixi ego in l. ninum. ff. ſi cer. peta.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ubicunq; iudicis licentia, ſiue commiſsio aut mandatum regulariter, factum ſine, non ualebit ut in ſimili, in l. cum hi. in §. ſi prætor. ff. de tranſa. & in l. obligari. in §. tutor. ff. de aucto. tuto. & in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de uerbo. obliga.

Et quòd mandatum iudicis ſeu præceptū de quo hic ſententia eſt interlocutoria, ex quo non diffinit negotium, ſed fertur, inter principium & finem cauſæ, ut inquit glo. pulcherrima in cle men. i. in uer. diffinitiua, de ſeq. poſ. & fruct.

Et quòd pronuntiatio, tametſi ad ſermonem ſimpliciter referri poſsit. l. pronunciatio. in prin. ff. de uerbo. ſignifica. propriè tamen ad iudicium ſententiam ferentem, refertur l. i. C. quomodo & quando iud. c. i. de arbi. in vj. cle. ſæpè. §. uerum. ff. de uer. ſig. & ita intelligitur hic.

Et quòd ubi maius eſt periculum ibi cautius eſt prouidendum. c. ubi periculum. de elec. in vj. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carb. edic. & hic de magno periculo agitur, de hominis ſcilicet in iudicio exhibendo, rapi enim tūc dicitur in ius, ſi comico credendum eſt, quando dicit.

Pro Deum atque hominum fidem
Hoccine pacto indemnatū atq; inatteſtatū arripi?

Vel Hora. ſic dicenti patiter ad propoſitum.

Ego uerò,

Oppono auriculam, rapit in ius, clamor utrinque.

Et quòd dictio niſi, eſt exceptiua, ſignificans oppoſitum antecedentis, cui immediatè aduerſatur, ſiue importans exceptionem à regula. l. extraneo.

traneo.ff.de uent.in poſ.mit.l.iii.ff.de cuſto.reo. & not.in l.actione.C.de tranſac.Feli. in c. nonnulli.in §.ſunt & alij.col.xvij.de reſcrip.ſenſuſq; eſt neminem in iudicio exhiberi poſſe,ſi non fuerit pronuntiatum prius. Finis.

Ad legem Iuliam de adulteriis et de ſtupro.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Phœbo.

COMISSVM ADVLTEriũ cũ eo, cui ſe poſtea nuptijs ſociauit, uelamento matrimonij non extinguitur. PP. xviii. kal.Ianuar.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,quia matrimonij uis,maxime eſt argumentum in c.tanta qui fi.ſint legi.ubi filij,illegitime nati,per ſubſequẽs matrimonium legitimantur, de quo etiam in.l. pe.& antepe. C.de natu.lib. Ancha.pulchrè,con ſil.cliij.col.ij.imò quod eſt iſtud vnum de matrimonialibus effectibus,ſecundum Bal.in. l. neq; ſine ad fi.C.de nup.ergo ſic etiam adulterium extingui deberet, nec mulier poſſe accuſari,ꝙ etiã probari uidetur in.l.miles in. §.uolenti.ff.ad legem Iul.de adul.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt quia ſi maritus,uxorem de adulterio commiſſo in primo matrimonio,poteſt accuſare l.nuptam.ff.eo.& ut per gl.& Docto.hic probabiliter dici non poterat,matrimonio crimen extingui,ex quo non entium non eſt qualitas.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.ſiq; extingueretur accuſatio inſtitui non poſſet.l.nam & ſi ſub conditione.in prin.ff.de iniuſt.teſta.ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum,quia uerum eſt id quo ad legitimationem filiorum (ut dictum eſt) non quod adulterium extinguatur. Imò quod nec etiam filij legitimarentur per ſubſequens matrimonium, ſi forent ſpurij.& adulterini ut not.in d.c.tanta. Ro.conſ. cccl xvij.col. ii. ergo nec crimen adulterii extinguetur ut dixi. Non ob.ſecundo,tex.in d.§. uolenti,quia imò accuſatur,ſed prius adulter, ut ibi & in d.l.nuptam. ad fi. unde uulgatum illud, quod differtur non aufertur.l.deſtitiſſe.ff. de iudi.l. quamuis. ff. de arbi. Cyn. in l. quotiens. in prin.C.de precib.impe.offe.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè,quòd adulterij crimen,graue eſt.l. j.ſupra eo.imò atrociſsimum,& omni alio delicto grauius,præter illud læſæ maieſtatis. l. auxilium.ubi glo.ff.de mino.Bar.in rub. ff. ad legem Iul.de adulte.But.in c.at ſi clerici. in §. de adulteriis.uer.uenio ad ultimum de iud.Gramma.deciſio.lxxiiij.nu.14.Nicol.de Mil. in §. delictum. nu.6. nimirum igitur ſi matrimonio ſubſequenti non extinguitur.

Et quod ſolus maritus accuſat,nõ autem uxor præallega.l.i.uſque adeò ut ſimus in caſu regulę, quod uni conceditur,alteri,alteri denegari. l. cũ prætor.ff.de iudi.nouiſsimo tamen authenticorum iure,ſecus.§.ſi igitur.in auth. de nup.not. in d.l.i.& ideò ut inquit glo.in l.i.C. de accuſa. diſtingue tempora & concordabis ſcripturas.

Et quod adhuc adulterium crimen publicum eſt.l.i.ff.de pub.iud.not.in d.l.i.ſupra eod. quaſi populicũ,& cuius accuſatio terribilis eſt ad uindictam.l.ii.§.ſeptimus.C.de uet.iur.enu. & inſt. de pub.iud.in prin.& not.in rub.ff.eo.

Et quòd matrimonium contractũ cum ea quã quis polluit per adulterium,ualet præterquam in caſu.c.primi.eo.titu. de eo qui duxit in matrimonium,quam po. per adul. Et quòd ualeat etiam probatur,quia hic dubitatur,ad crimen extinguatur, eo ſubſecuto, nanque ubi apud legiſlatorem de aliquo dubitatur,omni alio caſu præſupponitur habilitas.l.qui teſtamento.ff.de teſtamen. c. j de ætа.& qualita.

Et quòd deniq; uir & uxor dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus.l.aduerſus.C.de cri. expil.hæ.l.ſi reorum.iuncta gl.ff.de re iudi. & ideò dicitur hic.cui ſe poſtea nuptiis ſociauit. & Geneſ.mulier quam mihi dediſti ſociam. qua de re etiam de coſta Adæ formata eſt, non de capite uel de manu, ex quo aduc non eſt domina, uel ſerua,ſed(ut dixi)ſocia.Et hinc Pindar.quòd nuptiæ humanæ uitæ,ſocietatis perfectionem apparant.& Cyn.in l.ſororem.ad fi.C. de his quibus ut indi.quòd hoc ſolo,poterit uxor accuſare interfectorem mariti,ẽt quod non ſit hæres. Finis.

Ad legem Iuliam de vi publica vel priuata.

Impp. Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Oploni.

IN POSSESSIONEM fundi, licet creditor, per vim ingrediatur, Iuliæ legis vis priuatæ reus deferri poteſt.S.vj. id. Decẽbr. Nicomediæ.CC.Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat,text. clarus in l. iii.C.de pigno.ubi creditor auctoritate prætoria ſi uoluerit urbaniter agere.poſſeſsionem rei obligatæ,accipit,aliàs autem,ſi noluerit, poterit auctoritate propria, nec propterea incidet in edicto D. Marci,de quo in l.pe.& fi.ff.ad legem Iul. da ui priua. & non ab re, quia cum crediti titulum

lum habeat, non parum ſibi prodeſſe debet, namque titulus idem eſt, quod cauſa, & nil aliud eſt dicere, quo titulo poſsides, niſi ex qua cauſa, ſiue quo iure. l. cogi. C. de peti. hę. Bal. pulchrè conſi. ex. ad fi. uol. v. Et quia ſicuti ſi auferat rem ſibi pignoratam, non uidetur contractare. l. cum creditor. ff. de fur. pari modo non uidebitur uim facere, ſi poſſeſsionem dictę rei ſibi obligatæ, ingrediatur, eamque propria auctoritate capiat.

Contrarium tamen hic deciditur, & in d. l. pe. & fi. & in. l. extat. ff. quod metus cau. et ratio decionis eſt, quia nemine licet in re propria, ius ſibi dicere. l. i. C. ne quia in ſua cau. l. nullus. C. de iudæ. l. pe. ff. de arb. ergo ſi ſecus actũ fuerit is punietur, edicto D. Marci cadet a iure ſuo, & efficietur infamis. & ideo dicitur in d. l. pe. ff. ad leg. Iul. de ui priua: optimum eſt ut ſi quas putas te habere petitionea, actionibus experiaria.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia illud eſt, cum pactum factum eſt, qđ poſsit creditor id facere auctoritate propria, nihil autem tam congrum fidei humanę, quàm ſeruare ea quę partibus placuerũt et ad idem ait prętor, pacta ſeruabo, & a libi Iuriſcon. quod cõtractus ex cõuentione partiũ legem accipiunt. l. i. ff de pac. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. eo. l. i. §. ſi conueniat. ff. depo. ergo ſecus ubi pactum non interceſsit. Non ſecudũ quod titulus creditori prolit, quia non eſt habilis ſine inſtus ad effectum prædictum, ut poſsit ſibi ius dicere auctoritate propria. l. i. ff. de actio. & obl. §. ſequens inſti. de obliga. Bal. in auth. ei qui iurat. col. iij. C. de bo. aucto. iud. po. Non etiam & tertio tex. in d. l. cum creditore, quæ pugnat cum l. iij. C. vi bo. rap. quia reſpondetur ut hic per glo. & ibi. & eſt rñſio quã ponit Cy. quoq;, in l. ſi quia in tantã. in vj. oppo. C. vnde ui. & Bar. ĩ d. l. cũ creditor poſt eum quod ex conuentione cœpit, uel iudicis actoritate. meo quidem indicio non tuta, quia aufert dicit tex. ibi ergo non iudicia auctoritate, nec ex conuentione, deque hoc nullum uerbum in lege. imò quod nec Cy. in d. loco ita dicit, ſed aliter, quod id uerum eſt in dubio ſi auferat rem ſibi obligantur ſcilicet quod cõtractare nõ uidebitur, & ideo nec furti tenebitur quod ſuadetur quia ſituata eſt ſub titulo de fur. argumentum in l. Imperatores. ff. de in di. ad. & quia nemo qui utitur iure ſuo dolo agere ſeu facere aliquid uidetur l. merito ff. pro ſocio. & utrobique ſentit ad huc glo. verum conſidera tu, quod auferendo, nõ utitur iure ſuo, ſed abutitur, quo caſu omnino dolo carere non uidetur; et quia ſi tenetur furti, quãdo ipſo pignore, utitur lõge magis deberet teneri ſi pignus auferat l. ſi pignore vnde uera ſol. uidetur quod denegetur actio furti debitori, ſed non qđ nõ inciderit in edictum D. Marci ut ſupra & in d. l. pe. & fi. & in d. l. extat. & facit etiam quod dicitur in l. j. ſupra eo. Cogitabis.

Pręſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maxime, quod legis iuliæ de ui priuata, hic mẽtio facta eſt ad publicæ differẽtiã, quoniã illa eſt ſine armis illa cum armis l. j. ij. & iij. ad fi. ff. ad legem Iul. de ui pub. l. ſi quis aliquem, ff. ad legem Iul. de ui priua.

Et quod quanquam uis priuata dicatur ſine armis, crimen tamen publicum eſt. l. j. ff. de pub. iudi. ubi non omnia iudicia in quibus uertitur crimen, publica ſunt, ſed ea tãtum quę ex legibus publicorum iudiciorum ueniunt iulia de ui publica & priuata & alia de quibus ibi.

Et quod vulgo dici ſolet. ſemper procedendũ eſſe ſeruato iuris ordine l. nimia propere. C. de execu. rei iud. c. conquerente de reſti. ſpo. Anch. conſi. cclxxvij. col. v.

Et quod (ferè ad idem) ubi non ſeruatur modus ordinatus, non poteſt quis finem adipiſci, ex quo deſtructo modo deſtruitũ ordo, & ordinatũ eſt nihil. §. in ordinatum. in authne. de hæred. & fal. c. piſanis de reſti. ſpo. C. cum dilecta de reſcrip. et hinc vulgatum illud.

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines pulchrè Bal. conſi cccxxvj. col. ij. uol. I.

Et quod denique remedium ordinarium facit ceſſare extra ordinarium l. in cauſæ ff. de mino l. in prouinciali. ff de no. ope. nun. longeq; melius illo uti, quàm iſto namque licuiſſet debitori, ſi noluiſſet, uim ui repellere l. ut uim. ff. de iuſti. & iure. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. l. i. §. cum qui. ff. de ui & ui arma. capitulo ſignificaſti. ij. de homici. ſed noluit, igitur non mirum, ſi reum deferri poteſt ut dicitur in tex. & benè. Finis.

Ad legem Corneliam de ſicariis.

Imp. Gordianus A. Quintiano.

IS, QVI AGRESSOREM, vel quẽcunque alium in dubio vitæ diſcrimine cõſtitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. iij. Non. April. Ariano & Pappo Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, qua clarum eſt qui hominem occiderit in pœnam legis Corneliæ de ſicariis incidere. l. i. in prin. ff. eod. ſed iſte aggreſſorem, uel alium occidit, ergo. & maximè cum ſit homicidium grauiſsimum crimẽ, & atrociſsimum, omni iure prohibitum, ac contra præcepta teſtamenti noui & ueteris, ut inquit Ange. conſ. ccxvii. col. iiii. quandoquidem homo factus ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ut dicitur Gene. & in l. ſi quis in metallum. C. de pœn. & ideò licet aliàs, dolus non præſumatur. l. quotiẽs §. qui dolum. ff. de proba. l. dolum. C. de dolo. homicidium tamen doloſum præſumitur. l. i. & iii.

ſupra

ſupra eodem. l. ſi non conuitij. C. d. de iniur. c. j. de præſump.

Contrarium tamen hic deciditur, et ratio deciſionis eſt, quia quod quiſq; ob tutelam ſui corporis fecerit iure feciſſe exiſtimandus eſt. uimq; ui repellere licet. l. ut nim. ff. de iuſti. & iure. l. i. §. eum qui. ff. de ui & ui arma. c. ſignificaſti. ij. de homici. & dixi proximè ac fuſius in d. l. ut uim. ubi eſt locus ſuus.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniã uera ſunt omnia, quando lege permiſſum non eſſet, at hic, ſeu iſto in caſu permiſſum eſt, ut not. in l. i. C. unde ui. & in l. ſcientiam. in §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & in locis ſupra allega. quòd fit lege permittente, pœnã non meretur. l. Gracchus. infra eo. c. qui peccat. xxiii. q. iiii.

Præſtatq; nobis argumentum lex iſta ad multa & maximè, quod uim ui repellere licet cũ moderamine tamen inculpatæ tutelæ, ut plenè not. in d. l. i. C. unde ui. aliàs non ad defenſionem, ſed ad uindictam homicidium factum uideretur, & hoc caſu foret doloſum, & occidens puniretur, & quanquam dolus præſumatur tamen, ſiue præſumatur in dubio (ut dicebam ſupra) non præſumetur tamen, ſiue præſumptio tolletur, ſi probatum fuerit quòd erat in diſcrimine uitæ conſtitutus, quodq; aliter euadere non poterat ſine manifeſto periculo mortis: argumentum in l. diuus. ff. de reſti. in integ. & plenius ut in d. l. i.

Et quòd ſtante ſtatuto, homicidam eſſe non poſſe de prioribus, ſi quis bannitum occiderit, non ex neceſſitate officij, ſed ad uindictã, & prætextu inimicitiæ priuatæ, de illis eſſe non poterit, ut hic, de quo tamen plenè Ancha. in repe. c. canonum ſtatuta. col. ccxxx. de conſtitu.

Et quod defenſio nemini eſt auferenda uel iudicialis uel extraiudicialis fuerit ex quo eſt de iure naturali. l. i. §. cum arietes. ff. ſi quad. paupe. feciſ. dica. l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. allega. etiam ſupra. clemen. paſtoralis. de re iudi. l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſci. lib. x. & ideò ſtatutum qđ bannitus non poſsit ſe defendere non ualet, ut per Bar. in l. cum mulier. ff. ſolu. matri.

Et quod calumniam timere non debet, qui in diſcrimine uitæ conſtitutus, aggreſſorem occiderit, quia nefas eſt, hominem homini inſidiari. d. l. ut uim.

Et calumniã fortè, pro pœna poſuit, ſiue pro accuſatione, quaſi dicat quod hoc caſu timere non debet, quod inde accuſetur, ſiue puniatur pœna legis Corne. de ſicariis. l. ſancimus. C. de pœn. & ad defenſionis propoſitum, dicebat Phocilid. Enſem accinge non ad cedem, ſed ad defenſionẽ

Et quod fas eſt denique par rependere, & remordere mordentem, iuxta illud e Triuio. Si dixeris quod uis, audies quod non uis. prout ſementẽ feceris, ita metes. Imò ſicuti nil pulchrius eſt quàm ſuccurrere, ita nil eſt iuſtius quàm iniuriã propulſare, dicebat Cyrus militibus aduerſus Medos pugnaturus. Finis.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Philiſco.

IS, QVI CVM TELO AMbulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is, qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commiſſum, legis Corneliæ de ſicariis pœna coercetur. S. vij. kal. Ianua. Nicomediæ. CC. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia non æquè conuenit affectum puniri, ſi non ſequatur effectus. l. qui falſam. ff. ad legem Cornel. de fal. l. ſi quis legatum. in prin. uer. cæterum. ff. eo. Maximè quia lex non aliud quàm effectum conſiderat l. nomen filiarum. §. habere. ff. de uerbo. ſigni. l. ij. C. cõmuuia de lega. præſertim ubi agitur de prohibito aliquo, uel conceſſo: argumentum in l. mulier. ff. de dona. inter uir. & uxo. Bal. pulchrè in l. fin. col. ii. C. de iure lib. & pro ratione dubitandi facit etiã uulgatus tex. l. cogitationis. ff. de pœn. & melius in l. i. ad fin. ff. quod quiſque iur. ibi, quid enim obfuit conatus ſi iniuria nullum habuit effectum.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia in delictis ſemper uoluntas, non exitus ſpectanda eſt. l. diuus. ff. eo. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle. c. iuuenis. de ſponſa. Feli. in c. j. col. i. per illum tex. de præſump. fortè in deteſtationem criminis & odio delinquentium: argumentum in l. bona fides. in fi. prin. ibi, nam male meriti &c. ff. depo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ibi potuit delictum perficere ſed noluit. Vnde ſubdit non ab re tex. quod ſuffragio iuſtę pœnitentię abſoluitur. hic autem non potuit, & ideò cum per eum non ſteterit, puniendus eſt. declarat Bar. in d. l. diuus. & Feli. in præalleg. c. j. Non etiam ſecundum, quia impotentia iuris erat ibi, ex quo non aſcripſerat ſibi quis legatum in teſtamento, cum teſtamentum non eſſet, hic autem impotẽtia facti, & ideò nihil facit ad propoſitũ. Non etiam tertium, quia glo. ibi reſpõdet, & Bar. in d. l. diuus. & nos ĩ l. propter inſidias. ſupra qui accu. non poſ. & benè, quia ibi ſtetit in finibus cogitationis, hic uero peruenit ad actũ, quia dicit. Is qui cum telo ambulauerit necandi cauſa &c. Non ultimum denique, quia non loquitur in criminibus, ſed in impetratione iuris iniqui; ergo ſtant iſta ſimul ibi uoluntas pro facto non habeatur, ratione Iuriſconſul. hic autem, & in criminibus ſic. d. l. ſi quis non dicam rapere. & aliis ut ſupra. & ita etiam declarat Bar. in d. §. fin. & uerius quàm Feli. in d. c. j. nec ſecus eſt tenendum.

Pręſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod quamuis uelle non ſufficiat, niſi quis explicet diſponendo. l. quidam cum filium. ubi text. ſingularis. ff. de hæred. inſtitu.

ſecus

ſecus eſt tamẽ, in delictis, ut hic, & declarat Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & fidei catho.

Et quòd facto uoluntas datur intelligi. l. reprehendenda. C. de inſti. l. Paulus reſpoodit. ff. rem ratam habe. quæ ex actu extrinſeco, colligitur. l. is qui. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. ambulare igitur cum telo, cauſa hominis necandi, uoluntatem & animũ ambulantis declarat, ita Bal. in l. ſi ex plagis col. ij. ff. ad legem Aquil.

Et quod motus ad delictum punitur, acſi foret conſumatum, quod tamẽ non eſt generaliter uerum, nec in ſtatutis locum habet, nec de conſuetudine, ut teſtatur Bal. in l. ſi fugitiui col. ij. C. de ſeruis fugi. Alex. & alij. in d. l. i. ad fi. ff. quod quiſque iu. Pau. Caſt. conſ. cclxxvij. col. j. & conſ. ccxcix. col. iij. uol. ii. Franciſ. Tigri. præceptor Bar. conſi. xiiij. nu. 8. Bal. in ſtatu homicidium, nu. 9. Corne. conſi ccij. col. i. idẽ Bal. cõſi. ccclxi. uol. j. & Ro. in l. damni in §. Sabini. col. ij. ff. de dam. infec.

Et quod cum myſterio legis Corneliæ mentio facta eſt, & ita iotelligi etiam debuiſſet mentione ipſius non facta l. imperatores. ff. de in di. ad. ex quo in lege aquilia ſecus eſt, et factum, ac euentus, inſpicitur potius quam animus l. ij. & ibi Flo. declarat. ff. ad legem aqui. col. i.

Et quod denique concurrentibus duabus cauſis ad actus perfectionem quarũ vna ſit altera potentior illa attendi debet. l. quæritur. ff. de ſta. ho. l. et ſi non ſint §. perueniamus. ff. de au. & arg. lega. ergo & uoluntas ac propoſitum in caſu iſto (ut dictum eſt) potius quam factum, Imò quod pro facto habeatur et ita arguit Bart. ſignanter per iſtum tex. in quæſtione ſtatuto ciuitatis caue tur, col. i. Finis

Ad legem Fauiam de plagiarijs

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Dizæ.

COMPARANTEM AB eo, qui abduxit plagio mãcipia, ſi delicti ſocius non probetur, nullo crimine teneri conuenit. S. Non. Nouembr. * Lucione. AA. Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſi Mancipia aliena ſunt, & quidem abducta eaq; ab aliquo comparentur is criminis particeps eſſe uidebitur Imò ſocius, ergo non poterit dici niſi quod in crimen plagij inciderit & conſequenter quod puniatur, ex quo agentes & conſentientes pari pœna debent coerceri. c. j. de offi. dele. not. in c. fi. de fo compe. & uidetur caſus in l. pe. in §. fi. ff. eo.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia plagium, crimen publicum dicitur. l. j. ff. de pub. iud. nec abſque dolo committitur. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de ſicariis. at hic comparanti, dolus imputari non poteſt quia ignorabat, ergo.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia non eſt uerum quod ſit particeps criminis. l. merito. ff. pro ſo. l. uerius. ff. de proba. & minus quod ſocius, hoc idemq; in facto conſiſtit, facta nõ præſumuntur, niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſtli. re. & ut hic clarè dicitur. ergo. eſt uerum quod præſumitur aliquo caſu ſocietas cõtracta puta inter fratres, diu hæreditatem paternam poſsidentes. inter maritum & uxorem, ſi cõtractus communi nomine celebretur, & breuiter ſecũdum qualitatem perſonarum & rerũ, ut not. in l. j. C. qui teſta. face. poſ. & in l. Titium. in §. altero. ff. de admi. tu. ergo non regulariter. l. quæſitum. §. deniq;. ff. de fun. inſt. & probari debet. nec ſecus intelligitur quod dicitur, in d. c. j. & in d. l. penul.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod qui hominem ingenuũ, libertũ, uel ſeruum alienum, abducit & cœlat, plagiũ committit, & lege Fauia de plagiariis tenetur. l. j. l. ſi fratrem. l. eum qui. ſupra eo.

Et quòd ſi emens ignoranter ſeruum alienum quem abduxit uenditor, nõ delinquit, ut hic, nec plagium committit, ſequitur neceſſario ſi ſcierit, eum dolo non carere, & conſequenter hac lege teneri, caſus eſt in l. iiij. ff. eo. aliàs non differrent, nec melioris conditionis eſſet ignorans, quàm ſciens, haud dicendum: argumentum in l. j. ff. de condi. inde.

Et quod ignorantia in caſu in quo requiritur dolus, excuſat. l. quicunq;. C. de ſer. fug. & hoc iõ quidem, quia in his in quibus non requiritur, nõ excuſat. l. diuus Claudius. & ibi Bar. ĩ fi. ff. ad leg. Corn. de fal. & quod excuſet delictum, probatur in ſimili in l. i. ff. de recepta. ubi excuſat receptãtem bannitum, pulchrè Feli. in c. ij. per illum tex. in prin. de excep. Bal. conſ. cxlii. col. ii. uol. iiii.

Et quod dolus in ignorantem nõ cadit, (eſtq; ferè idem) l. j. ff. de dolo. & exemplum ultra hæc, de quibus hic, in crimine falſi, cum requirat dolũ pariter. l. quid ſit falſum, l. diuus. ff. ad leg. Corn. de fal. l. nec exemplũ. C. eo. nec ab ignorante cõmittatur, & probat ex pluribus Grat. conſ. xcix. col. i. uol. i. & hoc eſt quod pulcherrimè inquit tex. in l. generali. C. de tab. lib. x. & in l. fi. C. de decre. ab ord. fa. & Bal. conſ. cciii. col. ii. uol. i. Scientiam non ignorantiam uolumus obligari.

Et ꝙ deniq; non modo ignorantia, uerum ẽt quelibet cauſa quanquã iniuſta, excuſat à dolo, ut per gl. in l. plagij. infra eo. (quid ſit plagiũ, quiq; plagiarij, & lex, non Fauia, ſed Fannia, dic ut plenè per Cot. in lectio. uar. Plagiarij. exploſa ridicula Accur. declaratione in rub. ſupra eo. nonnihil in cõmenta. Apuleia. Beroal. lib. ii.) quam celebrat Iaſ. in l. ſi quis id qđ. col. viii. ff. de iur. om. iudi.

iudi.& Deci.in l.i.nu.4. ff. quod quiſque iur. & Gramma.deciſio.v.nu.26.& Cur. olim collega, conſ.xxxiiii.nu.9.Idem Iaſ.in l.iuſte.in fin.ff.de acqui.poſ.& in l.ſi quis maior.in prin.C.de tranſac.& in l.qui iuraſſe.col.j.ff.de iureiu.Alex.cõſ. lxxiij.col.iiij.uol.j.& conſ.ccxij.col.iij.uol.ij. & conſ.lxxv.col.iij.uol.v. Finis.

Ad legem Corneliam de falſis.

Imp. Philippus. A. & Philippus C. Culpio.

QVI FALSAS TABVlas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudicium aſpirare non poteſt. PP. xv.Kalen. April. Philippo.A.& Titiano Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, tex.in l.tutorem ff.de his quibus ut indig. & in l. alia. C.eodem. ubi utrobique egit, teſtamentumq́; de falſo dixit ſuccubuit, & tamen ad legatum fuit admiſſus. Et idem dici ad literã uidetur in l.Lucius.in §.Sempronia.ff.de lega.ij.

Contrarium tamen hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia eo ipſo quod teſtamentum falſum dixit, ſe fecit indignum & immeritum, cui legatum deberetur.l.poſt legatũ.ff.de his quib. ut indig. uſque adeò ut nec fructum conſequi ualeat ex ea teſtatoris uoluntate, quam niſus eſt impugnare.l. penul. C. de lega. c. ex eo de reg. iur. in ſexto.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, nõ primum, quia ibi impugnauit quis teſtamentum, non ut ipſe, ſed ut alius tanquam pupilli tutor ſcilicet, quo caſu non mirum eſt, ſi legato non priuatur: argumentum in l. ſi pater. in §. j. ff.de adop.nec mirum quia poteſt quis fungi uice duarum perſonarum.l.ſi conſul.ff.de adop. Bal.in c. licet.nu.2.de offi.delega.& in c.cum omnes.nu. 40. de conſtitu. & ſi duo iura in eadem perſona concurrere poſſunt, quia perinde eſt ac ſi forent in perſonis diuerſis, ita Barto.in l. quidam. col. ij.C.de iure delibe.Bal.in l.Papinianus.in §.meminiſſe.in princip.ff. de inoffi. teſtamen. Bellame.deciſio. DCCXXXVIIJ. Secundo non ob.text. in d.l. alia. quia non perſeuerauit in accuſatione ibi, uſque ad ſententiam diffinitiuam, igitur cum non ſit de caſibus, in quibus ſola uoluntas ſufficiat ut diximus in l. is qui cum telo. ſupra ad legem Cornel.de ſica.non æquè conuenit ut legato priuetur. Non etiam & ultimo tex. in d. §. Sempronia.quia (ut ibi clarè liquet) Sempronia legataria, non dixerat teſtamentum faſum, ſed egerat contra hæredem, ideò non ab re, ſi nec legato debet fraudari, ſicq; ſaluam eiuſdem perſecutionem habet.

Præſtatq́; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè, quod ſi filius præteritus uel exhæredatus teſtamentum rumpat, tanquam indignus legato priuabitur, nec cum aliis ad ſucceſsionẽ admittetur, quod tamen diſputat Bar. in auth. ex cauſa.nu.19.C.de libe.præte.

Et quod ſi quis ſimili modo dicerit codicillos nullos, uolueritq́; poſtea teſtamentum declarare, non poterit.tamen aduertendum eſt, quia Rom. alibi dubitat, ex quo declaratur uoluntas teſtatoris, etiam ex actu nullo.l.fi.ff.de reb.eo.l.non dubium.C.de teſtamen.l. j. C. de fideicom. conſil. clxxix.col.ij.& eſt uerum.adde tu Bald.in c.quia propter.nu.14.de elec. ſed non reſpondet ad regu.c.ex eo.de reg.iur.in vj.& ad tex.iſtum ac cõcordantea.Ideò cogitabis.

Et quod ſtultus in culpa, ſapiens fit in pœna, inquit Bal.in c.niſi.nu.2.de offi.lega. nanq; ſubeſt quid quod poteſt imputari legatario, cur tam facilè proſiluerit ad dicendum teſtamentum falſum, non mirum igitur ſi legato priuatur quaſi pœna fatuitatis ſit.l.teſtamento Centurio. ff. de ma.teſta.etiam quod ſuccumbat.

Et quod idem in hærede dici debet, (legatarius enim ſic quodammodo quaſi hæres eſt pariter.l.id tempus.ff.de uſucap.Bal. in l. ſi abducta. col.ij.C.de furt.) qui ſi obuiauerit uoluntati teſtatoris, hæreditate tanquam indignus priuabitur.d.l.poſt legatum.& ibi Bar.ff. de his quib. ut indig.Sauil.conſ.j.col. ij.uol.j.

Et quod deniq; non ſine myſterio dicitur hic, non poſſe legatarium aſpirare ad iudicium defuncti ſi teſtamentum dixerit falſum, quoniam ſi non iure factum dixiſſet, utique legato non priuaretur.ut in d.l.poſt legatum habetur.Et differentiæ ratio eſt, quia uno caſu iudicium defuncti.impugnat, alio uerò nõ, ut ibi not. & in l. pe. infra eo.& in l.polla. Finis.

De crimine ſacrilegij.

Imppp.Grat.Valent.& Theod.AAA. ad Symmachum P.V.

DISPVTARE DE PRINcipali iudicio non oportet, ſacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an dignus ſit quem elegerit Imperator D.v.kalen.Ianua.Mediolani, Richomere, & Clearcho Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia imò diſputatio permiſſa eſſe uidetur uſq; adeò, ut quiſq; dicere poſſit, ſi indignus fuerit iudex, quem Imp. elegerit, quod electio non ualeat, puta quia ſit ſeruus, impubes, uel mulier, qui omnes à iudi-

cando repelluntur,& uidetur caſus in l.quotiens & in l.reſcripta.C.de preci.imp.offe. & in c. reſcripta,xxv.q.j.ubi ad literã dicitur reſcripta quę contra ius elicita fuerint refutari debere, & non ualere.pręſertim quia ut plurimũ per importunitatẽ impetrata,& conceſſa præſumuntur. c. ſi.de reſcrip.in ſexto. propter quam, plerunque conceduntur multa, quæ nõ concederẽtur aliàs.c.cũ in iuuentute.de purga.cano. l. j. C. de peti. bo. ſub.lib.x.

Contrarium tamen hic deciditur,& rõ deciſionis eſt, quia is dignus iudicatur, quem dignum putauit princeps,ideò de eius poteſtate diſputare non oportet, aliàs(ut inquit tex.mei)ſacrilegii inſtar erit.Nec ab re dixit alibi,in §. ſed & qđ principi placuit.inſti.de iure natu.& in l.i.ff. de conſti.prin.quod principi placuit,legis habet uigorem.maximè ſi electio facta ſit ex certa ſcientia,& cum derogatione legum ſpecialiter obſtantium reſcripto,& ut latius not.in l.fi.C.de diuer. reſcrip.& ut præſupponitur hic.

Ad oppoſita reſpondetur, utiq; ucra non eſſe, ſiue non obſtare, quoniam clauſula prædicta ex certa ſcientia.& non obſtante,tollit omnia obſtacula, ita ut diſpenſatum uideatur & qui fuit electus dignus iudicetur,quia(ut dictum fuit) principis fuit electio,& probari ẽt uidetur.in l.idem Vlpianus.ff.de excu.tuto.& in l.quidam conſulebant.ff.de re iudi.& in l.pe.C.de diuer. reſcri. & declarat ita dicta iura,Calde.conſ. ii. in prin. de conſtitutio.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè, quod ex his clauſulis, præſertim ex certa ſcientia(adde tu)& motus proprij,iuducitur tacita diſpenſatio circa inhabilitatem perſonæ,cui beneficiũ conceditur,ut declarat Ro. dicens tex. iſtum eſſe ſingula.conſ.cccxxvij.col.iij.

Et quod de legibus non eſt diſputandũ ſed ſecundum leges iudicandum,ut hic & in c.erit autem lex.ad fi.& in c.in iſtis.iiii.diſt.Bar.in l.oẽs populi.col.x.ff.de iuſti.& iure.

Et quod iudex eſt executor legis, non cognitor.l.j.ad fi.ff.ad Turpil. & ad propoſitum dicebat Bald. quod merus executor non cognoſcit de ſubſtantia reſcripti aliàs faceret ſe parem principi & male inquit Bald. conſil. cclix. col. ii.uol.i.

Et quòd Imperatori licet, quodlibet, uſque adeò ut reſtringi poteſtas eius & libertas arbitrij non debeat,inquit idem Bal. conſ.ccxxvii. col. pe.ſignanter per iſtum tex.eo.lib.

Et quod denique diſputare de poteſtate principis non eſt proprie ſacrilegium ſed quaſi, ex quo nemo eſt id,cui ſimile eſt.l.nemo.ff. de reg. iuris. hic autem dicitur quod inſtar ſacrilegij eſt, ergo. & dixi ſatis in l. fina. ſupra de exhi. re. Finis.

De crimine expilatæ hæreditatis.

Imp.Antoninus A.Helenæ.

SI AVI TVI, HAEREDItatem adiiſti,expilatæ hæreditatis crimen aduerſus nouercam quondam tuã, experiri non prohibens. PP. iij. Non. Ianuar. Sabino & Anulino Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia uxor à marito crimine expilatæ hæreditatis,conueniri non poteſt,ut infra l.proxima.ergo uideretur dicendum quod nec poſſet nouerca pariter in caſu pręſenti conueniri à priuigno.Et maximè cũ ſit ſibi loco matris,nec poſſit cõtra matrẽ agi furti. l.de his.C.de fur.l.nõ debet.ff.de dolo.ergo nec crimine expilatæ hẽditatis.l.uxor.ff.de cri.expi.hæ.

Cõtrariũ tñ hic deciditur,& rõ deciſionis eſt, agi poſſe,quia hẽditas nõ à patre, ſed ab auo,ipſi priuigno,delata eſt, & ut ſignãter innuit hic tex.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare,nõ primum, quia maritus agit conſtante matrimonio, priuignus autem eo ſoluto, item ille tunc cum uxore,hic cum nouerca,hæreditate etiam(ut diximus)ſibi non à patre ſed ab auo delata, non mirum igitur, ſi illi prohibitum eſt, iſti uerò conceſſum. Et quanquam loco matris ſit nouerca(ex quo tolletur ſecundum)mater tamen non eſt. l. ſi maritus.§.legis Iulię.& ibi Bart.ff. ad legẽ Iul. de adul.glo.in ſimili.in l. non diſtinguemus. in §.cum quidam.ff.de arbi.& ideò & furti,& crimine expilatæ hæreditatis contra eam agi poterit.

Præſtatq; nobis hæc lex argumentum ad multa & maximè quod ubi non eſt eadem ratio, ibi non per omnia idem ius ſtatuendum ſit, uulga.l. à Titio.ff.de uer.obli.l.illud.ff.ad leg.Aquil.nãque non idem in nouerca dicitur & locum habet quod dicitur in uxore, ex quo maritus & uxor ſunt ſocii diuinæ & humanæ domus,ut in præallega.l.ſeq.quæ ratio in priuigno & nouerca conſiderari non poteſt,ergo.

Et quod ſubrogatum non ſemper eſt eiuſdem naturæ,cuius eſt id, in cuius locum ſubrogatur, ut not.in l.ſi eum.in §.qui iniuriarum. ff. ſi quis cau.& in §.fuerat.inſt.de act.maximè qñ ſubrogatio fit ex hoĩum conuẽtione & accidentaliter,ut hic & in l.aliã.& ibi Bar.& oẽs.ff.de noua.

Et quod multa ſtatuta ſunt in nouerca, quę tñ in matre locũ non habent. & non mirũ, quia lex ſemper præſumit contra eam,quod inducat marĩtũ falſis ſuggeſtionibus ut iniuriã faciat proprio ſanguini,dicta quaſi nocens arcus.l.nõ eſt enim. & ibi Pau.Caſt.ff.de caſt.pe.Bertrã.pulchrè cõſ. 336.nu.15.uol.i.& cõſ.22.nu.4.uol.iii.& utrobiq; inquit, ꝙ eſt cõiter inimica priuignorum. Vnde Eurip.

Nouerca enim ſuccedens, liberis
Prioribus, nihilo mitior eſt quàm vipera.

Idemq; Hora. & Virgil.

Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Et quòd crimine expilatę hæreditatis agitur, non autem furti hoc caſu, quia rei hæreditariæ furtũ non fit. l. ii. l. fi. in fi. ff. de cri. expila. hę. alio autem caſu ſic contra nouercam ut ſupra; & in d. l. de his. C. de fur.

Et quod deniq; crimen iſtud inuentũ eſt loco deficientis actionis, quãuis nõ dicatur. l. fi. infra eo. uel quod poſſet ẽt dari actio in factum, dicamus, ciuiliter agendo, ut ibi not. declarat Bart. in l. j. ff. eo. & ad idem faciunt quæ habentur in l. in factum. ff. de actio. & obli. Finis.

De iniuriis.

Imp. Alexander. A. Syro.

NEC SERVIS QVIDEM alienis licet facere iniuriam. PP. xj. Kal. Decẽbr. Alexandro A. Coſſ.

Dubitãdi rationem faciebat, quia iniuria crimen priuatũ eſt, neq; datur actio niſi damnum ſiue iniuriam paſſo. l. j. ff. de pub. iudi. ſeruus actionem non habet, l. ſeruus. C. de iud. Et quod ſit priuatum crimen eſt tex. etiam in l. iniuriarum. infra eo. quia ſeruos pecudibus comparamus. l. ii. ff. ad leg. Aquil. l. qui duos. ff. de lega. iii. uiliſsimi homines ſunt. l. ſi ex duobus. ff. de noxal. Imò quod ſeruitutem ẽt morti cõparamus, quodq; ſtatus ſeruorũ fuit annihilatus. l. ſeruitutẽ. l. quod attinet. ff. de reg. iu. & iõ uideretur dicendum licere, ſeruis etiam alienis, iniuriam facere, & probatur in l. ſeruis. inſti. de iniur. & in l. eũ qui. in §. j. ff. eod. Vnde ille. Seruus meus uelut Onager ad fuſtem tergum occalluit.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. j. in §. Labeo. & in l. item apud Labeonẽ. in §. ſi quis ſic, & in §. pe. ff. eo. & ratio deciſionis eſt, quia natura inter nos cognationẽ quandã conſtituiſſe uideretur, ut nefas ſit, hoĩem homini inſidiari, & iniuriã facere. l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. argu. in l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. Vbi uulgatum illud, homo homini Deus, nõ lupus, in ſimili Bal. in c. cũ olim. col. j. de conſue. qđ homo homini prodeſſe debet, nõ obeſſe. eſto igitur quod ſerui ſint, eis tamen hac ratione iniuriam facere non licet, & ut infra latius.

Ad oppoſita reſpondetur nõ obſtare, quoniã uera ſunt & procedunt iure ciuili inſpecto quo ſeruorũ ſtatus fuit annihilatus. d. l. quod attinet. non aũt naturali quo modo lex iſta loquitur, & debet intelligi, ut ſtatim dicã, diſtingue ergo tẽpa & cõcordabis ſcripturas. inquit gl. in l. j. C. de accuſ. & cũ eiſdẽ iniuria fieri non poſsit, agere poterunt dicto iure, præallega. l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſic. d. §. Labeo. nec dubium eſt.

Prę ſtatq; nobis hęc lex argu. ad multa & maximè, quod ſi non licet facere iniuriã ſeruis, multo minus licebit liberis, indubitatumq; eſt. & ſenſus literæ hic, nec liberis, nec ſeruis licere iniuriã facere: arg. in l. nec auus. C. de emã. lib. & in l. nec filius. C. de reb. cre. & in l. nec emere. C. de iu. deli.

Et ꝙ nõ ab re dictũ eſt alienis, quoniã ſuis licebat, & licet, nanq; uerba legis nõ ſunt odioſa. l. qđ ait lex. in prin. ibi nõ ocioſum (ſic em̃ legi debet) ff. ad legem Iul. de adul. l. ait prætor. in prin. de iureiu. l. ſi quando. ff. de lega. j. c. ſi Papa. de priuileg. in vj. de quo tamen in l. ii. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Et quod ſi ſeruis iniuria facta fuerit, eam inultam non relinquet prætor eodem ſeruo agente præallega. l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſic. ff. de iniur. d. §. Labeo.

Et quod deniq; ius naturale cõſiderãtes, ſerui ſunt æquales cum aliis hoĩbus. l. iuſtiſsimè. ff. de edil. edi. arg. in §. ius aũt. inſti. de iur. natu. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniur. pulchrè Bal. in rub. C. de iur. fiſ. lib. x. col. iij. Finis.

De quæſtionibus.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Maximo.

INTERROGARI SERuos, de facto ſuo, non ſolum in criminali cauſa, ſed etiam in pecuniaria (veluti quando per eum depoſiti, vel commodati nomine, vel in aliis cauſis, legibus cognitis, res aliis permiſſæ ſunt) poſſe, non ambigitur. S. v. id. April. CC. Coſſ.

Dubitandi rationẽ faciebat, quod imò nec interrogari poſsit ſeruus uel cauſa criminalis ſit uel pecuniaria, nec torqueri, quia uidetur caſus clarus in l. diuus. & in l. i. in §. idem Cornelio, & in l. unius. in §. ſeruus. ff. de quęſtio. & in l. ſi ſine. in §. j. ff. de inter. act. & ſi interrogaretur, ei credendum non eſſet. l. ob carmen. §. ſi ea. ff. de teſti.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. ſeruos. C. de teſti. & in l. cum probatio. & vtrobique diximus, in Aequilib. ſupra & in lib. qui Enchirid. rerum ſingu. inſcribitur. & in l. quicunq;. ubi & nos etiam latè. C. de ſer fugiti. in lectu. & in l. quæro. ad finem. ff. de edil. edict. & in l. his conſequenter. ff. famil. herciſcun. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. uer. per nuntium. col. ii. & ratio deciſionis eſt, quia iudicis eſt ueritatem inueſtigare ut inquit Bal. ſignanter per iſtum tex. in l. requirendi. in ii. col. C. de ſer. fug. & quia ne

mo eſt qui melius ſciat ueritatẽ quàm ipſe, cũ de facto proprio interrogetur: argu. in l. i. in §. fi. ff. de carb. edi. & in l. ii. in fi. ff. ad leg. Iul. de adul. & hinc Ang. hic, quod antiquiores colegij, melius ſcire præſumuntur ipſius conſuetudines, quàm alij. & ſi negauerit poterit torqueri. l. j. ff. de quæſtio. glo. not. in d. l. quicunque. Capici. deciſio. cxxvj. nume. 3.

Ad oppoſita reſpõdetur nõ obſtare, nõ text. in d. l. diuus. & in d. §. idẽ Cornelio. & in d. §. ſeruus quia qđ ibi dicitur procedit & uerũ eſt, qñ interrogaretur pro domino, u.l cõtra dominũ, nã hoc caſu interrogari non põt ut in iuribus ſupra alle. dicitur, maximè in d. l. ſeruos. & in d. l. cũ probatio. & in l. i. ſupra eo. & in cã pecuniaria qñ aliter ueritas haberi poteſt. Et ut ibi latius. Non ob. text. in d. §. i. quia & id quoque uerum eſt, quando interroga ur de facto alieno, nos autem, de facto ſuo, ergo.

Non ultimo deniq; ꝙ ei credendũ nõ ſit, quia nec iſtud negatur, abſq; tormentis ut formaliter dicit tex. in d. §. ſi ea. ſi tñ ea ſit cauſæ conditio, qua cogatur iudex teſtem admittere.

Præſtatq; nobis hęc lex argumentum ad multa & maximè, cum de ſeruo loquatur, quod liber homo regulariter torqueri non poteſt. l. ex libero. ff. eo. argumentum in l. cum prætor. ff. de iudi. & in c. nonne. de præſump.

Et quod non ab re ẽt de facto ſuo dixit, interrogari poſſe, quia non põt de alieno. d. l. ſi ſine. §. i. ff. de noxa. nec de ſocijs criminis. l. ſicuti. ſupra eo. l. fi. in fi. de accu. niſi in caſibus de quibus ibi Gramma. deciſio. xxviii. nu. 10.

Et quod de delictis quę in alterius iniuriã cõmittuntur, non debet quis interrogari. aliàs ſic ita Bar. in l. repeti. in §. i. ff. de quæſtio. aliquid in l. i. in §. diuus. ff. eo.

Et quod ſi interrogetur ei non credetur, ex quo infamis eſt facinoroſus, perſona uilis & ſuſpecta. d. l. fi. C. de accuſa. quod tamen debet intelligi uerum quantum ad plenam probationem, uel ſemiplenam, ex quo interrogari poterit quãtum ad inquiſitionem. l. qui ultimo. ff. de pœn. pulchrè Bal. conſ. cxv. in prin. uol. i. Si euidens ratio iudicem ſuaſerit, & in genere, non in ſpecie ut declarat Cyn. in d. l. fi. C. de accuſa. & Flo. in l. ait lex. in §. idem Iulianus. ff. ad legem Aquil.

Et quòd denique dictio ueluti exemplificatiua eſt, quando in cauſa pecuniaria ſeruus poſſit interrogari. l. ueluti. ff. de iuſti. & iure. l. i. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. quamuis. ff. de in ius uo. l. quædam mulier. ff. de rei uen. l. ueluti. ff. de eden. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. l. ii. §. fi. ſi cer. peta. l. quotiens. ff. de iureiur. l. iii. ff. de cond. fur. cum ſimilibus. Bertran. conſ. ccviii. nu. 18. uol. ii. Finis.

De generali abolitione,

Imppp. Valentin. Valens & Grat. AAA. ad Senatum.

INDVLGENTIA (Patres conſcripti) quos liberat notat nec infamiam criminis tollit ſed pœnæ gratiam facit. D. xij. kal. Iun. Treueri. Gratiano A. ii. & Probo Coll.

Dubitandi rationem faciebat tex. in l. j. & in l. cum indulgentia noſtra & in l. fi. infra de ſen. paſſ. ubi ex indulgentia principis non ſolum pęna uerum etiam infamia remitti uidetur. et maximè quia uulgatum eſt, beneficia principum fore ſemper latiſsime interpretanda l. fin. ff. de conſt. prin. et ut ſint ab omni diminutione pœnitus extranea, ex quo non modo fauorabilia ſunt, uerũ etiam ſumme fauorabilia inquit Bal. conſi. ccclx. In prin uol. iij. deq; hoc etiam in §. illud in autentica conſtitutio quæ de digni. & in l. ij. C. de. caſtrenſian. lib. x. & quod infamia etiam remitti uideatur eſt tex. in l. j. in §. pen. ff. de. poſtulan. allega. hic in glo.

Contrarium tamen hic deciditur, & in l. generalis infra de ſen. paſſ. & in l. ad tẽpus C. ex quib. cau. infa. irroga. et ratio deciſionis eſt, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem l. non omnis ff. ſi cer. pet. & inducta ad vnũ effectum alium operari non debent l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. cum ergo princeps à pœna liberare delinquentem, ſibiq; gratiam facere uelit infamiam iam cõtractã tollere non dicetur. et hoc eſt quod cecinit poeta relatus quoque hic ꝑ glo. & Bal. ultra eam in l. cum mulier. col. xiiij. ff. ſol. mat. pęna demi poteſt, culpa perennis erit.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quoniã omnia iura illa, & etiam in d. §. penulti. ultimo allega. loquuntur, quando reſtitutus fuiſſet, & nimirum quia reſtitutio, eſt repoſitio in priſtinum ſtatum. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib. l. uidemus. §. in Fauiana. ff. de uſu. nos autem loquimur in reſcripto principis, & indulgentia, cuius natura diuerſa eſt, ergo. Nec facit quod beneficia principum ſint latiſsimè interpretãda, quia uerum eſt id quoq;, ſed (ut dixi) hoc caſu proprie beneficium non eſt. Item uerum eſt id in dubio, nos aũt ſumus in caſu claro, quod à pœna liberauerit eum, ergo non ab infamia. l. continuus. §. cũ ita. ff. de uer. ob. Vel dic quod nõ procedat regu. quãdo duo ſpecialia includerentur. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. inducẽdo ut per Iaſ. in d. l. fi. col. vii. ff. de cõſti. prin. ſed hic includerentur quoniã ſic liberaretur à pęna & ab infamia, ergo nihil ad propoſitum facit.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè,

ximè, quòd uulgatum illud hoc loco uerificari poſſe uidetur, de quo in l.tutori. C.de neg. geſt. in argu.tamē, licet & in materia ēt inducat Bart. in l.quid ergo.in §.pęna grauior. col.iii.ff.de his qui not.infa. ibi ſufficit ſi in paucis amici laboribus conſulatur.nanq; ſatis eſt, quod indulgentia tollat pœnam, abſq; eo quod tollat ēt infamiam.

Et quod aliud etiam Bald.dictum ad idem adduci poteſt, quod ſic ſe habet.

Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat,
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

in l.i.ad fin.C.de lib.& eorum libe.

Et quod nouus ſenatus quique lecti, ac conſcripti erant, appellabantur patres conſcripti, qđ ex Liuio, Decad.primę lib.ii.hauſimus.

Et quod quandoq; tēpus pro tēpore ponitur in lege, ut hic dū dicit tex. quos liberat notat, & exponitur, id eſt notatos reliquit, aliàs implicaret contradictionem, ſi notaret, quod non liberaret, & malè. Ideò abſurditatis uitandæ gratia ita exponi debet.l.eas cauſas.ff.de cōdi.& de.l. nam abſurdum.ff.de bo.lib. Nonnihil Bar.in l.grege in §.i.ff.de pigno.col.i.glo. in c.nā cōcupiſcētiā. de cōſti.& in l.ſi ad libertatem, in §.hæ autem.ff. de noxa.& ſolecismus apud rhetores appellatur, apud Poetas uerò ſchema.

Et quod denique principis mens talis iudicatur ſemper qualis de iure eſſe debet.l.quoniā. C. de natu.lib.Bal.in l. ex facto. in prin. in iii. not. ff.de uulg.& pup.ſubſt.argu.in l.hæredes mei.in §.cum ita.& ibi per Doct.ff.ad Treb.Quādo igitur non cōſtaret delinquentem à pœna liberari, nō ab infamia, ita deberet declarari, quia nulla iuris cōſtitutione tolli poteſt ut inquit Bal. in d. l. cum mulier.col.xiiii.ff.ſol.mat. Finis.

De calumniatoribus.

Impp.Honor.& Theod.AA.Coſſ.præt. trib. pl. Senatui. S. D.

QVISQVIS CRIMEN intendit, nō impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij.

Dubitandi rōnē faciebat, tex.in in l.mater. & in l.calumniæ.ſupra eo.& in l.fi.ff. de pub.iudi. ubi habetur clarè, quē de crimine publico aliū accuſaſſe, nec id probaſſe, aliquādo tamē fuiſſe excuſatum, nec ob id, in aliquā pœnam incidiſſe.

Contrarium tn̄ hic deciditur, & in l.fi.C.de accuſa.& in l. nō prius ſupra eo. & ratio deciſionis eſt, quia qui accuſat & in probatione deficit calumniari uidetur.l.i.§.j.ff.ad Turpil.nimirū igitur, ſi calumnia impunita manere non debet, ſiq; ſimilitudine ſupplicii, debet caſtigari, ut hic dicitur, & in iuribus ſupra allegatis.

Ad oppoſita reſpōdetur non obſtare, quia in caſibus ſpecialibus loquūtur, quādo mater accuſat aliquē de nece filii, uel filius de morte patris. Vel è cōtra ſi pater filii necē proſequatur, ij enim iuſto dolore moti accuſationē inſtituunt, igitur ſi nō probent, debent excuſari, quia nec calūniari hac de re pręſumuntur: argu. in l.ſi adulteriū cū inceſtu.in §.imperatores.ff. ad leg. Iul. de adul. ibi difficillimum eſt tā iuſtū dolorē temperare. ergo in cōtrariū erit diſpoſitio iuris cōis, ut hīc, & in iuribus ſupra alleg.exceptioq; in aliquo caſu firmat regulam in non exceptuatis.l.quęſitum §.deniq;.ff.dę fun.inſt.c.cum dilecta. & ibi not. de confir.uti.uel inuti.

Præſtatq; nobis hæc lex argu.ad multa & maximè, ꝙ ſermo mutilatus ſubauditione coadiuuādus.l.oratio ff. de ſponſa.l.i.ff.de teſta.l.omnes ff.qui ſatiſda. cog. quia hic dixit tex. ſi quis crimen intenderit, quod debet ſimilitudine ſupplicii puniri & bene, ſi id non probauerit.quod tamen innuere uidentur uerba illa, non impunitā fore nouerit licentiam mentiendi.

Et quod Calumnia non eſt impunita relinquenda, quod formaliter ultra dicta hic, & in d.l. ſi C.de accu.dicit tex.in l.i.in §.i.ff. ſi mulier uē. no.& eſt argumentum in l.ita uulneratus(uulg.) ff.ad leg. aquil.& in.c.ut famæ de ſepten.excom.

Et quod dictiones vniuerſales quādoque reſtringuntur, præalleg.l.omnes.ff.qui ſatiſda.cog. l.qui autē. §.fi.ff.de conſti.pe.gl.in l.fi.C.li.cc. uel reliq. nanque hic dicitur quiſquis quo articulo omnes ſignificantur l. hoc articulo ff.de hær. inſti. & tamē nō omnes in probatione deficientes puniūtur, ut ſupra.

Et quod quanquam dixerit Cice.utile eſſe in ciuitate, multos accuſatores inueniri, ut metu contineatur audacia in ora.pro Roſcio, eſtque argu. in.c.factæ autem ſunt leges.iiii. diſtin.nihilominis fieri præſumitur accuſatio malo zelo ex quo genus eſt illaudabilis intentionis, ut inquit Spe.in §.i.col.ii.de prepar. iud. Nimirū igitur ſi nō excuſatur, qui crimen intēdit nec probat ſiq; ſimilitudinę ſupplicii(ut dictū eſt) punitur.

Et quod nō facile quis ad accuſandum aliquē proſilire debet niſi accuſationem ipſam probare poſſe firmiter ſciat, qm̄ aliàs punietur & ſtultus in culpa fiet ſapiens in pœna inquit Bal. in c.niſi nu.2.de offi. lega.turpeq; erit poſtea dicere non putaram.ſtultorum prouerbium, quia prudentis eſt, ex præſentibus futura proſpicere.l.ſi quis do mum. §.fi.ff.loca. Finis.

De pœnis.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Flauiano. P. P. Illyrici.

SI VINDICARI IN ALIquos ſeuerius contra noſtrā conſuetudinē pro cauſæ in-

tuitu

tuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam, ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorum, ſors & fortuna ſuſpenſa ſit, reos ſanè excipiat vinciatq́; cuſtodia, & excubiis ſolertibus vigilanter obſeruet. D. xj. kal Septembr. Veronæ Antonio, & Syagrio Coſſ.

Dubitandi rationem faciebat, quia ſententia non eſt differenda, ne detur materia ſupplicandi uel ne malignis artibus, pateat criminoſiſsimis euitandi pœnas, & ſic delicta maximè grauia & atrocia remaneant impunita: argu. in l. ita uulne ratus. ff. ad leg. Aquil. & in c. ut famæ. de ſen. excom. & eſt caſus ad literam, hic etiam in glo. allega. in l. cum reis. ſupra eo.

Contrarium tamē hic deciditur, & ratio deciſionis eſt, quia quod principi placuit legis habet uigorem. l. j. ff. de conſtitu. prin. §. ſed quod principi placuit, inſti. de iur. natu. cum igitur iuſſerit Imp. eidem obediendum eſt, expectareq́; debet iudex ſi uelit pœnam relaxare, ex quo plerunq́; ultra modum cōem punit. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. & ne iniuria prouenire uideatur, unde ius & iuſtiria deſcendit, & emanare dicitur. l. meminerint. C. unde ui. Et quia reus qui in uno grauatur, in alio debet releuari. ff. de iureiu.

Ad oppoſita reſpondetur non obſtare, quia ea omnia uera ſunt regulariter, & olim, ſed non hodie & hoc caſu, ut dicam infra, & in caſu ēt. l. prægnantia. ff. de pœnis.

Præſtatq́; nobis hęc lex argu. ad multa & maximè, quod clemētia principum dos eſſe debet, moderata tamen, unde in Capitolio ſcriptum erat olim, (ut memoriæ proditū eſt) *Parce victis, frange ſuperbos*. quòd ēt teſtatur Fab. in proœ. inſti. in uer. pius. & alibi ſic inquit Plini. Cecil. Optandum enim eſt ut hi qui reip. præſunt, legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate & clementia ducuntur.

Et quod prælati à ſimili, non debent ſtatim exequi literas Papæ, iniuſtas, ſed ſuperſedere, ſi maximè rationabilis cauſa obiiciatur, ut inquit glo. in §. deinde. in auth. de mand. prin. Iaſ. in l. puniri. ad fi. C. ſi con. ius uel. uti. pub.

Et quod celeritas reprehenſionē habet. c. cū ex literis. §. nos igitur. de reſti. in integ. c. iudicantē. xxx. q. v. unde quæ citò fiunt, citò pereunt, quæ paulatim exacta cura abſoluuntur, ætatē ferunt. Celeritas rurſum non iuſte agit, tarda conſilia efficiunt multa ſapienter inquit Eurip. Eſt uerum qđ quandoq; laudabilis eſt, & neceſſaria, quodq́; non ab re dixit Poe.

Rumpe moras nocuit ſemper differre paratis.

Et alibi.

Ruſticus expectat dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne uolubilis æuum.

Sed non eo caſu quo non ſit poſtea corrigendi poteſtas ut hic.

Et quod ira cōmoueri propter delicta licet, ſed non irato pœnā irrogare delinquenti, ex quo tūc animi iudiciū eidem non eſt. l. quicquid calore. ff. de reg. iur. unde Archytas Tarentinus. quo modo te tractaſſem, niſi iratus fuiſſem. Et certè qui iræ indulget ſe maximis calamitatū uſuris inuoluit, ut ille, qui diuitias quærit, ſeq́; mari cōmittit, quādoquidē maximo fœnore ſibi acquirat pecuniā, dicebat & benè, Maximus Tyrius.

Et quod deniq; rō corrigere debet, quod furore promulgatū eſt; ut ēt dicitur in c. cum apud. xj. q. iij. Sciendumq́; eſt, cū Theodoſius, atrocitate nuncij ſuccenſus (apud Theſſaloniā enim ſeditione orta, quidā uir ex militaribus, impetu furentis populi, fuerat extinctus) ad ludos circēſes inuitari populū iubet, eiq́; ex improuiſo, circūfundi milites, atq; obtruncare paſsim prout quiſq; occurriſſet, & uindictam dare non crimini ſed furori. à Sacerdotibus Italiæ redarguitur, agnoſcit delictū culpā cum lachrymis profitetur, publicā pœnitētiā, in totius eccleſię conſpectu agit, inq; hoc ſibi tēpus aſcriptum, abſq; regali faſtigio, patienter impleuit. legeſq́; ſanxit in poſterū, ut ſnīæ principum ſuper animaduerſione prolatæ in dies xxx. ab executoribus differrētur. ut hic & in d. c. cum apud. teſtaturq́; ēt Naucle. par. ii. Chroni. ſuarū genera. xiiij. col. iiij. & quod D. Ambroſius ſibi pœnitentiā iniunxit. & ad idē quoq; Iaſ. in d. l. puniri. licet nō ita plenè. C. ſi cō. ius uel uti. pub. & in l. cunctos populos. lect. ii. col. iii. C. de ſum. Tri. & fid. cath. nōnihil i l. debitoribus. col. iii. ff. de re iudi. Veronen. in cautel. ii. col. ii. Finis.

De bonis proſcriptorum ſeu damnatorum.

Imp. Alexander A. Iuliano.

SI FILIVS TVVS, CVM eſſet in ptāte, in inſulam deportari meruit, peculiū eius, nec quod ei militaturo donaſti, auferri tibi debet.

Dubitandi rationē faciebat, tex. in l. deportatorū. ſupra de pœn. ubi ad literā dicitur, quod ſi quis fuerit in inſulā deportatus, bona ſua publicātur, & applicantur fiſco. Et nimirū quidē ut male meriti etiam egeſtate laborent. l. bona fidea. ff. de po. & quia bona ſunt acceſſoria ad perſonam: argumentum in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle. & in corpo. unde ſumitur.

Contrarium tamē hic deciditur, & in l. j. ſupra eo. & in l. iij. in §. ſed utrum. ff. de min. quam legē ſimul & iſtā dicit ſingulares Imol. in l. ſi finita. in §. ſi de uectigalibus. ff. de dā. infe. & rō deciſionis

eſt,

eſt,quia deportatus habetur pro mortuo.l.j.§.fi. ff.de bo.poſ.cõ.tab. quo caſu pater oia iure pecu lij occupat,& bona ſunt patris,nõ aũt filij.l.ii. ff. de caſt. pe. ergo nõ æquè conuenit, niſi ut patri reſeruentur,non aũt publicentur,quia ſua ſunt tã tũ,dum uiuit filius,nec ab inteſtato, in dictis bonis,habet hæredẽ.uel quia hoc ſolatio leuandus eſt pater,orbatus filio,deportatus enim erat per petuo,& ſic(ut dixi)habebatur pro mortuo.d.§. fi.& eſt argu.in l.fi.C.de inſti.& in l.unica. C.de his qui ante aper.tab.

Ad oppoſita reſpondetur nihil facere,nõ primũ,quia dicit tex.bona ſua,& in d.l. deportatorũ.hæc aũt non ſunt ſua(ut dixi) niſi dum uiuit, ergo.confiſcantur bona,rurſum,quę ſua ſunt,iure cõi,non ſpeciali,ut caſtrenſia.Non ſecundum, quia omninò egeſtate laborat, ſi in dominiũ patris transeunt bona.Vel quod egeſtate laboret & bona ſua deuoluãtur fiſco,non aliena.quo modo ultimum quoq; tollerur, quia ad perſonam filij acceſſoria dici non poſſunt,cum ſint patris.

Præſtatq; nobis hæc lex argu. ad multa & maximè dũ dicitur hic ſi filius tuus cũ eſſet in ptãte quod forte ſi fuiſſet emancipatus, aliud eſſet dicẽ dũ.§.emancipatos.inſti.de exhæ.lib.§.emãcipati.inſt.de hæ.quæ ab inte.def.& hinc eſt qđ poſt emancipationẽ duæ ſunt familiæ & duo pſeſfamil.ut inquit Bal.cõſ.cxxxviij.not.in l. j. C. qui æta.lib.x.Olim tamen nõ hodie,quoniam ſublata eſt differentia emancipationis & patriæ poteſtatis.§.nullam.in auth.de hæred.ab inte.ueni.

Et qđ deportationis in inſulã dixit, ſpãliter quia ſucceſſit loco interdictionis aquę & ignis.l. iij.ff.ad leg.Iul.pecu.l.ii.ff.de pub.iud.

Et quod ſolus princeps deportabat in inſulã, uel inferior ipſius iuſſu tamẽ.l.illicitas.§.qui uniuerſas.ff.de offi.pręſi.dixi in l.j.ff.de offi.eius cui man.eſt iur.& in l.imperium.ff.de iur. om.iudi.

Et quod occaſione peculij caſtrẽſis uiuo filio pater nõ tenetur,mortuo uerò ſic, ratione ſupra dicta, & habetur in d.l.ij.ff.de caſt.pecu.

Et ꝙ deniq; publicatis bonis filii,non intelligitur publicatum peculiũ caſtrenſe, uel quaſi, ut ſignanter per iſtum tex.dicit Bar.in d.§. ſi de uectigalibus.nu.12.Eſt uerũ forte,qđ hodie poſſet eſſe aliqua dubitatio,ex quo filius habet hæredẽ, ut ibi per eũ,ubi Ange.& Imol. fuſius. diximus nos in l.frater à fratre.ff.de cond.inde. Finis.

De ſententiam paſsis.

Imp.Philippus A. Caſsio.

GENERALIS INDVLgentia noſtra, reditum exulibus ſeu deportatis tribuit,non etiam loca militiæ, pridem adempta conceſsit, neq; integram atq; illibatam exiſtimationem reſeruauit.

Impp.Diocletian.& Maximian.AA. & CC. Demetrio.

CVM INDVLGENTIA NOſtra interueniente,ſis reuerſus ad lares tuos,fruſtra uereris,ne ex annotatione præſidis, quæ iã abolita eſt, calumniã patiaris. Super his duabus legibus caſum non ſcribo,quia dictum eſt ſupra,ibiq; indu ctæ fuerũt,in l.fi.de generali abolitione.Præſtãt nobis argu.tamẽ ad multa & maximè qđ uerbum iſtud indulgentia idẽ ſonat, qđ diſpẽſatio,& hoc ideò, quia diſpenſatio nullo in loco iuris ciuilis reperitur,ita Bal.in c.at ſi clerici.in prin.nu.12. de iudi.Feli.in c.ex inſinuatione,col.ii.de ſimo.

Et quòd ubi iſtud uerbũ indulgẽtię eſt,ibi nõ eſt reſtitutio, ex quo colligitur declaratio ad dicta in præalleg.l.fi.&.ita dicit idẽ Bal.in c.i. col. vj.de iudi.Imol.in c.in noſtra.de procura.Felin. in d.c.ex inſinuatione.

Et quod reſtitutio nunquã intelligitur,niſi ex preſſe dicatur et idẽ Feli.ait in loco præalle.adde tu tex.in l.uideamus.in §.in fauiana.ff.de uſu.

Et quod quanquam pro diſpenſatione capiatur hic, aliàs etiam & ſanè multa ſignificat uerbumq; ęquiuocum eſt. ut per Archidia. in c. indulgentia.ii.q.iii.

Et quod denique ſi aliter quam hic de conceſsione Papæ intelligamus, ſtrictè intelligi debebit, etiam ut hic & in dicta l.finali. & eſt gloſſ. not. in clemen. prima. de reliq. & uene.ſancto. & ibi exemplum, quod refert glo. in regu.cancel.vii.col. iii. Finis. ne ueluti pueri fabulantes teramus tempus, neùe proteruus aliquis,hoc nobis uicio uertat,dicatq; amplius, nos neſcire(ut ille ait)manum de tabula tollere.Imò quod non minus diligentia nimia uicioſa eſt, quàm prolixitas,omninò obiicienda,eiq; occurrendum ſemper ut olim Idomæneus Merioni apud Homerum. Laus Deo optimo maximo, Beatæ Virgini,Proſdocimo, Danieli, Antonio, Iuſtinæq; Sanctiſsimis Protectoribus noſtris. Die xx.Febr. M D LXVI. Patauij.

MANTVA.

Regeſtum.

*A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Terniones præter * Duerniones.

VENETIIS, Cominus de Tridino Montisferrati, Anno Domini 1567. Imprimebat.

MT 1319302

Digitized by Google

ogle

Digitized by Google